



ST. IGNATIUS COLLEGE
Chicago

267.01 Book
No. 8749 132

ST. IGNATIUS
HIGH SCHOOL LIBRARY
1076 W. ROOSEVELT ROAD

H
262
Bo

8749

V.10

The Faculty Library
St. Ignatius High School
Chicago, Illinois

Date Loaned

Demico 292-5




Digitized by the Internet Archive
in 2013

SUMMA AUREA

DE LAUDIBUS

BEATISSIMÆ VIRGINIS MARIAE,

DEI GENITRICIS SINE LABE CONCEPTÆ.



SUMMA AUREA

DE LAUDIBUS

BEATISSIMÆ VIRGINIS MARIAE,

DEI GENITRICIS SINE LABE CONCEPTÆ,

OMNIA QUÆ DE GLORIOSISSIMA VIRGINE MARIA DEIPARA SCRIPTA PRÆCLARIORA REPERIUNTUR IN
SACRIS BIBLIIS, OPERIBUS SANCTORUM PATRUM, DECRETIS CONCILIORUM, CONSTITUTIONIBUS
ROMANORUM PONTIFICUM ET LIBRIS CELEBERRIMORUM DOCTORUM, HISTORICA
METHODO ET ORDINE TEMPORUM DIGESTA, COMPLECTENS;

NEC NON

MONUMENTA HAGIOGRAPHICA, LITURGICA, THEOLOGICA, ASCETICA, ENCOMIASTICA, PARÆNETICA, ETC.,
QUIBUS ADSTRUITUR, ILLUSTRATUR, VINDICATUR DOGMA CATHOLICUM DE PRÆROGATIVIS,
VIRTUTIBUS, CULTU, INTERCESSIONE ET LAUDIBUS SANCTISSIMÆ VIRGINIS DEIPARÆ.

HOC OPUS VERE AUREUM

CUNCTIS B. MARIAZ PIIS CULTORIBUS, DIVINI VERBI FRAECONIBUS, ANIMARUM PASTORIBUS,
THEOLOGIS, SACRAE SCRIPTURAE INTERPRETIEBUS, CATECHISTIS, ETC., ETC.,
PERUTILE, IMO NECESSARIUM,

DEDICAVIT

EMINENTISSIMO S. R. E. CARDINALI F.-N. MORLOT,
PARISIENSI ARCHIEPISCOPO,

COLLEGIT, DISTINCTE ET ORDINATE DISPOSUIT, RECENSUIT, DISSERTATIONIBUS
AC NOTIS LOCUPLETAVIT, ATQUE IN V PARTES DISTRIBUIT

JOANNES JACOBUS BOURASSÉ,
CANONICUS ECCLESIAE METROPOLITANÆ TURONENSIS.

*Hocce opus, quod sub titulo : LIBER MARIAE ET FILIORUM EJUS annuntiaverat,
nunc propriis sumptibus edit J.-P. MIGNE,
Bibliothecæ Cleri universæ,
SIVE*

CURSUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITOR.

TOMUS DECIMUS.

VENEUNT 12 VOLUMINA 80 FRANCIS GALLICIS.

ST. IGNATIUS
HIGH SCHOOL LIBRARY
1076 W. ROOSEVELT ROAD

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA D'AMBOISE, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO D'ENFER
NOMINATAM, SEU PETIT-MONTROUGE, NUNC VERO INTRA MOENIA PARISINA.

ELENCHUS

OPERUM QUÆ IN HOCCE VOLUMINE DECIMO *SUMMÆ AUREÆ* CONTINENTUR.¹

SUMMA AUREA DE LAUDIBUS B. VIRGINIS MARIAE.

POLYANTHEA MARIANA, in quæ, libris octo decim, Deiparæ Virginis sanctissima Nomina, celeberrima et innumera laudum Encomia, altissimæ gratiarum, virtutum et sanctitatis Excellentiae, cœlestes denique Prærogatiæ et Dignitatæ, juxta alphabeti seriem, Lectorum oculis exhibentur, auctore R. P. H. MARACCIO, e Congr. Clér. Reg. Matris Dei. (*Continuatio, a littera N usque ad finem.*)

col. 9

SECTIO QUINTA. — FAMILIA MARIANA.

I. — PONTIFICES MAXIMI MARIANI, seu de Romanorum Pontificum in Mariam Deiparam Virginem ardenti studio ac pietate, auctore eodem.	595
II. — ANTISTITES MARIANI, seu de Catholicae Ecclesiæ Archiepiscopis ac Patriarchis præcipuo in Mariam Deiparam Virginem amore præcellentibus, eodem auctore.	763
III. — PURPURA MARIANA, seu de purpuratis Patribus, S. R. E. Cardinalibus, pietate in Mariam Deiparam Virginem eminentibus, auctore eodem.	1077
IV. — CÆSARES MARIANI, seu de Christianis imperatoribus in ter Augustam Deiparam Virginem Mariam singulari pietatis ac venerationis cultu præcellentibus, auctore eodem.	1367
Index Rerum.	1481

ENCOMIA MARIANA.

POLYANTHEA MARIANA.

(CONTINUATIO.)

LIBER DUODECIMUS.

NOMINA ET ELOGIA DEIPARÆ VIRGINIS MARIAE, INCIPIENTIA A LITTERA N.

Elenchus nominum et elogiorum Deiparæ Virginis in hoc libro contentorum.

IN HOC LIBRO DEIPARA VIRGO MARIA DICITUR

Naasson: Nachor: Nardus: Narratio: Nasus: Nata: Natatoria: Nathan: Natura: Navigula: Navigium: Navis: Naum: Nauta: Nazareth: Nebula: Negotriatrix: Negotium: Nemus: Neptis: Neri: Nidus: Nilus: Nitor: Nix: Nobilitas: Noe: Noemi: Nomen: Norma: Nota: Nox: Nubecula: Nubes: Numen: Nuntium: Nundinæ: Nupta: Nurus: Nutritia: Nutrix et Nympha.

NAASSON, Deo per obsequium famulatione. — Barthol. de Pisis, lib. 1, *De Laud. Virg.*, fructu 4.

NACHOR, mentis a Deo illustratione. — Ibid.

NARDUS profluens, ac unguentiorum more cæstatis aromata irrigans, quorum evaporatio odor suavissimus dicent in Canticis: *Nardus mea dedit odorem suum.* — S. Joan. Damasc. orat. 4, *De Nativ. S. Virg.*

Nardus. — D. Bernard. serm. 3, super *Salve Regina.*

Nardus aromaticus, dans infirmantibus spem salutis. — Philipp. abbas, lib. II, in *Cant. c. x.*

Nardus pretiosa suavis fragrantiae. — Idem, loco citato.

Nardus, cuius odor sicut virgula sumi, per desertum ovium nonaginta ascendens, et omnium virtutum cœlestium acies penetrans et transgrediviens, ipsum Regis accubitum gratissima suavitate respersit, et tota domus cœlestis repleta est ex odore unguenti. — Ernest. Prag. in *Marioli*, cap. 73.

Nardus, parva per humilitatem, calida per charitatem, odorifera per honestatem. — Ibid.

Nardus semper virens, semper florens, semper caudore virginitatis angelicæ rutilans, suavissimum sanctæ humilitatis spirans odorem, et miram cœlestis gratiæ effundens fragrantiam, qua longe lateque dispersa ad se attraxit gloriosum regiæ Majestatis principem, sacerdotalis dignitatis diademate insignitum Jesum Christum auctorem om-

nium. — Dionys. Fab. tract. 1, *De Concept. B. V. M.*

Nardus obedientiae. — Barthol. de Pisis, lib. 1, *De laud. Virg.*, fructu 2.

Nardus semper virens, semper florens, candore rutilans, quæ suavissimum sanctæ humilitatis emisit odorem, et ad se attraxit Principem Majestatis, regiæ atque sacerdotalis dignitatis diademate insignitum, ut non ad tempus, sed perpetuam secum facheret mansionem. — D. Laur. Justinian. *De humilitate*, cap. 8.

Nardus parva per humilitatem, medicinalis per curationem infirmitatum spiritualium et corporalium, odorifera per exemplorum vitæ suæ diffusam suavitatem. *Nardus enim* est herba parva medicinalis, et multum odorifera. — D. Anton. in *Sum. part. iv*, tit. 45, cap. 8.

Nardus, quæ per maxime dedit odorem suæ humilitatis, quando tota se Deo committens et subiectius ait: « Ecce ancilla Domini. » — Ibid. cap. 21, quod est *De modis quibus Deus fuit cum Maria.*

Nardus Regis æterni, quæ dedit odorem suum. *Cant. i.* — Ibid. cap. 8, quod est *De Annuntiatione B. V. M.*

Nardus parva per humilitatem, odorifera per virginitatem, calida per charitatem, virtuosa per pietatem. — Bernardin. de Busto, serm. 1, *De assimilatione B. Mariæ.*

Nardus humilitatis amore calens, devotione vi- gens, bona opinione redolens, ac divinis flagrans

vaporibus, quæ tantam gratiam invenit apud Deum odore et decoro suo, ut perfusis regionibus universis ipsum quoque Christi accubitus ascensens, ipsum grata suavitate resperserit, dicens in Epistola: « Cum esset Rex in accubito suo, nardus mea dedit odorem suavitatis. » — Claudius Rap. Coelestin. serm. 2, *De Concept. B. Virg. M.*

Nardus pudicitiae fragrantissima. — Ludov. Blos. in *Endologia n.*, *Ad B. Virg. M.*

NARRATIO amabilis. — Jacobus monach. in *Mariali*, orat. 3.

Narratio vocalissima. — Ibid.

Narratio hominibus rerum nunquam ante auditarum. — Idem, in *Mariali*, orat. 6.

Narratio nova ac peregrina, quæ a linguis circumfertur. — Ibid.

Nasus, quia sicut ministerio nisi purgantur humores capitis, sic adjutorio B. Virginis purgantur vitia, et pravi humores mentis, quæ est caput animæ. Et quia sicut nasus discernit inter fœtorem et odorem, sic beata Virgo ad virginitatem seipsam, velut ad aromata, convertit, et carnis corruptionem velut fœtorem longe a se projicit. Et quia sicut in naso attenditur motus indignationis, sic beata Virgo quidquid vile est et sordidum detestabatur, et omnem mundanam altitudinem extollentem se adversus Deum abominabatur. Et quia sicut per nasum attrahitur et emititur spiritus, sic beata Virgo attrahit spiritum, et eundem ad alios emittit exemplo Domini, qui in faciem hominis inspiravit spiraculum vitae; dicendo enim, monendo, consulendo, pro peccatoribus orando inspirat spiraculum vitae, quo reviviscant a morte peccati. — Idiota, *De S. Virgine*, part. 1, contempl. 8.

Nasus Ecclesiae speciosus, qui per duo virginitatis et humilitatis foramina de capite, id est de cœlo eduxit spiritum nostrum, id est Dei Filium. — D. Bern. serm. 4, super *Salve Regina*.

Nasus, cuius ministerio purgantur vitia mentis nostræ, sicut per nasum humores capitis, et suis amicis tribuit gratiam discernendi inter aromata et fœtores, quibus designantur vitia et virtutes. — Rich. a S. Laur. *De laud. Virg.* lib. vi.

Nasus non parvus, quia non deficit ei discretio, non grandis, quia non adsuicit ei præsumptio, non tortus, quia nulla occasione declinavit a recto; de his enim tribus impedimentis agitur Levit. xxi. Et ideo sicut idonea ministrare Domino, unde dicit, Eccl. xxiv: « In habitatione sancta coram ipso ministravi. » — Ibid. lib. v.

Nasus, qui nobis est via spiritus, id est gratia Dei, quæ meritis ejus, et precibus nobis datur, et ministrat spei respirationem peccatoribus desperatis. — Ibid. lib. ii.

Nasus, quia, si ministerio nisi purgantur humores capitis, adjutorio Mariæ purgantur vitia, et pravi mores nostræ mentis, quæ caput est animæ. — Ibid. lib. v.

Nasus, quia, si nasus discernit fœtorem et odorem, Maria Virgo fovens virginitatem, et ad ipsam velut aromata se convertit, et carnis corruptionem tanquam fœtorem longe a se projectit. — Ibid.

Nasus, quia, si nasus est via spiritus, Maria et ipsa via est, qua Spiritus sanctus venit ad nos, ad nostram scilicet justificationem et consolationem, et quandoque quasi recedit a nobis ad nostram humiliationem. — Ibid.

Nasus, quia, si nasus ministrat animæ, id est vitae carnis respirationem : Maria vita nostra spirituali spei respirationem, unde dicit Eccli. xxiv: « In me omnis spes vitae et virtutis. » — Ibid.

Nasus, quia, si penes nasum attenditur motus indignationis, Maria per sanctam superbiam, quidquid vile erat et sordidum detestabatur, et omnem mundi gloriam per humilitatem abominabatur. — Ibid.

NATA, quæ diuturno debito matrem liberavit, et Patris nuditatem operuit, cum mutuo dedit opifici carnis indumentum. — Leo imperator, in *Orat. De præsentat. S. Virg.*

Nata sui nati. — Joan. Geom. in *B. Virg. hym.* 3.

Nata criminis expers, ut modo vult hominum pars maxima. — Joan. Bapt. Mantuan. lib. vii *De sacris diebus* ad diem 26 Julii.

NATATORIA Siloe, ad quam missus est cæcus natus lavare oculos suos, Joan. iv, ut illuminaretur; ipsa enim dicitur illuminatrix, precibus suis, meritis et exemplis illuminans peccatores, et restituens visum interiorem. — Rich. a S. Laur. *De laud. Virg.* lib. ix.

NATHAN, filius David, Jesu filii sui mundo donatione. — Barthol. de Pisis, lib. i *De laud. Virg.*, fruct. 4.

NATURA virginea. — Amphiloch. in *Orat. de occurso Domini nostri Jesu Christi*.

Natura prima, proxime accedens ad Deum, opificem omnium generationis. — S. Andr. Gret., orat. 2, *De Dormit. S. Virg.*

Natura creata, latior omni, quæ sub aspectum cadere, et non cadere conspecta est; in qua comprehensus, qui comprehendere non potest, vitæ latitudinem redegit in angustissimum. — Georg. Nicomed. in *Orat. de exitu SS. Dominæ nostræ Dei Parentis*, quando fuit oblata in templo.

Natura terrena, suas ipsius rationes supergressa. — Idem, orat. 3, *De præsentat. B. V. Marie*.

NAVICULA, nullo modo a dæmonie concussa. — S. Proclus, in orat. 6, quæ est *De laud. S. Virg.*

Navicula Domini. — Albert. Magn. Serm. in *Dominic. v post Trinitat.*

Navicula fidelis, per quam nos peccatores muscula nostra, id est orationes, lacrymas, elemosynas et jejunia nostro Judici præmittere de-

bemus, ut, cum venerimus, ipsum propitium inventiamus. — Alb. M. Serm. in Dom. v post Trin.

Navicula, in qua transfretavit Filius Dei, de littore immortalitatis ad litus mortalitatis, assumens nostram humanitatem, conferens nobis suam Deitatem. Math. ix. — Idem, in *Biblia Mariae super Evangel. Matthæi*.

Navicula, per quam Dominus descendit in mundum. — Id. Serm. in *Dominic.* v post Trinitat.

Navicula nobis a Deo provisa in mari tempestuoso hujus mundi. — Bernardin. de Busto, serm. 3, *De assimilat. B. Mariae*.

Navicula, utilis ad transfretandum occursus periculosos mundialis occupationis, ad deferendum proventus deliciosos divinalis contemplationis, ad debellandum incursus angustiosos dæmonialis tentationis. — Ibid.

NAVIGIUM universo mundo majus, cælisque ipsis amplius conditori Navis constructum. — Nicephorus Gregor. *Orat. in S. Deiparam apud Cerosolam*, tom. VI.

Navigium quo advenit ad nos Dei Verbum. — Barthol. de Pisis, lib. II *De laud. Virg.*, fructu. 6.

NAVIS regia, quæ de Tharsis divitias portat, e gentilium regione offerens Regi cœlestis Hierusalem conversionem gentium — S. Proclus in orat. 6, quæ est *De laud. B. V. M.*

Navis mercibus referta, nulloque egens gubernatore. — Isychius, serm. 2, *De laud. Virg.*

Navis mare percurrentis, onusque querens frugiferum. — Joan. Gubecus, orat. in *Concept. S. Dei Genitricis*.

Navis a divina Trinitate facta, compaginata omnium virtutum firmitate ac plenitudine omnium gratiarum et omnium bonorum operum, cuius institutor fuit Spiritus sanctus, qui eam gubernavit et ornavit virtutibus pretiosis, scilicet auro sapientiae, argento eloquentiae, pomis odoriferis sanctæ opinionis, cibariis omnium Scripturarum et mandatorum Dei, carnis Agni immaculati, oleo misericordiae et pietatis, sale discretionis, lacte benignitatis et doctrina, speciebus aromaticis omnium virtutum, igne divini amoris, operto tamen humilitatis cinere, lignis bonæ operationis; et ad istas merces custodiendas fuit in ea cor humile, spiritus mansuetus, mens tranquilla, verecunda frons, demissa supercilia, oculi columbini, os taciturnum, labia sine morsu, lingua veridica, gustus moderatus, tactus promptus ad bona opera, modestus incessus, pedes prohibiti ab omni via mala, et sensualitas ex toto subjecta rationi. — Idiota, *De B. Virg. M.*, part. XIV, contempl. 39.

Navis, in quam intrare possumus per devotionem et dilectionem, ut tute navigando per mare mundi cum tranquillitate perveniamus ad portum salutis. — Ibid.

Navis, per quam possumus feliciter navigare per hoc mare mundi. Unde de ea scribitur Proverb.

XXXI : « Facta est quasi navis institoris de longe portans panem suum. » — Ibid.

Navis, quæ portavit panem de longe, quia de celo venit Panis angelorum, et fuit coetus in cibano ejus utsi virginalis igne Spiritus sancti, et secundo fuit coetus in ara crneis, ubi induxit per ignem passionis, et sic fuit bis coetus, qui competit navigantibus. — Ibid.

Navis tutissima, sine qua nullus potest evadere pericula maris hujus mundi; suscipiens nos, ne submergantur impulsu ventorum, qui undique nos conciunt et impellunt, et velut arundinem agitant hinc et inde. — Ibid.

Navis nos sustentans et portans in mundi mare. — S. Anselm. *Luc. super Ave Maria*

Navis maris. — D. Bernard. serm. 5, super *Salve Regina*.

Navis ab artifice commendanda; ejus enim factor et conditor Deus. — Rich. a S. Laur. *De laud. B. M.*, V. 20, lib. XI.

Navis ad hunc finem a Deo facta, ut per eam panis cœlestis deferretur ad homines, ut ipsum gustando fierent angeli; quia per Mariam « panem angelorum manducavit homo », Psal. LXXVII, et per ipsam cœli cibaria misit hominibus in abundantia Deus Pater. — Idem, loco citato.

Navis aperta a superiori, ad pluvias gratiarum et charismata donorum, quæ desursum venient a Patre luminum: Jac. IV. — Ibid.

Navis aperta superius, quasi quodam velamine patientia forti, qua passiones aeris, id est, tribulationes quas procurant aereæ potestates, constanti animo repellebat. — Idem, loco citato.

Navis bitumine linita intrinsecus, et extrinsecus, scilicet, quoad Deum et proximum charitate ferventissima et indissolubili, vel charitate in affectu et effectu. — Ibid.

Navis clausa ab inferiori, ad aquas mundanarum vanitatum et carnalium voluptatum, que transeunt velut aqua, et ad perpetuam amaritudinem suos rapinunt amatores. — Ibid.

Navis concava interius, per humilitatem veram, et ideo capax effecta est veri panis. — Ibid.

Navis, cuius anchora fuit timor filialis et castus, quo firmiter stabiliebatur inter omnes procellas fluctuum; unde in Psalm. LXXXVII Christo dicitur: « Posuisti firmamentum ejus formidinem », id est, timorem. B. Gregorius, Anchora cordis, pondus timoris, Eccli. XXXIV, « qui timet Deum, nihil trepidabit. » — Ibid.

Navis, cuius gubernator et rector, Christus sapientia Patris, et ei convenit illud Psalm. XXII, « Dominus regit me. » — Idem, loco citato.

Navis, cuius institutor fuit Christus, qui de cœlo per eam venit in mundum ad negotiandum, vendendum et emendum. Sic enim de patria sua institutor transit ad alienam, spe lucri et desiderio acquirendi, sic et Christus venit in sua incarnatione de cœlo in terram ad emendum et redimen-

dum animas nostras, unde dicit Jer. xii: « Reliquum domum meam, dimisi hereditatem meam, dedi dilectam animam meam. » — Rich. a S. Laur. *De laud. B. M. V.* lib. xi.

Navis, cuius velum fuit virginitas dependens ex antenna charitatis. Ex vehementia enim eximiae dilectionis emitis prima Virgo nostra votum perpetuae castitatis; vel ejus velum fuit sanctum desiderium ejus, quod inspirabat et inflammabat Spiritus sanctus, juxta illud Cant. v: « Veni, auster perflatur, » idcirco cum ex vehementia desiderii responderet: « Ecce ancilla Domini, fiat mihi, » venit auster, id est, Spiritus sanctus, et flavit, et velum intumuit, quia in momento, quo verbum illud protulit, scilicet « fiat mihi: » Dei Filium de Spiritu sancto, id est, de operatione Spiritus sancti, concepit; et sic navis ista versus portum vitae perpetuae jugiter movebatur. Dicitur autem velum a volatu, juxta illud poeticum: *Velorum pandinus alas*; bene autem velum: signat desideria Virginis, quae exeuntia a corde ipsius statim volabant in cœlum, unde et ipsi propriissime conuenit illud Psal. xxxvii: « Domine, ante te omne desiderium meum. » Vel ejus velum fuit charitas vento gratiarum perflata, continue extensa in anteriora appetitu aeternorum, et sinistram et dexteram, compatiendo miseris, et congratulando devotis. — Ibid.

Navis, cuius virga, seu antenna fuit charitas; nam sicut antenna componitur ex duobus lignis, et se extendit ad dexteram et sinistram; sic charitas consistit in dilectione Dei et proximi, amicos in Deo, et inimicos diligens propter Deum. — Ibid.

Navis deducens amicos suos in portum voluntatis eorum. — Idem *De laud. Virg.* lib. vii.

Navis de longe portans panem suum, Prov. ult., id est, de cœlo apportans panem suum; qui non fuit de terra, sed de cœlo, Joan. vi, respirans ad vitam coelestem, non terrenam, quod adimpletum est ad litteram, quando Christus, qui vivus panis est, in ejus utero, quasi in nāvilio virginali de Nazareth venit in Bethlehem, domum panis. — Idem, *De laud. Virg.* lib. xi.

Navis immensæ magnitudinis; et hoc oportebat, quia ad hoc facta est a Deo, ut omnes electos contineat juxta illud: « Sicut latitantum omnium nostrum habitatio est in te. » Psal. lxxxvi, et omnes quodammodo ferat ad portum vitae, unde dicitur ei Isa. xlvi: *Affer filios meos de longinquitate.* — Ibid.

Navis lata in medio, scilicet, in corde per capacitatem desiderii, ut mercimonis bonorum omnium impleretur. — Ibid.

Navis linita bitumine castitatis, carnis et spiritus, sicut arca Noe, cui dictum est, Genes. vi: « Linies arcum intrinsecus et extrinsecus; vel linita bitumine charitatis, quia aquæ multæ, id est, tribulationes non poterunt extinguere charitatem ejus, nec intrare per desolationem usque ad animam ejus. — Ibid.

PARS IV. — IN HONOREM B. V. MARIE SCRIPTA, ACTA, ETC.

Navis onerata mercimonis humanæ salutis in gratiarum plenitudine, unde gratia plena in Spiritus sancti superventione, in Filii Dei, qui est omne bonum, et a quo est sufficientia nostra, II Cor. iii, admirabili Conceptione. Ipse enim oneravit navem istam omnibus mercibus pretiosis, et charismatis omnium donorum, quibus copiosissime pauperiem ditavit humanam, quando divitias totius veri boni nobis conferre voluit per Mariam. — Ibid.

Navis, quæ ad littus optatum pervenit in Filii resurrectione, ad portum verae salutis in sua Assumptione, et quæ tunc in mundo pressuras passa est cum Filio, nunc cum ipso pacem possidet et quietem. — Ibid.

Navis, quæ cum piratis et latronibus præliabat, id est, cum aeris potestatibus, et adhuc pugnat assidue pro salute famulantum sibi, unde et dicitur terribilis ipsis dæmonibus, « ut castrorum acies ordinata, Cant. vi. » — Ibid.

Navis, quæ suscipit amicos suos naufragantes in fluctibus hujus maris. Unde dicit Eccli. xxiv: In fluctibus maris ambulavi cum familiaribus meis, videlicet, tanquam navis, ut ipsos eriperem a naufragio peccatorum, et ereptos deducerem in portum voluntatis eorum: ambulat etiam in fluctibus maris mœstos consolando, et tristes lætiſcando. — Idem, *De laud. Virg.* lib. ii.

Navis, quæ toti mundo fame pereundi portavit panem suum, id est, Dei Filium, quem fecit suum, et illum quodammodo emit a patre pretio virginitatis et humilitatis, et cæterarum virtutum, quando sindonem fecit, id est, virginitatem vovit et vendidit, quasi pro pretio Filii Dei, et de cœlo venit ad nos panis iste per hanc navem, qui sedebamus in tenebris et umbra mortis, et vinci eramus in mendicitate et ferro, Psal. cvi, ad innuendum, quod veniebat reparare nos, qui fame moriebamur, ad vitam coelestem, non terrenam; et cum esset panis angelorum, dari voluit hominibus, ut ipso gustando fierent angeli. — Idem, *De laud. Virg.* lib. xi.

Navis tribulationibus et pressuris quas patiebatur in Filio, in sublime elata: unde, Genes. vii, « factum est diluvium, et multiplicatae sunt aquæ, et elevaverunt arcem in sublime a terra; » sed quanto tunc in mundo gravius pressa, tanto nunc in cœlo sublimius exaltata. — Ibid.

Navis virtutum omnium firmitate compaginata, et omnium gratiarum omniumque bonorum operum plena. — Ibid.

Navis ampla, quæ nos portat in cœlum. — Hugo Carensis in *Psal. lxxx.*

Navis hujus maris, per quam omnes perveniunt ad portum salutis. — Idem, in cap. xxiv Eccli.

Navis institoris de longe portans panem suum, id est, Christum, qui est panis vivus, qui de

longe venit, et qui de cœlo descendit. — Idem, in *Psal. lxxx.*

Navis, qua homo a tentationum fluctibus liberatur. — D. Bonavent. serm. 2, *De B. V. M.*

Navis resertissima institoris, id est, Christi, de longe portans panem suum, scilicet nobis : « Panem angelorum manducavit homo. » — Albertus Magn. in *Biblia Mariæ* super lib. Proverbiorum.

Navis illius nobilis institoris, de quo dicitur Proverb. xxx: « Facta est quasi navis institoris, de longe portans panem suum. » — Idem, serm. *De S. Margarita virgine.*

Navis institoris de longe portans panem suum, Proverb. ult., id est, « panem vivum, qui de cœlo descendit. » — Idem, super *Missus est*, cap. 497.

Navis, quæ negotiatorem cœlestem deduxit ad terras. — Idem, serm. *De S. Margarita virg.*

Navis ad hoc facta, ut Deum de cœlo ad terram portaret. — Jacob. de Voragine in *Mariali*, serm. 3, N.

Navis a tota Trinitate fabricata. In ea enim Fater posuit suam potentiam, in quantum potentiam divinitatis receptivam ei contulit ; Filius suam sapientiam, in quantum ei sigillum integratatis integrum servavit ; Spiritus sanctus gratiam, in quantum plenitudinem gratiæ ei dedit. — Ibid.

Navis, cuius arbor et velum, ipse Christus fuit. — Ibid.

Navis divina arbore insignita, nempe Christo. — Jacob. de Voragine serm. pro Sabbat. post Ciner.

Navis facta de cedro virginitatis, de cypresso charitatis, de oliva pietatis, de platano humilitatis. — Idem, in *Mariali*, serm. 3, N.

Navis in medio mari, quia mediatrix inter Deum et peccatores. — Idem, serm. 2, pro Sabbat. post Ciner. qui est *De dignitate et pietate B. V. M.*

Navis onusta mercibus maximarum virtutum, humilitatis, virginitatis et fecunditatis, quibus Deo, angelis et toti humano generi grata fuit. — Idem, in *Mariali*, serm. 3, N.

Navis, quæ nobis panem apportavit cœlestem. — Idem, serm. 2, *De Nativit. B. V. M.*

Navis, quæ portavit mercatorem cœlestem. — Idem, serm. 2, pro Sabbat. post Ciner.

Navis superioris aperta ad amorem cœlestium, inferius clausa ad amorem terrenorum, in medio lata, quia totius Trinitatis nobile triclinium effecta. — Idem, in *Mariali*, serm. 3, N.

Navis virtutum mercibus onusta. — Idem, serm. 2, pro Sabbat. post Ciner.

Navis, cui beatus erit, qui commiserit animam suam ex vero corde et puro, ut ipsa regente, et ipsa due, cum venerit ad districtum de mari, id est, ad horam mortis, integra navi, et salvis mercibus perveniat ad portum salutis. — Ern. P. ag. in *Mariali*, cap. 106.

Navis, in quam Rex ipse cœli institutor ac negotiator factus ascendit, et per eam venit in civitatem nostram, afferens secum omnes thesauros sapientiae et scientiæ : quærere et emere hujus margaritas, scilicet paupertatem, vilitatem, asperitatem, persecutiones, passiones et omnes miseras mundi hujus, et peccata nostra, pro quibus vendidit et tradidit semetipsum. — Ibid.

Navis institoris currens et recurrens de nundinis mundi ad nundinas cœli, deferens secum nostras miseras, quas ei committimus, et referens nobis aurum, id est mansuetudinem cordis ; argentum, id est dulcedinem oris ; ebur, id est firmam castitatem corporis ; simias, id est jucunditatem mentis ; pavos, id est honestatem conversationis. — Ibid.

Navis institoris, quæ bene et vere de longe portavit panem suum, quia procul et de ultimis terre, id est de summa et extrema humilitate. — Ibid.

Navis, quæ in tempestate passionis Filii, quando omnes naves submersæ fuerunt, apostolis in Scyllam cadentibus, et Judæis a Charibdi absorptis, integra, et salvis mercibus pervenit ad portum Dominicæ Resurrectionis. — Ibid.

Navis Salomonis, quæ cum classe Hiram regis Tyri ibat in Tharsis, quod interpretatur *exploratio gaudii*, id est, ad nundinas cœlestes ibat cum peccatoribus, et erat in illis, quasi una ex illis ; naves siquidem Hiram regis Tyri sunt peccatores humiles hujus mundi. — Ibid.

Navis, gubernatione. — Barthol. de Pisis, lib. 1, in *Laude Virg.*, fructu 8.

Navis institoris, in qua congregavit Spiritus sanctus omnium spiritualium copiam divitiarum, fuitque cunctis virtutibus, donis, fructibus et beatitudinibus in termino excellentiæ omnino onusta. — Dion. Carth. in cap. xxxi *Proverb.*

Navis, quia sicut navis desert contenta in se ad loca remota, sic beata Virgo exuberantiam suorum charismatum undique longissime atque latissime diffundit, dispersis communicavit ; ita quod de plenitudine ejus accepimus omnes. — Ibid.

Navis a tota Trinitate fabricata et facta. — Bernardin. de Busto, serm. 3, *De assimilat. B. M.*

Navis facta de cedro virginitatis, de cypresso charitatis, de oliva pietatis, de platano humilitatis. — Ibid.

Navis habens Christum pro velo. — Ibid.

Navis, in qua arbor erectus fuit Christus. — Ibid.

Navis liberans a tempestibus. — Ibid.

Navis mercibus virtutum et gratiarum onera, id est humilitatis, virginitatis, fecunditatis. — Ibid.

Navis officiosa. — Ibid.

Navis, qua mediante vadimus securi et liberi ab omnibus periculis maris et fluminum. — Ibid.

Navis, quæ Deum de cœlis in terram portavit. — Ibid.

Navis, quæ nobis Christum panem angelorum deportavit. — Bernardin. de Busco, serm. 5. *De Assimilat. B. M.*

Navis, quæ nobis detulit thesaurum maximum, id est Christum, « in quo sunt omnes thesauri sapientiae et scientiae Dei absconditi. » — Ibid.

Navis, quam omnes debent descendere, qui ad portum salutis æternæ volunt prospere et feliciter pervenire. — Ibid.

Navis salutis. — Ibid.

Navis superius aperta ad amorem cœlestium, inferius clausa ad amorem terrenorum. — Ibid.

Navis tutissima. — Ibid.

NAUM floris vitæ germinatione. — Barthol. de Pisis, lib. 1, *De laud. Virg.*, fructu 4.

NAUTA mundi, ne mergamur in profundo. — D. Bonavent. in *Psal. minore B. V.* Qninquag. 3.

NAZARETH, quæ interpretatur *Transmigratio facta*, vel *Revelatio*, vel *Tota*, quia per ipsam transmigramus a vitiis ad virtutes, de malo ad bonum, de bono ad melius, de meliori ad optimum. Item ipsa quæ illuminatrix est, revelat oculos nostros interiores, ut videre, id est cognoscere valeamus mundi vanitatem, utilitatem nostram, et Dei beatitudinem, revelat etiam nobis mysteria Scripturarum : rectificat etiam quosdam, qui rotabantur ambulantes in circuitu per temporalia, exemplo suæ paupertatis. — Rich. a S. Laurent. *De laud. Virg.* lib. xi.

NEBULA, in cuius gremio Christus pluvia cœlestis, cursu venit in Ægyptum, fugiens voluntarie sceleratas manus iniquorum. — Anast. Sinaita, lib. viii *Anagog. Contempl. in Hexaemeron.*

Nebula lucida, ex qua fons luminis scatet. — Georg. Nicomed. *Orat. de exitu SS. Dominæ nostræ Dei Parentis, quando fuit oblata in templo.*

Nebula, qua Sol spiritualis vehitur, cuius radiis luminaria ipsa illustrius decorantur. — Idem, orat. 3, *De Concept. Deiparæ*, quæ Græce ms. exstat in cod. Vatic., n. 450.

Nebula lucis in vitæ hac solitudine novum Israelem intercessione obumbrans, ex qua gratiæ auditæ decreta, ac de qua ortus justitiae Sol incorruptionis cuncta radiis collustrat. — S. Joan. Damasc. orat. 4, *De Nat. B. Virg.*

Nebula lucis juxta prophetarum vaticinia; quandoquidem Dominus in ipsa venit, ut rueret Ægyptia erroris simulacula, et luceret ea venerantibus. — Idem, in *Cantic. Græcor.* sono 1.

Nebula, tegens omnem carnem ab ardore iræ Dei, per humilitatem, tenuis per charitatem, rorens exemplo castitatis, refrigerans contra ardorem solis, id est tentationis, vel persecutionis obumbrans. — Hugo Carensis, in *Eccli. cap. xxiv.*

Nebula absconsionis Filii Dei. — Albert. Magnus, in *Biblia Mariæ*, super librum iii Regum.

Nebula refrigerans, pluens et donans. — Idem, in *Biblia Mariæ*, super lib. iii Regum.

Nebula, quæ texit omnem carnem, id est totam

Christi substantiam. — Ern. Prag. in *Mariali*, cap. 10.

Nebula, per carnis suæ Deo administrationem.

— Barthol. de Pisis, lib. 1 *De laud. Virg.*, fructu 2.

Nebula, quia ab hominum concursatione semota.

— Idem, lib. 1 *De laud. Virg.*, fructu 8.

Nebula, quia a terrenis sublevata. — Bernardin. de Busto, serm. 4, *De nominat. Mariae.*

Nebula, quia sicut a terrenis sublevata. — Maurit. de Villa Probata, serm. 9, *Coronæ novæ B. Mariæ.*

NEGOTIATRIX prudens, quia amorem creature omnino commutavit in amorem Creatoris ; habuit enim prudentiam serpentis, omnia pro capite exponendo. — Rich. a S. Laurent. *De laud. Virg.*, lib. xii.

NEGOTIUM sacerdotum. — D. Bernard. serm. 2, in die *Pentecostes*.

Negotium quietum et pacificum. — Arnoldus Carnotensis, tractatu de illo verbo Domini : *Mulier, ecce filius tuus.*

NEMUS Abrahæ quod plantavit in Bersabe. Genes. xxi. — Ernestus Prag. in *Marial.*, cap. 62.

Nemus, in quo viror non herbarum, sed gratiarum; venustas, non florum, sed morum; celsitudo, non arborum, sed virtutum; concentus, non avium, sed angelorum. — Ibid.

Nemus, regio cultu et manu consitam, de quo tot pulchra et mira dicuntur *Esther.* 1, in quo ille beatus Assuerus omnibus, qui erant in Susis, quod interpretatur *lætitia*, festum facit. Constat enim omnem populum civitatis, a maximo usque ad minimum, invitatum fuisse ad convivium illud nuptiale celebrandum in nemore pectoris virginalis, id est omnes animæ intentiones, cogitationes, affectiones, vota, consilia ac desideria, sensus quoque et appetitus, et quidquid gaudio participare poterant. — Ibid.

Nemus pœnitentiæ. — Barthol. de Pisis, lib. 1, *De laud. Virg.*, fructu 8.

Nemus virtuosorum. — Ibid., fruct. 2.

NETRIS Evæ. — S. Andr. Cret. *Orat. de Nativ. B. Virg.*

Neptis, quæ majorum habuit reparare casum. — Photius Constantinop. *Orat. in S. Mariæ Nativit.*

Neptis nostra. — Albert. Magn. in *Biblia Mariæ*, super lib. Gen.

Neri, aliorum sui gratia, et gloria irradiatione. — Barthol. de Pisis, lib. 1, *De laud. Virg.*, fruct. 4.

Nidus Dei. — S. Germ. orat. 1, in *Dorm. B. Virg.*

Nidus columbæ, id est receptaculum Spiritus sancti, qui sicut columba descendit in Christum Luc. ii; unde ei dictum est : « Spiritus sanctus superveniet in te. » — Richard. a S. Laur. *De laud. Virg.*, lib. 10.

Nidus columbæ, id est Christi, qui dicitur columba, Jer. xxv, facta est tunc in desolationem a facie, id est ab instantia iræ columbæ, id est Christi : qui etiam quando punit, tranquillus est

in se, et qui non continet in ira sua misericordias suas. — Rich. a S. Laur. *De laud virg.* lib. x.

Nidus, concavus per humilitatem interiorem, sphæricus per æternorum inquisitionem; asper exteriorius, scilicet in carne, per abstinentiam et mæcerationem; mollis et suavis interius per mentis benignitatem; suspensus per contemplationem; clausus inferius per amorem paupertatis, quoad terrena: apertus superius per desiderium supernæ beatitudinis. — Ibid.

Nidus, in quo quievit avis, id est Christus. Unde ipsa dicit, Eccli. xxiv: « Qui creavit me, requievit in tabernaculo meo. » — Ibid.

Nidus, in quo justus a mundi pressuris pacem invenit et quietem. — Ibid.

Nidus, in quo vir justus instar avis ponit, et sovet ova sua, et pullos, id est opera, et bonos motus. — Ibid.

Nidus, quem Christus signatus per aquilam, elevatus in cœlum ad præceptum Patris Job xxxix, posuit in arduis, cum Matrem suam in Assumptione etiam super angelos collocavit. — Ibid.

Nidus, ubi passer solitarius Jesus Christus dormatur. — D. Bonavent. in *Psalterio minori B. M. V. Quinquagena 3.*

Nilus, quia si Nilus, quando sol per Virginem signum transit, omnes exitus suos revocat; et cum ingressus fuerit sol in Libram, tunc Nilus totus intra ripas colligitur, nec perfundit terram, quod est in tempore vindemiæ, et ideo dicitur de Gehon, qui est idem ac Nilus, et assistens quasi Gehon in die vindemiæ, id est, non influens. Beata Virgo in tempore vindemiæ, id est in die judicii, assistet Filio suo, nec tunc inundabit, aut perfundet aquis gratiarum suarum corda arida peccatorum. — Richardus a S. Laur., *De laud. Virg.*, lib. ix.

Nilus, quia sicut Nilus in maximis fervoribus, ita Maria maxime in maximis necessitatibus subvenire solet; et sicut sunt septem ostia Nili, et septem beneficia temporaliter: ita similiter Mariæ spiritualiter; infundit enim terram, id est cor peccatoris durum et exustum, emollit ad pœnitentiam, impinguat illud per gratiam, secundat per bona opera, firmat per constantiam, ditat per virtutum magnificentiam, potat in devotione, laetificat in contemplatione. — Ern. Prag. in *Mariali*, cap. 25.

Nitor. — Venant. Fortunatus, *Elegia in laud. Mariæ Virg.*

Nitor tota. — Philotheus in *Meneis Græcorum* die 16 Julii.

Nitor orbis. — D. Petrus Damian. in *Carmenib. de Assumpt. B. Mariæ*, apud Surium, tom. VII.

Nix propter refrigerium Spiritus sancti et natum candorem virginitatis, quæ est viror genitus. — Richard. a S. Laurent., *De laud. Virg.*, lib. v.

Nix, quia sicut nix calorem in visceribus terræ augmentat et nutrit, et per eam radices in hieme virtutem accipiunt, et vigorem, quem in æstate ostendunt, sic et beata Virgo amorem divinum

interius sovet, et auget, et per eam omnes cogitationes et affectus interni virtutem accipiunt et vigorem. — Ern. Prag. in *Mariali*, cap. 17.

Nix, quia sicut Nix in altissimis montibus, ita B. Virgo in altissimis mentibus perpetuo habitat, et hoc propter puritatem aeris: quia calor nisi presso aere non servet. Et ita est de illis altissimis mentibus, in quibus propter puritatem Spiritus ardor libidinis vim non habet. — Ibid.

Nix, quia sicut nix in terra multa bona operatur, beata Virgo in corde humili multa bona facit, tempore frigoris, id est timoris; induit enim illud candore et decore, infundit illud pietate, inebriat charitate, germinare facit in operatione, ut dicitur Isaiae lv. Deinde poros terræ constringit, id est timore, religiositate cor compescit et castigat, ne evagetur per cogitationes inutiles et affectiones. — Ibid.

Nix per pudicitiam. — Barthol. de Pisis, lib. i, *De laud. Virg.*, fruct. 2.

Nix, quia extinguit incentiva libidinum. — Idem, lib. i, *De laud. Virg.*, fructu 8.

Nix candidissima. — Bernardin. de Busto, serm. 2, *De assimilat. B. Mariæ*.

Nix de alto ad nos descendens, non in strepitu, aut furore magnæ severitatis propter peccata nostra, sed in dulcedine et pietate humaniter ad nos veniens. Nix enim propter substantiam suæ molitatem et levitatem in suo descensu strepitum vel sonum non generat. — Ibid.

Nix nive candidior. — Ibid.

Nix, nobis dolos et insidias et machinationes diaboli manifestans. — Ibid.

Nix occultans turpitudinem delictorum nostrorum, dum ejus interventu vestimur indumento innocentiae et sanctitatis. Nix enim sua præsentia loca fœtida legit et occultat. — Ibid.

Nix, quæ a Deo missa est in mundum, ut sua cooperatione vestiret, et impinguaret terram humanæ generationis. — Ibid.

Nix, quæ libenter in montibus, id est in sanctis et devotis descendit, dans eis abundantiam consolationum. — Ibid.

Nix, quæ quemlibet suum devotum impinguat consolationibus divinis. — Ibid.

Nix restringens venas libidinum. — Ibid.

Nix sicut lana Psalm. cxlvii, quia nostram nuditatem legit. — Ibid.

Nobilitas populi Christiani. — S. Anselm. in *Med. de B. Virg. M.*

Nobilitas generis Dævid. — D. Bruno Carthusian. in *Serm. de Annuntiat. B. M. V.*

Nobilitas mundi. — Bernardin. de Busto, in *Mariali*, serm. 2, *De Coronatione. B. M. V.*

Nobilitas generis humani. — D. Bernardin. Senensis. Tom. I, serm. 61, qui est *De superadmirabilitate gratia et gloria B. Virg. Matris Dei*.

Nobilitas humani generis. — Maurit. de Villa Probata, serm. 25 *Coronæ novæ B. Mariæ*.

NOE, praeceptorum divinorum impletione. — Barthol. de Pisis, lib. i *De laud. B. Virg. M.*, fruct. 4.

NOEMI, in qua macula etiam venialis peccati non est: in utero portans candidum et rubicundum. — Albert. Magn. in *Biblia Mariæ*, super lib. Ruth.

Noemii in afflictione. — Barthol. de Pisis, lib. i *De laud. Virg.*, fruct. 2.

NOMEN dulce spirans. — S. Amphil. Iconii episcopus, *Orat. in laud. Deiparæ*.

Nomen supra modum desiderabile. — Georg. Nicomed. orat. 5, *De Præsentat. B. Virg. Mariæ*.

Nomen a Deo impositum. — Jacobus monachus in *Mariali*, orat. 5.

NORMA veritatis. — S. Proclus in orat. 6, quæ est *De laud. B. Virg. M.*

Norma fidei orthodoxæ. — S. Cyrillus, homil. 6, Ephesi dicta *Contra Nestorium*.

Norma omnium. — D. Petr. Damian., lib. ii *Epistolar.*, epistola 14.

Norma omnis mortificationis. — Rupert. abbas, lib. v *Commentar. in Cantic.*

Norma recta virtutum universis fidelibus Christi. — Honorius Augustodun. in *Sigillo B. Virg. Mariæ*.

Norma castitatis. — D. Bonav. in *Psalterio minori B. V. M.* Quinquagena. 2.

Norma vitae. — Henricus ab Hassia in epistola sui tractatus, *De Concept. B. V. M.*

Norma omnium hominum sine defectu. — D. Anton. in *Sum. in part.*, tit. xxxi, cap. 3.

Norma omnium mulierum. — Ideu in *Sum. part. iv*, tit. xxii, cap. 22, *Maria*.

Norma virginum. — Gulielm. Vinc. Serm. *De Concept. B. V. M.*

Norma justitiae. — Dion. Carth., lib. iv, *De Praec. B. Virg.*, art. 4.

Norma innocentiae. — Bernard. de Busto, in *Officio Concept. B. V. M.*

Norma justitiae. — Idem in *Mariali*, serm. 2, *De Coronat. B. V. M.*

Norma virginitatis et pudicitiae et omnium aliarum virtutum. — Idem, serm. 5, *De Nativit. B. M. V.*

Norma cunctis virginibus sanctis. — Joan. Trith., *De miraculis B. V. prope Dittelbach.*, lib. i, cap. 10.

Norma justitiae. — Ibid., cap. 12.

Norma superabundans sapientiae Christianæ. — Idem, lib. i *De miraculis B. V. in Urticeto*, cap. 6.

Norma morum. — Casimirus Poloniæ princeps, in *Hymno de B. V. M.*

Norma obedientiae. — Joan. Picus, lib. ii in *Cant.*, cap. 19.

Norma totius humilitatis. — Idem, lib. in *Cant.*, cap. 5.

NOTA candoris. — Joan. Hildesheimens., cap. 16 *Defensorii Ord. Carmeli*.

Nox de qua Psal. xviii: « Et nox nocti indicat scientiam. » — S. German. Constant., *Serm. in Nat. B. V. M.*

Nox per absconsonem. — Barthol. de Pisis,

lib. ii *De laud. Virg.*, fruct. 2.

NUBECULA levis per immunitatem peccatorum, dulcis per plenitudinem charismatum. — Joannes, xliv^o episcopus Hierosolymitanus, in libro *De institutione primorum monachorum in lege veteri exortorum et in nova perseverantium*, cap. 32.

Nubecula nata contra mare, id est, contra solitam amaritudinem in vitiosa propagine naturæ humanæ. — Ibid.

Nubecula, quæ a discipulis Eliæ de mari, id est de amara et vitiosa natura humana oriri et ascendere visa est. — Ibid., cap. 33.

Nubecula, quæ in septima ætate a discipulis Eliæ, visa fuit in Carmelum spiritualiter ascendere. — Ibid., cap. 34.

Nubecula', materia corporis solaris, id est, Mater materia corporis Salvatoris. — Albert. Magn. super *Missus est*, cap. 160.

Nubecula, curva per humilitatem, sed immensa per gratiam. — Idem, in *Biblia Mariæ* super lib. iii *Regum*.

Nubecula adducens pluviam salutarem, quam sol justitiae Deus noster, propter eximiam charitatem suam, qua dilexit nos, tanquam quemdam vaporem dulcissimum elevavit de mari, id est, de populo Iudeorum amarissimo. — Ern. Prag. in *Mariali*, cap. 15.

Nubecula parva, quasi vestigium hominis, iii Reg. xviii: « Quia sicut cera mollis retinet vestigium sigilli; » ita retinuit Maria formam Filii. — Ibid.

Nubecula ascendens in Carmelum, hominis, patris videlicet Eliæ, præ se ferens vestigium. — Ibid., lib. *De patronatu et patrocinio Deip. Virg. in sibi dicatum Carmeli Ordinu*, cap. 5, § 1.

Nubecula levis. — D. Laur. Justin. in lib. *De casto connubio Verbi et animæ*, cap. 9.

Nubecula lucida, de qua sol spiritualis Christus Deus noster: « Qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, » factus est, conceptus et natus. — D. Antonin. in *Sum.*, part. iv, tit. xv, cap. 4.

Nubecula quasi vestigium hominis ascendebat de mari in Carmelum. Traditum tenemus Deum sub figurata hac visione revelasse tunc Eliæ quatuor magna mysteria. Primo, quod quædam infantula nasceretur, quæ ab utero matris suæ ab omni peccato munda egrederetur. Secundo, tempus quo hoc adimpleretur. Tertio, quod hæc infantula virginitatem perpetuam ad exemplum Eliæ amplexaretur. Quarto, quod Deus jungens naturam suam humanæ naturæ de Virgine illa homo nasceretur. — Arnold. Bostius, lib. iv *Specialis Historia Ord. B. Mariæ Virg. de Monte Carmel*.

Nubecula clara. — Bernardin. de Busto serm. 3, *De assimilat. B. M. V.*

Nubecula divina, in qua omnis amaritudo maris, id est humani generis, scilicet peccati originalis in dulcedinem conversa est justitiae originalis vir-

tute radii solaris, id est, filialis præsentationis. — Bern. de Busto, sermo 3 *De assim. B. M. V.*

Nubecula divina, per humilitatem parva, in qua Rex æternus transfiguratus est, et de terribili Judice in Patrem piissimum mutatus est: tota incisa per supernaturalem virtutem, ab omni tenebra præservata. —Ibid.

Nubecula divina, in qua Rex æternus transfiguratus est, et de terribili Judice in Patrem piissimum mutatus. —Maurit. de Villa Probata, serm. 8, *Coronæ novæ B. Mariae Virg.*

Nubes Isaiae. —Jacobus Nisibensis in *Cantic. in laudem B. M. Virg.*

Nubes levis, cui imber divini adventus nuntiatus est. —D. Gregor. Thaumaturg., serm. 3, in *Annuntiat. B. V. Mariæ.*

Nubes cœlestis, quæ tonitruum Spiritus sancti in se ipsa reconditum deduxit in mundum, et imbre Spiritus sancti in universam terram ad producendum fidei fructum, cum impetu dimisit. —D. Epiphan. in *Serm. de laud. Virg.*

Nubes columnæ similis, Deum habens, qui populum deduxit per desertum. —Ibid.

Nubes lucida, habens intus Deum Verbum, ad quam vocalissimus Isaias, cap. xix: « Ecce nubes levis, et venit in Agyptum. » —Ibid.

Nubes lucida, quæ fulgor de cœlo lucidissimum ad illuminandum deduxit Christum. —Ibid.

Nubes tonitruiformis, fulgor interius in utero gestans. —Ibid.

Nubes levis, per quam Dominus venit in Agyptum, id est in afflictionem mundi hujus. —S. Ambrosius, *De viduis*, p. II.

Nubes levis, quia carnem gerebat levem, quia virgo erat, nullis oneribus gravata conjugii. —Ibid.

Nubes, de qua per Moysen figurate est scriptum: « Ecce gloria Domini apparuit in nube. » —Joan., XLIV, episcop. Hierosolymorum in libro *De institutione primorum monachorum in lege veteri exortorum, et in nova perseverantium*, cap. 52.

Nubes, per quam genus humanum accepit a Filio Dei desideratum pluvie, id est gratiae divinæ beneficium. —Ibid., cap. 36.

Nubes columnæ similis, Deum habens, qui in deserto Israelis ductor fuit. —S. Joan. Chrysost. *Hom. in Christi Natal.*, apud Combeb. tom. II suæ Bibl.

Nubes levis, cui Gabriel divini adventus imbre annuntiavit. —Idem, *Orat. de Annunt. B. Virg. Mariæ.*

Nubes Domini, quod ex Spiritu sancto eum concepit, quem imparabiliter peperit. —S. Proclus, in orat. 5, quæ est *De laud. B. Virg. Mariæ.*

Nubes levis, qui eum, qui super Cherubim sedet, suo gestavit in corpore. —Id. orat. 1, *De laud. Virg.*

Nubes virginea, e qua Sol justitiae nascendo illuxit. —Idem orat. 4, quæ est *in diem Natalem Domini.*

Nubes cœlo fulgida. —S. Sabba in *Menæis Græcorum* die 12 Januarii.

Nubes lucem ferens. —Entychian. in *Vita Theophilii*; apud Surium, tom. I, die 4 Februario.

Nubes continens Deum. —S. Andr. Cret. *Can. in Partum B. M. V.*

Nubes lucida, ex qua magnus Sol justitiae processit, et terram illuminavit. —Idem, in *Can. in Isa. proph.*

Nubes tota incisa. —Idem, orat. 3, *De Dormit. Virg.*

Nubes pluvias incorruptas continens. —Isychius, serm. 2, *De laud. Virg.*

Nubes pluviae potum animis sanctorum exhibentis. —Chrysippus, in *Serm. de S. Maria Deipara*, qui exstat tom. VI *Bibliothec. Magnæ veter. PP.*, part. II.

Nubes velox, de qua locutus est Isaias glorus. —D. Severus Alexandrinus, *De ritibus Baptismi*, tom. IV *Bibliothec. PP.*, edit. 1; et tom. VII *Bibliothecæ Magnæ.*

Nubes, in qua Christus lux inaccessa corporaliter insedit, et in scitiae meæ tenebras illustravit. —Anonymus in *Euchologio*, seu *Rituali Græcorum*, in *Canone funereo pro mulieribus defunctis*.

Nubes levis prophetae, cui insidens Dominus Agyptum intravit, atque sanctos Ascetas in ea regione aliquando futuros, instar siderum præparavit. —Idem, in *Menæis Græcorum*, die 6 Maii.

Nubes præ omnibus omnino luminibus fulgida. —Idem, in *Menæis Græcorum*, die 9 Julii.

Nubes undique lucida. —Ibid., die 9 Julii.

Nubes spiritualis, ex qua luminis quod nescit occasum, radii mundo orti sunt, et per quam impietatis tenebræ diminutionem accipiunt et fugantur. —Georg. Nicomed. orat. 1, *De Concept. B. Virg. Mariæ.*

Nubes sublimis aere gradiens, in qua sedens qui ingreditur super nubes cœlestes, destruxit simulacra, quæ colebantur ab Agyptiis. —Idem, in *Orat. de exitu SS. Dominae nostræ, quando fuit oblatæ in templo.*

Nubes, de qua scriptum, Isa. x: « Ecce Dominus sedet super nubem levem, et veniet in Agyptum, et commovebuntur simulacra Agypti. » —S. German. Constantin. *Serm. in Nat. S. Virg.*

Nubes lucida, a qua sol splendidissimus ortus est detentis umbra mortis. —Idem *Orat. in Præsent. B. Virg. Mariæ.*

Nubes lucida, cui lacrymarum imber copiosus fuit tempore Passionis Filii. —Idem, in *Mariali*, fragm. 16.

Nubes tempore Passionis Filii lacrymarum imbris plena. —Ibid., fragm. 16.

Nubes undique rutila. —Ibid., fragm. 15.

Nubes valde subtilis, ex qua altissima Dei Majestas in tenebris, et umbra sedentibus effulgere voluit justitiae Solem. —Cosmas Hierosolymitanus, in *Menæis Græcorum*, die 15 Augusti.

Nubes lucis, terrenum ac grave pondus, leve quodammodo tabernaculum sortita, ac si aereum velutique in altari panem vitæ operiens, in qua Dominum sedisse Isaías vaticinatus est, cap. xix.

— S. Joan. Dam., orat. 4, *De Nat. B. V. M.*

Nubes lucis in deserto veteris vitæ novam adumbrans Jerusalem, per quam lex gratiæ excepta est, et ex qua Sol justitiae exortus est fulgoribus incorruptionis exhilarans universa. — Ibid.

Nubes lucis, Soli justitiae expansa. — Ibid.

Nubes, quæ totius divinitatis imbreu excepit, depluens nobis stillas indulgentiæ. — Idem, in *Paract. B. Virg. Mariæ.*

Nubes solis tota lucida illuminans animas nostras, et dispellens nubila iniquitatum nostrarum. — Ibid.

Nubes tota lucida, quæ Solem justitiae Jesum lucis datorem ac Deum concepit. — Ibid.

Nubes animata. — S. Joannes Damascenus, *Can. in SS. Deip.*

Nubes, ex qua Sol justitiae resulxit. — Idem, *Can. in SS. Apost. Petrum et Paulum.*

Nubes levis, ex qua Deus altissimus justitiae Solis, qui in tenebris et umbra versabantur, effulgit. — Idem, *can. 2, in Dorm. B. M. V.*

Nubes levis imbreu ferens Christum. — Idem, in *Oct. Græcorum.*

Nubes lucida aquæ vivæ pluviam incorruptionis Christum nobis pluens. — Ibid.

Nubes lucida, quæ Solem Christum tulit ex ea incarnatum propter salutem nostram. — Idem, *Can. in Concept. S. Joannis Baptiste.*

Nubes lucis. — Idem, *Can. in Cosm. et Dam.*

Nubes solis. — Idem, in *Can. SS. Deiparae.*

Nubes animata solis, ad cuius ortum atra malitiæ caligo imminui cœpit. — S. Josephus, *Hymn. in Mariali.*

Nubes Deo gratissima. — Ibid.

Nubes divina, in templo Dei tanquam in cœlo expansa, quæ dulcedinem stillavit, universam animalium nostrarum amaritatem auferentem. — Ibid

Nubes, ex qua aqua viva stillavit. — Ibid.

Nubes guttatum salutarem pluviam divinæ undam distillans, et animabus nostris propter vitiorum ariditatem penitus inculpis exhibens se, ut quanidam fontana scaturiginem, qua nos irrigati ad faciendo fructus pietatis fecundamur. — Ibid.

Nubes intellectualis. — Ibid.

Nubes luce refulgens quæ novum populum præcedit ad terram promissionis. — Ibid.

Nubes lucida, animæ nostre nubes multas et graves illuminativis intercessionibus suis dissolvens, ut radios illius, qui ex ea tanquam sol ortus est, videre possimus, et ex ejus luce lucem inocuiduam acquiramus. — Ibid.

Nubes lucida, ex qua cum apparisset Dominus, Aegypti simulacra penitus abolevit. — Ibid.

Nubes lucida, ex qua ortus est in carne Sol intellectualis. — Ibid.

Nubes lucida, ex qua Sol magnus Christus Deus apparuit nobis, et ea, quæ prius tenebris perfusa erant, illuminavit. — Ibid.

Nubes lucida solis, effundens in nos lucem spiritualiæ veræ pœnitentiæ, et pravarum cogitationum tenebras dissipans. — Ibid.

Nubes lucida solis, emittens nobis jubar luminis spiritualiæ veræ pœnitentiæ, et dispellens tenebras pravarum cogitationum. — Ibid.

Nubes lucida Solis justitiae, per cuius intercessionem ab obscurissimis tenebris et ab æterno supplicio liberamur. — Ibid.

Nubes lucida, quæ justitiae Solem inocciduum ultnis continuuit, illuminans nos multis malis obtemperantes. — Ibid.

Nubes lucida, quæ nostræ pusillanimitatis ac cordiæ nubes dispellit. — Ibid.

Nubes lucida, quæ præcessit novum populum ad terram veram promissionis. — Ibid.

Nubes lucifera, quæ divinum lumen peperit miserabilis animæ nostræ nubila dispellens, et luce salutis nos illuminans. — Ibid.

Nubes lucis, in quam sol radios suos explicuit, et ex qua indulgentia plenis criminibus pluit. — Ibid.

Nubes lucis, quæ olim solem obscuratum vidiit, dum crucifigeretur ille qui est immortalis. — Ibid.

Nubes levis, quam vidi olim Isaías propheta Spiritu illuminatus, super quam devectus Dominus gloriæ venit et abstulit omnia Aegyptiorum simulacra. — Ibid.

Nubes lucis sancta, ex qua sedentibus in tenebris et umbra, exortus est Sol, Christus, lucis dator. — Ibid.

Nubes solis lucidissima, depellens animæ nostræ nubes intercessionibus suis, et mentem nostram illuminans negligentiæ tenebris obductam. — Ibid.

Nubes splendida spiritualis Solis. — Ibid.

Nubes tota lucida, quæ assidue fideles obumbrat. — Ibid.

Nubes verbi. — Ibid.

Nubes undequaque lucida, ex qua nobis illuxit Sol, qui ignorat occasum, Christus scilicet Deus noster, ut eos, qui in ignorantia tenebris detinebantur, illuminavit. — Ibid.

Nubes aquosa per gratiarum et omnium charismatum abundantiam, et ideo dicta est gratia plena. — Idiota, *De B. Virg., part. xiv, Contempl. 12.*

Nubes, de qua scriptum est Psal. civ, « Expandit nubem in protectionem eorum; » a Deo enim facta et ordinata est, ut peccatores protegeret et defenseret. — Ibid.

Nubes humectans et secundans fructus terra, id est refrigerans ardorem concupiscentiarum, et secundans homines ad bene operandum: ardorem etiam Solis justitiae, id est iram et indignationem suis sanctissimis precibus modificat et refrigerat, ne peccatores illico feriat. — Ibid.

Nubes lucida per gratiæ illustrationem et sanctæ conversationis exemplum. — Ibid.

Nubes nigra per humilitatem, quæ dicitur quasi humi latens, et etiam nubes nigra, id est obscurata tribulatione, et denigrata ex compassione, et doloribus Filii sui benedicti patientis, quando Filii Dei, et sui non erat species, neque decor.—Ibid.

Nubes, quæ vento ducitur et agitatur, id est gratia Spiritus sancti, quæ eam traxit, reduxit et circumduxit, docuit et custodivit, onerata aquis sapientiae salutaris; nau Spiritus sapientiae docuit eam angelo respondentem; Spiritus pietatis traxit eam ad Elisabeth, Spiritus intellectus docuit eam, et eam duxit cum benedicto Filio suo descendere in Ægyptum.—Ibid.

Nubes, quæ misericorditer abscondit peccatores ab ardore solis, id est ab ira Filii sui, et quia obumbrat eis, et ipsos refrigerat ab æstu concupiscentiarum, et velut pluvia quadam gratia sua secundat eos ad bene operandum.—Idem, *De B. Virgine, part. vi, contempl. 9.*

Nubes, quia sicut nubes protegit nos, et defendit a calore solis, sic beata Virgo protegit nos a furore iræ et vindictæ Solis justitiæ.—Idem, *De B. Virg. part. xiv, contempl. 21.*

Nubes rubicunda per pulchritudinem naturalem et verecundiam virginalem, ferventissimam charitatem et patientiam singularem.—Ibid.

Nubes, ex qua justitiæ Sol existens, infidelitatis caliginem in omnes terræ fines diffusam disjecit, sublato divina cognitione lumine iis, quibus oculi ad divinum lumen hauriendum non cœciuntur.—Leo imperator, in *Orat. de Annunt. B. V.*

Nubes diei pariter, et recti itineris nuntia.—*Joan. Geometr. Serm. in Annunt. SS. Dei Genitricis.*

Nubes levis, quam Sol verus condescendit Christus, juxta Isaiam cap. x; ut tenebrosam mundi hiujus illustraret Ægyptum, quæ pluvia totius fecunditatis internæ terrenorum pectorum glebas emollit.—Guibertus abbas, *De laud. B. Mariæ, cap. 6.*

Nubes levis, quæ tantam a peccati omnis additamento in se levitatem habuit, quantum sacrosanctæ Christi dignitas carnis animaque commeruit.—Ibid.

Nubes protectione.—Hugo de S. Victore, *Serm. in Nativit. vel Assumptione B. Mariæ Virg., qui est in ordine 34.*

*Nubes levis, per quam Dominus noster in Ægyptum, id est in hunc mundum advenit; ipsa enim recte potest appellari Nubes, quia illa pluvia spiritualis gratiæ plena fuit; levis autem quia eam nulla sarcina mundi oneravit; super hanc nubem caminus ascendit, et Ægyptum, id est mundi insima, intravit secundum illam prophetiam, ubi Isaías x: « Ascendet Dominus super nubem levem, et ingredietur Ægyptum. » — B. Aelredus, *Serm. in Annuntiat. B. Virg.**

Nubes tota lucida.—Theod. Lasc. imp. in *Can. ad SS. Deiparam.*

Nubes lucidissima Christi Dei.—Ibid.

Nubes aquosa, per gratiarum et omnium charismatum abundantiam, unde dicta est gratia plena. Ideo dicuntur nubes quasi nimborum naves, aquis etiam sapientiae salutaris onerata fuit hæc nubes, quando conservabat omnia verba, quæ de Filio dicebantur, conferens in corde suo. *Luc. ii. — Rich. a S. Laur. De laud. Virg. lib. vii.*

Nubes candida per virginitatem et omnino modam puritatem, unde Apoc. xiv: « Vidi et ecce nubem candidam, per innocentiam, virginitatem, benignitatem et immortalitatem, » et super nubem sedentem similem Filii hominis.—Ibid.

Nubes expansa a Deo in protectionem nostram, *Psal. civ, id est nobis data, ut nos protegat a furore Solis justitiæ tanquam nubes.*—Ibid.

Nubes hyacinthina per cœlestem conversationem verissime dicere potuit: Mea conversatio in cœlis est. » *Philipp. iv.*—Ibid.

Nubes lucida, per prædictæ illustrationem, et sanctæ conversationis exemplum, designata per illam nubem quia lucidam, de qua legitur in historiis de opere quartæ diei, quæ, antequam sol fieret, mundum illuminabat, et de qua secundum quosdam factum est corpus solis, ideo dicitur Job xxxvii: « Nubes, » id est Maria, « et sancti spargunt lumen, » suum scilicet lumen exemplorum.—Ibid.

Nubes nigra per humilitatem, ideo dicit ipse Cant. i, « Nigra sum sed formosa, » quia nigredo humilitatis excellentissima est formositas animæ fidelis: vel nigra, id est, obscura, et guttis noctium, id est tribulationibus plena et denigrata ex compassione et doloribus Filii patientis.—Ibid.

Nubes quasi suspensa inter cœlum et terram, et hoc per desiderium æternorum, Job vii: « Suspendit elegit anima mea, » id est, suspensionem a mundo, vel elevationem, ut conversatio ejus esset in cœlo, et quæ sursum sunt quereret.—Ibid.

Nubes, quia sicut nubes ad fructum terram habitat et secundat; unde dicitur Eccli. xxxi: « Speciosa est misericordia ejus in tempore tribulationis, sicut nubes pluviae in tempore siccitatis. » Ita Maria velut nubes misericorditer abscondit peccatores ab ardore solis, et ipsis refrigerat ardorem concupiscentiarum, ac eos secundat ad bene operandum.—Ibid.

Nubes, quia sicut nubes fructibus, hominibus et animalibus solis ardorem temperat: ita Maria ardorem, id est iram Solis justitiæ suis precibus mortificat et refrenat, ne peccantes illico feriat.—Ibid.

Nubes, quia sicut nubes, secundum beatum Isidorum, dicitur ab obnubendo: beata Virgo humana carne velavit Unigenitum Dei, obnubere enim, operire est.—Ibid.

Nubes, quia sicut nubes solis temperat claritatem, et refrigerat fervorem: ita Maria mortalium lippientibus oculis Solis æterni temperavit claritatem, et refrigeravit fervorem. Unde dicit Ezech. xxxii: « Solem nube tegam, » Et hoc quando Deus

dixit : « Ut habitaret in nebula, » III Reg. viii. Et quando nubes carnis facta est latibulum ejus, Job xxxii. Propter hoc etiam dicit ipsa, Eccli. xxiv:

Sicut nebulam texi omnem terram, » scilicet a servore Solis justitiae, temperans illi claritatem divinitatis.— Rich. a S. Laur. de laud. Virg. lib. vi.

Nubes, quia sicut nubes vento impellitur, ita Maria vento vehementissimae persecutionis impulsata fuit in Filii Passione, et tunc resoluta est in multa lacrymarum stillicidia. — Ibid.

Nubes rubicunda per pulchritudinem naturalem, verecundiam virginalem, ferventissimam charitatem, patientiam singularem; vel rubicunda per martyrium animae, quando ut luna conversa est in sanguinem, per compassionem in Unigeniti Passione, Joel ii. — Ibid.

Nubes vento ducta, id est gratia Spiritus sancti, qui ipsum et impellebat, et trahebat, et circumducebat, et ducebatur, et custodiebat, ut de ea possit illud exponi, Deut. xxxii : « Circumduxit eam, et docuit, et custodivit. » Spiritus enim sapientiae docuit ipsam angelo respondere; Spiritus pietatis traxit eam ad Elisabeth; Spiritus intellectus deduxit eam cum Filio ad templum; Spiritus timoris impulit eam, et fecit cum Filio descendere in Aegyptum, et sic de aliis. — Ibid.

Nubes media inter terram et solem, id est inter peccatores et Deum, cuius ardorem et iram mitigat. — Hugo Carenensis, in Psal. civ.

Nubes plena imbre gratiarum. — Ibid.

Nubes pluvialis, quae perusta mille malis corda nostra refecit, illis Deum infundens. — D. Bonav. in Psalterio minori B. Virg. quinquagena. 2.

Nubes rorifera. — Idem, in Psalterio B. Virg.

Nubes levis, quia nunquam pondere alicuius peccati fuit aggravata. — Albert. Magn. Serm. in Dominic. i Adventus.

Nubes levis, quia sine omni peccati gravedine. — Idem, serm. 1, in Dominic. infra Octavam Nativit. Domini.

Nubes per quam Dominus venit in mundum. — Idem, Serm. in Dominic. ii Adventus.

Nubes purissima sine omni peccato. — Idem, in Biblia Mariæ, super prophetam Isaiam.

Nubes, quæ pluviam divinæ glorie pluit toti mundo. — Idem, Serm. in Dominic. i Advent.

Nubes umbrationis, et ductionis. Num. x. — Idem, Biblia Mariæ, super lib. Numerorum.

Nubes æstus tribulationum, et carnarium concupiscentiarum rore suæ gratiae refrigerans, patientiam tribuendo, et carnalem concupiscentiam extinguendo. — Jacob. de Voragine, in Mariali, serm. 6, N.

Nubes a terrenis elevata per contemplationem cœlestium, concava per humilitatem, aquosa per compassionem et pietatem. — Idem, in Mariali, serm. 12, A.

Nubes concava per humilitatem, et ideo valde

idonea ad recipiendam cœlestium gratiarum infusionem. — Idem, in Mariali, serm. 6, N.

Nubes imbre gratiarum suarum totam Ecclesiam irrigans et secundans. — Ibid.

Nubes in motu bene operandi velocissima. — Ibid.

Nubes, in qua fuerunt multi vapores marini, id est, multæ tribulationes, quæ tamen tribulationes virtute divini amoris sibi in dulcedinem vertebantur. — Ibid.

Nubes nos sublevans a terrenis. — Ibid.

Nubes, quæ concava per humilitatem, et rorida per plenitudinem gratiae, genuit in se cœlestem arenam, id est Christum qui est signum foederis inter nos et Deum, per quem promisit Deus dare gratiam et gloriam. — Idem, in Mariali, serm. 9, N.

Nubes, quæ se interponens inter Solem et nos, Dei iustitiam ad misericordiam flectit, et nobis refrigerium magnum facit. — Ibid.

Nubes lucida, et levis, super quam Dominus ascendens per carnis Assumptionem, ingressus est mundum. — Ægidius Columna, ex Exposit. in Salutat. Angelicam.

Nubes imbris vitalis. — Jacob. monachus, Orat. de Nativ. B. Virg.

Nubes lucida, jugem illum depluens rorem, quo mortitiae æstus extinctus est. — Ibid.

Nubes intellectualis, cuius dum prædicatur expansio, inoccidua lucis in mundum radij exoriuntur. Vis autem ac robur infidelitatis imminui incipit, ac dispelli. — Jacob. monachus, Marial. orat. 4.

Nubes lucida, qua Sol justitiae circumdatus, carnis efficit operimentum, ex qua naturam nostram indutus maledictionis primos parentes expoliavit. — Idem, Marial. orat. 6.

Nubes lucida, quæ rorem perennem effudit, qui flammœ constringentis ac mororis imbre est extincturus; et aquam, quæ mortuis est, vivificatram. — Idem Marial. orat. 2.

Nubes lucidissima ad se accedentium gratiae suæ oculos reverberans, ita ut illam difficile possint intueri. — Idem, Marial. orat. 6.

Nubes lucidissima justitiae Solem in sinu gerens, quæ clarissimos mundo radios explicavit. — Idem, Marial. orat. 5.

Nubes lucis receptaculum. — Idem, Marial. orat. 6.

Nubes nostra lucida. — Idem Marial. orat. 2.

Nubes pluviae vitalis super omnes terrarum fines expansa. — Ibid.

Nubes solem spiritualem continens, cuius radiis luminaria cœlestia præclarus illustrantur. — Idem, Marial. orat. 1.

Nubes cava ob humilitatem, in qua conceptus est ineffabiliter ad instar arcus, sine opera hominis, ille, qui est imago Dei invisibilis; qui est pax nostra, quem in signum salutis et foederis posuit Deus Pater. Arcus enim, ut dicit Seneca, nihil

aliud est nisi imago solis, cava nube concepta. — Ern. Prag. *Marial.* cap. 15.

Nubes levis, super quam Dominus ascendit *Isa.* x. Leve enim est quod recedit a centro; et Maria semper toto spiritu cordis fugit ex mundo, obliviscens populum suum, et domum patris sui.

— Ibid.

Nubes per gratiae infusionem. — Barthol. de *Pisis*, lib. i *De laud. Virg.*, fruct. 2.

Nubes, quia abdicatrix terrenorum. — Ibid., fruct. 8.

Nubes levis, quia gravamen in portando Filium non habuit, *Isa.* x. — D. Anton. in *Sum.* part. iv, tit. 16, cap. 15.

Nubes levis, quia onera conjugii ignoravit, ac etiam pondera peccati. — Ibid., in *Sum.* cap. 21, quod est *De modis quibus Deus fuit cum Maria.*

Nubes manna pluens. — Arnold. Bostius, in *Prolog.* lib. *De patronatu Mariæ Virg. in dicatum sibi Carmeli ordinem.*

Nubes a terra, id est a terreno amore elevata. — Bernardin. de Busto, ser. 3, *De assimil. B. Mariæ.*

Nubes concava per humilitatem, idonea valde ad recipiendum cœlestium gratiarum infusionem. — Ibid.

Nubes levis, quia nullam peccati gravedinem habuit. — Ibid.

Nubes nos elevans a terrenis. — Ibid. serm. 2.

Nubes nos protegens ab incendiis temptationum, et illuminans in nocte tenebrosa ignorantiae, et ostendens nobis viam cœlestis patriæ, et nos dicens ad fluentia divinæ gratiae. *Exod.* xiv. — Ibid.

Nubes omnis laboris nostri consolativa. — Ibid.

Nubes omnium malorum nostrorum mitigativa. — Ibidem.

Nubes, quæ æstus tribulationum, et carnalium concupiscentiarum rore suæ gratiæ refrigerat. — Ibid.

Nubes, quæ concava humilitate, et rorida cœlestis gratiæ plenitudine, genuit in se arcum cœlestem, id est, Christum: qui est signum fœderis inter nos et Deum. — Ibid.

Nubes, quæ infundendo divinæ gratiæ rorem facit nos multiplicare bonorum operum messem. — Ibid.

Nubes, quæ inter solem et nos se interponit, dum Dei justitiam ad misericordiam flectit. — Ibid.

Nubes, quæ nobis Christum tanquam pluviam salutarem compluit. — Ibid.

Nubes, quæ suarum gratiarum imbre totam Ecclesiam irrigat et secundat. — Ibid.

Nubes velocissima ad bene operandum. — Ibid.

Nubes virginea, in qua fuerunt multi amari vapores, id est, multæ amaræ tribulationes, quæ tamen tribulationes virtute solis, id est divini amoris, in dulcedinem sibi convertebantur. — Ibid.

Nubes serena divinæ pinguedinis. — Joan. Trit. *De mirac. B. Virg. prope Dittelbach.* lib. 1, cap. 10.

Nubes æstus tribulationum refrigerans, patientiam tribuendo. — Maurit. de Villa Probata, serm. 8, *Coronæ nova B. Mariæ*

Nubes, figurata per illam, quæ ducebat filios Israel per desertum, *Exod.* xiv; quæ nos protegit ab insidiis temptationum, et illuminat in nocte tenebrosa ignorantiae, et ostendit nobis viam cœlestis patriæ. — Ibid.

Nubes imbre suarum gratiarum totam terram irrigans et secundans. — Ibid.

Nubes levis, quia mundi affectibus prorsus exonerata. — Ibid., serm. 10.

Nubes levis, quia parva et integra. — Ibid. serm. 8.

Nubes lucida. — Ibid.

Nubes ob conservationem cœlestem. — Ibid.

Nubes omnium malorum nostrorum mitigativa. — Ibid.

Nubes, quæ concava per humilitatem, et rorida per gratiæ plenitudinem, genuit in se arcum cœlestem, id est Christum, qui est signum fœderis inter nos et Deum. — Ibid.

Nubes, quæ elevata est de thalamo fœderis. *Num.* 10. — Ibid.

Nubes, quæ infundendo divinæ gratiæ rorem fecit nos multiplicare bonorum operum messem. — Ibid.

Nubes, quæ interponendo se inter nos et solem, umbram generat, et refrigerium praestat, dum Dei justitiam ad misericordiam flectit. — Ibid.

Nubes, quia sicut nubes est laborantium recreativa, sic et ipsa est omnis laboris nostri consolativa. — Ibid.

Nubes, quia sicut nubes est solaris radii incorporativa, et tamen radius, qui in ipsa nube incorporatur, ipsam penetrans, et exiens, non eam scindit, nec ipsa nubes dividitur; sic ipsa Domina nostra Filium in se recepit, et carne vestivit, et sine sui incorruptione peperit. — Ibid.

Nubes tota lucida, et per supernaturem virtutem ab omni tenebra præservata. — Ibid.

Nubes candida, ardorem æstus temperans. — Lud. Blos. in *Endologia* 2, *ad B. Virg. M.*

NUMEN alterum a nomine ipso. — Justus Lipsius in *Carmine ad Patronam Virginem pro Panegyricis Marianis Martini Deltrii.*

NUNTIUM faustum gaudii. — Jacobus monachus in *Mariali*, orat. 6.

NUNDINÆ salutaris commercii. — S. Proclus in orat. 1, *De laud. Virg.*

NUPTA agni. — D. Bonav. in *Psalterio minori B. Virg.* Quinquagena 3.

NURUS Patris. — D. Althelm. in libro *De laud. Virginis*, cap. 22.

NUTRITIA Filii ac Verbi Dei. — S. Joan. Damasceni., orat. 1 *De Nativit. S. Mariæ.*

NUTRIX Christi. — Tertullian. in libr. iii, *Adversus Marcionem*.

Nutrix altoris, vel, secundum alios, *nutrix* omnia nutritiens. — S. Methodius, *Homil. in festo Purificat. B. M. Virg.*

Nutrix ejus, qui mundum alit et nutrit orbem terrarum. — S. Amphiloch. *Orat. de occurso Dom. nostri Jesu Christi.*

Nutrix cœlestis panis. — D. Hieron. in *Epistola, sive Serm. de Assumpt. B. M. V.*, tom. IX.

Nutrix sui nutrientis. — S. Proclus, orat. 45. Quæ est in S. *Pascha et S. Joan. evangelista. B. M. V.*

Nutrix Dei. — D. August. *libro De Assumpt. B. M. V.* tom. IX, Operum ejus.

Nutrix vitæ nostræ. — S. Sabba in *Menæis Græcorum*, die 25 Julii.

Nutrix alentis. — S. Andreas Creten. in *Orat. 5. De Dormit. B. M. V.*

Nutrix vitæ nostræ. — Idem, in *Cant. in Nat. B. M. V.*

Nutrix vitæ. — Anastas. Antiochen. orat. i, in *Annuntiat. B. M. V.*

Nutrix Dei. — D. Ildephons. lib. *De Virgin. S. Mariæ*, cap. 3.

Nutrix cœlestis panis. — Idem, serm. 2, in *Nativit. B. M. V.*

Nutrix summe mystica sacerdotis; mundum ad se attrahentis. — S. Germ. Constant. orat. i in *Præsentat. B. M. V.*

Nutrix ejus, qui mundum nutrit. — S. Joan. Damascen. orat. i *De Nat. B. M. V.*

Nutrix sui, et omnium nutritoris. — Ambros. Ausbert. *Hom. in festo Purificat. B. M. V.*

Nutrix Creatoris sui. — Idiota *De B. Virgine* part. i, contempl. 19.

Nutrix parentis matre ante sæcula, et in fine sæculorum nati sine patre filii, et omnem spiritum alentis. — Leo imper. in *Orat. de Nativit. B. Virg. M.*

Nutrix altoris cunctorum. — Jo. Geom. in *B. Virg. Hymn. 3.*

Nutrix nostra, nos lavans a fæcibus peccatorum, nos cōsolans etiam in cunabulis vagientes; latens parvulos esurientes, blandimentis nos alliciens, deliciis nos fovens et nutritiens. — S. Anselm. *Luc. super Salve Regina.*

Nutrix salutis mentis nostræ. — S. Anselm, in *Orat. ad B. Virg. M.*

Nutrix Creatoris. — S. Petrus Cluniac., *Prosa in honorem Matris Domini.*

Nutrix omnipotentis Filii Dei. — Idem, lib. iii *Epistolar.*, epistola ultima.

Nutrix nutritoris, auctoris sui, et omnium. — Philippus abbas, lib. i, in *Cantic. cap. 4.*

Nutrix sapientæ. — Helinandus Cisterciensis, serm. i in *Nativ. B. Virg. M.*

Nutrix adolescentularum. — Guilielm. Parvus in cap. 6, *Cantic.*

Nutrix Dei digna. — D. Bonav. in *Psalterio minori B. V. M.* Quinquagena i.

Nutrix resovens mentem nostram. — D. Bonav. in *Psalterio B. Virg. M.*

Nutrix filia et sponsa Dei. — Albert. Magn. super *Missus est*, cap. 107.

Nutrix nostra et totius Ecclesiæ. — Ern. Prag. in *Mariali*, cap. 153.

Nutrix omnium fidelium justorum, et omnium fidelium peccatorum. — Ibid.

Nutrix parvolorum. — Ibid. cap. 141.

Nutrix pulchra dilectionis. — Ibid. cap. 170.

Nutrix veri pacifici, quem in involumentis nutrit, et curis multis; quem puerum portavit in ulnis, et infantulum præ filiis hominum, speciosum, et gratiosum vultu placido intuita est, materno affectu illum deosculans, dulcissime amplexens, ludens manibus, ridens ore, jubilans animo, et dicens: «Risum fecit mihi Dominus meus; qui audierit me, corridebit mihi.» Gen. xxi. — Ibid. cap. 99.

Nutrix Christi, et hoc tam capit, quam membrorum. — Ibid. cap. 153.

Nutrix sibi obsequentibus. — Barthol. de Pisis, lib. i, *De laud. Virg.*, fruct. 8.

Nutrix diligens Filii sui. — D. Bernardinus Senensis, tom. I, serm. 61.

Nutrix Dei. — D. Autonin. in *Summ. part. iv.* tit. 45, cap. 20.

Nutrix affectuosissima Filii sui. — Dion. Carth. *De laud. Virg.* lib. iii, cap. 3.

Nutrix totius Ecclesiæ, cui competebat de concernentibus Ecclesiam præscire ventura, ac vaticinari. — Idem, lib. ii, *De laud. Virg. a. 18.*

Nutrix populorum et orphanorum. — Bernardin. de Busto, in *Mariali*, serm. 2, *De Coronat. B. M. V.*

Nutrix veri Sponsi. — Idem, serm. 4, *De Nativitate B. Mariæ V.*

Nutrix certissima egenorum. — Joan. Trih., lib. i, *De miraculis B. V. M. in Urticeto*, cap. 9.

Nux, quia sicut nux habet amarum corticem, testam duram, nucleus dulcissimum, ita Virgo Mater exterius habuit earnis infirmitatem, et duram testam, id est, fidei firmam constantiam, et virginitatis perseverantiam, et dulcissimum nucleum Christum, ex quo data est nobis dulcedo æternæ beatitudinis. — Alanus de Insulis.

NYMPHA Dei, cui Ave omnis creatura clamat. — Theoph. Nicæn. *Hymn. in Annunt. SS. Deip.*

LIBER DECIMUS TERTIUS.

NOMINA ET ELOGIA DEIPARÆ VIRGINIS MARIAE, INCIPIENTIA A LITTERA O.

Elenchus nominum et elogiorum Deiparæ Virginis in hoc libro contentorum.

IN HOC LIBRO DEIPARA VIRGO MARIA DICITUR

Obed : Objectum : Oblatio : Oblatrix : Oblectamentum : Oblectatio : Oblitteratio : Observatrix : Observatrix : Obses : Obsignatio : Obstetrix : Occasio : Occasus : Oculus : Odor : Economia : Enophorum : Officina : Olea : Oleaster : Oleum : Olfactorium : Olfactus : Oliva : Olivetum : Olla : Omega : Omnia : Onychinus : Onyx : Opalus : Operatorium : Operatrix : Operimentum : Opes : Opificina : Opificium : Opinio : Opitulatrix : Optatrix : Opulentia : Opus : Oraculum : Oratio : Oratrix : Orbis : Ordinatrix : Ordo : Organum : Oriens : Origo : Orithe : Ornamentum : Ornatus : Ortus : Os : Ostensio : Ostiaria : Ostium : Ostrea : Ostreola : Ovicula : Ovis : Ovum : Ozias.

OBED Christi nutritione. — Barthol. de Pisis, lib. 1, *De laud. Virg.*, fruct. 4.

OBJECTUM gloriae præcipuum, post Deum. — Joan. Mauborgn. in *Rosario de praemoniis B. Virg.*, membro 8.

Objectum contemplandi Deum in suis effectibus, quo post assumptam Verbi æterni humanitatem non est in universa machina mundi, et in toto ordine rerum objectum tam præclarum, et evidens, tam gratiosum, et admirabile. — Dion. Carth. lib. 1, *De laud. Virg.* a. 28.

OBLATIO humanæ naturæ, plane Deo digna, atque angelorum spirituali sacrificio, et oblatione spiritualior, sacratiorque ac purior ipsorum puritate. — S. Georg. Nicomed. orat. 3, *De præsent. B. M. V.*

Oblatio justorum Joachim et Annæ, quæ mundi facta est redemptionis pretium — Ibid.

Oblatio acceptissima. — Jacobus monachus in *Mariali*, orat. 3.

Oblatio Creatori tantummodo destinata. — Ibid. orat. 4.

Oblatio Domino consecrata. — Ibid. orat. 5.

Oblatio pretiosissima creaturarum. — Ibid. orat. 5.

Oblatio singularis puritatis, quam oportebat a puris gressibus recedi. — Ibid. orat. 3.

Oblatio terræ, per quam ipsa terra purgata, et purificata hostiæ mysticæ altare evasit, cum antea idolorum nidoribus inquinata fuerit et impio cruento respersa ac foedata. — Ibid. orat. 6.

OBLATRIX prima, inter feminas gloriosi muneric virginitatis. — Zacharias Chrysopolit. lib. 1, *In unum ex quatuor*, cap. 3.

OBLECTAMENTUM omnium terrigenarum. — D. Ephrem serm. *De laude B. Mariæ Virg.*

Oblectamentum perenne. — Jacobus monachus in *Mariali*, orat. 5.

Oblectamentum commune omnium. — Isidorus Thessalon. *Oratio de Annunt. B. M. V.*

OBLECTATIO arcana animarum, — Anonymus in *Menœ Græcorum*, die 4 Aprilis.

Oblectatio animi. — Georg. Nicomed. orat. 2, *De Concept. Deiparæ.*

Oblectatio sempiterna patriarcharum. — S. Jo. Damasc. orat. 1, *De Assumpt. B. M. V.*

OBLITTERATIO unica mœroris. — Idem. orat. 2.

OBSOCRATRIX pro mundi salute. — Arnoldus Carnotensis in *Tractatu de laudibus Mariæ.*

OBSERVATRIX legis. — Ambros. Ausbert. *Hom. in fest. Purificationis B. M. Virginis.*

Observatrix magnifica divinorum præceptorum, tanta enim obedientia Deo subjecta fuit, et tanta cordis promptitudine ejus voluntati parere et adhaerere voluit, quod de præceptis ipsius nihil penitus detraxit, sed omnia corde pervigili, opere continuo absque ulla diminutione inviolabiliter observavit, Deum super omnia diligendo et proximum sicut se ipsum. — Idiota, *De B. Virgine*, part. II, contempl. 4.

Observatrix perfectissima consiliorum, et præceptorum Dei. — Albert. Magn. super *Missus est*, cap. 66.

Observatrix perfectissima mandatorum et consiliorum Dei, super omnes. — D. Anton. in *Sum. part. IV*, tit. 15 et 18.

OBSES fidei mundi apud Deum. — D. Augustin. serm. 2, in *Annuntiatione B. M. Virg.*

Obses quam suæ fidei mundus fecit Deo. — Idem, serm. 17, *De Nativit. Domini*, qui est 21 de tempore.

OBSIGNATIO testamenti Dei. — S. German. Constant. orat. 2, *De præsent. B. M. Virg.*

OBSTETRIX et Virgo. — Aurel. Prudentius, *Hymno XI*, ad viii Kalend. Januarii.

Obstetrix Filii sui. — D. Hieron. lib. *Adversus Helvidium De perpetua virginitate S. Mariæ.*

Obstetrix sui ipsius in divini puerperii celebri-

tate. — Arnold. Carnot. in *Tractat. de laudibus Mariæ.*

OCCASIO Incarnationis Dei. — Dion. Carth. in *Cant. art. 12.*

OCCASIO libertatis damnatis. — B. Casimir. Poloniae princeps in *Hymno de B. M. V.*

Occasus, de quo scriptum Psalmi. LXXVII : « Iter facit ei, qui ascendit super occasum Dominus nomen illi. » — S. German. Constant. Serm. in *Nat. B. M. Virg.*

Oculus columbae, quia dux prævia Ecclesiæ. — Honor. Augustod. in *Sigillo B. Marie V.*

Oculus cœli, id est, Ecclesiæ sanctis ut stellis illustrate ratione puritatis suæ ; quia sicut oculus totum corpus, sic Maria totam illustrat Ecclesiam ; quæ est corpus Filii sui sanctorum radiis exemplorum ; unde canitur de ea : « Cujus vita inelyta totas illustrat Ecclesias. » — Rich. a S. Laur. *De laud. Virg. lib. iv.*

Oculus per discretionem, vel respectu misericordiae justos a dextris, peccatores respiciens a sinistris. — Idem, *De laud. Virg. lib. ix.*

Oculus cæco, id est, peccatori, ipsum dicens, ipsi viam monstrans, ipsum à fovea inferni defensens. Job xxix. — Albert. Magn. in *Biblia Marie* super librum Job.

Oculus orbis. — Bernardin. de Busto, serm. 2, *De Assumpt. B. Mariæ.*

Oculus cæco. Job xxix, quia multos sanat cæcos quotidie. — Maurit. de Villa Probata, serm. 7, *Coronæ novæ B. Mariæ.*

Odor benevolentiae Christi. — S. Andr. Cret. orat. 2, in *Annunt.*

Odor Dei jucundus ad olfaciendum. — S. Joan. Damasc. in *Cant. SS. Deip.*

Odor suavitatum. — D. Petr. Damianus in *Carminibus de Assumpt. B. M.*

Odor mortis in mortem non creditibus. — D. Amadeus, homil. 7, *De laud. Virg.*

Odor vitæ in vitam creditibus in Filium suum. — Ibid.

Odor balsami, præservans a corruptione culpæ ; balsamum enim a corruptione præservat. — Jacob. de Voragine in *Mariali*, serm. 5. L.

Odor cinnamomi, confortans homines, ut perseverent in dono gratiæ. Odor enim cinnamomi habet confortare. — Ibid.

Odor myrræ fngans vermes temptationis diabolæ. Odor enim myrræ fugat vermes. — Ibid.

Odor suavissimus lætitiae. — Jacobus monachus in *Mariali*, orat. 2.

Odor suavissimus virtutum aromatibus plenitudinem terræ suaveolentia perfundens. — Idem, in *Mariali*, orat. 6.

Odor suavitatis. — Bernardin. de Busto ser. 4, *De virtutibus Mariæ.*

ŒCONOMIA Dei ad homines attemperationis. — Leo imperator in *Orat. de Nat. B. Virg.*

ŒNOPHORUM, vas scilicet ferens vinum, Maria si-

quidem nobis attulit gratiam, quæ signatur in vino : unde et nuptiantibus vinum procuravit. Joan. ii. — Rich. a S. Laur. *De laud. Virg. lib. x.*

OFFICINA unitatum inter se maturarum. — S. Proclus in orat. 1, *De laud. Virg.*

Officina celebris divinorum cum hominibus contractuum. — S. Andr. Cret. orat. 3, *De Dormit. B. Virg.*

Officina communis reconciliationis. — Idem, orat. 3, *De Dormit. Virg.*

Officina tremendi Incarnationis mysterii, in quod desiderant angeli prospicere. — Ibid.

Officina Dei. — S. Germ. Constant. orat. 1, in *Præsent. B. Virg.*

Officina divinitatis et humanitatis, passionis et impassibilitatis, vitæ ac mortis. — S. Joan. Damasc. orat. 1, *De Nat. B. Mariæ.*

Officina immensorum honorum, atque omnem mentis captiæ et cognitionem superantium. — Idem, orat. 1, *De Annunt. B. Mariæ.*

Officina medica gratuita, omnibus vulneratis. — Idem in *Parac. B. Virginis.*

Officina medicaminum, nos vitæ participes efficiens, quippe quæ vitam vitæ illius, quæ principium lucis est, nobis oriri fecit. — Ibid.

Officina medicaminum, quibus dolores curantur. — Ibid.

Officina nostræ salutis. — Idem, orat. 3, *De Nativit. B. Virg.*

Officina aromatarii spiritus. — S. Joseph, *Hymn. in Mariali.*

Officina, in qua « Verbum caro factum est. » — Arnold. Carnot. *Tractat. de illo verbo Domini : Mulier, ecce filius tuus.*

Officina purgatissima Spiritus sancti. — Idem in *Tract. de laudib. Mariæ*, tom. XII *Bibliothecæ PP.*

Officina divinæ incorporationis. — Petrus Cellensis, serm. 3, *De Pentec.*

Officina salvationis nostræ, quia causa et materia solvendi pro nobis debiti ab ea suscepta est. — Idem, serm. 4, in *Annunt.*

Officina Verbo incarnando apta, et solius Dei reaptiva, opere incomparabili a Deo constructa, quam ipse Deus extra circumlinivit specie et pulchritudine, quam Rex concupiseret, intus repletæ optimis terræ mercibus nullo modo ante pretio emptis, vel adeptis. — Id., serm. 7, in *Annunt.*

Officina virginalis, in qua omnipotentia Patris vas novum de nova materia novaque cælatura exculpsit. — Id., serm. in *Vigilia Nativ. Domini.*

Officina medica opportuna, animorum pariter atque corporum nobis a Deo exhibita. — Jacob monach. *Orat. de Nat. B. Virg.*

Officina pigmentaria medicaque, quæ nobis ex SS. Joachimi et Anna structa est. — Ibid.

Officina medica a Deo facta ad congruam animorum corporumque curationem. — Jacobus monachus in *Mariali*, orat. 2.

Officina divine dispensationis. — Matthæus Cantacuzenus, in caput i *Cantic.*

Officina, in qua et per quam Spiritus sanctus fabrefecit quidquid in gratia mirificum operatur. — D. Bernard. Senens. tom III, *Serm. de Assumpt. B. Virg.*

Officina stupenda operationis Spiritus sancti, in quo et de qua fabricatum est corpus mundissimum Filio Dei, et nova infusa anima; ambo simul tanquam unam naturam humanam integrum et perfectam in persona Filii Dei univit. — Ibid.

Officina Spiritus sancti. — Joan. Mauburn. in *Rosario de Praconis SS. Virg.*, membro 4.

Officina eximia miræ operationis Spiritus sancti, in qua et de qua formatum est corpus mundissimum Filii Dei, et summa creata est anima Christi; ostenditque Spiritus sanctus universis beatis quod in hac officina, et per eam, fabrefecit quidquid in gratia mirificum operatur. — Dion. Carth. lib. iv *De laudib. Virg.*, art. 9.

Officina stupenda operationis Spiritus sancti. — Bernard. de Busto, serm. 2, *De Assump. B. M.*

Officina totius salutis humanæ. — Arnold. Boscius, cap. 5, § 1, lib. *De patron. et patrocin. Deip. Virg. in sibi dicatum Carmeli ord.*

Officina purissima Spiritus sancti. — Ludov. Blosius in *Endologia 2, ad B. Virg.*

Olea frugifera, per quam securiuit oleum exhilarans, et pinguefacit creaturam. — Georg. Nicomed. *Orat. de Exitu SS. Dominæ nostræ Dei Parentis, quando fuit obtata in templo.*

Oleaster, quia, si oleaster est arbor inulta, silvestris, amara et infructuosa, Maria fuit humano exercitio inulta; silvestris, quia a mundana conversatione sequestrata; amara per compassionem, et infructuosa, quoad propositum virginitatis. — Rich. a S. Laur. *De laud. V. lib. xii.*

Oleum unctionis sacrum. — S. Proclus in orat. 6, que est *De Laud. B. Virg.*

Oleum maxime propter misericordiam effusum extra vas suum, cuius vas est ipse Christus, cuius plenitudinem beata Virgo accepit, et nobis de sua plenitudine gratiam pro gratia refudit. — Idiota, *De B. Virg.*, part. iv, contempl. 2.

Oleum misericordiae, quod verus Samaritanus, id est, Christus Jesus, infudit vulneribus sauciati, id est, generis humani per prævaricationem primæ matris de Jerusalem in Jericho descendantis. — Ibid.

Oleum. — D. Bernard. serm. 5, super *Sainte Regina*.

Oleum juxta multas proprietates olei, et maxime propter misericordiam, effusum, id est, extra vas suum, cuius vas ipse Christus, de cuius plenitudine accepit, et nobis de sua plenitudine gratiam pro gratia refudit. — Rich. a S. Laur. *De Laud. Virginis*, lib. 1.

Oleum misericordiae, quod verus Samaritanus id est, Christus, infudit vulneribus sauciati, id est,

generis humani per prævaricationem primæ matris de Jerusalem Jericho descendantis. *Luc. x.* — Ibid.

Oleum, quia sicut oleum extinguit et ampliat ignem; extinguit enim ignem in lapide, et accendit in ligno: ita Maria incendium peccati extinguit in eo, qui aliquando lapideus et duras fuit peccando, et ex toto corde conversus est ad eam. Et si proprietas est olei extinguere ignem græcum et lapidem ignitum, consuetudo est Mariæ in suis amatoribus extinguere fervorem peccati. Si autem quis lignum fuerit, id est, tractabilis et patiens, succendet in eo dulcedinem Dei, si nominis ejus misericordiam invocaverit toto corde. — Ibid.

Oleum sanctum omni liquori supereminens. — Bernardin. de Busto, in *Mariali*, serm. 6, *De Concept. B. V. M.*

Olfactorium Numinis, suave spirans. — S. Joan. Damasc. in *Menitis Græcorum*, die 27 Januarii.

Olfactus boræ redolentiae Christi. — Anonym. Græcus in *Hymn. ad B. V.*, apud *Nomenc. Mariatum.*

Oliva speciosa, quæ fructum gloriæ attulit, cuius flos odoramentum suavissimi halitus. — S. Joan. Chrysost. orat. 7, *De SS. Deipara.*

Oliva fructifera, plantata in domo Dei, a qua corporalem Domini ramum accipiens Spiritus sanctus, naturæ humanæ tempestate convulsæ, pacem cœlitus latè faustoq[ue] nuntio prædicatam attulit. Psalm. li. — S. Proclus in orat. 6, quæ est *D[omi]nus laud. B. Virg.*

Oliva fructifera in domo Dei. — D. Hildephons. serm. 4, *De Assump. B. Marie.*

Oliva fructifera, per quam misericordia orbis plenus factus est. — Anonym. in *Euchologio*, seu *Rituali Græcorum* in Officio Olei sancti.

Oliva fructifera in domo Dei. — S. German. Constant. *Serm. in Nat. B. Virg.*

Oliva fructifera in domo Dei. — S. Joan. Damasc. orat. 1, *De Nativ. B. M.*

Oliva perpetuo vernans, ac pulchrum fructum proferens olei spiritualis. — Idem, orat. 2, *De Assump. sive Dormitione B. M.*

Oliva fructifera, quæ produxit Verbum misericors, quod semper misericordia et veritas præcedunt. — S. Joseph. *Hymn. in Mariali.*

Oliva per affectum pietatis speciosa, per effectum fructifera: effectus enim pietatis nihil valet, nisi sit ex effectu; nam sicut ex oliva fructus, sic ex affectu, meritorium opus. — Idiota, *De B. V. Part. vi*, contempl. 13.

Oliva plena pinguedine pietatis et compassionis. — Ibid.

Oliva, quia sicut oliva fructus facit in hiemie, sic beata Virgo fructum peperit tempore hiemali, quo refrigerata erat charitas, et iniurias abundabat. — Ibid.

Oliva, quia sicut oliva humore olei plena est, ita

beata Virgo humore gratiae perfusa, hujus vitæ tempore non aruit, sed vitæ æternæ amœnitatem inter omnes Evæ filias gloria suscepit. — Ibid.

Oliva speciosa, id est, omnimoda speciositate repleta per pietatem et compassionem, quæ sunt virtutum beatæ Virginis gloria. — Ibid.

Oliva speciosa in campis, id est, in illis qui se-
quuntur latitudinem suæ pravæ voluntatis, et dis-
currunt per campos velut equi infrenes, non re-
tardati freno timoris, seu mundani pudoris aut
vinculis divinorum præceptorum, quando corde
toto pœnitentes consurgunt ad eam. — Ibid.

Oliva speciosa in campis, id est, in peccatoribus
multis, quibus gratiam sanctissimis suis preci-
bus, exemplis et meritis subministrat, ut excolan-
tur per fidem et pœnitentiam, et referant fructum.
— Ibid.

Oliva speciosa in campis propter communitatem
pietatis et compassionis suæ, quantum est in se
sine acceptione personarum. — Ibid.

Oliva per misericordiam. — Hugo de S. Victore
Serm. in Assump. B. M. V., qui est in ordine 47.

Oliva — D. Bernard. serm. 3, super *Salve Reg.*

Oliva fructifera in domo Dei. — Nicephor. Gregor. *Orat. in S. Deiparam*, apud Cerasolam
tom. VI.

Oliva fructifera in campis, id est, in Ecclesiis.
Christi enim Ecclesiæ campi congrue dici possunt,
quos disciplinæ cœlestis aratrum colit; doctrina
Evangelii scrit, justitiae exsecutio fertiles reddit.
— Adam de Pers. in *Mariali*, fragm. 7.

Oliva, quia, si de oliva profluit pinguedine olei, sun-
dit gratiæ plenitudinem et misericordiæ unctio-
nem profert Mater Christi. — Ibid.

Oliva speciosa et suavis, ex qua et speciosus for-
ma præ filiis hominum nascitur, sanctæ suavi-
tas unctionis. — Ibid.

Oliva speciosa in campis, quia gratia ejus et mi-
sericordia omnibus est communis. — Ibid.

Oliva speciosa, quæ in campis posita florem
campi protulit, ex cuius amœnitate pulcherrima
campestria sibi humanæ turpitudinis nuditas pro-
curavit: campestria enim sunt perizomata, vela-
menta turpitudinis, quæ de flore isto sibi con-
suunt, quicunque per fidem et amorem virginis par-
tus criminum verecunda deponunt. — Ibid.

Oliva fructifera, medicinaliter impinguescens, ex
qua sudat oleum, quod omni pretiosius est un-
guento, et digna fluunt aromata, non auro compa-
rabilia, non argento. — Philipp. abbas lib. iv in
Cantic. cap. 30.

Oliva speciosa in campis, de qua profluxit oleum
gaudii et misericordiæ, quod nos sanans ab infirmi-
tate ungit in regnum cœlestis gloriæ. — Honorius
Augustod. in *Sigillo B. Marie*.

Oliva æstate et hieme vires, cuius viror animæ
sides et perseverantia, quæ non aruit in ea propter
hiemem Dominicæ passionis, sicut in omnibus dis-
cipulis; tunc enim defecit omnis Sanctus;

idee prædictum erat de ea Proverb. ult.: « Non ex-
stingetur in nocte » Dominicæ passionis « lucerna
eius, » id est, fides. — Rich. a S. Laur. *De Laud.*
V. lib. xi.

Oliva, cuius folia amara sunt et medicinalia, quia
ejus verba invitant ad pœnitentiam; vel folia ejus
verba evangelicæ prædicationis, quibus docuit
apostolos et filios nascentis Ecclesiæ, folia etiam
ejus medicinalia, Ezech. XLVI, et Apocal. XXII, quia
sanant cancerum, et exemplum verborum ejus de-
tractionem et cetera turpiloquia. Cancer corrodit
os et linguam, et Sap. i dicitur: « A detractione
parecitur lingua. » — Ibid.

Oliva, de qua Jer. xi, dicitur: « Olivam uberem,
pulchram, fructiferam, speciosam vocavit Dominus
nomen tuum. » Fuit enim oliva uber per affectum
misericordiæ, pulchra per puritatem affectus, fruc-
tifera per effectum misericordiæ, speciosa per abund-
antiam effectus. — Ibid.

Oliva, de qua processit et nata est vera oliva,
id, est, Christus, qui est pax nostra, misericordia
nostra, lux nostra, sine qua non videmus. —
Ibid.

Oliva, ex qua habetur oleum, quod est liquor
olivæ, scilicet Christus, qui est oleum gratiæ infir-
mitis, dimittendo eis peccata. Isa. x, oleum sapientiæ
ad catechumenos instruendos; oleum lactitiae
ad reges et sacerdotes inungendos, id est, spiri-
tuales viros laetificandos. — Ibid.

Oliva frondosa et ramosa, cuius frondes et rami
animatores ejus, ei quoddammodo fide, spe et chari-
tate inserti, quia amor es' amantis et amati unio
quædam spiritualis; unde talis potest dicere:
« Mihi adhærere ei bonum est, et ponere in ea
spem meam. » Psam. LXXII, quia salibus nutrimentum
gratiæ subministrat, maxime autem inseruntur
ei imitatores ejus in pietate et duplice misericordia,
scilicet in affectu et effectu. — Ibid.

Oliva fructum suum, quantum in se est, omni-
bus communicans, quod apparuit, quando Filium
suum peperit in via; ut posset ab omni preter-
cunte capi, et dicere traseuntes: « Filius datus
est nobis. » Isa. ix. — Ibid.

Oliva fructus, quia plena pinguedine divinitæ gra-
tiæ et misericordiæ, luce sapientiæ et hilaritate
bonæ conscientiæ. — Ibid.

Oliva nostra, qua æstate et hieme viret, nam
humore gratiæ perfusa hujus vitæ tempore non
aruit, sed vitæ æternæ amœnitatem inter omnes
Evæ filias gloria suscepit. — Ibid.

Oliva pacifera, per quam finita est guerra, quam
Eva fecerat inter Deum et hominem, inter hominem
et angelum, inter hominem et hominem, inter cor-
pus et animam. — Ibid.

Oliva per affectum pietatis. — Idem, *De Laud.*
Virg. lib. v.

Oliva, propter misericordiam et pietatem, dulcis
in fructu, odorifera in flore, nempe in Filio, qui
dicit Eccles. xxiv: « Spiritus meus super mel dul-

cis, et sicut cinamonum et balsamum aromatizans dedi suavitatem odoris. — Idem, *De Laud. Virg.* lib. xii.

Oliva, quæ comam suam diu conservat: comam enim virginitatis jugiter servavit, quia ante partum, in parte et post partum Virgo. — Ibid.

Oliva, quæ fructum facit in frigore pinguem, quia ad litteram in hieme peperit Salvatorem, et quando refrigeruerat charitas, et abundabat iniquitas. — Ibid.

Oliva, quia, si oliva est arbor insignis, Maria gloriosa est generis nobilitate, gloriosior morum honestate et gratiarum universitate, gloriosissima Filii dignitate. — Ibid.

Oliva, ramos habens flexibiles, quia facilime flecti potest oratione devota, ut habeatur fructus ejus, qui Christus est. — Ibid.

Oliva, speciosa in campis, ab effectu, quia speciem et virtutem tribuit abundantier familiaribus suis, maxime si habuerint in se proprietates campi, ut sint florigeri per castitatem, exculti per pœnitentiam, fructiferi per operationem bonam, et fructus suos pro ejus honore libenter subministrent necessitatem patienti. — Ibid.

Oliva, speciosa in campis, id est, in illis qui sequuntur latitudinem suæ pravæ voluntatis, et discurrunt per campos licentiae, velut equi emissarii et infrenes, non retardati freno timoris, vel divini amoris, seu mundani pudoris, aut vinculis divinorum præceptorum, quando ex toto corde pœnitentes confugunt ad eam. — Ibid.

Oliva, speciosa in campis, id est, peccatoribus incolitis, quibus gratiam suis orationibus, exemplis et meritis subministrat, ut excolantur et referant fructum. — Ibid.

Oliva speciosa in campis propter communitatem, nam misericordia ejus et gratia communis est omnibus invocantibus eam in veritate. — Idem, *De laud. Virg.* lib. iv.

Oliva speciosa in campis, propter communitatem pietatis ejus et misericordiae, quam cunctis exhibet, quantum in se est, sine acceptione personæ. — Idem, *De Laude Virginis*, lib. xii.

Oliva speciosa in germine et liquore, id est, in floribus sacrorum desideriorum, in foliis verborum, in frondibus et ramis operum, quia habuit in se opera active et contemplative. — Ibid.

Oliva speciosa propter omnimodam speciositatem corporalem, quæ in dispositione membrorum, et spiritualem, quæ consistit in virtutibus animæ. — Ibid.

Oliva valde copiosa in fructu, unde dicit, « Ego autem sicut oliva fructifera in domo Domini, » psal. li; id est, in Ecclesia, quia fructus ejus omne bonum est, et summum bonum, qui omnibus omnia factus est, ut lueris faciat universos, I Cor. ix, et ipse in futuro erit omnia in omnibus, id est, sufficientia omnium. I Cor. xv. — Ibid.

Oliva, quæ fructum fecit in frigore, id est, in

hieme peperit Salvatorem; de qua nascitur olem ad infirmos, oleum gratiae, oleum ad cathiceumenos, oleum sapientæ, oleum ad inungendos reges et sacerdotes, oleum lætitiae. — Hugo Carenensis in cap. xxiv *Ecclesiastici*.

Oliva, de qua diversi generis oleum dimanavit, oleum videlicet effusionis, oleum puritatis, oleum justitiae, oleum unctionis. — Absalon abbas in *Serm. de Nativit. B. M. V.*

Oliva, cujus folia sunt verba evangelicæ veritatis, quæ ipsa apostolos, et alios nascentes Ecclesie filios docuit. — Ibid.

Oliva, cujus fructus sunt opera activæ et contemplativæ vitæ, utpote aures Deo inclinare, orationibus secretis divinis interesse, puerum Jesum lacte pascere, et his similia. — Ibid.

Oliva, cujus rami sunt viri justi, qui imitatione virtutis etiam sanctitatis proposito beatæ Virginis quodammodo inserti sunt, longitudine spei et latitudine charitatis undequaque diffusi. — Ibid.

Oliva nostra, quæ et æstate et hieme viorem suum retinuit, quia humore spiritualium gratiarum perfusa, præsentis vitæ tempore non aruit, et æternæ vitæ amœnitatem inter omnes filias Evæ gloriosa suscepit. — Ibid.

Oliva speciosa in ramis, speciosa in foliis, speciosa in germine, speciosa in liquore. — Ibid.

Oliva totius misericordiae et pacis et bonitatis. Jerem. ii. — Albert. Mag. in *Biblia Mariæ* super Jeremiah.

Oliva secunda in sobole; multos enim generat in fide et gratia. — Jacob. de Voragine in *Mariali*, serm. 2, O.

Oliva propter pinguedinem spiritualis gratiae. — Ibid., in *Mariali*, serm. 41.

Oliva reconciliationis, quæ Deum nobis reconciliavit. — Ibid., in *Mariali*, serm. 2, O.

Oliva rubra per charitatem, viridis per virginitatem, et nigra per humiliationem. — Ibid.

Oliva, signum victorie, quia dæmones superavit ac vicit. — Ibid.

Oliva speciosa, quia pulchra in ramis, in foliis et fructibus; habuit enim misericordiam in ramis, scilicet, in corde, exhibendo maternæ compassionis affectum; habuit in foliis, scilicet in ore, adrogando pro nobis apud Deum; habuit in fructibus, id est in opere, exhibendo suæ miserationis auxiliu. — Ibid. in *Mariali*, serm. 3, O.

Oliva tenebrosos illuminans, lumine suæ gratiae; vulneratos sanans medicina suæ misericordiae; famelicos satians dulcedine suæ consolationis. — Ibid., in *Mariali*, serm. 2, O.

Oliva viriditatis continua: nam viorem suæ sanctitatis nunquam amisit, nec in æstate consolacionis, nec in hieme tribulationis, nec in vere iumentutis, nec in autumno senectutis. — Ibid.

Oliva in amplitudine hujus mundi velut in medio campi speciositatem virtutum retinens, sanctis cogitationibus virens, bonis operibus florens, nobis

fructum aeternae beatitudinis parvus, coelesti oleo secunda, id est, Spiritus sancti gratia. — Alan. de Insul. in *Serm. de S. Maria.*

Oliva fructifera, ex qua oleum exhilarans effluxit, et universas creaturas impinguavit. — Jacobus monachus in *Mariali*, orat. 3.

Oliva, quia, si oliva arbor pacis est, beata Virgo totius mundi reconciliationem obtinuit. — Ernest. Prag. in *Mariali*, cap. 50.

Oliva, quia, si oliva est mater olei, beata Virgo proprie est Mater gratiae, et Mater misericordiae. — Ibid.

Oliva speciosa in campis, id est, inter patriarchas, qui fuerunt viri misericordiae, in latitudine charitatis, vel legis naturalis ambulantes. — Idem, in *Mariali*, cap. 49.

Oliva fiduciae. — Barthol. de Pisis, lib. i *De laud. Virg.* fructu 2.

Oliva, quia misericordissima. — Idem, libr. i, *De laud. Virg.* fructu 8.

Oliva speciosa in campis, omnibus se communicans, et parata dare singulis de oleo suo, quo sovcatur, non extinguitur ignis in lampadibus suis, quatenus in nocte, lucerna non extinetur. Sponso parati sint occurrere, et ad nuptias secum intrare pro voto Sponsi copia fruaturi. — Anton. Poecq. serm. 7, *De Concept. B. M. Virg.*

Oliva speciosa in campis, quæ mundo naufragium illum olivæ paternæ protulit Iesum Christum. — Joan. Gerson. *Tractat. 9, super Magnificat.*

Oliva vires. — D. Laur. Justinian. libro *De casto connubio Verbi et animæ*, cap. 9.

Oliva speciosa in campis, ad quam et justi et peccatores accedere possunt, ut inde oleum misericordiae accipiant. — D. Anton. in *Summ. in part. tit. 51*, cap. 4, quod est *De multipli misericordia, quam accepimus a Deo, mediante Virgine Maria.*

Oliva speciosa in campis, ob misericordiam. — Idem, in *Sum. part. iv, tit. 7, cap. 2, § 5.*

Oliva: quia, sicut oliva jugiter viret, dulcem fructum producit, et pacis est signum, et pietatem misericordiamque designat: sic beata Virgo jugiter in omni viro proficit sapientia, pietate morum ac virtutum, et suavissimum protulit fructum, reparatorem pacis generavit hominibus, et nos jugiter reconciliat Deo, estque totius misericordiae Mater et pictatis fontana. — Dion. Carth. in cap. xxiv *Ecli.*

Oliva, cuius fructus fuit Christus, viridis in tota sua conversatione, rubens in passione, niger in morte. Fructus enim olivæ primo virescit, deinde rubescit, postea nigrescit. — Bernardin. de Busto, serm. i, *De assimilat. B. Mariae V.*

Oliva, cuius oleum, id est, pietas, illuminat tenebrosos in Dei cognitione. — Idem.

Oliva fructifera in domo Dei, *Psalm. li.* — Ibid.

Oliva in campis speciosa. — Idem, in *Mariali* serm. 6, *De Concept. B. Mariae.*

Oliva in sobole secunda, novellas plantationes

filiorum generans in fide et gratia. — Idem, *Serm. 1, De assimilat. B. M. V.*

Cliva misericordiae. — Ibid.

Oliva propter pinguedinem spiritualis gratiae. — Ibid.

Oliva pullulans. *Ecli. xxiv.* — Ibid.

Oliva reconciliationis, Deum enim nobis reconciliavit. — Ibid.

Oliva solida et imputribilis. — Ibid.

Oliva victoriae, dæmones enim superavit ac viceit. — Ibid.

Oliva viriditatis continuæ: nam viriditatem suæ sanctitatis nunquam amisit, nec in æstate consolationis, nec in hieme tribulationis, nec in vere juventutis, nec in autumno senectutis. — Ibid.

Oliva fructuosa misericordiae. — Joan. Tritheimius, lib. i *De miraculis B. M. V. in Urticeto*, cap. 6.

Oliva fructifera in domo Dei. *Psalm. li.* — Maurit. de Villa Probat. *Serm. 22, Coronæ noræ B. Virg. Mariae.*

Oliva gloriosa. — Ibid. *Serm. 5.*

Oliva in campis, quia communis omnibus personis. — Ibid. *Serm. 22.*

Oliva propter pinguedinem spiritualis gratiae. — Ibid. *Serm. 53.*

Oliva, quæ viriditatem suæ sanctitatis et innocentie nunquam amisit. — Ibid. *Serm. 5.*

OLIVETUM amoenissimum. — Bernardinus de Busto *Serm. 1, De assimilat. B. M. V.*

OLLA Elisæi. — Jacobus Nisibensis in *Cantic. in laudem B. M. V.*

OMEGA, id est, novissima creaturarum humilitate. — Cæsar. Cistere. *Hom. de Nominis Mariae.*

OMNIA omnibus. — D. Bernard. *Serm. de B. M. V. super illud Apocal. Signum magnum.*

Omnia omnibus. — B. Joseph Steinfel. *Opusc. 4.*

Omnia omnibus facta, ut, quantum in se est, lucifaciat universos, cum non sit qui se abscondat a calore charitatis ejus. — Richard. a S. Laur. *De Laud. Virg. lib. ii.*

Omnia omnibus, non secundum assimilationem, et Paulus, sed secundum veritatem. — Albert. Magn. *super Missus est, cap. 126.*

Omnia omnibus, ut nostra curet vulnera. — Jacob. Monachi. *Orat. de Nativ. B. M. V.*

Omnia omnibus facta, ut naturæ vulneribus mederetur. — Jacobus monachus in *Mariali*, orat. 2.

Omnia omnibus. — D. Antonim. in *Sum. part. iv, tit. 15, cap. 26.*

ONYCHINUS, quia, si onychinus gemma sine omni laesione intrat oculum, et ibi moratur, et ipsum purgat et sanat: per Mariam sanati sunt, quicunque Domino placuerunt. — Ernest. Prag. in *Mariali*, cap. 42.

ONYX, quia, si onyx gemma phantasmata tristitiamque depellit, Maria cogitationes inutiles, et dæmonum suggestiones — Ernest. Prag. in *Mariali*, cap. 42.

Onyx lapis transparens, animæ fœtum educens, et partum boni propositi suis meritis apud Deum in opus bonum accelerans, internumque mentis oculum intrans, ab omni pulvere terrenæ cupiditatis efficaciter purgans. — Jo. Trithem. lib. 1, *De mirac.* B. M. V. *Urtic.* cap. 7.

OPALUS spiritualis, longe præcellens lapidem variæ coloris pretiosissimum, qui sanat omnes ægritudines oculorum. In sola India hic lapis reperitur ad quantitatem magnæ Nucis avellanæ; et Deum sola Virgo peperit humilis et innoceps Maria: opalus aspectu mirabilis carbunculi, smaragdi, sapphiri, amethysti, et aliorum diversorum fulgentium coloribus lapidum decorus, pulcherrimusque describitur: et Maria intacta Dei Genitrix cunctis sanctorum in cœlo virtutibus et meritis ut lucidissimum speculum exornatur. — Joan. Trithem lib. 1 *De mirac.* B. M. V. *in Urticeto,* cap. 7.

OPERATORIUM Spiritus sancti. — Albertus Magn. in *Postillis super cap. xi, Luc.*

OPERATRIX virtutum. — Rupert. Abbas, lib. iv, *Comment. in Cantic.*

Operatrix unica Conceptionis Filii Dei. — Mattheus Cantacuzenus in cap. v *Cantic.*

Operatrix virtutum. — Joan. Mauburn. in *Roseto Exercitat. spiritualium*, tit. 21, cap. 6.

OPERIMENTUM nostræ nuditatis. — S. Germ. Constant. orat. 2, in *Præsent.* B. M. V.

OPES inexhaustæ. — S. Joan. Damaseen. orat. 2, *De Assumpt.* B. M. V.

OPIFICINA unionis naturarum. — S. Proclus, in orat. 1, *De laud.* B. M. V.

Opificina virginitatis, adversus quam daemons insidias struere non potuerunt. — Idem, orat. 6, quæ est *De laud.* B. M. V.

Opificina virginalis, in qua princeps pacis, corporis arma videns, eaque incontaminata divinitate temperans, eisdem diabolum interemit hostem. — Idem, in orat. 4, quæ est *In diem Natalem Domini.*

OPIFICIUM unionis naturarum. — S. Proclus, in orat. 1, *De laud.* B. M. V.

Opificium virtutum arboris venustatem habens, castitatis floribus suavissime oleum, sensorum splendoribus clarescens, cunctisque aliis uberrimis bonis, nulla penuria gaudens: dignum prorsus, in quo Deus ad homines veniens domicilium nancisceretur. — S. Joan. Damase. in orat. 4, *De Nativ.* B. M. V.

Opificium excellens naturæ, et pars nobilissima rerum. — Arnold. Bostius, cap. 1, § 2, *De patronatu Deipar. Virgin.* in sibi dicatum Carmeli ordin.

OPINIO prædicationis sancti Pauli apostoli, nam sanctus Paulus, antequam exsequis et funeri beatæ Virginis interesset, beatam Virginem gentibus Christum in carne peperisse prædicebat, deinceps vero etiam commigrasse illam ad ipsum docuit: quo exploratum in gentibus fieret, ipsorum

saltem in ejus confirmatam esse intercessionem, ut et ipsi immobili apud Deum defensione gauderent.

— S. German. Constant. orat. 3, *De Assumptione B. M. V.*

OPITULATRIX periclitantium. — D. Ephraem serm. *De laud.* B. M. V.

Opitulatrix studiosa omnium. — Anonym. in *Euchologio seu Rituale Græcorum, et Officio funereo in Sacerdotem vita sumptum.*

Opitulatrix justorum et peccatorum. — D. Fulbert. Carnotens. serm. 4, *De Nativ.* B. M. V.

Opitulatrix cœlestis. — Frideric. Forner. in Epist. dedicat sue *Palmæ triumphalis.*

OPTATRIX affectuissima universalis humanæ salutis. — Dion. Carthus. lib. 1 *De Præsentat.* B. M. V., art. 25.

OPULENTIA sanctissima, quæ ex abundanti virtute securit. — Georg. Nicomed. orat. 5, *De Concept. Deiparæ*, quæ Graece ms. exstat in Cod. Vatic. n. 436.

Opulence bonorum copiosissima ex peculiaribus virtutibus effusa. — Jacob. monachus, in *Mariali*, orat. 4.

Opulence gaudii. — Isidor. Thessalonicens. *Orat. de Annunt.* B. M. V.

OPUS sui figura vestiens artificem. — De Zeno serm. 3, in *Nativ. Christi.*

Opus opificis sui. — S. Petr. Chrysost. serm. 145.

Opus nobis artis ad laudem artificis. — Venant. Fortunat. *Elegia in Laud.* B. M. V.

Opus ejus, qui in ea factus est temporaliter, et non excessit a sua æternitate. — S. Andr. Cret. orat. 3, *De Dormit.* B. M. V.

Opus magnificum horrende dispensationis, in quo angelii desiderant prospicere. — Ibid.

Opus Redemptionis nostræ, quod enim Deus in nostra redēptione est operatus, in ejus personæ veritate formavit. — D. Ildephons. *De Virginitate B. M. V.* cap. 42 et ult.

Opus solum Incarnationis Dei nostri. — Ibid.

Opus præcationis. — Georg. Nicomed. orat. 1, *De Præsentat.* B. M. V.

Opus Dei speciale. — Idiota, *De B. V. M.* part. xvi, contempl. 4.

Opus excelsi exegitatum ante sæcula, consumatum in fine sæculorum, in quos bene fabricando studuit excelsus Dominus. — Idem, *De B. V. M.* part. xiv, contempl. 57.

Opus primarium Dei dignitate et præfiguratione. — Idem, *De B. V. M.* part. xiv, contempl. 44.

Opus speciale inter omnia opera atēniæ Artificis post operationem illam, qua nature nostræ unitus est Filius Dei, quia Deus ad hoc fecit beatam Virginem, ut quod de primo opificio fuerat deformatum, per eam reformaretur. — Idem, *De B. V. M.* part. iii, contempl. 4.

Opus, quod solus Opifex supergreditur. — D. Petrus Damian. serm. 1, *De Nativ.* B. V. M.

*Opus speciale Dei artificis, de quo dicitur Eccli. xxiv: «Gloria Domini plenum est opus ejus,» quam ad hoc fecit, ut quod de priori artificio fuerat deformatum, per eam reformaretur. — Richard. a S. Laur. *De Laud. B. V. M.* lib. x.*

Opus speciale Dei Patris. — Idem, *De Laud. Virginis* lib. xii.

Opus speciale et principale Dei : nam, cum universa opera Domini dicantur bona valde, Genes. i., opus quod est Maria, vel opus quod factum est in Maria, scilicet Incarnatio Filii, debet dici bonum, melius, optimum valde. — Ibid.

Opus speciale illius Artificis, qui fabricatus est auctorat et solemi. Psalm. LXXXIII. — Idem, *De Laud. B. V. M.* lib. x.

Opus digitorum Dei grande nimis et decorum. — D. Bonav. in *Psalter. minori B. V. M.* Quinquagen. 4.

Opus Domini excellentissimum, plenum gratia ejus in mundo et gloria in cœlo. — Idem, in *Speculo B. V. M.*, cap. 3.

Opus Domini mirabile, antonomastice, de quo dicitur in Eccles.: «Vas admirabile opus Excelsi.» — Ibid. cap. 7.

Opus plenum Dominicæ glorie : nam præter assumptam a Verbo naturam, nullum est opus, nulla est creatura, in qua tanta divina glorie materia clineat, sicut in Maria. — Ibid.

Opus vere mirabile, quia nusquam invenitur simile, unde de eo dicitur: «Non est factum tale opus in universis regnis.» — Ibid.

Opus admirationis, tam angelorum quam hominum. — Albert. Magn. in *Biblia M.* super Evangelium Joannis.

Opus totius novitatis. — Idem, *Biblia Mariæ super Jeremiam prophetam.*

Opus Dei singulare, perfectissimum et ab omni naturæ impuritate et defectu alienum, et ab omni culpa actuali purissimum. — Anton. Pocq. serm. i., *De concept. B. V. M.*

Opus admirandum divinæ artis, cuius specie captus fuit et ipse Conditor, et summa illud sibi cognatione coagunxit. — Isidor. Thessalon. in *Orat. de Nativ. B. V. M.*

Opus eximium supra naturæ vires. — Ibid.

Opus sublime Creatoris divina formositate diluens. — Idem, in *Orat. de Præsent. B. V. M.*

Opus Dei mirabilissimum. — Bernardinus de Busto, serm. 4, *De Nativ. B. V. M.*

Opus primum mirabile, productum a Deo in Novo Testamento. — Ibid.

ORACULUM Spiritus sancti. — Rupertus abbas, lib. v, *Comment. in Cantic.*

Oraculum prophetarum. — D. Bonavent. in *Speculo B. V.* cap. 2.

Oraculum, ex quo loquitur Dominus peccatoribus, et respondet in dubiis. — Ern. Prag. in *Mariali*, cap. 114.

Oraculum novum, a Deo factum, per quod Deus,

qui multifariam multisque modis olim loquebatur in prophetis, de medio oraculi figurati novissime diebus istis locutus est nobis in Filio Verbum vivum et efficax, quod est ipse Dei Filius Jesus Christus. — Idem, in *Mariali*, cap. 113.

Oraculum tabernaculi, id est, Ecclesiæ fidelium Veteris Testamenti. — Ibid.

Oraculum templi, id est, Ecclesiæ Novi Testamenti. — Ibid.

Oraculum verum, ad quod confugere debemus, quoties verba propitiatoria et bona et compleutoria audire volumus. Oraculum enim locus dicebatur proprie, unde responsa divina dabantur. — Ibid.

Oraculum contemplantibns. — Barthol. de Pisis, lib. i *De Laud. B. V. M.*, fruct. 8.

Oraculum et Sancta sanctorum per sui totam Deo exhibitionem. — Idem, lib. i *De Laud. B. V. M.*, fruct. 2.

Oraculum prophetarum. — Joan. Picus, B.B. ii, in *Cantic.* cap. 3.

Oraculum divinum et cœlestis. — S. Thom. de Villa Nova in conc. 4, *De assumpt. B. V. M.*

ORATIO pulchra omnium hymnigraphorum. — D. Ephræm in *Serm. de laud. B. V. M.*

ORATRIX apud eum qui ex ipsa natus est. — S. Joan. Damasc. in *Parac. B. V. M.*

Oratrix nostra nobis a Deo posita, que rubore non suffunditur, cuius intercessionibus Filius proprium nobis impartitur Spiritum communicativum bonitatis, qui ex Patre per ipsum procedit. — S. Joan. Damasc. in *Octoec. Græcorum.*

Oratrix acceptissima ad Deum, quem peperit. — S. Joseph. Hymn. in *Mariali.*

Oratrix nostra, ut ab hostibus nostris liberemur. — Ibid.

Oratrix gratiosa, pro nostris infirmitatibus ad Deum. — Joan. Trithem. *De Mirac. B. V. Marie prope Dittelbach.* lib. i, cap. 12.

ORBIS proprius Solis justitiae Christi. — Anast. Sinaita lib. iii *Anagog. contempl. in Hexamer.*

Orbis terræ. — Hugo Carenensis in *Psalm. xxviii.*

*Orbis terræ, quia, sicut orbis terræ et machina mundi multam præbet materiam studendi, disputandi et exercitandi se hominibus studiosis, et interdum curiosis, de quibus dicit Salomon, «quod Deus mundum tradidit disputationi eorum,» Eccli. iii: ita Maria multam et sanctam daret occupationem hujusmodi studioso ad exercitandum se in laudibus et creaturæ et Creatoris, si quis cor suum tradere vellet dilucendo ad hæc exercitia, quæ proprie sunt studia liberalia et nobilia. — Ern. Prag. in *Mariali*, cap. 33.*

Orbis terræ, quia, sicut sunt infinita beneficia, quæ præstat, et corporaliter et temporaliter, orbis terræ mortalibus: sic infinita sunt beneficia temporalia, et spiritualia, quæ præstat beata Virgo fili delibus. — Ibid.

Orbis Fili Dei, propheta attestante, qui ait: «Illuxerunt coruscationes tuæ orbi terræ, id est,

Mariæ, quæ facta est orbis Filii Dei, qui est terra
qua in æternum stat. — D. Bernardin. Senensis
tom. III, serm. 1, *De glorioso Nomine Mariæ.*

Orbis Filii sui. — Bernardin. de Busto serm. 6,
De Nomina. Mariæ.

Orbis Filii Dei. — Maurit. de Villa Probata in
serm. 1, *Coronæ novæ B. V. Mariæ.*

Orbis terræ. — Ibid.

*Orbis unus, in quo omnium, qui fuerint, vel futuri
sunt post Christum, spiritualia decora absolutissi-
mis clausa numeris reperiuntur.* — Joan. Picus
lib. II in *Cantic.*, cap. 12.

ORDINATRIX ordinis Virginalis. — Albert. Magn.
in *Biblia Mariae super lib. Apocal.*

*Ordo aptus moderantium et moderatorum sedi-
tionem excludens.* — Georg. Nicomed. orat. 3,
*De Concept. Deiparæ, quæ Græce ms. exstat in Cod.
Vatic. n. 416.*

Ordo inconcessus principum et subjectorum. —
Jacob. monachus in *Mariali*, orat. 1.

*Ordo angelorum, quia protegit ab hostium insi-
diis suos fideles.* — Barthol. de Pisis, libr. I *De
laud.* B. V. M., fructu. 2.

*Ordo archangelorum, quia revelat sacris inspira-
tionibus Dei magnalia suis devotis.* — Ibid.

*Ordo Dominationum, quia custodit Christi fide-
les.* — Ibid.

Ordo Potestatis quia diabolum ab hoste fugat.
— Ibid.

Ordo Principatus, quia Imperatrix est. — Ibid.

Ordo Virtutum, quia miracula plura exercet.
— Ibid.

ORGANUM Domini ex se nascituri. — Theod. Aneyr.
Orat. in Natal.

*Organum gaudii, per quod soluta est dirarum
condemnatio, ejusque loco inducta gaudii justifica-
tio.* — S. Andr. Cret. *Orat. in Annunt.* B. M.

Organum virginale. — Sergius relatus a Canisio,
lib. I, *De Deipara*, cap. 11, et Coccio, tom. I, pag.
307, in *Orat. de Nativ.* B. V. M.

Organum divinum Incarnationis Verbi. — S.
Joseph. Hymn. in *Mariali*.

Organum a Spiritu sancto pulsatum. — Jacobus
monachus in *Mariali*, orat. 6.

Organum hymnologicum. — Ibid.

*Organum puritatis resonans melodiam, quod in
materialium potestatum canticis præludit, quod
cum Cherubica glorificatione consonans voces emit-
tit.* — Ibid.

ORIENS intelligibilis Solis justitiae. — D. Greg.
Thaumaturg. orat. 1 in *Annunt.* B. V. M.

Oriens domui primi parentis Adæ. — S. Andr.
Cret. *Can. in S. Lazarum.*

*Oriens, de quo scriptum Psalm. LXXVII : « Regna
terræ, cantate Deo, psallite Domino, quia ascendit
super cœlum cœli ad orientem.* — S. German. Con-
stant. *Serm. in Nativit.* B. V. M.

Oriens luminare dans, quod nunquam occidit :
cujus egressio a summo cœlo, cuiusque calorem,

hoc est, providentiam gubernantem nemo un-
quam effugere potuit. — Idem, orat. 1. in *Præ-
sent.* B. V. M.

*Oriens in occasu naturæ nostræ, propter beni-
gnitatem Solis justitiae, qui apparuit.* — S. Joseph.
Hymn. in Mariali.

*Oriens Solis illius, qui super occasum humanae
naturæ natus est.* — Ibid.

*Oriens Solis, qui ante Luciferum coruscavit,
per quem illi, qui in tenebris versabantur, lucem
viderunt.* — Ibid.

Oriens Solis justitiae. — Ibid.

*Oriens paterni splendoris et Solis, qui ante Lu-
ciferum ex Patre ortus est.* — S. Joan. Damasc. in
Can. SS. Deip

Oriens Verbi. — Ibid.

Oriens Orientis. — D. Petr. Damian. in Car-
minib. *De Assumpt.* B. V. M. apud Surium,
tom. VII.

*Oriens lucis, nam ex ea ortus est Christus, qui
est lux mundi.* — Richard. a S. Laur. *De laud.*
B. V. M. lib. vii.

Origo, per quam detruncata est origo peccati.
— D. Augustin. serm. 17, *De Nativit. Dom.*, qui
est 21, *De tempore.*

Origo salutis. — S. Andr. Cret. *Orat. de Nativ.*
B. V. M.

*Origo vitæ, quæ ipsam divinitatis vivificam ple-
nitudinem totam exceptit.* — Idem, orat. 1, *De
Dormit.* B. V. M.

Origo prima latitiae. — Anastas. Antiochen. in
orat. 2, in *Annunt.* B. V. M.

Origo bonorum. — Anonym. in *Rituali Græco-
rum in Officio communis supplicationis.*

Origo verarum mundi hilaritatum. — Idem, in
Menais Græcor. die 27 Maii.

Origo incorruptionis. — S. Joan. Damaseen.
orat. 4, *De Nativ.* B. V. M.

Origo omnium amoenitatum. — Idem in *Menais
Græcorum*, die 16 Januarii.

Origo luci. — Leo imperator in *Orat. de
Partu* B. V. M.

*Origo principii, quia ille ex ea prodit per ma-
teriam carnis, qui caput est et initium omnium re-
rum per essentiam Deitatis.* — D. Petr. Damian.
Hom. in Nativ. B. V. M.

Origo nostrarum felicitatum. — Guib. abbas in
ib. *De Laud.* B. V. M., cap. 6.

Origo virtutum. — Adam de Persenia, *Serm. in
Annunt.* B. V. M.

Origo salutis. — Innocent. III Papa, serm. 2, *De
Assumpt.* B. V. M.

Origo virtutum. — Ibid.

*Origo totius nostræ beatitudinis, quidquid enim
beatitudinis ab illo mari magno, id est, ab illa in-
finita bonitate Dei Trinitatis ad genus humanum
pervenit, totum per eam venam defluxit.* — Richard.
a S. Laur. *De B. V. M.* lib. I.

Origo lucis in regeneratione. — Albert. Magn. in *Biblia Mariae* super lib. Apocal.

Origo omnis gratiae, in humanum genus transference et secundum statum viæ, et secundum statum patriæ, unde. Eccli. xxiv : « Ego Mater pulchra dilectionis, timoris et agnitionis, et sanctæ sp̄i, in me gratia omnis viæ et veritatis. » — Idem, super *Missus est*, cap. 61.

Origo omnium, quia Mater Dei, qui est origo omnium, quidquid enim per se est origo causæ, est per se origo et causa causati. — Ibid. cap. 182.

Origo omnium virginum. — Ibid. cap. 181.

Origo temporalis Christi. — Idem, super *Missus est*, cap. 211.

Origo omnium gratiarum. — Jacob. de Vorag. in *Mariali*, serm. 2 M.

Origo virtutis. — Alanus de Insul. in *Anticlaud.* lib. v.

Origo beatissima pietatis. — Martin. de Magistris in *Exposit.* super canticum *Salve Regina*.

Origo copiosissima miserationis. — Ibid.

Origo misericordiae. — Ibid.

Origo pulchræ dilectionis. — Ernest. Prag. in *Mariali*, cap. 150.

Origo Dei secundum id, quod natum est. — D. Anton. in *Sum. part. iv*, tit. 15, cap. 20.

Origo lucis. — Ibid. cap. 44, quod est *De Nom. B. V. M.*

Origo omnis benedictionis, — Ibid. cap. 25, quod est *De triplici fructu B. V. M.*

Origo omnis gratiae in humanum genus transfundendæ, et secundum statum viæ, et secundum statum patriæ. — Ibid. cap. 15, quod est, *De plenitudine gratiae in B. V. M.*

Origo, ex qua, et per quam Deus noster factus est frater noster, Creator noster factus est noster Salvator : Judex noster factus est noster advocatus ; et Dominus scientiarum factus est magister noster ac Legislator ; et Dominus angelorum inter homines conversari dignatus est. — Dionys. Carthus. lib. ii, *De Laud. B. V. M.* art. 9.

Origo lucis. — Idem, lib. i *De Præsentat. B. V. M.*, art. 29.

Origo post Deum universorum, quæ nobis conferuntur, charismatum, ei namque regnum misericordiae est commissum, et per manus ipsius dat nobis, et dare disposuit Deus, quidquid gratiae tribuit nobis. — Idem, in *Cantic. artic. 45*.

Origo pacis et commune bonum. — Joannes Bap. Mantuanus, tom. II, lib. i, *Parthenices Marianæ*.

Origo consolationis. — Maurit. de Villa Probata, serm. 24 *Coronæ novæ B. V. M.*

Origo bonorum omnium, mundique melioris. — Joan. Pieus, lib. i, in *Cantic. ii*.

ORITHES spiritualis, plus quam triplicis speciei : *Orithes* virtute mirabilis cum nigro rotundo ; morbus infernarum ferarum venenatos curans et pre-

servans a serpentum aliarumque bestiarum diaboliarum percussionibus ; cum vidente albis permisso venulis, adversis resistens casibus, cum tenui vero non sinens animam fœtum concepere malignantis. — Joan. Trithem. lib. i *De mirac. B. V. M.* in *Urtic.*, cap. 7.

ORNAMENTUM præclarissimum cœlestis hierarchie. — D. Ephrem. in serm. *De laud. B. V. M.*

Ornamentum illibatae virginitatis. — S. Proclus. in orat. i, *De laud. B. V. M.*

Ornamentum præclarum naturæ nostræ. — Isychius, serm. 3 *De laud. B. V. M.*

Ornamentum virginitatis singulare. — Sergius Hierapol. in *Orat. de Navit. B. V. M.*

Ornamentum peculiare et peregrinum naturæ. — Georg. Nicomed. orat. 2 *De Concepc. Deip.*

Ornamentum proprium Sancti sanctorum. — Idem, orat. 3 *De Præsentat. B. V. M.*

Ornamentum quod nobis tribuit fiduciam et honorem. — Idem, orat. 3 *De Concept. SS. Deipare.*

Ornamentum summum omnium pulchrorum, quæ primæ imaginis extinctam venustatem ad pristinam reparavit pulchritudinem. — Idem, *Orat. de exitu SS. Dominiæ nostræ Parentis, quando fuit oblata in templo.*

Ornamentum castitatis. — S. German. Constant. orat. i in *Præsent. B. V. M.*

Ornamentum longe præstantissimum naturæ mulieris. — Id. in orat. i in *Annunt. B. V. M.*

Ornamentum generis humani. — S. Joan. Damasc. orat. i *De Assumpt. B. V. M.*

Ornamentum mulierum. — Idem, orat. i *De Nativit. B. V. M.*

Ornamentum mundi suscipiens deprecationem nostram, et eos, qui illam deprecantur : quemadmodum suscepit Filius ejus lacrymas meretricis, fidem Chananaæ, gemitus publicani, Petri poniuentiam et viduæ minuta. — Idem, in *Paracl. B. V. M.*

Ornamentum sanctorum angelorum. — Ibid.

Ornamentum fidelium. — S. Jo. Damasc. in *Triod. Gracorum.*

Ornamentum divinum apostolorum sanctorum. — S. Joseph. Hymn. in *Mariali*.

Ornamentum divinum confessorum. — Ibid.

Ornamentum divinum hierarcharum. — Ibid

Ornamentum divinum martyrum. — Ibid.

Ornamentum fidelium. — Ibid.

Ornamentum hominum. — Ibid.

Ornamentum sanctorum. — Ibid.

Ornamentum justorum. — Ibid.

Ornamentum matrum. — Theodor. Lase. imper. in *Poem. B. M. Virg.*

Ornamentum prophetarum. — Jacob. Monachus *Orat. de Nativ. B. M. V.*

Ornamentum Leviticum. — Jacob. Monachus in *Mariali*, orat. 6.

Ornamentum naturæ. — Idem, in *Mariali*, orat. 2.

Ornamentum sacerdotale. — Idem, in *Mariali*, orat. 4.

Ornamentum virginum. — Ibid.

Ornamentum præcipuum ac speciosissimum totius Ecclesiæ. — Ern. Pragens. in *Mariali*, cap. 94.

Ornamentum pudicitiae. — D. Laur. Justinian. in *Serm. Nativ. B. M. V.*

Ornamentum cœli splendifidissimum. — D. Bernardinus Senens., tom. III, serm. 1, *De glorioso Nominis Mariæ.*

Ornamentum cœli. — Dion. Carth. lib. 1, *de Present. B. Mariæ*, art. 29.

Ornamentum præclarissimum creaturarum omnium. — Idem in *Cant. art. 24.*

Ornamentum pulcherrimum curiae supernorum patriæ beatorum. — Idem, lib. iv *De Laud. B. M. V.*, art. 15.

Ornamentum totius creaturæ. — Idem, lib. ii *De Laud. B. M. V.*, art. 7.

Ornamentum cœli empyrei. — Bernardinus de Busto serm. 6 *De Nominat. Mariæ.*

Ornamentum omnium angelorum. — Idem, in *Mariali*, serm. 2 *De Coronat. B. M. V.*

Ornamentum regni divini. — Idem, serm. 2 *De Assimilat. B. M. Virg.*

Ornamentum universi. — Idem, in *Mariali*, serm. 2 *De Coronat. B. M. Virg.*

Ornamentum totius salutis. — Maurit. de Villa Probata, serm. 25 *Coronæ novæ B. M. V.*

Ornamentum cœli singulare. — Ludovic. Blosius, in *Endologia 2 ad B. M. Virg.*

ORNATUS paradisi. — Venant. Fortunatus *Elogia in laud. B. Mariæ V.*

Ornatus sacerdotum. — Georg. Nicomed. orat. 5 *De Concept. Deiparæ*, quæ Græce ms. exstat in Cod. Vatic. n. 456.

Ortus solis qui nullum ferre petet occasum. — Chrysippus in *Serm. de S. Maria Deipara.*

Ortus solis. — D. Petrus Damian. in *Carminitus de Assumpt. B. M. V.* apud Surium, tomo VII.

Ortus veri Solis. — Albert. Magn. serm. 2, in *Festo omnium Sanctorum.*

Os non sileus apostolorum. — S. Andr. Cretens. orat. 2 in *Annum.*

Os faenndum humanæ naturæ. Georg. Nicomed. orat. 2 in *Concept. Deiparæ.*

Os nostrum ad defensionem. — Idem, in *Orat. de Praesentat. B. M. V.*

Os Domini, de quo dicitur Jerem. xv: « Si separaveris pretiosum a vili, » id est, animam a peccato, « quasi os meum eris, dicit Dominus. » — Richard. a S. Laur. *De Laud. B. M. V.* lib. vii.

Os Ecclesiæ, quia pro Ecclesia Catholica exorat assidue et allegat. — Idem, *De laud. B. M. V.* lib. xii.

Os nostrum, quia assidue pro nobis Filiu in-

*terpellat, unde Apoc. xii: « Terra, id est, maria, apernit os summ ad Filium exorandum pro muliere, id est, fideli anima, quam serpens, id est, diabolus, infestabat. Et ipsa est, que primo legitur in Novo Testamento pro homine exorasse, dicens: « Vinum non habent. » Joan. i. — Idem, *Delaude B. M. Virg.* lib. ii.*

Os prophetarum. — Jacob. de Vorag. serm. 6 *De Assumpt. B. M. Virg.*

Os a Deo humano generi concessum. — Jacob. Monachus, *Orat. de Nativ. B. M. Virg.*

Os libertatis plenum. — Ibid.

Os nostræ libertatis. — Ibid.

Os confidentissimum precatio[n]is. — Jacob. Monachus in *Mariali*, orat. 2.

Os humani genti a Deo datum. — Ibid.

Os durum, quia impenetrabilis omnibus jaculis iniunici. — Maurit. de Villa Probat. serm. 14 *Coronæ novæ B. M. Virg.*

Os humanæ naturæ disertissimum sermone celebratum. — Idem in *Mariali*, orat. 1.

Os nostræ confidentiæ. — Idem in *Mariaa*, orat. 2.

Os veracissimum. — Idem, in *Mariali*, orat. 5.

OSTENSIO illius temporis, de quo ad Galatas: « Cum igitur venit plenitudo temporis, misit Dens Filium suum natum ex Virgine. » — Joan. Halgrin. in cap. 6 *Cantic.*

OSTIARIA, quantum ad immundorum exclusionem et mundorum introductionem. — Alb. Magn. in *Biblia Mariæ super lib. Proverbiorum.*

Ostiaria paradisi. — Jacob. de Vorag. serm. 8 *De Assumpt. B. M. V.*

Ostiaria spiritualis, habens cum ostiariis mundorum introductionem et immundorum exclusionem. — D. Antonin. in *Summ. part. iv*, tit. 13, cap. 16, quod est *De triplici gratiarum genere in B. M. V.*

OSTIUM salutis. — S. Proclus in orat. 1 *De laud. B. M. V.*

Ostium veritatis. — Rupertus abbas, lib. v, *Comment. in Cantic.*

Ostium, de quo dicitur Cant. viii: « Si ostium est, cœpiungamus illud tabulis cedrinis; » facta est enim ostium, cum superveniente in eam Spiritu sancto, et virtute Altissimi ei obumbrante, quæ prius absconderat, per humilitatem, conservans et conferens in corde suo iis, qui scire ea digni inventi sunt, revelavit per charitatem; compactum quoque fuit hoc ostium tabulis cedrinis, quia et tabularum planitatem in humilitatis habuit æquitatate, et cedri naturam incorruptibilem retinuit in virginitatis integritate; bene autem dictum est, « cœpiungamus, » quia virtutes istae, ex quo versæ in habitum transierunt in affectum cordis, tanta invicem inveniuntur unitate compactæ, ut non jam aliud sit humilitas, vel castitas, quam charitas, et in uno charitatis præce-

pto, præcepta omnia cætera consumentur. — Henric. Clareval. Tractat. 12, *De peregrinante civitate Dei.*

Ostium civitatis Jerusalem, per quod quid est, civitati necessarium ministratur : per Virginem enim Sponsus ad collectionem fideliūm diligit introire, per eam quoque omnibus in ea confidentibus subvenire ; ipsa omni clausa viro, soli Deo fidei reseratur clavicula, ut per ipsam ad homines Verbum caro visibiliter inferatur. — Philipp. abbas, lib. vi in *Cant. cap. 45.*

Ostium, per quod Christus in mundum introivit. — Honor. Augustod. in *Sigillo B. M.*

Ostium in Ecclesia malignis obsistens spiritibus, ne ad devotos suos intrent et accedant, sicut volunt. — Rich. a S. Laur. *De Laud. B. M.* V. lib. v.

Ostium tot tabulis cedrinis a SS. Trinitate compactum, quot in ea sunt virtutes et privilegia dignitatum. — Ibid.

Ostium in Ecclesia malignis obsistens spiritibus, ne ad devotos suos intrent et accedant, sicut volunt. — Joan. Hælgrin. in cap. viii et ultimum *Canticorum.*

Ostium tot tabulis a SS. Trinitate compactum, quot in ea sunt virtutes et privilegia dignitatum. — Ibid.

Ostium per quod ingressus est ad nos Filius Dei, compactum ex tabulis cedrinis geminæ charitatis, qua Deo nos conjungit. — Hugo Carenensis in cap. viii *Canticor.*

Ostium cœli, et per quod si quis introierit, salvabitur. — Albert. Magnus in *Biblia Mariæ* super Evangel. Joan.

Ostium mundationis ad quod leprosus, id est peccator, mundatur per Agnum, id est, pinguedinem Dei, misericordiam et gratiam, Levit. xiv. — Idem, in *Biblia Mariæ*, super lib. Levit.

Ostium præsentationis, ad quod omnis peccator præsentari debet. Levitic. i. — Ibid.

Ostium, per quod ad paradisum intramus. — Jacob. de Vorag. serm. 8 *De Assumpt. B. V. M.*

Ostium, per quod ingressus est Salvator in mundum. — Ern. Prag. in *Mariali*, cap. 91.

Ostium spei omnibus, et in omni negotio eorum Deo. — Ibid.

Ostium, per quam Salvator mundi venit in carne assumpta ad genus humanum, et per ipsam omnes habemus accessum ad Salvatorem judicem nostrum. — Dion. Carth. in *Cant. art. 27.*

Ostium, quod Deus compegit tabulis cedrinis, id est, latitudine charitatis, plenitudine pietatis, omni divinorum ornatu, et permisitione charismatum, ut vere aptissima sit, ut exsistat Regina misericordiae, Genitrix gratie, Advocata piissima, Refugium miserorum, Sæs desolatorum,

potentissima quoque et opulentissima sit ad præcurrendum ac protegendum atque salvandum. — Ibid.

Ostium in celo. — Bernardin. de Busto, ser. 5 *De Nominat. Mariæ.*

Ostium, quod Deo per fidem et obedientiam et humiliatem præbuit aditum ad se, ut incarnaretur de ipsa, compactum tabulis cedrinis, id est, instructum sacris Scripturis, ut intelligeret de se esse dieta, quæ a prophetis de Virgine sunt prædicta. — Alanus de Insul. in cap. viii *Cantic.*

Ostium, et per quod si quis introierit, salvabitur. — Joan. iv. — Maurit. de Villa Probata, serm. 3 *Coronæ novæ B. V. M.*

Ostium virginale ad nos Christum salutis nostræ ostium supremum introducens. — Joan. Pictus, lib. iii in *Cantic. cap. 14.*

OSTREA incontaminata pretiosæ margaritæ. — S. Proclus in orat. 6 *De Laud. B. V. M.*

OSTREOLA, quæ inter inundationes maris in passione Filii, ad instar unguis humani, immobilis permanxit sine omni sensu impatientiæ vel rancooris. — Ern. Prag. in *Mariali*, cap. 60.

OVICULA una electa, una perfecta, omnes habens perfectiones ovium cæterarum. — Ernest. Prag. in *Mariali*, cap. 80.

Ovicula una, quia in se et a se indivisa, et ab omnibus aliis ovibus, quæ percuesso pastore dispersæ sunt, longe divisa ; quæ in omni gratia erexit apud Deum cum filiis suis, id est cum angelis, de pane illius comedens et de calice ejus bibens ; comedit enim quotidie de pane vitæ et intellectus, et aqua sapientie Spiritus sancti potata, in sinu Dei Patris familiarissime dormivit, It Reg. xii. — Ibid.

Ovis immaculata, quæ peperit Agnum Christum. — D. Ephrem in *Serm. de Laud. B. V. M.*

Ovis nullo modo a dæmonie seducta. — S. Proclus in orat. 6 *De laudib. B. V. M.*

Ovis innocentia. — Hugo de S. Victore *Serm. in Nativ. vel Assumpt. B. V. M.* qui est in ordine 34.

Ovis. — D. Bernardus, serm. 3 super *Salve Reginæ.*

Ovis, in cuius vellus illa cœlestis pluvia descendit, sicut dicit sanctus David, et Descende sicut pluvia in vellus : vellus enim, ut ait quidam, cum sit de corpore, nescit corporis passiones ; sic virginitas, cum in carne sit, vitia carnis nescit. Vellus potest illum humorem, qui desursum venit, recipere, sed non potest humorem de carnis voluptate sentire : sic virginitas beatæ Mariæ illum rorem, qui de cœlo venit, exceptit, sed nullam carnis voluptatem sentire potuit. — B. Aelredus abbas, *Serm. in Annunt. B. V. M.*

Ovis, Mater Agni, de qua ortus est Agnus ille cœlestis, et qui tollit peccata mundi, Joan. i, qui tanquam ovis ad occisionem ductus est et quasi

Ovis, quæ coram tondente se obmutuit, et non aperuit os suum. » Isa. lxx. — Ibid.

Ovis, quia Agnum peperit, qui tollit peccata mundi. — Petr. Blesensis, serm. 1 in *Advent. Domini*.

Ovis, in cuius vellus descendit per incarnationem pluvia, seu aqua salutaris sapientiae Patris, nempe Filius. — Garnerius Lingon. serm. 1 in *Adventu Domini*.

Ovis, Mater Agni, quæ videns Filium crucis igni patienter sustinuit, nec remurmuravit, aut contradixit, licet ipsius animam gladius Filii pertransiret. — Rich. a S. Laur. *De laud. B. V. M.* lib. xii.

Ovis Christi præcipua, quæ nos suis meritis induit et calefacit. — Jacob. de Vorag. in *Mariali*, serm. 5, V.

Ovis Dei, cujus pascua sunt uberrima, pinguis et videntia. Sunt uberrima, quia pascitur in cognitione summæ veritatis. Sunt pinguis, quia pascitur in delectatione summæ suavitatis. Sunt videntia, quia pascitur in virore summæ amoenitatis. — Idem, in *Mariali*, serm. 6, O.

Ovis Dei secunda, quia unum fructum protulit, qui totum mundum sustinuit. — Ibid.

Ovis Dei, quæ nullum unquam læsit, sed nos nutrit suis doctrinis, pascit suis meritis, vestit suis exemplis. — Ibid.

Ovis Dei, quæ suum Pastorem cognovit, et a Pastore agnita fuit. — Ibid.

Ovis propter obedientiam spontaneam, Dei enim præcipientis, consulentis et inspirantis vocibus obediuit. — Ibid.

Ovis propter simplicitatem veram. — Ibid.

Ovis quæ abhorruit herbam putridam, id est, amorem peccati, quæ facit animam putrescere et foetere; contempsit herbam sicciam et aridam, id est, amorem mundi, qui cito siccatur et arescit, et solum herbam viridem comedit, id est, amorem Dei qui facit animam virentem, Deo gratam et placentem. — Ibid.

Ovis, quæ dicitur locuta fuisse in translatione ossium Josephi, quæ signabat mystice transmigrationem apostolorum a Judæis ad gentes, de qua ipsa locuta est et prophetavit dicens: « Deposuit potentes de sede, et exaltavit humiles », — Ern. Prag. in *Mariali*, cap. 87.

Ovis, quam noster verus Joseph reportavit in humeris suis gaudens, in die Assumptionis ejus, gaudentibus angelis et dicentibus: « Quæ est ista, quæ ascendit de deserto deliciis affluens, innixa super dilectum suum? » — Ibid.

Ovis virtutum plurimarum nobis, qui sumus oves errantes, proposita in exemplar. — Ibid.

Ovis mansuetudine. — Barthol. de Pisis, lib. *De laud. B. V. M.*, fructu 8.

Ovis per mititatem, — Ibid. fructu 2.

Ovis Dei benignissima, quæ in maxima abun-

dantia habens indumentum divinæ gratiæ, de illa nobis omni anno, imo omni die communicat. — Bernardin. de Busto, serm. 2 *De Assimilat. B. V. M.*

Ovis Dei bona. — Ibid.

Ovis Dei secunda. — Ibid.

Ovis Dei præcipua, nos suis meritis induens et calefaciens. — Ibid., serm. 4.

Ovis Dei propter simplicitatem veram, et propter obedientiam spontaneam. — Ibid., serm. 2.

Ovis innocentissima. — Ibid.

Ovis nos nutriendis lacte suæ devotionis, pascens carne Filii sui, quam ipsa generavit, et vestiens vestimento gratiæ in hoc saeculo, et gloria in futuro. — Ibid.

Ovis nos nutriendis sicut doctrinis, pascens suis meritis, et vestiens suis exemplis. — Ibid.

Ovis sancta et immaculata, quæ nobis peperit illum immaculatum Agnum, de quo dicitur, Joan. I, « Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. » — Ibid.

Ovis Dei benignissima, quæ, in maxima abundantia habens indumentum divinæ gratiæ, de illa nobis omni anno, omni die communicat. — Maurit. de Villa Prob., serm. 7 *Coronæ novæ B. M.*

Ovis Dei præcipua, quæ suis meritis nos induit et calefacit. — Ibid. serm. 16.

Ovis Dei, quæ pastum amoris Dei habuit in hac vita modo vero habet alia pascua gloria, de quibus dicitur Ezech. xxxiii: « In pascuis uberrimis pascam oves vestras, et in montibus excelsis, et ibi requiescent in herbis videntibus, et in pascuis pinguis pascuntur super montes Israel. » Pascitur enim in cognitione summæ veritatis, in dilectione summæ suavitatis, in virore summæ aeternitatis. — Ibid., serm. 7.

Ovis Dei vera. — Ibid.

Ovis innocentissima. — Ibid.

Ovis plena sapientia, prudentia et patientia. — Ibid.

Ovis propter cognitionem mutuan, oves enim cognoscunt pastorem, et pastor cognoscit oves suas; et similiter Christus agnovit Matrem suam in hac vita sibi tanquam Filius obediendo, in morte eam discipulo commendando, post mortem, eam ad aeternam gloriam deducendo, et ad suam dexteram collocando. Et ipsa agnovit Christum in utero, eum novem mensibus sovendo, extra uterum eum lacte virgineo sovendo et nutritendo, in mundo sibi tanquam Filio fiducialiter imperando, in patibulo ipsum associando — Ibid.

Ovis propter obedientiam, oves enim multum sunt obedientes voce Pastoris. — Ibid.

Ovis propter simplicitatem veram, ovis enim nullum lædit, sed omnibus servit, quia lacte suo nutrit, et de carne pascit, et de lana vestit: et similiter B. Virgo nullum unquam læsit, sed nos nutrit

suis doctrinis, pascit suis meritis, et ornat suis exemplis; vel nutrit lacte sue devotionis, pascit carne Filii sui, quem ipsa generavit, vestit vestimento gratiae, in hoc saeculo, et gloriae in futuro. cata—*Ibid.*

Ovis, que peperit Agnum mitem, qui tollit peccatum mundi. —*Ibid.*

Ovis quoad pastum: non enim comedit herbam putridam peccati, sed virentem amoris divini. —*Ibid.*

Ovis sancta et immaculata, quae nobis peperit illum immaculatum Agnum, de quo dicitur Joan. 1: «Ecce agnus Dei.» —*Ibid.*

Ovum, cui Spiritus sanctus obumbrare dignatus est, superveniens in illud, in modum volueris ovo supersedentis, donec pullus in eo formetur. —*Rupert. abbas lib. vn, in Matthæum.*

Orum, quod petere debemus a Patre: nam Pater nobis non porrigit scorpionem, ut de beata Virgine quidquam suspicemur, quod sit contra verita-

tem, quod pertineat ad haereticam pravitatem. —*Ibid.*

Ovum, quod sancti omnes antiqui a Patre misericordiarum desideratissime postularunt, et prophética oracula sine dubio dandum esse confirmarunt.

«Si petierit ovum, numquid porrigit illiscorpionem (Luc. xi, 12).» —*Ibid.*

Ovum, quod sine dubio petierunt priores filii maxime qui non solum fidem, verum etiam prophetiam habebant sacramenti Incarnationis. —*Ibid.*

Ovum, quod Spiritus sancti superventione, et virtutis Altissimi obumbratione concepit; et peperit Filium volucrem id est, non terrenum, sed coelestem, non carnalem, sed spiritualem, quamvis veram carnem et terrenum corpus habentem. —*Ibid.*

*Ovi*as spiritualiter, qui interpretatur robustus; firma enim et robusta fuit in sancto proposito virginitatis. —*D. Anton. in Summ. part. vi, tit. 15, cap. 16.*

LIBER DECIMUS QUARTUS.

NOMINA ET ELOGIA DEIPARÆ VIRGINIS MARIE INCIPIENTIA A LITTERA P.

Elenchus nominum et elogiorum Deiparæ Virginis in hoc libro contentorum.

IN HOC LIBRO DEIPARA VIRGO MARIA DICITUR :

Pacificatrix : Pagina : Palatium : Pallium : Palma : Palmes : Pandora : Panegyris : Panis : Pannus : Papa : Paradisus : Paren : Pars : Participatio : Partus : Pascua : Passerculus : Pastor : Pater : Patria : Patrocinatrix : Patrocinium : Patrona : Pavor : Pausatio : Pax : Peculium : Pecus : Pelagus : Pellis : Pelvis : Penarium : Penus : Perductrix : Perempratrix : Perennitas : Perfectio : Perfugium : Pergamenum : Perpetuatrix : Persona : Pes : Petitionaria : Petra : Phaleg : Phares : Pharmacum : Pharos : Phiala : Philaterius : Philocapta : Philomela : Phison : Phoenix : Pigmentaria : Pigmentarium : Pigmentum : Pignus : Pincerna : Pinguedo : Pinna : Pinus : Piscina : Piscis : Pistrinum : Placatio : Plaga : Planta : Plantatio : Plasma : Plasmatio : Platanus : Plenitudo : Plusquam Abraam : Plusquam Martyr : Plusquam Propheta : Poculum : Pollex : Polus : Pomerium : Pomum : Pons : Populus : Porta : Portaria : Portatrix : Portentum : Porticus : Portinaria : Portio : Portus : Possessio : Postica : Potentatus : Potentia : Potestas : Potus : Praecentrix : Praeceptum : Praecoxum : Prædicatio : Prædium : Prælata : Præliatrix : Prælux : Præmium : Præparatio : Præsæpe : Præservatio : Præses : Præsidens : Præsidium : Prævia : Pratum : Precatrix : Pretium : Prima : Primaria : Primas : Primicerias : Primigenia : Primitipa : Primitiva : Primogenita : Princeps : Principissa : Principium : Probatica : Procreatrix : Procuratrix : Prodigium : Productrix : Profligatrix : Profugium : Profunditas : Profundum : Progenies : Proles : Proma : Promissio : Promotrix : Promptuarium : Pronuba : Proprium : Propagatio : Propagatrix : Propago : Propheta : Prophetissa : Propinatrix : Propitiatio : Propitiatorium : Propitiatrix : Propugnaculum : Propugnatrix : Propulsatio : Prosa : Prosapies : Protectio : Protectrix : Proturbatrix : Prudentia : Psalteria : Psaltes : Pudor : Puella : Puerpora : Pugnatrix : Pulchritudo : Pulvis : Pupilla : Purgatrix : Purificatorium : Purificatrix : Puritas : Purpura : Putens : Pyrites : Pyxis : Quadriga : et Quies :

PACIFICATRIX mundi. — S. Joann. Damaseen. in *Orat. de Purificat. B. V. Mariæ.*

Pacificatrix Dei et hominum. — Iliota in *Contemplat. de B. V. Maria.*

Pacificatrix nostra ad angelos. — D. Bonavent. in *Speculo B. V. M. cap. 9.*

Pacificatrix discordantium. — Bernard. de Busto, in *Mariali*, serm. 2 *De Coronat. B. V. M.*

PAGINA, candore castitatis dealbata, disciplina honestatis rasa, æqualitate et continentia morum adæquata, omni virtute preparata: grandis a sacramentorum captu et continentia, quam S. iuritus sanctus assumens per fidei consensum, scripsit in ea verbum stylo hominis per Incarnationem. — Albert. Magnus, in *Postillis super cap. II Lue.*

PALATIUM animatum Regis angelorum. — D. Greg. Thaumaturgus, serm. 3, in *Annuntiat. B. V. Mariæ.*

Palatium animatum Regis angelorum. — S. J. Chrysost. *Orat. de Annunt. B. V. Mariæ.*

Palatium undique floribus ornatum, et sigillo regio munitum. — Idem, orat. 7 in SS. *Deip.*

Palatium Regis Christi. — S. Sabba, in *Menais Græcorum*, die 8 Maii.

Palatium Regis sacrosanctum. — S. Andreas Cretensis, orat. 4, in *Annunt. B. V. Mariæ.*

Palatium terrenum Regis cœlestis. — Idem, orat. 1, *De Dormit.*

Palatium Regis æterni. — Anonym. in *Menais Græcor.* die 15 Augusti.

Palatium Regis purissimum. — Idem in *Euchologio*, seu *Rituali Græcor.* in *Officio olei sancti.*

Palatium Deo adaptum et paratum. — Georg. Nicomed. orat. 5, *De Concept. Deip.* quæ Græci ms. exstat in Cod. Vatic. n. 36.

Palatium animatum Majestatis et gloriæ divinæ. — S. Germ. in *Mariali*, frag. 5.

Palatium sacro ædificatum, immaculatum, purissimumque summi Regis Dei. — Idem, orat. 4, in *Præsentat. B. M. Virg.*

Palatium illustrissimum summi omnium Regis. — S. J. Damasc. in *Menais Græc.* die 15 Januarii.

Palatium mundissimum Regis omnium Conditoris. — Idem, in *Paraccl. B. V. M.*

Palatium Regi præparatum. — Idem, orat. 5, *De Nativ. B. M. V.*

Palatium Regis mundissimum, mentem nostram omnium peccatorum genere communiculatam emundans, ac jucundum Divinitatis faciens nospitum. — Idem, in *Paraccl. B. V. M.*

Palatium Regis statuens nos precibus suis domos Trinitatis. — Ibid.

Palatium venustum. — Ibid.

Palatium Verbi. — Joan. Euchaita, in *Menais Græcor.* die 30 Januar.

Palatium Christi. — S. Joan. Damasc. in *Can. SS. Deip.*

Palatium admirandum, in quo cœlorum virtutes diversantur, cuius opus omnem superat cogitationem. — Joann. Eubœus, *Orat. in Concept. S. Dei Genitricis.*

Palatium, portam habens in ædem ad orientem, per quam portam nemo ingressus est, nisi solus Dominus Deus. — Ibid.

Palatium Regis cœlestis, sine hominum manibus constructum. — Ibid.

Palatium sine terrestrium artificum opera con-

structum, sublimius cœlis, latius universa rerum creatura, in quo nullus habitavit, nisi Artifex ipse, creaturarumque Conditor cœlestium et terrestrium. — Ibid.

Palatium Creatoris. — S. Joseph. *Hymn. in Mariali.*

Palatium Dei amplissimum. — Ibid.

Palatium Dei animatum. — Ibid.

Palatium Dei capax, in quo inhabitavit Christus Rex universi. — Ibid.

Palatium Dei, in quo inhabitans, omnes homines ædificavit. — Ibid.

Palatium Dei luminosum. — Ibid.

Palatium Dei præclarissimum. — Ibid.

Palatium Dei Regis universorum. — Ibid.

Palatium Domini lucidissimum. — Ibid.

Palatium gloriae plenum. — Ibid.

Palatium gloriosissimum Regis sæculorum. — Ibid.

Palatium jucundum continens Regem factum similem nobis. — Ibid.

Palatium jucundum ordinum universorum. — Ibid.

Palatium lucidissimum Christi omnium Regis. — Ibid.

Palatium magnum Christi. — Ibid.

Palatium Regis divinum, in quo, quemadmodum ipse voluit, habitavit. — Ibid.

Palatium Regis in quo faciens habitationem suam, ille supersubstantialis effecit fideles domicilium SS. Trinitatis. — Ibid.

Palatium Regis mundum. — Ibid.

Palatium Regis purissimum. — Ibid.

Palatium Regis spirituale. — Ibid.

Palatium solius Regis. — Ibid.

Palatium Verbi animatum. — Ibid.

Palatium Verbi gloriosissimum. — Ibid.

Palatium Verbi lucidum. — Ibid.

Palatium præparatum Domini adventus. —

Photius Constantinopol. *Orat. in B. V. Mariæ Nativit.*

Palatium terreste Regis cœlestis. — Joan. episc. Aretin. in *Tract. De dormit. SS. V. Mariæ.*

Palatium, ex quo humili habitu progressus Rex, erectam contra nos mortis potentiam sustulit, durissinamque ipsius et molestissimam tyrannidem in quietem commutavit. — Leo imp. in *Orat. de Assumpt. B. Virg.*

Palatium Dei regnantis. — Guerric. abbas, serm. 1, *De Assumpt. B. V. Mariæ.*

Palatium Regis æterni. — D. Petr. Damian. serm. 2 *De Nativit. B. V. Mariæ.*

Palatium mirificis impensis constructum, et gavis incomparabilibus locupletatum. — Petrus Celsius, serm. 6 *De Adventu.*

Palatium pretiosissimum Regis gloriae. — Theodor. Lasc. imperator, in *Can. ad B. V. M.*

Palatium Regale Domini. — Richard. a S. Laur. *De laud. B. V. Mariæ.* lib. n.

Palatum Dei sacramum. — D. Bonavent. in *Exposit. super Salve Regina.*

Palatum Regis cœlestis. — Adam de Insul. in *Prologo super Cant.*

Palatum Dei in corpore suo. — Joan. Taulerus, *Serm. in festo Annunt. B. V. Mariæ.*

Palatum magnum Regis. — Niceph. Gregoras, *Orat. in SS. Deipar.*

Palatum Deo paratum. — Jacob. monach. in *Mariali, Orat. de Nativ. B. V. Mariæ.*

Palatum insolubile. — Ibid.

Palatum cœli amplius ac spatiösius. — Jacobus monachus in *Mariali, orat. 6.*

Palatum cœli superius. — Ibid.

Palatum Deo constructum ac præparatum. — Idem in *Mariali, orat. 2.*

Palatum indissolubile. — Ibid.

Palatum mysticum ineßibili puritate adornatum, universi Regem, et cum qui cuncta cœcta continet, mirabiliter excipieus. — Idem, in *Mariali, orat. 5.*

Palatum Regalis habitationis. — Idem, in *Mariali, orat. 6.*

Palatum Regis angelorum ipsis sublimius. — Ibid.

Palatum, in quo creatus est noster summus Pontifex Jesus Christus. Psal. LXXXVI: « Homo natus est in ea, et ipse fundavit eam Altissimus. » — Eru. Prag. in *Mariali, cap. 96.*

Palatum Divinitatis. — Joan. Cerson. *Serm. in festo SS. Trinitatis.*

Palatum totius puritatis. — Idem, *Serm. de Concep. B. V. Mariæ.*

Palatum Dei. — Maurit. de Villa Probata, *serm. 12 Coronæ novæ B. Mariæ.*

Palatum splendidum Imperatoris æterni. — Lud. Biosius, in *Endologia ad B. V. M.*

PALLIUM Eliae. — Jacobus Nisibensis, in *Cant. de laud. V. Mariæ.*

Pallium hyacinthinum, operiens candelabrum, id est Christum incarnatione, et omnia vasa quibus ministratur in sanctuario, id est omnes servos Christi, qui serviant Deo, involvens hyacinthino vestimento, quia ipsa protegit omnes servientes Filio suo, Nun. vii, — Allert. Magn. in *Biblia Mariæ,* super lib. Numerorum.

PALMA exaltata in gloria, cuius dulcedine repletus est orbis terrarum. — S. J. Chrysost. *orat. 7, in SS. Deiparam.*

Palma — Venant. Fortunatus, *Elegia in laud. SS. Mariæ Virg.*

Palma in quam ascendimus elevando mentem ad eam per devotam orationem, et per vitæ ejus, quantum humana fragilitas sufficit, imitationem; ejusque fructum pretiosissimum hic apprehendimus per veram fidem, et in gloria per veram cognitionem et fruitionem. — Idiota, *De B. Virg. Part. viii, contempl. 17.*

Palma, quæ in altum crevit per altissimam con-

templationem, et dilectionem. — Idem, *De B. Virg. part. xiv, contempl. 64.*

Palma, quia, si fructus palmæ immensam dulcedinem in se habet, fructus B. Virginis, scilicet benedictus Filius ejus, dulcis est in verbo, dulcis in exemplo; dulcis est in promisso, dulcis in jugo imponendo, duleis in operatione, dulcis in peccatorum remissione, dulcis in flagellatione filiorum, et tandem sentiatur dulcissimus in premii retributione, quando cibabit nos se ipso, qui est manua absconditum, et potabit nos torrente voluptatis suæ. — Idem, *De B. Virg. part. i, contemplat. 21.*

Palma, quia, si palma amarissima est in radice, sed dulcissima est in fructu, beata Virgo amarissima fuit in radice Iudeorum, quæ Deo suo erat gens amarissima, sed dulcissima in fructu; quia fructus ejus uteri virginis, scilicet benedictus Filius ejus, fuit nobis dulcissimus in amaritudinibus peccatorum nostrorum dulcorandis. — Idem, *De B. Virg. part. i, contempl. 46.*

Palma, quia, si palma est arbor victoriosa, et designat victoriam, beata Virgo Victoriosissima fuit, quia mundum paupertate, carnem virginitate, et diabolum vicit humilitate; pro nobis etiam pugnat quotidie contra hostes invisibles, et ejus adjutorio de ipsis triumphamus, nam ante eam nunquam apparuit Victoria, sed omnes tanquam devicti in careerem trudebantur. — Ibid.

Palma, quia, si palma inferius angustatur et superius dilatatur, beata Virgo augusta fuit inferius, et stricta circa pœnas corporis et contemptum mundanorum, sed superius dilatata et amplificata fuit in his quæ pertinent ad animam, et dilectionem Dei et proximi. — Ibid.

Palma, quia, si palma inferius est aspera, et contemptibilis et rugosa, beata Virgo in hoc mundo fuit humiliata, et aspera in abstinentia vitæ, et multas sustinuit asperitates et miseras, tribulationes et contemptus, præsertim in beuedicti Filii sui acerbissima Passione. — Ibid.

Palma virtutum. — D. Anselm. in *Hom. de Virg. Conceptione.*

Palma. — D. Bernard. *Serm. 3. super Solle Regina.*

Palma excelsa privilegio meritorum, in quam Sponsus ascendere tanquam in arborem voluit sycomorum, cuius ascensio, id est, carnis assumptio, fidelis cuique sicut fatua reputatur: ei autem, qui digne suspicit, et humiliiter suscipit, fructum salutiferum operatur; quem fructum ipse Sponsus grataranter apprehendit, cum in eo displicere nihil sibi penitus deprehendit, cum acceptat, cum approbat, cum suo gaudet beneplacito convenire, quoad salutem fidelium datur palmæ secunditas parturire. Apprehendit, inquam, cum ei custos fidelissimus appropinquat; cum præmunit et præcavet, ne quid illi exponeundum avibus derelinquit; cum ipsam palmam sovet, et tantam provehit in virtutem ut ex ipsa dependeat quidquid mundo congruit ad sa-

Intem. Dēpendet autē ex ea Christi caro, carnis passio lignum crucis, culparum abolitio, noctis fuga, reditus veræ lucis, mundi reconciliatio, virtutum constantia, fiducia præriorum : que omnia grata ter apprehendit, qui Auctor, et Dispositor est eorum, Cant. vii : « Dixi : Ascendam in palam, et apprehendam fructus ejus. » — Philipp. abb. lib. vi in *Cant.*, cap. 24.

Palma sanctificationis cades, id est, sanctificatis, quia per ejus generosam sobolem nanciscuntur victoriā et significationem. — Honor. Angustod. in *Sigillo B. Mariæ Virg.*

Palma, in hoc mundo cortice paupertatis aspera, sed in cœlo pulchra et gloria. — D. Anton. de Padua, *Serm. in Dom. iii Quadragesimæ*.

Palma, quia, si palma diurna est in soliis, Maria diurna est in verbis. Ejus enim verba posita in Evangelio nunquam deficient ab Ecclesia Dei. — Richard. a S. Laurent. *Be laud. B. V. Mariae*, lib. 12.

Palma, quia, si palma est arbor victoriosa, designans victoriā, Maria mundum paupertate, carnem virginitatem, diabolum vicit humilitate; et pugnat pro nobis contra hostes invisibles, et ejus adjutorio de ipsis triumphamus. — Ibid.

Palma, quia, si palma donantur vīctores et coronauntur, Mariæ dicitur, Isa. LXII : « Eris corona gloriae in manu Domini, et diadema regni in manu Dei tui; » fructu etiam hujus palmæ eibantur, qui vicerint, Apoc. u. — Ibid.

Palma, quia, si palma fructus daetylus, exterius mollis et rubens, sed robustum lapidem continens interius : Mariæ fructus Christus est, qui carnem quasi mollem, id est, peccatrici similem, exterius prætendebat, sed robur Divinitatis interius occultabat ; Isa. XLV : « Vere tu es Deus absconditus. » Quæ videlicet caro mollis per benignitatem, quæ ipsa coegerit incarnari, tandem rubricata est in Passione sanguine proprio, unde dicitur ei, Isa. LXIII : « Quare rubrum est indumentum tuum? » id est, caro; virtus autem lapidis hujus, dactyli, quo Filii divinitas signatur, diabolum excerebravit, quod signatum est, I Reg. xvii, in facto David, qui lapide deject Goliām. — Ibid.

Palma, quia, si palma ramos suos circumquaque diffundit, Maria nos protegit contra iracundiam Filii, et fervorem concupiscentiarum. — Ibid.

Palma, quia, si palma rami omnes sursum eriguntur, Maria quidquid boni babuit, Deo attribuebat, dicens : « Qua fecit mihi magna, qui potens est. » Luc. i. — Ibid.

Palma, quia, si palma secundum figuram corporis, sicut dicunt, qui palmas viderunt, similis est aspersorio aquæ benedictæ, Maria est aspersorium aquæ, id est, gratiæ Spiritus sancti, quod Jesus, sacerdos magnus secundum ordinem Melchisedech, apprehendit, quia in ipsa semen Abraham apprehendit (Hebr. xxi) : et ipsum aspersorium aqua prædicta replens, unde dicta est gratia plena, popu-

lum undique aspersit, sicut promiserat, Ezech. xxxvi: « Effundam super vos aquam mundam ab effectu, » seilicet, quia de plenitudine ejus omnes acceperimus. — Ibid.

Palma, quia, si palma similitudinem humanæ manus quodam modo exprimit in frondibus, et a palma humana forte appellatur palma, propter conformitatem, vel quia ramo palmae solet ornari palma, id est, manus Victoris : Maria extendit manus suas inopi per largitatem, et palmas ad pauperes (*Prov. ult.*). Nec collecta est manus ejus in pugnum ad percutiendum, sed extensa, sicut frondes palmæ ad donandum; dat enim omnibus affluenter, quantum in se (*Jac. 1*). Idecirco de ea potest diei sicut dieitur de Sapientia, Sap. viii : « In operibus manuum illius honestas sine defectione, » quia opera ejus, quæ exhibuit Filio Dei, honestatem habent indeficientem; similiter et opera misericordiæ quæ misericordiæ peccatoribus impendere nunquam cessat. — Ibid.

Palma, quia, si palma spatulæ habet pro soliis, et est spata bellicum instrumentum, cuius diminutivum spatula, quibus, quantum in se est, a nobis resecat per exempla superfluitatem et magniloquum verborum, quasi diceret : « Nolite multiplicare loqui sublimia gloriantes » (*I Reg. xxii*); sed recedant vetera de ore vestro : item rami ejus, id est, virtutes, gladii sunt, quibus dimicavit contra vitia, et nobis reliquit exemplum dimicandi. — Ibid.

Palma, quia si palma speciosa in floribus, Maria in exemplis et virtutibus ejusque flores honoris et honestatis, Eccles. xxiv. — Ibid.

Palma, quia, si palma suavis est in fructibus, Mariæ fructus, quos colligimus in præsenti, sunt suavitas miserationum ipsius, vel fructus ejus Sacramentum Filii qui dulcissimum cereulum est dignæ recipienti. — Ibid.

Palma angusta in infimis, id est, in amore terrenorum, sed lata in summis, id est, in amore cœlestium. — Jacob. de Vorag. in *Mariati*, serm. 4.

Palma, cujus folia, id est, verba fuerunt sursum elata, quando eis Dominum magnificavit; fuerunt aeuta, quia eis demonem perforavit; fuerunt plana et suavia, quia eis Dei beneficia in se recognovit; fuerunt in longum protensa, quia eis usque in finem mundi a generatione in generationem Dei misericordiam omnibus affutaram, esse prædictis, fuerunt incisiva, quia eis vitia incidit: fuerunt deinde virentia, quia eis admonuit, quod beneficium Incarnationis divinæ in cordibus nostris semper debet virere. — Ibid.

Palma fructifera. — Ibid.

Palma honorabilis ad triumphum. — Ibid.

Palma semper virens, habuit enim virides cogitationes, quia fuerunt sanctæ; virides intentiones, quia fuerunt mundæ; virides affectiones, quia fuerunt valde sollicitæ. — Ibid.

Palma umbrosa ad quiescendum, cuius umbra,

id est, vita, refrigerium nobis præstat, et malum ignem refrigerat. — Ibid.

Palma, quia, si palma horridam quamdam radicem habet, asperum corticem, roboris firmitatem, stipitis proceritate, pulchra in culmine, delectabilis in flore, dulcis in fructificatione, soletque deferri in signum victoriae: Beata Virgo processit de radice horrida, id est, de peccatrice Synagoga, tanquam de spinosa, asperum habuit corticem, quia quantum ad sœcularem honorem fuit infusa, quantum ad divitias temporales pauperula, sed firmitatem habuit roboris per constantiam mentis, erecta fuit in stipite, quia ad cœlum suspensa animi intentione, pulchra in culmine, in virginitate et humilitate celsitudinis, delectabilis in flore, quia sine concupiscentia concepit florem campi, et lumen convallium, dulcis in fructificatione, quia sine pena peperit mundi Salvatorem, quem nobis proponitur in signum victoriae et exemplum, ut, sicut ipsa vicit mundum, peccatum, diabolum, ita et nos vineamus juxta posse nostrum. — Alanus de Insul. in cap. viii *Cantic.*

Palma in supernis speciosa, dilatata et exaltata faciens eamam sanctorum meditationum et affectionum stabilium, eloquiorumque castorum; folia sine successione conservans, quæ multis mortaliibus sunt usque modo in umbraculum diei ab aestu, et in securitatem et in absconcionem a turvine et a pluvia. — Ern. Prag. in *Mariali*, cap. 48.

Palma, quæ ad flatum venti Spiritus sancti, angelo nuntiante, concepit, et protulit fructum suum, tenerimum, rubicundum et dulcissimum in humanitate et carne exteriori, sed intus ossem et fortissimum per divinitatem, Dominum virtutum, et potentem in prælio. — Ibid.

Palma, quia victoriam de hoste consecuta. — Barthol. de Pisis, lib. i *De laud. B. V. M.*, fructu 8.

Palma victoriae. — Ibid, lib. i *De laud. B. V. M.*, fructu 2.

Palma frondens. — D. Laur. Justin. in lib. *De casto connubio Verbi et animæ*, cap. 9.

Palma exaltata in Cades, quia exaltata super apostolos, principales enim victoriosi de mundo cum palma martyrii fuerunt apostoli. — D. Antoninus in *Summ. part. iii*, tit. 31, cap. 3.

Palma, in quam Unigenitus Dei per Incarnationis mysterium descendit, et apprehendit fructus ejus; quia merito præclarissimam virgunculam tam acceptissimam habuit, quod dignatus est fieri Filius ejus; apprehendit quoque fructus ejus, quia ex purissimis ejus sanguinibus assumpsit et formavit sibi corpus humanum, qui (teste Apostolo) nusquam angelos, sed semen Abrahæ apprehendit. — Dion. Carth. in *Cant. art. 24.*

Palma, per culpam nunquam incurvata, sed in omni virtute et sapientia jugiter erecta, ac gloriosissime de invisibilibus hostibus triumphans. — Ibid.

Palma, quia, sicut palma in oppido Cades præfulget, et in superioribus suis decor, ac suavis aspectus est: ita beata Virgo per dona gratiae et glorie splendidissima est effecta, et cunctis snavior. — Ibid in cap. xxiv *Ecli.*

Palma angusta in infinitis amore terrenorum, sed lata in summis amore cœlestium. — Bernardin. de Bust. serm. 1 *De assimilat. B. V. M.*

Palma, cuius fructus dulcissimus et sapidissimus. — Ibid.

Palma excellentissima. — Ibid.

Palma incorrupta et semper integra. — Ibid.

Palma in sua Conceptione, quia de diabolo mirabiliter triumphavit, et nunquam ei subjacuit. — Ibid in *Mariali*, serm. 5 *De Concepc. B. V. M.*

Palma pulcherrima. — Ibid, serm. 1 *De assimilat. B. V. M.*

Palma semper virens, quia viorem fide semper tenuit, et nunquam amisit, nec tempore æstatis, id est, prosperitatis, nec tempore hiemis, id est, adversitatis. — Ibid.

Palma super omnes arbores exaltata. — Ibid in *Mariali* serm. 1 *De Concept. B. V. M.*

Palma virginalis summe fructuosa. — Ibid, serm. 1 *De assimilat. B. V. M.*

Palma umbrosa ad requiem, quia umbra vite sue refrigerium nobis præstat, et malum ignem refrigerat. — Ibid.

Palma florens et fructifera. — B. Casimirus Polonus princeps in *Hymno de B. V. M.*

Palma excellentissima. — Mauritius de Villa Probata, serm. 20 *Coronæ novæ B. M.*

Palma ob spiritus firmitatem. — Ibid.

Palma semper virens. — Ibid.

Palma in Cades divinitus exaltata indeciduis gratiarum foliis vernans, virtutum floribus eximia, et præcipuo illo vitæ fructu sublimata. — Joan. Piens, lib. iii in *Cantic.* cap. viii.

Palma justitiae speciosissima. — Ludov. Blosius in *Endologia 2 ad B. V. M.*

PALMES, cuius vitis vera effecta est fructus. — D. ug. serm. 5 *De Nat. Dom.* qui est 9 *De tempore.*

Palmes germinis immarcescibilis. — S. Andr. Cretensis, orat. 2 in *Annunt.*

Palmes, quæ botrum incorruptionis produxit Christum, qui vivit in æternum. — Ibid, *Cant. in diem Parasceves.*

Palmes racemini divini animalium nectar, et ambrosiam emittentis. — S. Joan. Damasc. orat. 3 *De Assumpt. B. V. M.*

Palmes vere et singulariter benedictus, qui a sua vite, id est, Christo, nullo timore præcidi, tempore Passienis. — D. Bernard. in tractat. *De Passione Domini*, cap. 2.

Palmes vitis veræ. — D. Bonav. in *Psalterio minori B. V. Quinquagena 3.*

PANDORA nostra, quæ Deo suo non stupori, sed amori magis fuit: in poetarum etenim figuris legitur, Panderam quandam mita sui pulchritudinem

dine etiam suis factoribus stupori fuisse : placuit virginitate, placuit puritate, placuit humilitate, placuit denique omnigena morum virtute. — S. Thom. de Villa nova, serm. 2 *De Ann. B. V. M.*

PANEGYRIS salutaris reconciliationis. — S. Proclus in orat. 1 *De laud. B. V. M.*

PANIS. — D. Bern. serm. 3 super *Saive Regina.*

Panis de cœlo præstitus Christianis, sicut exponit Augustinus, omne delectamentum in se habens, et omnis saporis suavitatem. — Rich. a S. Laureut. *De laud. B. V. M.* lib. iv.

PANNUS purpureus et floridus, quem perfectissimus artifex Deus de lana corrupta, id est massa humani generis infecta, sine ulla infectione fabricavit, ut omnes de ejus opificio mirarentur. — Bernardin. de Busto in *Mariali* serm. 8, *De Concep. B. V. M.*

PAPA, quia sicut Papa est Pater Patrum, habens in cœlo et in terra potestatem : sic ipsa Mater est omnium Christianorum, et habet potestatem in cœlo et in terra et in purgatorio et in inferno. — Albert. Magn. in *Biblia Mariæ* sup. libr. Proverbiorum.

Papa vel *Papissa* spiritualis ob omnium Ecclesiæ sollicitudinem, potestatis spiritualis plenitudinem et privilegiatorum actuum universitatem. — D. Antoniu. in *Sum. part. iv*, tit. xv, cap. 16.

PARADISUS spiritualis. — D. Jacob. apostol. in *Liturgia, sive divina Missa.*

Paradisus virginalis habens omnia, ex qua Unigenitus Deus Verbum genitus est. — D. Dionys. Alexandr. in *Epist. contra Paul. Samosatens.*

Paradisus Dei ratione prædictus. — D. Greg. Thaumaturg. serm. 3 in *Annunt. B. V. M.*

Paradisus immortalitatis semper vigens, in qua lignum vitæ plantatum, cunctis immortalitatis fructum suppeditat. — Idem, orat. 2 in *Annunt. B. V. M.*

Paradisus divina plantatus manu. — D. Athanas. *Orat. in Purificat. B. V. M.*

Paradisus deliciarum, totiusque amoenitatis atque immortalitatis. — D. Ephrem, *Serm. de laud. B. V. M.*

Paradisus florentissimus virginitatis, in quo lignum vitæ satum produxit fructus omnibus salutares, ex quo Evangeliorum fons in quatuor oras sectus, miserationum fluuina credentibus deduxit ; sive, ut alii transferunt, *paradisus castimoniae* perpetuo vires, in quo vitæ lignum plantatum omnibus salutis fructum fundit, ex qua quadripartitus Evangeliorum fons dimans, mortalibus fide exornatis, miserationum fluenta ubertim emittit. — D. Basilius Seleuc. *Orat. in Annunt. Deiparæ V.*

Paradisus Domini daus suavitatem odoris. — S. Joan. Chrysost. orat. 7 in SS. *Deip. V.*

Paradisus Dei rationalis. — Idem, *Orat. de Annunt. B. V. M.*

Paradisus floridus et immarcescibilis, in quo plantatum est lignum vitæ, quod omnibus ultra

fructum præbet immortalitatis. Genes. ii. — S. Proclus orat. 6, quæ est *De laud. B. V. M.*

Paradisus rationalis secundi Adami. — Idem in orat. 1 *De laud. B. V. M.*

Paradisus spiritualis secundi Adami. — Ibid.

Paradisus virginus, ex quo impollutis Domini i maibus efformatus est secundus Adam. — Idem in orat. 6.

Paradisus, ex quo flos immortalitatis germinavit.

— S. Sabba in *Menæis Græcor.* die 16 Januarii.

Paradisus Dei, e quo fons vitæ æternæ Jesus Christus Dominus noster egressus est, qui potat omnes ad se venientes. — Petr. Diacon. *Serm. in Assumpt. B. V. M.*

Paradisus, in quo est lignum vitæ. — S. Andreas Cretensis, *Can. in Nativ. S. Joan. Præcurs.*

Paradisus spiritualis vitalis ligni salutis, quæ ipsum Edem sato rem Christum in ea velut figuratum expressumque intus habuit, Christum, inquit, qui ineffabili virtute, iustar fluminis ex fecunda ejus vulva egressus, quatuor velut initia orbis terræ faciem fluentis Evangelii irrigavit. — Idem orat. 1 in *Annunt. B. V. M.*

Paradisus immortalitatis. — Isychius, serm. 2 *De laud. B. V. M.*

Paradisus ratione pollens. — Anonymus in *Menæis Græcor.* die 4 Junii.

Paradisus Dei amoenissimus et rationalis, ad orientem voluntatis Dei plantatus, ipsi Deo floridum lily et immarcescibilem proferens rosam; ac nobis, qui ad occidentem mortis pestilentem ebibimus, animisque perniciosa amaritudinem. — S. German. Constant. orat. 1 in *Præsev. B. V. M.*

Paradisus, in quo floret vitale lignum ad scientiam veritatem, quod qui degustant, immortalitatem consequuntur. — Ibid.

Paradisus perennis. — Idem, orat. 2 in *Dormit. B. V. M.*

Paradisus terrestris, a Deo consitus, ex quo imperavit Deus Cherubinis, ut quas accepit a natura leges, ad sanctitatem excolet, ensemble ignem circa eam in orbem rotarent, ipsamque ab omnibus fraudulentí serpentis insidiis tuerentur. — Id in *Orat. in Annunt. B. V. M.*

Paradisus mysticus, illaborate geruinaans Christum. — Cosmas Hierosolym. in *Theogoniam hymn. 12.*

Paradisus, ad quæ serpens aditum non habuit. — S. Joan. Damascen. orat. 2 *De Assumpt. B. V. M.*

Paradisus ligni vitæ. — Idem orat. 3 *De Assumpt. B. V. M.*

Paradisus deliciarum perpetuarum. — Idem in *octoech. Græcor.*

Paradisus rationalis. — Ibid

Paradisus voluptuosus. — Ibid.

Paradisus, prædium Edem beatius, ubi virtutis planta omni virore germinavit; ac in quo arbor

vitæ enituit; cuius commercio ad pristinam vitam redimus, terga dante atque cedente flammeo gladio, uti scriptum est.—S. Jo. Damascenus orat. 4 De Nativit. B. V. M.

Paradisus spiritualis novi Adami, in quo condemnatio abrogata, in quo vitæ lignum consitum, in quo nuditas nostra contexta est. — Idem orat. 2 De Assumpt. sive Dormit. B. V. M.

Paradisus voluptatis. — Idem in *Menœis Græcor.* die 27 Januar.

Paradisus spiritualis, quæ eum qui paradisum plantaverat, ex incontaminatis suis progenuit visceribus. — Joan. Eubœus *Orat. in Concept. SS. Dei Genitricis.*

Paradisus animatus, in cuius medio est arbor vite Dominus, qui dulcedine sua vivificat omnes sui participes, et corruptioni obnoxios. — S. Joseph. *Hymn. in Mariali.*

Paradisus resplendens, qui splendide effluit, et hominibus paradisum, et cum Christo reconciliationem acquisivit. — Ibid.

Paradisus novus habens in medio sui lignum vitæ, ex quo comedens Adam a mala morte liberatur. — Ibid.

Paradisus novus, in quo vitæ lignum signum est, cuius esca eos, qui per escam ceciderant, novæ vitæ restituit. — Ibid.

Paradisus, quæ vitæ lignum semper habuit in medio sui. — Ibid.

Paradisus, per quam paradiſo deliciarum digni facti sumus. — Ibid.

Paradisus animatus. — Cosmas Vestitor, *Orat. in SS. Joachim et Annam Dei Genitr. parentes.*

Paradisus, cuius fructum edentes, insitam nobis et interitus effectricem rubiginem abjecimus, et ad floridam seniique expertem formam traducti sumus. — Leo imperat. in *Orat. de Annunt. B. V. M.*

Paradisus, e quo planta pullulavit immortalis. — Idem in *Orat. de Nativ. B. V. M.*

Paradisus beatitudinis. — Guerricus abbas serm. 2 De Annunt. B. V. M.

Paradisus deliciarum. — Radulphus Ardens hom. 2 in Nativit. B. V. M.

Paradisus cœlestis, cœlestis boni plenitudine. — Hugo Victorin., *Serm. in Nativit. B. V. M., qui est in ordine 34.*

Paradisus deliciarum. — Idem lib. III *Erudition. theologicar. ex Miscellaneor. II, tit. 123.*

Paradisus, a Deo plantatus, ut illum ingredientes, lignum vitæ æternæ comedamus, et non moriamur. — Rupert. abbas lib. IV *Comment. in Cantic. canticor.*

Paradisus, de quo ille fluvius, sive illud flumen egressum est, de quo Psalmista dicit: « Fluminis impetus lætitiat civitatem Dei, » qui inde dividitur in quatuor Evangelia. — Ibid.

Paradisus novus et cœlestis, in quo non posuit Deus hominem, quem formaverat, sicut in paradiso

antiquo et terrestri, sed formavit hominem, qui apud ipsum in principio erat. — Ibid.

Paradisus Dei, quia lignum vitæ mundo protulit, de quo qui manducaverit, vivet in aeternum. — D. Bernard. in *Deprecat. et laude elegantissima ad B. V. M.*

Paradisus, de qua egreditur fons gratiæ, qui distenditur per mundum, et extenditur usque ad mundi terminum. — Richard. Victorin. in *Exposit. Cantic. canticor. cap. 23.*

Paradisus deliciarum. — Petrus Blesensis serm. 38.

Paradisus Filii Dei. — Petrus Cellensis serm. 7 De Assumpt. B. V. M

Paradisus paradiso terrestri præstantior, quia, si in paradiso illo serpens cum homine reperitur, in Virgine solius Spiritus sancti obumbratio cum Jesu suscipitur — Ibid in *Serm. de B. V. M.*

Paradisus serpentem lividum non admittens. — Philipp. abbas, lib. IV in *Cantic. canticorum, cap. 25.*

Paradisus novus et cœlestis, de quo flumen illud egressum est, de quo legitur: « Fluminis impetus lætitiat civitatem Dei. » — Guilielm. Parvus in cap. I *Cantic.*

Paradisus deliciarum. — Theodor. Lascaris imperator in *Can. ad SS. V. Deiparam.*

Paradisus secunde germinans. — Ibid.

Paradisus vernans, in qua viret noster visus, de qua surgit flos dulcoris, de qua fluit fons amoris, et omne quod est optimum. — B. Joseph Steinfel. *Opusc. 4.*

Paradisus, cuius ligna non fructifearunt juxta genus suum, sed supra genus suum, dum Unigenitum Dei concepit et peperit, virginitatis gloria permanente. — Rich. a S. Laur. *De laud. B. V. M.* lib. XI.

Paradisus, de quo exivit fluvius Dioryx, id est Dei Filius, qui se comparat fluvio, dicens: Ego quasi fluvius Dioryx; si enim Dioryx interpretatur medicamentum generationis, partus virgineus medicamentum fuit generationis humanæ in peccato primi hominis lethaliter vulneratae. — Ibid

Paradisus, in quo crevit ille fructus vitæ, de quo qui digne manducaverit, mortem non videbit in aeternum. — Joan. VIII. — Ibid.

Paradisus, in quo honorifice positus est secundus Adam, Gen. II, quia salvo pudore materno. — Ibid.

Paradisus non apertus serpenti, qui seduxit Eam, sed conclusus contra omne nocivum. — Ibid.

Paradisus terrestris, quia si ex paradiso terrestri fluvius egrediens quatuor fluvii totam terram irrigat; Christus Dei sapientia, qui aquæ sapientiæ salutaris se comparat, Eccli. xv, et, dicit Eccli. xxiv: Ego quasi fluvius Dioryx egrediens per carnalem nativitatem de beata Virgine, quatuor fluminibus Evangeliorum totam terram Ecclesiæ copiose irrigat et secundat. — Ibid.

Paradisus terrestris, quia si ibi crescunt lignum vitæ et lignum scientiæ boni et mali, in beatæ Virginis utero paulatim secundum carnem adolevit Christus, « lignum plantatum secus decursus aquarum » Psalm. I, qui est lignum scientiæ, « in quo sunt omnes thesauri sapientiæ et scientiæ absconditi, » ad Coloss. II, et lignum vitæ, unde Joan. XIV : « Ego sum veritas, et vita. » — Rich. a S. Laur. *De laud. B. V. M.* lib. XII.

Paradisus terrestris, quia si in paradiſo terrestri non est homo carnaliter genitus, sed divina virtute positus, sicut legitur Genes. II, « Tulit Deus hominem, et posuit in paradiſo voluptatis. » Similiter et « Secundus homo de cœlo cœlestis, » I Cor. XV, non generatione carnali in beatam Virginem venit, sed solo opere Trinitatis. — Ibid.

Paradisus terrestris, quia si in paradiſo terrestri positus est Adam, ut operaretur et custodiret illum : in beata Virgine positus est Christus homo, ut operaretur in ea fecunditatem, ut custodiret in ea illibatam virginitatem, operatus est, unde ipsa dicit Luc. II, « Quia fecit mihi magna, » custodivit eam, integrum conservavit, operatus est dum secundavit, custodivit, dum florem non abstulit. — Ibid.

Paradisus terrestris, quia, si paradisus terrestris, aquis diluvii non contingitur : beatæ Virginis sublimem conversationem, quæ vere erat in cœlis, non attigit illud diluvium, de quo dicitur Osee IV, « Maledictum et mendacium inundaverunt. » — Ibid.

Paradisus terrestris, quia, si paradisus terrestris custodia angelorum inunitur, sicut legitur Gen. III, beatam Virginem angeli sollicite custodiebant, unde Cant. III : « Lectulum Salomonis sexaginta fortis anbiunt. » — Ibid.

Paradisus terrestris, quia si paradisus terrestris terra est superior et cœlo inferior, beata Virgo omni puro homine qui de terra est, Joan. III, superior : Deo qui habitu potestatis suæ omnia continet, inferior. — Ibid.

Paradisus terrestris, quia, si paradisus terrestris tertio die sæculi plantatur : beata Virgo post tempus ante legem, et tempus sub lege, tertio tempore sæculi, quod est gratiæ, virtutum plenitudine ornatur. — Ibid.

Paradisus terrestris, quia, si paradisus terrestris totum genus nostrum in gaudio enutritisset, nisi peccatum primi hominis impeditisset : beata Virgo omnes homines sine personarum discretione glorioſo fructu ventris sui in gaudio æterno reficeret, nisi eorum peccata impedirent. — Ibid.

Paradisus in qua plantavit Deus lignum vitæ, quando ex ea Filius Dei, qui vita est, carnem asumpsit. — Joan. Halgrin. in cap. IV *Cantic. cantor.*

Paradisus sic a Domino conclusus, ut nulli hosti maligno ejus pateret ingressus. — Ibid.

Paradisus, habens mala punica in varietate virtutum, fructum pomorum in perfectione operum, cyprum cum nardo, illam fertilem uavarum, hanc

miri odoris herbam aromaticam, ob sobrium ebrietatem sensuum, et suave fragrantem opinionem virtutum, quibus adduntur crocus lætitiae, fistula expoliationis carnis, cinnamomum suavitatis, cum universis lignis Libani, per quæ virtutum universitates figurantur. Myrrha quoque mortificationis, et Aloes incorruptionis, cum omnibus primis unguentis, effusis in oratione ab illo unguento, quando consistens in capite, « descendit in barbam, barbam Aaron, » non illius veteris et significantis, sed novi et signati. — D. Amedeus hom. 7, *De laud. B. Virginis*

Paradisus cœlestis. — D. Bonavent. in *Psalterio minori B. V. Quinquagena* 3.

Paradisus Dei, in benedictionibus multiplicium deliciarum spiritualium. — Idem in *Speculo B. V. cap. 5.*

Paradisus Dei, non solum mente, sed et ventre continens in se lignum vitæ, Jesum Christum. — Ibid. cap. 42.

Paradisus Dei specialis. — Ibid. cap. 9.

Paradisus divinarum deliciarum. — Albert. Magn. in *Postillis super cap. XI Luc.*

Paradisus plantationis. — Idem, in *Biblia Mariæ super lib. Genesis*.

Paradisus voluptatis a principio, in quo posuit Deus hominem, id est Christum, quem formaverat. — Idem, super *Missus est*, cap. 150.

Paradisus deliciarum, in quo fuit cedrus contemplationis excelsæ, cypressus odoriferæ famæ, palma gloriæ victoriæ, rosa patientiæ, oliva misericordiæ, et platanus fidei perfectæ. — Jacobus de Voragine in *Mariali*, sermone 2 P.

Paradisus valde amœnus ob arborum diversitatem, ob rivulorum jucunditatem, ob auræ tenuis gratum refrigerium, ob avium cantum, ob dulcedinem fructum et pomorum. — Ibid.

Paradisus fructus vitæ. — Joan. Hollandius Hymn. I, *De partu virgineo*.

Paradisus Dei in anima sua. — Jo. Taulerus *serm. in festo Annunt. B. Virg.*

Paradisus amœnissima omnigenæ voluptatis. — Henricus Suso in capite 16, *Dialogi Sapientiæ et misericordiæ ejus*.

Paradisus, in quo ortus est fructus ligni vitalis omne delectamentum et gaudium in se continens. — Ibid.

Paradisus multo præstantior terrestri illa, ex qua ejecti sumus, paradiso. — Ibid.

Paradisus cœlestis. — Ern. Prag. in *Mariali*, cap. 2.

Paradisus afflictorum. — Barthol. de Pisis libr. I *De laud. Virg.*, fructu 2.

Paradisus vitalis D. Jo. Rusbroch., lib. II, *De ornatu spirituali nuptiarum*.

Paradisus deliciarum, quia spiritualium copia deliciarum fuit in ea, dum ageret in terris, reconditæ, propter virtutum omnium perfectionem, diuinæ consolationis assiduitatem, familiarem cum

angelis locutionem, assiduam plene divinorum contemplationem, et actualem divinæ majestatis fruitionem.— Antonius Pocq. serm. 1 *De Concep. B. Virg.*

Paradisus, quæ ne ad momentum quidem serpentis admisit ingressum.— Ibid.

Paradisus, talis nobis, et de nobis a Domino plantatus, in cuius medio poneretur lignum vitæ temporis veniente plenitudine, quod redemptionis et glorificationis humanæ fructum ferret in tempore suo, ad cœlestem enecturnum paradisum pios hujus cultores paradisi. — Ibid.

Paradisus voluptatis, quam divina clementia plantavit ab initio, et ante sœcula, dignitate et prævisione, non existentia, et actuali in esse productione, in cuius medio poneretur lignum vitæ, cuius folia ad sanitatem gentium, et fructus dulces ad vescendum, quam donari voluit gratiarum et privilegiorum munere singulari, ne quo possit morsu serpentis attingi, aut illius infici flatu letifero, cuius caput virulentum mira foret virtute contritora. — Ibid.

Paradisus amoenissimus, in quo fuit fons copiosus, clarus, perlucidus, diffundens ex se rivos limpidissimarum meditationum sanctissimarumque affectionum.— Dionys. Carthus. in *Cant. art. 12.*

Paradisus cœlestium gaudiorum, mysticarum secretarum nuptiarum, quibus unita est verbo aeterno natura humana. — Idem, lib. 1, *De laud. Virg. art. 20.*

Paradisus vernans, in qua viget noster visus, de qua surgit flos decoris, de qua fluit fons amoris, et omne quod est optimum.— Joannes Gerson in *Josphina.*

Paradisus, ad quam aquæ diluvii, id est peccati originalis, non pervenerunt.— Bernard. de Busto in *Mariali*, serm. 8 *De Concept. beatae Mariæ Virgin.*

Paradisus amoenissimus. — Idem, serm. 1 *De Assimilat. B. M. Virg.*

Paradisus cœlestis, ad enjus custodiæ collocavit Deus multos angelos, et flammam ignis Spiritus sancti ad defendendum, ne aliquis dæmon unquam in eum introiret per peccatum, et non solum ad custodiendum ipsum paradisum, sed etiam eos qui in illum per devotionem ingrediuntur. — Ibid.

Paradisus in benedictionibus Eccli. xxiv.— Ibid.

Paradisus virginalis. — Ibid.

Paradisus voluptatis in partibus orientis, id est gratiæ, a Deo plantatus.— Ibid.

Paradisus omnium cœlestium divitiarum. — Jo. Trith. lib. 1 *De mirac. B. V. in Urtic. cap. 6.*

Paradisus Dei nostri. — Mauritus de Villa Prob. serm. 52, *Coronæ novæ B. Mariæ.*

Paradisus voluptatis a principio, in quo posuit Deus hominem, id est Christum quem formaverat. — Ibid.

Paradisus voluptatis, in qua fuerunt cedrus contemplationis excelsæ, cypressus oloriferæ famæ, palma gloriose victoriæ, rosa patientie, oliva

misericordie, platanus fidei perfectæ. — Ibid. serm. 2.

Paradisus spiritualis pulcherrimus deliciarum Dei, quam plantavit Dominus ab initio, eam prædestinando, eam præfigurando, et eam suo ordine producendo: in cuius medio posuit lignum vitæ Christum, mundi Salvatorem, de Virgine creatum, ut custodiret illam, et in ea operaretur magna, qui potens est, et sanctum nomen ejus. — Dionys. Fab. tract. 1 *De Concept. B. V. M.*

Paradisus Virginialis, cui adfuit fons gratiæ spiritualis, infundens et irrigans universam superficiem terræ: fluens oleo misericordiæ, compassiōnis, pietatis, lacte et melle summæ æ semperternæ dulcedinis, qui et dividitur in quatuor, omnem terram reddens aptam frugibus alendis, et universis gratiarum charismatibus recipiendis. — Ibid.

Paradisus Virginialis, ex qua fons divinus, id est fontana Paracleti Spiritus sancti gratia manere dignatus est, tanta copia spiritualium charismatum rigans, et inebrians massam generis humani, ut cum sanctorum et electorum omnium cedris, olivis et vineis, lignum etiam vitæ, Christum, scilicet Deum et hominem nasci fecerit de terra virginæ carnis benedicta, in qua ab ipsa hora sua Conceptionis accepit ex eo ipso plenitudinem beatitudinis. — Ibid.

Paradisus Dei.— S. Thom. de Villanova in conc. 2, *De Assumpt. B. V. Mariæ.*

Paradisus amœnus sacrarum deliciarum. — Ludov. Blosius in *Endologia 3 ad B. V. Mariam*

Paradisus beata affluens consolationum deliciis. — Idem in *Endologia 2 ad B. V. Mariam.*

Paradisus voluptatis. — Idem in *orat. ad SS. Virgin. Mariam*, quæ exstat in ejus *Scrinio sp̄irituali*.

Paradisi amœnitas, ex qua peperdit multis diebus infans Deus. — Joan. a Jesu Maria, tom. II Oper. suor., pag. 65 *Theol. mystica.*

PARENTS beatissima. — Melito Sardeensis in libello *De transitu B. V. Mariæ.*

Parens Dei. — Titus Bost. in comment. super cap. 1 *Lucæ.*

Parens nostra secundum generis prosapieque rationem.—D. Athanas. Serm. de SS. V. Deipara.

Parens omnium — D. Ephrem in *Serm. de laud. B. V. Mariæ.*

Parens expers laboris et doloris. — D. Greg. Nazianz. in *Tragœdia de Christo paciente.*

Parens, quæ Christum dedit luci. — Ibid.

Parens Verbi. — Ibid.

Parens Conditoris nostrum omnium. — S. Proclus orat. 6, quæ est *De laud. B. V. Mariæ.*

Parens sancta, cuius viscera cœlestis intravit gratia. — Sedulius in hymn. de Christo, qui incipit: *A solis ortus cardine*

Parens Dei intemerata. — Eutychianus in *Vita Theophili.*

Parens Dei mundo desiderata. — Ibid

Parens Dei semper virgo. — Eutych. in Vita Theophili.

Parens Dei veneranda, et omnibus laudibus celebrandam, quæ est sola casta et pura, quæ est sola sancta anima et corpore, quæ sola habet fiduciam ad eum qui est natus ex ipsa. — Ibid.

Parens gaudii incomprehensibilis. — S. Andreas Cretensis *Orat. in Annuntiat.* B. V. Mariæ.

Parens proliis sine patre. — Idem *Orat. de Nativ.* B. V. Mariæ.

Parens Agni et Pastoris. — S. Germ. orat. 2 in *Domit.* B. V. Mariæ.

Parens vitæ. — Ibid.

Parens Dei summopere admiranda, cuius venter cœlum est, in quo habitavit is qui nullo loco capi potest. — S. Jo. Damasc. orat. 2 *De Nativ.* B. V. Mariæ.

Parens gloriæ. — Idem orat. 2 *De Assumpt. sive Lormit.* B. V. Mariæ.

Parens sancissima, per quam salutem consecuti cœlitus sumus. — Idem in carmine *De Epiphania.*

Parens sine concubitu, quæ nuptialis viri concubitus ignara ubera, quæ lactarent infantem, ut cœteræ matres habuit, e quibus lac emulgitur virginem alens universa. — Idem orat. 4 *De Nativ.* B. V. Mariæ.

Parens vitæ, cuius laudes cantare decet, sola enim ventre clausit λέγον, ægris medelam qui tulit mortalibus. — Idem in carmine *De Pentecoste.*

Parens Verbi. — Photius Constantinopolit. *Orat.* in B. V. *Nativ.*

Parens absque dolore. — Jo. Geom. in B. V. Mar. hymn. 1.

Parens grata sophiæ rationis et æqui. — Idem in B. V. Mar. hymn. ui

Parens luminis. — Idem in B. V. Mar. Hymn. ii.

Parens pulchra, casta, gravidata Verbo. — Ibid.

Parens Dei Regis justitiae. — Theophylactus in *Orat. de Præsentat.* B. V. Mariæ

Parens parientis. — D. Petr. Damian. *Hom. in Nativ.* B. V. Mariæ.

Parens salutis et salvatorum. — S. Anselm. in *Orat. ad B. V. Mariam.*

Parens summi nati. — Goffridus abbas in *Orat. ad Matrem Domini.*

Parens nostri parentis. — Petr. Maurit. Cluniacensis prosa in honorem Matris Domini.

Parens Jesu. — Arnold. Carnotens. in tractat. De laudib. B. V. Mariæ.

Parens justitiae. — Adam. de Persenia *Serm. in Annunt.* B. V. Mariæ.

Parens Jesu Christi sancta. — Innocentius Papa III in *Hymno de SS. V. Maria.*

Parens singularis et unica dilecti sui. — Rich. a S. Laur. De laudib. B. V. Mariæ, lib. vi.

Parens alma Domini. — D. Amedeus hom. 8 *De laud.* B. V. Mariæ.

Parens charissima, per cuius castissima viscera

Verbum Dei venit ad nos. — Idem hom. 7 *De laud.* B. V. Mar. *Deip.*

Parens absque nævo. — D. Bonavent. in *Psalterio minori* B. V. Quinquagen. 3.

Parens casta. — Idem in *Opusc. de Compassione* B. V. Mariæ.

Parens Dei intacta. — Idem in *Psalterio minori* B. V. Mariæ. Quinquagen. 2.

Parens Patris. — Idem in *Psalterio minori* B. V. Mariæ. Quinquagen. 4.

Parens, cuius imperio paret Rex majestatis. — Joan. Hondom. in *invocatione SS. Deiparæ.*

Parens eximia. — Idem *Hymn. 2. De partu virginis et lactatione pueri Jesu*

Parens Filii Dei. — Joan. Taulerus *Serm. in festo Annuntiat.* B. V. Mariæ.

Parens longe piissima Unigeniti Dei. — Idem in tractatu *De 10 Cacitatibus*, cap. 11.

Parens nostra longe fidelissima. — Ibid.

Parens omnium. — Isidor. Thessalonic. *Orat. de Assumpt.* B. V. Mariæ.

Parens et virgo simul. — D. Bernardin. Senensis, tom. I, serm. 52.

Parens fidentissima. — Martin. de Magistris in *Exposit. super cantic. Salve, Regina.*

Parens illustrissima. — Ibid.

Parens inclyta pietatis. — Ibid.

Parens misericordiæ. — Ibid.

Parens piissima Dei atque hominum. — Ibid.

Parens Principis misericordiæ. — Ibid.

Parens Deifera. — Dionys. Carthus. in cap. xxxi *Proverb.*

Parens salutipara. — Bapt. Mantuan. lib. xii, *De sacris diebus ad diem 8 Decemb.*

Parens orphanorum. — Bernardin. de Busto, serm. I *De Nativ.* B. V. Mariæ.

Parens restaurativa omnium creaturarum. — serm. 2 *De Assumptione* B. V. Mariæ.

Parens Christi sacratissima. — Joan. Trith. *De miraculis B. Virg. Mariæ prope Dittelbach.* lib. i, cap. 14.

Parens Dei lucidissima. — Idem lib. iii *De mirac.* B. V. Mariæ in *Urticeto.*

Parens Dei sancta. — Ibid. lib. iii, in *Præfatione.*

Parens Dei superinnocentissima. — Idem *De mirac.* B. V. M. prope Dittelbach. lib. i, cap. 2.

Parens omnipotentis Dei sanctissima. — Ibid. lib. i, cap. 4.

Parens omnium in fide Christi viventium. — Ibid. lib. i, *De mirac.* B. V. M. in *Urtic.* cap. 8.

Parens salutis nostræ. — Idem cap. 2.

Parens beatissima summiæ clementiæ summæque latitiae, per quam cœlestis benedictio et felicitas æterna ad nos dimanavit. — Ludov. Bloxius in *Endologia* II, ad' B. V. M.

Parens pietatis dulcissima, quæ fideles sui cultores feliciter transfert ad amoenas paradisi mansiones. — Idem in *Endolog. xxi ad B. V. M.*

Parens magna magni Dei. — Justus Lipsius in *D. Virg. Aspicollens.* cap. 30.

Parens sacræ partitionis. — Ibid.

Parens cœlestis eloquentiæ, e cuius ore melle dulcior fluit oratio, quæ linguam disertam adeptæ es, et desideriorum verba capis, remitte mihi, ut refrigererer responso tuo, cui tota patet anima mea. — Joan. a Jesu-Maria, tom. II Oper. suor. *Tract. myst.* pag. 65.

PARIES mundi. — S. Andreas Cretensis, *Can. in S. Andr. apostolum.*

Paries firmissimus multitudinis Christianorum. — Jacob. monachus, in *Mariali*, orat. 6.

PARS, quæ insolubiliter et non per divisionem Deo unit hominem. — S. Andr. Cretensis, orat. 3, *De Dormit.* B. V. M.

Pars Dei. — Radulphus Ardens, hom. 1, in *Assumpt.* B. V. M.

Pars magna sanctæ civitatis Sion. — Rupert. abbas lib. II *Comment. in Isaiam*, cap. 51.

Pars magna sanctæ Ecclesiæ. — Ibid.

Pars optima prioris Ecclesiæ. — Idem, lib. I *De operibus Spiritus sancti*, cap. 8.

Pars absque parte. — D. Bonav. in *Psalterio minori B. V. Quinquagena* 2.

Pars una, quam Jacob, id est, Deus Pater in gladio et arcu tulit de manu Amorrhaei, et dedit Joseph, id est Christo Filio suo. — Albert. Magn. in *Biblia Mariæ super lib. Gen.*

Pars non modica lætitiae, et exultationis sanctorum. — Joan. Pieus, lib. III in *Cant.* cap. 16.

PARTICIPATIO affluens bonis omnibus virtutum. — S. Joan. Damasc. in orat. 4, *De Nativit.* B. V. M.

PARTUS, quo bona vim omnem intellectus superantia genitoribus comparata sunt. — Georgius Nicomed. orat. 1, *De Præsent.* B. V. M.

Partus optimus ex bonis lumbis redditus. — Jacobus Monachus, in *Mariali*, orat. 2.

Partus, qui auctoribus suis ineffabilia bona conciliavit. — Idem, in *Mariali*, orat. 2.

Partus precum timorisque Dei. — Isidorus Thessalonice. in *Orat. de Nativ.* B. V. M.

PASCUA. — D. Bernard. serm. 3, super *Salve Regina*

Pascua virens fide, et virtutibus, et æterna perseverantia sanctitatis. — Rich. a S. Laurent. *De laud.* B. V. M. lib. viii.

PASSERCULUS nitidissimus absque ulla nævi umbra. — S. Joan. Damasc. in *Menæis Græcor.* die 22 Januarii.

PASTOR bonus, pascens Ecclesiam continue benedicto fructu ventris sui, pane angelorum in ipsa formato, in Sacramento altaris nobis ministriato. — D. Antonin. in *Summ.* part. iv, tit. 45, cap. 19.

PATER Christi, non enim Christus alium Patrem habuit in terris. — D. Antonin. in *Summ.* part. iv, tit. 45, cap. 41.

PATRIA exsilibus. — Barthol. de Pisis, lib. I, *De laud.* B. V. M. fruct. 10.

Patria exsilibus. — Bernardin. de Bust. serm. 3, *De Nativ.* B. V. M.

PATROCINATRIX perpetua eorum qui illam honorant. — S. Joan. Damascen. in *Paraccl.* B. V. M.

Patrocinatrix semper fidelium. — Idem in *Octoech. Græcorum.*

Patrocinatrix continua terrigenarum. — D. Fulbert. Carnotens. serm. 1, *De Nativ.* B. V. M.

PATROCINIUM commune omnium. — S. German. Constant. orat. 2, in *Præsent.* B. V. M.

Patrocinium inconcessum. — Idem, orat. 2, in *Dormit.* B. V. M.

Patrocinium omnium Christianorum. — Idem, in suo *Mariali*, fragm. 13.

Patrocinium validissimum. — Idem, orat. 2, in *Dormit.* B. V. M.

Patrocinium animarum nostrarum. — S. Joan. Damasc. *Octoech. Græcorum.*

Patrocinium generis hominum. — Ibid.

Patrocinium inexpugnabile Christianorum. — Ibid

Patrocinium nostrum unicum. — Idem, *Can. in S. Leontium.*

Patrocinium omnium fidelium. — Idem, *Can. in S. Alben*

Patrocinium Christianorum, quod pudore non confunditur. — S. Joan. Damasc. in *Paraccl.* B. V. M.

Patrocinium divinum salvans nos a passionibus, et concupiscentiarum nebulam dissolvens. — Ibid.

Patrocinium fidelium in hora mortis. — Ibid.

Patrocinium formidabile servorum suorum. — Ibid.

Patrocinium forte suos salvans famulos. — Idem in *Cant. Græcor.* sono 1.

Patrocinium mundi. — Idem in *Paraccl.* B. V. M.

Patrocinium nostrum firmissimum. — Ibid.

Patrocinium nostrum in tempore resolutionis nostræ. — Ibid.

Patrocinium nostrum post Deum. — Ibid.

Patrocinium omnium a gravissima damnationis sententi liberans nos. — Ibid

Patrocinium omnium, quod confundi non potest. — Ibid

Patrocinium peccatorum. — Ibid.

Patrocinium validum liberans nos ab angustiis, passionibus, peccatis, et igne sempiterno. — Ibid.

Patrocinium vitæ nostræ. — Ibid.

Patrocinium mundi, per cuius intercessiones mundus ipse consistit. — Theostericus, in *Vita S. Nicetæ*, apud Surium, tom. II, die 3 Aprilis.

Patrocinium animarum nostrarum. — S. Joseph hymnograph. in *Mariali*.

Patrocinium eorum qui eam laudant. — Ibid.

Patrocinium fidelium, quod pudore non confunditur. — S. Jos. Hymnogr. in Mariali.

Patrocinium fervens servorum suorum apud Deum. — Ibid.

Patrocinium firmissimum piorum. — Ibid.

Patrocinium liberans nos ab omni tribulatione. — Ibid.

Patrocinium omnium fidelium, assistens et auxilians nobis a molestiis vitae circumventis, neque permittens nos fluctibus illius immodecis agitari ac conteri. — Ibid.

Patrocinium omnium fidelium, qui in profundo malorum, et in salo tribulationum periclitantur. — Ibid.

Patrocinium omnium, qui in ea confidunt. — Ibid.

Patrocinium omnium, qui laboribus consciuntur et exclamant. « Benedictus Deus Patrum nostrorum. » — Ibid.

Patrocinium peccatorum. — Ibid.

Patrocinium unicum fidelium. — Ibid.

Patrocinium universorum a Deo constituta. — Ibid.

Patrocinium verum Christianorum. — Euthymius, Encomio in adorationem venerandæ zonæ SS. Deiparae, et fasciarum Domini.

Patrona nostra acceptissima erga Filium suum. — D. Gregor. Nazianz. in Tragoedia de Christo paciente.

Patrona omnium inique oppressorum. — S. Sabas in Menœis Græcor. die 28 Januarii.

Patrona sermonis. — S. Andr. Cretens. orat. 8, De Dormit. SS. V. M.

Patrona unica sub pallium suum consiguentium clientolorum. — Anonymus, in Menœis Græcorum, die 4 Januarii.

Patrona peccatorum. — S. Germ. Const. in orat. 3, De Assumpt. B. V.

Patrona populi fidelis. — Idem Orat. in zonam Deip.

Patrona eorum, qui in necessitatibus, et rebus adversis versantur. — S. J. Damasc. in Parac. B. Virginis.

Patrona firma ac immobilis vitae nostræ. — Ibid.

Patrona hominum a Deo constituta. — Ibid.

Patrona immaculata et pura. — Ibid.

Patrona in periculis, quæ non confunditur. — Ibid.

Patrona mundi, a Filio ac Deo suo constituta. — Ibid.

Patrona nostra bona. — Ibid.

Patrona nostra apud Deum confessionem repulsa non patiens. — Ibid.

Patrona nostra, quæ pudore non suffunditur. — Ibid.

Patrona quam mundo constituit Deus Patrum nostrorum benedictus. — Ibid.

Patrona vitae nostræ. — Ibid

Patrona gloria peccatorum, quæ Redemptorem ac Salvatorem peperit. — S. Joseph. Hymn. in Mariali.

Patrona nostra apud Christum, ut liberemur ab æterno iudicio, et ab omnimoda sapientis læsione. — Ibid

Patrona vite nostræ. — Ibid.

Patrona Christianorum. — Ibid.

Patrona omnium. — Idiota, in Contemplatione de SS. V. M.

Patrona peccatorum. — D. Anselmus, in Hymno B. Dei Genitricis.

Patrona diligens nobis auxilium proposita inter tentationum impetus, inter omnes periculorum angustias, inter omnia quæ timere potest humana miseria. — Petrus Bles. serm. 34.

Patrona gregis Christiani, quæ non solum ante faciem nostram per exempli ducatum ingreditur, sed et a tergo nos contra spiritualia tela nequitiae brachio non carneo tuctur. — Guillelmus Parvus, in Cant. cap. 1.

Patrona omnium. — Absalon. abb. serm. 2, De Assumpt. B. Virg.

Patrona mundi invicta. — Theodorus Lasch. imperator, in Can. ad SS. Deiparam.

Patrona nostra vere. — Ibid.

Patrona cunctorum hominum, ipsius opem flagitantium. — J. Taulerus, Serm. in festo Annunt. B. M. V

Patrona miseri peccatoris. — Henricus Suso, in cap. 16 Dialogi Sapientiæ et Ministri ejus.

Patrona nostra. — Martinus a Magistris in Expositione super cant. Salve Regina.

Patrona compatiens miseriis nostris. — D. Antoninus, in Summa, part. iv, tit. 45, cap. 44.

Patrona humani generis. — Joan. Turrecremata, in Proemio sui tractatus De Concept. B. V.

Patrona summa, per cuius manus judicia superna transeunt et implentur. — Thomas a Kempis, in iii part. Sermorum, serm. 2.

Patrona felix, quæ nescit non esse propitia in gregem suum: hostem savire non sinit: opem non tardat suæ benevolentie, cui obicem objici non permittit: quodque sua virtute jusserit, totum confirmat. — Balduin. Leersius, in Collectaneo exemplar. cap. 3.

Patrona labe carens. — Joan. Paleonydorus, in prologo Fasciculi tripartiti historiarum ord. Carmelit.

Patrona fidelis, in enetis tribulationibus nostris ad Filium. — Joan. Trith. lib. ii De miraculis B. V. in Urticeto, cap. 10.

Patrona mitissima generis humani. — Ibid. lib. iii.

Patrona nostra amica, et potens ad Filium. — Idem, De miraculis B. Virg. prope Dittelbach. lib. i, cap. 41.

Patrona pientissima humani generis, in omni periculo, in omni necessitate, et in omni molestia

mentis et corporis fiducialiter invocanda. — Idem lib. II *De Mirac. B. V. in Urticeto*, cap. 1.

Patrona omnis populi fidelis. — Idem *De Mirac. B. V. prope Dittelbach*, lib. I, cap. 9.

Patrona pientissima miserorum. — Idem, lib. I *De Mirac. B. V. in Urticeto*, cap. 1.

Patrona prompta in tribulationibus. — Ibid. lib. II.

Patrona promptissima humano generi ad Filium. — Ibid. lib. I, cap. 9.

Patrona sapiens, et potentia plenissima. — Maurit. de Villa Probata, serm. 21, *Coronæ novæ B. V. M.*

Patrona nostra unica, ad quam omnes aspicimus. — S. Thom. de Villa Nova, conc. 3, *De Nativit. B. V. M.*

Patrona benignissima. — Justus Lipsius, in *Diva Halensi*, cap. 14.

Patrona in periculis, in molestiis, et in omni vitæ cursu. — Ibid. cap. 1.

Patrona singularis hominum peccatorum. — Robert. Bellarm. in *Conc. de Assumpt. B. V. M.*

PAVOR spiritualibus nequitiis. — D. Laur. Justin. in lib. *De casto connubio verbi et animæ*, cap. 9.

PAUSATIO fessis. — Alan. de Insul. in *Anti-claud.* lib. v.

PAX mundi. — D. Ephraem Serm. *De laud. B. V. M.*

Pax eorum, qui oppugnantur. — S. Sabba, in *Menevis Græcor.* die 24 Februar.

Pax eorum, qui bellum sustinent. — Theod. Lascaris imperator, in *Can. ad SS. Deiparam.*

Pax beata cordium. — D. Bonav. in *Psalterio B. V. M.*

Pax Domini. — Albertus Magn. super *Missus est*, cap. 121.

PECULIUM Christi. — D. Athanas. *Orat. in Purific. B. V. M.*

PECUS Dei signatum. — Matthæus Cantacuzen. in *Cant.* cap. 8.

PELAGUS Virgineum. — D. Basilius Seleuc. *Orat. in Annunt. Deip. Virg.*

Pelagus gaudii inexhaustum. — S. Joan. Damascen. *Orat. 2, De Dormit. B. V. M.*

Pelagus gratiarum. — Idem orat. 1, *De Nativit. B. V. M.*

Pelagus intimæ pietatis. — Idem in *Parac. B. V. M.*

Pelagus miserationum. — Ibid

Pelagus sanationum. — Idem, orat. 2, *De Assumpt. sive Dormit. B. V. M.*

Pelagus inenarrabile. — S. Joseph. *Hymn. in Mariali.*

Pelagus immensum scientiæ, perpetua lætitiae, dignos. faciens eos qui eam honorant. — Theod. Lasc. imp. in *Can. ad SS. Deipar.*

Pelagus formositatis. — Isidor. Thessal. *Orat. de Annunt. B. V. M.*

Pelagus dulcoris, fons pietatis, et flumen bonitatis. — Arnold. Bostius, cap. 4, § 5, lib. *De patron. et patrocin. Deip. Virg. Mariæ in sibi dicatum Carmeli Ordin.*

Pelagus repellens a nobis undas tentationum. — Pelagus enim dicitur quasi pellens undas. — Bernardin. de Bust. serm. 2, *De Assimil. B. M.*

Pelagus infinita multitudine gratiarum. — Marcus Viger. in *Decach. Christian.* lib. iv, cap. 14.

PELLIS Adami veneranda, ex qua pastor exortus est. — S. Joan. Damasc. in *Cant. Græcor.* sono 1.

Pellis ovilla veneranda, et ex Adamo nata, e qua revera pellem eamdem indutus processit pastor ille, qui totum hominem superexaltat propter incomprehensam misericordiam suam. — Idem in *Menœis Græcor.* die 22 Januarii.

Pellis veneranda Adæ, unde processit ille pastor, qui totum hominem vere induit. — Idem, *Can. in S. Andream apost.*

Pellis, ab iis quæ sunt carnis illo forti rasorio separata, quod acutius omni gladio ancipiti usque ad divisionem pertingere spiritus et animæ prædicatur, cuius tracta et detracta ferramento, affectiones et afflictiones corporis quasi nesciens diligit oblivisci, et in his quæ supra sunt extensa, corum præcipue reminisci. — Philipp. abbas, lib. I in *Cant.*, cap. 18.

Pellis, quam verus Salomon ad omne suum libitum informavit, detractam quippe a carnis concupiscentia, et affectu noxio pravitatis, manu misericordiae in sublime extulit puritatis: et abrasis cupiditatibus, quasi colores varios stellatamque pulchritudinem superduxit, imo virtutum merita et coelestem gratiam introduxit. — Ibid.

Pellis Salomonis, id est, veri pacifici Christi, tunc facta, quando idem Christus pro salute generis humani de ea nasci dignatus est. — Idem, tom. VI *Moralitatum in Cant.*

Pellis Salomonis, quam summus ille opifex, Salomonis nomine designatus, longe tamen amplioris benevolentiae, sapientiae, potentatus ab affectu detractam corporeo spirituali suo beneplacito sie aptavit, sic perunctam oleo gratiae ad omnia, quæ digna fuerant, informavit, ut nulla rebellio, nulla prorsus in ea contrarietas habetur, sed instar pellis ad obedendum agilis per omnia redderetur. — Idem lib. I in *Cant.*, cap. 18.

Pellis veri pacifici, tegens arcam, id est, Christum. — Honorius Augustodun. in *Sigillo B. V. M.*

Pellis Salomonis, quæ molles erant, et fortes, et more pelliū excarnatae et extenuatae, hyacinthinae, et rubricatae; talis enim fuit Maria fortis patientia, mollis obedientia, quasi distincta varietate virtutum ab omni carnalitate, et carnali voluptate separata per virginitatem; extenuata per paupertatem et humilitatem; hyacinthina per contemplationem, et desiderium supernorum; rubricata in

Fili Passione per animæ martyrium. — Rich. a S. Laur. *De laud. B. V. M.* lib. v.

Pellis delicate veri Salomonis, Christi veri pacifici. — Joan. Halgrinus, *in Cant. cap. 1*

Pellis hyacinthina contemplatione cœlestium et amore. — Ibid.

Pellis protegens totum tabernaclum, id est sub umbra suæ protectionis, defendens totam Ecclesiam. — Ibid.

Pellis rubricata, quia per compassionem doloris tincta in Passione Filii. — Ibid.

Pellis Salomonis, quæ non typicam, sed veram Arcam, Christum videlicet, intra sua viscera continuit. — Ibid.

Pellis Christi multis tribulationibus exposita. — Jacob de Vorag. *in Mariali*, serm. 8 F.

Pellis, quæ os nostrum, id est Christum carne vestivit. — Ibid.

Pellis, quæ semper adhaesit ossi, id est Christo. — Ibid.

Pellis Salomonis propter mortificationem carnis, et propter varietatem virtutis: pelles enim Salomonis erant de coriis mortuorum animalium picturatae varietate colorum. — Alan. de Insul. *in Cant. cap. 1*.

Pellis separata ab ovo in sua Conceptione, mundata sua sanctificatione, extensa per disciplinam, desiccata per abstinentiam, dealbata per continentiam, rasa per paupertatem, lenis per mansuetudinem, tenuis per humilitatem, punicata in Salutatione angelica, regulata in instrunctione ejusdem, in qua scriptum est digito Dei verbum illud abbreviatum, quod fecit Dominus super terram. (*Isa. ix.*) — Ern. Prag. *in Mariali* cap. 85.

Pellis Christi. — Bernardin. de Bust. serm. 3, *De virtutib. Mariæ*.

Pellis Salomonis admirabilis. — Idem, *in Mariali*, serm. 6, *De Concept. B. V. M.*

PELVIS sic vocata, quod ibi pedes lavantur. Joan. III dicitur de Domino: « Misit aquam in pelvis, » id est implevit Mariam gratia, « et coepit lavare pedes discipulorum, » hoc enim officium exemplo Filii implet in nobis humilis Virgo, quæ se semper ancillam exhibet, cuius est hoc officium. — Rich. a S. Laur. *De laud. B. V. M.* lib. x.

PENARIUM vitæ, cui nihil potest auferri. — S. Andr. Cretensis. orat. *De Dormit. B. V. M.*

PENUS vitæ inviolabilis. — S. Andr. Cretensis orat. 3, *De Assumpt. B. V. M.*

Penus inconsupta et indeficiens medelarmi. — Anonymus, *in Euchologio, seu Rituali Græcor. in Officio communis supplicationis*.

PERDUCTRIX hominis ad regna cœlestia. — D. Antoninus, *in Summa part. iv, tit. 45, cap. 44.*

Perductrix hominum ad societatem angelorum. — Ibid.

PEREMPTRIX diaboli pulcherrima. — S. Antoninus, *in Summ. part. iv, tit. 45, cap. 24.*

PERENNITAS longævitatis aeternæ. — Theod. Lascaris imperator, *in Orat. De Annunt. B. V. M.*

PERFECTIO studiosorum. — Georg. Nicomed. orat. 3, *De Concept. Deiparae*.

Perfectio divinarum ordinationum. — S. German. Constant. orat. 2, *in Præsent. B. V. M.*

Perfectio eorum qui in virtute exerceantur. — Jacob. monach. *in Mariali*, orat. 4.

Perfectio totius creatæ naturæ. Omnes enim naturas et mundi perfectiones, ultima sua perfectione Virgo sacra complevit per partum suum. — D. Bernardin. Senensis, tom. I, serm. 61.

Perfectio hominum. — D. Antoninus, *in Summ. part. iii, tit. 31, cap. 2, § 2.*

PERFUGIUM divinum conciliationis inter Deum atque homines. — S. Andr. Cretens. orat. 1, *in Annunt. B. V. M.*

Perfugium certissimum. — S. Germ. orat. 2, *in Dormit. B. V. M.*

Perfugium commune omnium Christianorum. — Idem Serm. *in Nativ. B. V. M.*

Perfugium nostrum. — Idem, orat. 2, *in Præsent. B. V. M.*

Perfugium validissimum peccatorum. — Idem, orat. 2, *in Dormit. B. V. M.*

Perfugium totum mundum continens et servans. — Leo imperator *in Orat. de Assumpt. B. V. M.*

Perfugium peccatoris. — Goffridus abbas, *in Orat. ad Matrem Domini.*

Perfugium unicum peccatorum. — Henric. Suso, *in cap. 16 Dialogi Sapientiae et Ministri ejus.*

PERGAMENUM virginem parissimum sine nota et nave peccati, in quo scriptura præclara et character pulcherrimus verbi aeterni scriptus est. — S. Thom. de Villa Nova *in Conc. i De Nativ. B. M.*

PERPETUATRIX omnis boni in nobis. — D. Bonav. *in Specul. B. V. M.* cap. 8.

PERSONA omnibus sanetis spectanda, atque imitanda, perfectior longe quam nostra oratione demonstrari possit. — D. Fulbert. Carnot. serm. 1, *De Nativ. B. V. M.*

Persona illustris, cuius vita non solum Ecclesiæ illustrat, sed et cœlos adorat. — Guerricus abbas, serm. 2, *De Purific. B. V. M.*

Persona suprema ac dignissima in ecclesiastica hierarchia. — Albert. Magnus, *super Mis. us est*, cap. 68.

Persona, quæ nobis dona contulit cœlestia. — B. Casimir. Poloniæ princeps, *in Hymn. de B. V.*

Persona communis communem, non propriam vestigans utilitatem. — Joan. Picus lib. II, *in Cant. cap. 1.*

PES elando, id est peccatori, Job xxix. — Albert. Magnus, *in Biblia Mariæ, super lib. Job.*

PETITIONARIA nostra apud Deum. — Joc. de Yor g. *in Mariali*, serm. 7 M.

PETRA e montis vertice abscissa, que mammam

sugendam dedit petrae illi spirituali, quae mentis lumine comprehenditur. — D. Athanasius, *Serm. in descriptione SS. Deipar.*

Petra deserti, cui Dens præcepit ut aquam scaturiret, scaturitque, non quam sinu haberet, sed quam præceptum reposuisset. Sieut enim petra illa Dei nutu fons effecta est, aquarumque impetu fluentium partus torrentes edidit, nulla subjecta vena, nihilque a fluvio mutuata, sed cum arida venarumque ac humoris expers esset, repente facta est fluviorum parens, uberrime profluens aquam, qua prius destituta erat: sic et innupta Virgo, obumbrante sancto Spiritu, Dominum nostrum peperit carne, non natura excitata lege, sed Altissimi virtute ad partum provocante. Non enim cum a natura mutuo accepisset, ex naturæ peperit lege, sed cum Spiritus sanctus roborasset, ita denum peperit, ut visum est Dei gratiæ. — S. Joan. Chrysost. orat. in *Theophania* et in *S. Joan. Præcursorum*.

Petra ex qua lac vitæ emanavit præbens omnibus alimentum. — Idem, orat. 7, in *SS. Deipar.*

Petra non excisa. — Idem orat. *De Annunt. B. V. M.*

Petra potum præbens sipientibus vitam. — S. Andr. Cretens. orat. 2, in *Annunt.*

Petra durissima, ex qua torrens vitæ exortus eos, qui jamjam siti rerum ad salutem pertinentium morituri erant, non solum vitali potu in vitam restituit, sed et omnes sordes, quas ex via inter passiones contraxerant, abluit. — Leo imperator, orat. *de Annunt. B. V. M.*

Petra verbum mellis instar fundens. — Joan. Geometra, serm. in *Annunt. SS. Dei Genitricis.*

Petra, quia in amorem integratatis proposito firma, affectu solida, sensu quoque ipso adversus illecebram peccati tota insensibilis erat: et lapidea. — Guerrie. abbas, serm. 2, *De Annunt. B. V. M.*

Petra agri, de qua non defecit nix Libani, Jerem. xviii, id est Sapientia Patris, Verbum in principio apud Deum, Candor lucis æternæ, Speculum sine macula. — Petrus Cellensis, serm. 6 in *Annunt.*

Petra deserti, cui attendere debent, ut fortes siant in tentatione, qui cito consentiunt mundo sive carni. — Garnerius Lingon. serm. 2 *De Purific. B. V. M.*

Petra deserti, de cuius caverna, id est beatis visceribus, nobis emissus est Agnus. — Ibid.

Petra deserti, quæ orta est de tribu Noemi, unde dictum est, Isa. xvi: « Emitte Agnum, Domine, Dominatorem terræ de petra deserti ad montem filiæ Sion. » — Ibid.

Petra, ad quam allidendi sunt parvuli Babylonis, id est primi motus et malitiae, et nequitia cogitatus, de quibus in Psal. cxxxvi: « Beatus, qui tenebit, et allidet parvulos suos ad petram, » id est Mariam, invocando fideliter auxilium hujus petræ, ipsius enim adjutorio conteritur caput serpentis,

id est initium suggestionis. — Richard. a S. Laur. *De laud. B. V. M. lib. viii.*

Petra, de qua Psal. cxi: « Petra refugium herinæcis, » vel secundum aliam litteram « Leporibus. » Herinacei sunt magni peccatores, obsiti densis peccatorum aculeis, qui cum corriguntur, armant se spinis suis, id est excusationibus: tamen si humiliter ad Mariam convertantur, possunt apud eam refugium invenire; vel herinacei sunt humiles penitentes, hirsuti per jejunia, per vigilias, sacrum et cilicium; et hujusmodi spinis debet se armare, qui vult apud eam refugium invenire, ne possint morderi a carne vel diabolo, sicut parea armata spinis suis non timet mortuum lucii devorantis. Lepores sunt timidi peccatores, fugientes a justitia Filii ad misericordiam Matris, sicut fecit Theophilus. De hujusmodi dicitur Prov. xxx: « Lepusenus plebs invalida, collocat in petra cubile suum, » id est in Maria refugium suum, et in ejus misericordia spem suam. — Ibid.

Petra dura contra tribulationem et gravis contra instabilitatem, de qua dixit Dominus Moysi et Aaron Num. xx: « Loquimini ad petram, et dabit vobis aquas. » — Idem, *De laud. B. V. M. lib. ii.*

Petra, super quam non est inventum vestigium columbri, id est, diaboli, Prov. xxx, quod triplex est, superbia, avaritia, luxuria; primum exclusit ab ea humilitas, secundum charitas, tertium virginitas. — Idem, *De laud. B. V. M. lib. viii.*

Petra deserti, de qua Dominus emisit Agnam Dominatorem terræ, Isa. xvi. — D. Anton. de Padua serm. in *Dom. i Quadrag.*

Petra deserti, quia inenarrabilis; virgo eam ante partum, in partu, et post partum exstitit. — Ibid.

Petra, propter firmum propositum virginitatis, unde respondit angelo, Luc. i: « Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? » id est, firmaverat propositum non cognoscere. — Ibid.

Petra durissima contra inimicum. — D. Bonavent. in *Litanis Psalterii B. V. M.*

Petra illa, super quam domus fundata est, et firmata, quam etsi flumina et venti percutiant, tamen inter flumina illa immobilis perseverat. — Idem, serm. 4 *De B. V. M.*

Petra, super quam Christus adisseavit Ecclesiam suam, quia in Passione Dominica, tota deficiente Ecclesia primitivorum, in fide sola Domina nostra firma in fide permanxit ut petra. — Ibid.

Petra dans aquas gratiarum et gaudiorum. — Albert. Magn. in *Bibl. Mariæ sup. proph. Isaiam.*

Petra dura contra tribulationem, gravis contra instabilitatem, frigida contra libidinem, de qua Dominus Moysi, Num. xx: « Loquimini ad petram, et ipsa dabit vobis aquas. » — Idem super *Missus est*, cap. 197.

Petra fundens rivos olci, id est dona Spiritus

sancti largiter et libenter. — Idem in *Biblia Mariæ*, super lib. Job.

Petra refocillationis, dans aquas gratiarum limpidissimarum, Num. xx. — Idem, in *Biblia Mariæ* super lib. Num.

Petra deserti, de qua exiit Agnus Dei, dominator terræ, Isa. xvi. — Ernest. Prag. in *Mariali*, cap. 39.

Petra Ecclesiæ. — Ibid.

Petra fundens nobis rivos olei ad curationem vulnerum animarum nostrarum, Job xxix. — Ibid.

Petra refugii, et securitatis hericio, id est homini peccatori spinis aculeisque peccatorum onerato, et undique circumsepto. Psal. ciii : « *Petra* refugium herinaccis. » — Ibid.

Petra conterens diabolum. — Barthol. de Pisis, lib. i *De laudib. Virg.*, fruct. 8.

Petra per præsidium. — Ibid., fruct. 2.

Petra primaria in gradu et excellentia. — Paul. de Heredia, in tract. *De Concept.* B. V. M.

Petra, supra quam constructus est mundus. — Ibid.

Petra incommovibilis Christianæ fidei, per quam nobis iter ostenditur cœlestis patriæ. — Joan. Trithem. lib. i *De miracul.* B. V. M. in *Urticet.* cap. 6.

Petra primaria ex Israel excisa, cuius dilectione et Messiæ Filii ejus, creavit Deus sanctus et benedictus hunc mundum, ob quod quidem Arcanum dictum est apud Jeremiam, cap. xxxiii : « Nisi pactum meum [supple esset,] diem ac noctem leges cœlo et terræ non posuissem, » nomina enim Hebraica *Jesus* et *Maria* ascendunt ad numerum Berith, quod est idem, quod pactum ; quamobrem verba ipsa Jeremiæ ita interpretantur. « Nisi pactum meum esset, » id est nisi amore mei Jesu et Mariæ diem et noctem leges cœlo, et terræ non posuissem, hoc est mundum non creasse. — Petrus Galad. lib. vii, *De arcan.* cap. 2, ex rab. Hacados:

Petra primaria, ex qua, ut antiqui Judæorum exposuerunt, excendens erat Messias : neque quidem ab re, cum tempore, gradu et excellentia primaria foret. — Idem, lib. vii, *De arcan.* cap. 3.

Petra primaria, quam vidit Deus sanctus et benedictus ex Israel excendam, ex qua Messias futurus erat, qui misericordias suas extenderet super totum orbem. — Ibid. cap. 2, ex rab. Hacados.

Petra spiritualis potum copiosissimum fundens. — Ludov. Blosius, in *Endologia II.*, ad B. V. M.

PHALEG fidelium defensione. — Barthol. de Pisis, lib. ii, *De laud.* B. V. M., fruct. 4.

PHARES ab omni prava separatione. — Ibid. fruct. 4.

PHARMACUM ex omni pectore dolorem propulsans. — S. Joan. Damasc. orat. 2, *De Assumptione B. V. M.*

Pharmacum dolorem primigenitum tollens. — Nicetas David, *Hom. de Nativ.* B. V. M.

PHAROS alta luminis, — venant. Fortunatus, *Eloioia in laud.* B. V. M.

PHIALA aurea propter plenitudinem sapientiae cœlestis, et cæteras auri proprietates. — Rich. a S. Laur. *De laud.* B. V. M., lib. x.

Phiala odorifera, quia plena odoramentis, id est orationibus sanctis, quibus sanctam delectat Trinitatem, et totam curiam cœlestem, sicut odoramenta suam circumquaque diffundunt suavitatem, que odoramenta, id est preces sentire desiderat Filius suus, dicens ei Cant. ii : « Sonet vox tua in auribus meis ; vox enim tua dulcis ad audiendum et odorandum. » — Ibid.

Phiala principum impleta butyro de qua legitur *Judic.* v in cant. « Deus ore, » principes enim fuerunt apostoli et evangelistæ, quibus beata Virgo propinavit butyrum, docens eos Incarnationis Dominicæ venerabile sacramentum. — Ibid.

Phiala, propter amplitudinem charitatis, qua diligit nos, quia phiala inferius ampla, superius stricta propter virtutem taciturnitatis. — Ibid

Phiala vitrea, propter virtutem virginitatis : vitrum enim de cinere sit, « omnis caro fenum est, » Isa. xl. Transparens propter confessionem divinæ laudis : vitrum enim colorem non celat contenti in se liquoris : lucida propter honestatem conversationis. Matth. v : « Luceat lux vestra. » — Ibid.

Phiala Deum ferens. — Isidor. Thessalon. *Orat. de Assumpt.* B. M. V.

PHILATERIUS lapis, suis meritis humilem devotumque poenitentem spe bona de misericordia Dei donans, simul et certa reprobmissionis confiditia. — Joan. Trith., lib. i *De mirac.* B. Virg. in *Urticeto*, cap. 7.

PHILOCAPTA Dei. — D. Bernard. Senensis, tom. IV *De sermonibus extraordinariis Serm. in festo Purificat.* B. Virg.

PHILOMELA dulcis, cuius vox amore plena. — Joseph Steinfeld. in *Opusculo 4.*

Philomela suprema, summas voces angelorum, omne genus musicorum sua vincens cantilena. — Idem *Opusc. 2.*

Philomela dulcis, cuius vox amore plena, cuius suavi cantilena laus sanctorum est amœna, et gaudium angelicum. — Joan. Gerson. in *Josephina.*

Philomela, quia sicut philomela, quamvis avicula sit minima, tamen mirabilia in ea formavit Altissimus ; dedit enim ei dulcedinem vocis, qua delectantur et homines et bestiae ; libertatem etiam dedit ei, ut libera esset ab impetu rapacium, et eam volare quoconque voluerit permisit. Ita beata Virgo Factoris sui Mater, cantu dulcissimo sola Filium Dei traxit de cœlo, unde meruit libertatem, ne ab aliqua rapaci captiatur culpa, sed semper libera maneat ; ex quo concluditur, quod concepta est sine peccato originali. — Joan. de Meppis in tract. *De Concept.* B. V., pag. 89.

Philomela omnes aves, id est sanctos superans

in cantu. — Bernardin. de Busto serm. 2 *De Visitat. B. Mariae.*

Philomela, quæ omnes alias aves, id est sanctos superavit in cantu post Christum. — Maurit. de Villa Probata serm. 25, *Coronæ novæ B. M.*

Phison, qui et Ganges fluvius, quia si Phison interpretatur *oris immutatio*, Maria aperuit os suum sapientiae, dum credendo concepit dicens : « Ecce ancilla Domini : » Eva enim aperuit os suum insipientiae, dum dubitando respondit serpentis. Gen. iii. — Rich. a S. Laur., *De laud. Virg.*, lib. ix.

Phison, quia, si Phison circuit terram Ilevitat, quod interpretatur vel *dolens*, vel *parturiens* : beata Virgo circuit dolentes per contritionem, ad consolandum eos, maximeque parturientes peccata sua per confessionem, et bona opera per satisfactio- nem. — Ibid.

Phison, quia, si Phison interpretatur *caterva*, quia fluit cum caterva decem magnorum fluviorum : Maria venit in mundum cum multitudine gratiarum, ut de immensa plenitudine ejus omnes reciperent abundanter. — Ibid.

Phison, quia, si Phison interpretatur *os papillæ*, quod semper videtur esse clausum, et tamen emit- tit : os beatæ Virginis quasi semper clausum vide- batur, per censuram silentii, et tamen quandocumque loquebatur, dulce verbum emittebat, et de ejus verbis, velut pueri de lacte, nutritur infantia spi- ritualis, si discrete perpendatur. — Ibid.

Phison circumiens terram Evilath, id est dolen- tes, consolando eos. — Hugo Carenensis in cap. xxiv *Ecclesiastici*.

Phison, qui *oris mutatio* interpretatur, mutans nobis os severitatis in os benignitatis. — Albert. Magn. in *Biblia Mariæ super librum Genes.*

Phison per nominis sui interpretationem, per loci sui circuituonem, per beneficii sui largitio- nem. — Ern. Prag. in *Mariali*, cap. 24.

Phison, quia sicut Phison nutrit pisces magnaæ monstruositatis : nutrit arundines incredibilis quan- titatis ; nutrit et aurum et gemmas ineffabilis pretiositatis : ita Maria pascit et nutrit in multis divitiis ac deliciis suos præbendarios, et viros magnaæ in Ecclesia Dei virtutis, honestatis et per- fectionis, in piscibus, arundinibus et gemmis signi- ficatos. — Ibid.

Phison, quia mater pauperum. — Barthol. de Pisis lib. 1 *De laud. Virg.*, fructu 8.

Phœnix, de cuius aromatibus singularis avis, et *Phœnix* unicus igne Spiritus sancti mediante in lucem prodit, et in cordibus sanctorum nidifica- vit. — Garnerius Lingon. ser. 1 in *Nativ. B. V. M.*

Phœnix aromatizans, gratius cinnamomo et bal- samo, et nardo suavius Regem in aspectu suo dele- etans. — D. Amedeus hom. 6 *De laud. SS. Virg.*

Phœnix, quæ congregans omnes species, et igne circumfusa superessentiali, cœlum cœlorum, et pontestates angelicas, mirifico replevit suavitatis incenso. — Ibid.

Phœnix, quia, sicut *phœnix* est unica avis in terris : ita beata Virgo unica est in mulieribus. — Ern. Prag. in *Mariali*, cap. 77.

Phœnix, quia, sicut *phœnix* est avis una et unica in mundo, sicut a plasmatore suo mirabili concipitur, mirabili modo vivit, modoque mirando moritur, singulariter super omnes aves mundi concipitur, sine putredine et foetore, ex aromatibus, etiam lignis pretiosis : ita beata Virgo Conditoris Mater absque originalis peccati foetore est concepta, unde ait Psalmista (*Psal. xliv*, 10-11) : « Astitit Regina a dextris tuis, in vestitu deaurato, circumdata varietate ; et omnis gloria filie Regis ah intus. » — Joan. de Meppis in tract. *De Immaculato Concept. B. Virg.* pag. 88.

PIMENTARIA antidoti, seu unguenti adversus omnem luem valentis, nempe Christi. — S. Dominicus in *Compendio conc. de Salut. angelic.*

Pigmentaria peritissima. — Joan. Picus lib. m in *Cantic.*, cap. 11..

PIGMENTARIUM fragrantissimum florum om- nium. — Isidor. Thessalon. orat. *de Assumpt. B. Mariæ.*

PIGMENTUM diversis virtutum aromatibus plenum. — Jacob. de Voragine in *Mariali* sermone 1, G.

Pigmentum diversis virtutum aromatibus plenum. — Bernardin. de Busto serm. 1 *De Assimilat. B. M. V.*

PIGNUS sine macula. — S. Joan. Chrysost. *Orat. de Annuntiat. B. Virg.*

Pignus in sanctis educatum. — Theodor. Aneyr *Orat. in B. Mariam.*

Pignus gaudii. — Georg. Nicomed. orat. 1 *De Præsent. B. V. M.*

Pignus Annæ dulcissimum. — S. Jo. Damasc. orat. 1 *De Nativ. B. V. M.*

Pignus promissionis. — Idem orat. 2 *De Nati- vit. B. V. M.*

Pignus nobis datum eliminande penitus tristitiae, a parentibus transtusæ, e felici Joachimi et Annæ sinæ, quasi de thesauris productum. — Leo im- perator in *Orat. de Nativ. B. V. M.*

Pignus divinum libertatis. — Jacob. Monach. *Orat. de Nativ. B. V. M.*

Pignus reparacionis speratæ. — Ibid.

Pignus pretiosissimum. — Jacob. Monach. in *Mariali*, orat. 6.

Pignus speratæ antea revocationis. — Idem in *Mariali*, orat. 2.

PINCERNA vini virgines germinantis. — D. Bern. serm. 4 super *Salve Regina.*

Pincerna beatorum, dicens Cant. v, quasi cum beatis : « Bibite et inebriantini, charissimi. » — Richardus a S. Laur. *De laud. SS. Virg.* lib. xii.

Pincerna Domini et Filii sui dicens Cant. viii, ubi loquitur de dilecto : « Dabo tibi poculum ex vino condito. » — Ibid.

Pincerna gloriæ quæ confeicit claretum de vino, et aromaticis speciebus, id est de virtutibus suis,

quo Filium potat et cœlestes convivas. — Ibid.

Pincerna gratiarum, dilectores suos et convivas potans vino et potu multiplici, largiens differentias potuum secundum differentias potatorum. — Ibid.

Pincerna illorum qui sunt in purgatorio, quibus ipsa misericordia vinum, quia licet sperent, tamen affligitur exspectando; nam « spes, quæ differtur, affligit animam » (*Prov. xiv.*), illos etiam, qui studiis servierunt in hac vita, creditur ipsa misericorditer in purgatorio visitare; et ant verbum solatii, aut iucunditatem suæ visionis, aut aliquid spiramentum jucundi odoris, aut aliquid hujusmodi, quo refocillentur, et levius ferant, ipsis, pie creditur, impetrari. — Ibid.

Pincerna justorum designata per Rebeccam Gen. xxiv, quæ de hydria sua potavit camelos, id est justos. — Ibid.

Pincerna propinans mustum forte et calidum, spiritalem gratiam primo gustantibus, quo calefacti et a se alienati, in amorem Matris et Filii dulciter inardescunt. — Ibid.

Pincerna propinans vinum compunctionis, pœnitendo lugentibus, qui dicere ei possunt: « Potastis nos, o Maria, vino compunctionis. (*Psal. LIX.*) — Ibid.

Pincerna propinans vinum defæcatum, adversus vitia reluctantibus: vinum doctrinæ spiritualis; sapientiam Filii, quæ vera est, libenter addiscentibus, vinum duræ increpationis quibusdam horribiliter delinquentibus: vinum amineum, id est album, ab a, quod est, sine, minio, easilitati studentibus. Vinum roseum, quod scilicet rubet, ut rosa, charitate ferventibus; vinum humanæ redemptio- nis, sitim justitiae patientibus; vinum meracissimum, sacramentum Filii sui digne recipientibus vinum floratum, novitiis sibi et Filio servire incipientibus; vinum raspatum trahilitatis faeces peccatorum conculeantibus; vinum cariophyllum aromatizans, saporose et dulciter se et Filium suum laudantibus; vinum pigmentatum, conditum speciebus cœlestibus, dulciter et suaviter de se cogitantibus; vinum claretum sapidissimum, Filii passionem, et snam compassionem devote recolentibus, et tam Filio quam Matri et toto affectu compatientibus; vinum vetus, et suave olens, in amore ipsius perseverantibus; vinum rosatum et aromaticum perfectis, dissolvi et esse cum ipsa desiderantibus: siquidem ex ferventissima charitate, quæ figuratur in rosa, quæ intentissimi ruboris est, procedit tale desiderium; denique vinum honorarium in nuptiis Assueri et Esther, id est Christi et Ecclesiæ discubentibus, quod est vinum præcipuum et abundans, ut legitur *Esth. I.*, et dicitur honorarium, quia principibus et potentibus honoris gratia præsentatur. — Ibid.

Pincerna propinans vinum lœtitiae spiritualis, de impetranda venia, per ejus adjutorium, spem con- cipientibus, de quo dicitur, « Vinum lœtificat cor hominis. » (*Psal. CIII.*) — Ibid.

Pincerna propinans vinum mistum devotionis, ipsam ex corde invocantibus: quod non debet bibi sine aqua lacrymarum, ne reddat hominem præsumptuosum, et bibitur in nuptiis Christi et animæ pœnitentis ad ipsum redeuntis, et talibus dicit ipsa (*Prov. ix.*): « Bibite vinum, quod miscui vobis. » — Ibid.

Pincerna sanctorum dicens convivis suis (*Prov. ix.*): « Bibite vinum quod miscui vobis, » et (*Cant. v.*) « Bibite, et inebriamini, charissimi. » — Ibid.

Pincerna cœlestis curiæ. — D. Bonav. in *Litanis Psalterii B. V.*

Pincerna gratiæ dulcoris. — Idem in *Psalterio B. V.*

PINGUEDO omnis sacrificii. — S. Method. *Hom. in festo Purificationis B. V.*

Pinguedo cœlestis dulcedinis. — Joan. Trith. lib. 1, *De Mirac. B. V. in Urticeto cap. 6.*

PINNA, seu concha (est enim pinna etiam concharum genus), Genitrix pretiosissimæ margaritæ, nempe Christi. Margarita enim in mari Rubro generatur, generatur autem sic: Extremitates maris Rubri siccantur, paucarum aquarum fluxus habentes: inveniuntur autem ibi marini pisces testacea crite muniti in toto mari illo Rubro pinna nominati. Stant igitur pinnæ illæ semper hiantes, et exspectantes escas ad nutrimentum sui, interim dum ita consistunt hiantes, et exspectant nutrimentum et magna copia accedunt astrapæ: accedit aliqua astrapa ad pinnam, et cum reperiatur testas pinnæ apertas, ingreditur in illam, pinna vero contracta, statim et constricta in se ipsam intus in se includit astrapam. Astrapa vero coagulata cum pinnæ oculis, oculos pinnæ illustrat fulgore, et commutat eas in margaritas. Egressæ autem margaritæ ex pinna procedunt ad littus maris illius, atque ita pisatores capti illas. Perinde intelligendum de incarnatione Sermonis: Mare quidem est mundus, et Virgo concha; stabat autem Virgo quemadmodum pinna in templo et concipiebat cœlestem panem Christum Deum, qui et descendens, et ingressus in eam, ut astrapa, et coaluit in visceribus virginitatis illius, et splendidam reddidit ter sanctissimam carnem, quam assumebat incarnatus: et sic natus est ex ea, ut pura et pretiosissima margarita, sermo Dei, sine congressu maris, et ut Margarita cœlestis est et terrena: cœlestis quidem secundum astrapam, terrestris vero secundum commissionem oculorum pinnæ. Sic etiam Christus cœlestis est et terrenus: cœlestis quidem secundum deitatem, terrestris autem secundum humanitatem, et quemadmodum margarita generatur sine congressu masculi et feminæ ex astrape et pinna, ita etiam natus est Christus sine congressu masculi et feminæ ex deitate et ex carne Virginis; et quemadmodum margarita cum saepè conteritur, materia quidem oculorum pinnæ conteritur et resolvitur; non enim fulgor astrapis patitur, alter vero fulgor astrapis impati-

bilis manet, materia autem oculorum pinnae sola conteritur et patitur: ita et in Christo haec intelligenda sunt. Cum enim ille Servator noster flagellaretur et pateretur a Judaeis infidelibus exercentibus in cruce, materia quidem carnis, hoc est humanitas sola passa est, deitas autem impatibilis permansit.— D. Athanas. *in quest. variis qu. 19.*

PINUS propter altitudinem et eminentiam vitae, excellentiam contemplationis, sapientiae, spei et conversationis sanctae, de qua promittit Dominus Ecclesie suae (*Isa. lx.*), « Gloria Libani ad te veniet pinus, » etc., et de hac pinu potest exponi illud Isa. *xliv*: « Plantavit pinum, quam pluvia nutrivit, et facta est hominibus in focum; » plantavit enim Deus Pater in horto Ecclesie suae pinum istam, scilicet Mariam, et nutrita fuit pluvia, hoc est abundantia gratiarum, et quia gratia plena, ideo facta est hominibus in focum, quia diligitur ab omnivero Christiano. — Rich. a S. Laur. *De laud. SS. Virg.*, lib. xii.

Pinus, propter rectitudinem, et fructus multiplices justitiae, quos continuit variis et ordinatis cellulis, et quasi connexit testis solidissimus, et quasi infrangibilius invictae fortitudinis. Considera pomum pineum, et videbis quo ordine sibi cohærent partes ejus, qualiter unicuique nucleorum propria cellula provisa sit, qualiter maiores majoribus et minores minoribus deputatae sunt: et apparebit tibi mirabilis ordo, et rectitudo justitiae et cohærentia partium ejus. Similiter viris justis, vel in judicando, vel in sustinendo justitiam magna fortitudo necessaria est, ne amore, vel odio, prece vel pretio, devient a recto, quia tam his quam aliis diversis modis insidiatur diabolus, deversationi fructuum ejus, scilicet justitiae. (*Prov. xv.*), « In abundanti justitia virtus maxima est, » id est virtuositas. (*Ecclesi. vii.*) « Noli velle fieri iudex, nisi virtute valeas irrumpere iniqtitates. » — Ibid.

Pinus, quia, si pinus secundum Isidorum omnibus prodesse creditur, quæ sub ea seruntur: Maria promovet et augmentat quidquid boni incipitur a fidelibus, ad imitationem exemplorum ipsius. — Ibid.

PISCINA probatica, in quam angelus Domini descendebat secundum tempus, et movebatur aqua, et sanabatur unus, Joan. v. Tempore enim Incarnationis descendit Angelus magni consilii in Virginem Mariam, et mota est aqua, quoniam ad novam salutationem turbata fuit Virgo, et sanatus est unus, id est quotquot crediderunt Deum trinum et unum, et uni, id est Christo, adhæserunt per fidem suæ Incarnationis, et ideo de intemerata Virgine cantatur:

*Tu piscina puritatis
Rore plena pietatis
In quam Deus Majestatis
Voluit descendere.
In quam reus et perversus
Si contritus et conversus*

*Se disponat, erit tersus
A peccati vulnere.*

Idiota, *De B. Virg. part. xiv, contemplat. 28.*

Piscina, quæ est aquarum collectio, quia sicut piscina est collectio aquarum sine piscibus, sic splendidissima Virgo est velut piscina, quia in ea fuit congregatio omnium aquarum, id est gratiarum et scientiarum sine piscibus mundanarum curiositatum. — Ibid.

Piscina quinque porticus habens, id est quinque principalia genera misericordiae, primum, quod convertit errantes in via; secundum, quod illuminat in tenebris ambulantes, cum sit stella et luna; tertium, quod viviscat mortuos cum sit vena vitae, id est dilectionis; quartum, quod spem infundit desperatis, ideo dicit, In me est omnis spes viæ» (*Ecclesi. xxiv.*); quinque, quod multis quoram lata erat sententia impetravit ab altissimo Filio suo spatium pœnitendi. — Ibid.

Piscina in Hesebon. — S. Anselmus in *Med. B. Virg.*

Piscina in Hesebon. — Petrus Bles. sermo 38.

Piscina probatica, a Domino fecundata. — Idem seru. 1 *Adventus Domini.*

Piscina probatica, in quam descendit magni consilii Angelus. — Ibid.

Piscina solitudinis. — Ibid.

Piscina misericordiae. — Adam de Persenia, in *Mariali*, fragm. 3.

Piscina de cœlo recipiens aquas vivas, quas ad Ecclesiam desert, et animas sanctas, velut aqueductus. — Richard. a S. Laurent. *De laud. Virg.* lib. ix

Piscina, per compassionem redundans aqua pietatis in Hesebon, per charitatis fervorem, quia Hesebon interpretatur *ignis in eis*, in porta filiae multitudinis, quia omnibus communis et præsto est omnibus miseris subvenire. — Ibid.

Piscina probatica. Joan. v, in quam « angelus Domini, secundum tempus descendebat, et movebatur aqua, et sanabatur unus. » Tempore enim Incarnationis, descendit Angelus magni consilii in Mariam, et mota est aqua, quando ad novam salutationem turbata est Maria, et sanatus est unus, id est quotquot crediderunt Deum trinum, et unum et isti uno, id est Christo adhæserunt per fidem suæ Incarnationis. — Ibid.

Piscina puritatis, plena pietatis rore, in quam Deus Majestatis voluit descendere, in quam reus et perversus, si contritus et conversus se disponat, erit tersus a peccati vulnere. — Ibid.

Piscina superior in via agri fullonis, Isa. vii, quia plena aquis gratiarum, quæ veniunt de supernis. — Ibid.

Piscina, quia, si piscina est aquarum collectio sine piscibus, et dicitur piscina quasi per contrarium: in Maria fuit congregatio omnium aquarum, id est gratiarum, sine piscibus mundanarum curiositatum. — Ibid.

Piscina Salvatoris, quinque porticus habens, Jean. v, in quam piscinam secundum tempus misericordiae descendebat angelus Domini, id est Filius Dei, movens in ea aquam gratiarum ad sanandum, unde ibi sanus siebat a quaenque infirmitate detinebatur. — Albert Magn. in *Biblia Mariæ super Evang. Joan.*

Piscis marænula inter fluctus maris hujus vitae. — Philipp. abbas lib. ii in *Cantic. canticorum*, cap. 8.

Piscis, quia sicut piscis gaudet in mari, et ibi nutritur : ita Maria in tribulationibus quas patiebatur cum Filio, et pro Filio exultabat, et sic spiritualiter impinguebatur ; unde et de ipsa et cæteris sanctis dicitur Deuter. penult : « Inundationes maris, » id est tribulationes mundi, quasi lac, quod dulce et nutritivum, sugent, id est dulciter et cum desiderio atrahent, sicut parvulæ lac de mammilla. — Rich. a S. Laur. *De laud. Virg.*, lib. vii.

Piscis natans in mari tribulationum. — Albert. Magn. super *Missus est*, cap. 160.

PISTRINUM, quia in eo fuit pistus panis vitæ ; uide signata est per Sararam, cui dixit Abrahami (*Gen. iii*) : « Accelera, tria sata simile commisces, et fac succinierios panes. » — Rich. a S. Laurent. *De laud. Virg.* lib. x.

PLACATIO Judicis justi. — S. Andreas Cretensis orat. 2 in *Annuntiat. B. Virg.*

PLAGA non consita. — S. Joan. Chrys. *Orat. de Annunt. B. Virg.*

PLANTA incorruptionis. — Isyebius serm. 2 *De laud. Virg.*

Planta feracissima virginitatis, per quam virginitatis pulchritudo latissime sese diffudit. — S. Jo. Damasc. orat. 4 *De Nat. B. M. V.*

Planta cœlestis, pretiosior cunctis, sanctior universis. — D. Bern. serm. 2 *De Adventu Domini.*

Planta, ex qua procedens immortalitatis fructus filiorum terræ sterilitatem in fructiferam pietatem commutavit. — Jacob. Monachus in *Mariali* orat. 6.

Planta, quæ ex cœlestibus forniciis advenit, quæ et istos cœlites transcendit, et universas intellectuales potestates superavit. — Ibid.

Planta, cunctis efficacissima medelam afferens. — Isidor. Thessalon. in *Orat. de Nat. B. V.*

Planta nova, de qua habemus florem odoriferum verbum, videlicet Unigenitum Dei. — D. Catharina Senensis in 11 suarum orationum, quam orationem Romæ habuit in die Annuntiationis B. Virg. anno 1379.

Planta peregrina, quæ fructum protulit nuptiarum, et florem virginitatis non amisit. — Robert. Bellarm. conc. 1, super *Missus est*.

Planta singularis, cuius pretium procul et de ultinis finibus; quæ fructum saluberrimum, et salutem omnium ventium peperit. — Idem super *Missus est*.

PLANTATIO rosæ, quia Rosam genuit et Florem mundi Christum, qui dicit : « Ego flos campi, » et

vere Rosam, id est Virginem et martyrem ; virginum et martyrum Regem. — Heliandus Cisterciensis serm. 1 *De Assumpt. B. M. V.*

Plantatio Domini, ad glorificandum. (Isa. LXI.) Ad gloriam enim suam fecit Dominus beatam Virginem, quia ab omni fideli incessanter inde glorificatur. — Richard. a S. Laur. *De laud. Virg.* lib. xii.

Plantatio rose in Jericho, quia, si plantatio rosæ, etsi sit flore venusta, est tamen tactu aspera : beata Virgo fuit intacta, et intangibilis ad corruptionem, sed flore venusta per secunditudinem, et super hunc florem requiescit Spiritus Altissimi. — Ern. Prag. in *Mariali*, cap. 49.

Plantatio rosæ exaltata in Jericho, quia exaltata super martyres. Rosa enim pulcherrimus flos est, sed in spinis nascitur, et significat martyres inter spinas ortos tormentorum. — D. Antoninus in *Summ. in part., tit. 31*, cap. 3.

PLASMA Dei. — Petr. Diaconus *Serm. in Assumpt. B. M. V.*

Plasma, quæ Deo plasmatori suo in nullo contradixit. — Philipp. abb. lib. i, in *Cantic. canticorum*, cap. 48.

PLASMATIO illius quem genuit. — Origenes hom. 1 in *diversos*.

PLATANUS exaltata super aquam, quæ fontem vitæ in utero portavit. — S. Joan. Chrysost. orat. 7 in *SS. Deiparam.*

Platanus juxta aquas, quia donis irrigata divinitis in bonis operibus dilatata semper fuit. — Hugo de S. Victore *Serm. in Assumpt. B. M. V.*, qui est in ordine 47.

Platanus. — D. Bern. serm. 5, super *Salve Regina*.

Platanus, cuius umbra dici potest *Incarnationis Verbi* Dei in ea, cui Spiritus sanctus ad hoc obumbravit, ut ipsam in umbraculum Ecclesiæ præpararet. Umbra enim ex lumine est, et corpore opaco, opposito ad lumen, et tunc platanus haec copiosissimam reddidit umbram, quando lumen in corpore divinitatis, corpus in ea assumpsit nostræ humanitatis. — Rich. a S. Laur. *De laud. Virg.*, lib. xii.

Platanus exaltata juxta aquas in plateis. (*Ecli. xxiv*) ; quia si platanus latis foliis umbram faciens, exterius refrigerat, aqua interius ; homo vero dupliceiter exæstuat, exterius in tribulationibus, interius in tentationibus et concupiscentiis : Maria, ut in ea plenum ostendatur refrigerium tanquam platanus, contra aestum exterioris tribulationis, et interioris concupiscentiæ seu tentationis remedium præstat, et per hoc digna est exaltari et laudari in plateis, id est in populis. — Rich. a S. Laur. *De laud. Virg.* lib. xii.

Platanus juxta aquam, quia sicut rami, vel arbores plantatæ juxta aquas juvent illos qui submerguntur in aquis ad exeundum : sic Maria juvat ad exeundum de aquis carnalis concupiscentiæ, et aliorum peccatorum suis orationibus, meritis et

exemplis Juvat, inquam, si se tradiderint ei fide et dilectione, et manibus bonae operationis, ad ejus honorem et gloriam quod bonum est, operantes. — Ibid.

Platanus juxta aquas plantata affectu misericordiae, id est juxta peccatores fluxibiles ad vitia, nam prope est omnibus invocantibus se in veritate Psal. cxlii, et juxta est omnibus, qui tribulato sunt corde, Psal. xxxiii. — Ibid.

Platanus; quia si platanus est arbor mollis et tenera in foliis, Maria pia et compatiens peccatoribus, quos instruit verbis et exemplis in spiritu lenitatis, quia lex clementiae in lingua ejus. Pro. iii. — Ibid.

Platanus, quia si platanus est arbor patula, quæ, expansis ramis, uberem facit umbram et idoneum praebet umbraculum calore solis nimio fatigatis; Maria solis, id est Christi fervorem, id est iram justitiae ejus et vindictæ, suis temperat precibus a peccatoribus devote et fideliter exorata; et patulam se exhibet peccatoribus, omnes, quantum in se est, parata recipere sub sua protectione, et omnes refrigerare malo igne exustos: protegit autem contra carnalem concupiscentiam, quia virgo; contra ventum mundanæ vanitatis, quia humillima; contra tentamenta divitiarem, quia pauperrima; contra fervorem solis, quia Mater Solis justitiae. — Ibid.

Platanus, quia si platanus similis est viti in foliis, Maria in moribus similis Filio, qui est « *vitis vera* » (Joan. 15). Unde « *nubes que ascendebat de mari.* » (III Reg. xviii.) Quasi « *vestigium hominis* » dicuntur habuisse. (Osee x.) Vitis frondosa Israel, id est Maria, fructus, id est Christus adæquatus est ei. — Ibid.

Platanus, cuius umbra in platea dicitur diffusa, quoniam omnibus criminosis et sub peccati onere gementibus opem sue protectionis porrigit; omnibus, inquit, post lapsum redeuntibus, et desiderantibus viam salutis. — Absalon abbas in *Serm. De Nativit. B. Virg. M.*

Platanus, quæ umbram copiosissimam reddidit, quando lumen incorporeæ Divinitatis in ea assumpsit corpus nostræ humanitatis. — Ibid.

Platanus, sub cuius umbra nobis pausandum est, ut in æstu vitorum refrigerium, in pressuris saeculi umbraculum, et in omnibus laboribus, qui vita huic fastidium ingerunt, quietem assequamur. — Ibid.

Platanus, cuius latitudo charitas, cuius radix sapientia, cuius cortex humilitas, cuius semen fides, cuius folia sermones. — Ern. Prag. in *Mariali*, cap. 51.

Platanus exaltata in plateis, id est inter prophetas, qui juxta aquas Scripturarum in charitatis latitudine habitabant. — Id. in *Mariali*, cap. 49.

Platanus, quia defendit nos a diabolo. — Barthol. de Pisis, lib. *De laud. Virg.*, fruct. 48.

Platanus exaltata, quæ semper retinet viriditatem, ob viorem perfectæ castitatis. — D. Antoninus in *Sum.* in part. tit. 51, cap. 5.

Platanus, quia sicut platanus folia mollia ac lata habet, sic beatæ Virgo fuit totaliter mansueta, cuius verba et opera erant latitudine charitatis amplissima, quæ etiam sub alarum suarum latitudine, id est pietatis et potestatis subventione suscepit, ac tueretur eunctos ad ipsam confugientes, et instar platani sublimatur ac colitur a Christis filiis. — Dionys. Carthusian. in cap. xxiv *Ecclesiastici*.

Platanus, cuius folia, id est virtutes, patula per exemplum, et ampla per meritum, et tamen plana, id est humiliis per despectum: quia quantumcumque esset gratia, et virtutibus plena, tamen se semper humiliabat, et despiciebat, ancillam Dei vocando. — Bernard. de Busto serm. 1, *De assimilat. B. Mariæ*.

Platanus juxta aquas exaltata. — Idem in *Mariali*, serm. 6, *De Concept. B. M.*

Platanus sterilis per votum virginitatis, sed per insertionem Spiritus sancti secundissima; produxit enim ex se, et protulit in utero suo ponnum dulcissimum paradisi. — Ibid.

Platanus, quæ optime crevit juxta gratiæ divinæ aquas. — Maurit. de Villa Probata serm. 24, *Cronæ novæ B. Mariæ*.

Platanus, quæ insertione Spiritus sancti produxit fructum dulcissimum, ponum fragrantissimum, Filium Dei. Platanus enim si inseratur, facit valentes fructus. — Ibid.

Plenitudo divinorum oracula, — Georg. Nicomed. orat. 1 *De Præsentat. B. Virg.*

Plenitudo prophetæ. — S. German. Constant. orat. 2 in *Præsent. B. Virg.*

Plenitudo perfectissima omnium gratiarum post Dominum. — Albert. Magn. in *Biblia Mariæ suver libr. Genesis*.

Plenitudo propheticæ. — Jacobus Monachus in *Mariali*, orat. 6.

Plenitudo fontalis omnium bonorum. — Ern. Prag. in *Mariali*, cap. 22.

Plenitudo omnium bonorum post Conceptionem Filii. — idem in *Mariali*, cap. 36.

Plenitudo celestis gratiæ. — Jo. Trith. *De mirac. B. Virg. prope Dittelbach.* lib. 1, cap. 10.

Plenitudo gratiæ. — B. Casimirus, Poloniæ princeps, in *Hymn. de B. Virg.*

Plusquam Abraham, ex quo Patres prodierunt in mundum, ex ea enī nati sunt spiritualiter omnes patres, etiam Abraham, id est, in fide Filii. — D. Anton. in *Summa*, part. 1, tit. 15, cap. 22.

Plusquam Martyr, quia spiritualiter et atrocius plusquam sancti passa est gladio passionis Christi. Alii namque sancti, etsi passi sunt pro Christo in carne, tamen in anima [quia immortalis est] pati non potuerunt. Beata vero Dei Genitrix in ea parte passa est, quæ impassibilis habetur, « et tuam ipsius animam pertransivit gladius. » (Luc. ii.) — D. Hieron. in *Epist. sive Serm. de Assumpt. Beatæ Mariæ Virginis*, ad Paulam et Eustochium.

Plusquam martyr, quia nimio amore vulnerata testis exstitit Salvatoris, et præ morte in animo cruciatum sustinuit passionis. — D. Hildephons. serm. 2 *De Assumpt. B. Mariæ Virg.*

Plusquam martyr, quia duplex pertulit martyrium, dum mortem benedicti Filii sui vidit, et ejus salutifero exemplo sua membra sanctissima super terram mortificavit, quod genus martyrii alio illo, nimirum quo membra caeduntur ferro, horrore quidem nitius, sed diuturnitate est molestius, et sicut non fuit dolor sicut dolor ille, qui transivit corpus et membra benedicti Filii ejus, sicut ipse dicit: « O vos omnes qui transitis per viam, attenite et videte, si est dolor similis, sicut dolor meus » (*Thren. I. 12*); sic non dolor fuit sicut dolor ille, qui ejus viscera virginea per compassionem pertransivit. — Idiota, *De B. V. part. XII, contempl. 5.*

Plusquam martyr, quia in ea corporeæ sensum passionis excessit compassionis affectus. — D. Bern. serm. *de B. Virg. super illud Apocal. : Signum magnum.*

Plusquam martyr, quia non in carne, sed in mente passa est, in carne Filii sui, non corporaliter, sed mentaliter, quod fuit ei acerrimum martyrium quam corporale. — Helinand. Cisterc. serm. 1 *de Assumpt. B. M. Virg.*

Plusquam martyr, nam alii in corpore, ipsa vero in anima passa fuit, ut dicitur, « Tuam ipsius animam pertransibit gladius. » — Honor. Angustod. in *Sigillo B. Mariæ.*

Plusquam martyr, in passione Filii sui. — D. Birgitta, lib. 1 *Revelat. cap. 52.*

Plusquam martyr. — D. Antoninus in *Sum. part. IV, tit. 15, cap. 17*, quod est *de gratia virtuali B. Mariæ Virg.*

Plusquam martyr, propter vehementissimum suæ compassionis dolorem, in passione Filii. — Dion. Carth. in *Cant. art. 12.*

Plusquam martyr, tempore passionis Christi, mente et corpore vehementissime prorsus afflita et dolens, in tantum quod, nisi divinitus fuisse conservata, spiritum exhalasset. — Idem lib. IV, *De laud. Virg. art. 18.*

Plusquam martyr, quia in anima propter Christi passionem nimium doluit. — Jo. Trith. lib. 1, *De mirac. B. V. in Urticeto, cap. 10.*

Plusquam martyr, quia ejus martyrium fuit anima et spiritus. — Maurit. de Villa Probata serm. 50 *Coronæ novæ B. Mariæ.*

PLUSQUAM PROPRIA: si enim Joannes dicitur *plusquam propheta*, quia de eo prophetatum est, et quia parentes in sua nativitate prophetas quodam modo fecit: multo magis dici debet *plusquam propheta* beata Maria, quae copiosissime et aperte per prophetas est prænuntiata, a patriarchis designata, et in multis generibus rerum figurata, et ipsum Joannem constituit prophetam. — D. Antonin. in *Summ. part. IV, tit. 15, cap. 19.*

SUMMA AUREA DE B. V. MARIA. X.

Plusquam virgo, quia Mater fecunda, virgo concipiens et virgo pariens. — Helinand. Cisterc. serm. 4 *de Assumpt. B. Mariæ Virg.*

Poculum miscens exultationem. — S. Andr. Cret. orat. 2 *in Annunt. B. V.*

Pollex noster, potenter nos in civitatem cœlestem introducens. — Jacob. de Voragine in *Mariati*, serm. 1 M.

Pollex manus, quia potenter nos in civitatem cœlestem introducebit. — Maurit. de Villa Probata serm. 9 *Coronæ novæ B. Mariæ.*

Polus conditus, ipsis cœli axibus præstantior, ex qua ipsa Deus persona cum hominibus versatus est, ac ex qua aeterna mundo propitiatio advenit. — S. Joan. Damasc. in orat. 4 *de Nativit. B. Virg.*

Polus globis ornatus septenis, decoris zonis insignis, spiritibus Sophiae. — Joan. Geometra in *B. Virg. hymn. 2.*

Polus mente plenus. — Ibid.

Polus mille oculis præditus, sidera circum sollem clara regens innumera claritate clarus. — Ibid.

Polus ter radians, et circum æthera pandens, immensem et nitidum, nec tenebras capiens. — Ibid.

Polus immobilis in arcturo cœlesti Ecclesie iis qui timent in mari mundi hujus nanfragium, præbens salutis portum. — Alan. de Insul. in serm. *de Annunt. B. Virg.*

Polus arcticus, quem videre possunt qui nunquam ab oriente, id est ab innocentia recesserunt. — Ern. Prag. in *Mariali*, cap. 8.

Polus per securitatem. — Barth. de Pisis lib. 1, *De laud. Virg. fructu 2.*

Pomerium Domini, consitum manu Sapientiae omni arborum genere, id est omnimoda virtute. — Rich. a S. Laur. *De laud. Virg. lib. xn.*

Pomum bene olens, fructus sterili prognatus, ac divina venustate decorus, canens in *Canticis*: « Stipate me malis, quia vulnerata charitate ego sum, » cuius Christus puritatem decerpens intemeratam, mundo fragrantem odoris suavitatem in epulis habuit. — S. Jo. Damasc. orat. 4 *De Nat. B. Virg.*

Pomum suavissimi odoris. — S. Joseph. *Hymn. in Mariali.*

Pomum virtutum. — S. Vincent. Ferrerius in serm. *de S. Anna matre Virg. Mariæ.*

Pomum granatum odoriferum, totum sua dulcedine reficiens mundum. — Jo. Trith. lib. II, *De mirac. B. Virg. in Urticeto, cap. 6.*

Pons deferens ad Creatorem. — S. Jo. Damasc. in *Can. S. Eliæ prophetæ.*

Pons per quem Deus ad homines descendit. — S. Proclus in orat. 1 *De laud. Virg.*

Pons hominibus ad Deum. — Eu'yebianus in *Vita S. Theophili.*

Pons penetrando polos. — Venant. Fortunat.
Elegia in laud. S. Marie V.

Pons tradueens terrestres ad cœlum. — S. Andreas Gretensis orat. 2 in *Anunt.*

Pons corum qui fluctibus jactantur. — S. German. Constantinop. orat. 5 de *Assumpt. B. Virg.*

Pons inducens nos in regnum. — S. Jo. Dam. in *Parac. B. Virg.*

Pons transmittens nos ad Deum. — Ibid.

Pons ad Creatorem. — S. Jo. Dam. *Can. in Nat. B. V.*

Pons salutis, per quem mortales ex inferno, in quem deciderant, ascensum invenientes, Christum Deum vite largitorem hymnis glorificant. — Ibid.

Pons unicus mundi ad Deum tradueens mortales ad vitam sempiternam. — Idem in *Octoech. Graecorum.*

Pons securus Christianorum. — D. Theodor. Studites in *Canone qui canebatur in erectione SS. imaginum.*

Pons ad Creatorem tradueens per quem omnes ad salutem transvehuntur. — S. Joseph. *Hymn. in Mariali.*

Pons ad divinam vitam tradueens eos qui concidunt: «Benedicat omnis creatura Domini.» — Ibid.

Pons deducens ad Deum. — Ibid.

Pons in excelsum terrigenas deducens. — Ibid.

Pons trajectu felicissimus et facillimus. — Ibid.

Pons transferens ad lucem genus humanum. — Ibid.

Pons vere transmittens a morte ad vitam omnes laudantes tc. — Ibid.

Pons transmittens omnes ad immateriales mansiones. — Ibid.

Pons fluctuantium. — Joan. episcop. Aretinus in tractatu de *Dormit. SS. V. Marie.*

Pons trajiciens populos a terra in cœlum. — Theodorus Lase. imperat. in *Can. ad SS. Deip.*

Pons a Deo factus, quo nos a mundi fluctibus trajiciens ad tranquillum portum Dei perveniamus. — Jacobus monach. orat. de *Nat. B. V.*

Pons a Deo fabricatus, a mundi tempestatisbus nos trajiciens, et ad divinam tranquillitatem deducens. — Idem in *Mariali*, orat. 2.

Pons liberatis a corruptione. — Em. Pal. imperator in orat. de *Dormit. SS. Virg.*

Pons periculosi hujus mundani fluminis. — Bern. de Busto in *Mariali* serm. 2 *De coronat. B. Marie.*

POPULUS. — D. Bernardinus serm. 5 super *Salve Regina.*

Populus Israel, cuius non solum non premit vel opprimit caput undæ congeries imminentis, sed nec rivos præteriens pedes attaminat incedantis, imo pede siccō, puro vestigio, munda vitam præterit hujus mundi, nullo vitiorum attactu

laccessita; — Philipp. abbas lib. ii in *Cantic. cap. 5.*

PORTA, per quam Deus in carne exoritur, sive porta, per quam in carnem ingressus est Deus. — S. Method. in hom. fest. *Purific. B. Virg.*

Porta, per quam Dominus ingressus est mundum. — D. Cyprian. in *Expositione Symboli apostolorum.*

Porta orientalis. — D. Gregor. *Thaumaturg.* serm. 5 in *Anunt. B. M. V.*

Porta cœlorum, de qua propheta vociferatus est his verbis: «Ecce porta clausa, et nullus ingreditur per eam, nec egredietur præterquam solus Dominus, et erit porta clausa Duci, quia Dux ipse vocabitur, et in ipsum sperabunt omnes gentes.» — D. Epiphan. in serm. de *Laud. Virg.*

Porta, de qua scriptum est, quia Dominus pertransibit per eam et erit clausa post partum, quia virgo concepit et genuit. — S. Ambros. lib. i *Epi-stolar.*, Epist. 7, ad *Syriacum.*

Porta justitiae, sicut ipse Dominus dixit: «Sine nos implere omnem justitiam.» — Ibid.

Porta sanctuarii, per quam in huic mundum Redemptor intravit. — Ezech. xi. iv. Ibid.

Porta clausa Ezechieli. — Amphiloch. in orat. de *occursu D. nostri Jesu Christi.*

Porta virginica nunquam patefacta. — Ibid.

Porta cœlorum. — D. Ephrem. in serm. de *laud. B. Mariae Virg.*

Porta Ezechieli omnino clausa. — D. Hieron. in epist. de *Assumpt. B. Mariæ V. ad Paulan et Eustochium.*

Porta orientalis, ut ait Ezechiel, semper clausa et lucida, opericens in se, vcl ex se proferens Sancta sanctorum, per quam sol justitiae, et Pontifex noster secundum ordinem Melchisedech ingreditur et egreditur. — Idem in *Apolog. ad Pammachium pro lib. Adversus Jovianian.*

Porta cœlorum. — S. Joan. Chrysost. orat. in *Nat. B. V. Marie.*

Porta orientalis. — Id. orat. de *Anunt. B. M. V.*

Porta palatii, quæ munita est, et intus in cubiculo Rex agnitus. — Idem, orat. 7 in *SS. Deip.*

Porta paradisi. — Idem, orat. in *Nativit. B. V.*

Porta, quæ ad orientem respicit, propter ingressum et egressum Domini, in æternum clausa. Ezech. xliv. — S. Proclus in orat. 6 quæ est de *Laude B. V. M.*

Porta salutis. — Idem in orat. 1 de *Laud. V.*

Porta clausa in æternum, quia virgo ante partum, virgo in partu, virgo post partum. — D. August. serm. 44 de *Nativit. Dom.*, qui est 18 *De tempore.*

Porta cœli. — Ibid.

Porta Ezechieli per quam Dominus solus intrat, et egreditur, quia Spiritus sanctus imprægnavit eam. — Ibid.

Porta Ezechielis, per quam non transivit homo, quia Joseph non cognovit eam. — Ibid.

Porta in domo Dei clausa. — Idem, in serm. de *Assumpt. B. M. V.* tom. X.

Porta saceratissima perpetuo clausa. — Idem, serm. 19 ad *Frates in Eremo*.

Porta ad vitam, quæ sola vera est vita. — S. Sabas in *Menæis Græcor.* die 28 Januarii.

Porta clausa, per quam hominibus apertus est paradisus ille vetustus. — Idem in *Menæis Græcor.* die 20 Januarii.

Porta nemini pervia, et sigillo quodam arcane conclusa. — Idem in *Menæis Græcor.* die 17 Januarii.

Porta creantis. — Arator subdiaconus lib. 1 *Historie apost.*

Porta vera, quam peccatores pulsamus, et saepè aperitur, et offert preces nostras Deo nostro, qui ex ipsa natu est et accepit peccatorum nostrorum remissionem. — Eutychianus in *Vita S. Theophili* apud *Surius* tom. I, die 4 Febr.

Porta ad cœlos humano generi, sub Tartara lapsa. — Venant. Fortunat. *Elegia in laud. S. M. V.*

Porta clausa, in quam intrat vir nemo, nec exit, nisi Dominus solus, cui quoque clausa patet. — Ibid.

Porta clausa, quam vidit olim Ezechiel, per quam ingressus est ille qui est incomprehensibilis universis, et egressus est custodiens illius uterum immaculatum, sicut erat etiam ante partum. — S. Andreas Cretens. *Can. 5 in partum B. V.*

Porta cœlestis. — Idem in *Can. de Annuntiat. B. Virg.*

Porta cœli summa. — Idem, orat. 5 *De Dormit. B. Virg.*

Porta cœlorum, de qua dixit ille Gen. xxviii: « Quam terribilis est locus iste; non est is aliud, quam domus Dei, et hæc est porta cœli. » — Ibid.

Porta impertransibilis, quam prophetavit Ezechiel. Ezech. xliv. — Idem, *Can. in Concept. B. V.*

Porta inaccessibilis luminis. — Idem, *Can. in Nativit. B. Virg.*

Porta intelligibilis, per quam ingressus est Creator noster, eo modo quem ipse novit. — Idem, *Can. in Dom. Palm.*

Porta mystica. — Idem *Can. in Sabb. sanctum.*

Porta orientalis Christi orientis, ex alto orientis. — Idem, orat. *De Dormit. B. Virg.*

Porta per quam nulli ingredi licet. — Idem, *Can. 5 in partum B. Virg.*

Porta regalis. — Id. *Can. in Dom. post diem 17 Decembri.*

Porta sublata supra cœlos cœlorum. — Idem orat. 5 *De Dormit. B. Virg.*

Porta paradisi, per quam itur ad incorruptionem. — Anastas. Antiochenus orat. 2 in *Annunt. B. Virg.*

Porta clausa in oriente sita: quæ introduxit portarum clausarum Regem. — Isychius serm. 2, *De laud. Virginis.*

Porta in oriente sita, quia lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum (Joan. i), ex utero ejus processit velut e quadam thalamo regio. — Ibid.

Porta præsentis vite Unigenito Dei. — Ibid.

Porta clausa, soli Regi aperta. — Chrysipp. in serm. de *S. Maria Deipara.*

Porta paradisi. — D. Severus Alexandrin. in lib. *De ritibus baptismi*, tom. IV *Bibliothec. PP.* Edition. 1, et tom. VII *Bibliothecæ Magnæ.*

Porta consistens ad orientem, semper clausa, quæ neque ante natum neque post natum Filiam alterius accessum, vel transitum novit, quia ipse solus Dominus per eam nascendo transivit, unde et semper est clausa, quia semper virgo. — D. Hildephons. lib. *De virginitate S. Mariæ*, cap. 3.

Porta, enjus egressor et custos est solus Deus: nemo cum illo ingressus est, nemo egressus; in ad-eundo eam nemo socius, in egrediendo nemo sodalis, qualiter introierit, nemo novit; qualiter exierit, egressio sola cognoscit; absque veste Deus, ut ita dicam, ingreditur, qui, ut, certe dicam, carne vestitus egreditur. — Ibid. cap. 2.

Porta Dei clausa. — Id. ser. 1 in *Nativ. B. M. V.*

Porta dominus Dei, ejus in exitu clausa. — Idem, lib. *De virginitate S. Mariæ* cap. 2.

Porta in domo Domini clausa, in qua Princeps sedet, ut comedetur panem coram Domino, quia Dei Filius in utero illius novem mensium spatio moratus est, indeque egressus, et tanquam sponsus de thalamo suo, ut comedetur panem coram Domino, juxta quod ipse dixit: « Meus cibus est, ut faciam voluntatem ejus, qui misit me Patris. » (Joan. iv, 34.) — Idem, serm. 6 de *Assumpt. B. M. V.*

Porta, quæ ostensa est Ezechiel, de qua dicit: « Vidi portam in domo Domini, et hæc erat clausa, et vir non transit per eam, quia Dominus Deus exercituū ingressus est per eam. » (Ezech. xliv, 2.) — Idem, serm. de *Purificat. S. Mariæ V.*

Porta lucidissima a Deo penetrata. — Anonymus in *Euchologio*, seu *Rituali Græcorum* in officio funereo viorūm saecularium.

Porta Numinis. — Idem in *Menæis Græcor.* die 15 Augusti

Porta pœnitentiae. — Idem in *Euchologio*, seu *Rituali Græcor.* in Officio communis supplicationis.

Porta semper occlusa, et mystice obsignata. — Idem in *Euchologio*, seu *Rituali Græcorum* in Officio funereo in sacerdotem vita functum.

Porta solis ex alto progressi. — Idem in *Menæis Græcorum* die 4 Januarii.

Porta unica, per quam Christus ad redimendum genus humanum transivit. — Idem in *Menæis Græcorum* die 10 Februarii.

Porta ad orientem respiciens, ex infuscando sterili utero, ex promissione partu edita, Deoque in ha-

bitaculum consecrata. — Georg. Nicomed. *Idiom.*
in festo *Præsentat.*

Porta Dei, Ezechiel. XLIV. — Idem in orat. *de exitu SS. Dominæ nostræ Dei Parentis, quando fuit oblatæ in templo.*

Porta, quæ percipitur intelligentia, per quam cum solum transiisset Dei Verbum, obsignatam conservavit sicut novit. — Ibid.

Porta Regis, in sua Conceptione fixa, per quam nulli transitus patet; ei quidem mirabili quadam ac cogitatù majore ratione per eam transituro præparata, nobis autem pervias cœli portas prævie efficiens. — Idem, orat. 4 *De Concept. B. Virg. M.*

Porta vitæ immortalis. — Idem, orat. *in sanctos martyres Cosmam et Damianum.*

Porta celorum, per quam unus transivit celorum Dominus, nemini secum aut ante patere ejus aditum passus. — S. German. Constant. serm. *in Nativ. B. Virg. M.*

Porta, de qua dixit Dominus ad Ezechielem: « Porta hæc clausa erit, et non aperietur, et nemo transibit per eam, et erit porta clausa. » — Ibid.

Porta Emmanuelis clausa respiciens ad orientem. — Idem, orat. 4 *in Præsent. B. V. M.*

Porta magni Regis, unde quaque munita. — Idem, *Orat. in Annunt. Virg.*

Porta ad orientem exstructa, per quam Christus ingreditur et egreditur. — S. Jo. Damasc. orat. 4 *de Nativ. B. M. V.*

Porta cœlestis. — Idem in *Cantic. ecclesiast. Græcor.*, sono 1.

Porta Dei, per quam transivit Conditor incarnatus sigillatam illam custodiens. — Idem in *Octoech. Græcor.*

Porta divinæ lucis dissipans caliginem peccatorum. — Ibid.

Porta impervia, per quam Christus Dominus pertransivit. — Idem in *Can. SS. Deiij.*

Porta invia Domini. — Idem in *Octoech. Græcorum.*

Porta ornatissima ac lucidissima Orientis, qui apparuit ex alto super terram, mundum illuminans radiis puritatis, et fidelibus perennium miraculorum splendores emittens. — Idem *Can. in SS. Cosm. et Damian.*

Porta per quam transivit Dominus Deus mirabilium, Deus patrum nostrorum. — Idem in *Can. in Nativ. B. Virg.*

Porta tota lucida solis. — Idem, *Can. in SS. Cosm. et Damian.*

Porta conclusa. — Ibid.

Porta Dei, divinos splendores ostendens miseræ animæ nostræ, in quos ingrediamur cum confessione, et malorum nostrorum expiationem accipimus. — Idem in *Parac. B. V. M.*

Porta Dei perpetua virginitate prædicta. — Idem, *Orat. 1 de Nativ. B. V. M.*

Porta divinæ lucis, animarum nostrarum tene-

bricosam noctem immaterialibus lucis suæ fulgoribus illustrans. — Idem in *Parac. B. Virg.*

Porta divinæ lucis illuminans animas nostras. — Ibid.

Porta Ezechielis clausa, Domino pervia, neque tamen aperta, quemadmodum idem Ezechiel propheticò spiritu prædixit. — Idem in orat. 1 *De Assumpt. B. V. M.*

Porta gratiæ, quæ hominibus cœlestem portam aperuit. — Idem in *Parac. B. Virg.*

Porta impervia, quæ dueit ad Deum, pœnitentiae portas aperiens nobis. — Ibid.

Porta lucifera, luce inoccidua in se suscepta illuminans eos qui cum fide clamant ad eam: « Benedictus fructus ventris tui. » — Ibid.

Porta lucis, aperiens portas animæ nostræ, peccati occludendo aditus, ne nos apprehendat manus crudelis inimici, quæ nos ad exitium atque horribile supplicium deducat. — Ibid.

Porta lucis, aperiens nobis lucidas portas pœnitentiae, et voluptatum aditum occludens precibus suis. — Ibid.

Porta lucis illuminans animam nostram passionibus obscœcatam, et pravis cogitationibus obscuratam, et in diserimine positam. — Ibid.

Porta lucis, illuminans cor nostrum malitia execratum, et non sinens nos obdormire in mortem, dum cogitationum immundarum tenebris assidue offundimur. — Ibid.

Porta lucis, illuminans oculos cordis nostri peccati tenebris execratos, et divinarum illustratum capaces efficiens. — Ibid.

Porta lucis, illuminans oculos cordis nostri, quos profundissimæ peccati tenebrae obscuraverunt, et pœnitentiae radium immittens nobis. — Ibid.

Porta lucis, illuminans oculos cordium nostrorum, et passionum pravorumque affectuum nubes, et profundas tenebras expellens. — Ibid.

Porta lucis inaccessible, divino splendore suo illuminans animam nostram, vitæ calamitatibus et malarum cogitationum nigredine obtenebratam. — Ibid.

Porta lucis, luce sua vesperi nescia dissipans graves tenebras animæ nostræ, et lucidas pœnitentiae vias ostendens nobis, ut per eas incedentes, peccati caliginem effugiamus. — Ibid.

Porta lucis, nobis affulgens purissimis pœnitentiae radiis et peccatorum nostrorum nebulas dissipans. — Ibid.

Porta lucis, portas lucis aperiens nobis, ne nox peccati cooperiat nos. — Ibid.

Porta, per quam intravit et exivit Deus, sigillatam illam relinquens. — Ibid.

Porta per quam prodiit lux omnia illuminans. — Idem in *Menaïs Græcorum* die 18 Januarii.

Porta, quæ ad orientem respicit, ex qua vita oriens mortis occasum ab hominibus expulit, per quam Dei pes pertransit, et virginitatis claves retinuit. — S. Joan. Damase., orat. 4 *De Nativit. B. Virg.*

Porta salutaris, ejectis ex æde, per eam enim nobis omnibus meliora promanant. — Idem in *Paraccl. B. V. M.*

Porta salutaris eorum qui per fidem salvantur. — Ibid.

Porta salutifera per quam solus Factor omnium transivit. — Ibid.

Porta salutis. — Ibid.

Porta solis justitiae, oriri faciens nobis radium pœnitentiae, et dissipans nubes pravarum cogitationum. — Ibid.

Porta Verbi divini, aperiens nobis portas pœnitentiae, et suscipiens nos confugientes ad se. — Ibid.

Porta virginalis, ex qua et per quam, qui est super omnia Deus, in orbem terrarum corporali ratione ingressus est. — Idem in orat. 4 *De Nativ. B. V. M.*

Porta vitæ semper aperta. — Idem in *Paraccl. B. Virg.*

Porta Ezechielis, quæ bene monstratur clausa, quia virgo semper mansit intacta, per quam vir non transiit, sed Dominus. Ezech. xliii. — Ratrannus Corbeien. in opusc. *De partu B. V.*

Porta clausa, ab Ezechiele visa, per quam transiit Jesus, qui habitavit in utero ejus, et carnem accepit ex sanguinibus ejus, sine ulla permissione, aut confusione. — S. Joseph. *Hymnograph. in Mariali.*

Porta cœlestis, per quam clausa est janua, quæ introducebat ad mortem. — Ibid.

Porta cœlestis, per quam omnes peccatores in atria indulgentiae ingrediuntur. — Ibid.

Porta cœlestis, per quam peccatoribus universis indulgentiae aperiuntur, et patet ingressus. — Ibid.

Porta cœlestis templi portas expandens. — Ibid.

Porta Dei, a propheta prævisa, per quam ipse Deus modo sibi tantum viso transivit. — Ibid.

Porta Dei clausa, per quam solus Dominus transiit, deducens nos in semitas divinas, et salutis portas aperiens nobis. — Ibid.

Porta Dei clausa, per quam solus intravit Altissimus, dirigens nos in vias Dei, et aperiens nobis salutis portas. — Ibid.

Porta divina, per quam Dominus transivit. — Ibid.

Porta divinæ gloriæ, a portis inferni eruens miserabilem animam nostram. — Ibid.

Porta ducens ad divinum introitum. — Ibid.

Porta ferens ad ingressum divinum. — Ibid.

Porta gratiæ quæ hominibus eœli portam apernit, aperiens nobis patenter portas pœnitentiae et a portis mortis liberans nos. — Ibid.

Porta impenetrabilis, pœnitentiae portas aperiens nobis. — Ibid.

Porta impervia, per quam transitur ad Deum. — Ibid.

Porta ineffabiliter efferens Solem justitiae, qui corda nostra divinis splendoribus illuminat. — Ibid.

Porta lucifera ab Ezechiele prævisa : per quam transivit lux vera Christus Deus noster. — Ibid.

Porta lucis aperiens aditus pœnitentiae. — Ibid.

Porta lucis benedicta, atque omnimoda puritate exornata, dissolvens cordi nostro circumfusam nubem, atque evibrans in nos radium veræ pœnitentiae, ut sicut in die honeste ambulemus in præceptis Dei. — Ibid.

Porta lucis, cor nostrum illustrans luce divina peccati tenebras depellendo. — Ibid.

Porta lucis divinæ, illuminans animas nostras. — Ibid.

Porta lucis fulgida, a propheta prævisa, lucis enim Datorem nobis similem factum ineffabili ratione peperit. — Ibid.

Porta lucis illuminans animam nostram, ab affectibus excœcatam, pravisque cogitationibus obtenebratam, ac periclitantem. — Ibid.

Porta lucis, illuminans animam nostram passio-num caligine excœcatam, pravisque cogitationibus obscuratam. — Ibid.

Porta lucis, illuminans animam nostram quam inimicis peccatorum tenebris obscuravit. — Ibid.

Porta lucis, illuminans cor nostrum a malitia excœcatum, et non sinens nos obdormire in mortem, qui semper impuraram cogitationum tenebris ob-volvimur. — Ibid.

Porta lucis, illuminans oculos cordis nostri, et procul repellens profundissimas peccati tenebras ex infelici anima nostra. — Ibid.

Porta lucis, illuminans oculos cordis nostri peccati tenebris obœœcatos, capaces faciens eos divinarum illustrationum. — Ibid.

Porta lucis, illuminans oculos cordis nostri, quos densissimæ peccati tenebrae obscuravere, et emittens nobis pœnitentiae radium. — Ibid.

Porta lucis intellectualis, lumine vultus sui illustrans nos jacentes in tenebris passionum, ne nox mortis comprehendat nos, quæ irritas reddat spes nostras. — Ibid.

Porta lucis intelligibilis, luce sua illustrans nos, qui in hujus vite nocte cœxitate laboramus, ac fluctibus jactamur peccatorum. — S. Joseph. *Hymnograph. in Mariali.*

Porta lucis, oriri super nos faciens radium divinæ cognitionis, cum tenebris ignorantiae graviter oppressi simus. — Ibid.

Porta lucis, quæ ex incorruptis visceribus ejus effusit, vibrans in nos illuminativos penitentiae radios et dissipans peccatorum nostrorum tenebras. — Ibid.

Porta lucis, quæ ex orci penefralibus solem intuita est exortum, et collustrantem terminos terræ. — Ibid.

Porta lucis spiritualis. — Ibid.

Porta luminis, quæ lucem divinam atque immaculatam in lucem edidit. — Ibid.

Porta, quæ aditum fecit ad vitam. — Ibid.

Porta, per quam ad nos Dominus descendit supernaturali modo, gignens orientem et solem et lucem mystice advocatam atque accersitam, Deum scilicet et hominem natura duplice præditum. — Ibid.

Porta, per quam nulli hominum conceditur via, aperiens nobis veræ penitentiae portas, et ostendens nobis semitam salutis. — Ibid.

Porta, per quam nulli patet aditus, et solus Creator transivit, sicut ipse solus novit, relinquens eam clausam, quemadmodum erat ante partum. — Ibid.

Porta, per quam nulli transitus patet, penitentiae portas aperiens nobis, et in vias rectas dirigens nos. — Ibid.

Porta, per quam solus Christus Deus pertransivit salvans genus humanum. — Ibid.

Porta salutaris penitentiae portas aperiens nobis, et a peccati portis liberans nos, custodiens nos divina potentia sua. — Idem.

Porta Solis glorie. — Idem.

Porta spiritualis lucis, per quam ingressus est ad nos Christus, speciosus apparet, splendoribus divinitatis occultatis, in stola carnis invisibilis, ut Dens, in forma autem nostra visibilis. — Idem.

Porta unica, per quam Verbum solum pertransivit, quæ vectes et portas inferni partu suo contrivit. — Idem.

Porta cœli ecclorū. — Joan. episc. Aretinus in tract. *De dormit. SS. Virg. Mariæ*

Porta, de qua scriptum legitur Ezech. xliv : « Porta hæc clausa erit, et vir non transiet per eam, quoniam Deus Israel ingressus est per eam, eritque clausa principi. » Deus namque veram ex Virgine suscipiens carnem, perfectionem ex ea humani corporis sumpsit, virginitatis ei gratiam non ademit. — Ericus, hom. in festo Purification. B. V. M.

Porta clausa, quia semper fuit clausa peccato cogitationis, peccato locutionis et peccato operationis, et ideo scribitur : « Non intrabit in eam aliquid coquinatum. » — Idiota, *De B. V. Mariae part. xiii*, contempl. 2.

Porta cœli, per quam cœli Rex venit in mundum : ideo canitur de ea : « Tū Regis alti Janua. » — Idem ibid., part. xiv, contempl. 53.

MARIAE SCRIPTA. ACTA, ETC.

Porta cœli respiciens ad orientem, per quam factum est admirabile commercium, et terrena fuerunt cœlestibus sociata. — Ibid.

Porta lucis, per quam egredimur a tenebris culpæ et poenæ et totius miseriae, et ingredimur ad lucem, quæ est Christus, et ad lucem gratiæ et virtutis et meritorum et beatitudinis æternæ. — Ibid.

Porta lucis, per quam verus Sol justitiae terram, id est Ecclesiam, illustravit, et fidem animam radiis gratiarum ; unde dicitur de ea « porta lucis fulgida. » — Ibid.

Porta orientalis, per quam ingressus est in mundum verus Oriens, id est Christus, et per quam nobis oritur gratia, et patet accessus ad verum Orientem, qui ortus est ex ea. — Ibid.

Porta templi, quæ dicebatur *speciosa*, ad quam debemus sedere exemplo illius claudi, quem sanguinavit ibi beatus Petrus dicens ei : « In nomine Jesu Christi Nazareni, surge et ambula. » Act. iii. Hæc namque duo summe sunt nobis necessaria, scilicet surgere a peccato, et ambulare de virtute in virtutem passibus fideli et bonorum operum. — Ibid.

Porta ter clausa, id est ante partum, in partu et post partum. — Idem, *De B. V. Maria*, part. viii, contempl. 7.

Porta clausa virginitate, et *porta sterilitate* clausa egressa, uni Regi servata ad permanendum, ex qua is progrediens ineffabiliter et admirabiliter ad sese convertit eos qui male aversi erant. — Leo imper. in orat. *de Nativ. B. V. Mariæ*.

Porta, quæ soli Regi ad salutem nostram procurandam ingressuro preparata est et destinata, claustris venerandæ virginitatis sue immotis. — Idem in orat. *de Assumpt. B. V. Mariæ*.

Porta pervia simul atque clausa. — Joan. Geometra serm. in Annunt. SS. Dei Genitricis.

Porta orientalis semper clausa in domo Domini, quæ tamen Deum Israel admisit et emisit. — Guaric. abbas, serm. 3, *De Annunt. B. V. Mariæ*.

Porta sanctuarii, percutiente clausa. — Idem, serm. 2, *De Annunt. B. V. M.*

Porta cœli pervia. — Herm. Contractus, in antiphona, *Alma Redemptoris*.

Porta illa, de qua Ezechiel testatur dicens : « Converti me ad viam portæ sanctuarii exterioris, quæ respiciebat ad orientem, et hæc erat clausa. Et dixit Dominus ad me : Porta hæc quam vides clausa erit, et non aperietur, et vir non transiet per eam, et semper erit clausa. » Vere semper clausa, quia semper incorrupta, incorrupta ante partum, incorrupta post partum, concipiens virum, nesciens virum. — D. Petr. Damian. hom. in Nativ. B. Virg. Mariæ.

Porta misericordiæ. — Idem, serm. *de Annunt. Virg. Mariæ*.

Porta tempu clausa. — Idem in *Carminibus de Assumpt. B. Mariæ*.

Porta crystallina. — S. Anselmus Lueensis super Ave Maria.

Porta in domo Domini clausa, quam Dominus intravit et exivit et clausam reliquit, quia virgo ante partum et post partum. — D. Bruno Carthusian. serm. 1, *De laud. B. M. Virg.*

Porta apud Ezechielem cap. xl, e quæ respiciebat ad viam orientalem, et ecce gloria Dei Israel ingrediebatur: » hæc enim respexit ad viam orientalem, quia quidquid ipsa fuit, quidquid in ea actuus est, nil aliud quam divini luminis indicavit actionem. — Guibertus abb. in lib. *De laud. B. Marie*, cap. 4.

Porta atrii interioris per cujus præcordialem amorem, ad purissimæ fidei excursum intellectum qui ipsius fidei fructus est, ex quo sentimus, quomodo sub eadem persona, et quod Deus et homo est. — Idem, ibid.

Porta atrii interioris, quæ non tam prius quam omnium excellentius ad summam Dei notitiam intromissa est, et quo ipsa Spiritu sensit, per eamdem id ipsum nobis sentire causas dedit. — Ibid.

Porta cuius limen summa est virginalis obedientia, in qua princeps tunc stetit, cum per divinitatis potentiam, quæ motis omnibus semper stat, virginem se secundasse, et quomodo per Spiritum sanctum secundaverit, virginemque demiserit, ipse monstravit. — Ibid.

Porta de qua dicitur Ezechielis xlvi: « Non claudetur usque ad vesperam. » Perta enim ista usque ad vesperam non clauditur, quia clementiae ejus aditus usque in finem saeculi nulli pie petenti obstruitur. — Idem, cap. 6.

Porta Ezechielis, quæ clauditur sex diebus, in quibus opus fit, quia conceptionis ejus mysterium, ex qua introitus ad vitam homini patuit, omnem in praesenti saeculo naturam, quod significare sex dies assolent, latuit et latebit. — Idem, cap. 4.

Porta Ezechielis, respiciebas ad orientem, quia quo nullus mortalium, imo nulla creaturarum rationalium vix scintillare prævaluit, illuc ista in Deum, videlicet auctorem luminis liberissime mente fixit. — Ibid.

Porta Jesu Domini, per quam justi intrant: nulli enim justitiam assequuntur, nisi per fidem incarnationis ejus introeant. — Idem, cap. 6.

Porta per quam Deus ad nos egreditur. — Ibid. cap. 4.

Porta qua fidei mysteria deteguntur. — Ibid.

Porta, super cuius limen princeps ille apud Ezechielem adorat, qui non superliminare dignitatis, sed limen ejus humilitatis, quod omnibus est pervium, adorantes, id est in omnimoda veneratione habentes, inspirat; hoc enim plane Deus jure facere dicitur, quod siendum aliis administrat. — Idem, cap. 6.

Porta cœli, ex qua mundo lux est orta. — Goffridus abbas in orat. *ad Matrem Domini*.

Porta templi clausa. — Idem, serm. 4, *in Nativit. Domini*.

Porta clausa. — Hugo de S. Victore lib. iv, *De proprietatibus et epithetis rerum*, cap. 2.

Porta clausa ante partum et post partum. — Rupert, abbas lib. ii, *Comment. in Ezechiel.*, cap. xxxii.

Porta clausa Ezechielis. — Idem lib. 1, *Comment. in Matthæum*.

Porta clausa principi, id est ad opus vel ad honorem principis; princeps enim magni principatus, qui est in forma Dei, sedit in ea. — Idem lib. ii, *in Comment. in Ezechiel*, cap. xxxviii.

Porta cœli, per quam Dominus noster, parvulus propter nos factus, egressus est. — Idem, lib. iii, *De divinis officiis*, cap. 18.

Porta maxima cœli, per quam ad nos Verbum Dei, caro factum, de cœlo descendit. — Idem, lib. iii, *De divinis Officiis*, cap. 43.

Porta respiciens ad orientem, et verum in semetipsa suscipiens Solem justitiae. — Idem, lib. ii, *Comment. in Ezechiel*, cap. xxxii.

Porta sanctuarii exterioris, ab Ezechiele visa per quam primo patuit janua sanctuarii interioris, sanctuarii cœlestis, quod erat extra nos, extra quod eramus nos. — Ibid.

Porta Ezechielis. — Bernard. serm. 3 *super Salve Regina*.

Porta misericordiae. — Idem, serm. *in Conceptione Virginis Marie*.

Porta, qua ad nos intravit salutis antidotum. — Idem, serm. 2 *in Annuntiat. B. Marie*.

Porta. — S. Petrus Mauritius Cluniacensis, *Prosa in honorem Matris Domini*.

Porta clausa et bene munita: nullum enim accessum invenit inimicus, nullum omnino foramen; clausa erat et signata signaculo castitatis, quæ per ingressum Domini non fracta, sed potius magis solidata et firmata est; quia ille, cuius muneris est virginitas, per præsentiam suam non abstulit virginitatem, sed magis confirmavit. — B. Ælred, serm. 1 *in Assumpt. B. Virg.*

Porta orientalis: nam si porta, quæ solet esse adversus orientem, primo recipit claritatem solis, beatissima Virgo, quæ semper respiciebat adversus Orientem, ad claritatem scilicet Dei, primo suscepit in se radium, imo totam plenitudinem claritatis illius veri solis, scilicet Filii Dei, de quo ait Zacharias propheta, *Luc.* 1: « Visitavit nos Oriens ex alto. » — Ibid.

Porta cœli. — Richard. a S. Victore *Exposit. in Cant. cantor.*, cap. 50.

Porta, in qua nobilis erit Christus, vir Ecclesiæ, cum sederit ad judicandum cum senatoribus terræ. — Ibid.

Porta judicij. — Ibid.

Porta semper obserata, soli Regi pervia. — Idem, *Exposit. in Cant. cantor.*, cap. 42.

Porta Ezechielis clausa. — Petrus Blesensis, serm. 2 in Adventu Domini.

Porta, per quam iu nostram Deus inhumanatus ingressus est civitatem, id est Ecclesiam. — Ibid.

Porta clausa propter virginitatis integritatem. — Petr. Bles., serm. 58.

Porta sanctuarii. — Ibid.

Porta ad quam venit Dominus egressus de Samaria, quia ipsa in mente aperta per fidem, et in corpore clauso per castitatem, sine pollutione eum munda concepit, et sine laesione integra generavit. — Adam. Praemonstrat. lib. 1, serm. 46.

Porta orientalis in Ezechiele respiciens ad orientem, quia in ea Christus suum sine omni violatione et ingressum habuit et egressum, et per eam nos introitum habemus ad regnum. — Ibid.

Porta respiciens ad orientem, id est ad Dominum Christum, qui est verus Oriens, ut ei soli placeat in interna intentione. — Ibid.

Porta respiciens ad orientem, id est, ad opus sanetitatis, ut illud pro Christi nomine exerceat in conversatione. — Ibid.

Porta sancta et perpetua, ut dictum invenitur in Ezechiele, cap. XLIV, quia « *Porta* hæc clausa erit, et non aperietur, » quia ipsa semper, et ante partum incorrupta et post partum mansit illæsa. — Ibid.

Porta duodecima civitatis Dei. — Henr. Clævall. tract. II *De peregr. civit. Dei.*

Porta luce clarior, per quam totius multiformis benedictionis, velut coelestis cujusdam unguenti, ex variis speciebus a coelesti pigmentario confecti plenitudo ad nos transusa est; unde et ab angelo dicta est in mulieribus benedicta, non solum quia Evæ maledictio per eam est in benedictionem conversa, sed quod etiam ea mediante spirituali a Deo accipere meruimus benedictionem. — Ibid.

Porta lucis, quæ igne charitatis succensa, civitatem nostram purificare, jucundare, illuminare sumo excellentissimæ suæ opinionis non cessat, meritis purificans, beneficiis jucundans, exemplis eam illuminans et inflammans. — Idem, tract. 12, *De peregr. civit. Dei.*

Porta nostra ad Filium, interim incarnationis ejus, et civitatis suæ peregrinantis mysteria revealingo, tandem ad civitatem regnante et triumphante in cœlis post Liæ lippitudinem accedentibus, non Rachelis, sed suam, et Filii sui pulchritudinem, sine speculo et ænigmate revelata facie ostendendo. — Idem, tract. II *De peregrinante civitate Dei.*

Porta omnium fidelium ad Christum accedentium, introducens ad fidem testimonium fidei perhibendo. — Ibid.

Porta orientalis, per quam ipsis etiam apostolis primo nostræ redemptoris primordia patuerunt. A quo enim melius, quæ de nostri Redemptoris infantia scripturi et predictatur erant, in universo

mundo, ac fidelis potuerunt addiscere, quam ab ea, quæ omnia viderat et audierat et manibus suis tractaverat, firmiter conservaverat conferens in corde suo? Unde eis, nisi per eam innotuit angelicum illud Ave, mundo tam suave? Unde tota ipsis angelicæ Salutationis series, cuius singula verba, velut cujusdam divinæ epistolæ per angelum allatae, sed Spiritu sancto dictante, oracula sunt divina? Unde ipsis responsio Virginis, et ipsis angelii, qualiter quæ dicta erant ab eo, fieri deberent instructio, et conceptus Elisabeth, tam prænuntiatio angelica sancta ad Zachariam, quam annuntiatio edita ad Mariam? Unde Mariae ascensio ad montana et ad salutationem ejus propheticum Elisabeth respondsum et ipsis Mariae canticum, non magis propheticum quam profundum? Unde tandem Domini nostri stupenda et veneranda ipsisque cœlestibus miranda nativitas, pannorum involutio, reclinatio in praesepium, angustia diversorii, angelica apparitio ad pastores, evangelizatio magni gaudii, quod foret omni populo, hymni angelici decantatio gloriosa? Hæc omnia Maria conservans et conferens in corde suo portam se clausam usque ad octavum Circumcisionis diem mundo exhibuit, quæ jam Spiritu sancto reserata Filio Dei patuerat, et non soli Gabrieli, sed etiam multitudini cœlestis exercitus patetfacta luce clarius resplendebat: hæc etiam octavo Filii sui die mundo cœpit sensim aperiri, ne, si subito totam se aperiret, oculis minus sanis non tam lucem fulgore quam exortatem inferret. — Ibid.

Porta patens pastoribus ad Salvatorem mundi accedentibus. — Ibid.

Porta prima et suprema portarum civitatis Dei: primum ordine, dignitate supra; ab ipsa siquidem cæteræ portæ habuerunt initium, in ipsa obtinent fulcimentum, per ipsam recipiunt complementum; ipsa quidem in eminentiori parte civitatis sita, alii ministrat lucem gloriæ, dignitatem confert, efficit consummationem; ex ipsa namque sacramenta nobis omnia profluxerunt, gratiarum omnium charismata, et exempla virtutum non minus delectabiliter quam mirabiliter effluxerunt. — Ibid.

Porta, qua nihil gloriosius in tota civitate Domini apparet, præter eum qui ipsis portæ et civitatis fundamentum est et fundator, initium et finis, conditor et dominator. — Ibid.

Porta Salvatori mundi mundum intranti. — Ibid.

Porta cœli. — Adam de Persenia in *Mariali frag. 3.*

Porta paradisi. — Idem, serm. in, *Assumpt. B. V. M.*

Porta orientalis clausa solique Principi in ingressu sanctorum pervia. — Petrus Cellensis, serm. 5 in *Annunt.*

Porta orientalis per quam solus Princeps ingressus est. — Idem, serm. 6 *de Adventu.*

Porta per quam Christus ingressus est mundum ad nostram redemptionem. — Idem, serm. I *de Assumptione B. V. M.*

Porta orientalis Ezechielis. — Philippus abbas, tom. I *Moralitatum in Cant. cantor.*

Porta clausa non propter solam pudicitiam, sed propter perfectam sanetitatis et justitiae custodiam, et propter carentiam omnis offensionis, qua ita eustoditum est corpus ejus, et cor ejus omni custodia, ut ex nulla inquam parte intrare potuerit in eam peccati mænula a tempore primæ sanctificationis. — Helinandus Cisterciensis serm. i *De Assumpt. B. M.*

Porta in domo Domini clausa, Ezech. xliv. — [In]nocentius Papa III, serm. 2 *in Nativit. Domini.*

Porta filiæ multitudinis, quia multitudo fidelium per eam intrabit cœli palatium. — Honorius Augustod. *in sigillo B. M.*

Porta, per quam clausam Rex cœlorum ad nos intravit in mundum. — Ibid.

Porta Ezechielis-clausa. — Absalon abbas, serm. 5 *de adventu Domini.*

Porta cœlestis. — Theodorus Lascaris imperator in *Can. ad sanctiss. Deiparam.*

Porta, per quam nulli patuit via. — Ibid.

Porta anguli, Jerem. xxxi : duo enim parietes e diverso venientes faciunt angulum; valde enim e diverso veniebant virginitas et maternitas, si quis attendat naturam, sed per Dei gratiam ipsam concurrentes unitæ sunt, et in oœursum virginitatis et maternitatis ipsa facta est porta anguli, et janua paradisi; per quam portam ille ingressus est regionem nostram, qui angulus duorum populorum; et sicut ubi porta in angulo est, non toti concurrerunt parietes, sed partes parietum, sic in Maria non totæ concurrerunt virginitas et maternitas, quia quasi pars virginitatis est sterilitas, quasi pars maternitatis corruptio, que non concurrerunt in virgine nostra, sed de virginitate integritas, de maternitate fecunditas, quia optimam partem elegit. Lue. x. — Rich. a S. Laur. *De laud. V. lib. ii.*

Porta aquarum II Esdr. iii, propter abundantiam gratiarum et donorum, vel propter multitudinem lacrymarum Filio paciente. — Idem, *De laud. Virg. lib. x.*

Porta clausa Ezech. xliv, quia clausa fuit semper peccato cogitationis, peccato locutionis, peccato operationis, et hoc est, quod sub appellatione civitatis Jerusalem dicit de ea Apocalypsi xxi: « Non intrabit in eam aliquid coquinatum » per consensum in cogitatione, et faciens abominationem in operatione et mendacium in locutione. — Idem, *De laud. Virg. lib. iii.*

Porta clausa occasionibus peccatorum. Ezech. xliv. Ideo sicut dicitur: Nam primo non adjicet, ut pertranseat per eam Belial, sed universus interficiat; quia ipsa contrivit caput serpentis, Gen. iii, id est, etiam initium tentationis. — Idem, *De laud. Virg. lib. i.*

Porta clausa Principi, id est, ad honorem principis, id est, Christi, cui clausa dieitur, quia ad hoc ut solus sederet in ea, sicut dicitur Ezechiel

xliv, omnibus aliis clausa fuit. — Idem, *De laude Virg. lib. x.*

Porta clausa principi, id est, peccato, quod principatur in quibusdam contra quod Apostolus ad Rom. vi: « Non regnet peccatum in vestro mortali corpore. » — Ibid.

Porta-clausa principi, Christo intranti scilicet, et exenti, sicut radius solis iurat et exit per vitrum, sine sni et vitri corruptione. — Ibid.

Porta cœli, qua cœli Rex venit in mundum, de qua Gen. xxviii: « Terribilis est locus iste, vere non est hic aliud, nisi dominus Dei, et porta cœli. » — Ibid.

Porta, de qua dieitur Ezech. lxiv: « Porta atrii inferioris quæ respicit ad Orientem, erit clausa sex diebus, in quibus opus fit, die autem Sabbati aperietur, » qua Maria clausa fuit ad humanam peccandi consuetudinem, aperta vero ad introduceendos nos in requiem et pacem pectoris in præsenti, et in futuro in aeternam requiem et in illam pacem quæ est semper duratura. — Ibid.

Porta Ecclesiæ, quia nisi per illam non intrant fideles ad vitam. — Idem, *De laud. Virg. lib. v.*

Porta equorum, II Paralip. xxii, ob prædicacionem et doctrinam, quam docuit apostolos, qui fuerunt equi Domini; unde Habac. iii: « Viam fecisti in mari equis tuis, » id est, in mundo. — Idem, *De laud. Virg. lib. x.*

Porta Ezechielis, clausa principi, quia nullis patuit temptationibus diaboli, qui dieitur princeps mundi. Joan. xiv. — Ibid.

Porta Ezechielis, in qua princeps ipse, id est Deus, sedit, et non aliis, per assumptæ carnis humilitatem; sicut enim qui sedet, in parte prostratus est, et in parte erectus, sic Dei Filius in natura humana prostratus, in divina fuit erectus. — Ibid.

Porta fontis, II Esdr. iii, ob virginitatem, vel quia ipsa est fons signatus, vel quia fidelibus et puris maxime patet. — Ibid.

Porta gregis, II Esdr. iii, propter innocentiam, vel quia innocentibus præcipue patet. — Ibid.

Porta Jerusalem civitatis supernæ, de qua dieit Ezechiel. xliv: « Converti me ad viam portæ sanctuarii exterioris, que respiciebat ad Orientem, et erat clausa, et dixit Dominus ad me: Porta hæc clausa erit et non aperietur, et vir non transibit per eam, quoniam Dominus Deus Israel ingressus est per eam, eritque clausa principi. » — Ibid.

Porta lucis, quia per eam egredimur a tenebris culpæ, poenæ et totius miseriae, et ingredimur ad lucem, quæ Christus est, et ad lucem gratiæ virtutum et meritorum et beatitudinis æternæ. — Ibid.

Porta luei, quia per eam verus Sol justitiae totam illustravit et illustrat Ecclesiam et fidem animam

radiis gratiarum, unde dicitur et porta lucis fui-
giula. — Rich. a S. Laur. *De laud. V.* lib. ii.

Porta orientalis, quia per eam ingressus est
in mundum verus Oriens, id est, Christus, et per
eam oritur in nobis gratia, et patet accessus ad
verum Orientem, qui ortus est ex ea, ipsa etiam
principium ortus nostri ad vitam. — Ibid.

Porta piscium, II Paralip. xxxiii, quia ipsa
recipit eos, qui tunduntur, et impugnantur fluctu-
bus persecutionum. — Ibid.

Porta quæ nunquam clauditur usque ad vespe-
ram: Ezech. xlvi, quia usque ad finem vitæ nostræ
semper possumus invenire misericordiam apud
Matrem misericordiæ, et usque ad finem mundi,
unde dicit Eccli. xxiv: « Usque ad futurum sæculum
non desinam, » scilicet misereri miseris, et pro pec-
catoribus advocare. — Ibid.

Porta Samariæ, id est, Ecclesiæ, enjus meritis,
precibus et exemplis intramus in Ecclesiam non
solum numero, sed merito. — Id. *De laud. Virg.*
lib. xv.

Porta sanctuarii exterioris, id est, Ecclesiæ
militantis, per quam Christos intravit in mundum,
et per quam Deus ad nos, et nos accessum habe-
mus ad Deum; nam antequam Maria fieret porta,
erat quasi murus continuus, dividens inter nos et
Deum, et ideo pauca aut nulla celebrabantur
commercialia angelorum et hominum; facta autem
hac porta factum est admirabile commercium, et
deinceps terrena cœlestibus sociata. — Idem, *De
laud. Virg.* lib. xix.

Porta sterquilinii, II Esdr. iii, ob paupertatem,
quia beata Virgo rejecit a se, quidquid in mundo
videbatur pretiosum, et omnia putavit ut stercora,
ut lucifacret Christum; vel quia etiam fœtentes
peccatores admittit, si ipsos inveniat poenitentes. —
Ibid.

Porta templi, quæ dicebatur *Speciosa*, Act. iii,
ad quam debemus sedere et mendicare exemplo
illius claudi, quem sanavit ibi Petrus dicens ei:
« In nomine Jesu Christi Nazareni, surge et ani-
bulas: » haec enim duo summe sunt nobis necessaria,
scilicet surgere a peccato, et ambulare de virtute
in virtutem, passibus fiduci, et bonorum operum,
qui claudicavimus a semitis nostris. — Ibid.

Porta vallis, II Esdr. iii, ob humilitatem, vel
quia humiles in paradisum introducit. — Ibid.

Porta vetus, II Esdr. iii, ob charitatem, quæ est
vetus mandatum, I Joan. i. — Ibid.

Porta clausa, de qua Ezech. xliv: « Porta haec
clausa erit in æternum. » — D. Anton. de Padua,
Serm. in Dom. 1 post Epiph.

Porta clausa principi, id est, ad honorem prin-
cipis, scilicet Filii Dei. — Ibid.

Porta clausa, quia virgo ante partum, virgo in
partu et virgo post partum. — Ibid.

Porta Ezechieli, in qua solus princeps Christus
sedit per assumptam carnis humanitatem. — Idem
Serm. in Domin. 3 post Trinitatem.

Porta Ezechieli, principi hujus mundi, id est
diabolo, clausa, quia nulli tentationi ipsius mens
ejus patuit. — Ibid.

Porta in qua David, id est Christus, Rex regum,
surgens de sinu Patris, sedit, carnem ex ipsa assu-
mende. — Ibid.

Porta apertoris nescia. — D. Bonavent. in
Laud. B. V. M.

Porta clausa. — Idem in *Psalterio minori B.
Virg.*, quinquagena 2.

Porta libertatis. — Idem in *Psalterio minori*,
quinquagena 1.

Porta pervia paradisi. — Idem in *Litaniis Psalterii B. V.*

Porta vitæ. — Idem in *Psalter. B. V.*

Porta cœli, per quam exivit quidquid unquam
gratiæ creatum vel increatum in hunc mundum
venit; omnium enim honorum mater est, et mater
gratiæ, et mater misericordiæ, et etiam ipsa Sapientia
increata tanquam aquæductus exivit ab ipsa,
et venit in mundum. — Albert. Magn. super
Missus est, cap. 485.

Porta cœli, per quam omne genns hominum ad
summam familiaritatem Dei Patris introductum
est. — Idem super *Missus est*, cap. 9.

Porta cœli, quæ egredientem exportavit, et
ingressuros importat. — Idem super *Missus est*,
cap. 485.

Porta homines portando. — Ibid.

Porta illuminationis omnis creaturæ. — Idem in
Biblia Mariæ super Ezechielem prophetam.

Porta omnibus intrare volentibus pervia. —
Idem super *Missus est*, capite 485.

Porta orientalis domus Domini, per quam toti
mundo lux assulit. — Idem in *Biblia Mariæ* super
Ezechielem prophetam.

Porta orientalis, per quam iugressus est ille,
enī nomen Oriens. — Idem in *Postillis* super cap. x
Luc.

Porta patens per misericordiam peccatori. —
Idem in *Biblia Mariæ* super Ezechielem prophetam.

Porta, per quam intravit quidquid unquam boni
de cœlis in terram descendit, et e converso. —
Idem super *Missus est*, cap. 485.

Porta, quæ principem et imitatores suos
introducit, indignis clausa. — Id. super *Missus est*,
cap. 74.

Porta regni, et nostræ unctionis in regnum.
— Idem in *Biblia Mariæ* super lib. Genesis.

Porta speciosa templi ecclesiastici, juxta quam
vestibulum est uteri, in qua summus Rex et
Sacerdos sacris est indutus; in quibus pro nobis
immolatus ad Deum accedat. — Idem in *Postillis* super cap. ii Lnc.

Porta templi Speciosa, que Filio Dei exenti
per ipsam, fuit clausa. — Id. super *Missus est*,
cap. 485.

Porta cœlestis. — Jacob. de Voragine in *Ma-
riali*, serm. 6, P.

Porta cœli: sicut enim per portam intus inferimus et extra efferimus, sic et ipsa per merita sua nos portat ad cœlum et ad nos reportat dona gratiarum. — Ibid.

Porta felix, quia per ipsam ad felicitatem æternam intramus. — Ibid.

Porta regia semper clausa, per quam rex Christus intravit et exivit, firmatam munivit, ipse seusus velut pariete quodam protexit, ipsius virtute implicitas maculas hæc porta dissolvit: ipso adjuvante conjecta tela dispulit et rejecit. — Jacobus monach. in *Mariali*, orat. 6.

Porta Ezechielis ob virginitatem clausa. — Aëgidius Columna *Expositione in Salutat. Angelicam.*

Porta paradisi. — Ibid.

Porta, de qua Dominus ad Ezechielem cap. XLIV: « Porta hæc clausa erit, et non aperietur: » aperta quidem fuit Domino, sed non viro, sicut ibidem ad ipsum dicitur: « Vir non transivit per eam, quoniam Dominus Deus Israel ingressus est per eam, » aperietur autem Domino non virginis integritas corporis, quia sicut Ezechiel post predicta subdidit, hæc clausa erit ipsi etiam principi, sed aperietur porta auris, et porta cordis, quia videlicet intravit per aurem Virginis Verbum incarnandum. — Alanus de Insul. in cap. v *Cantic.*

Porta salutis. — Idem in *Anticlaud.* lib. v.

Porta, per quam nullus transiit, et per quam solus ille potens transiens portas ac vectes inferni confregit. — Jac. monach. *Orat. de nat. B. V.*

Porta clausa, de qua Ezechiel dixit: « Porta hæc clausa erit, et non aperietur, et nemo unquam transibit per eam, et erit clausa, quia hic ipse dux sedebit in ea ad comedendum panem. » — Matthæns Cantacuzenus in cap. v *Cantic. cantor.*

Porta, quam per Gabrielem vox unigeniti Filii Dei pulsavit. — Ibid.

Porta Domini, per quam ipse Dominus cœlorum ingressum constituit, et jauam in paradyso collocavit. — Ibid.

Porta impervia, per quam solus potentissimus ingressus, inferorum portas vectesque confringit, nosque tanquam validissimos eripiet. — Idem in *Mariali* orat. 2.

Porta spiritualis, per quam solum Dei Verbum ingrediens, sigillatum eo modo quo novit, conservavit. — Idem in *Mariali* orat. 3.

Porta, de qua Dominus dixit ad Ezechielem: « Porta hæc clausa erit, et nullus penitus pertransibit per eam; » hoc enim oraculo non solum Deus affirmavit purissimam illam generasse Virginem, virginemque semper mansisse, sed etiam humanis cogitationibus, quæ variis disquisitionibus et consilii sese torquent, imperviam fuisse, nullus prorsus per eam prohibitæ cogitationis sensus pertransivit; nulla naturalis necessitatis

voluptas, nulla naturæ legi permissa consuetudo, sed uni Deo et servata est, et consecrata, quia Dominus Deus Israel transivit per eam, et fuit clausa, ipse solus transivit per eam, ipse eam sigillavit, ipse sigilla illius munita conservavit, ipse cogitationum habendas rexit, ac moderatus est ipse mentem pudicitia firmatam. — Ibid.

Porta paradisi. — Jo. Taulerus in *Tractatu De decem cœcitatibus*, cap. 11.

Porta misericordiae, nulli unquam præclausa. — Henric. Suso in cap. 40 *Dialogi Sapientiae et ministri ejus.*

Porta respiciens ad orientem, quia mentis ejus intentio ad illum, de quo dicitur: « Ecce vir, Oriens nomen ejus, » semper erat intenta. — Ern. Prag. in *Mariali*, cap. 98.

Porta dignissima. — D. Birgitta in *Serm. angelico de excellentia Virg.* cap. 93.

Porta cœli cœlorum. — Barth. de Pisis lib. II, *De laud. Virg.*, fructu 2.

Porta qua Deus ad homines exivit. — Idem, lib. I *De laud. Virginis*, fructu 8.

Porta regis divinalis. — Idem, lib. I *De laude Virg.*, fructu 6.

Porta paradisi. — S. Vincent. Ferreius in *Serm. de Conceptione B. M. V.*

Porta clausa. — D. Laurent. Justinian. in libro *De casto connubio Verbi et animæ*, cap. 9.

Porta cœli. — Idem, *Serm. de Nat. S. M. V.*

Porta paradisi. — Idem, *De triumphali Christi Agone*, cap. 7.

Porta sanctuariorum, quæ clausa perhibetur, Ezeen. XLIV, per quam uniuime per materialem coitum transivit Joseph, quoniam universorum Dominus solus ingressus est per eam, ignorante sacramentum hoc tenebrarum principe. — Idem, in *Fasciculo amoris*, cap. 42.

Porta cœli, ad omnia magnalia Christi animas sibi devotas admiranda gratia inducens. — D. Bernardinus Senensis, tom. II, *Sermo de laudib. virginitatis et 12 Domicellab. Matris Dei.*

Porta cœli, quia per eam alta et sacra cœli et Scripturarum sacramentorum mysteria reserantur. — Id. tom. I, serm. 61 qui est *De superadmirabili gratia et gloria B. V. M. Dei.*

Porta cœli, ut dicitur Genes. xxviii. — Idem, tom. III, serm. 4 *De glorioso nomine Maria.*

Porta soli principi servata, quam princeps non violavit egrediens, sicut nec etiam ingrediens, sicut mystice ponitur Ezech. xliv. — Idem, tom. I, serm. 42.

Porta clausa, quia a nullo violata. — D. Antoninus in *Summa*, part. iv, tit. 15, cap. 45.

Porta cœlestis, quia ipsa Sapientia increata Dei Filius tanquam aquæ ductus intravit, et exivit per eam vestitus carne nostra. — Idem in *Summa*, part. iv, tit. 15, cap. 20.

Porta cœli felix, quia omnes importat in cœlos per benedictum Filium suum. — Ibid.

Porta cœli felix, per quam bona spiritualia de cœlo nobis exportantur, et homines in cœlum importantur. — Idem in *Summa*, part. iv, tit. 15, cap. 15.

Porta cœli, per quam exivit de cœlis ad nos, quidquid unquam gratiæ creatum venit in mundum. — Idem in *Summa*, part. iv, tit. 15, cap. 20, quod est *De gratia privilegiorum singularium B. M. V.*

Porta cœli, per quam intravit quidquid boni, id est, omnis qui de terris intravit in cœlum, ut sancti omnes. — Ibid.

Porta cœli, quia per ejus suffragium, et vitæ exemplum nos importat in cœlum. — Ibid.

Porta Ezechieli clausa. Ezech. xlvi. — Ibid.

Porta in templo Ecclesiæ. — Ibid.

Porta orientalis, per quam ingressa est gloria Domini. Ezech. xlvi. — Idem in *Summa*, part. iv, tit. 15, cap. 10, quod est *De missione Spiritus sancti ad M. V.*

Porta misericordiæ. — Dion. Carthusian. lib. iii, *De laud. Virg.*, art. 21.

Porta piissima omnibus patens et aperta, per quam omnes habemus accessum ad Salvatorem judicem nostrum. — Idem, in *Cant.*, art. 27.

Porta salutis et cœli scala: sane non est, nec fait aliquando sub cœli gyro tam immundus, tam sceleratus, tam desperatus, si eorū suum ad Mariam mellitissimam mulierem convertit, quin de illa dulcedinem et virtutem exire, qua perfectam salutem consequatur, sentiat:

Nemo caret venia, cui dulcis in ore Maria.
— Arnold. Bostius, cap. 4, § 4, lib. *De Patron. et Patrocin. Deip. Virg. in sibi dicatum Carmeli ord.*

Porta clausa Ezechieli nunquam per peccatum aperta. — Bernardin. de Busto in suo *Mariali* serm. 6, *De Concept. B. M.*

Porta cœlestis civitatis. — Idem, serm. 4 *De Assimilat. B. M. V.*

Porta cœlestis, quia nobis cœlum aperuit. — Idem, serm. 5, *De nominatione Marie.*

Porta cœli, quia per merita sua nos portat ad cœlum. — Ibid.

Porta felix, quia per ipsam ad felicitatem æternam intramus. — Ibid.

Porta paradisi. — Ibid.

Porta regia. — Ibid.

Porta humanæ salutis, per quam nobis, si fuerimus in ejus obsequio sednō devoti, pœnitentibus indulgentia miserationis Christi impetratur. — Jo. Trith. *De Mirac. B. V. prope Dittelb.* lib. 1, cap. 16.

Porta civitatis paradisi. — Maurit. de Villa Probata serm. 30 *Corona novæ B. M.*

Porta clausa in æternum ob perpetuam virginitatem. — Ibid. serm. 25.

Porta cœli. — Ibid.

Porta felix, quia per eam ad felicitatem ater-

nam intramus. — Idem, serm. 4 *Corona novæ B. M.*

Porta regia respectu Christi. — Ibid.

Porta Ezechieli ter clausa, scilicet ante partum, in partu, et post partum virgo. — Petrus Gelat. lib. vii, *De arcans*, cap. 14.

Porta cœli, nos redeentes in multitudine misericordiæ, gratiæ et gloriæ largitate suo modo cum tota Trinitate suscipiens. — Joan. Picus, libro iii, *in Cantie.*, cap. 14.

Porta, per quam mundum ingressus, qui mundi Dominus est. — Ibid.

Porta orientalis clausa, per quam solus intrat et egreditur princeps. — S. Thom. de Villa Nova in cone. 1 *De Assumpt. B. M. V.*

Porta clausa, quam vidit Ezechiel. — Ludov. Blosius in *Endologia 3 ad B. V.*

Porta orientalis inviolata, per quam speciosus forma præ filiis hominum ad nos venit. — Ibid.

Portaria cœli, quia per sua merita nos portat ad cœlum, et ad nos reportat dona gratiarum. — Maurit. de Villa Probata, serm. 4 *Corona novæ B. M.*

Portatrix sui et omnium Creatoris. — Ambrosius Ansbert. *Hom. in festo Purific. B. Virg.*

Portatrix infirmarum animarum: portavit enim Filium Dei pro nobis in utero sanctitatis, ut nos portat in utero miserationis. Deuteronomii cap. 1, — Albert. Magn. in *Biblia Mariæ super lib. Deuteronomii*.

Portatrix ignis. — D. Catharina Senensis in nūsuarum orationum, quam orationem habuit Romæ in die Annuntiat. B. V. anno 1579.

Portatrix Christi. — D. Antoninus in *Summa*, part. iv, tit. 15, cap. 55.

Potentum gloriosum cunctis sæculis admirandum. — S. Thom. de Villa nova, serm. 2, *De Annunt. B. M. V.*

Porticus templi Salomonis II Reg. vi: sicut enim ingredientibus templum patebat jugiter hæc porticus, et per illam intrabatur in templum, et primus occurrebat: sic Mariæ misericordia semper patet existentibus in hac vita, et per illam intratur in Ecclesiam militantem merito, et in triumphantem præmio, et prima omnium sanctorum occurrit ad adjutorium nostrum, et ad suscipiendum in amplexu pietatis, ad Filium suum per poenitentiam revertentes. — Rich. a S. Laur. *De laud. Virg.* lib. x.

Portinaria Dei, nos introducens ad Christum — Jacob. de Voragine in *Mariali*, serm. 6 P.

Portinaria Dei, thesaurum nobis aperiens, et nos in cœleste palatium introducens. — Ibid.

Portinaria Dei, thesaurum Dei nobis aperiens, et nos in cœleste palatium introducens. — Bernardin. de Busto serm. 3 *De Nominat. Mariæ.*

Portinaria paradisi. — Idem in *Mariali* serm. 2 *De Coronat. B. M. V.*

Portio, quæ indissolubiliter et indivise junxit

Dominus humanitatem. — S. Andr. Cret. orat. 3 *De Dormit. B. M. V.*

Portio Christi. — Guerrieus abbas, serm. 4 *De Assumpt. B. M. V.*

Portio Christianæ plebis sola expetenda. — Gui-
bertus abbas in *Rhythm. ad B. M. V.*

Portio maxima et optimata totius Ecclesiae, pro felicitate uteri propitiæ. — *Rupert. abbas, lib. viii Commentariorum in Apocalypsin.*

Portio Domini antonomastice. — Albert. Magnus in *Biblia Mariæ super librum Ecclesiastici.*

Portio dignior et sanctior utriusque Ecclesiae, scilicet Ecclesiae fidelium Veteris Testamenti, et Ecclesiae Novi Testamenti. — Ern. Prag. in *Mariali, cap. 445.*

PORTUS naufragantium tutissimus. — S. Ephr. in *Sermone de laud. B. M. V.*

Portus noster. — Ibid.

Portus tranquillissimus. — Ibid.

Portus tutissimus in hac vita navigantium. — Ibid.

Portus in fluctibus laborantium. — S. Sabbas in *Menais Græcorum die 28 Januarii.*

Portus eorum, qui ad illam confugunt. — Euthy-
chianus in *Vita S. Theophili apud Surium tomo I,* die 4 Februarii.

Portus vitae naturarum. — S. Andreas Cretensis orat. 2 in *Annuntiat.*

Portus tempestate jactatorum. — Idem in *magn. Can.*

Portus noster. — Anonymus in *Menais Græco-
rum, die 2 Aprilis.*

Portus naufragantium. — S. German. orat. 2 in *Dormit. B. M. V.*

Portus tempestate jactatorum. — Ibid.

Portus Christianorum. — S. Joan. Damasc. in *Canone de SS. Trinitate.*

Portus eorum qui gravibus turbantur procellis. — Idem in *Paraccl. B. M. V.*

*Portus noster, dum gravibus passionum procel-
lis in pelago vite assidue immaniter jactamus.* — Ibid.

*Portus noster placidus ex peccatorum tempesta-
tibus.* — Ibid.

*Portus periclitantibus in æstu tentationum, pas-
sionum nostrarum fluctus tranquillans.* — Ibid.

*Portus salutaris illis, qui in vita pelago versan-
tur.* — Ibid.

Portus salutis. — Ibid.

Portus serenus. — Idem in *Menais Græcorum,* die 27 Januarii.

Portus tempestate jactatis. — Idem, orat. 4 *De Assumpt. B. M. V.*

*Portus ad eam cum fide recurrentibus perturba-
tionum procella liberans eos* — S. Joann. Damasc. in *Octoech. Græcorum.*

Portus animarum nostrarum. — Idem, *Can. in S. Simeonem Styli.*

Portus generis hominum. — Idem in *Octoech. Græ-
corum.*

Portus salutis omnibus a Deo datus. — Idem, *Can.
in Nativit. B. V.*

Portus tranquillissimus. — Id. in *Can. SS. Dei-
paræ.*

Portus tranquillus eorum qui tempestatis jactantur. — Idem in *Paraccl. B. V.*

Portus tranquillus ipsam laudantium. — Ibid.

*Portus tranquillus, quem Salvator Dominus et
Creator ex impolluto utero ejus, corpore assumpto,
constituit omnibus in tempestate versantibus. Unde
omnes, qui passionum procellis jactantur, et dolorum
ventis perecelluntur, ad eam confugunt, deprecantes,
ut refrigerii ac pacis participes efficiantur.* — Ibid.

Portus noster. — Theophanes Nicænus in *Me-
nais Græcorum, die 20 Januarii.*

*Portus a tempestate temptationum, nobis graviter
periclitantibus passionum nostrarum fluctus miti-
gans et peccatorum nostrorum pelagum desiccans.*

— S. Joseph. *Hymnograph. in Mariali.*

Portus eorum qui tempestate jactantur. — Ibid.

*Portus in pelago adversitatum fluctuantibus,
quæ universam hominum naturam naufragium pas-
sam partu suo salvavit.* — Ibid.

Portus nobis in mari versantibus. — Ibid.

*Portus noster, dirigens nos ad quietam statio-
nem salutis, dum agitatur marinis fluctibus vitaे.* — Ibid.

*Portus noster, nobis gravissimis passionum pro-
cellis sine intermissione semper jactatis, in mari
vitaे hujus.* — Ibid.

*Portus salutaris universis passionum tempesta-
tes fluctusque sedans et serenans, atque omnes qui
in terra sunt miserabiles ad pœnitentiaē tranquil-
litateē perducens.* — Ibid.

*Portus Christianorum, nos multis periculis cir-
cumdatos, et peccatorum tempestate periculosissi-
mæ jactatos, dirigens Spiritus sancti aura ad pa-
catissimam stationem.* — Ibid.

Portus timentium naufragium. — Jo. Geometra in *B. M. V. Hymn. 4.*

*Portus unicus fidelium, omnes vexationibus et
injuriis inimici dæmonis seu tempestate jactatos
quieti et saluti restituens.* — Theoleptus in *Canone
sive Cantico compunctionis.*

Portus ad naufragos. — Petrus Cellensis serm.
6 de Adventu.

Portus in naufragio. — Adam de Pers. in *Mariali;*
fragm. 2.

Portus noster. — Idem in *Serm. de Assumpt. B.
V. M.*

*Portus totius misericordie mundo naufragium
patienti.* — Ibid.

Portus noster in tempestatis. — Theodor.
Lasc. imperator in *Proœm. B. M. V.*

Portus orthodoxorum. — Idem in *Can. ad S.
Deivaram.*

Portus salutaris. — Theodor. Lasc. imperat. in *Can. ad S. Deiparam.*

Portus tranquillus animarum nostrarum. — Ibid.

Portus, a quo iter navigantium inchoat, quia fidem Dominicæ incarnationis, cuius Maria fuit ministra, inchoatur iter Christiani versus cœlestem Jerusalem, inde enim est motio veniendi ad Deum. — Rich. a S. Laur. *De laud. V. lib. n.*

Portus, dictus a deportandis commerciis, veniens enim Dei Filius salvare mundum apportavit secum ad Mariæ portum quidquid erat nobis necessarium. — Ibid.

Portus, quia, si portus a mari corroditur, Mariæ detrahunt Judæi, pagani, hæretici et blasphemii qui pleni sunt amaritudinibus vitiorum. — Ibid.

Portus salutis, ubi figenda est anchora nostræ speci, ut navis mentis nostræ contra pericula maris, id est mundi, firmiter teneatur; Dominus enim per eam illos retinuit, qui, antequam ipsa nasceretur, in æternas amaritudines descendebant, velut in profundum maris. — Ibid.

Portus indulgentiæ. — D. Bonavent. in *Psalterio B. V. M.*

Portus naufragantium. — Idem in *Canticis Psalmi B. V. M.*

Portus vitae miseris. — Idem in *Laud. B. M. V.*

Portus nostræ salutis a Deo factus. — Jacob. monachus, *Orat. de Nativit. B. M. V.*

Portus salutaris a Deo factus. — Idem in *Mariali orat. 2.*

Portus, ad quem tantocius currere debent, qui vere divites esse cupiunt. — Ern. Prag. in *Mariali cap. 22.*

Portus voluptatis et copiositatis, ubi nullius boni penuria est, ad quem confluunt omnes merces, omnes divitiae mundi hujus: omnes nimurum, qui pericula mundi hujus evadunt, omnem gloriam suam, et omnes merces suas afferunt ad hunc portum. — Ibid.

Portus nobis spes nostras in eam pie collocantibus. — Emmanuel. Pal. imp. in *Can. ad SS. Deip.*

Portus naufragantium. — Barthol. de Pisis lib. 1, *De laud. Virg., fructu 10.*

Portus, quia peccatores ad viam dicit salutis. — Ideva, *De laud. Virg., fructu 8.*

Portus naufraganti. — D. Laurent. Justin. libro *De casto connubio Verbi et animæ, cap. 9.*

Portus naufragantium. — Idem *De triumphali Christi agone, cap. 7.*

Portus naufragantium. — Guilielmus Vine. *Serm. de Concept. B. V. M.*

Portus communis et refugium omnium hominum et mater universalis omnium Christianorum, omnibus onnia se faciens, sinum misericordiae cunctis aperiens, ut de plenitudine ejus superficillissima recipient universi. — Arnold. Bostius cap. 4, § 2, lib. *De Patronatu ac Patrocinio Deip. Virg. in dicatum sibi Carm. Ord.*

Portus desiderabilis. — Bernardin. de Busto in *Mariali*, serm. *De coronat. B. M. V.*

Portus naufragantibus. — Idem, serm. 3 *De Nativit. B. M. V.*

Portus nonfragi sæculi. — Ludov. Blosius in *Endologia ad B. M. V.*

Portus, et tranquillitas diu desiderata, quando requiescam in te? quando sedebo in pacis hujus pulchritudine? Cur, o spatirositas dulcissima, cœlesti delectatione privas me? — Joan. a Jesu Maria, tom. II Oper. suor., tract. *De theol. myst.* pag. 61.

Possessio fructus incorrupti. — S. Andreas Cretensis, orat. 2 in *Annunt.*

Possessio, cuius dominus est virtutum Deus. — D. Hildeph. in lib. *De Virginit. S. M. V.*, cap. 2.

Possessio Dei. — Ibid.

Possessio Dei spatirosissima. — S. Joseph. Hymnograph. in *Mariali*.

Pest:ca felix totius exspectationis et desiderii et postulationis adventus boni Jesu, in qua omnia desideria sanctorum præcedentium consummari et terminari videntur. — Maurit. de Villa Probata serm. 27 *Coronæ novæ B. M.*

Potentatus nullius dominium passus, nimurum qui nullis affectibus succumbebat, sed puritate omnes supergressa erat. — S. Andr. Cretensis, orat. 3 *De Dorm. B. V.*

Potentia, quæ nequit labefactari, quatenus nequam vincebatur ab animi perturbationibus, ut quæ erat puritate omnibus superior. — S. Andreas Cretensis, orat. 3 *De Dormit. B. M. V.*

Potentia divinarum illuminationum immediate susceptiva, et omnium bonitatum veluti distributiva. — Albert. Magn. sup. *Missus est*, cap. 53.

Potestas in supernaturalium operatione. — Albert. Magn. in *Biblia Mariæ sup. lib. Apocal.*

Potestas consummata omnium creatorum. — D. Bernardin. Senensis tom. I, serm. 61, qui est *De supernaturali gratia et gloria B.M. V.*

Potestas consummata omnium creatorum. — Maurit. de Villa Probata serm. 25 *Coronæ novæ B. M.*

Potes. — D. Bernardin. serm. 3 super *Salve Regina.*

Portus sobrietate plenus. — Jacobus monachus in *Mariali*.

Præcentrix illius cantici novi, quod a virginibus cantatur ante sedem Dei et Agni. — Albert. Magn. serm. 4 in *Assumpt. B. M. V.*

Præcentrix lætitiae. — Jacob. monach. in *Mariali*, orat. 6.

Præcentrix in choris cœlestibus, quia sicut in cæteris gratis et gaudiis, ita et in Dei laudibus vocem ejus præcclere constat. — Ern. Prag. in *Marioli*, cap. 154.

Præcentrix in choro virginum, quæ quasi tympanistriæ concinunt, prout sibi fuerit imperatum. — Idem in *Mariali*, cap. 156.

Præceptum pudicitiae atque incorruptionis. —

D. Ephrem. in serm. sive tract. *De margarita pretiosa*.

PRAECONIUM apostolorum. — D. Ephrem. in Serm. *De laud. B. M. V.*

Praeconium Patrum. — Ibid.

Praeconium prophetarum. — Sergius relatus a Caenio libr. i *De Deipara* cap. 11, et a Coccio, tom. I, pag. 307, in orat. *de Nativit. B. M. V.*

Praeconium prophetarum honorificum. — S. Joseph. *Hymnograph. in Mariali.*

Praeconium venerandum sanctorum martyrum. — Ibid.

Praeconium apostolorum. — D. Bonav. in *Cantic. Psalmterii B. V.*

Praeconium angustum libertatis et honoris. — Jacobus monachus in *Mariali*, orat. 1.

PRAEDICATIO verissima impervestigabilium Dei præscientiarum ac decretorum. — S. Andr. Cretensis, *Orat. in Annunt. B. M. V.*

Praedicatio augusta. — S. Joseph. *Hymn. in Mariali.*

Praedicatio magna omnium prophetarum. — Ibid.

Praedicatio speciosa et veneranda prophetarum. — Ibid.

PRAE DIUM patens. — D. Ephrem. in Serm. *de laude B. M. V.*

Praedium æde beatius, ubi virtutis planta omni virore germinavit. — B. Jo. Damasc. orat. 4, *De Nativit.*

PRAELATA cœlorum elevata, non elata, subjecta regens æthera. — S. Joseph. Steinfeld. *Opusc. 4.*

Praelata hominum. — Albert. Magn. super *Missionis est*, cap. 491.

Praelata nostra. — D. Antonin. in *Summa part. iv*, tit. 15, cap. 44.

Praelata Deo, quia Mater Dei, licet subjecta Deo, in quantum creatura. — Maurit. de Villa Probata serm. 7 *Coronæ novæ B. M.*

PRAELATRIX victoriosa. — Bernardin. de Busto in *Mariali*, serm. 2 *De coronat. B. M. V.*

Praelatrix nostra contra omnes dæmones. — Maurit. de Villa Probata, serm. 7 *Coronæ novæ B. M.*

PREMIIUM salutis ac vitæ æternæ, simul et gloriæ, grandi opulentia magnam. — D. Ildephons. in lib. *De Virginitate S. M.* cap. 12 et ult.

Praemium coronæ universis certantibus repositum. — Helinand. Cisterciensis serm. *De Assumpt. B. M. V.*

Praemium beatificum sanctorum post Deum. — Jo. Mauburnus in *Rosario de Praconiis B. M. V.*, membro 8.

PREPARATIO Domini. — D. Epiphanius in Serm. *de laud. V.*

PRAESEPE. — D. Bernard. serm. 5 super *Salve Regina.*

PRESERVATIO Adam et Eva, et totius eorum posteritatis. Constat nempe quod ex propria transgressione Adam et Eva non solum mortis, sed

et annihilationis exterminium meruerunt, et divinae ultionis, quæ personarum acceptiōem ignorat, sicut nec culpam angelicam, sic nec etiam humānam dimisit impunem, sed propter præcipuam reverentiam et singularissimam dilectionem, quam habebat ad Virginem, præservavit, quia eam ab æterno super omnes creatureas Deo uniendas, quæ exstirpare erant, superexcessive dilexit. — D. Bernardin. Senensis tom. I, serm. 61.

Praeservatio generis humani. — Ibid.

Praeservatio humani generis. — Maurit. de Villa Probata, serm. 25 *Coronæ novæ B. M.*

PRAES vita nostræ. — D. Gregor. Nazianz. in *Tragœdia de Christo patiente.*

Praeses nostra, ratione sue sanctitatis ac puritatis eminentissimæ, modumque omnem superantantis naturæ. — S. Germ. Constantin. *Orat. in Annunt. B. V. M.*

Praeses nostra, a nobis beatificanda. — S. Jo. Damasc. in *Parac. B. M. V.*

Praeses totius vitæ nostræ. — Ibid.

Praeses Christianorum. — Joseph. *Hymnograph. in Mariali.*

Praeses omnibus ad eam accurrentibus. — Emmanuel Pal. imperator in *Can. ad S. Deiparam.*

PRAESIDENS suprema totius humani generis. — Jacob. monach. *Orat. de Nat. B. V. M.*

Praesidens quartæ hierarchiæ. — Bernardin. de Busto in *Mariali*, serm. 2 *de Coron. B. M. V.*

PRAESIDIUM firmum omnium Christianorum. — D. Ephrem. in *Orat. ad S. Deiparam.*

Praesidium unicum Christianorum. — S. Sabba in *Menevis Græcorum*, die 25 Februarii.

Praesidium fidelium universorum. — S. Andreas Cretensis, *Can. in Concept. B. V. M.*

Praesidium animarum nostrarum. — Anonymus in *Menevis Græcorum*, die 7 Aprilis.

Praesidium inconcepsum. — S. German. orat. 2 in *Dormit. B. M. V.*

Praesidium nostrum. — Idem, orat. 2 *in Praesentat. B. V. M.*

Praesidium fidelium omnium, qui in profundo malorum et tribulationum fluctuoso mari semper periclitantur. — S. Jo. Damasc. in *Parac. B. V.*

Praesidium inexpugnabile fidelium. — Ibid.

Praesidium inexpugnabile tribulatorum. — Ibid.

Praesidium miserabilis animæ nostræ. — Ibid.

Praesidium mundi. — Ibid.

Praesidium nostrum post Deum. — S. Joan. Dam. Octoech. *Græcorum.*

Praesidium nostrum inexpugnabile, nos ad Deum conducens et vitam nobis gloriaque præstans æternam. — Ibid.

Praesidium nostrum semper vigilans post Deum. — Ibid.

Praesidium omnium nostrum. — Ibid.

Praesidium stabile in tentationibus. — Ibid.

Praesidium totius vitæ nostræ. — Ibid.

Praesidium, undequaque hostes repellens, qui

gratis oppugnant, et perterrefaciunt, et vexant misericordiam nostram. — S. Joan. Dam. *Octoech. Græcorum.*

Præsidium unicum fidelium. — Ibid.

Præsidium universorum. — Ibid.

Præsidium nostrum singulare. — D. Theodor. Studites in Canone qui canebatur in erectione sanctar. imaginum.

Præsidium inexpugnabile Christianorum. — Theophan. Nicænus in *Menœis Græcorum*, die 9. Januarii.

Præsidium animarum nostrarum. — S. Joseph. Gymnographus in *Mariæli*.

Præsidium firmissimum Christianorum. — Ibid.

Præsidium formidabile eorum qui invocant eam. — Ibid.

Præsidium fortissimum in necessitatibus. — Ibid.

Præsidium inexpugnabile laudantium Deum. — Ibid.

Præsidium mundi. — Ibid.

Præsidium nostrum semper vigilantissimum. — Ibid.

Præsidium peccatorum. — Ibid.

Præsidium servorum suorum. — Ibid.

Præsidium tribulatorum, impensis precibus orans pro nobis, ut a periculis liberemur. — Ibid.

Præsidium tutissimum et ad propugnandum appossum. — Ibid.

Præsidium unicum generis humani. — Ibid.

Præsidium unicum lapsorum. — Ibid.

Præsidium unicum omnium fidelium. — Ibid.

Præsidium universorum. — Ibid.

Præsidium peccatorum. — Leo imperator in *Orat. de Assumpt. B. V. M.*

Præsidium urbanum mœnibus nostes areens, et moles conuentiens horrificas. — Joan. Geometra in *B. V. hymn. 4.*

Præsidium unicum fidelium. — Ibid.

Præsidium pugnæ singulis circumpositum. — Helinand. Cisterc. serm. *De Assumpt. B. M. V.*

Præsidium sine castellatum, contra timores inimicorum. — Albertus Magnus in *Postillissuper cap. x Lucæ.*

Præsidium singulare desperatorum. — Dionysius Carth. lib. ii, *De Prec. Mariæ*, art. 9.

Præsidium multitudinis Christianæ. — Jo. Thirth. lib. i, *De mirac. B. V. in Urticet.*, cap. 9.

Præsidium nostrum dulce. — Ludov. Blosius in *Endologia ad B. V.*

Præsidium terræ singulare. — Idem in *Endologia 2 ad B. V.*

Prævia virginum : exemplo enim illius aliae se offerunt in templum Regi Domino. — Albert. Magn. in *Postillis super cap. i Lucæ.*

Pratum fragrantissimum. — D. Greg. Thaumaturgus orat. i in *Annum. B. M. V.*

Pratum totius fragrantiae sancti Spiritus. — Chrysipp. in serm. *de S. Maria Deipara.*

Pratum, et pratorum maxime odoriferum, et varium, et incorruptione coronans eos, qui decer-

punt non vernis comatum floribus, qui specie habent delectationem, quæ facile marcescit, sed emitens gratiæ bonum odorem, profundit sensum, et mentem apud se longe suavissima demuleat auditione. — Georg. Nicomed. in *orat. de exitu S. Dei parentis, quando fuit oblata in templo.*

Pratum Deo consitum suavissimi odoris. — S. Jean. Damascen. in *Can. S. Deipara.*

Pratum manu divina consitum. — S. Jo. Damasc. in *Menœis Græcorum*, die 27 Januarii.

Pratum virginale. — D. Bernard. serm. *Ad milites Templi*, cap. 6.

Pratum odore suavi redolens. — Theodorus Lascaris imperator in *Can. ad S. Deiparam.*

Pratum salutare. — Ibid.

Pratum pulcherrimum. — Ibid. Thessalon. orat. *de Assumpt. B. M. V.*

Precatrix nostra coram Deo. — Albertus Magnus in *Biblia Mariæ super lib. Esther.*

Pretium omne superans munus. — Georg. Nicomed. in *Orat. de Exitu S. Dei parentis, quando fuit oblata in templo.*

Pretium pretiorum. — S. German. Constant orat. 2, in *Presentat. B. M. V.*

Pretium splendidum ac magnificum, a Deo pro Eva donatum. — S. Jo. Damasc. in *orat. 4 De Nativit. B. M. V.*

Prima quæ serrandæ virginitatis votum Deo omnipotenti vovit, quia ex quo homo factus est, ab initio sæculi nulla hoc votum obtulit; et quæ prima inter feminas constituit in corde suo, ut diceret: Domine, offero tibi virginitatem meam, cum a nullo homine, nec verbo didicisset, neque exemplo ad imitationem videlicet invitata constituisset, ut virgo pro amore Dei specialiter permaneret. — S. Bartholom. apostolus in *orat. ad Polymium regem apud Abdiam lib. viii Hist. Apostolor.*

Prima quæ secundati carnis virginitatem sponte prætulit. — Hugo de S. Victore lib. *De perpetua virginitate S. M. V.*

Prima, quæ votum virginitatis Deo sponso suo obtulit. — Idem lib. iv *De proprietat. et epithetis rerum cap. 2.*

Prima de primitiis pomorum Dei. — Rupert. abbas lib. iv *Commentar. in Canticum.*

Prima votens voti egregii, virginitatis gloriosum sanctimonii munus obtulit Deo. — Petrus Blesensis serm. i, in *Assumpt. B. V. M.*

Prima Ecclesiæ' primitivorum. — D. Amedæus hom. 7 *De laudib. Virg.*

Prima post Deum super omnes cœligenas in sede gloriæ collocata. — Ibid.

Prima post Redemptorem in mulieribus benedicta. — Idem hom. i *De laudib. Virg.*

Prima, quæ Deo devovit cœlibatum. — Albertus Magnus in *Postillis super cap. x Lucæ.*

Prima, quæ virginitatem Deo consecravit. — Idem super *Missus est*, cap. 53.

Prima inter primas summi Regis cohortes. — D. Antoninus in *Summa* part. iv, tit. 15, cap. 47. *Prima* omnium creaturarum Dei, quæ puræ creaturæ sunt. — Idem in *Summa* part. iv, tit. 15, cap. 14.

Prima, quæ votum virginitatis emisit, et semper servavit sine aliquo illicito motu. — Ibid. cap. 18, *quod est de gratia 7 donorum quæ fuit in B. M. V.*

PRIMARIA, quoad gloriæ magnitudinem et dignitatis celsitudinem, inter omnia inferiora corporalia, quæ sunt visibilia, aut inter omnia intellectualia, quæ sunt invisibilia, aut etiam inter illa cœlestia luminaria, quæ sunt quædam media, quia cum primis participat corporalitatem, cum aliis perpetuitatem. — D. Bernardin. Senensis, tom. III, serm. 1.

Primaria omnium, quoad gloriæ magnitudinem et dignitatis celsitudinem. — Bernardin. de Busto, serm. 6, *De nominat. Mariæ.*

Primaria quoad gloriæ magnitudinem et dignitatis celsitudinem inter omnia corporalia quæ sunt visibilia, et omnia intellectualia quæ sunt invisibilia. — Maur. de Villa Probata in serm. i *Coronæ novæ B. M.*

PRIMAS humani generis ab Architecto et Dominatore omnium Deo creata. — S. Saba in *Menæis Græcorum* die 1 Januarii.

PRIMICERIA voto seminarum virginum. — Joan. XLIV Episc. Hierosolymitanus in libro *De institutione primorum monachorum in lege veteri exortorum, et in nova perseverantium*, cap. 36.

Primiceria virginitatis sine corruptione secunda, sine gravamine gravida, sine dolore puerpera. — Idiota, *De beat. M. V.* part. xvi, contempl. 1.

Primiceria virginum. — D. Fulbertus Carnotensis serm. 3, *De Nativ. B. M. V.*

Primiceria virginitatis. — D. Bern. serm. 3 *De beat. Virg.* super illud Apocal. *Signum magnum.*

Primiceria virginum. — Petrus Bles, sermone 35.

Primiceria virginitatis quia prima novit virginitatem, et ideo prima, quia ante eam nulla. — Rich. a S. Laur. *De laude S. V. M.* lib. III.

Primiceria dominarum. — D. Bonavent. in *Psalterio B. M. V.*

Primiceria virginum. Prima enim suam virginitatem Deo consecravit. Ideo Psalmus de ipsa ait: « Adducentur Regi, » id est, Christo, « virgines post eam, » id est Reginam, quæ prima summo Regi dedicavit virginitatem. — D. Bernardin. Senensis, tom. I, serm. 52.

Primiceria in numero militantium pro Christo. — D. Antoninus in *Summa* part. iv, tit. 15, cap. 16.

Primiceria virginum omnium. — Idem in *Summa* part. iv, tit. 15, cap. 31.

Primiceria virginitatis. — Dion. Carthusian. lib. IV, *De prec. B. M. V.* art. 11.

Primiceria continentiae universalis. — Jo. Mauburnus in *Rosario De gloria V.*, membro 6.

SUMMA AUREA DE B. V. MARIA. X.

Primiceria virginum in Novo Testamento, sicut Elias et Elisæus in Veteri Testamento. — Baldwinus Leersius in *Collectaneo exemplorum et mirac.* cap. 1.

Primiceria virginum. — Bernard. de Busto, serm. 4 *De Assumpt. B. M. V.*

Primiceria virginitatis. — Maurit. de Villa Probatæ, serm. 31 *Coronæ novæ B. M.*

Primiceria virginum, quæ se totam Deo consecrans, virginitatis votum ei mente grata obtulit. — Ludov. Blosius in *Endologia 1 ad B. V.*

PRIMIGENIA virginum. — S. Anselm. Lucens. super Ave Maria.

PRIMIPILA virginitatis. — Idiota, in sua *Contemplatione de S. V. M.*

PRIMITIÆ muliebris puritatis in castitate: non enim plausibile est alii, præter Mariam, virginitatis primitias ascribere. — Origenes in cap. xiii Matthæi.

PRIMITIÆ communionis et conjunctionis omnium genitoris Dei cum suo figimento. — S. Andreas Cretensis, orat. 3 *De Dormit. B. V. M.*

PRIMITIÆ ex nobis sumptæ, quas Deo offerre Adam incepit ab ipso Virginis ortu. — Idem, orat. de Nativ. B. M. V.

PRIMITIÆ gaudii. — Idem, can. in *Concept. B. M. V.*

PRIMITIÆ generis humani. — Idem *Orat. de Nativ. B. M. V.*

PRIMITIÆ massæ Adam in Christo deitate donatæ. — Idem, orat. 1, *De Assumpt. B. M. V.*

PRIMITIÆ immortalitatis, quia mors instar fluminis ruens apud ipsam perdidit vires, partui ejus allisa. — Anonymus in *Menæis Græcorum* die 5 Maii.

PRIMITIÆ humanæ naturæ. — Georg. Nicomed. orat. 3, *De Præsentat. B. M. V.*

PRIMITIÆ nostri generis. — Ibid.

PRIMITIÆ nostræ massæ. — S. Damasc. orat. 5, *De Nativ. B. M. V.*

PRIMITIÆ sanctissimi generis humani. — Idem in orat. 4, *De Nativ. B. M. V.*

PRIMITIÆ salutis omnium. — Cosmas Vestitor, *Orat. in SS. Joachim et Annam Dei Genitricis parentes*

PRIMITIÆ revera pretiosissimarum rerum. — Leo imperator in *Orat. de præsentat. B. V.*

PRIMITIÆ mirandorum operum Christi. — D. Anselm. in *Hymn. 2 B. Dei Genitricis.*

PRIMITIÆ vitae beatæ. — Theodor. Laçcaris imperator in *Cant. ad S. Deiparam.*

PRIMITIÆ virginum. — D. Bonavent. in *Speculo B. M. V.* cap. 7.

PRIMITIÆ omnium. — Jacobus monachus in *Mariati*, orat. 6.

PRIMITIÆ muliebris naturæ. — Idem in *Mariati*, orat. 4.

PRIMITIVA omnium. — Bernardin. de Busto, serm. 6, *De nominat. Mariæ.*

Primitiva omnium intellectualium, quia omnium spirituum transcendit excellentiam. — Maurit. de Villa Probata in serm. 1 *Coronæ novæ B. M.*

Primitiva omnium coelestium luminarium, quia luci comparata invenitur prior. Sap. vii. — Ibid.

PRIMOGENITA, quæ rerum omnium conditarum Primogenitum, in quo omnia coagmentata sunt, peperit. — S. Jo. Damasc. orat. 4, *De Nativ. B. M. V.*

Primogenita ante omnem creaturam, non in tempore, sed in sanctitate ac dignitate. — S. Vincentius Ferrerius, serm. de *Concep. SS. V. M.*

Primogenita Filii sui, pro qua redimenda plus venit in mundum, quam pro omni alia creatura. — D. Bernardin. Sevensis, tom. I, serm. 61.

Primogenita Redemptoris Filii sui Jesu. — idem tom. II, serm. 15, qui est *De festivitatibus B. V. M. et maxime Conceptione, Nativitate et Annuntiatione.*

Primogenita ante omnem creaturam. — D. Antonius in *Summa*, part. iv, tit. 15, cap. 14.

PRINCEPS virginitatis. — D. Epiphanius. lib. iii, *Adversus hæreses*, hæres. 78.

Princeps omnium prudentissima ac sagacissima. — D. Ephræm in *Serm. de laud. B. V. M.*

Princeps intelligibilis reformationis. — S. Andreas Cretens. orat. 2 in *Anunt.*

Princeps nostra, ratione sive sanctitatis ac puritatis eminentissimæ, modumque omnem superant naturæ. — S. German. Orat. *In Annunt. B. V. M.*

Princeps a principatu, quia cœlorum Regina facta est in sua sanctissima Assumptione, et sola cum Deo principatum tenet in cœlo et in terra, et in omnibus abyssis. — Idiota, *De B. V. M. part. XIV*, contempl. 9.

Princeps a principio, quia Christo dedit principium essendi secundum naturam humanam quam assumpsit ex ea. — Ibid.

Princeps cœli et terræ. — Ibid.

Princeps Ecclesiæ, per quam princeps hujus mundi, id est diabolus, qui dicitur princeps, id est, principium captivitatis, ejicitur foras, scilicet a cordibus electorum; iste enim princeps primam mulierem captivavit, sed a Maria Principe captivatus est, quia scriptum est de ea, Gen. ii, « Contaret caput » ejus, quod non solum semel, sed quotidie etiam facit, quando ejus adjutorio diabolus expugnatur. — Ibid.

Princeps, id est, primum capiens, scilicet illum qui dicit Apoc. i : « Ego sum primus et novissimus. » — Ibid.

Princepsilla, de qua scribitur Isa. xxxii : « Princeps ea, quæ digna sunt Princepe, cogitat, » scilicet cogitationes pacis, et non afflictionis; unde sicut Filius ejus benedictus est Princeps regum terræ, sic etiam ipsa nominatur Princeps regum terræ, quia ad ejus principatum sanctissimum pertinent illi qui, ut regnent in cœlo, bene regnant

in terra, et bene regunt se et suos subditos.

— Ibid.

Princeps, quasi principium capiens, id est, illum, qui dicit Joan. viii : « Ego sum principium, qui et loquor vobis. » — Ibid.

Princeps, quia filia Principis, id est, Dei Patris. — Ibid.

Princeps, quia Mater Principis, scilicet Christi, qui dicitur Princeps regum terræ. — Apocal. i. — Ibid.

Princeps eloquii, mellifluique soni. — Joan. Geometr. in *B. V. M. hymn.*

Princeps superum terrigenumque. — Ibid.

Princeps inter chòros sanctorum virginum. — D. Fulbert. Carnotens. serm. 3 *De Na. B. V. M.*

Princeps mulierum. — Ibid.

Princeps super omnes creaturas post Deum. — Goffridus abbas, *Serm. in omni festivitate B. V. M.*

Princeps in omnibus agendis. — Rupert. abb. lib. i *Commentar. in Cantica cantor.*

Princeps cœlorum. — Petr. Bles. serm. 58.

Princeps angelorum. — Richard. a S. Laur. *De laud. B. V. M. lib. XII.*

Princeps a principatu, quia cœlorum facta est Regina in sua Assumptione, et sola cum Deo principatur in cœlo et in terra, in mari et in omnibus abyssis, unde et designatur per Israel, qui interpretatur Princeps cum Deo. — Idem, *De laud. B. M. V. lib. vi.*

Princeps a principio dicta, quia dedit Christo principium essendi secundum humanam naturam, quamassumpsit ex ea, unde dicit ei Christus, Job x : « Pelle et carnibus vestisti me. » — Ibid.

Princeps, a qua diabolus, qui primam mulierem captivavit, captivatus est, unde Gen. iii : « Contaret caput tuum, » quod non solum semel sed quotidie fit, eum a viris justis ipsius adjutorio diabolus expugnatur. — Ibid.

Princeps a tota Trinitate Ecclesiæ data, ut per eam princeps mundi, id est diabolus, qui dicitur princeps, id est, principium captivitatis, ejiceretur foras, scilicet a corporibus electorum. — Ibid.

Princeps, de qua dicitur Isa. xxxii : « Princeps ea, quæ digna sunt Princepe, cogitabit, » scilicet cogitationes pacis et non afflictionis. Jerem. xxxix. — Ibid.

Princeps designata multipliciter in Genesi per Sarah, quæ interpretatur Princeps. — Ibid.

Princeps quæ cum Filio, Apoc. i, potest dici congrue princeps regum terræ, quia ad ejus principatum pertinent illi, qui ut regnent in cœlo, bene regnant in terra, et bene regunt se et subditos suos. — Ibid.

Princeps quasi principium capiens, id est illum, qui dicit Joan. viii : « Ego principium, qui et loquor vobis ; » vel quasi primum capiens, id est,

illum, qui dicit Apoc. 1, et Isa. XLVIII : « Ego sum primus et novissimus. » — Ibid.

Princeps recta, quia et filia Principis, id est, Dei Patris, Cant. viii, et Mater Principis, id est, Christi, qui dicitur Princeps regum terræ Apoc. 1. — Ibid.

Princeps mundi et Regina. — S. Simon Stock in *Hymno de Deipara.*

Princeps seminarum. — D. Bonavent. in *Psalterio minori B. V. Quinquagena 2.*

Princeps regum et regnorum. — Idem in *Psalterio minori B. V. Quinquagena 4.*

Princeps in principum subjectione. — Albert. Magn. in *Biblia Mariæ super lib. Apocal.*

Princeps nobilissima. — Idem super *Missus est, cap. 5.*

Princeps omnium creaturarum, quantum ad defensionem, cohortationem et commissionem. — Idem in *Biblia Mariæ super librum Genes.*

Princeps Pharisæorum, qui divisi interpretantur; ipsa enim est princeps et domina fidelium, qui vita et moribus divisi sunt a populo diaboli; populus quippe diaboli superbus est, iracundus, invidus et acediosus, avarus, luxuriosus et gulosus. Et populus beatæ Virginis e diverso humilius est, mitis, benignus et religiosus, sufficiens etiam in his quæ a Deo habet, et castus et sobrius. — Id. *Serm. in Dom. 7 post Trinitat.*

Princeps provinciarum cœli et terræ. — Idem in *Biblia Mariæ super Lamentationes Jerem. proph.*

Princeps Sara, quæ panem vivum qui de cœlo descendit, ex tribus satis farinæ sub cineribus mortalitatis nostræ decoxit. Gen. xviii. — Idem in *Postillis super cap. x Lucæ.*

Princeps stellis coronata claritatem virtutis omnium sanctorum possidens. — Idem in *Postillis super cap. 1 Matthæi.*

Princeps totius Ecclesiæ. — Idem, *Serm. in Domini 17 post Trinitatem.*

Princeps non unius tantum gentis, sed totius mundi, ideo non Sarai sed Sara, id est, princeps simpliciter est nomen ejus. — Ern. Prag. in *Mariali cap. 1-6.*

Princeps principum dicens Prov. viii : « Per me principes imperant, » et siue spirituum, qui principatus appellantur, ministerium est suos subditos adjuvare, magnificare et defendere ab hostiis iniquorum oppressione injusta, ita et beata Virgo hæc eadem suis servulis fidelissime facere consuevit. — Ibid.

Princeps super diabolum. — D. Birgitta lib. 1 *Revelation. cap. 16.*

Princeps martyrum. — Dionys. Carthusian. lib. 2 *De prec. B. V. art. 11.*

Princeps Ecclesiæ Christi. — Bernardin. de Busto, serm. 1 *De Assimilat. B. M. V.*

Princeps maxima inter principatus. — Idem in *Mariali; serm. 5 De Coronat. B. M. V.*

Princeps mundi. — Idem serm. 2 *De Assumpt. B. M. V.*

Princeps martyrum. — Joan. Trith. lib. 1 *De mirac. B. M. V. in Urticeto, cap. 6.*

PRINCIPISSA principatum. — D. Antoniu. in *Summa part. v, tit. 1, cap. 44.*

Principissa cœlorum. — Dionys. Carthus. in cap. xxxi *Proverbiorum.*

Principissa cœli et terræ. — Fridericus Forneurus, lib. v, cap. ultimo *Palmae triumphalis.*

PRINCIPIU circumcisioñis spiritualis : per aurem enim intrans Christus in eam, universa cordis dissecurit vitia; vulnus mulieris, dum de virgine natus est, curavit. — D. Zeno in *Serm. de Circumcisione.*

Principiu festi, sive festivitatis nostræ. — S. Method. in *Hom. in festo Purificat. B. M. V.*

Principiu reparationis, sive resurrectionis mulieribus. — D. Gregor. Thaumaturg. orat. 2, in *Aununt. B. M. V.*

Principiu vitæ. — Cosmas Hierosolym. in *Menœ Græcorum die 1 Augusti.*

Principiu vitre indesinentis. — S. Jo. Damasc. orat. 3 *De Assumpt. B. M. V.*

Principiu beneficiorum Dei in genus humancum. — Idiota, *De B. V. M. part. ix, contempl. 8.*

Principiu ortus nostri ad vitam. — Idem *De B. M. V. part. xiv, contempl. 33.*

Principiu virginitatis. — Idem *De B. V. part. vi, contempl. 6.*

Principiu novæ creaturæ, quia novæ specialitatem professionis, scilicet virginitatis habuit, et novo gignendi genere Auctorem totius sanctæ novitatis exposuit. — Guibertus abbas in lib. *De laud. S. M. cap. 1.*

Principiu unicum in generis nostri reparatione. — Rich. a S. Vict. lib. 1 *De Emmanuele cap. 12.*

Principiu humanitatis Christi. — Petrus abbas Cellensis in libro *De panibus cap. 7.*

Principiu nostræ salutis. — Absal. abbas, serm. 1 *De Assumpt. B. M. V.*

Principiu vitæ. — Theodor. Lase. imper. in *Can. ad S. Deiparam.*

Principiu ortus nostri ad vitam. — Rich. a S. Laur. *De laud. V. lib. iv.*

Principiu Christi secundum humanitatem. — Ibid.

Principiu Christi. — Hugo Carensis in cap. xxiv *Ecclesiastici.*

Principiu seminarum secundum dignitatem. — Albert. Magn. super *Missus est, cap. 198.*

Principiu omnis gratiæ in nobis post Deum. — Idem in *Biblia Mariæ super lib. Genesis.*

Principiu vitæ increatæ. — Idem super *Missus est, cap. 193.*

Principiu novæ vitæ. — Jacob. de Voragine in *Mariali serm. 10. S.*

Principium omnium gratiarum. — Jacob. de Voragine in *Mariali* serm. 2, M.

Principium non solum materiale, sed activum conceptionis carnis Christi, unde ipsa præ omnibus mulieribus, quæ suscepto semine concipiunt, verius dicitur mater, vel, at ita dixerim, plusquam mater, quia in aliis feminis sit communis seminum viri et mulieris in conceptione, et sperma agentis in matrice locum obtinet in generatione foetus, ut dicunt Galenus et Hippocrates; hic autem tota massa, atque materia corporis Christi fuit ex substantia ipsius Virginis; sola et ipsa beata Virgo ex Spiritu sancto, et virtute Altissimi non solum accepit virtutem conceptivam passivam, verum etiam generativam activam. — Ern. Prag. in *Mariali* cap. 122.

Principium ex quo recreatum fuit omne creatum. — D. Antonin. in *Sum.* part. iv, tit. 15, cap. 18.

Principium feminarum, quia quidquid boni fuit in feminis ipsa habuit, et in summo gradu, et aliquod bonum habuit, quod nulla alia habuit. — Idem in *Summa*, part. iv, tit. 15, cap. 23, quod est *De quadruplici benedictione B. M. V.*

Principium conceptionis Filii Dei. — Paul. de Heredia in tract. *De Concept. B. M. V.*

Principium diei gratiæ. — Bernardin. de Busto, serm. 2, *De Assimilat. B. V. M.*

Principium divinarum gratiarum, in quantum principalius propter ipsam Filius Dei incarnatus est, per quem omnis gratia mundo elapsa est. — Ibid.

Principium nostri amoris. — Idem in *Mariali* serm. 2 *De coronat. B. M. V.*

Principium novæ vitæ, id est legis Christi. — Idem serm. 6 *De nominatione Mariæ.*

Principium omnium gratiarum. — Ibid. serm. 2.

Principium divinarum gratiarum, in quantum principalius propter ipsam Filius Dei incarnatus est, per quem omnis gratia mundo elapsa est. — Maurit. de Villa Probata serm. 12, *Coronæ novæ B. M. V.*

Principium novæ vitæ, id est, legis Christi. — Ibid. serm. 13.

Principium splendoris justis et peccatoribus. — Ibid. serm. 13.

Principium splendoris sanctis prophetis. — Ibid.

Principium alterum a Deo sanctitatis. — Ibid.

Principium diadematis, id est, humanæ mortali-tatis altissimo Dei Filio. — Idem lib. 1 in *Cantic.*, cap. 15.

Principium quoddam reparationis nostræ. — Idem lib. in *Cantic.*, cap. 7.

Principium salvandorum. — Ibid.

Principium lucis æternæ justis et iustis. — Dionys. Fab. tract. 4 *De Concept. B. V. M.*

PROBATICA, quæ non ministrum angelum accepit,

sed illum magni consilii Angelum, qui tanquam bona pluvia in vellus absque ullo strepitu descendens, omnem naturam morbo laborantem atque ad interitum vergentem in certam sanitatem ac vitam senio carentem restituit. — S. Joan. Damasc. orat. 1 *De Nativ. B. M. V.*

PROCREATRIX sanctificationis aquæ. — Georg. Nicomed. orat. 3 *De Concept. Deiparæ.*

Procreatrix numinis. — S. Jo. Damasc. in *Menæs Græcor.* die 1 Januarii.

Procreatrix boni immensi. — Theophan. Nicæn. in *Menæs Græcor.* die 9 Januarii.

PROCURATRIX sola supernaturalium bonorum mortalibus. — S. Joan. Damasc. in *Canone de S. Trinitate.*

Procuratrix negotiorum et petitionum nostrarum apud Patrem et Filium. — Idiota in *Contemplatione de SS. V. M.*

Procuratrix nostra. — B. Joseph. a Steinfeld. Opuse. 4.

Procuratrix æternæ benedictionis. — Albert. Magn. in *Biblia Mariæ* super lib. Genes.

Procuratrix fidelissima omnium peccatorum. — D. Birgitta in orat. 1 *Revelat.*

Procuratrix felicissima, quæ magna gaudia nobis procuravit, et adhuc non desinit quotidie procurare. — Idiota, *De B. M. V. part. xv*, contemplat. 6.

Procuratrix clementissima pauperum. — Joan. Trith. lib. 1 *De mirac. B. M. V. in Urticeto* cap. 6.

Procuratrix felicissima, quæ immensa gaudia nobis procuravit. — Maurit. de Villa Probata, serm. 8 *Coronæ novæ B. M.*

PRODIGIUM coeleste. — D. Ignatius Epist. 1, ad S. Joannem Evangelistam.

Prodigium incomprehensum. — S. Saba in *Menæs Græcorum* die 26 Januarii.

Prodigium stupendum quod Joan. Apoc. xii, 1, scribit dicens: « Signum magnum apparuit in cœlo, mulier amicta sole, et luna sub pedibus ejus, et in capite ejus corona stellarum duodecim. » — D. Bernardin. Senensis tom. III, *Serm. de Assumpt. B. M. V.*

Prodigium divinum præclarissimumque. — Dion. Carth. lib. iii *De laud. Virg.*, art. 29.

Prodigium sumnum. — Idem lib. 1 *De laud. Virg.* art. 29.

PRUDATRIX ejusdem germinis cum Deo divinitati effecta simillima, amplioremque, quam qui cogitari queat, aut fari, excellentiam deiformem sortita. Etenim idem ipse Christus, qui Patris Filius est, Sapientia et Virtus, Mariæ quoque unigenitus est. — Dionys. Carth. lib. 1 *De prec. Mariæ*, art. 18.

PROÆMIIUM miraculorum Christi. — S. Andreas Cretensis, orat. 2, in *Annunt. B. V. M.*

Proæmium gaudii. — S. Germ. Constant. *Serm. In Nativ. B. M. V.*

PROFLIGATRIX inferni. — S. Joan. Damasc. in *Menæis Græcorum* die 27 Januarii.

Prostigatrix omnium perversorum. — Joan. Trith. lib. 1 *De mirac. B. M. V. in Urticeto* cap. 6.

PROFUGIUM firmum omnium Christianorum. — D. Ephræm. in *Orat. ad sanctiss. Dei Genit.*

Profugium in Hierosolymis — Idem in *Ser. de laud. B. M. V.*

Profugium exsulum miserorum. — Martinus de Magistris in *Expositione super Cantic. Salve Regina.*

Profugium certissimum omnium ad eam recurrentium. — Ludov. Blosius in *Endologia 2 ad B. M. V.*

PROFUNDITAS cuius ardua est inspectio. — S. Andr. Cretensis *Can. in SS. martyres in Creta.*

Profunditas difficultatum contemplabilis angelorum oculis. — Id. orat. 2, in *Annunt.*

Profunditas inexplicabilis in evacuatæ plenitudinis ejus, qui omnia implet in omnibus. — Idem., orat. 1, *De dormit.*

Profunditas, cuius subtilem recessum ne quidem acies angelica penetrat. — S. Jo. Damasc. in *Menæis Græcorum* die 25 Martii.

Profunditas quam angelorum oculi non possunt intueri. — S. Joan. Damasc. *Can. in Annunt. Deip.*

Profunditas immensa. — S. Joseph. *Hymnographus in Mariali.*

Profunditas inintelligibilis. — Ibid.

PROFUNDUM inexplicabile plenitudinis non evanuibilis omnia in omnibus impletis. — S. Andreas Cretensis orat. 1 *De dormit. B. V. M.*

Profundum invisible oculis angelorum. — S. Anselm. in *Hymno 2 B. Dei Genitricis.*

Profundum scientiæ. — Isidor. Thessalon. *Orat. de Annunt. B. V. M.*

PROGENIES David. — Joan. Eubœus, *Orat. in Concept. SS. Dei Genitricis.*

Progenies divinitus ordinata. — D. Fulbert. Car- notensis, serm. 1 *De Nativ. V. M.*

PROLES impolluta. — S. Joan. Chrysost. *Hom. in Christi Natali.*

Proles secunda Annæ sterilis. — S. Andreas Cretensis *Can. in Nativ. B. M. V.*

Proles sanctæ Annæ. — Ibid.

Proles ampla beataque non habentium problem. — Georg. Nicomed. orat. 3, *De Concept. Deiparæ.*

Proles felix parentum. — Idem, orat. 1, *De Præsent. B. V. M.*

Proles illustris ex justis hominibus Joachim et Anna. — S. German. in suo *Mariali.*

Proles pulchra. — S. Joan. Damasc. orat. 3, *De Nativ. B. V. M.*

Proles acerba sententia potior, quæ delargita est ad mundi fines lætitiam. — Leo imperator in *Orat. de Nativ. B. V. M.*

Proles tarde edita, sed omnibus nature fœturus antecellens. — Ibid.

Proles nobilis regiæ generositatis. — Guerricus abbas, serm. 1, *De Annuntiat. B. V. M.*

Proles generosa Jesse. — Goffridus abbas in *Orat. ad Matrem Domini.*

Proles siderea de humano germine, de immundo semine nata. — Helinand. Cisterc. serm. 1, in *Nativ. B. V. M.*

Proles alta regum. — D. Bonavent. in *Psalterio B. V. Quinquagena 3.*

Proles nobilissima summi patriarchæ. — Albert. Magn. in *Orat. ad B. V. M.* incipiente : *Salve in utero virginali.*

Proles magna, qua, prole orba, aucta est diva Anna. — Jacob. monach. *Orat. de Nativ. B. V. M.*

Proles præclara parentum. — Ibid.

Proles David. — Joan. Hondemius, *Hymn. 2, De partu virgineo, et lactatione pueri Jesu.*

Proles floridissima suorum parentum. — Dionys. Carthus. in *Cant. art. 8.*

Proles magni Tonantis. — Justus Lipsius in *Carmine ad patron. Virginem pro Panegyricis Marianis Martini Deltrii.*

PROMA CONDA novi mundi conditoris. — Joan. Damasc. in orat. 4, *De Nativ. B. V. M.*

Promota conda lætitiae. — Joan. Geom. in *B. V. hym. 1.*

Promota conda divinorum donorum. — Emmanuel. Pal. imperat. in *Orat. de dormit. B. V. M.*

PROMISSIO Israel. — Hugo Carensis in cap. xxiv *Ecclesiastici.*

Promissio patriarcharum. — D. Bonavent. in *Canticis Psalterii B. V. M*

PROMOTRIX justorum. — D. Bonavent. in *Canticis Psalterii B. V. M.*

Promotrix dulcissima pœnitentium. — Joan. Trith. lib. 1 *De mirac. B. V. M. in Urticeto,* cap. 6.

Promotrix omnium humilium. — Ibid.

PROMPTUARIUM indeficiens famelicae creaturæ. — S. Joan. Chrysost. *Homil. in Christi Natali.*

Promptuarium omnium plane miraculorum quavis unquam ratione factorum, aut quæ modo eduntur. — S. Andreas Cretensis, orat. 3, *De Dormit. B. V. M.*

Promptuarium ineffabilium Domini miraculorum. — S. Joan. Damasc. in *Paracl. B. V*

Promptuarium omnis puritatis. — S. Joan. Damasc. in *Can. SS. Deip.*

Promptuarium latum deitatis omnia complecten- tis. — Idem, orat. 2, *De Assumpt. sive Dormit. B. Mariae.*

Promptuarium omnium munditiarum. — Idem in *Menæis Græcorum* die 27 Januarii.

Promptuarium Christi immaculatum. — Theodo- dor. Lasc. imperator in *Canon. ad SS. Deiparæ.*

Promptuarium plenitudinis unde omnes stipendiantur. — Albert. Magn. in *Biblia Mariæ* super Evangelium Joannis.

Promptuarium Dominicæ œconomiae. — Jacobus monachus in *Mariali* orat. 6.

Promptuarium gratiarum. — Idem in *Mariati* orat. 5.

Promptuarium venerandorum mysteriorum. — Ibid. orat. 6.

Promptuarium Dei. — Barthol. de Pisis lib. ii *De laud. B. V. M.*, fructu 2.

PRONUBA sui Nati. — Joan. Geometra in *B. V. Hymn.* 2.

PROPAGATIO benedictionis in omnes. — Albert. Magn. in *Postillis* super cap. i *Lucea*.

PROPAGATRIX operariorum. — Richard. a S. Laur. *De laude S. V.* lib. ii.

PROPAGO naturæ irreprehensæ. — Chrysipp. in *Serm. de S. Maria Deipara*.

PROPHETA Dei. — D. Bonavent. in *Canticis Psalterii* *B. V. M.*

Propheca summa, quæ Deum non solum demonstravit, sed genuit. — Albert. Magn. super *Missus est*, cap. 158.

Propheca et plusquam propheta : nam si ideo Joannes Baptista dicitur propheta, et plusquam propheta, quia quem alii prophetando prædixerant, iste et venturum prædixit et venientem digito ostendit, quanto magis Maria plusquam propheta dicetur, ad cuius vocem ipse Baptista spiritum prophetandi accepit, quæ ipsum Dominum prophetarum peperit et exhibuit, ipsa nimis prophetavit et de præterito dicens : « Suscepit Israel puerum suum, » et de praesenti salutando Elisabeth, et de futuro dicens : « Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. » — Ern. Prag. in *Mariali* cap. 140.

Prophetis illuminatissima, sapientissimaque Doctrina doctorum Ecclesiae. — Arnold. Bostius, cap. 11, § 2, lib. *De patronatu et patrocinio Deiparæ Virg. in sibi dicatum Carmeli ordinem*.

PROPHETISSA, de qua Isaias : « Et ingressus sum ad prophetissam : » Dixit enim, et vaticinata est : « Ex hoc tempore beatam me dicent omnes generationes, terræ. — D. Epiphani. lib. i *Contra hæreses, hæresi* 30.

Prophetissa, ad quam proxime accessit Isaias per prænotionem spiritus : propheticò enim afflata Spiritu elocuta est : « Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. » — D. Basilius in cap. viii *Isaiæ*.

Prophetissa, juxta *Isaiam* cap. viii, quæ peperit Emanueli sine viro, natum illum nobis sine patre, qui ipse ante sæcula Sapientia est, justitiamque et sanctificatio et redemptio a Deo Patre. — S. Amphil. Sydæ episc. *Orat. in SS. Deiparæ in V.*

Prophetissa, quæ non agnito conceptionis modo

ex auditu concepit et peperit Deum viventem. — Ibid.

Prophetissa, ex qua ille, de quo Moyses scripsit propheta, Christus, ipsa veritas advenit. — S. Andreas Cretensis *Orat. de Nativ. B. M. V.*

Prophetissa orta ex David, laudibus honora. — Idem, *Can. in Dominicam post diem 17 Decembris*.

Prophetissa, quam vidit Isaias, cap. viii. — Idem, orat. 1, in *Annunt. B. M. V.*

Prophetissa Dei. — D. Ildephons. *serm. 2, De Assumpt. B. M. V.*

Prophetissa, de qua scriptum, Isa. viii : « Et accessi ad prophetissam, et concepit et peperit filium, et dixit Dominus ad me, Voca nomen ejus, Accelera spolia detrahere, festina prædare, quia, antequam sciat puer vocare patrem et matrem, auferet fortitudinem Damasci, et spolia Samariae. » — S. Germ. Constant. *Serm. in Nativit. B. V. M.*

Prophetissa ad quam accessit propheta, id est, Spiritus sanctus, Isa. viii. — Ratramus Corbeiensis in opusc. *De partu B. M. V.*, cap. 4.

Prophetissa, quæ plena Spiritu sancto pulcherri- man nobis edidit prophetiam : « Magnificat anima mea Dominum. » — D. Bruno Carthus. *Hom. de Nat. Domini*.

Prophetissa. — Franc. abbas lib. viii, *De gratia Dei*.

Prophetissa ad quam accedendo beatum se Isaias, imo beatos se omnes prophetæ sancti non immo- rito crediderunt, quod ad Dei templum, ad Spiritus sancti sacrarium, quidpiam verbi boni se afferre cognoverunt. — Rupert. abb. lib. i, *De operibus Spiritus sancti*, cap. 9.

Prophetissa, ad quam accessit omnis sanctus, et fidelis propheta, ad quam tendebat, et in qua completa est omnis sancta et fidelis prophetia. — Idem lib. vi, *Comment. in Canticum canticorum*.

Prophetissa, ad quam Isaias, imo et omnes accesserunt prophetæ sancti : omnium quippe sanctus, et omnium verbum ad uterum ejus tendit.

— Id. lib. i, *Commentar. in Isaiam*, cap. 34.

Prophetissa, ad quam Isaias propheta jussus accessit, cuius in utero omnium prophetarum sanctorum completa est prophetia, nec enim quod carne concepit, mente ignorare potuit. — Ibid.

Prophetissa, ad quam omnes omnino prophetæ sancti convenerunt : omnium enim et singulorum divinæ gratiæ, et particulares prophetiæ in eam simul Spiritu sancto superveniente concurre- runt. — Idem lib. i, *De operibus Spiritus sancti*, cap. 9.

Prophetissa, ad quam prophetæ omnes acces- serunt, et in quam omnium fides et omnium prophetiæ convenerunt, sciens ipsa quid ageretur secum secundum veritatem Scripturarum. — Idem lib. ix, *De glorificatione Trinitatis et processione Spiritus sancti*, cap. 8.

Prophetissa, de qua gratulabundus loquitur prophetam sanctum Isaías : « Et accessi ad prophetissam, et concepit et peperit filium. » — *Rupert*, lib. i, *De operibus Spiritus sancti*, cap. 9.

Prophetissa ex qua Mater Dei facta est. — Idem lib. i, *Commentar. in Canticum canticorum*.

Prophetissa fidelis, ad quam non solus Isaías, sed prophetae omnes accesserunt, quia prophetiae omnium, et Scripturæ omnes in ejus sensum cum veniente in ea Spiritu sancto convenerunt. — *Ibid.*

Prophetissa, in qua omnis prophetia impleta fuit. — Idem *Prologo in Explanacionem 12 prophetarum*.

Prophetissa magna et capax omnium prophetarum sive prophetiarum. — Idem, lib. v, *Commentar. in Canticum canticorum*.

Prophetissa magna, quæ nihil Spiritu sancto docente ignoravit. — Idem, lib. i *Commentario*ri. *in Canticum canticorum*.

Prophetissa magna, quæ quid ageretur non ignorabat, quoniam gratia plena erat. — *Ibid.*

Prophetissa nulli prophetarum comparanda, cuius in sanctuarium pectoris Spiritus sanctus prophetias omnes convexerat. — Idem, lib. ii, *De operibus Spiritus sancti*.

Prophetissa prophetarum. — Idem, lib. i, *Comment. in Matthæum*.

Prophetissa singularis. Neque enim hæc particularem, ut singuli prophetarum, verbi gratiam, sed universam Spiritu sancto superveniente suscepit ex eo verbi Dei substantiam. — Idem, lib. i, *De operibus Spiritus sancti*, cap. 9.

Prophetissa magna, quæ concepit et peperit Filium Dei. — *Hugo Carenensis*, in cap. xxiv *Ecclesiastici*.

Prophetissa, per excellentiam, alios excellens in prophetia. — *Albert. Magn. super Missus est*, cap. 451.

Prophetissa sapientiæ. — Idem, in *Biblia Mariæ* super librum *Canticorum*.

Prophetissa, cum dixit : « Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. » — *D. Antoninus in Sum. part. iv*, tit. 15, cap. 3.

Prophetissa prophetas faciens. — *Ibid. cap. 22*, quod est de causis ob quas Deus fuit cum Maria.

Prophetissa, quia dixit in *Cantico* : « Beatam me dicent omnes generationes ; » quæ tunc erat omnibus ignota, sed futurum erat post tempora, quod dixit. — *Ibid. cap. 19*, quod est de gratiis gratiis datis M. V.

Prophetissa : si enim Joannes Baptista dicitur propheta, quia Christum digito demonstravit occultum aliis, quanto magis dici debet prophetissa, quæ eum genuit et toti mundo occultum Deum visibilem ostendit. — *Ibid.*

Prophetissa et plusquam prophetissa : nam si de magno et sancto Joanne Baptista asseritur, quod

fuit propheta et amplius quam propheta, quoniam quem prædixit venturum, monstravit præsentem ; quanto magis beata Virgo fuit prophetissa, et plusquam prophetissa, quoniam Christum, de quo nondum nato ex utero multa in suo cantico prophetavit, non solum monstravit præsentem pastori bus, magis, Simeoni et Annæ, multisque aliis, sed et toti mundo peperit eum ac præsentem exhibuit. — *Dion. Carth. De laud. Virg. lib. ii, art. 18*.

Prophetissa, de qua Spiritus sanctus per Isaiam loquitur dicens : « Accessi ad prophetissam, et concepit et peperit filium ; » ad eam enim accessit Spiritus sanctus non locum mutando, sed per prophetam loquendo, et demum tempore ab æterno prædestinato, virtutem sine viro concipiendi, ei conferendo, et tunc Virgo ipsa concepit, et peperit Filium Dei Verbum carne humana indutum ac mundi Salvatorem. Hic autem Spiritus sancti accessus tunc ad eam factus est, cum, ut ait Lucas cap. i, « Missus est angelus Gabriel a Deo ad Virginem desponsatam viro, et nomen Virginis Maria, et ait angelus ei : Ecce concipies in utero, et paries filium, » etc. — *Petrus Galat. lib. viii, De arcana. cap. 16*.

Prophetissa illa, de qua Isaías meminit cap. viii, « Et accessi ad prophetissam, et concepit et peperit filium. » — Idem, lib. viii, *De Arcan. cap. 17*.

Prophetissa parens regis Messiae. — *Ibid.*

Prophetissa, quia suo vaticinio scit omnia, a primordio ad finem usque, quod nemo unquam prophetarum cognoscere potuit. — *Ibid.*

PROPINATRIX vitæ. — *D. Amedeus*, hom. 8 *De laude B. M. V.*

Propinatrix in nuptiis Christi, et sacrosanctæ Ecclesiæ. — *Albert. Magn. Serm. in Dom. 2 post Epiphani.*

PROPITIATIO communis mundi universi. — *S. Andreas Cretensis orat. 3, De Dorm. B. M. V.*

Propitiatio nostra. — *S. Damasc. in Paraclet. B. M. V.*

Propitiatio peccatorum nostrorum. — *Ibid.*

Propitiatio benignissima Christianorum apud Deum. — *S. Joan. Damasc. Can. in Decol. S. Joan. Baptistæ.*

Propitiatio peccantium. — *S. Joseph. Hymnographus in Mariali.*

Propitiatio nostra. — *Photius Constantinopolit. Orat. in S. Mariæ Nativ.*

Propitiatio nostra apud Filium, quia rogat pro culpis nostris. — *Petrus abbas Cellensis in lib. De panibus*, cap. 21.

Propitiatio nostra apud Filium, utpote Genitrix. — *Em. Pal. imperator in Orat. de Dormit. SS. Virg.*

Propitiatio peccatoribus. — *Bart. de Pisis lib. 1, De laud. Virg. fructu 10.*

Propitiatio desperatis. — *Bernardin. de Busto, serm. 3, De Nativit. B. M. V.*

PROPITIATORIUM, ex quo Deus hominibus in forma

humana immotuit. — S. Method. in *Hom. festi Purificat. B. M. V.*

Propitiatorium laborantium. — D. Ephræm. in *Serm. de land. B. M. V.*

Propitiatorium ad Sancta sanctorum, et in petralibus divinæ mysticæque areæ dispositum, quod Seraphinorum pennis obumbratum est, et mystico Jesu vento peccata nostra expiavit. — S. Andreas Cretensis, orat. 3, *De dormit. B. Virg.*

Propitiatorium commune mundi universi. — Ibid.

Propitiatorium mundi. — Anonymus in *Euchologio, seu Rituali Græcorum in Officio aquæ benedictæ minoris.*

Propitiatorium commune omnium Christianorum. — S. Germanus in suo *Mariali* fragm. 15.

Propitiatorium mundi universi. — Ibid.

Propitiatorium plane novum, Deoque simillimum, pargandi vi præditum, et non manufactum. — Idem, orat. 1, in *Præsentat. B. M. V.*

Propitiatorium revera sacrum, in quo Deiferi sanctæ Ecclesiæ doctores divinarum revelationum habentes oraculum, responsa de futuris accipiebant. — Idem *Serm. in Nat. B. M. V.*

Propitiatorium totius orbis. — Id. orat. 1 *Præsentat. B. M. V.*

Propitiatorium culparum nostrarum. — S. Joan. Dam. in *Paracl. B. M. V.*

Propitiatorium eorum qui lapsi sunt. — Ibid.

Propitiatorium nostrum, a multis peccatis redimens nos, et salvos faciens. — Ibid.

Propitiatorium nostrum apud Deum, eripiens nos a futuris terribilibus suppliciis, et liberans nos ab omnibus minis et insidiis hostium visibilium et invisibilium. — Ibid.

Propitiatorium nostrum apud Filium suum, gravium delictorum absolutionem impetrans nobis. — Ibid.

Propitiatorium nostrum, benevolentia plenam consolationem nobis præbendo. — Ibid.

Propitiatorium omnium mortalium, judicem Filium suum propitium nobis reddens. — Ibid.

Propitiatorium commune fidelium. — S. Joseph. *Hymnograph. in Mariali.*

Propitiatorium jucundum lucis illius, quæ illuminat universa. — Ibid.

Propitiatorium mundi. — Ibid.

Propitiatorium nostrum apud Deum, eruens nos a future vitæ terribilibus tormentis, ac liberans nos ab omnibus minis, et conatibus hostium tam visibilium quam invisibilium. — Ibid.

Propitiatorium nostrum apud eum qui ex ea natus est, gravium debitorum remissionem impetrans nobis, et divini regni Dei ingressum, et deliciarum fruitionem, lucisque consortium. — Ibid.

Propitiatorium omnium hominum propitium nobis reddens Judicem Filium suum. — Ibid.

Propitiatorium peccatorum a tempestatibus immensorum liberans nos. — Ibid.

Propitiatorium purum peccantium, intercessione sua effringens peccatorum nostrorum chirographum. — Ibid.

Propitiatorium spirituale, a quo omnium preces suscipiuntur, quas Filio suo offert in pretium redemptionis eorum qui suaviter canunt: « Benedicite, opera, Dominum.» — Ibid.

Propitiatorium universi. — Ibid.

Propitiatorium commune totius mundi. — Joan. episc. Aretinus in *tractatu De devotione S. V. M.*

Propitiatorium sacratissimum. — Leo imperator in *Orat. de Præsentat. B. V. M.*

Propitiatorium totius saeculi. — D. Anselm. in lib. sive tract. *De concept. B. V. M.*

Propitiatorium. — Arnold. Carnotensis tract. de illis verbis Domini: « Mulier, ecce filius tunc. »

Propitiatorium exauditionis. — Petrus Bles. scrn. 33.

Propitiatorium animarum. — Theodor. Lasc. imperator in *Can. ad S. Deiparam.*

Propitiatorium mundi. — Ibid.

Propitiatorium, sic dictum, quasi propitiationis oratorium, propitiatio enim placatio est; Mariæ namque datum est a tota Trinitate, ut sit nostra propitiatrix ad Filium offenditum pro peccatis nostris ipsum pro nobis orando, et ei ventrem in quo euni portavit, et ubera quæ suxit, representando. — Rich. a S. Laur. *De laude S. Virg.* lib. x.

Propitiatorium, super quod propitiatur Dominus peccatoribus. — Exod. xxvi. — Albertus Magn. in *Postillis super cap. v Matthæi.*

Propitiatorium veniae. — Exod. xxii. — Idem in *Biblia Mariae* super libr. Exodi.

Propitiatorium aureum, quo aperitur arca, id est Ecclesia seu congregatio fidelium. — Ern. Prag. in *Mariali*, cap. 115.

Propitiatorium gratiarum. — Idem in *Mariali*, cap. 23.

Propitiatorium, id est, quidam fons patens domui David et toti Ecclesiæ, non solum in ablutionem peccatorum, sed in redemptionem captivorum, in sanationem infirmorum, in liberationem vincitorum, in illuminationem cœcorum, in restorationem desperidorum, in consolationem mœstorum, in salvationem justorum, et quidquid aliud exegitari potest ad opus propitiationis pertinens. — Idem in *Mariali*, cap. 115.

Propitiatorium totius Ecclesiæ. — Idem in *Mariali*, cap. 125.

Propitiatorium per veniae peccatoribus impetracionem. — Barthol. de Pisis lib. i, *De laud. S. V.* fructu 2.

Propitiatorium, quia ab ipsa Deus ad parcendum inclinatur. — Idem lib. i *De laud. S. V.*, fructu 6.

Propitiatorium traditis diabolo. — Idem lib. i *De laud. sanctiss. V.*, fructu 8.

Propitiatorium verum in quo dignatus est Dei

Filius corporaliter habitare, humano generi reprobatur. — Anton. Pocq. serm. 2, *De Concept. B. M. V.*

Propitiatorum templi. — D. Laur. Justin. in lib. *De casto coniubio Verbi et animæ*, cap. 9.

Propitiatorum Dei. — Ludov. Blosius in *Endologia ad B. V. M.*

PROPIITATRIX nostra apud Filium suum et Dominum nostrum. — Joan. episc. Aretinus in tract. *De Dormit. SS. V. M.*

Propitiatrix pro peccatis. — Ibid.

Propitiatrix nostra ad Filium offenditum, pro peccatis nostris, ipsum pro nobis orando, et ei ventrem in quo eum portavit et ubera quæ suxit, repræsentando. — Richard. a S. Laur. *De laud. B. M. V.* lib. x.

PROPUGNACULUM fidei Christianæ. — S. Andreas Cret. orat. 3, *De Dormit. sanctiss. Virg.*

Propugnaculum animarum nostrarum. — Anonymus in *Euchologio seu Rituali Græcorum in Officio communis supplicat.*

Propugnaculum inexpugnatum cunctorum mortaliuum. — Ibid. in *Officio pro pluvia obtinenda.*

Propugnaculum nostrum adversus Barbaros. — Idem in *Euchologio et Officio funereo pro sacerdote vita functo.*

Propugnaculum turritum Christianarum civitatum. — Idem in *Menæis Græcor.* die 15 Augusti.

Propugnaculum Christianorum. — S. Jo. Damasc. in *Canone de S. Trinitate.*

Propugnaculum mundi. Idem in *Menæis Græcorum* die 15 Augusti.

Propugnaculum forte, Filium suum pro nostra salute exorans. — S. Joseph. *Hymnographus in Mariali.*

Propugnaculum validissimum fidelium. — S. Jo. Damasc. in *Can. SS. Deip.*

Propugnaculum in pelago tribulatorum. — Ibid.

Propugnaculum omnium fidelium, qui in profundo malorum, et in salo tribulationis semper periclitantur. — Ibid.

Propugnaculum defensione. — Hugo de S. Victore, *Serm. in Nat. vel Assumpt. B. M. V.* qui est in ordine 54.

Propugnaculum eorum qui in eam spes suas pie collocant. — Emmanuel. Pal. imper. in *Cant. ad S. Deiparam.*

Propugnaculum tutum, contra omnes insultus diabolice pravitatis. — Jo. Trith. lib. i *De miraculis B. M. V.*

Propugnaculum Ecclesie. S. Thom. *de Villa Nova, conc. 1 De Assumpt. B. M. V.*

PROPUGNATRIX eorum qui in ea spem collocarunt. — S. Andreas Creteensis orat. 3, *De Dormit. S. Virg.*

Propugnatrix Christianorum. — Cosmas Hierosolymit. in *Theogoniam hymn.* 2.

Propugnatrix eorum qui in necessitatibus et tribulationibus positi sunt. — S. Damasc. in *Parac. B. V.*

Propugnatrix fida fidelium. — Ibid.

Propugnatrix nostra fortissima. — Ibid.

Propugnatrix nostra invisibilis hostes nos invadentes repellens. — Ibid.

Propugnatrix veritatis. — Isidor. Thessal. in *Orat. de Assumpt. B. M. V.*

Propugnatrix nostra immensa clementiae, quæ magno suorum profectu venenosí serpentis caput membraque in dies conterens, eum ad nihilum usque dedit. — Arnold. Bostins cap. 4, § 1, lib. *De patrocinio Deip. V. Mariæ in sibi dicatum Carmeli ordinem.*

Propugnatrix cœlestis addictorum clientelæ sua servorum. — Frideric. Fornerus in *Epistola dedicatoria sue Palmæ triumphalis.*

PROPELATIO nostra in periculis. — S. Joan. Damasc. in *Parac. B. V. M.*

Propulsatio diabolorum. — Theophan. Nicænus in *Menæis Græcorum* die 16 Januarii.

Prosa chara mæsto. — S. Joseph. Steinfeld, *Opusc. 4.*

PROSAPIES pietatis, per quam impietatis prosapies est destructa. — D. Augustin. serm. 17, *De Nativit. Domini, qui est 21 De tempore.*

PROTECTIO luculenta nostrorum genitorum. — D. Ephræm. in *Serm. de laud. B. M. V.*

Protectio nostra post Deum. — Eutychianus in *Vita sancti Theophili.*

Protectio omnium. — S. Andreas Cretensis *Can. in S. Andream apostol.*

Protectio animarum. — Anonymus in *Euchologio, seu Rituali Græcorum, in Officio magni et angelici habitus.*

Protectio Christianorum non confundenda. — Idem in *Euchologio, seu Rituali Græcorum, in Officio communis supplicationis.*

Protectio mundi. — Idem in *Euchologio, seu Rituali Græc. in Officio aquæ benedictæ minoris.*

Protectio nostra sola. — Idem in *Euchologio, seu Rituali Græcorum in Canone funereo pro pueris vita functis.*

Protectio omnium ad se recurrentium. — Idem in *Euchologio, seu Rituali Græcorum in Officio funereo pro sacerdote vita functo.*

Protectio sola fidelium. — Idem in *Euchologio seu Rituali Græcorum in Canone funereo pro pueris vita functis.*

Protectio sola generis hominum. — Idem in *Euchologio, seu Rituali Græcorum in Officio funereo viorum sacerdotum.*

Protectio vivorum et mortuorum. — Ibid.

Protectio immobilis. — S. German. orat. 2, in *Dormit. B. M. V.*

Protectio tremenda eam sincero corde Dei Genitricem confitentium. — Idem in suo *Mariali fragm.* 15.

Protectio fidelium constituta a Deo qui ex ejus sanguinibus incarnatus est. — S. Joan. Damasc. in *Parac. B. M. V.*

Protectio fortis illam honorantium. — S. Joan. Damase. in *Parac. B. V. M.*

Protectio nostra nos ad Deum conducens, et vitam nobis gloriamque praestans aeternam. — Ibid.

Protectio omnium — Ibid.

Protectio pauperum. — Ibid.

Protectio salutisera quam Deus incarnatus dedit omnibus Christianis. — Ibid.

Protectio servorum suorum. — Ibid.

Protectio vitae nostrae. — Ibid.

Protectio omnium. — D. Theodor. Studites in *Canone qui canebatur in erectione sanctorum imaginum.*

Protectio casta lantantium Deum. — S. Joseph. *Hymnograph.* in *Mariali.*

Protectio divina populi Christiani. — Ibid.

Protectio fidelium, quae non confunditur, nec erubescit. — Ibid.

Protectio periclitantium. — Ibid.

Protectio totum mundum continens et servans. — Leo imperator in *Orat. de Assumpt. B. M. V.*

Protectio animarum nostrarum. Theod. Lasc. imperat. in *Can. ad S. Deiparam.*

Protectio fidelium. — S. Joan. Damase. in *Can. S. Deip.*

Protectio omnium. — Idem, *Can. in Nat. B. Virg.*

Protectio divina. — Idem in *Poem. B. Virg.*

Protectio mundi laudabilissima. — Idem in *Can. ad sanctiss. Deiparam.*

Protectio nostra fortissima. — Idem in *Poem. B. M. V.*

Protectio nostra gloriosissima. — Idem in *Canone ad sanctiss. Deipar.*

Protectio nostra. — D. Bonavent. in *Psalterio B. M. V.*

Protectio totius Ecclesiae : nam super arcum possum est propitiatorium, et Maria super mundum, unde luna, id est mundus iste, qui mutatur ut luna, quotidie sub pedibus ejus esse dicitur. Apoc. xii. — Ern. Prag. in *Mariali* cap. 115.

Protectio simplicium et innocentium. — Bernardin. de Busto serm. *De Assimilat. B. M. V.*

Protectio justorum. — Maurit. de Villa Probata serm. 12 *Corona novae B. M.*

Protectio simplicium et innocentium. — Ibid. serm. 16.

Protectio nostra. — S. Thom. de Villa Nova conc. 3, *De Nativ. B. M. Virg.*

PROTECTRIX servens in praesenti vita cursu, hostiles quoscunque impetus a nobis avertens : et in via salutis nos constituens. — D. Ephærm in *Orat. ad sanctiss. Dei Genitricem.*

Protectrix in prosperis. — D. Ildephons. serm. 6, *De Assumpt. B. M. V.*

Protectrix animarum nostrarum. — Anonymus in *Menais Græcorum* die 16 Martii.

Protectrix fidelium. — Idem in *Euchologio*, seu *Rituali Græcor.* in *Officio funereo virorum sacerdotalium.*

Protectrix hominum. — Idem in *Euchologio*, seu *Rituali Græcor.* in *Officio funereo exsequiarum.*

Protectrix nostra. — Idem in *Euchologio*, seu *Rituali Græcor.* in *Officio communis supplicationis.*

Protectrix valida. — Idem in *Euchologio*, seu *Rituali Græcorum* in *Officio olei sancti.*

Protectrix vitae nostræ. — Idem in *Euchologio*, seu *Rituali Græcor.* in *Officio communis supplicationis.*

Protectrix sola fidelium. — S. Joan. Damase. in *Cantic. Ecclesiasticis Græcor.* sono 2.

Protectrix nostra benigna. — S. Joseph. *Hymn. in Mariali.*

Protectrix servorum suorum apud Filium. — Ibid.

Protectrix vigilantissima in necessitatibus. — Ibid.

Protectrix potentissima servientium sibi. — Idiota, in *sua contempl. de S. V. M.*

*Protectrix potentiae, protegit enim nos potenter ab omni adversitate, vel protegit potentiam quam dedit servis suis ad bene agendum, et ad declinandum a malo : quia sic ut dicit Gregorius lib. ix *Moral.*, cap. 78 : « Cito bonum perditur, quod a largiente non custoditur, » vel protegit eos contra potentiam malignorum spirituum.* — Rich. a S. Laur. *De laud. sanctiss. Virginis.* lib. ii.

Protectrix vitae nostræ. — D. Bonav. in *Psalterio minori B. Virg.* Quinquagena 3.

Protectrix tribulatorum. — Albert. Magnus in *Postillis super cap. xxi Lucæ.*

Protectrix dominus totius Ecclesiae. — Dionysius Carthusian. in *cap. xxxi Eccl.*

Protectrix Ecclesiae a Deo constituta, cuius certissime bonum materno semper zelo affectavit. — Idem, lib. iii, *De prec. Mariæ*, art. 5.

Protectrix fidelissima Ecclesiae militantis, in quam tanquam in hortum suum descendit, quotidie omnem statum ac dispositionem Ecclesiae considerando, preces pro ea fundendo, dona gratiae impenetrando. — Idem in *Can. art. 21.*

Protectrix fortis atque fidelissima misericordum. — Idem, lib. i *De prec. Mariæ*, art. 9.

Protectrix nostra fidelissima, potentissima ac piissima a Deo constituta. — Idem, lib. iii, *De laud. sanctiss. Virg.*, art. 20.

Protectrix totius Ecclesiae militantis, cui decuit plurima revelari de statu, processu, eventu ejusdem Ecclesiae militantis, ut ex illorum præcognitione magis procuraret, ac tueretur bonum totius Ecclesiae. — Idem, lib. iii *De laude sanctiss. Virg.*, art. 18.

Protectrix piissima monachorum et cœnobitarum. — Joan. Mauburnus in *Rosario De gloria B. Virg.*, membr. 6.

Protectrix fidelissima omnium eam laudantium. — Ludov. Blosius in *Endologia* 2, *ad B. V. M.*

PROTURBATRIX dæmonum, nos invadentium. — S. Joan. Damasc. in *Parac. B. M. V.*

PRUDENTIA infantium.—Georg. Nicomed. orat. 5, *De Concept. Virg. Deiparæ.*

Prudentia animarum sanctorum. — D. Anselm. in *hymno. 2, B. Dei Genitricis.*

PSALTERIA egregia. — D. Laur. Justinian. in *Ligno vitæ, De humilitate, cap. 2 et 3.*

PSALTES nostra. — Joan. Gerson. tractat. 2 *Caniticor.*

Psaltes gloria, quæ præcise Dei laudes canere studuit. — D. Antonius in *Sum. part. iv, tit. 15, cap. 28.*

PUDOR. — Venant. Fortunatus, *Elegia in laud. S. M. V.*

Pudor virgineus. — Arnold. Carnot., tract. de illis verbis Domini : *Mulier, ecce filius tuus.*

PUELLA sancta et præclara quæ in virginitate mansit. — D. Epiphan. in *Serm. de laud. sanctiss. V. M.*

Puella virgo. — Ibid.

Puella honoratissima. — D. Ephræm. in *Serm. de laud. B. M. V.*

Puella sacratissima. — Ibid.

Puella gratia æquanda nullis, sive puella gratio-sa. — D. Gregor. Nazianz. in *Tragœdia de Christo patiente.*

Puella sponsa. — D. Gregor. Nyssenus *Orat. in Christi Nativit.*

Puella intacta. — Aurelius Prudentius in *Apo-theosi.*

Puella intemerata. — Idem, *Hym. 3, ante ci-bum.*

Puella innupta, quæ Sponsum generavit immor-talem. — D. Basilius Seleuciens. *Orat. de Adamo.*

Puella a prophetis olim prædicta. — S. Joan. Chrysost. orat. 7, in *SS. Deiparam.*

Puella, genere regali, et omnibus virtutibus or-nata, pulchritudinem Davidicæ radicis propriam servans, tota pulchra et intacta. — Ibid.

Puella innupta, sine semine partus. — Idem, *Orat. de Annuntiat. B. V.*

Puella innupta, ex qua egressus est Prophetæ magnus, a Moyse signatus. — S. Proclus in orat. 6, quæ est *De laud. B. V.*

Puella puerpa. — Idem in orat. 4, quæ est *in diem Natal. Dom.*

Puella viri salutationis ignara. — D. Augustin. serm. 2, in *Annunt. sanctiss. M. V.*

Puella, cuius venter secreta incognita bajulavit. — Sedulius in *hymno de Christo, cuius initium : A solis ortus cardine.*

Puella cuius uterum sideremus implevit onus. — Idem lib. II *Carminum.*

Puella, quæ sic Deum in sui pectoris capit, recipit, oblectat hospitio, ut pacem terris, cœlis glo-riam, salutem perditis, vitam mortuis, terrenis cum cœlestibus parentelam, ipsius Dei cum carne com-mercium pro ipsa domus exigat pensione, pro ipsius

uteri mercede conquerat, et impletat illud Prophætæ : « Ecce hæreditas Domini, filii merces fructus ventris. » Psal. cxxvi. — S. Petrus Chrysolog. *Serm.*

Puella prorsus divina. — S. Saba in *Menœis Græcorum die 24 Martij.*

Puella sacratissima, quæ per sumum vivificum par-tum potentiam mortis dissipavit. — Idem in *Menœis Græcorum die 3 Januarii.*

Puella innupta, ex qua Deus, cum esset corporis expers, corpus anima rationis ac intellectus facul-tate prædita animatum, nostri causa induit. — Leontius *Orat. in occurs. Domini, seu in Purific. B. M. V.*

Puella astrigeris prælata choris. — Venant. For-tunat. *Elegia in laud. B. M. V.*

Puella benedicta, nova dona gerens. — Ibid.

Puella casta. — Ibid.

Puella dulcis et pretiosa, omnes ultra homines, dona decoris habens. — Ibid.

Puella, cæstissima parens illius, qui humiliatam naturam sublimem evexit. — S. Andr. Cretensis in *magnō Can.*

Puella conjugii ac rei maritalis expers. — Idem, *Can. in Nativ. B. V. M.*

Puella magni nominis. — Idem *Can. in sanctos decem martyres in Creta.*

Puella omni návo carens. — Idem, in *Can. de Nativ. B. V. M.*

Puella, sine semine pariens omnium Dominum. — Idem, *Can. in I Machab.*

Puella sola immaculatissima. — Idem, *Can. in Concept. B. V. M.*

Puella virgo ex Juda, Davidique procedens, regni sacerdotisque ejus præ se speciem ferens, qui se-cundum ordinem Melchisedech, Aaron sacerdotium gessit. — Idem, *Orat. de Nativ. B. M. V.*

Puella, cuius beatitudini congratulatus est David : — Chrysippus in *Serm. de S. M. Dip.*

Puella impolluta. — Ibid.

Puella innupta, cuius membris infunditur, qui toto mundo non capitur. — D. Ildephons. serm. I, in *Nativ. B. M. V.*

Puella, cuius lacte nutritus est ille qui nutritiv omne quod spirat. — Anonymous in *Menœis Græcorum die 25 Julii.*

Puella divina. — Georg. Nicomed. orat. I, *De Præsentat. B. M. V.*

Puella omni creatura sublimior, semper virgo, et pueri Mater, viri nescia et fecundissima. — Idem, orat. 2, *de Concept. Deiparæ apud Cerasolam tom. 6.*

Puella admiranda. — S. Germ. Constant. *Serm. in Nativ. B. V. M.*

Puella beatissima, quæ una Deum nobis incom-mutabiliter carne peperit. — Idem, orat. I, in *Præsentat. B. M. V.*

Puella cœlis sublimior. — Ibid.

Puella Deo dicata. — Ibid.

Puella, de qua est salus, et per quam totius mundi redemptio, Jesus Christus, Deus Verbum. — S. Germ. Constant. *Serm. in Nativ. B. V. M.*

Puella omni puritate fulgens. — Ibid.

Puella semper virgo, nunquam experta nuptias.

— Ibid.

Puella incorrupta, cuius primogenitus infans apparet, qui ex Patre est ante saecula Primiogenitus. — Cosmas Hieros. in *Theogoniam hym. 45.*

Puella pariens, expers viri. — Idem in *Theogoniam hym. 41.*

Puella Dei Genitrix. — S. Joan. Damasc. in *Parac. B. M. V.*

Puella Deo charissima. — Ibid.

Puella castissima. — Ibid.

Puella divina felicitate cumulatissima — Ibid.

Puella divina felicitate plena. — Ibid.

Puella immaculatissima. — Ibid.

Puella immunis ab omni macula. — Ibid.

Puella incorruptissima. — Ibid.

Puella innupta. — Ibid.

Puella integerrima lucis suae splendoribus nobis illucescens. — Ibid.

Puella omni laude dignissima. — Ibid.

Puella omnis maculae expers. — Ibid.

Puella quæ Datoreni lucis peperit. — Ibid.

Puella quæ Dei capax fuit, et Dei Filium genuit. — Ibid.

Puella quæ sola Deum, qui a nullo capi potest, propter suam bonitatem incomprehensibilem effectum peperit. — Ibid.

Puella sacra et prorsus immaculata. — Idem, orat. 4, *De Assumpt. B. M. V.*

Puella sanctissima ac Deo gratissima. — Idem in *Parac. B. M. V.*

Puella speciosissima atque dulcissima. — Idem, orat. 4, *De Nativ. B. M. V.*

Puella sublimior omni creatura, omnium enim Creatorem corporaliter nobis genuit. — Idem in *Parac. B. M. V.*

Puella tota pura. — Ibid.

Puella, Virgo sancta, per quam hic, qui capi non potest, cum mortalibus consuetudinem habuit. — Idem in *Carm. de Annuntiatione.*

Puella incorrupta, quæ sine viri experientia perperit salutem animarum nostrarum. — S. Joan. Damasc. in *Octoech. Græcor.*

Puella pura et augusta, quæ non hominem simplicem attulit, sed hominem perfectum et verissime perfectum Deum. — Ibid.

Puel/a, quæ ea, quæ matrum propria sunt, ignoravit, et supra naturæ ordinem Deum conceptum in carne peperit. — Idem, *Can. in Apparitione S. crucis.*

Puella semper virgo ex sterili in salutem mortali nata. — Idem, *Can. in Nativit. sanctiss. Deiparæ.*

Puella superadmirabilis, quæ terrarum orbi

Christum oriri fecit, et universa æternæ vitæ gaudio replevit. — Idem, *Can. in S. Simeon. Styl.*

Puella vere superior omni creatura, etenim Creatorem omnium corporaliter nobis genuit. — Idem in *Octoech. Græcor.*

Puella sanctissima et nova. — Joan. Enbœus, *Orat. in Concept. SS. D. V. M.*

Puella egregia, Israel claro de germine gentis. — D. Athel. in libro metrieo *De laudib. virginum.*

Puella, in quam, ut pluvia in vellus, descendit Verbum Patris, ut voluit. — Theophan. Nicænus, *Hymno in Annuntiat. SS. Deiparæ.*

Puella, nuptialis tori expers. — Idem in *Menais Græcorum die 9 Januarii.*

Puella Dei Genitrix semper beatissima. — S. Joseph. *Hymn. in Mariali.*

Puella illibatissima. — Ibid.

Puella immaculatissima, cuius nomen dominium resonat; quæ Deum bonorum datorem peperit. — Ibid.

Puella maritalis tori ignara. — Ibid.

Puella multis nominibus celebrata. — Ibid.

Puella multorum nominum appellatione conspiciua, ex qua Verbum natum est, quod nos a foedorum actionum irrationalitate liberalat. — Ibid.

Puella multorum nominum titulis decorata. — Ibid.

Puella omni benedictione cumulata, ac divina gratia plenissima. — Ibid.

Puella, omnibus miraculis admirabilior; illum enim genuit, qui est ante omnia saecula, nobis similem factum propter summam misericordiam suam. — Ibid.

Puella, præter consuetum morem leglatorem in utero congestans, qui illam supra rationis captum incorruptam atque immaculatam conservavit. — Ibid.

Puella purissima ferens Verbum illud quod a delictorum flamma et a peccatorum combustione universos obumbrat. — Ibid.

Puella, quæ massam nostram terrenam cœlestem effecit. — Ibid.

Puella, quæ per vocem angeli concepit magni consilii Angelum, et ex suis sanctissimis sanguinibus incarnatum peperit. — Ibid.

Puella veneranda. — Ibid.

Puella unica Deo charissima, quæ fontem impascibilitatis peperit. — Ibid.

Puella divina. — Nicetas David. in *Hom. de Nativ. B. M. V.*

Puella immaculata, e cuius purissimis sanguinibus sacratissimum sibi Deus extruxit templum. — Gregor. Tauromeniæ archiepisc. *Orat. de Annuntiat. B. M. V.*

Puella, cuius Filius universorum Deus. — Leo imperator. in *Orat. de Nativ. B. M. V.*

Puella infans, per quam natura pulchra fit, no-

vam adepta formositatem, quæ turpitudine vitiorum deformis consenuerat. — Ibid.

Puella, qua mundus lætitia ditatus est. — Ibid.

Puella, quæ tanquam forceps prunam Divinitatis tenuit. — Idem in *Orat. de Purific. B. M. V.*

Puella casta, parens sempergeniti. — Joan. Geom. in *B. V. M. Hymn. 2.*

Puella eximia, a qua nunquam absuisse erendum est Spiritus sanctus, circa quam omnis frequentia cœlestium agminum invigilavit. — D. Fulbert. Carnotensis, *Serm. 3, De Nativ. SS. M. V.*

Puella maxima. — Ibid.

Puella pudica, quæ amatorem peperit integræ castitatis. — Ibid.

Puella sacra. — Ibid.

Puella puritate perfecta, Cherubim et Seraphim antecedens. — Michael Psellus in cap. vi *Cantic.*

Puella divina. — Theophylact. in *Orat. de Præsent. B. M. V.*

Puella infans, Deo ob innocentiam ac rectitudinem in templo oblata. — Ibid.

Puella, quam in templo a parentibus præsentam locus suscepit, nulli præterea virorum asperitus, nulli sacerdotum accessus, ac neque pontificis, præterquam semel in anno duntaxat, vestigio calcatus: decebat enim, ut quæ puritatis merito supra omnem naturam sanctificata, atque ex vulva justificata fuerat, legis minime gravitati serviret, quæ nulli justo posita, solis peccatoribus imposta est. Lex enim transgressionum causa intravit, iisque paedagogus imposta est, qui rudiori ea institutione ac paedagogica disciplina egerit; illi vero, quæ et angelis eminet, non lex sed gratia perfectiora præstabat. Ibid.

Puella cuius in gremio confovebatur, quem vastissima cœli non recipit latitudo. — D. Petrus Damian. *Hom. in Nativ. B. M. V.*

Puella innupta, cuius membris infunditur, qui toto mundo non capitur. — Ibid.

Puella de propagine Adam nata, quæ peperit hominem Deum. — Anselmus in lib. *De excellentia sanctiss. V. M. cap. 3.*

Puella laudatissima et ab omni labe aliena. — Euthymius Encomio in adorationem venerandæ zonæ sanctiss. *Deiparae*, et fasciarum Domini.

Puella pudica. — Goffridus abbas in *Serm. de Purificat. B. M. V.*

Puella verecunda, cuius prolocutor est ipse Deus, ipse Spiritus sanctus. — Rupert. abbas, lib. i *Commentarior. in Cantic. cantor.*

Puella electa et præparata Altissimi Filio. — D. Bern. *Serm. de B. V. super illud Apocal. Signum magnum.*

Puella decora nimis, et incognita viro, quæ ad fontem jam descederat, et onusta redibat, cui occurrit Gabriel archangelus nuntius deferens de desponsatione contrahenda inter eam et Isaac filium Abrahæ, cui quas detulerit inaures aureasque armillas, non ignorant, qui eam in vestitu deanrato

intuiti sunt astantem a dextris Regis Filii ejus. — Petrus Cellensis, serm. 3, in *Annunt.*

Puella de terra Israel, quam, cum de æterno consilio tempus beneplaciti immineret, ut Deus Pater per unicum Filium dispersiones Israel per adoptiōnem hæreditati immarecessibili aggregaret, ipse Deus sibi despontavit, et dote bona de thesauris suis cumulavit, publicis instrumentis matrimonium confirmans, atque legitimo privilegio donationem propter nuptias contra dæmonum hæreticorumque versutias corroborans. — Idem, serm. 3, *De Assumpt. B. V.*

Puella pura. — B. Josephus Steinfeld, opus c. 4.

Puella parvula, quæ utero suo circumdedit hominem perfectum, cœlo terraque majorem. — Rich. a S. Laur. *De laude sanctiss. V. lib. iv.*

Puella castissima. — D. Amedeus, hom. 2, *De laud. sanctiss. V.*

Puella præclara. — D. Bonavent. in *Præfatione Psalterii B. M. V.*

Puella Dei, ex radice David genita. — Matth. Cantacuzenus in cap. iii *Cantic. cantorum.*

Puella divina. — Jacobus monachus, *Orat. de Nativit. B. M. V.*

Puella tenera. — Joan. Taulerus, *Serm. in festo Nativ. B. V. M.*

Puella quam ad antiqui illius Samuelis similitudinem in sacrario sovendam sacerdotes duxere. — Nicephorus Calist. lib. i *Hist. eccles.*, cap. 7.

Puella divina. — Jacobus monachus in *Mariali orat. 2.*

Puella immaculatissima. — Idem in *Mariali orat. 4.*

Puella intemperata. — Idem in *Marioli orat. 6.*

Puella quam præparavit Deus sponsam electam, et charissimam Filio Domini Dei nostri, qui est verissime Isaac risus noster. — Ern. Prag. in *Mariali cap. 50.*

Puella augusta. — Em. Pal. imperator in *Canone ad sanctiss. Deiparam.*

Puella cuius gloria totum in orbem diffusa. — Isidor. Thessal. in *Orat. de Nativ. B. M. V.*

Puella Deo adamata. — Idem in *Orat. de Præsentat. B. M. V.*

Puella Deo charissima, illustris et ipso illuſtrior lumine, sine qua neque lumen, neque cœlum, neque omnis creatura potens est animam vere illumire reddere Deoque dedicare. — Ibid.

Puella Deo servata. — Idem in *Orat. de Nativ. B. M. V.*

Puella divina, immaculata et inculpatissima. — Ibid.

Puella magnipotens, et natura sublimior, unica ad decorum universæ creaturæ. — Ibid.

Puella, per quam omnis caro vidit salutare Dei. — Idem in *Orat. de Præsentat. B. M. V.*

Puella sacratissima. — Idem in *Orat. de Nativ. B. M. V.*

Puella superior natura, et ineffabiliter in fasciis Mater. — Ibid.

Puella venustissima, per quam eripitur a calamitate homo, et resumit dignitatem pristinam. — Isidor. Thessal. in *Orat. de Nativ. B. V. M.*

Puella benedicta, quæ tantam perfectionem attulit universo, quod ulterioris perfectionis non est cappa, nec Deus potest ordinaria potestate ipsam perficere ulteriori perfectione; imo si ipse Pater, vel Spiritus sanctus de semina nasceretur, nihil accresceret orbi, quia quidquid nobilitatis, quidquid divinitatis, et quidquid æternitatis est, totum in orbem diffusum est, et productum per Virginem in illo æterno supposito, quod ipsa generavit. — D. Bernard. Senensis tom. I, serm. 61, qui est *De superadmirabili gratia et gloria B. M. V.*

Puella benedicta, quam Deus in suam prædestinationem præhonorandam cunctis operibus suis ab æterno præordinavit, propter cuius reverentiam et amorem, omnes liberationes et indulgentiae in Veteri Testamento factæ sunt. — Ibid.

Puella felicissima, a Verbo aeterno ac adorando in veram Matrem præelecta. — Dionys. Carthus. lib. II, *De laud. S. V.*, art. 1.

Puella formata atque electa ut perditu hujus remiseretur sæculi proles. — Idem *De prec. S. V. M. lib. I, art. 3.*

Puella honestissima. — Idem, lib. I, *De laud. SS. V. M.*, art. 24.

Puella illustris, nostra Mater, et Soror a dominatore Deiformiter sublimata. — Idem, lib. I, *De prec. sanctiss. V. M.*, art. 31.

Puella pudica, devota et serenissima. — Ibid. lib. I, art. 27

Puella quæ nedum gratia, sed gratiarum quoque plenitudine, ipsoque gratiarum fonte impleta fuit, et dotata. — Ibid. lib. I, art. 38.

Puella sacerrima, ab æterno Patre præelecta, ac præparata, ut naturalem ac unigenitum Filium suum, ipsius Verbum Sapientiamque exsistentem, felici ventre effunderet. — Ibid. lib. II, art. 48.

Puella sacra, ex cuius purissimis sanguinibus virtus Altissimi, Unigenito Dei corpus paravit, et in eodem instanti perfectissime organizavit. — Ibid. lib. I, art. 48.

Puella sancta, cujus pars modica assumpta, omnium fuit idonea sæculorum relaxare delicia. — Ibid. lib. I, art. 26.

Puella sanctissima. — Idem, lib. I, *De laud. SS. Virg.*, art. 12.

Puella omnium pulcherrima, sanctissima, sapientissima, humanissima, benignissima, elegantissima, gratiosissima. — Bernardin. de Busto, serm. I, *De vita B. M. V.*

Puella, quæ suæ fragrantis humilitatis, virginitatis, charitatis, aliarumque odore virtutum, rhinocerotem, id est fortissimum Deum ad se traxit, atque suavissimum fidei suæ sinum aperiens, illum mansuetissimum fecit, adeo quod in ejus utero requievit, unde illum postea aliis venatoriis eum querentibus, scilicet apostolis tradiderit

capiendum. — Idem serm. 2, *De Assimilat. B. M. V.*

Puella super omnes præelecta. — Idem in *Mariali* serm. 2, *De Coronat. B. M. V.*

Puella adolescentula, quæ Filium æterni Patris, quem cœli cœlorum non capiunt, concepit, in utero gestavit, peperit et propriis uberibus lactavit. — Claudius Rap. Cœlest. serm. 2, *De Concept. B. M. V.*

Puella simplex, et humili, quæ eo honoris gratiæ et gloriæ provelhi meruit, ut Deum de Deo, de æterno coæternum, et Filium a Patre procedentem unigenitum concipere potuerit, Deumque nobis parere et hominem. — Ibid.

Puella, Dei æterni conjugio deputata. — Maurit. de Villa Probata, serm. 27 *Coronæ novæ B. M.*

Puella mitissima et omnibus grata. — Ibid. serm. 26.

Puella modestissima. — Joan. Picus, lib. I in *Cantic.*, cap. 6.

Puella mira. — S. Thom. de Villa Nova in *conc. 2, De Nativit. B. M. V.*

Puella amabilis. — Ludov. Blosius in *Endologia 5, ad B. M. V.*

Puella beatissima. — Idem in *Canone vite spiritualis*, cap. 20.

PUERPERA, quæ licet humanæ naturæ particeps sit, dona tamen homine majora, divina largitate, consecuta est. — D. Athanas. *Orat. in Purificat. B. M. V.*

Puerpera, tori naturalis nescia, quam Spiritus sanctus in partu adjuvit, quapropter neque quod natum est, sigillum virginitatis commovit, neque virgo laborem ac dolorem in partu sensit. — D. Ephrem, in serm. sive tract. *De margarita pretiosa*

Puerpera virgo. — D. Basilius in cap. vii *Isaiæ prophetæ*.

Puerpera sublimis. — D. Hieronym. in epist. sive serm. *De Assumptione B. M. V.* tom. IX.

Puerpera sine viro Virgo, ac post partum virgo existens. — S. Jo. Chrysost. *Hom. in Christi diem Natalem*.

Puerpera sine puerperio. — S. Proclus in *orat. 4*, quæ est in diem Natalem Domini.

Puerpera nostra. — D. Augustin. serm. 17, *De Nativ. Domini*, qui est 21 *De tempore*.

Puerpera sublimis. — Idem in *Serm. de Assumpt. S. Virg. M. cap. 40.*

Puerpera, virgo in partu. — Idem, serm. 17, *De Nativ. Domini*, qui est 21 *De tempore*.

Puerpera enixa eum, quem Gabriel prædixerat, quem Matris alvo gestiens clausus Joannes senserat. — Sedulius in *Hymno de Christo*, qui incipit: *A solis ortus cardine.*

Puerpera gaudia matris habens cum virginitatis honore. — Idem, lib. 2 *suorum Carminum*.

Puerpera Regem enixa, qui cœlum terramque tenet per sœcula. — Ibid.

Puerpera, quæ ventrem non labefecit, nec semine partus indignit. — S. Andreas Cretensis *Orat. de Nativ. B. M. V.*

Puerpera integra. — D. Ildephons. in lib. *De virginitate S. Mariæ*, cap. 44.

Puerpera sublimis, cuius visceribus Auctor cœli terrenaque committitur. — Idem, serm. 7, *De Assumpt. B. M. V.*

Puerpera Virgo. — Idem in libro *De virginitate S. Mariæ* V. cap. 42 et ultim.

Puerpera sola inter omnes virgines. — S. Jo. Damasc. in orat. 4, *De Nativit. B. Virg. M.*

Puerpera capax Dei, omnibus hucusque cœlis incomprehensi. — Theophan. Nicænus in *Menæis Græcorum* die 18 Augusti.

Puerpera incontaminata, virginali puerperio prædicta, cuius alvum veneranda Dei proles a summo cœlorum fastigio descendens ovem erroneam redemptura, et drachmam perditam quæsitura, sine periculo perpetuæ virginitatis, et dispendio castitatis intravit. — D. Altheanus in lib. *De laud. Virgin.* cap. 3, exstat tom. VIII *Bibliothec. Magn. veter. Patrum.*

Puerpera Virgo. — Idem in lib. *De laud. virginum versibus conscript.*

Puerpera sine dolore. — Idem in sua *Contemplatione de SS. V. M.*

Puerpera sine suæ integratatis dispendio. — S. Odilo in *Serm. de Assumpt. S. V. M.*

Puerpera felix, quæ sic gaudet de secunditate prolis, ut nequaquam doleat de amissione virginitatis. — D. Petr. Damian. in *Serm. Nat. Domini*.

Puerpera gloria, in qua sola reperitur secunda virginitas, quæ sic intemeratis visceribus Filium Dei protulit, ut illibatæ pudicitiae cresceret integritas, non libido virginalis integratatis sigillum violaret. — S. Ansel. in *Med. de B. V.*

Puerpera casta. — D. Bernard. hom. 5, *De laudib. Virg. Matris super Missus est.*

Puerpera intacta. — Idem in *Orat. Rhythm. ad D. Jesum Christum, ejusque SS. M.*

Puerpera sine inutilebri dolore. — Idem *Serm. in Nat. S. Virg. M. de Aquaductu.*

Puerpera Emmanuelis nostri in omni virtutum consummatione perfecta. — Rich. a S. Victore, lib. II, *de Emmanuele*, cap. 29.

Puerpera virginalis, cui nihil de plena virtutum consummatione defuit. — Ibid.

Puerpera in cuius partu facies universitatis risit, et læsus orbis suo plausit Domino. — D. Amedeus hom. 4, *De laud. SS. V. M.*

Puerpera nova. — D. Bonavent. in *Laud. B. V. M.*

Puerpera vera cœlestis Regis. — Idem in *Canticis Psalterii B. V. M.*

Puerpera Dei purissima. — Matthæus Cantacuzenus in cap. v *Cantic. canticorum.*

Puerpera, in cuius utero virtute Altissimi Verbum

caro factum est. — D. Laurentius Justinianus in *Fasciculo amoris*, cap. 42.

Puerpera cœlestis, et cunctis angelicis mentibus purior. — Dion. lib. 1, *De laud. V.*, art. 27.

Puerpera singularis. — Thom. Bradinii, in tract. *De fundat. et antiquit. ordin. Carmeli*, cap. 2.

Puerpera Regis. — S. Thom. de Villa Nova in concione 2, *De Assumpt. B. V. M.*

PUGNATRIX pro suis contra mundum, contra diabolum et peccatum. — Judic. 1. — Albert. Magn. in *Biblia Mariæ* super lib. *Judicum*.

PULCHRITUDO martyrum. — D. Ephraem. in *Serm. de laud. B. M. V.*

Pulchritudo Jacobi a Deo dilecta. — Caesarius, *Dialog. 4.*

Pulchritudo excellentissima. — S. Andr. Cretensis orat. 3 *De Dormit. B. Virg. M.*

Pulchritudo Jacobi, quam elegit Deus, et in qua habitavit; et ex ipsa processit tanquam sponsus e thalamo, et nos renovavit. — Idem, *Can. in Isaiam prophetam.*

Pulchritudo eximia. — Idem, orat. 3 *De Dormit. B. V. M.*

Pulchritudo, quam Deus dilexit Jacobus ille cœlestis, quamque a se electam velut tabernaculum sanctificationis incoluit. — Anonymous in *Menæis Græcorum* die 4 Januarii.

Pulchritudo pulcherrima omnium pulchritudinum. — Georg. Nicoimed. in *Orat. de exitu SS. Dominæ nostræ Deiparentis, quando fuit oblata in templo.*

Pulchritudo fidelium. — S. Jo. Damasc. in *Canticis ecclesiastic. Græcorum*, sono 4.

Pulchritudo Jacobi, quam solam matrem Dens elegit, per quam cum ejusdem Jacobi posteris annumeratus est. — Idem in *Parac. B. V. M.*

Pulchritudo uniea Jacobi, a Deo electa. — Idem in *Menæis Græcorum* die 25 Martii.

Pulchritudo Jacobi quam solam Deus elegit. — Theophan. Nicænus, *Hymn. in Annuntiat. SS. Deiparæ.*

Pulchritudo Jacobi, quam Deus amavit et elegit. — S. Joseph. *Hymnogr. in Mariali.*

Pulchritudo martyrum et apostolorum omnium. — Ibid.

Pulchritudo prophetarum. — Ibid.

Pulchritudo humani generis. — Joannes episc. Arctinus in tract. *De Dormit. sanct. V. M.*

Pulchritudo virginum. — Idiota, *De B. V. M. part. viii, contempl. 20.*

Pulchritudo virginea. — Rupert. abbas, lib. vi, in *Oseam prophetam.*

Pulchritudo specialis Ecclesiarum. — Adam de Persenia in *Mariali*, fragm. 7.

Pulchritudo justitiae. — D. Bonavent. in *Speculo B. V. M. cap. 12.*

Pulchritudo Ecclesiæ; quid enim decoris Eccle-

stæ est, quod non inveniatur in Maria. — Albert. Magu. in *Postillis super cap. ii Lucæ.*

Pulchritudo inamissibilis naturæ. — Jacob. monachus in *Mariali orat. 6.*

Pulchritudo clarissima. — D. Birgitta lib. iv *Revelat.* cap. 49.

Pulchritudo desideratissima. — Ibid.

Pulchritudo honestissima. — Ibid.

Pulchritudo nova. — Ibid.

Pulchritudo potentissima. — Ibid.

Pulchritudo pretiosissima. — Ibid.

Pulchritudo, quam omnes videre optabant patriarchæ, dæ qua omnes cecinerunt prophetæ, de qua omnes electi gaudent. — Ibid.

Pulchritudo suavissima. — Ibid.

Pulchritudo magnificentissima. — Isidor. Thesalon. in *Orat. de Nativ. B. V. M.*

Pulchritudo orbis universi. — Idem in *Orat. de Præsentat. B. V. M.*

Pulchritudo intellectualis. — Ibid.

Pulchritudo sacratissima, expressissime referens Deum. — Ibid.

Pulchritudo dulcissima cœlo ac terræ dominans. — Joan. a Jesu-Maria tom. II Oper. suor. pag. 63, *Theolog. myst.*

PULVIS, non terræ, qualem ventus dispergit et aura tollit, sed pulvis pigmentarius, sive pulvis pigmentarii, pulvis myrræ et thuris, qualem pigmentarius Spiritus sanctus consecit ex optimo thure, quod est suavitas mentis, et ex myrra prebatissima, quod est mortificatio, sive incorruptio carnis. — Rupert. abbas, lib. iii, *Commentar. in Cantic. canticor.*

PUPILLÆ oculi, quam Deus Trinitas custodivit semper ab omni nocivo. — Idiota, *de B. V. M. part. xvi, contempl. 4.*

Pupilla oculi, quam semper ab omni nocivo Deus Trinitas conservavit. — Rich. a S. Laur. *De laud. SS. V. lib. ii.*

PURGATRIX criminum. — D. Bonavent. in *Laud. B. V. M.*

PURIFICATORIUM animarum nostrarum. — S. Joseph. *Hymnograph. in Mariali.*

PURIFICATRIX aliorum. — Joan. Picus lib. ii in *Cantic., cap. 16.*

PURITAS virginea, de qua assumptum est purum semen. — D. Petrus Damianus, *Serm. de S. Victore confessore.*

Puritas virginalis, pura in utero, purior in mundo, purissima rutilans in cœlo. — D. Bonavent. in lib. *De ecclesiastica hierarchia,* part. iv, circa finem.

Puritas a putrefactione non læsa. — Jo. Honde mius in *Hymno de Assumpt. B. V. M.*

Puritas sanctitatis. — Dionys. Fab. tract. i, *de Concept. B. V. M.*

PURPURA regia, quæ cœli terræque Regem induit, universale corporis indumentum purpuram referens. — D. Epiphan. in *Serm. de laud. B. V. M.*

Purpura verissima ad indumentum et gloriam summi Regis divinitus aptissime dedicata. — D. Hieronym. in *epist. sive serm. de Assumpt. B. V. M. ad Paulam et Eustochium.*

Purpura a Deo contexta. — S. Andr. Cret. orat. 3, *de Dormit. B. V. M.*

Purpura intellectualis Dei incarnati. — Idem, *Cant. in Domin. post diem 17 Decembr.*

Purpura, qua Deus Rexque universorum indu tus, mortalibus apparuit. — Idem, *Cant. in Concept. B. V. M.*

Purpura regia, quam Deus inficiens Davidico sanguine purpuravit. — Idem, *Orat. de Nativit. B. V. M.*

Purpura Verbi, ex qua contexta est stola carnis. — Idem, *Cant. in diem Parasceve.*

Purpura regia, in sua conceptione contexta, qua futurus nuntiatus est omnium Regis adventus; hominum, qui inimici erant, prævie reconciliatio sancita, et tropæa adversus hostem erigenda occupato celebrata. — Georg. Nicomed. orat. 1, *de Concept. B. V. M.*

Purpura David, varietate a Deo indita fulgens, quæ incarnato Davidis Deo veluti trabeam obtulit carnem, quæ assumpta est. — S. Germ. Constant. *Serm. in Nativ. B. V. M.*

Purpura, ex qua interstinctum summi supernarum virtutum antistitis humerale contextum. — S. Jo. Damasc. orat. 4, *De Nativ. B. V. M.*

Purpura regia, quæ ex virginali suo sanguine purpureum stragulum texuit dicenti in *Canticis:* « Plexis capitib. tui ut purpura, Rex vincetus in transuersibus. » — Ibid.

Purpura, quæ virtutum Regis purpureis floribus contextam vestem suis sanguinibus tinxit. — S. Joseph. *Hymnograph. in Mariali.*

Purpura, quam instar conchæ Anna protulit, quæ lanam incarnationis Regis tinxit. — Ibid.

Purpura vere, quia super omnes sanctos regali dignitate, velut Domina mundi et Regina cœli efful sit, et se præ omnibus regaliter egit et rexit. — Hugo de S. Victore *Serm. de Assumpt. B. V. M.* qui est in ordine 46.

Purpura sanguine conchylii tineta, quæ ita Spiri tūto sancto compluta et madefacta fuit, ut nullis de cætero usib. manciparetur nisi divinis. Nicolaus monachus in *Epistola de Concept. B. V. Marie ad Petrum Cellensem.*

Purpura sanguine conchylii tineta. — Petrus abbas Cellensis, lib. vi *Epistolar., epist ult.*

Purpura veracissima ad indumentum et gloriam summi Regis divinitus aptissime dedicata, ut nulli deinceps ea uti usu feminine licuerit, nisi Deo. — Ibid.

Purpura Christi sanguine infecta, quæ summo Regi tam proprie, tam specialiter exhibetur, ut non humano, sed divino tantum usui coaptetur; ut non virum hominem, sed Deum et hominem nosse,

et diligere comprobetur. — Philipp. abbas lib. vi, in *Cantic. canticor.* cap. 22.

Purpura regalis. — J. cob. monach. orat. *de Nativ. B. V. M.*

Purpura regans. — Jacop. monach. in *Mariae orat. 2.*

Purpura Regis nostri, tinctura mundissima, sanguine scilicet Filii sui, quia melior nulla cogitari potest. — Ernest. Pragens. in *Mariali* cap. 6.

Purpura soli Deo dicata. — Dion. Fab. tract. *De Concept. B. V. M.*

Puteus aquarum viventium. — D. Hieronym. in epist. sive serm. *de Assumpt. B. V. Mariae ad Paulam et Eustochium.*

Puteus quintus veri jurisjurandi, in qua affluxit immortalitatis aqua, per adventum Domini, in carne, tempore plenitudinis, quinti saecularis; prius enim fœdus fuit tempore Adami scriptum; secundum, tempore Noe; tertium, tempore Abrahami; quartum, tempore Moysis; et quintum, tempore Domini. — S. Proclus in orat. 6, quae est *De laud. B. V. M.*

Putens semper viventis aquæ. — Chrysipp. in serm. *de S. Maria Deip.* qui exstat tom. VI *Bibliothecæ Magnæ V. P. part. II.*

Puteus aquarum viventium. — D. Ildephons. serm. I, *de Assumpt. B. M. V.*

Puteus inexhaustus aquæ vitæ. — S. Joseph. *Hymnograph. in Mariali.*

Puteus altus, id est profundus, ad quam profunditatem humanæ conditionis fragilitas non attingit. — Iohanna, de B. V. M., part. xiv, *contemplat.* 23.

Puteus altus, super quem requievit, et quasi humiliatus resedit Jesus Christus Filius ejus benedictus, fatigatus ex itinere nostræ redēptionis. — Ibid.

Puteus aquarum viventium, ad quem venire debet, qui habet aridum eorū, nec timere debet laborem extrahendi, nam flunt semper aquæ prepter vivacitatem et fecunditatem. — Idem *De B. V. M. part. v, contempl. 5.*

Puteus aquarum viventium, id est, gratiarum et doctrinarum, quæ vitam præstant hic per gratiam et per gloriam in futuro. — Idem *De B. V. M. part. xiv, contempl. 25.*

Puteus aquarum viventium, in quantum peccatores mortuos viviscait a peccato. — Idem *De B. M. V. part. v, contempl. 5.*

Puteus aquarum viventium, quæ flunt impetu de Libano, de cuius plenitudine licet acceperint omnes, non miruerit, imo quanto magis effluxerint, tanto amplius abundat plenitudo. — Idem *De B. V. M. part. v, contempl. 5.*

Putens aquæ vivæ, cuius aqua qui repletur, aquam vitæ habebit in æternum. — Idem *De B. V. M. part. xiv, contempl. 25.*

Puteus beatissimus, cuius aquam, id est, gratiam, haurire potest peccator hydria, seu situla con-

cava humilitatis, quæ capax est gratiæ et sola meretur impleri. — Ibid.

Puteus formatus lapidibus ab imo usque ad summum, in quo lapides fuerunt virtutum universitas, bitumine charitatis et cæmento humilitatis indissolubiliter colligata, quibus virtutibus ipsa beata Virgo erat confirmata in omni bono. — Ibid.

Puteus obscurus, quia nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, nec lingua hominis effari potuit, quantum gratiæ, quantum charitatis, quantum pietatis largitus est Deus gloriæ Virgini Mariæ. — Ibid.

Puteus profundus per sapientiam inattingibilem, et per gratiarum miram profunditatem, quam fragilitas humanæ conditionis non attingit. — Ibid.

Puteus, quem foderunt multipliciter Patres antiqui, ejus historiam sub figuris et ænigmatibus revelando, inter quæ omnia maxime profundum est mysterium Incarnationis. — Ibid.

Puteus, quia sicut puteus in viscera terræ descendit, sic gloria Virgo profundius omni creatura descendit per humilitatem, et ideo copiosus plena fuit a Spiritu sancto plenitudine gratiarum. — Ibid.

Putens aquarum viventium. — Rupert. abbas lib. iv, *Comment. in Cantic. canticor.*

Puteus altus et capax, et mysterii admirabilis profunditate. — Adam de Persenia in serm. *de Assumpt. B. V. M.*

Putens altus. — Petrus Cellensis serm. *in Aununt. B. V. M.*

Puteus aquarum viventium, ad cuius aquas quidquam morticinum, quidquam noxiū non accedit, non serpens insiblat, non venefico flatu laedit, non lapsus desuper ramus turbat, limus inflens non succedit, custos earum sponsus quidquam inesse turbidum non concedit. — Philippus abbas lib. iv, in *Cantic. canticor.* cap. 28.

Puteus virginalis, quem oœulo rep'et ducit ille qui est Libanus sempercandens, nivibus non solitus, imo summæ lucis eandor, et divinæ speculum virtutis: cuius profundos lacus etsi largiori copia non haurimus, qui angusto quidem vase et incapaci desiderio convenientius, quisquis tamen penitare prævalet, qua ubertate Libanus aquas fundit, novit, quæ impetu earum abundatia huic puteo se fundit. — Ibid.

Puteus, ex quo hauritur percatis nostris indulgentia, temptationibus medela, flagellis temperationem, insidianti adversario repugnaculum. — Petrus Cellensis serm. I, *in Aununt.*

Putens aquarum viventium in die Purificationis eridentatus. — Garnerius Lingon. serm. I, *in Purific. B. V. M.*

Puteus continens abyssos vitæ et immortalium gaudiorum, non tantum sibi, sed et aliis. — Guilielmus Parvus in cap. iv *Cantic.*

Puteus aquarum viventium. — *Guil. Parvus* in cap. iv *Canticorum*.

Puteus effundens angelis torrentem voluptatis, hominibus vero in hac peregrinatione rivulos sanitatis et sanitatis. — *Ibid.*

Puteus altus, id est excelsus per vitæ sanctitatem, plenus profunda misericordia ad replendam vacuitatem cordis peccatoris, quod profundum est et inscrutabile, *Jerem. xvii.* — *Richard. a S. Laur. De laud. V.*, lib. ix.

Puteus altus, *Joan. iv*, propter profunditatem intelligentiae, cuius scilicet profunditatem humanæ cognitionis fragilitas non attingit; super quem requievit et quasi humiliatus resedit Jesus, fatigatus ex itinere nostræ redemptio[n]is. — *Ibid.*

Puteus obseurus, quia nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis descendit, nec lingua hominis effari potuit, quantum gratiæ, quantum misericordiæ, quantum charitatis, quantum pietatis largitus est Deus Virgini gloriosæ. — *Ibid.*

Puteus profundus per sapientiam inattingibilem, id est gratiarum tantam profunditatem, quod eam fragilitas humanæ conditionis non attingit, unde *Ecli. vii*: « Alta profunditas, quis inveniet eam? » — *Ibid.*

Puteus, quantum ad illa beneficia, quæ labore et cooperatione liberi arbitrii ab ea, et per eam acquiruntur. — *Ibid.*

Puteus, quantum ad profundas et spirituales devotiones, quas suis spiritualibus subministrat. — *Idem De laud. V.* lib. i.

Puteus septem: nam signatur per Bersabe, quæ interpretatur *puteus septem*, vel *puteus satietatis*, quia peperit nobis Christum, qui est sufficiencia omnium, qui omnia erit in omnibus, *I Cor. xv*, et ideo satietatis. — *Idem De laud. B. V. M.* lib. ix.

Puteus septem, quia ab ipsa septiformi gratia repleta, hauriuntur per orationem aquæ salientes in vitam æternam. — *Ibid.*

Puteus aquarum propter inscrutabilem profunditatem gratiarum. — *Joan. Halgrin.* in cap. iv *Cantic. canticorum*.

Puteus aquarum viventium, id est gratiarum, salientium in vitam æternam. — *Ibid.*

Puteus aquarum, id est, populorum sacerdotium, viventium cum vita gratiæ saltem primæ. — *Hugo Carenensis* in cap. iv *Cantic. canticorum*.

Puteus per humilitatis profunditatem, de quo *Num. xxii*: « Ascendat puteus, quem foderunt principes. » — *Ibid.*

Puteus clausus et signatus, de quo egressus est fons domus David, patens in ablutione peccatoris, et menstruatæ. — *D. Amedeus homil. 7, De laud. S. V. M.*

Puteus, quantum ad specialem devotionem, quam dat suis spiritualibus. — *Albert. Magni. super Missus est*, cap. 197.

Puteus, quem foderunt principes, id est prophetæ, per nuntiationem, patriarchæ per exhibitio-

nem, apostoli per ostensionem, et paraverunt duces, id est reges. — *Idem in Biblia Mariæ super lib. Numerorum.*

Puteus, super quo Dominus locutus est ad Moysem. — *Ibid.*

Puteus totius consolationis, *Num. xxi*. — *Ibid.*

Puteus aquæ viventis, in quantum peccatores mortuos viviscent a peccato. — *Jacob. de Vorag. in Mariali serm. 5. G.*

Puteus satietatis. — *Idem serm. 1, pro Sabbath. S. Hebdom. Quadrag.*, qui est de *B. V. M.*

Puteus aquarum viventium, quia est quoddam receptorum capacissimum gratiarum, quæ cum impetu, id est, cum virtute, et magno dantis desiderio, fluunt de illo monte, qui est candor lucis æternæ. — *Ern. Prag. in Mariali cap. 32.*

Puteus latitudinis, abundantiae et saturitatis, ut dicitur *Gen. xxvi*, ut si quis hydriam suam tres metretas continentem impleri desiderat, ex eo hauriat abundanter saturitatem justitiae, abundantiam pacis, et latitudinem cordis, quæ est gaudium in Spiritu sancto. — *Ibid.*

Puteus, qui licet, quantum in se est, sit omnibus expositus, tamen non sine industria et labore aquæ, id est gratiæ, ejus hauriuntur a nobis. — *Ibid.*

Puteus, quia corda nostra sua gratia irrigat. — *Barthol. de Pisis lib. 1, De laud. S. V. M.*, fructu 8.

Puteus aquarum, quæ fluunt impetu de Libano candido paradisi. — *Joan. Gerson. tract. 3, super Magnificat.*

Puteus satietatis aquæ vivæ salientis in vitam æternam. — *Ibid.*

Puteus aquarum viventium, gratiæ septiformis superabundans. — *D. Antonin. in Summ. part. iv, tit. 15, cap. 20.*

Puteus aquarum viventium, id est, gratiarum perfectarum, quæ fluunt de paradiſo, quasi similes illis. — *Idem in Summ. part. iv, tit. 15, cap. 5*

Puteus septimus, quia plena septiformi aquæ gratiæ Spiritus sancti. — *Ibid. cap. 44.*

Puteus altus contemplatione et profundus humilitate. — *Bernardin. de Busto serm. de Purific. B. V. M.*

Puteus apertus omnibus gratiositate. — *Ibid.*

Puteus honestatis. — *Idem. in Officio Concept B. V. M.*

Puteus irriguus sanctitate. — *Idem serm. 5, de Parturitione B. M. V.*

Puteus latus charitate. — *Ibid.*

Puteus plenus aquis salutaribus. — *Ibia.*

Puteus viventis et videntis, *Gen. xvi*. — *Ibid.*

Puteus inæstimabilis misericordiæ. — *Joan. Tritheim. lib. 1, De miracul. B. V. M. in Urtic. cap. 6.*

Puteus innocentiae. — *Ibid. lib. iii.*

Puteus aquarum viventium, in quantum peccato-

res mortuos viviscat. — Maurit. de Villa Probata sermon. 28 *Coronæ novæ B. V. M.*

PYRITES, quia igne divini amoris accensa, emittebat fructus orationis ad Deum, et ignita exempla ad proximum, quibus eum ad fervorem protinus accendebat. Pyrites enim lapis est pretiosus, cui inest plurimum ignis, et facile scintillas emittit, ut dicitur in libro *De proprietate rerum*. — Maurit. de Villa Probata sermon. 28 *Coronæ novæ B. V. M.*

PYXIS nova unguentaria unguenti inexhausti. — S. Andreas Cretensis orat. 3 *de Dormitione Virg.*

Pyxis, quæ est vas unguentarium, factum ex busso, in qua transmisit nobis Pater illud unguentum medicinale, quo sanatus est mundus, qui prius omnimoda infirmitate laborabat, scilicet Filium

suum. — Rich. a S. Laur. *De laue Virginis lib. x.*

Pyxis aurea, quæ nobili electuario gratiæ a summo pigmentario est impleta. — Albert. Magu. serm. 2 *de Annuntiat. B. M. V.*

QUADRIGA, qua errandum est ad Filium Dei. — Arnold. Carnotens. tract. de illis Verbis Domini: *Mulier, ecce filius tuus.*

QUIES grata cordis nostri. — B. Joseph. Steinfeld. *Opusc. 4.*

Quies Dei. — D. Bonavent. in *Psalter. minori B. V. M.*, quinquagen. 2.

Quies tutior hominibus. — Idem in *laud. de B. V. M.*

Quies laborantium. — Albert. Magnus super *Missus est*, cap. 60.

Quies mortuorum. — Ibid.

LIBER DECIMUS QUINTUS.

NOMINA ET ELOGIA DEIPARÆ VIRGINIS MARIE, INCIPIENTIA A LITTERA R.

Elenchus nominum et elogiorum Deiparæ Virginis in hoc libro contentorum.

IN HOC LIBRO DEIPARA VIRGO MARIA DICITUR :

Rache : Radius : Radix : Rahab : Ramus : Raptrix : Ratio : Rationale : Ratis : Rebecca : Receptaculum : Receptrix : Reclinatorium : Reconciliatio : Reconciliatorium : Reconciliatrix : Recreatio : Recreatrix : Rectrix : Recubitus : Recuperatrix : Redemptio : Redemptrix : Redintegratio : Reditus : Reductio : Reductrix : Refectio : Refocillatio : Refocillatrix : Reformatio : Reformatrix : Refrenatrix : Refrigeratrix : Refrigerium : Refugium : Regeneratio : Regeneratrix : Regia : Regina : Regio : Registrum : Regnatrix : Regnum : Regula : Relevamen : Revelatio : Revelatrix : Reliquiarium : Remedium : Remissio : Remotrix : Renovatio : Renovatrix : Reparatio : Reparatrix : Repository : Repræsentatio : Requies : Res : Resa : Reseramentum : Reseratrix : Resina : Resonatio : Respectus : Respiratio : Restauratio : Restauratrix : Restitutio : Resurreccio : Resuscitatio : Resuscitatrix : Retributio : Retributrix : Reversio : Revocatio : Revocatrix : Rheda : Rheu : Rivulus : Rivus : Roboam : Roboratio : Roboratrix : Robur : Ros : Rosa : Rosarium : Rota : Rubinus : Rubus : et Ruth.

RACHEL, de qua dicit Scriptura, Gen. xxix: « Erat autem pulchra, et venusta aspectu; » nam secundum corpus fuit venustissima et formosissima, et nemo potest dignius loqui de interiori ejus pulchritudine, quam ipse, qui est « speciosus forma præ filiis hominum, » super omnes creaturas in tantum amavit, concupivit, sanctificavit, ut non solum ejus mentem iuhabitaret, sed et in ejus corpore sibi habitaculum præpararet. — B. Aelred. abbas serm. in *Annunt. B. V. M.*

Rachel, mater nostri veri Joseph, id est Christi: si enim Rachel mater Joseph interpretatur ovis, multo melius potest Maria appellari ovis, in cuius vellus illa cœlestis pluvia descendit, sicut dicit sanctus David: « Descendet sicut pluvia in vellus » Psal. Lxxi, et de qua ortus est Agnus ille cœlestis, « qui tollit peccata mundi, qui tanquam ovis ad occisionem ductus est, et quasi agnus coram

tondente se obmutuit, et non aperuit os suum. » — Ibid.

Rachel speciosa et amabilis super omnes mulieres Deo Patri, quæ peperit verum Joseph. — Err. Prag. in *Mariali* cap. 80.

Rachel, quæ genuit Joseph, id est Christum Salvatorem mundi. — Bernardin. de Busto serm. 1. *De nominat. M. V.*

RADIUS solis intelligibilis. — S. Andr. Cretens. orat. 2. in *Annunt. B. V. M.*

Radius virginitatis, e quo sese ipsius divinitatis splendor diffudit. — Anonymus in *Menais Græcor.* die 25 Julii.

Radius micans, omni lucidior radio. — Georg. Nicomed. orat. 3, *de Præsentat. B. V. M.*

Radius deitatis — S. Anselm. Lue. sup. *Salve.*

Radius deitatis. — D. Bernard. in *Meditat.* super *Salve Reg'na.*

Radius solaris, quia sicut radii solares descendunt super lumen, et tamen non deturpantur a luto, sed potius illuminant lumen: sic anima Virginis descendit super terrenum lumen humanae naturae, et tamen non fuit deturpata a luto peccati originalis, sed potius totam humanam naturam illuminavit. — Joan. de Meppis in tract. *De immaculata Concept.* pag. 86.

Radius divini amoris. — Joan. Trith. lib. 1, *De mirac.* B. V. M. in *Urtic.*, cap. 6.

RADIX speciosissimi floris. — S. Method. hom. festi *Purificat.* B. V. M.

Radix glorie. — D. Epiphan. in orat. *de Laud.* SS. V. M.

Radix sanctissima, ex qua Christus prodiit. — D. Ephrem in serm. *de Laud.* SS. Virg. lib. x.

Radix Jesse, quæ ex sese sine extraria ope immarcescibilem protulit vitæ florem. — S. Proclus in orat. 6, quæ est *de Laud.* B. V. M.

Radix vite florens. — Venant. Fortunat. Eleg. in *Laud.* B. V. M. in *hymno de Nativit. Dei.*

Radix omnium bonorum. — Chrysip. in serm. de S. M. *Deipara.*

Radix generis Jesse, de qua flos Christus ascendit nascens, nulla corruptione creatus, sed sola sancti Spiritus infusione generatus. — D. Ildephons. in lib. *De virginitate S. V. M.* cap. 6.

Radix immortalitatis. — Anonymus in *Menœis Graecor.* die 4 Junii.

Radix bonorum, in sterili utero nata, qua fore prænuntiatum est, ut, quæ vitio exaruerat natura hominum, virentia pietatis germina produceret. — Georg. Nicomed. orat. 4 *de Concept.* B. V. M.

Radix exspectatorum. — Idem orat. 4 *de Praesentat.* B. V. M.

Radix de qua Isaías xi, « Et erit radix Jesse, et qui surrecturus est, ut dominetur gentilium, in ipso gentes sperabunt. » — S. German. Constant. serm. in *Nativ.* B. V. M.

Radix Jesse. — Ibid.

Radix Jesse. — S. Joan. Damasc. orat. 2 *de Nativ.* B. V. M.

Radix rami divini sermonis. — Idem in orat. 4 *de Nativ.* B. V. M.

Radix Jesse, de David stirpe generata, de cuius radice flos Christus ascendit. — Paschasius Ritter. lib. 1, in *Matthæi Evangelium.*

Radix non irrigata, Deum plantarem pariens. — S. Joseph. *Hymnograph.* in *Mariali.*

Radix nunquam irrigata, quæ vitæ racenum protulit. — Ibid.

Radix arboris agnitionis vitæ nostræ. — Joan. episc. Aretin. in tract. *De Dormit.* SS. V. M.

Radix Jesse. — Ibid.

Radix Dei progerminatrix, in prato gloriae plantata, ex qua ramus pullelavit, sub cuius umbra

requiescent terra fine. — Leo imp. in orat. *de Presentat.* B. V. M.

Radix pariens. — Jo. Geometr. in *Annunt.* SS. Dei Genitricis

Radix virginitatis. — Ibid.

Radix consolationis. — S. Anselm. Luc. super *Salve Regina.*

Radix totius fervoris et charitatis. — Garnerius Lingon. serm. 2 *de Assumpt.* B. V. M.

Radix sancta. — D. Bonav. in *Psalter.* minori B. V. M. quinquagena 1.

Radix prima omnium benedictionum. — Albert. Magn. super *Missus est*, cap. 216.

Radix, ex qua resurrectionis arbor pullulavit, quæ arbor immortalitatem alit ac vegetat, quæ gratiæ ubertatem fructificat, cuius fructus non decidet, et delectatio in aeternum perseverabit. — Jacobus monachus in *Mariali* orat. 2.

Radix gaudii. — Idem in *Mariali* orat. 6.

Radix, quæ incorruptionis florem parturivit, ex qua velut ex suo folliculo prodiens ac promiens, jucundum erroris odorem repulit, et gratiæ suavissimum habitum spiravit. — Ibid.

Radix rerum exspectatarum, quam sancti Joachim et Anna germinarunt. — Idem in *Mariali* orat. 2.

Radix rerum in spe positarum, quam sancti Joachim et Anna germinarunt. — Jacob. monach. orat. *de Nativ.* B. V. M.

Radix resurrectionis, arborem germinans immortalitate vernantem, uberes gratiæ ferentem fructus, cuius non defluet fructus, deliciæque in saecula conservabuntur. — Ibid.

Radix, quæ plena humore gratiæ, postquam hiems abiit et recessit, et plenitudo temporis advenit, sine opere hominis, virtute Spiritus sancti et caloris ecclæstis erupit in germen, de quo Jer. xxiii : « Inscitabo David germen justum. » — Ern. Prag. in *Mariali*. — Ibid.

Radix, quia sicut radicis proprium est in terra semper abscondi, et in absconso fidelier operari, ita Mariæ proprium fuit fugere publicum, amare secretum, abscondi ab hominibus, vacare Deo, sed non otiari: nam, ut dicit S. Bernardus, otium non est vacare Deo, imo negotium negotiorum est. — Ibid.

Radix, quia sicut radix appetitivam et attractivam habet naturam, ipsa enim appetit, singit et attrahit humorum, unde tota arbor vivit, viret et crescit: similiter beata Virgo os suum aperuit in oratione, et attraxit Spiritum secundum rorem gratiæ, unde totum corpus Ecclesiae vivit, pascitur et proficit. — Ibid.

Radix, quia sicut radix non solum firma est in se, sed totam arborem stabiliri facit, et eam supportat: ita Maria Ecclesiam, vel fidelem animam omnem, quæ ei innititur, non solum sicut basis columnam, sed ut radix arborem sustentat, et

stabilit semper magis ac magis vivificando eam, et vegetando. — Ern. Prag. in *Mariali*.

Radix, quia sicut radix sollicita est pro tota arbore, et in hieme, quando nihil agere putatur, de terra haurit avide, quod in aestate effundit abunde; ita Maria sollicita exstitit pro toto humano genere, unde Esther non pro se, sed pro damnatione populi sui se affligebat, Esth. iv, et orabat dieens: « Da mihi animam meam, pro qua peto, et populum meum, pro quo obsecro. » — Ibid.

Radix clementiae. — Barthol. de Pisis lib. i, *De laud. S. Virg.*, fructu 2.

Radix fructificare nos faciens per opera virtuosa. — Ibid., fructu 8.

Radix totius salutis. — D. Bernard. Senensis tom. I, serm. 61, qui est *De superadmirabili gratia et gloria B. V. M. D.*

Radix constantissima confessorum Christi. — Joan. Mauburn. in Rosar. *De gloria S. V. M.*, membro 6.

Radix Denii germinans. — Bernardin. de Busto in *Mariali*, serm. 6, *de Concept. B. V. M.*

Radix Filii Dei. — Idem serm. 1, *de assimilat. B. V. M.*

Radix totius salutis. — Maurit. de Villa Probata, serm. 25 *Coronæ novæ B. V. M.*

Rahab Jerichontina: nam sicut Rahab Judeos exploratores recepit, et abscondit, Jos. ii, sic Maria Judæos, id est vere consitentes se, et Filium suum, et exploratores veræ terræ promissionis ad possidendum eam: sicut enim pia mater abscondit filium suum sub pallio, quando pater vult verbare, sic Maria refugientes ad se, Christi justitiam formidantes. — Rich. a S. Laur. *De laud. S. V. M.* lib. xii.

Rahab in defensione. — Barthol. de Pisis lib. i, *De laud. S. V. M.*, fructu 2.

Ramus mysterii sublime elatus. — Georg. Nicomed. orat. 3, *de Concept. Deiparæ V.*

Ramus virginitatis, semper virens. — S. Joan. Damasc. orat. 4, *de Nativ. B. V. M.*

Ramus divinæ plantationis. — Ibid.

Ramus illibatus. — Cosm. Vestitor. orat. *in sanctos Joachim et Annam*.

Ramus arboris Davidice. — Hugo de S. Victor. in *Annotationib. elucidatoriis in Epist. ad Roman.*

Ramus qui ex radice omni gratia refertus ascedit. — Matthæus Cantacuzenus in cap. viii *Canticorum*.

Ramus arboris bona, quia sicut ramus abscissus ab arbore bona, et insertus in malam arborem, non inficitur ab ea, sed potius perficit eam; sic anima beatæ Virginis non inficitur ab eo corpore, sed potius ipsum corpus perficitur, et sanctificatur in omnibus partibus suis, ex redundantia gratiae ab anima beatæ Virginis. — Joan. de Meppis in tract. *De Immacul. Concept. B. V. M.* pag. 86.

Ramus aeternæ dulcedinis. — Maurit. de Villa Probata, serm. 10 *Coronæ novæ B. V. M.*

Raptrix cordium. — S. Anselm. *Lucens. super Ave Maria, et super Salve Regina.*

Ratio tota spei nostræ. — D. Bernard. serm. in *Nativ. S. V. M. de Aqueductu*.

Ratio, post Filium suum, omnium que facta sunt et que futura sunt. — Rich. a S. Laurent. *De laud. S. V. M. lib. ii.*

Ratio singularis, post Filium suum, salutis peccatorum; nam propter Virginis immensam dilectionem, tam ipse Christus, quam tota beatissima Trinitas secleratissimis peccatoribus frequenter indulget. — D. Bernard. *Senens. tom. I, serm. 61*, qui est *De superadmirabili gratia et gloria B. V. M. D.*

Rationale dubiorum. — S. Germ. Constant. serm. in *Nativ. B. V. M.*

Rationale sacerrimum. — S. Joan. Damasc. orat. 1, *de Nativ. B. V. M.*

Rationale summi Pontificis, id est Christi, quam supremus ipse Pontifex gerebat in pectore. — Ern. Prag. in *Mariali* cap. 157.

Ratis salvari volentium. — S. Andr. Cretens. orat. 2, *in Annunt.*

Ratis propter constantiam auieni nianquam dissoleti per prospera vel adversa. *Ratis* enim dicitur quasi fortis; quia ratum idem est quod firmum. — Rich. a S. Laur. *De laud. S. V. M. lib. xi.*

Ratis mundi. — D. Bonavent. in *Psal. minori B. V. M.*, quinquagen. 1.

REBECCA: nam si Rebecca erat virgo pulcherrima, quae non noverat virnum, servus autem Abrahæ juxta aquam eam invenit, ibique eam allocutus est, Gen. xxiv: beata Maria, virgo quoque formosissima fuit, libenter manebat juxta spirituales aquas, id est sanctas Scripturas, ad has aquas sepius recurrebat, ut posset dicere cum Propheta Psal. xxii: « Super aquam refectionis edeavit me; » denique ibi eam invenit angelus, servus videlicet Abrahæ, non illius terreni et mortalisi, sed illius cœlestis et æterni; sic enim dicit evan gelista Lucas ii: « Ingressus angelus ad eam dixit: Ave, gratia plena, Dominus tecum. » Quo ingressus ad eam? Sine dubio ubi ipsa se abscondebat a vanitatibus sæculi, et de curis mundi ingressa erat in privatum thalamum suum, et clauserat ostium suum, et privatim orabat Patrem suum; hauriebat sibi aquas in gaudio de fontibus Salvatoris, id est, de Scripturis sanctis, ubi legerat et Virginis partum, et Salvatoris adventum: forte tempore, quo angelus venit, habebat Isaiam in manibus, forte tunc studebat in illa prophetia: « Ecce Virgo concipiet, et pariet Filium, et vocabitur nomen ejus Emmanuel. » — S. Aelredus serm. in *Annunt. B. V. M.*

Rebecca: quia si servus Abrahæ, sicut dicit Scriptura Gen. xxiv, dedit Rebeccæ inantes aureas et armillas, id est ornamenta aurum et brachiorum: servus magni Abrabæ, id est Gabriel angelus, ornavit aures beatæ Virginis decoro ornatus.

mento, quando dixit: « Ave, gratia plena: » ornavit brachia sua pulchra quadam armilla aurea, quando dixit: « Dominus tecum; » ille enim, cuius adventum angelus nuntiabat, potest bene nuncepari Armilla, quia sicut armilla nec initium habet, nec finem, ita ille secundum divinitatem nec incipit esse, nec desinit; hac Armilla fuerunt ornata brachia beatæ Virginis, quia ipsa Dei Filium, quem de se genuit, sœpe inter brachia sua amplexans portavit. — Ibid.

Rebecca, quam quæsivit nuntius filio domini sui, id est Gabriel archangelus Filio Dei, de cuius hydria ipse biberit, quia de conformitate virginitatis ejus et vite mundissimæ biberunt et jumenta, id est homines, si non de hydria virginitatis, saltem de hydria humilitatis, placuit enim propter humilitatem, atque propter hanc Deus elegit et præelegit eam. — Petr. Bles. ser. 58.

Rebecca, puella nimis pulchra, quæ, deposita hydria de scapulis, adquavit non solum servum Abrahæ, sed etiam camelos omnes sipientes: « Venite ad aquas » Isaiae LV, de fonte et pnto Salvatoris, de quibus ipse biberit, et omnis familia ejus. — Petr. Cellens, serm. 2, *in Annunt.*

Rebecca, habens apud se vestes Esau, valde bonas; Gen. xxvii, quia carnem, quam Christus, qui Esau peccator, quia in similitudinem carnis peccati apparuit, tanquam vestem de purissima ejus substantia assumpsit, habuit apud se; quia non aliunde de semine viri, sed de sua substantia tantum formata et assumpta est caro Christi. — Rich. a S. Laur. *De laud. S. V. M.* lib. x.

Rebecca, quæ de hydria sua potavit Eliezer et camelos, Gen. xxiv, Christum scilicet et omnes sanctos. — Idem *De laud. S. V. M.* lib. xii.

Rebecca, quæ dixit filio Jacob, Gen. xxvii: « Fili mi, acquiesce consiliis meis. » Sicut enim *Rebecca Jacob*, qui interpretatur *luctator* et *supplantator*, appellavit filium suum, non Esau, ita soli luctatores et *supplantatores* vitiorum, filii Mariæ, sunt digni hereditate ipsius, et soli tales possunt vocare Mariam Matrem suam. — Idem *De laud. S. V. M.* lib. ii.

Rebecca, virgo pulcherrima et incognita viro, Gen. xxiv, quæ de hydria sua, quæ signabat ubera ejus, potavit Eliezer et camelos, id est Christum et sanctos; nam ex humilitate Deo placuit, sed ex fide concepit Sanctum sanctorum, id est Christum, qui sanctificat omnes sanctos. — Idem *De laud. S. V. M.* lib. iv.

Rebecca de qua dicitur: « Puella decora nimis, virgoque pulcherrima et incognita viro. » — D. Bon. in serm. 2, *De B. V. M.*

Rebecca in veritate, quæ multum a Deo accepit. — Albertus Magn. in *Postillis* super cap. 1, *Luc.*

Rebecca puella decora nimis, virgo pulcherrima et incognita viro, quæ implevit hydriam cordis

gratia, venia, gloria. — Idem in *Biblia Marie sup. lib. Genesis.*

Rebecca, quæ multum accepit a Domino, in cuius aures servus summi patriarchæ, sermo scilicet propheticus, suspendit in aures aureas, ut nullum andire delectaret præter solum Dilatum. — Idem in *Postillis* super cap. x *Lucæ.*

Rebecca, quæ multum gratiæ recepit, virgo pulcherrima et incognita viro, quam summus Patriarcha Filio suo Isaac, gaudio universæ terræ elegit in Matrem. — Idem in *Postillis* super cap. x *Lucæ.*

Rebecca, cuius hydria plena est aqua, id est anima plena est Dei gratia. — Gen. xxiv. — Jacob. de Vorag. in *Mariali*, serm. 1

Rebecca per dilectionem. — Barthol. de Pisis lib. i, *De laud. S. V. M.*, fructu 2.

Rebecca figurative, quæ Filium, id est Israel qui interpretatur *videns Deum*, docuit, et juvit refectionem offerre Patri suavem, cum vestibus odoriferis, ut benedictionem Patris obtineret. — D. Antoninus in *Summ. part. iv*, tit. 15, cap. 2, *Quod S. Virgo Maria est Muter nostra quadrupliciter.*

Rebecca, mystice, quam Eleazar procurator Abrahæ, id est archangelus Gabriel, Dei nuntius, missus de terra promissionis, id est superna in Aran, id est in mundum, invenit præ cæteris virginem pulcherriman mente et corpore ad fontem aquarum viventium, gratiarum et divinorum eloquiorum, quæ etiam sua liberalitate ipsi angelo nuntio despunctionis, sienti salutem humanam, et camelis ejus, id est hominibus, qui ab eo dirigebantur et gubernabantur, potum dedit satisfaciens desiderio suo, cum nuntiasset adventus sui causam et missionis, ut scilicet eam despunctionet Filio Dei, cum consensit dicens: « Ecce ancilla Domini. » — Idem in *Sum. part. iv*, tit. 15, cap. 8.

Rebecca spiritualis, quæ non solum curam habet de electis, ratione utentibus, ut sientibus procurat aquam gratiarum; sed etiam de peccatoribus curam habet, ut animabus irrationalibus, non potentibus, nec desiderantibus, aquam gratiarum procuret. — Idem in *Sum. part. iv*, tit. 15, cap. 14.

Rebecca, quia super omnes plus gratiæ accepit; *Rebecca* enim interpretatur, *multum accepit*. — Maurit. de Villa Probata, serm. 7 *Coronæ novæ B. V. M.*

Rebecca puella decora nimis, virgoque pulcherrima et incognita viro, quam legatus Abrahæ cœlestis ad fontem aquarum reperit, id est Scripturas divinas rimantem, et de profunditate litteræ mirificos haurientem haustus. — S. Thom. de Villa Nova serm. 1, *de Annunt. B. V. M.*

Rebecca, virgo sacra, quam in auribus argento vermiculatis, divitis potentisque Domini nuntius subarravit, virginis auribus miranda ingerens

sermone polito mysteria : datoque consensu Filio Domini sui eam perpetuo connubio desponsavit, ut in ejus sacro uteri thalamo Deus et homo jam non sint duo, sed una caro, una persona, unus Deus et homo, Dominus noster Jesus Christus, Dei naturam et hominis, in se ipso indissolubili nexu copulans hypostasi beata. — S. Thom. de Villa Nova serm. 4 de Annunt. B. V. M.

RECEPTACULUM capacissimum naturæ incomprehensibilis. — D. Gregor. Thaumaturg. orat. 3, in Annunt. B. V. M.

Receptaculum omnium mysteriorum divinorum. — Idem orat. 3, in Annunt. B. V. M.

Receptaculum supercœlestis lætitiae. — Ibid.

Receptaculum spatiostum naturæ incomprehensibilis. — S. Joan. Chrysost. orat. de Annunt. B. V. M.

Receptaculum novum lucis immaterialis universæ terræ divinæ scientiæ splendores effundens. — S. Andreas Cretensis, Can. in S. Andr. apostol.

Receptaculum sapientiae Dei. — Idem, orat. 2, in Annunt.

Receptaculum gratiæ. — Anastas. Antiochen. in orat. 4, in Annunt. B. V. M.

Receptaculum divinitatis. — Sergius relatus a Cenobio lib. 1, *De Deipara*, cap. 11.

Receptaculum Dei. — S. Joan. Damasc., Can. in Annunt. Deip. V.

Receptaculum Importabilis. — Idem in Octoech. Græcorum

Receptaculum lucis. — Ibid.

Receptaculum dignum incomprehensibilis divinitatis. — S. Germ., orat. in Annunt. B. V. M.

Receptaculum Filii et Verbi Patris et solius Dei. — Idem orat. 1, in Præsentat. B. V. M.

Receptaculum omnis puritatis. — Idem in Mariali, fragm. 4.

Receptaculum Sancti sanctorum. — Idem orat. 1 in Præsent. B. V. M.

Receptaculum Illocabilis. — Cosmas Hierosolym. in *Theogoniam* hymno 9.

Receptaculum Dei sacramum. — S. Joan. Damasc. in *Cantic. Græcor.* sono 1.

Receptaculum incomprehensibilis Creatoris. — Idem in *Canone de S. Trinitate*.

Receptaculum lætitiae, quippe quæ supernam vocem auribus exceptit. — Idem in *Paracl. B. V. M.*

Receptaculum lucidum divinæ immensitatis, in pedaneo interno illum complexa, qui in ipso etiam utero orbis terræ complectitur fines. — Idem orat. 4 *De Nativit. B. V. M.*

Receptaculum puritatis, capax divinæ inhabitationis, animæ nostræ sordes ac maculas delens. — Idem in *Paracl. B. V. M.*

Receptaculum Dei. — Joan. Eubœus., orat. in *Concept. S. Dei Genitricis.*

Receptaculum Dei. — Theophanes Nicænus, Hymn. in Annunt. S. Deiparae.

Receptaculum amplissimum illius qui immensus est. — S. Joseph. Hymn. in *Mariali.*

Receptaculum divinæ gratiæ capax. — Ibid.

Receptaculum continens Incomprehensibilem. — Ibid.

Receptaculum Dei. — Ibid.

Receptaculum Domini purissimum, ab omni macula purificans nos, et purissimi Spiritus divini domos nos efficiens. — Ibid.

Receptaculum Domini venerandum, erigens nos collapsos in chaos gravissimæ desperationis et peccatorum et tribulationum. — Ibid.

Receptaculum illius quem nihil capere potest. — Ibid.

Receptaculum lucis, illuminativis radiis suis illustrans cor nostrum, socordiæ nubes depellens, ac peccati tenebras eliminans. — Ibid.

Receptaculum lucis, quæ ex ea pura digne Deo effulgit, illuminans oculos animæ nostræ, atque ignorantiae tenebras eliminans, peccatiæ tenebras dejiciens atque exterminans. — Ibid.

Receptaculum luminis, splendidis ante luciferum ex Patre, et in ea habitaculum figentis novissimis temporibus, nostramque ferentis humanam formam, et illam sine permisso deificantis. — Ibid.

Receptaculum naturæ incomprehensibilis. — Ibid.

Receptaculum purum castitatis, Verbum illud in se recipiens, quod a nulla re potest comprehendendi aut contineri. — Ibid.

Receptaculum purum illius qui a nullo capi potest. — Ibid.

Receptaculum vitæ. — Jo. episc. Aretin. in tract. *De Dormit.* S. V. M.

Receptaculum Dei omnipotentis dignissimum. — D. Anselm. hom. de S. V. M. *Conceptione.*

Receptaculum gaudii. — Theod. Lascaris imperator in *Can. ad S. Deiparam.*

Receptaculum omnium gratiarum. — Richard. a S. Laur. *De laud. S. V. lib. iv*

Receptaculum fugientium ab ira Dei. — Albert. Magn. in *Biblia Mariæ, sup. lib. Josue.*

Receptaculum behedictionis. — Jacob. de Vorag. in Mariali, serm. 2, 5.

Receptaculum Spiritus sancti in templo repositum, et ad Verbi susceptionem feliciter præparatum. — Jacobus monachus in Mariali, orat. 5.

Receptaculum gratiæ clarissimum ipsis solis radiis splendidius et illustrius. — Nicephor. Callistus lib. 1, *Hist. eccl.*, cap. 8.

Receptaculum Dei mundissimum. — D. Birgitta lib. v *Revelat.*, interrogat. 12.

Receptaculum capacissimum gratiarum, quæ cum impetu, id est cum virtute et magno dantis desiderio, fluunt de illo monte, qui non interpretatur candidatio, ut Libanus, sed est candor lucis æternæ. — Ern. Prag. in Mariali cap. 32.

Receptaculum Deificis fulgoribus excipiendis a

Deo confectum. — Isidor. Thessalon. in orat. de *Present. B. V. M.*

Receptaculum Dei incomprehensibilis. — Idem orat. de *Assumpt. B. V. M.*

Receptaculum purissimum. — Idem in orat. de *Præsentat. B. V. M.*

Receptaculum vastissimum, et vires naturæ superans. — Idem in orat. de *Assumpt. B. V. M.*

Receptaculum gratiarum. — D. Laur. Justin. *De triumphali Christi agone*, cap. 7.

Receptaculum benedictionis æternæ. — Bernardin. de Bust. ser. 12, *de Annunt. B. V. M.*

Receptaculum Dei. — Idem serm. 2, *de Assumpt. B. V. M.*

Receptaculum lucis æternæ. — Idem serm. 5, *De parturitione B. V. M.*

Receptaculum omnium gratiarum divinarum. — Idem serm. 4, *De assimil. B. V. M.*

Receptaculum securum omnium ad eam devote revertentium. — Idem serm. 2, *de Assumpt. B. V. M.*

Receptaculum benedictionis æternæ. — Maurit. de Villa Probata serm. 23 *Coronæ novæ B. V. M.*

Receptaculum lucis æternæ. — Ibid. serm. 24.

Receptaculum omnium gratiarum divinarum. — Ibid. serm. 5.

RECEPTRIX Dei, in qua disruptum est peccati chirographum, in qua Deus factus est homo, manens ipse Deus, gestarique utero sustinuit, et ad nostræ generationis humilitatem se dejecit, non exinanito Paternæ gloriæ sinu, maternosque nihilo minus opplens amplexus. — Basilius Seleuciensis. orat. in *Annunt. B. V. M.*

Receptrix Filii Dei. — Albert. Magn. in *Postillis* super cap. x *Luc.*

Receptrix generalis Dei et hominum largissima, cuius ostium viatori patuit celeriter, totaliter et frequenter, Job xxxi. — Idem in *Bibl. Mar.* sup. lib. Job.

Receptrix generalis omnium peregrinorum Christi. — Idem in *Biblia Mariæ* sup. librum Ecclesiastici.

RECLINATORIUM singulare sapientiae Dei Patris. — Radulph. Ardens homil. 1, *in Nativ. B. V. M.*

Reclinatorium unicuius æternae pietatis. — Maurilius Rothom. in orat. *ad B. M. V.*

Reclinatorium aureum, in quo Deus post tumultus angelorum et hominum se reclinans, requiem invenit. — D. Petr. Damian. serm. *de Annuntiat. B. V. M.*

Reclinatorium verum et dulcissimum unici Filii Dei omnipotentis. — D. Anselmi. in lib. sive tract. *De Concept. S. V. M.*

Reclinatorium summi boni. — D. Bern. in orat. *Rhythmic. ad Dominum Jesum Christum ejusque S. Matrem.*

Reclinatorium Filii Dei. — D. Petr. Cluniacensis lib. iii *Epistolar. Epist. ult.*

Reclinatorium regis. — Idem Prosa in honorem S. Matris Dei.

Reclinatorium Regis. — Rich. a S. Vict. *Expositio in Cantic. can'icor.* cap. 42.

Reclinatorium pietatis. — Petr. Bles. ser. 58.

Reclinatorium Trinitatis. — Adam Præmonstrat. lib. i, serm. 40.

Reclinatorium Christi, in quo ipse Christus totum caput reclinavit, quia obumbrante Spiritu sancto in Matre accumbens et requiescens quasi longos somnos fecit; dum moras humani corporis per membra disponendi, seu componendi profunda secreti sui ratione patienter exspectavit. — Petrus Cellensis serm. 4, *in Nativit. Domini.*

Reclinatorium aureum veri Salomonis, in quo ipse fabricator caput suum a conturbatione hominum reclinavit. — Philippus abbas lib. iv, *in Cantic. canticor.*, cap. 5.

Reclinatorium, in quo Salomonis grata requies impertitur. — Ibid.

Reclinatorium, in enjus Christus se reclinavit uterum aurenum, splendore castitatis fulgidum. — Honorius Augustol. in *Sigillo B. M. V.*

Reclinatorium quiescenti. — Erenestus Prag. in *Mariali*, cap. 59.

Reclinatorium splendidissimum totius super-sanctæ Trinitatis. — Dion. Carth. lib. iv, *De Pracon. B. V.*, art. 6.

Reclinatorium idoneum Filii Dei. — Bernardin. de Busto, serm. 2, *De assimilat. B. M. V.*

Reclinatorium specialissimum Verbi Dei. — Idem in suo *Mariali*, serm. 9, *de Coronat. B. Mariae.*

Reclinatorium totius Trinitatis. — Idem serm. 5, *de Nativ. B. M. V.*

Reclinatorium divinæ Majestatis. — Jo. Trith. Eb. i, *De mirac. B. V. in Urticeto*, cap. 6.

Reclinatorium summæ Trinitatis. — Idem *De mirac. B. M. V. prope Dit'elbach.*, lib. i, cap. 42.

Reclinatorium speciale Verbi Dei. — Maurit. de Villa Probata, serm. 7 *Coronæ nov. B. M.*

Reclinatorium Spiritus sancti, in quo nullum habnit locum originalis macula delicti, cum ad perfectam ejus consummationem nihil omnino deficit, nisi quod satis digne laudari non potest. — Dion. Fab. tract. 1, *de Concept. B. M. V.*

Reclinatorium odoriferum deitatis. — Lnd. Blōsius in *Endologia 1, ad B. M. V.*

RECONCILIATIO divina cum hominibus. — S. Andreas Gret. orat. 1, *in Annunt. B. M. V.*

Reconciliatio cum Deo omnium illorum qui eam assidue beatificant. — S. Joseph. Hymn. in *Mariali.*

Reconciliatio peccatorum. — Joan. Geometra serm. in *Annunt. S. Dei Genitr.*

Reconciliatio laudabilis. — Jacob. monach. in *Mariali*, orat. 6.

Reconciliatio opportuna in tempore iracundiae. — Antonius Poeq. serm. 8, *de Concept. B. V.*

RECONCILIATORIUM commune, quo omnes Deo

possimus reconciliari. — S. Andreas Cret. orat. 5,
de Dormit. B. V.

Reconciliatorium totius Ecclesiæ. — Ern. Prag.
in Mariali, cap. 423.

RECONCILIATRIX nostra. — D. Ephrem. in serm.
de laud. B. M. V.

*Reconciliatrix pro eo qui ad preceptionem ejus
auxilium consugerit.* — D. Severus Alexand. in
lib. *De ritibus baptismi.*

*Reconciliatrix potentissima servorum et amato-
rum suorum, cum superbenedicto Filio suo irato.*
— Idiota, in sua contempl. *De S. M. V.*

Reconciliatrix mundi. — S. Jo. Damasc. orat.
in occursum Domini.

*Reconciliatrix secunda post secundas offensas
apud Deum.* — Joan. Geometr. serm. *in Annunt.*
S. Dei Genitricis.

Reconciliatrix Filii sui. — D. Anselmus lib. *De
excellentia S. Mariae* cap. 12.

Reconciliatrix mundi. — Idem in *Hymu. invocat.*
ad S. V. M.

Reconciliatrix piissima. — Franc. abbas lib. vi,
De gratia Dei.

R conciliatrix humanæ naturæ. — Rich. a S.
Victore Exposit. in cantic. Canticor., cap. 25.

Reconciliatrix mundi. — Ibid.

Reconciliatrix ad reos. — Petrus Cellensis
serm. 6, *De Adventu.*

Reconciliatrix erronearum ovium. — Jo. Hal-
grin. in cap. 1 *Cantic. canticor.*

Reconciliatrix nostra apud Deum. — Albert.
Magn. in *Biblia Mariae* super lib. Exod.

Reconciliatrix peccatorum. — Idem super *Missus
est*, cap. 225.

*Reconciliatrix per quam omnes fuernunt recon-
ciliati.* — Idem super *Missus est*, cap. 414.

Reconciliatrix reorum. — Idem in *Bibl. Mariae*
sup. Evangel. Mathiae.

*Reconciliatrix Ecclesiæ militantis cum triun-
phante.* — D. Bernard. Senensis tom. III, serm. 1,
de gloriose Nomine V. M.

Reconciliatrix hominum cum Deo. — D. Anto-
nin. in *Summ. part. iv*, tit. 15, cap. 15.

Reconciliatrix omnium. — Idem in *Summ. part.*
iv, tit. 15, cap. 24.

*Reconciliatrix omnium iniquorum ad eam con-
fugientium.* — Dion. Carth. lib. ii, *de laud.* S. V.
M., art. 25.

*Reconciliatrix digna, missa ad Deum a patribus
exilio damnatis.* — Bernardin. de Busto in
Mariali, serm. 6, *De Concept.* B. V. M.

R conciliatrix nostra. — Idem serm. 1, *de No-
minat.* B. V. M.

Reconciliatrix omnium peccatorum. — Idem in
serm. *de Compassione* B. V. M.

Reconciliatrix pœnitentium. — Jo. Trith. lib. i,
De mirac. B. V. M. in *Urtic.*, cap. 8.

*Reconciliatrix nostra inter Deum et humanam
naturam, missa a patribus tanquam digna.* —

Maurit. de Villa Prob. ser. 5 *Coron. nov.* B. M.

Reconciliatrix peccatorum. — Idem serm. 17

Coronæ novæ B. M.

RECREATIO generis nostri. — S. Sabbas in
Menais Græcor. die 24 Martii.

Recreatio eorum qui ad ipsam consurgint. —
Enychianus in *Vita S. Theophili*

Recreatio potentissima eorum qui affliguntur.
— S. German. orat. in *Zon. Deip.* V.

Recreatio in labore servis suis. — Adam de Pers.
in Mariali, fragm. 2.

Recreatio eorum qui doloribus tenentur. —
Jacob. monach. orat. *de Nativ.* B. V. M.

Recreatio a laboribus. — Jacob. monach. in
Mariali, orat. 2.

Recreatio omnium sub fide Christi mæstorum.
— Jo. Trith. lib. i, *De mirac.* B. V. M. in *Urti-
ceto*, cap. 9

Recreatio summa humilium monachorum. —
Idem lib. i, *De mirac.* B. V. M. in *Urticeto*,
cap. 6.

RECREATRIX. — Albert. Magn. super *Missus est*,
cap. 53.

Recreatio mundi. — Dionys. Carth. lib. ii, *De
laud.* S. V., art. 24.

RECTRIX orbis. — Paulus de Heredia in tract. *De
Concept.* B. V. M.

RECUBITES Christi. — Matthæus Cantacuzenus in
cap. 1 *Cantic. canticor.*

RECUPERATRIX gratiæ. — Dion. Carth. lib. iii,
De laud. S. V. M., art. 20.

Recuperatrix perditi orbis. — Bernardin. de
Busto in *Mariali*, serm. 2, *de Coronat.* B. V. M.

REDEMPATIO captivorum. — D. Ephrem in serm.
de laud. B. V. M.

Redemptio lacrymarum Evæ. — S. Andr. Cre-
tens. orat. 2, *in Annunt.* B. V. M.

Redemptio prompta captivorum. — Anonymous in
Euchologio, seu *Rituali Græcor.* in *Officio funerei
in sacerdotem vita functum.*

Redemptio Evæ. — S. Jo. Damasc. in *Octoech.*
Græcorum.

Redemptio maledictionis antiquæ. — Idem in
Can. SS. Deiparae

Redemptio dolorum Evæ. — Idem in *Parac.* B.
V. M.

Redemptio hominum. — Ibid.

Redemptio nostra in adversis. — Ibid.

Redemptio nostrorum vinculorum. — Ibid.

Redemptio Evæ. — Theophanes Nicæn. hymn. in
Annunt. SS. Deiparae V.

Redemptio mortalium. — Idem in *Menais Græcor.*
die 16 Januar.

Redemptio a maledictione. — S. Joseph. Hymn.
in Mariali.

Redemptio animarum nostrarum. — Ibid.

Redemptio omnium malorum. — Ibid.

Redemptio perfecta sidesum. — Ibid.

Redemptio captivitatis. — Joan. Geometra, serm. in *Annunt. SS. Dei Genitricis*.

REDEMPTRIX humani generis, ex eo quia carne ejus paciente in Christo, redemptus est mundus. — D. Catharina Senensis in xi^a suarum orationum, quam orationem Romæ habuit in die Annunt. B. V. M. anno 1379.

Redemptrix hominis perditi. — D. Antonin. in *Summ. part. iv, tit. 15, cap. 44*.

Redemptrix peccati, incarnatione et passione Filii sui. — Paul. de Heredia in tract. *De Concept. B. V. M.*

Redemptrix captivorum. — Joan. Mauburn. in *Roseto Exercit. spiritualium tit. 21, cap. 6*.

Redemptrix universi. — Bernardin. de Bust. in *Mariali*, serm. 2, *De Coronat. B. V. M.*

Redemptrix peccatorum, carne sua paciente in Christo. — Maurit. de Villa Probata serm. 12 *Coronæ novæ B. V. M.*

REDTEGRATIO infrangibilis confractorum, erigens nos dejectos, et salvans pereuentes maternis precibus suis. — S. Joan. Damasc. in *Parac. B. V. M.*

Redintegratio ægrotantium ad salutem. — Theodorus Lascaris imperat. in *Can. ad SS. Deipar. Virg.*

REDITUS proscriptis. — Alanus de Insul. in *Anticland. lib. v.*

REDUCTIO expulsorum. — S. German. orat. 2, in *Dormit. B. V. M.*

REDUCTRIX luminis apud nos exorti. — S. Jo. Damasc. in *Menæis Græcor.* die 1 Januar.

Reductrix exsulum. — Joan. Gerson. in serm. *De Spiritu sancto*.

Reductrix naturæ in primum, imo super priuum statum institutionis, quia etsi innocentiam et perfectam gratiam habebat in illo statu humana natura, non tamen deitatem unitam. — D. Antonin. in *Summ. part. iv, tit. 15, cap. 44*.

Reductrix omnium et omnis creaturæ in homine ad illum, a quo exierunt, ipsi personaliter uniendo. — Ibid.

Reductrix omnium reducibilium ad Deum. — Ibid.

Reductrix innumerabilium perditissimorum ad gratiam et salutem. — Dion. Carth. lib. 1 *De laude B. V. M.* initio.

REFECTIO humanæ mentis. — Bernardin. de Bustis in *Mariali* serm. 2, *De Coronat. B. V. M.*

REFOCILLATIO afflicti generis nostri. — S. Jo. Damasc. in *Menæis Græcor.*, die 15 Januarii.

Refocillatio nostra in omnibus malis. — Ideo in *Parac. B. V. M.*

Refocillatio progenitorum defensorum, per quam priuæ matris lacrymarum fluenta cohibita sunt, per quam primi parentis sudorum scatebræ cessaverunt. — Jacob. monachus in *Mariali*, orat. 2.

Refocillatio tribulatorum. — Ibid.

REFOCILLATRIX Adami et Evæ, per quam rece-

perunt illi sortem felicitatis antiquæ. — S. Joan. Damasc. in *Menæis Græcor.* die 27 Januarii.

Refocillatrix animarum sitibondarum. — Albert. Magn. in *Biblia Mariae* super lib. Genes.

Refocillatrix pauperum. — Joan. Trith. lib. 1 *De mirac. B. V. in Urtic.*, cap. 6.

REFORMATIO corum qui in imo corrupti fuerunt cœno. — S. German. orat. 2, in *Dormit. B. V. M.*

Reformatio post secundum exitium. — Joan. Geometra, serm. in *Annunt. SS. Dei Genitricis*.

REFORMATRIX deformationis primi opificii. — Idiota in sua contempl. de *B. V. M.*

REFRENATRIX iræ Dei quoad peccatores. — Albert. Magn. in *Biblia Marie* sup. lib. I Reg.

Refrenatrix potentissima cunctorum spirituum malignorum. — Dionys. Carth. *De laud. B. V. M.* lib. iii, art. 29

REFRIGERATRIX optima iræ Dei. — D. Bonavent. in *Speculo B. V. M.*, cap. 9.

REFRIGERIUM in mœroribus. — S. Joan. Damasc. in *Parac. B. V. M.*

Refrigerium sudorum. — Idem orat. 2, *De Assumpt. sive Dormit. B. V. M.*

Refrigerium congregationum sanctorum. — Adam. de Pers. in serm. *De Assumpt. B. V. M.*

Refrigerium nostrum in cunctis necessitatibus nostris. — D. Bonavent. in *Psalterio B. V. M.*

Refrigerium defunctorum progenitorum, per quam princeps parentis lacrymarum rivi repressi sunt; et per quam primi item parentis sudorum inhibiti sunt foutes. — Jacob. monach. orat. *De Nativ. B. V. M.*

Refrigerium laborum. — Ibid.

Refrigerium moestorum animo. — Ibid.

Refrigerium laboranti et æstuantि. — Ern. Prag. in *Mariali*, cap. 59.

Refrigerium unicum peccatorum. — Dion. Carth. lib. 1, *De præcon. B. V. M.*, art. 25.

Refrigerium laborantium. — Bernardin. de Bust. in *Mariali*, serm. 2, *De Coronat. B. V. M.*

Refrigerium exspectatissimum servitatis humanae. — Joan. a Jesu-Maria, tom. II *Oper. in Tractat. mysticæ theol.* pag. 62.

REFUGIUM peccatorum. — D. Ephrem. in serm. *De laud. B. V. M.*

Refug'um animarum nostrarum. — S. Sabbas in *Menæis Græcor.* die 17 Januarii.

Refugium eorum qui affliguntur. — D. Eutychia nus in *Vita S. Theophili*.

Refugium eorum qui sunt vexati. — Ibid.

Refugium generis hominum. — Ibid.

Refugium fidelium. — Anonymus in *Euchologio*, seu *Rituali Græcorum in Officio pro infirmis a spiritibus immundis obsecatis*.

Refugium mundi. — Idem in *Euchologio*, seu *Rituali Græcorum in Officio communis supplicationis*.

Refugium munitum cunctorum mortalium. —

Ideum in Euchologio, seu Rituali Græcorum in Officio tempore siccitatis.

Refugium nostrum. — Idem in *Euchologio*, seu *Rituali Græcorum in Officio magni et angelici habitus.*

Refugium paratum hominibus. Idem in *Euchologio*, seu *Rituali Græcorum in officio pro infirmis a spiritibus immundis obsessis.*

Refugium tutissimum. — Idem in *Euchologio*, seu *Rituali Græcorum in Officio in pestilentialis mortis periculo.*

Refugium mirabile, et quod facile efficiatur omnium Christianorum. — S. German. in suo *Mariali*, fragm. 45.

Refugium paratissimum peccatorum. — Idem orat. in *zonam Deiparæ.*

Refugium Christianorum. — S. Jo. Damasc. in *Canone de SS. Trinitate.*

Refugium eorum qui lapsi sunt. — Idem in *Parac. B. V. M.*

Refugium universorum Christianorum. — S. Jo. Damasc. *Can. in Elisæum prophet.*

Refugium fidelium. — Ibid.

Refugium fortissimum ab omni invasione universorum hostium visibilium et invisibilium liberans. — Ibid.

Refugium hominum desperatorum. — Idem in *Canticis ecclesiast. Græcor.*, sono 4.

Refugium inopum. — Idem in *Parac. B. V. M.*

Refugium maximum peccatorum, propitiam se suis supplicibus ostendens. — Ibid.

Refugium mundi. — Ibid.

Refugium nostrum in mororibus. — Ibid.

Refugium nostrum post Deum. — Ibid.

Refugium per quod consequimur salutem. — Ibid.

Refugium servorum suorum. — Ibid.

Refugium stabile mundi, in quo salvamur, ex ea enim Deus incarnatus, omnibus eam dedit protectionem salutiferam. — Ibid.

Refugium tribulatorum, ab omni malo invulneratos custodiens nos precibus suis, sub ejus protectionem cum fide confugientes. — Ibid.

Refugium fidelium a periculis cunctis omnes adjuvans atque liberans. — D. Theod. Studites in *Canone qui canebatur in erectione sacrarum imaginum.*

Refugium omnium. — Ibid.

Refugium peregrinorum. — S. Joseph. Hynn. in *Mariali.*

Refugium eorum qui salutem consequuntur. — Ibid.

Refugium fidelium ad eam recurrentium, ab omni necessitate et damno hostili salvos faciens nos. — Ibid.

Refugium omnium hominum. — Ibid.

Refugium omnium Christianorum can fideliter laudantium. — Ibid.

Refugium nostrum. — Photius Constantinopol. orat. in *B. V. M. Nativit.*

Refugium fidele et inexpugnabile omnibus im-

pugnatis a triplici concupiscentia, vel ab hoste multipli, si ad eam refugitur sapienter. — *Idiota, De B. V. M. part. xiv, contempl. 55.*

Refugium misericordium, avertens suos miseris oculos ab eo quem videt immisericordem, cum ei sit omnino dissimilis. — *Idem, De V. M. part. xvii, contempl. 6.*

Refugium tutissimum illorum qui fugiunt a facie ejus, id est divini judicii, et illorum qui mundum fugiunt, quia de mundo non sunt, quos mundus exagit detractionibus et maledictis. — *Idem, De B. V. M. part. xiv, contempl. 23.*

Refugium tutissimum peccatorum, a qua nullus, quantumcunque magnus, peccator despiciatur, nullus repulsam patitur, nisi ex voluntaria malitia eam deserat et fugiat; omnes peccatores ad se redeuntes manu pia recipit, nec moram in hoc facit, nec dilationem concedit, sed sinum misericordiae suæ aperit omnibus, omnibus exaudibilem aurem praebet. — *Idem, De B. V. M. part. ix, contempl. 14.*

Refugium peccatorum. — *Leo imp. in orat. de Assumpt. B. V. M.*

Refugium salutare omnium ad Filium. — Constant. VIII imp. in suis *Exapostillariis.*

Refugium expulsorum. — S. Anselm. *Luc. super Salve.*

Refugium nostrum post Deum. — S. Anselm. in orat. *ad B. V. M.*

Refugium nostrum tutum. — Ibid.

Refugium præcipuum peccatoribus post Filium suum, quo post lapsum fugiant. — Goffridus abbas, serm. in *omni festivit. B. V. M.*

Refugium expulsorum. — D. Bernard. in *Medit. super Salve Regina.*

Refugium nostrum. — Idem serm. 3, super *Salve Regina.*

Refugium miserorum. — Adam Præmonstraten-sis, lib. 1, serm. 40.

Refugium miserorum. — Petrus abbas Celiensis in lib. *De panibus*, cap. 21.

Refugium misericordiae cunctis suppeditum. — Helinandus Cisterciensis, serm. 1, *de Assumpt. B. V. M.*

Refugium animarum nostrarum. — Theod. Lascaris imperat. in *Can. ad SS. Deip. V*

Refugium Christianorum. — Idem in *Poem. B. V. M.*

Refugium miserorum ubique terrarum. — Richard. a S. Laur. *De laud. SS. V. lib. ii.*

Refugium misericordiae, peccatoribus a Deo prævisum. — D. Anton. de Padua, serm. in *Domin. 3 Quadragesimæ.*

Refugium nostrum in omni necessitate nostra. — D. Bonavent. in *Psalt. B. V. M.*

Refugium pauperum in tribulatione. — Ibid.

Refugium peccatorum. — Idem in *canticis Psalte-rii B. V. M.*

Refugium percuntium. — Ibid.

Refugium singulare, hac in vita vacillante. — Idem in *Land. B. V. M.*

Refugium sui gregis. — Ibid.

Refugium omnium pauperum. — S. Mechtildis, lib. i, *Gratia spiritualis*, cap. 54.

Refugium omnimodum totius Ecclesiae. — Ern. Prag. in *Mariali*, cap. 123.

Refugium reorum a facie Judicis. — Idem in *Mariali*, cap. 62.

Refugium singulare et certum omnibus eam requirentibus et orantibus. — Jo. Gerson, serm. *De Concept. B. V. A.*

Refugium peccanti. — D. Laurentius Justinianus in lib. *De casto conubio Verbi et Animæ*, cap. 9.

Refugium peccatorum. — Idem, *De triumph. Christi agone*, cap. 7.

Refugium misericordum. — Dion. Carth. lib. i, *de prec. SS. V. M.*, art. 29.

Refugium singulare ac potentissimum perditorum. — Idem, *De laude SS. V. M.* lib. ii, art. 25.

Refugium et firmamentum nostrum. — Arnold. Bostius, cap. 1, § 1, lib. *De patron. Deip. V. M.* in *sibi dicatum Carmeli ordin.*

Refugium nostræ misericordiæ. — Bernardin. de Bust. in *Mariali*, serm. 2, *de Coronat. B. V. M.*

Refugium omnium ad eam devote recurrentium. — Idem, serm. 2, *de Assumpt. B. V. M.*

Refugium omnium periclitantium et miserorum et tribulatorum. — Idem, serm. 2, *de assimilat. B. V. M.*

Refugium peregrinantium. — Idem, serm. 4, *de assimilat. B. V. M.*

Refugium salutis, sibi devotis et recurrentibus. — Idem, serm. 5, *de assimilat. B. V. M.*

Refugium oppressæ mentis. — D. Casimirus Poloniæ princeps in hymn. *De B. V. M.*

Refugium injuriam pro veritate patientium. — Joan. Trith. lib. i, *De mirac. B. V. M. in Urtic.*, cap. 6.

Refugium in tribulatione gementium. — Idem, lib. i, *De mirac. B. V. M. in Urtic.*, cap. 8.

Refugium misericordum. — Maurit. de Villa Probat. serm. 7 *Coronæ novæ B. V. M.*

Refugium omnium periclitantium, miserorum et tribulatorum. — Ibid. serm. 12.

Refugium peregrinantium. — Ibid. serm. 5.

Refugium saintis sibi devotis et reverentibus. — Ibid. serm. 11.

Refugium nostrum. — S. Thom. de Villa Nova, conc. 3, *de Nativ. B. V. M.*

Refugium omnium peccatorum. — Idem, conc. 1, *de Assumpt. B. V. M.*

Refugium in periculis et temptationibus. — Ludov. Blosius in *Endologia 1, ad B. V. M.*

Refugium nostrum charum. — Idem in *Speculo spirituali*, cap. 5.

Refugium singulare peccatorum. — Idem in *Gaucone vite spirituali*, cap. 18.

REGENERATIO universorum. — Isidor. Thessalon., in *orat. de Nativ. B. V. M.*

REGENERATRIX. — D. Athanasius, serm. *in Evangel. de SS. V. Deip.*

REGIA, ex qua Rex humili habitu egressus, perempta morte, quæ principatum in nos obtinuerat, doloris plenam et laboriosam ejus tyrannidem in quietem commutavit. — Leo imperat. in *orat. de Assumpt. B. V. M.*

REGINA nostra, cuius humilitatem imitari debemus, et quoad possumus vestigia sequi. — S. Petrus apostolus apud Amadeum, rapt. 8.

Regina omnium. — D. Andr. apost. serm. *in Transitu B. V. M.* apud Amadeum, rapt. 8.

Regina nostra. — S. Jacob. Major apost. apud Amadeum, rapt. 8.

Regina nostra cœlorum et angelorum. — S. Joann. apost. serm. *in Transitu B. V. M.* apud Amadeum, rapt. 8.

Regina nostra, quam potentissima, quam fortissima, cui omnes insunt virtutes perfectæ. — S. Philipp. apostol. serm. *in transitu B. V. M.* apud Amadeum, rapt. 8.

Regina angelorum et hominum. — S. Matthæus apostol. serm. *in transitu B. V. M.* apud Amadeum, rapt. 8.

Regina vere. — Idem in *Liturgia Æthiopum*.

Regina cœli, in qua omnia pulchra, omnia magna, omnia excelsa sunt. — S. Simon. apostolus serm. *in transitu B. V. M.* apud Amadeum, rapt. 8.

Regina nostra. — Ibid.

Regina nostra. — S. Thaddæus apostol. serm. *in Transitu B. V. M.* apud Amadeum, rapt. 8.

Regina nostra. — S. Matthias apostol. serm. *in Transitu B. V. M.* apud Amadeum, rapt. 8.

Regina angelorum. — S. Lucas evangelista serm. *in Transitu B. V. M.* apud Amadeum, rapt. 8.

Regina misericordia, cui data est omnis misericordia. — S. Dionys. Areopagita in *orat. ad B. V. M.* apud S. Birgittam in *Revelat.* lib. iv, cap. 103.

Regina vere. — S. Methodius in *Homil. festi Purificat. B. V. M.*

Regina adstant a dextris Dei, in vestitu deaurato, circumamicta varietate : eo quod secundum sexum feminum Regina et Domina et Mater Dei appellari debeat. — D. Athanasius serm. *in Evang. de S. V. M. Deipara.*

Regina proprie, quandoquidem ipse Rex est, qui natus est ex ea. — Ibid.

Regina nostra. — Ibid.

Regina, quæ assistens a dextris Filii ubique regnantis, quasi in vestitu deaurato incorruptionis et immortalitatis circumamicta et variegata, sacris et solemnibus verbis celebratur, non quidem secundum spiritualem simplicitatem, ut quasi sine corpore et carne assistat, sed quod iuncta sit [quantum spectat ad sanctissimam ejus carnem] incorruptibilitate et immortalitate. Variegata rursus, quantum attinet ad ossa sanctissima, quæ

ejus carnem sufficiunt, nam ex carne ejus, et ex ossibus ejus, velut ex veteri Adamo novus Adam, ut vicem ejus exploraret, costam sibi fixit, nimisrum incarnationem, eamque semel induit perpetuo gestat. — Ibid.

Regina cunctis sublimior. — D. Ephrem. serm. de laud. B. V. M.

Regina omnium. — Ibid.

Regina præstantissima ac perquam benedicta. — Ibid.

Regina supernorem civium. — Ibid.

Regina virorum pariter atque mulierum. — Ibid.

Regina mundi. — D. Hieron. in epistol. sive serm. *De Assumpt.* B. V. M.

Regina mundi. — D. Greg. Nazianz. in *Tragædia de Christo paciente.*

Regina omnium vere. — Ibid.

Regina cœlorum pro eo quod Regem peperit angelorum. — D. Augustin. in serm. *De Assumpt.* S. V. M., tom. X.

Regina totius castitatis. — S. Petrus Chrysologus serm. 143.

Regina cœlitum ordinum. — S. Sabbas in *Menæis Græcor.* die 15 Augusti.

Regina regem enixa. — Idem in *Menæis Græcor.* die 8 Julii.

Regina felix. — Venant. Fortunat. *Elegia in laud.* S. V. M.

Regina generis humani, a Deo rege omnium in cœli Reginam regaliter assumpta. — S. Andr. Cretens. orat. 2, *de Dormit.* B. V. M.

Regina nova. — Idem orat. 5, *de Dormit.* B. V. M.

Regina omnis humanæ naturæ, quæ habet non comparabilem cum aliis appellationem. — Ibid.

Regina totius humani generis, nomenclationem cum usu sinceram retinens. — Ibid.

Regina universorum hominum, ipsiusque per se Sapientæ, et Verbi subsistentis capax; prime inquam illius et Principis ac omnium causa. — Ibid.

Regina, cuius decorem concupivit rex. — Chrysipp. in serm. *de S. V. M. Deip.*

Regina cœli. — D. Severus Alexandrin. in lib. *De ritibus baptismi.*

Regina beata. — D. Ildephons. serm. 5, *de Assumpt.* B. V. M.

Regina cœlorum. — Idem serm. 7, *de Assumpt.* B. V. M.

Regina gentium. — Idem serm. 4, *de Assumpt.* B. V. M.

Regina inter sorores. — Idem in lib. *De Virginitate* B. V. M. cap. 1.

Regina mundi. — Idem serm. 1, *de Assumpt.* B. V. M.

Regina nostri orbis. — Ibid.

Regina stans a dextris Dei, in vestitu deaurato, circumdata varietate. — Idem serm. 2, *de Assumpt.* B. V. M.

Regina amictu inaurato circumdata, F.lio Regi

nunc assistens in cœlis. — Anonymus in *Menæis Græcor.* die 25 Junii.

Regina universi. — Idem in *Menæis Græcor.* die 5 Julii.

Regina celebranda, Regem regum Christum enixa.

— Idem in *Canone aa S. Deiparam,* qui exstat in *Rituali Græcor.* pag. 813.

Regina assistens a dextris Dei, quæ prope est pulchritudine et decoro, que est speciosa natura, et nullam suscepit maculam libero suo arbitrio, quæ ascendit ex Libano virginitatis, et mundum perfusit unguento; ex qua dulcedo diffusa veterem amarorem ligni dulcem reddidit; cuius supra mel labia exstiterunt dulcia, et e lingua ejus, tanquam e fonte, manavit lætitia; cuius vestes unguento delibutæ, bonum odorem emiserunt, supra omnia terræ aromata. — Georg. Nicomed. in orat. *de exitu S. Deiparentis, quando fuit oblata in templo.*

Regina creatorum. — Idem in orat. *in sanctos martyres Cosmam et Damianum.*

Regina universi. — Idem in orat. 1, *in Concept. Deipare.*

Regina, cuius regales fascias David inter prophetas, interque reges eximius rex, mentis acie praefigurans, acclamavit: « Omnis gloria filiæ regis ab intus, in simbris aureis, circumambita varietibus, Psal. XLIV. » — S. German. Constant. serm. *in Nativ.* B. V. M.

Regina, de qua scriptum psal. XLIV: « Astitit Regina a dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate. » — Ibid.

Regina humani generis. — Ibid.

Regina super omnia mundi gloriosa. — Idem orat. *in Præsent.* B. V. M.

Regina, cuius deens nulla reperiri lingua tam volubilis potest, quæ digne concinat. — S. Jo. Damasc. in *Carm. de Pentecoste.*

Regina ex David lumbis procedens, ut jurejuranco promissum erat, ex qua Dens fructum sumit super sedem suam se positum receperat. — Idem in orat. 4, *De Nativ.* B. V. M.

Regina ex regio semine descendens. — Idem orat. 5, *de Nativ.* B. V. M.

Regina generis sub rege Deo rectore omnium. — Idem orat. 3, *de Assumpt.* B. V. M.

Regina humanæ naturæ. — Ibid.

Regina celebranda Regem regum Christum enixa. — Idem in can. *ad S. Virg. Deiparam.*

Regina Dominipara, animæ nostræ vulnera e cicatrices compassiva intercessione sua abolens. — Idem can. *in Decoll. S. Joan. Baptiste.*

Regina Mater. — Idem can. 1, *in Dormit.* B. V. M.

Regina pura, quæ primi parentis Adæ lapsum, et primæ matris Evæ mætorem in gaudium convertit. — Idem in can. *S. Deiparæ.*

Regina Mater de universa natura bene merita. — Idem orat. 1, *de Assumpt.* B. V. M.

Regina Mater Verbi. — Idem orat. 2, *de Assumpt.*

B. V. M.

Regina omnium creaturarum, ut Mater Creatoris.

— Idem in *Cantic. Græcor.* sono 4.

Regina Regem omnium ineffabili ratione enixa.

— Idem in *Parac. B. V. M.*

Regina Regi ex utero suo et fulgenti a dextris adjuncta, quem ipsa Regem suppliciter interpolat, ut nos quoque in die retributionis constitutos a parte dextera euret. — Idem in *Menœis Græcor.* die 27 Julii.

Regina summa puellarum. — Idem in orat. 4, *de Nativit. B. V. M.*

Regina suprema, stans a dextris Regis, qui ex utero ejus natus est, quemadmodum in psalmo scriptum est. — Idem in *Parac. B. V. M.*

Regina Virgo, quæ regem Christum peperit. — Ibid

Regina, quæ virgines, tanquam puras et impollutas, ad honorem et gloriam suam adducit in templum regis. — Joan. Enthœus orat. in *Concept. S. Dei Genitricis Mariae.*

Regina supernorum civium. — D. Althelm. in lib. *De laud. Virginitatis*, cap. 22.

Regina. — Theophilus Nicænus, *Hymn. in Annunt. S. Deiparæ.*

Regina astans a dextris Christi, vere circumdata simbriis aureis, mediatione sua et intercessionibus suis cœlorum regnum nobis acquirens. — S. Josephi, *Hymnograph. in Mariali.*

Regina angelorum omnium, simul et hominum, ut quæ regem universorum procreavit. — Ibid.

Regina castissima, atque ab omni labe mundissima. — Ibid.

Regina creaturarum omnium, tanquam Creatorem enixa. — Ibid.

Regina Deo gratissima, a pessimorum dæmonum, qui nos conturbant, vexatione, et ab igne gehennæ liberans nos. — Ibid.

Regina immaculata, pariens lumen, quod de lumine coruscavit, et procul a nobis tenebras tentationum et concupiscentiarum depellens. — Ibid.

Regina mundi. — Ibid.

Regina omnium creaturarum. — Ibid.

Regina, quæ regem Christum peperit. — Ibid.

Regina nos regni cœlestis hæredes efficiens. — Ibid.

Regina rerum creatarum. — Ibid.

Regina tota pura et immaculata. — Ibid.

Regina veneranda. — Ibid.

Regina universorum a Domino constituta : ex utero enim ejus Deus incarnatus est, ut summi plasma ab eo, qui eidem dominabatur, liberaret. — Ibid.

Regina a dextris summi omnium Regis in cœlis astans. — Nicetas David Hom. *de Nativit. B. M. V.*

Regina universorum, ea, qua Filium contingit,

omnem superante cognitionis vim, sublimatione ac necessitudine. — Ibid.

Regina nova. — Joan. episc. Aretin. in tract. *De Dormit. S. V. M.*

Regina supra omnis humanæ naturæ solium excusum elevata. — Ibid.

Regina cœli, quam cives cœlici post S. Trinitatem honorant, laudant, glorificant. — Idiota, *De B. M. V. part. ix, contemplat. 21.*

Regina cœlorum, et mundi habens plenariam potestatem, et quidquid potest facere Filius ejus. ipsa illud potest ab ipso impetrare suis precibus. — Idem *De B. Virgine, part. ix, contempl. 14.*

Regina mundi propter reginæ largitatem : largitur namque servis suis dona gratiarum, vestes virtutum, thesauros meritorum et magnitudinem præmiorum, et ideo potest dicere, Prov. viii : « Sunt mecum divitiae et gloria. » — Idem *De B. M. V. part. xiv, contempl. x.*

Regina propter protectionem : protegit enim nos sub pallio virginitatis et humilitatis ; nam humilitas et virginitas sunt alæ ejus latæ per utriusque virtutis plenitudinem, et ideo ei potest et debet dicere, quicunque fidelis : Sub umbra alarum tuarum protege me a facie eorum qui me afflixerunt, quia in umbra alarum tuarum sperabo, donec transeat iniurias, Psal. xvi : in umbra virginitatis contra incendium luxuriæ, et in umbra humilitatis contra ventum inanis gloriæ, seu tempestatem superbie. — Ibid.

Regina omnium. — Idiota, in *Contemplatione de S. V. M.*

Regina cœli terræque, quam omnis natura ratione utens hymnis celebrat. — Leo imperator in orat. *De Nativit. B. M. V.*

Regina Mater Dei. — Idem in orat. *de Assumpt. B. M. V.*

Regina nostra e stirpe orta. — Idem in orat. *de Annuntiat. B. M. V.*

Regina a dextris regis splendens decore, et circumambicta dote Trinitatis, universis simul gratiis, et ornata varietate et dignitate eorum qui per ipsam fuere salvati. — Joan. Geometra serm. in *Annuntiat. S. Dei Genitr. M.*

Regina lenis et benigna. — Idem in *B. M. V. Hymn. 4.*

Regina omnium prudentium virginum. — D. Fulbert. Carnotensis, serm. 5, *de Nativ. SS. V. M.*

Regina cœlorum. — Radulph. Ardens, hom. 1, in *Assumpt. B. M. V.*

Regina coronata, sedens a dextris Filli in vestitu deaurato, circumdata varietate. — Guerricus abbas, serm. 2 *de Assumpt. B. M. V.*

Regina mater. — Idem serm. 4, *de Annuntiat. B. M. V.*

Regina virginum. — S. Odilo in hymn. *De Annunt. S. V. M.*

Regina Mater misericordiæ. — Hermannus Contraetus in Antiph. *Salve Regina.*

Regina angelorum. — Mauril. Rothom. in orat. ad *B. V. M.*

Regina angelicam reverberans in cœlesti gloria dignitate. — D. Petrus Damiani. serm. 1, *de Nativit. B. V. M.*

Regina cœlestis. — Idem lib. ii *Epistolar.*, epist. 14.

Regina cœli, quam apostoli non sine maximo stupore demirantur. — Idem serm. 1, *de Nativit. B. V. M.*

Regina cœlorum. — Idem, serm. *de Nativit. Salvatoris.*

Regina illa, quam videntes filiæ Sion, beatissimam prædicaverunt, et reginæ laudaverunt eam. — Idem, serm. *de Assumpt. B. V. M.*

Regina mundi. — Idem, hom. in *Nativit. B. V. M.*

Regina sedens a dextris Dei virtutum in vestitu deaurato, in corpore semper immaculato circumdata varietate, virtutum multiplicitate distincta. — Idem serm. *de Assumpt. B. V. M.*

Regina cœlorum. — S. Anselm. Luc. super *Salve Regina.*

Regina misericordiæ, quia non est in hac vita sic desperatus, sic miser, cui non impetrat salutarem misericordiam si quis ad ejus declinaverit regimen. — Ibid.

Regina bellatorum. — Ibid.

Regina cœli et terræ, omnisque creaturæ. — S. Anselm. lib. *De excellentia S. V. M.*, cap. 6.

Regina gaudii. — Idem in *Psalterio B. V. M.*, part. ii.

Regina gratiæ. — Idem in *Psalterio B. V. M.*, part. i.

Regina omnium sanctorum in cœlo et in terra. — Idem in lib. sive tractatu *De Concept. B. V. M.*

Regina omnium tam angelorum quam hominum. — Idem in lib. *De Excellentia S. V. M.*, cap. 4.

Regina cœli et terræ a Deo constituta. — D. Bruno Carthusianus in serm. *de Nativitat. SS. V. M.*

Regina cœli. — Franco abbas lib. vi, *de gratia Dei.*

Regina omnium, quæ suscepit in utero unicam deitatis unice hypostasim vere trinam habentis subsistentiam, nempe Filium. — Joan. Zonaras in *ratione De SS. V. M. Contra hæreses.*

Regina cœli et terræ, quæ ex suis circumstantiis se tales ubique propalat in sanctorum visionibus, et signorum efficacia ex cœlestium spirituum apparitione, hominum patrocinio, inferorum exactione. — Guibertus abbas in lib. *De laud. B. V. M.*, cap. 2.

Regina cœlorum singularis et honorabilis. — Goffrid. abbas serm. *in omni festivit. B. V. M.*

Regina universalis angelorum et hominum. — Idem serm. 4, *in Nativ. Domini.*

Regina maiestate. — Hugo de S. Victor. serm.

in Nativit. vel Assumpt. B. V. M., qui est in ordine 54.

Regina cœlorum, quam circumsternerunt obstetricum vice gloriam Deo concientes angeli. — Rupeit. abbas lib. iii *Commentar. in Cantic. cantorum*

Regina cœlorum, totum jure possidens Filii regnum. — Ibid.

Regina hominum. — Idem lib. viii *De divinis officiis*, cap. 6

Regina regnorum in terris. — Idem lib. iii *Commentar. in Cantic. cantorum*.

Regina sanctorum in cœlis. — Ibid.

Regina bellatorum. — D. Bern. in *Meditat. super Salve Regina.*

Regina clemens. — Idem serm. 4, *in Assumpt. B. V. M.*

Regina cœlorum misericors. — Idem serm. 4, *in Assumpt. B. V. M.*

Regina mundi gloriosa. — Idem serm. 4, *in Assumpt. B. V. M.*

Regina filiorum Dei. — Idem serm. 4, *super Salve Regina.*

Regina nostra. — Idem serm. *de B. V. M.* super illud *Apocalyps.*, *Signum magnum.*

Regina regni Davidici. — Id. in orat. *rhythm.* *ad Dom. Jesum Christum, ejusque S. Matrem.*

Regina sæculi. — Ibid.

Regina singularis, secunda et virgo. — Idem serm. 5, *in Vigilia Nativ. Domini.*

Regina nostra, cui debemus servire : Apostolus enim præcipit : « Servi, subditi estote omni timore dominis, » I Petr. ii; et si ille contra præceptum Domini facit, qui non servit istis dominis carnalibus, sine dubio reprehensibiles sunt, qui spiritali hinc Domine non serviantur. — Aelredus abbas serm. 2, *de Nativit. B. V. M.*

Regina mundi. — Richard. a S. Victore *Expositione in Cantic. cantorum*, cap. 42.

Regina angelorum et hominum. — Petrus Blesensis serm. 4, *in festo Omnia Sanctorum.*

Regina a dextris Dei. — Idem, serm. 4, *de Assumpt. B. M. V.*

Regina angelorum, quam gloriantur angeli se habere Dominam, cum ilitam Dominus angelorum sibi elegerit in Matrem. — Petr. Bles. serm. 23.

Regina cœlestium potestatum, cœli et terræ possidens principatum. — Idem, serm. 54.

Regina cœlorum. — Idem, serm. 58.

Regina angelorum, ad quam confugiendum in omni impugnatione dæmonum. — Adam de Pers. in serm. *de Assumpt. B. M. V.*

Regina justitiae. — Idem serm. *in partu B. M. V.*

Regina virtutum. — Idem in *Mariali*, serm. 4.

Regina Domina nostra beatissima. — Petrus abb. Celleensis, lib. ix *Epistolar.*, epist. 10

Regina a dextris Filii circumdata varietate. — Petrus Celleensis serm. 7, *de Assumpt. B. M. V.*

Regina cœli, cui a Deo regnum paratum est ab origine mundi. — Idem serm. 2, *de Assumpt. B. M. V.*

Regina reginarum. — Idem serm. *in Vigilia Nativitatis Domini*.

Regina cœlorum. — Philippus abbas tom. VI *Moralitat. in Cantic. caunicorum*.

Regina regali purpura vestita. — Idem lib. iv, *in Cantic. caunicorum*, cap. 5.

Regina cœli, hominum et angelorum. — Baldwin. Cantuar. in tract. *De salutat. angelic.*

Regina gloria, cui gratiam et gloriam dedit Dominus in tanta multitudine, ut præventa ab eo in benedictionibus dulcedinis, benedicta facta sit ingrediens et egrediens, quippe cujus introitum simul et exitum Dominus custodivit et enstodiens benedixit. — Helinand. Cisterciensis serm. 1, *in Nat. B. M. V.*

Regina reginarum. — Guilielm. Parvus in cap. vi *Cantic.*

Regina cœlicorum civium. — Honorius Augustodun. in *Sigillo B. M. V.*

Regina cœlorum, cuius potestas Jerusalem prædictor. — Ibid.

Regina cœlorum, super omnes ordines angelorum a Filio sublimata. — Ibid.

Regina mundi. — Absalon abb. serm. 2, *de Assumpt. B. M.*

Regina omnium. — Ibid.

Regina, terris omnino appetenda, quæ in via hujus saeculi, imo vita injus dispendio, tripli ci semita pœnitentes ad Deum convertit, vide licet interventu reconcilationis, exemplo imitationis et auxilio protectionis, quatenus peccatori, intercedendo, impetrat veniam; ignorant, bene vivendi exemplo, ostendat disciplinam; fortiter agenti, opem impendendo, præstet fiduciam. — Ibid.

Regina veraciter. — Cæsarius Cisterciensis in *hom. de Nomine Mariae*.

Regina cœli. — S. Dominicus in *Compendio Conc. de Salut. Angel.*

Regina astans a dextris Domini sui, vestimentum habens anguste variegatum, quemadmodum David ad eam exclamavit. — Theodorus Lascaris imperator in *Can. ad S. Deiparam V. M.*

Regina augustissima. — Ibid.

Regina incomprehensibilis hominum. — Ibid.

Regina omnium. — Ibid.

Regina bene se regentum, unde dominari debet sensualiti suæ, et castigare corpus suum, et redigere in servitutem, si tantæ Reginæ familiae ascribi concupiscit. — Rich. a S. Laur. *De laud. S. V. M.* lib. 4.

Regina, cui verissime convenit quod dicitur de Filio Prov. xx: « Rex qui sedet in solio judicii, dissipat omne malum intuitu suo: » sedens enim cum Filio in solio paradisi, oculo misericordiae respiciens peccatorem, intuitu suo

dissipat omne malum, id est, triplex malum, malum scilicet culpæ, cuius impetrat veniam; malum pœnæ, quam non sinit statim infligi, et malum diaboli, ne tentando tantum nocere prævaleat quantum desiderat. — Idem *De laud. Virg.* lib. 2.

Regina, de qua dicitur Christo per Psalmistam: « Astitit regina a dextris tuis, in vestitu deaurato, circumambicieta varietate, » Psal. xlvi. Adstat enim ob promptitudinem serviendi, vel ministrandi, quia astare ministrantis est; vel ob promptitudinem auxiliandi, quia astare auxiliantis est; vel ob promptitudinem contradicendi adversariis nostris accusantibus nos in curia Unigeniti sui, quia astare contradicentis est: vel ob perseverantium in supradictis, quia astare perseverantis est. — Idem *De laud. B. V. M.*, lib. vi.

Regina ob coronationem; coronata est enim in sua Assumptione, sicut ei promiserat Filius Cant. iv: « Veni de Libano, veni, coronaberis: » ideo designata est per Esther, quam rex Assuerus accepit in uxorem et voluit esse reginam, et posuit diadema regni in capite ejus, id est coronam virtutum in gratia adimplitionem, et coronam gloriæ in Assumptione. — Ibid.

Regina ob dignitatem; participat enim regnum cœlestis cum Filio, et quæ in præsenti se exhibuit humilem ancillam, ibi tanquam sublimis Regina a sanctis omnibus adoratur. — Ibid.

Regina ob donationem, cui Sponsus suus Rex primo gratiam, secundo gloriam, imo et regnum cœlestis, cum omnibus pertinentiis suis contulit, loco dotis, unde in figura ejus dixit Lia Gen. xxx: « Ditavit me Deus dote bona. » — Ibid.

Regina ob largitatem; largitur enim servis suis dona gratiarum, vestes virtutum, thesauros meritorum et magnitudinem præmiorum, unde et ipsa dicit Prov. viii: « Mecum sunt divitiae et gloria, » id est, divitiae gloriose. — Ibid.

Regina ob liberalitatem; liberalis enim est, quia liberalitas est virtus omnibus exposita, communis alloquo, dulcis obsequio, omnium bonorum familiaritatem retineus, quæ descriptio bene convenit liberalitati Maricæ. — Ibid.

Regina ob potestatem, qua potenter subvenit peccatoribus, ab ipsis fideliter invocata. — Ibid.

Regina propter parentelam et generis nobilitatem, quia regali ex progenie Maria, orta de tribu Juda, clara ex stirpe David, fuit enim de tribu sacerdotali et regia, quia Christum paritura erat, qui est Rex et Sacerdos. — Ibid.

Regina propter significationem, designatam per reginam Sabam. III Reg. x; et II Paralip. ix, et per reginam Esther. — Ibid.

Regina propter unctionem, unde et dicitur ei:

Uexit te Dominus omnium per creationem, Deus Filius tuus secundum humanitatem oleo laetitiae, quo Spiritus sanctus proprie intelligitur, quo repleta est ex utero matris suæ; non enim ad mensuram dedit ei Deus Spiritum sanctum, Joan. v. Cujus gratia non solum impleta est, sed etiam cumulata, ut de ea plenitudine acciperet omnis mundus gratiam pro gratia. — Ibid.

Regina regni cœlestis, ubi plenariam habet potestatem, quoscumque voluerit, introducendi, quidquid voluerit, impetrandi, quidquid a Filio petierit, obtinendi: ideo potest vere dicere cum Filio, Matth. xviii: « Data est mihi omnis potestas in cœlo et in terra. » — Ibid.

Regina, quam sequuntur omnes sanctorum acies ordinatæ secundum status suos, et proprias dignitates et merita, ut sub ipsa et cum ipsa militent pro nobis contra hostem. — Joan. Halgrin. in cap. vi *Cantic. cantor.*

Regina angelorum. — D. Amadeus homil. 7, *De laud. S. V. M.*

Regina cœli. — Idem homil. 2, *De laud. S. V. M.*

Regina admiranda et reverendissima. — D. Bonav. in *præfatione Psalterii B. V. M.*

Regina ad Regem aeternum, ad Regem gloriae ingrediens. — Idem in *Speculo B. V. M.* cap. 11.

Regina ad Regem omnibus regibus gloriosiorum solemnissima processione ingrediens. — Ibid. cap. 9.

Regina angelorum. — Ibid. cap. 2.

Regina clamantium in cœlo. « Sanetus, sanctus, sanctus. » — Ibid. cap. 11.

Regina cœli dignissima. — Idem in *Corona B. M. V.*

Regina cœlorum piissima. — Idem in *Exposit. super Salve Regina*.

Regina continentium. — Idem in *Speculo B. V. M.* cap. 15.

Regina fulgentissima cœli. — Idem in *Psalt. B. V. M.*

Regina gloriae et honoris. — Ibid.

Regina gratiæ. — Ibid.

Regina justitiae et misericordiæ. — Ibid.

Regina mundi. — Idem in serm. 1, *De B. V. M.*

Regina nobilis cœlorum. — Idem in *Litanis Psalterii B. V. M.*

Regina nostra salutifera. — Idem in *Psalterio B. V. M.*

Regina pietatis. — Ibid.

Regina plena omni gloria. — Ibid.

Regina potentissima. — Idem in *Speculo B. V. M.* cap. 11.

Regina quæ regnat in cœlis. — Idem in *Psalterio B. V. M.*

Regina reginarum. — Idem in *Psalterio minori B. V. M.*, quinquagena 2.

Regina Regis Mater. — Idem in *Psalterio B. V. M.*

Regina regnantium. — Idem in *Exposit. super Salve, Regina*.

Regina Saba, quæ cum conituato multo angelorum et divitiis innumerabilium meritorum ingressa est cœlestem Jerusalem. — Idem in *Speculo B. V. M.* cap. 11.

Regina Saba, quod interpretatur *clamor*; est enim *Regina mundi*, ubi est clamor gemebundus, et *Regina cœli*, ubi est clamor jucundus. — Ibid.

Regina sacerdotum. — Idem in *Psalter. minori B. V. M.*, quinquagena 1.

Regina sanctorum. — Idem in *Speculo B. V. M.* cap. 9.

Regina totius cœlestis curiæ. — Idem in *Canticis Psalterii B. M. V.*

Regina totius misericordiæ. — Idem in serm. 2, *De B. V. M.*

Regina totius mundi. — Ibid.

Regina Virginum. — Idem in *Exposit. super Salve Regina*.

Regina Virgo regia de genere David regis. — Idem in *Laud. B. V. M.*

Regina virtutum cœli. — Idem in *Litanis Psalterii B. V. M.*

Regina orbis beatissima. — S. Thom. Aquin. cap. xii Apocal.

Regina a regno aeterno. — Albert. Magn. super *Missus est*, cap. 91.

Regina a regno Filii. — Idem super *Missus est*, cap. 189.

Regina cœli ab aeterno totaliter ordinata. — Idem in *Biblia Mariae sup. lib. Proverbiorum*.

Regina cœli et mundi et angelorum et hominum. — Idem super *Missus est*, cap. 225.

Regina cœli, jus et dominium et usumfructum possessionis habens in rebus Filii sui. — Idem super *Missus est*, cap. 103.

Regina cœli, per quam exsules in hereditatem cœlestis patriæ restituimur. — Idem serm. 1, in *Nativ. B. V. M.*

Regina cœlorum, in cuius sacratissimo utero humanitas Redemptoris juvendissimum habitaculum invenit. — Idem in *Orat. ad B. V. M.* incipiente: *Salve in utero virginati*.

Regina fulgore divinitatis circumpanicta. — Idem in *Postillis super cap. i Lucæ*.

Regina gloriæ. — Idem super *Missus est*, cap. 194.

Regina gloriosa cœli et mundi. — Idem super *Missus est*, cap. 184.

Regina gratiæ. — Idem super *Missus est*, cap. 194.

Regina maxima, quia Regina misericordiæ. — Ibid.

Regina misericordiæ, gratiæ et gloriæ. — Idem in *Biblia Mariae super lib. Apocal.*

Regina misericordiæ, quia ab ipsa fuit origo regni misericordiæ, et ab ipsa est potestas pri-

ma misericordiae et gratiae. — Idem super *Missus est*, cap. 109.

Regina misericordiae, quae instar Ruth animarum spicas, fallente diabolo, manibus messorum apostolorum subductas, stans in agro actionis et miserationis, colligit, et in horreum Domini, hoc est Ecclesiam, humeris sui adjutorii reportans, reducit. — Idem in *Postillis* super cap. x *Lucæ*.

Regina naturaliter, quia Mater Dei. — Idem super *Missus est*, cap. 191.

Regina nostra a maxima fidelitate, bonitate et misericordia commendabilis, cuius sere tota supplicatio est pro nobis coram Deo, ut ab hostibus liberemur. — Idem in *Biblia Mariæ* super librum *Esther*.

Regina omnium creaturarum. — Idem in *Biblia Mariæ* super *Evangel. Lucæ*.

Regina omnium prophetarum. — Idem in *Biblia Mariæ* super *Isa. proph.*

Regina pacis, charitatis et dilectionis. — Idem super *Missus est*, cap. 194.

Regina potentissima, largissima et æterna. — Idem in *Biblia Mariæ* super librum *Esther*.

Regina propter Filium. — Idem super *Missus est*, cap. 159.

Regina, quæ astitit a dextris Dei in vestitu deaurato. — Idem super *Missus est*, cap. 50.

Regina quæ astitit in varietate virtutum, in vestitu deaurato, splendore deitatis in ea supervenientis. — Idem in *Postillis* super cap. i *Matthæi*.

Regina reginarum; — Idem super *Missus est*, cap. 192.

Regina Seraphim et omnium angelorum. — Idem super *Missus est*, cap. 189.

Regina virginum: ipsa enim sola a maledicto legis, quasi a servitute carceris et captivitatis, virginitatem liberavit, et eam liberam ac gloriosam reddidit: et sic omnes virgines, in quantum virgines, a servitute legis liberavit, et suæ servitutem mancipavit: et sic est effecta regina virginum, omnes aliae sunt ancillæ Virginis et pedissequæ — Idem sup. *Missus est* cap. 117.

Regina Ecclesiæ. — Jacob. de Vorag. in *Mariali* serm. 1. R.

Regina reginarum. — Idem serm. 1, *De Assumpt. B. V. M.*

Regina cœlorum ab omni peccato munda. — Ægidius Columna in *Exposit. in Salutat. angel.*

Regina totius mundi. — Ibid.

Regina glorie, stans a dextris Filii vestita lucidissimis speculis, in quibus sanctorum omnium merita miro modo eluescunt. — S. Mechtild. lib. 1, *Gratiæ spiritualis*, cap. 40.

Regina virtutum. — Ibid. cap. 45.

Regina, quæ Deo ineffabiliter carnem, veluti re-

giam quamdam purpuram, ex suis ipsius purissimis virgineisque sanguinibus intexuit. — Nicephorus Gregor. Orat. in *S. Deip. V.*

Regina omnium. — Matthæus Cantacuzenus in cap. viii *Cantic. canticor.*

Regina virginum. — Joan. Hondem. hymn. 2 *De lactatione pueri Jesu*.

Regina a dextris Dei. — Joan. Taulerus in tractatu *De 10 cœcitatibus*, cap. 11.

Regina cœlorum. — Idem *Serm. in Festo Annunt. B. V. M.*

Regina cuius gloriæ conglorificamur divitiis, gloriarum pulchritudine oblectamur ac jucundamur. — Jacobus Monachus in *Mariali*, orat. 2.

Regina integerrima. — Idem in *Mariali* orat. 4.

Regina justissima patriarcharum. — Idem in *Mariali*, orat. 4.

Regina nostra, circa quam, si virtutibus exornati fuerimus, et puritate resplendentes expeditum ac liberum satellitum habebimus; si autem peccatis veluti quadam veste obscura ac tetra induti fuerimus, procul ab illius servitio ac ministerio repellemur. — Idem in *Mariali*, orat. 5.

Regina omnium creaturarum a Deo constituta. — Ibid. orat. 4.

Regina per ora prophetarum glorificata. — Ibid.

Regina, per quam nobis immortale regnum aperatum est. — Idem in *Mariali*, orat. 5.

Regina purissimo Regis amore colligata, quæ ad illius desiderium propriae puritatis decorem apparavit. — Idem in *Mariali*, orat. 3.

Regina universorum. — Idem in *Mariali*, orat. 4.

Regina omnium sanctorum. — Jacob. Monachus Orat. *De Nativit. B. V. M.*

Regina primorum parentum. — Ibid.

Regina universorum. — Ibid.

Regina clementissima inexhaustæ misericordiae. — Henricus Suso, cap. 16 *Dialogi Sapientiæ et ministri ejus*.

Regina cœlorum dulcissima et præclarissima. — Idem in *5 suarum Epistolarum*.

Regina illustrissima. — Idem, cap. 16 *Dialogi Sapientiæ et ministri ejus*.

Regina mellitissima cœlestis patriæ. — Idem in *Dialogo Sapientiæ et ministri ejus*, cap. 12.

Regina præstantissima cœli et terræ. — Idem, cap. 17 *Dialogi Sapientiæ et ministri ejus*.

Regina suavissima. — Ibid.

Regina cœlestis in throno residens, una cum Filio perpetualiter conregnatura, interpellans fidelieriter pro peccatoribus et fidelibus in omni negotio. — Ern. Prag. in *Mariali*, cap. 126.

Regina cœli. Sicut enim absente rege terreno, regina regnum gubernat, ita quando Rex noster Christus ex aliqua causa faciem suam abscondit, tunc Maria maxime misericordiam suam ostendit. — Idem in *Mariali*, cap. 6

Regina misericordiae semper augusta. — Idem in *Mariali*, cap. 28.

Regina reginarum, quam viderunt reginæ cæteræ, et laudaverunt, et beatissimam prædieaverunt, id est in superlativo gradu et summo beatam. — *Jacobus Monachus in Mariali, cap. 126.*

Regina summæ Majestatis semper augusta. — *Ibid.*

Regina angelorum. — *D. Birgitta in serm. Angelico De excellentia SS. V., cap. 21.*

Regina coeli benedicta super omnem creaturam excedens dignitate et potestate. — *Eadem lib. iii Revelat. cap. 20.*

Regina cœli, quam ipse Deus prælegit sibi in coniunctione deitatis et humanitatis. — *Eadem lib. iii Revelat. cap. 17.*

Regina corona virtutum decorata. — *Eadem in serm. Angel. De excellent. SS. V. cap. 6.*

Regina coronata super omnia quæ creata sunt. *Regina propter munditiam, coronata propter excellentem dignitatem.* — *Eadem lib. v Revelation. revelat. 4, in lib. Quæstionum.*

Regina excellentissima. — *Eadem in sermone Angel. De excellent. B. V., cap. 10.*

Regina misericordiæ, cui data est omnis misericordia. — *Eadem lib. iv Revelat., cap. 105.*

Regina nostra. — *Eadem in orat. 4 Revelat.*

Regina omnium spirituum. — *Eadem lib. vi Revelation., cap. 23.*

Regina cœli ac versæ. — *D. Joan. Rusbroch. in Speculo æternæ salutis, cap. 12.*

Regina cum Filio coronata. — *Idem in libello De septem amoris gradibus, cap. 8.*

Regina mundi civibus. — *Barthol. de Pisis, lib. i De laud. S. V. M., fructu 8.*

Regina benedicta. — *Isidor. Thessalon. in orat. De Præsent. B. V. M.*

Regina Deo sponsata. — *Ibid.*

Regina omnium copiunis. — *Idem in orat. De Nativit. B. V. M.*

Regina summe venerabilis. — *Idem, orat. De Assumpt. B. V. M.*

Regina uniyersorum. — *Idem orat. De Annunt. B. V. M.*

Regina cœli. — *S. Vincent. Ferrer. serm. 3 De Nativ. B. V. M.*

Regina alma cœlorum. — *Joannes Gerson. in Josephina.*

Regina cœli, imo mundi habens præminentiam et virtutem influxivam super omnes. — *Idem, tract. 5, super Magnificat.*

Regina cœli. — *D. Laurent. Justin. De triumphali Christi agone, cap. 7.*

Regina astans supplex a dextris Filii, pro devote postulantibus, ad intercedendum contra indignationem Judieis, ad excusandum defectum nostræ infirmitatis, ad subveniendum, accipiens pro nobis plene influxum divinitatis. — *D. Bernard. Senensis tom. I, serm. 52.*

Regina cœlestis. — *Idem serm. De septem verbis B. V. M.*

Regina cœli inattingibilis dignitatis. — *Idem, tom. III, serm. De Assumpt. B. V. M.*

Regina cœlorum. — *Idem, tom. I, serm. 52.*

Regina curialissima, quæ non potest salutari sine resalutatione miranda; si enim mille Are Maria dicis in die devote, millies a Virgine resalutaris. — *Ibid.*

Regina divinæ misericordiæ. — *Idem, tom. I, serm. 61, qui est de superadmirabili gratia et gloria M. Dei M.*

Regina generosa; cui lege successionis et hæreditario jure totius universi debetur primatus et regnum. — *Ibid.*

Regina gloriæ, gratiæ et justitiæ. — *Ibid.*

Regina gratiis coronata. — *Ibid.*

Regina misericordiæ. — *Idem tom. I, serm. 52, qui est de Angelica salutat.*

Regina mundi. — *Idem tom. I, serm. 61, qui est de supernaturali gratia et gloria B. V. M.*

Regina omnium. — *Ibid.*

*Regina pacis et dilectionis, patientiæ et sapien-
tiae.* — *Ibid.*

Regina peccatorum. — *Ibid.*

Regina reginarum. — *Ibid.*

Regina regni cœlorum. — *Idem tom. IV, in ser-
monibus extraordinariis, serm. de septem flammis
amoris in B. V. M.*

*Regina sen per sedens ad dexteram Christi in
gloria sempiterna.* — *Idem tom. I, serm. 52.*

*Regina super patrimonium et proprietatem Filii
sui.* — *Idem tom. I, serm. 61, qui est de superad-
mirabili gratia et gloria B. V. M.*

Regina miserantissima. — *Martinus de Magistris
in Exposit. sup. Cantic. Salve Regina.*

*Regina misericordiæ, præsentia sedula, mun-
imente potens, sollicita periculis, promptitudine fa-
cilis.* — *Ibid.*

Regina angelorum. D. Antonin. in Summ. part.
iv, tit. xv, cap. 16, quod est de tripli gratiarum
genere in B. V. M.

Regina assistens a dextris Dei. — *Idem in Sum.
part. iv, tit. 45, cap. xv, quod est de plenitudine
omnis gratiæ in B. V. M.*

*Regina jus et dominum et usum fructum posses-
sionis habens in rebus Filii sui.* — *Idem in Summa
part. iv, tit. xv, cap. 24, quod est de benedictione
beatæ Mariæ Virginis apud omnem generationem.*

Regina cœlorum. — *Ibid.*

Regina ejus regni, cujus Deus est rex. — *Idem
in Summa part. iv, tit. xv, cap. 21, quod est de
modis quibus Deus fuit cum Maria.*

Regina maxima. — *Idem in Summa part. iv,
tit. xv, cap. 20, quod est de gratia privilegiorum
singularium B. M. V.*

Regina misericordiæ vere et proprie. — *Ibid.*

Regina mundi. — *Idem in Summa part. iv, tit.
xxxi, cap. 3.*

Regina non solum mundi, sed cœli. — *Idem in
Summa part. iv, tit. xv, cap. 45.*

Regina pacis et dilectionis. — Idem in *Summa* part. iv, tit. xv, cap. 20.

Regina potentiae. — Ibid.

Regina quae assistit a dextris Dei in fimbriis aureis. — Idem in *Summa* part. iv, tit. xv, cap. 3.

Regina, quae non solum ex gratia, sed natura instigante, justitia hoc dietante, est super omnes qui sunt in regno Filii. — Idem in *Summa* part. iv, tit. xv, cap. 44.

Regina reginarum. — Idem in *Summa* part. iv, tit. xv, cap. 20.

Regina regni misericordiae. — Ibid.

Regina sapientiae. — Ibid.

Regina super patrimonium et proprietatem Filii sui Iesu Christi. — Ibid.

Regina viae simul et patriae. — Idem in *Summa*, part. iv, tit. xv, cap. 22.

Regina astans Regi gloriae, in vestitu deauratisimo, splendidissimo ac rubicundissimo, quoniam ipsa charitate Dei, et proximi ineffabiliter atque excellentissime aestuabat et aestuat ardentissimo optans affectu Christi Filii sui mortem et sanguinem fructificare in nobis. — Dion. Carthusianus in *Psalm. XLIV.*

Regina clementiae. — Idem *De laud. S. Virg.* lib. i, art. 2.

Regina coelestis, cui vescenti Rex regum ministrait. — Idem lib. i *De laud. S. Virg.*, art. 55.

Regina coeli inextinguibilis dignitatis. — Idem lib. iv *De laud. S. Virg.*, art. 9.

Regina omni venustate, temperantia, proportione, intextura virtutum, donorum et fructuum, eminentissime perornata. — Idem in cap. xxxi Proverbiorum.

Regina potentissima universitatis, instar acierum ac exercituum angelorum spirituum [qui castra Dei vocantur] metuenda angelis tenebrarum; et omni altitudini contra Deum se extollenti; multo enim sublimius, imperialius, gloriosius reprimit et coeret aereas potestates ab impugnatione et infestatione militantis Ecclesiae. — Idem in *Cant.*, art. 21.

Regina quae astitit a dextris Dei in vestitu deaurato, id est, in spirituali amictu, charitatis fervore ornato. — Id. lib. i *De laud. S. Virg.*, art. 31.

*Regina reginarum, id est animarum virtuosa- rum, sanctorum, perfectarum, quae cæteris eminent, sicut reginæ ancillis, atque ad assiduos summi Regis amplexus prurissimos introducuntur, propter quod regine non immerito nuncupantur; et item quoniam carni et concupiscentiis ac passionibus domininantur, tam plene, ut recte vocentur reginæ; nihilominus inter eas est ordo secundum quod una est sanctior alia; estque glorioissima Virgo omnium earum Regina, et cæteræ velut pedissequæ ejus sunt, sicut ait Psalmista: « Adducuntur regi virgines post eam. » *Psalm. XLIV.* Etenim quo aliqua sunt perfectiora ac eminentiora, tanta sunt in vita hac pauciora, et sicut in tota militante Ecclesia*

unus est Pontifex summus, cui soli inest plenitudo ecclesiastice potestatis, cuius respectu alii prælati, quantumlibet excellentes, sunt subditi ac modicæ potestatis, sive auctoritatis; ita in universa triumphanti Ecclesia, in eo in tota electorum universitate, inter electas creaturas in esse creato subsistentes, nulla sola est perfecta et summe Deo charissima et incomparabiliter magna, et super omnium angelorum ordinum altitudines elevata, atque cœlesti propinquissima Sponso, piissima, purissima et duleissima Virgo Maria. — Idem *De laud. S. V.* lib. iii, init.

Regina regnantium. — Idem lib. iv, *De præcon. B. M. V.*, art. 10.

Regina super cœlestis. — Idem lib. ii, *De præcon. B. V. M.*, art. 28.

Regina totius Ecclesie militantis, cui decuit plena revelari de statu, processu, eventu ejusdem Ecclesie militantis, ut ex illorum præcognitione magis procuraret ac tueretur bonum ipsius Ecclesie. — Idem lib. ii, *De laud. S. V. M.*, art. 48.

Regina totius mundi. — Idem lib. i, *De laud. S. V. M.*, art. 5.

Regina unica ac summa astans semper a dextris Filii sui, quæ ineffabiliter delectat Patrem æternum, et placet incomparabiliter Sponso ac Filio suo. — Idem in *psalm. XLIV.*

Regina cœlorum. — Thom. a Kempis in part. iii *Sermonum*, serm. 2.

Regina mundi. — Idem in *Soliloq.* cap. 24.

Regina angelorum. — Pautus de Heredia in tractatu *De Concept.* B. V. M.

Regina cœlorum et angelorum, cui Dei Filius reliquit totius orbis regimen et gubernationem. — Ibid.

Regina reginarum. — Ibid

Regina coeli Maria (cujus natura bonitas, cuius voluntas potestas est, cuius laudes omnis coelestis Jerusalem jugiter festiva decantat) suplices suos ab hostilium insultibus legionum tutissima defensione semper munit; quemadmodum gallina sub velamento alarum suarum pullos suos a milvorum rapina protegit et defendit. — Arnoldus Bostius lib. *De patron. et patrocinio Deipar. Virgin. Mariæ in sibi dicatum Carmeli ordin.*, cap. 9, § 2.

Regina alta. — Bernardin. de Bustis, serm. 2, *De Assimilat.* B. V. M.

Regina angelorum et hominum. — Ibid. serm. 4.

Regina angelorum et omnium sanctorum. — Idem serm. 2, *De assumpt.* B. V. M.

Regina coelestis. — Idem, serm. 5 *De Nominat.* B. V. M.

Regina cœli inattingibilis dignitatis. — Idem serm. 2, *De Assumpt.* B. V. M.

Regina cœlorum et totius orbis. — Idem, serm. 3, *De Nominat.* M. V.

Regina Ecclesie. — Ibid.

Regina excellentissima. — Idem, serm. 4, *De Coronat. B. V. M.*

Regina gloriæ. — Idem, serm. 5, *De Nominat. B. V. M.*

Regina inclyta cœlorum. — Idem, in *Mariali* serm. 4, *De Concept. B. V. M.*

Regina maxima. — Idem serm. 5, *De Nominat. B. V. M.*

Regina nostra beatissima. — Idem in *Mariali*, serm. 2, *De Coronat. B. V. M.*

Regina nostra serenissima. — Idem, serm. 4, *De Coronat. B. V. M.*

Regina omnium regnorum Dei. — Idem, serm. 5, *De Nominat. B. V. M.*

Regina omnitum virginum. — Idem in *Mariali*, serm. 2, *De Coronat. B. V. M.*

Regina orbis universi. — Ibid.

Regina paradisi gloriosissima. — Ibid.

Regina regum. — Idem, serm. 5, *De parturitione B. V. M.*

Regina supra patrimonium et proprietatem Filii sui. — Idem, serm. 5, *De Nominat. B. V. M.*

Regina astans a dextris Dei, ac potioribus bonis in stola corporis et animæ gloria et deaurata, undique circumdata varietate gratiarum, et diversitate virtutum multiplici adornata. — Claudius Rap. Cœlest. serm. 2, *De Concept. B. V. M.*

Regina nostra, quæ dæmonibus imperat, cœlum aperit, Deum placat, gratiam confert amicis et gloriam. — Ibid.

Regina tantæ præminentiae, ut indecens ducentum sit, ipsam vel ad modicum jugo subjaciisse diabolice servitutis, et odium incurrisse divinæ indignationis. — Idem, serm. 4, *De Concept. B. V. M.*

Regina mundi. — B. Casimirus Poloniae princeps in *Hymn. de B. V. M.*

Regina, quæ nos divina illustravit gratia. — Ibid.

Regina angelorum præcientissima. — Joan. Trithem. *De mirac. B. V. M. prope Dittelbach.*, lib. 1, cap. 12.

Regina cœlestis patriæ. — Idem *De mirac. B. V. M. prope Dittelbach.* lib. 1, cap. 10.

Regina ecclesiastica. — Idem, lib. III, *De mirac. B. V. M. in Urticeto.*

Regina cœlorum. — Idem *De mirac. B. V. M. in Urticeto, in præfatione lib. 1.*

Regina miserationum. — Idem, lib. III, *De mirac. B. V. M. in Urticeto.*

Regina omnium potentissima. — Idem *De mirac. B. V. M. prope Dittelbach.* lib. 1, cap. 10.

Regina potens angelicæ charitatis. — Idem, lib. III, *De mirac. B. V. M. in Urticeto.*

Regina potens in cœlo. — Ibid, lib. 1, cap. 6.

Regina unica cœli. — Ibid, lib. 1, cap. 2

Regina altissima omnium sanctorum. — Mauritius de Villa Probata, serm. 10, *Coronæ novæ B. V. M.*

Regina angelorum et hominum. — Ibid. serm. 5

Regina bene se regentum. — Ibid. serm. 6.

Regina cœlestis. — Ibid. serm. 22.

Regina cœlestium, terrestrium et infernorum — Ibid. serm. 5.

Regina consolationis. — Ibid. serm. 24.

Regina gloriæ. — Ibid. serm. 26.

Regina gloriosa — Ibid. serm. 5.

Regina gratiarum. — Ibid. serm. 49.

Regina humilitatis. — Ibid. serm. 17.

Regina maxima. — Ibid. serm. 28.

Regina misericordie. — Ibid.

Regina mundi. — Ibid. serm. 9.

Regina omnium sæculorum. — Ibid. serm. 42.

Regina pietatis, pulchritudinis et miserationis. — Ibid serm. 19, *Coronæ novæ B. V. M.*

Regina piissima. — Ibid. serm. 22.

Regina regens omnia. — Ibid. serm. 52.

Regina super omnes a Christo in Christo in gratia et gloria sublimata. — Ibid. serm. 53.

Regina terrarum. — Ibid. serm. 5.

Regina triumphalis. — Ibid. serm. 16.

Regina virginum gloriosa. — Ibid. serm. 8.

Regina universi. — Ibid. serm. 25.

Regina angelorum. — Joan. Picus lib. 1 in *Cantic.*, cap. 7.

Regina cœlorum præcellentissima. — Idem, lib. III in *Cantic.*, cap. 16.

Regina misericordie. — Idem, lib. 1 in *Cantic.*, cap. 9.

Regina mundi. — Idem, lib. III in *Cantic.*, cap. 7.

Regina omnium creaturarum. — Idem, lib. III in *Cantic.*, cap. 16.

Regina misericordie, cuius candidissima puritas et ab omni sorde aliena non modo solis et lunæ ac stellarum omnium, verum etiam angelorum ipsorum superat puritatem; utsote quæ in maternis visceribus sanctificata, et naturam habens purissimam, nunquam contraxit peccatum, nec originale, nec actuale. — Dionys. Fab. tract. 1, *De Concept. B. V. M.*

Regina cœlorum terrarumque a Deo constituta. — S. Thom. de Villa Nova conc. 1, *Assump. B. M. V.*

Regina cœlorum terrarumque omnium, angelorum dignitati prælata. — Idem, serm. 1, *De Anunt. B. V. M.*

Regina potens. — Idem, conc. 2, *De Assumpt. B. V. M.*

Regina cœli et terræ, quæ progreditur quasi aurora consurgens, pulchra ut luna, electa ut sol, et eadem terribilis dæmonibus, sicut castrorum acies ordinata. — Ludov. Blosius in *Endologia* 1 B. V. M.

Regina cœli inclyta. — Idem in *Speculo spirituali*, cap. 14.

Regina cœli potentissima. — Idem in *Canone vita spiritualis*, cap. 18.

Regina cœlorum illustris. — Idem in *Eudologia* 3, ad B. V. M.

Regina illustrissima. — Ibid.

Regina serenissima hominum et angelorum. — Fridericus Fornerus lib. v, cap. ult. *Palmæ triumphalis*.

Regina cœli, terræ, maris, supra quam nihil nisi Deus est. — Justus Lipsius in *D. Virg. Halensis*, cap. ult.

Regina cœlitum potens. — Ibid. cap. 51.

Regina supernæ Jerusalem clementissima. — Joan. a Jesu Maria, tom. II Oper. suor., pag. 62 *Theol. mysticæ*.

Regina cœli humanissima et decora valde. — Ibid.

Regina desideratissima, spero, quod regnatura sis in corde meo, eo quod sis formosa nimis super universas creaturas. — Ibid. pag. 64.

Regina sapientissima, postquam adducuntur

Regi electarum virginum multa millia, nam constituit te sapientia dives Filius tuus, Magistrum snavissimam domus ac regni sui, ut melius quam Joseph erudires principes ejus, sicut tenet ipsam, et senes ejus prudentiam doceres. — Ibid. pag. 65.

Regina clementissima Jerusalem, et firmissima invocantium et querentium te. — Ibid. pag. 68.

Regina cœlo formosior, quis poterit cogitare vim formæ tuæ? quibus oculis intuetur te civitas sancta Jerusalem? Omnia corda feruntur in te, et trahit enim sua quemque voluptas. — Ibid.

Regina clementissima, et plus quam lepidissima sermone, in cuius labiis gratia diffusa est, utinam semel pro me Filio tuo supplices, ut fierem interventu tuo in animam viventem, et inciperem nova sacrificare desideria, quibus dulcoris tui sapor misceretur! — Ibid. pag. 67.

Regina specie ac decore præstantissima. — Idem, tom. III Operum suorum in tractatu *De amore cultuque Reginæ cœli*, i part. cap. 2.

Regina cœli, quæ ut pulchritudine, ita et decore apprime excellit, quis possit assequi, quam efficaciter spectatores suos venustissimis actibus demulcent? Sive statum, sive incessum, sive sessionem contemplemur, eximus decor est; quod si intuitum sermonemque observemus, felices plane illi qui venustate tanta puri amoris altrice fruuntur. Non absque consilio canitur ei: « Pulchra es et decora, filia Jerusalem. » Cant. vi. — Ibid.

Regina cœli stellis coronata, sole anieta, et luna velut calceata. — Joan. a Jesu Maria tom. III Oper. suor., tract. *De amore cultuque Reginæ cœli*, i part. cap. 3.

Regina cœli, ea nitens puritate, qua major sub Deo intelligi nequit. — Ibid. cap. 4.

Regina cœli, cum sapientiam ipsam, unigenitum videlicet Dei Filium, alta mente conceperit, et ad regiae dignitatis proportionem, sapientiae potu, e propinquuo fonte hauserit, quis possit exprimere, quo sit amore digna ex eo capite cumulatissimæ

sapientiae, que animum ipsius luculentissime illustrat et honestat. — Ibid. cap. 6.

Regina virginum, quæ divinitatis arcana sublimissima contemplatione percepit. Felices, qui assistent ei divina ipsius sapientia fruituri. — Ibid.

Regina cœli, cum immortalis Regis gratia plurimum excellat, cæcus profecto ac delirus est qui eam summo prosequi amore, et quibus posset obsequiis velut demulcere non satagit. — Ibid. cap. 7.

Regina cœli, quæ Dei opes uti proprias possidet atque dispensat. — Ibid. cap. 8.

Regina cœli, quæ invictissimis a Deo viribus roborata, regno quod expugnari nequit, præfecta est. — Ibid. cap. 9.

Reginam cœli mundo universo propositam, unoque duntaxat divinæ Majestatis solio præcedi, cum noverit populus Christianus, debet profecto potentiam tantam suspicere, amare ac rite colere. — Ibid.

Regina cœli, clementissima, spes firmissima salutis. — Ibid. part. 2, cap. 4.

Regina cœli, et absolutissimum sanctitatis exemplar. — Ibid. cap. 3.

Regina cœli clementissima et arx tutissima misericordum ad te confugientium. — Ibid. cap. 6.

Regina potentissima, per te Ecclesia militans sic protegitur, ut quidquid habet boni, alatur et crescat; et quidquid admistum est vel imminet mali, proœcul arceatur. — Ibid. cap. 9.

Regina pacifica, cui pendent amoris tributum nobilissima quæque corda universæ terræ. — Idem, tom. IV Oper. suor., pag. 267

Regina clementissima, solita semper afflictos, qui ex hac lacrymarum valle ad te spirant, snavissime consolari, simulque rigare cœlesti refrigerio, tanquam rore matutino, corda arentia. — Ibid. pag. 268.

Regna orbis. — Robert. Bellarm. in conc. *De Assumpt. B. M. V.*

Regina potens excelsa. — Idem, in conc. *De Nativit. B. M. V.*

REGIO Dei incomprehensibilis. — S. Andr. Cret. orat. 2, in *Annum*.

Regio, in qua solitudo Deo tantum et domui — D. Hildephonsus lib. 3 *De virginit. S. M.* cap. 2.

Regio Dei spatiostissima. — S. Jo. Damasc. in *Paraccl. B. M. V.*

Regio gaudii spatiostissima. — S. Damasc. in *Can. S. Deipar.*

Regio inarata, et a nullo cultore subacta, quæ prosemnavit totius mundi agricolam Deum, qui nimirum cuneta produxit. — Idem in *Meneis Græcor.* die 27 Januarii.

Regio virginea, in qua figimenti Dominus, totius figimenti causa, cum figimento copulatur, ut figimento salutem comparet. — Idem orat. 5, *De Nativ. B. M.*

Regio Dei spatiostissima. — S. Joseph. *Hymn. in Mariali.*

Regio divinæ naturæ capax.—*Ibid.*

— *Regio* ab agricola intacta, cuius fructus ditissimus ac felicissimus in cunctis generationibus.—*Jacob. Monachus in Mariæ, orat. 1.*

Regio impervia et inaccessibilis.—*Idem in Mariæ, orat. 6.*

Regio lucis reparatrix, ex qua salutis radii universo orbi terrarum.—*Idem in Mariæ, orat. 5.*

REGISTRUM apostolorum.—*D. Bonavent. in Speculo B. V. M., cap. 2.*

REGNATRIX, creata sanguine regum atque sacerdotum fatidicorumque virorum.—*Joan. Geom. in B. V. M. hymn. 2.*

Regnatrix, cui Trias est stirps et caput.—*Ibid.*

Regnatrix, cuius purissima radix stirps charitum triplex atque sata a Triade.—*Ibid.*

Regnatrix veri.—*Idem in B. V. M. hymn. 1.*

REGNUM a terrenis quidem sumptum, sed ex superna gloria potentiam habens inexpugnabilem.—*S. Andreas Cretensis, orat. 3, De Dormit. S. V. M.*

Regnum imperatoris cœlestis.—*D. Bernard. in Serm. de B. V. M. cuius initium est : Ave Maria.*

Regnum cœlorum ipsi Domino.—*Albert. Magn. super Missus est, cap. 17.*

Regnum cœlorum spirituale omnium in ipsa lœtantium, omnes continens et salvans, et ambiens in esse lœtiæ, et omnium hominum affectum trahens ad se, et omnium desiderium quietans in se.—*Idem super Missus est, cap. 498.*

REGULA vitæ.—*Joan. episc. Aretin. in tractat. De Dormit. B. V. M.*

Regula iustitiae.—*Alanus de Insul. in Anticlaud, lib. v*

Regula apostolis de Christo actitatis.—*Barthol. de Pisis lib. II De laud. S. V. M., fructu 6.*

Regula omnis exemplaritatis post Christum.—*D. Bernard. Senensis, tom. II, serm. 6.*

Regula omni statui.—*D. Antonin. in Summi. part. IV, tit. xv, cap. 14.*

Regula viatorum.—*Ibid.*

Regula perfectionis universæ.—*Dion. Carth. lib. IV De præc. B. V. M., art. 4.*

Regula omnium hominum.—*Bernardin. de Bustis, serm. 5, De Nativit. B. V. M.*

Regula omnium viventium.—*Idem, serm. 4, De Nominat. Mariae.*

Regula omnium viventium.—*Maurit. de Villa Probata, serm. 9, Coronæ novæ B. M.*

Regula hominum obliquæ originis nescia.—*Joan. Picus, in lib. I in Cantic., cap. 7.*

RELEVAMEN in angustiis.—*Ludov. Blosius in Endologia ad B. V. M.*

RELEVATIO pristini lapsus.—*Theodor. Lasc. imperator. in Can. ad S. V. M.*

RELEVATRIX concussi orbis, qui sub sævo duri erat hostis dominio.—*D. Fulbert. Carnotens. serm. 3, De Nativ. S. V. M.*

Relevatrix cadentium.—*Albertus Magn. in Bi-blia Mariæ super lib. Job.*

RELIQUIARIUM Spiritus sancti.—*S. Thom. de Villa Nova in conc. 3 De Nativit. B. V. M.*

REMEDIUM Evie.—*Joan. Geometra, serm. in Annunt. S. Dei Genitricis.*

Remedium doloris.—*Ibid.*

Remedium post secundam et extremam desperationem.—*Ibid.*

Remedium cœterarum mulierum, quia flagella cœterarum mulierum expiavit.—*Raduloh. Ardens, hom. 2 in Annunt. B. M. V.*

Remedium Adæ magnum.—*Cæsarius Cistere. in homil. de SS. Nomine Mariæ.*

Remedium singulare atque opportunum, peccantibus a Deo provisum, ne desperarent.—*D. Antonius de Padua, serm. 2, in Sabb. 2 Quadrag. de Transfigurat. Domini in B. V.*

Remedium, quo curantur animæ vulnera.—*Joan. Trith. lib. I De miraculis B. V. in Urticeto, cap. 10.*

Remedium unicem nostrum.—*S. Thom. de Villa Nova. conc. 3, De Nativit. B. M. V.*

REMISSIO peccatorum, nobis cœno infixis a Deo data.—*S. Germ. Constant. orat. 1, in Præsent. B. M. V.*

Remissio laborum.—*Jacobus Monachus, De Na-tivit. B. M. V.*

Remissio sudorum.—*Ibid.*

REMOTRIX maledictionis Evæ, Jesu auctore.—*Cæsarius Cistere. in hom. de SS. Nomine Mariæ.*

RENOVATIO inveteratorum.—*S. German. Con-stant. orat. 2, in Præsent. B. M. V.*

Renovatio mundi.—*S. Jo. Damasc. in Parac. B. M. V.*

RENOVATRIX humanæ naturæ.—*Bernard. de Bustis in Mariæ, serm. 2, de Coronat. B. M. V.*

Renovatrix sæculi.—*Jo. Trithem. lib. I, De mira-culis B. M. V. in Urticeto, cap. 6.*

REPARATIO gentis humanæ, post Christum.—*S. Sabbas in Menais Græcorum die 22 Fe-bruarii.*

Reparatio Evæ.—*D. Ildephonsus, serm. 4, De Assumpt. B. V. M.*

Reparatio vitæ.—*Idem, serm. 1, De Assumpt. B. V. M.*

Reparatio hominum incorrupta.—*S. Joseph. Hymnograph. in Mariæ.*

Reparatio hominum.—*Idiota, De B. Virg. part. III, contempl. 4.*

Reparatio hominum et naturæ nostræ.—*Idiota, Contemplat. de SS. V. M.*

Reparatio omnium.—*S. Anselm. Lucensis su-per Salve Regina.*

Reparatio desperatorum.—*D. Bern. serm. 1, su-per Salve Regina.*

Reparatio casus.—*Jacobus Monachus in Mariæ, orat. 5.*

REPARATRIX Adæ. — Sergius relatus a Canisio lib. 1, *De Deipara*, cap. 11.

Reparatrix innocentiae. — Idiota, in *contemplat.* de SS. V. M.

Reparatrix perditæ gratiæ. — Ibid.

Reparatrix lapsorum. — D. Anselm. in *Psalterio B. M.*, parte 1.

Reparatrix nostra. — Idem, *Hom. de B. Virg. Concept.*

Reparatrix perditi orbis. — Idem in lib. *De excellentia SS. V. M.* cap. 9.

Reparatrix vitæ. — Idem in *Psalterio B. V.*, part. 1.

Reparatrix vitæ. — Goffridus abbas in *Orat. ad Matrem Domini*.

Reparatrix parentum. — D. Bernard. hom. 2, *De laud. Virginis Matris super Missus est.*

Reparatrix terrarum. — S. Petr. Maurit. Cluniacensis *Prosa in honorem Matris Domini*.

Reparatrix creaturæ angelicæ atque humanæ. — Rich. a S. Victore *Expositione in Cantic. canticor.*, cap. 28.

Reparatrix sæculi. — Petrus Bles. cap. 38.

Reparatrix gloriæ. — Helinandus Cisterc. serm. 1, in *Nativit. B. V.*

Reparatrix perditorum. — D. Bonavent. in *Psalterio minori B. Virg.*, quinquagena 2.

Reparatrix debilium. Sicut enim luna in suo incremento corporibus humores recuperat; sic et beata Maria Deum Israel concepit et peperit, qui dat virtutem et fortitudinem plebi sue. — Albert. Magn. serm. 2, in *Assumpt. B. M.* V.

Reparatrix Ecclesiæ triumphantis. — Idem in *Postillis super cap. i Lucæ*.

Reparatrix ordinum angelorum. — Idem super *Missus est*, cap. 192.

Reparatrix opportuna orbis perditi. — Antonius Pœq. serm. 6, *De Concept. B. V.*

Reparatrix perditorum. — Joan. Gerson. in serm. *de Spiritu sancto*.

Reparatrix sæculi. — D. Laur. Justin. in serm. *Nativit. B. M.* V.

Reparatrix ordinum angelorum. — D. Anton. in *Summa. part. iv, tit. xv, cap. 44.*

Reparatrix innumerabilium perditissimorum ad gratiam et salutem. — Dion. Carth. lib. 1, *De laud. SS. V. initio.*

Reparatrix ruinæ cœlestis. — Idem, lib. iv, *De Praeconio B. V. art. 9.*

Reparatrix potens ruinarum angelicarum. — Jo. Maubur. in *Rosario de gloria V. membro 5.*

Reparatrix nostra, quia ita reparavit genus humanum, ut nunc sit fortius, quam esset ante. — Bernardin. de Bustis, serm. 1, *De Nominat. M.*

Reparatrix desperantis animæ. — D. Casimirus Poloniæ princeps in *hymno de B. V.*

Reparatrix castissima humanæ salutis quæ, Deo præservante, nulli unquam reatu fuit subjecta.

— Jo. Trithem. lib. 1, *De mirac. B. V. in Urticeto*, cap. 4.

Reparatrix depravatæ naturæ. — Idem, lib. iii, *De miracul. B. V. in Urticeto*.

Reparatrix famæ suorum gloriosæ. — Idem, lib. i, *De miracul. B. V. in Urticeto*, cap. 6.

Reparatrix felicitatis æternæ. — Ibid.

Reparatrix orbis. — Idem lib. 1, *De mirac. B. V. in Urticeto*, cap. 8.

Reparatrix salutis æternæ. — Idem, lib. iii, *De miracul. B. V. in Urticeto*.

Reparatrix semper castissima salutis nostræ, quam omnipotens Deus mundam, sanctam et innocentem condidit, et speciali privilegio puritatis ab omni peccato, tam originali quam actuali semper præservavit. — Idem *De mirac. B. Virg. prope Dittelbach.* lib. 1, cap. 40.

Reparatrix hominum et naturæ nostræ. — Maur. de Villa Probata, serm. 2, *Coronæ novæ B. V.*

Reparatrix omnium malorum. — Ibid. serm. 12.

Reparatrix orbis. — Ibid.

Reparatrix gratiæ. — Joan. Picus lib. 1 in *Cantic.*, cap. 2.

Reparatrix magna miserae sortis priuorum hominum. — Justus Lipsius in *B. Virg. Aspicoll.*, cap. 4.

REPOSITORIUM virginitatis, Dei capax, de quo editus incorruptus partus, et virginitatis opulentia non est passa detrimentum. — S. Germ. Constant. serm. in *Nativit. B. V. M.*

Repositorium pretiosissimi thesauri. — Jacob. Monachus in *Mariali*, orat. 4.

REPRÆSENTATIO modis omnibus simili originali speciei atque decori. — S. Andreas Gretenss, orat. 1, *De Assumpt. SS. V. M.*

REQUIES Domini. — Chrysippus in serm. *De S. Maria Deipara*.

Requies æterna unigenito Filio Dei — S. German. orat. 1, in *Dormit. B. M. V.*

Requies laborantibus. — Jo. Damasc. orat. 1, *De Ascens. B. M. V.*

Requies laborum nostrorum. — Idem, orat. 2, *De Assumpt. site Dormit. B. M. V.*

Requies laborum ludorumque, quibus ob spinas affl: gebamur, et miserias sustinebamus. — Leo imperator in orat. *De Nativit. B. V.*

Requies Domini. — Guerricus abbas, serm. 1, *De Assumpt. B. M. V.*

Requies Domini in sæculum sæculi : sapientia namque Dei Patris, quæ in omnibus requiem quæsivit, in ea velut in hæreditate Domini habitare disposuit. — Serlo abbas serm. 2, *De Assumpt. B. M. V.*

Requies in laboribus nostris. — Richard. a S. Laur. *De laud. sanctiss. Virg. lib. vi.*

Requies Domini glories, quam in omnibus quærebat Filius Dei, qui est sapientia Eccl. xxiv, quam invenit in ea, sicut ipsa dicit ibidem : *qui*

creavit me, scilicet Deus Filius meas, per quem omnia facta sunt, requievit, secundum quod homo in tabernaculo meo, id est, in corpore novem mensibus et sex diebus. — Idem *De laud. SS. V.* lib. x.

*Requies Domini, in qua Christus novem mensibus requievit, sicut ipsa dicit. Eccl. xxiv : « Qui creavit me, requievit in tabernaculo meo. » — Idem *De laudib. sanctiss. M. V.* lib. ii.*

*Requies opulenta, quæ promittitur populo fidei Isaiae xxxii : « Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, et in tabernaculis fiduciae, et in requie opulenta. » — Idem *De laud. sanctiss. M. V.* lib. x.*

Requies dejectis. — Alanus de Insul. in Anticlaud. lib. v.

*Requies peculiaris trium in divinis personarum. — Anton. Pocq. serm. 1, *De Concept. B. V. M.**

*Requies Christi, non tantum' quia in ea novem mensibus requievit, verum etiam quia plus per quietum amorem requievit in ea, quam in tota alia rationali creatura. — D. Bernard. Senensis, tom. III, serm. *De Assumpt. B. V. M.**

*Requies laborantium. — Bernardin. de Bustis in *Mariali*, serm. 2 *de Coronat. B. V. M.**

*Requies mea et nutrimentum amoris mei. — Joan. a Jesu Maria, tom. II Oper. suor. tract. *De Theol. mystic.*, pag. 63.*

Res Christi. — D. Athanas. Orat. in Domini ocurrsum, seu in Purificat. B. V. M.

*Res prodigiosa atque inaudita, quippe cum Virgo peperit citra virginitatis corruptionem. — D. Basilius, hom. *De humana Christi generatione*, quæ est 25 in ordine reliquarum.*

*Res magna venerandæ œconomiae, quam cupiunt inspicere angeli. — S. Andr. Cretensis, orat. 5, *De Dormit. B. M. V.**

*Res nova in terris : ipsa enim sola semper Virgo tanquam Dei Mater parit, et virgo est. — Idem, *Can. in vii Machab.**

*Res lætifica Deo dicata, ad persolvendum gratiam communem, omnium salutem. — S. Germ. Constant. serm. in *Nativit. B. Virg.**

*Res creata, quæ increatum emisit. — D. Bonav. in *Laud. B. V. M.**

*Res divina, intacta et sacrosanta. — Nicephorus Callistus, lib. i *Hist. Eccl.* cap. 5.*

*Res omnium pretiosissima Deo. — Emmanuel Pal. imperator in *Orat. de Dormit. SS. Virg.**

*Res omni admiratione major. — Isidor. Thessal. in *Orat. de Nativit. B. M. V.**

*Res omnium splendidissima et pretiosissima. — Idem in *Orat. De Annuntiat. B. Virg.**

*Res pretiosissima. — Idem in *Orat. De Assumpt. B. M. V.**

*Res singularis mundo donata. — Bernardin. de Bustis in *Mariali* serm. 6, *De Concept. B. M. V.**

*RES nostrorum toleratione. — Barth. de Pisis, lib. i *De laud. sanctiss. Virg.*, fructu 4.*

*RESERAMENTUM portarum cœlestis paradisi. — D. Ephrem in serm. *De laud. B. M. V.**

*RESERATRIX portarum misericordiæ. — Cosmas Hierosol. in *Theogonium* 6 hymn.*

*Reseratrix viarum poenitentiarum. — S. Joan. Damasc. in *Paract. B. V.**

*Reseratrix paradisi. — Matthæus Cantacuzenus in cap. iv *Cantic. cantorum*.*

*Reseratrix areanorum et futurorum. — Barthol. de Pisis, lib. iii, *De laud. SS. V.* fructu 8.*

*RESINA clementiæ, omnium resinarmi in se habens gratiam et virtutem. — Ern. Prag. in *Mariali*, cap. 70.*

*RESONATIO omnium prophetarum. — S. Joseph. Hymnograph. in *Mariali*.*

*RESPECTUS justitiæ. — Adam de Persen. in *Mariali* fragm. 31.*

*RESPIRATIO narium nostrarum ; quemadmodum enim aeris exhalatio vitalem per nares inspirat hominibus spiritum ; ita Mariam omnium orthodoxorum respiratio in ore desert : neque spiritum ducendo, tantam ex aere refrigerationem haurimus, quantum ex Mariæ nominis patrocinio sentimus. — S. Germ. orat. 2, in *Dorm. B. V.**

*RESTAURATIO seminarum, quia per ipsam a ruina primæ maledictionis probantur esse subtractæ. — D. Augustin. serm. 2 *De Nat. Domini*, qui est 45 *De tempore.**

*Restauratio seminarum, quia per ipsam a ruina primæ maledictionis probantur esse subtractæ. — D. Fulgentius serm. *De laud. SS. V. M. ex parte Salvatoris.**

*Restauratio generis. — S. Andr. Cretensis. orat. *De Nativ. B. V. M.**

*Restauratio sola hominum. — S. Joseph. Hymnograph. in *Mariali*.*

*Restauratio angelorum. — Idiota, *De B. V. Maria*, part. iii, *contempl. 1.**

*Restauratio angelorum. — Maurit. de Villa Probeta in serm. 2, *Coronæ novæ B. Mariae.**

*RESTAURATRIX perditæ vitæ. — S. Eleutherius serm. *de Natali Domini.**

*Restauratrix sæculorum. — D. Bernard. *Epist. 174, ad Canonicos Lugdunenses.**

*Restauratrix angelorum ruinæ. — Rich. a S. Victore *Expositione in Cantic. cantorum*, cap. 25.*

*Restauratrix ordinum angelorum. — Albert. Magn. super *Missus est*, cap. 192.*

*Restauratrix vitæ. — D. Bernard. Senensis, tom. IV, serm. 57, qui est *De amore in carn.**

*Resauratrix numeri angelorum. — D. Antonin. in *Summ. part. iv, tit. xv, cap. 44.**

Restauratrix ordinum angelorum. — Ibid.

*Restauratrix nostra. — Bernardin. de Bustis, serm. 1, *De Nominat. Mariæ.**

Restauratrix boni nominis. — Jo. Trith. lib. 1, *De mirac. B. V. M. in Urtic.*, cap. 9.

RESTITUTIO lapsi in rectum statum. — S. German. Constantiop. serm. in *Nativ. B. V. M.*

Restitutio in integrum collapsi generis humani. — S. Jo. Damasc. orat. 5, *De Nativ. B. V. M.*

RESURRECTIO progenitoris Adam. — D. Ephrem. in serm. *De laud. B. V. M.*

Resurrectio mortuorum. — S. Jo. Damasc. in *Parac. B. V. M.*

RESUSCITATIO post mortem secundam, eamque longe profundiorem, multoque ad reviviscendum difficultiorem. — Jo. Geometr. serm. in *Annunt. SS. Dei Genitricis.*

RESUSCITATRIX Ecclesiæ militantis. — Alb. Magn. in *Postill. super cap. 1 Luce.*

RETRIBUTIO multarum precium a Deo data. — Jacol. Monach. in *Mariali*, orat. 5.

RETRIBUTRIX magnorum donorum pro exiguis, ex divitiis suarum gratiarum. — D. Athanas. serm. in *Evangel. de SS. Deipara.*

REVERSIO postliminio pulsorum. — S. German. orat. 2, *in Dormit. B. V. M.*

REVOCATIO protigi orbis terrarum. — S. Jo. Chrysost. *Hom. in Christi Natal.*

Revocatio Adam cadentis. — S. Andr. Cretensis, orat. 2, *in Annunt. B. V. M.*

Revocatio exsulum. — S. German. orat. 2, *in Dormit. B. V. M.*

Revocatio prima primi lapsus primorum parentum. — Idem serm. *in Nativ. B. V. M.*

Revocatio Adæ. — S. Joan. Damasc. in *Parac. B. V. M.*

Revocatio eorum qui ceciderunt. — Ibid.

Revocatio nostra in illecebris. — Ibid.

Revocatio Adæ et Evæ, per quam repperunt antiquam felicitatem. — S. Joan. Damasc. in *Can. SS. Deiparæ.*

Revocatio Adami lapsi. — Idem, *Can. in Annunt. Deip.*

Revocatio primæ matris. — Idem, *Can. in SS. apost. Petrum et Paulum.*

Revocatio Adæ. — Theophan. Nicæn. *hymn. in Annunt. SS. Deiparæ.*

Revocatio eorum qui ceciderunt. — S. Joseph, *Hymn. in Mariali.*

Revocatio Adæ. — Ibid.

Revocatio primorum parentum. — Ibid.

Revocatio terrigenarum expulsorum. — Ibid.

Revocatio post iacturam honorum. — Joan. Geometr. serm. in *Annunt. S. Dei Genitricis.*

Revocatio errantium. — Adam de Persen. in *Mariali*, *fragm. 2.*

REVOCATRIX Evæ. — Sergius relatus a Canisio lib. 1 *De Deip.*, cap. 44.

Revocatrix desperatorum. — Albert. Magn. in *Biblia Mariae super librum Esther.*

Revocatrix pereuntium. — Jo. Trith. lib. 1, *De mirac. B. Virg. in Urticeto*, cap. 6.

RHEDA aurea solis, quæ Dominum sibi contulit aethereum. — Joan. Geom. in *B. V. M. hymn. 3.*

RHEU, omnium incentivorum in ea ad malum extincionem. — Barthol. de Pisis, lib. 1 *De laud. SS. V.*, fructu 4.

RIVULUS, de quo fons magnus exortus est. — D. Angustiu. serm. 5, *De Nativit. Domini*, qui est 9. *De tempore.*

Rivulus, ex quo ortus est fluvius magnus. — Idem serm. 19 *Ad fratres in Eremo.*

Rivulus exiguis, ex quo ortus est fons aquæ salientis in vitam æternam. — D. Petrus Damian. serm. *De Epiphania Domini.*

Rivulus honestatis. — D. Laur. Justinian. serm. *De Nativit. B. M. V.*

Rivus fontem emittens. — D. Bonavent. in *Laud. B. V. M.*

Rivus dives misericordiæ. — Jacobus Monachus Orat. *De Nativit. B. M. V.*

Rivus omnis gratiæ. — Barthol. de Pisis lib. n, *De laud. S. Virg.*, fructu 6.

Rivus indeficiens omnis gratiæ. — Marcus Vigrius in *Decachordo Christiano*, lib. 1, cap. 24.

ROBOAM spiritualiter, qui interpretatur latitudo populi; fuit enim in virtutum populo dilatata. — D. Antoninus in *Summa part. iv, tit. xv, cap. 6.*

ROBORATIO fidei. — D. Birgitta in orat. 1 *Re-relat.*

ROBORATRIX perfectissima omnium, in fide catholica. — D. Birgitta in serm. angelico *De excellētia S. V.* cap. 19.

ROBUR imbecillum. — S. Sabbas in *Menæs Græcorum*, die 28 Januarii.

Robur inconcussum, quatenus puritate rebus omnibus elevatior, nullis vincebatur affectionibus. — S. Andreas Cretensis orat. 3, *De Dormit. B. V. M.*

Robur omnium sanctorum. — Idem in *Encomio de zona B. V.*

Robur infirmorum non exsuperandum. — Anonymus in *Euchologio*, seu *Rituali Græcorum in Officio in sacerdotem vita functum.*

Robur populi. — Idem in *Canone ad SS. Deip.* qui exstat in *Rituali Græcor.* pag. 813.

Robur imperii. — Georg. Nicomed. in orat. 3, *De Concept. B. V. M.*

Robur nostræ imbecillitatis. — S. German. Constant. orat. 2, *in Præsentat. B. V. M.*

Robur inexpugnabile, liberans nos ab angustiis, passionibus, peccatis et igne sempiterno. — S. Joan. Damasc. in *Parac. B. V.*

Robur miserabilis animæ nostræ. — Ibid.

Robur nostrum. — Ibid.

Robur omnium, qui cum fide laudent ejus mystern. — Joan. Damasc. *Cant. in Nativ. B. V.*

Robur apostolorum. — S. Joseph. *Hymn. in Mariali.*

Robur athletarum. — Ibid.

Robur eorum omnium qui semper concinunt,

Laudabilis et glorus Deus patrum nostrorum. — *Ibid.*

Robur eorum qui eam cum fide sincera beatificant. — *Ibid.*

Robur fidelium. — *Ibid.*

Robur firmissimum omnium martyrum. — *Ibid.*

Robur sanorum. — *Joan. Geometra serm. in Anwunt. sanctiss. Dei Genitricis.*

Robur debilium. — *Adam Praemonstratensis lib. 1, serm. 40.*

Robur fluctuantum. — *D. Laur. Justinian. in serm. De Annunt. B. V. M.*

Ros Gedeonis. — *Jacobus Nisibensis in Cantic. in laudem B. V.*

Ros aridae animae. — *S. German. orat. 2, in Dormit. B. V. M.*

Ros ad quem anima illa, quae tanquam concha vigilaverit, concipiet illum pretiosissimum unio- nem, id est, illum devotionis affectum, quo cum Deo unus spiritus efficitur. — *Ern. Prag. in Mariali, cap. 18.*

Ros, quam beata erit illa anima, si tanquam apis argumentosa recondat in omnibus cellulis cordis sui; si tamen de corde suo favum fecerit, ut in mellis dulcedinem citius convertatur. — *Ibid.*

Ros emolliens nostram duritiam, secundans men- tis nostrae terram sterilem, in aestu temptationis refrigerans, in fornace tribulationis confortans. — *Ibid.*

Ros dulcorans mentem. — *Barth. de Pisis, lib. 1 De laud. S. V., fructu 8.*

Ros per inspirationem. — *Ibid., fructu 2.*

Ros, quia gratiam spargit. — *Ibid., fructu 8.*

Ros coelestis. — *Isidor. Thessalon., in orat. De Nativit. B. M. V.*

Ros aurorae coelestis tribulatos corde refrigerans. — *Joan. Trith. lib. 1, De miraculis B. V. M. in Urticeto, cap. 6.*

Ros opportunus ignem fornacis extinguens. — *Ludov. Blosins in Endologia 2 ad B. V.*

Rosa optimi coloris in mulieribus germinans. — *S. Joan. Chrys. orat. 7 in S. Deiparam V.*

Rosa, quam cultura spinarum ferox, scilicet Ju- daicus populus produxit. — *Chrysipp. in serm. De B. M. Deipara V.*

Rosa immarecessibilis sumnopere fragrans, ac ultra quam dici potest; cuius Dominus odore deflectatus, in ea requievit, ac ex ea florens, mundi odorem depressit. — *S. Joan. Damasc. orat. 4, De Nat. B. M. V.*

Rosa, quae e spinis, hoc est, Judaeis orta, divina fragrantia cuncta perfudit. — *Idem, orat. 1, De Nat. B. V. M.*

Rosa virginitate clarissima, odoreque gratiae spirans. — *Idem, orat. 5, De Assumpt. B. M. V.*

Rosa virginitatis rubicunda, et cocco tinteta. — *Idem in Menulis Graecorum die 27 Januarii.*

Rosa convallium, quam Deus elegit ex vita, cum-

que in ea habitasset, secundum carnem processit, nos divinae scientiae suavissimo halitu afflans. — *S. Joseph. Hymn. in Mariali.*

Rosa divina universos terrae fines replens suaveolentia, ac peccati nostri foetorem eliminans. — *Ibid.*

Rosa electa, quam cum in convallis vita Verbum Dei invenisset, pulchritudinis ejus amore captum est, et incarnatum, odore replevit orbem terrarum. — *Ibid.*

Rosa in medio spinarum hujus vitae, quam cum Deus invenisset immaculatam, habavit in utero ejus inviolato, et mystica suaveolentia mundum replevit. — *Ibid.*

Rosa in medio spinarum, quam vere invenit in hujus mundi convallis Jesus omnium plantator, atque ex atero ejus natus, nos divinæ cognitionis suavissimo odore perfudit. — *Ibid.*

Rosa redolens, quam cum purus ille in convallis reperisset, in medio ejus habitavit, humanum genus suavissimo replens odore. — *Ibid.*

Rosa semper vigens, quae sola pomum suavisimi odoris protulit. — *Ibid.*

Rosa aromatica propter odorem unguentorum suorum, id est, suarum virtutum. — *Idiot. De B. Virg. part. xiv, contempl. 45.*

Rosa fragrantissima. — *Ibid.*

Rosa plantata in Jericho, quia in ea fuit summa perfectio amoris, et mysterium intensissimi doloris. Quanto enim diligebat ardenter, tanto est vulnerata profundius; non enim fuit talis filius, nec fuit talis mater, non fuit tanta charitas, sicut inter eam beatissimam Matrem et benedictum Filium ejus; non fuit tam indigna mors, nou fuit dolor tantus. Sciebat namque Mater inviolata qualis erat ejus gloriosissimus Filius, et unde conceptus, et quomodo, et ideo quanto ipsum dilexit tenerius, tanto vulnerata fuit profundius, nihil habens consolacionis, sed tantum habens tribulationis et doloris; nam absorpta sunt sacratissima viscera maternis doloribus, ultra quod homo vel angelus perpendere posset. Martyres namque passi sunt propter fidem, sed beata Virgo passa fuit propter charitatem; ideo de ea seribitur, « Vulnerata charitate ego sum, » et sicut charitas major est quam fides, sic martyrium beatae Virginis excellit inter martyria sanctorum: alii martyres diversis gladiis martyrizati sunt, sed beata Virgo eodem gladio quo Filius ejus benedictus. — *Idem De B. V. part. xii, contempl. 6.*

Rosa, quia, si rosa antequam marcescat, carpitur, beata Virgo antequam benedicta ejus caro putredine marcesceret, ad utriusque stolæ immortalitatem de mundo assumpta fuit. — *Idem De B. V. part. xiv, contempl. 43.*

Rosa, quia, si rosa de spina nascitur non spissa, beata Virgo nata est de Judaeis incredulis bene credula. — *Idem.*

Rosa, quia, si rosa est capitis confortativa, beata Virgo confortat caput, id est, mentes peccatorum,

qui ad se devote, et ad suam misericordiam curunt. — Ibid.

Rosa, quia si rosa est oculorum clarificativa, beata Virgo clarificat oculum mentis nostrae dirigendo nos in viam mandatorum Dei. — Ibid.

Rosa, quia, si rosa est omnium florum delicatissima ad olfaciendum, sic pariter est beata Virgo, quia dicitur de ea, « Speciosa facta es, » scilicet ad instruendum, et suavis, scilicet ad tangendum et ad olfaciendum. — Ibid.

Rosa, quia, si rosa est omnium florum suavissima, beata Virgo omnium mulierum et hominum est suavissima. — Ibid.

Rosa, quia, si rosa est regina omnium florum, quia purpurei coloris est, et purpura regibus convenit, beata Virgo est Regina virginum et decens mulierum. — Ibid.

Rosa, quia, si rosa frigida est, beata Virgo frigida fuit per exclusionem pravi amoris, et quia omnibus suis exemplis ac meritis malarum concupiscentiarum fervorem refrigerat, maxime in servitoribus suis. — Ibid.

Rosa, quia, si rosa in granis est crocea, beata Virgo affectu intimae charitatis, quia ei cura est de omnibus, qui adicit, « Testis est mihi Deus, quomodo vos omnes cupiam in visceribus Christi Filii mei benedicti. » — Ibid.

Rosa, quia, si rosa prius clausa ad solis radium aperitur, beata Virgo cum vovendo virginitatem, consensum omni conceptioni clausisset, et generationi, Soli tamen justitiae aperuit, cum intellexit quod Filium Dei posset conceipere et parere manens virgo. — Ibid.

Rosa, quia, si rosa restringit, beata Virgo restringit suis orationibus fluxum cuiuslibet vitii, maxime in amatoribus suis. — Ibid.

Rosa, quia, si rosa spinis adharet, licet omnino eis dissimilis, beata Virgo peccatoribus, qui sunt spinæ, adharet pietate, et compassione, licet omnino a peccato sit immunis. — Ibid.

Rosa rubicunda per Dei et proximi charitatem; nam igneus color designat charitatem. — Ibid.

Rosa rubicunda per verecundiam virginalem, et per pulchritudinem naturalem, quia tota pulchra est, et macula non est in ea. — Ibid.

Rosa lenis. — D. Anselm. in hymn. 4, *B. Dei Genitr.*

Rosa charitate, vel compassione. — Hugo de S. Victore, serm. in *Nativ. vel Assumpt. B. V. M.*, qui est in ordine 34.

Rosa Judaicae spinæ. — Idem, serm. in *Nativ. B. M.*, qui est in ordine 65.

Rosa natura frigida per vitiorum extinctionem, forma lata per charitatem: colore alba aut rubra per puritatem et passionem, vel certe compassionem; odore grata per bonam opinionem. — Ibid.

Rosa, candida per virginitatem, rubicunda per charitatem, candida carne, rubicunda mente, candida virtutem sectando, rubicunda vitia calcando:

candida affectum purificando, rubicunda actum carnalem mortificando, candida Deum diligendo, rubicunda proximo compatiendo. — D. Bern. serm. *De B. M.*, cuius initium est *Ave Maria*.

Rosa reddens salutiferam omnibus sortem. — Ibid

Rosa omnium affectus mulcendo. — Ibid.

Rosa per martyrum. — S. Petrus Maurit. Clunianensis *Prosa in honorem Matris Domini*.

Rosa plantata super rivos aquarum, id est nutrita in plenitudine gratiarum, et tanquam exaltata super choros angelorum. — Helinandus Cisterciensis serm. 1, *De Assumpt. B. M.*

Rosa mystica, cuius candor subtilis juxta radices foliorum est perpetua cordis munditia, quam semper integrum perfectissime custodivit. — Ibid.

Rosa mystica, cuius color roseus est verecundiae rubor, castitatis ardor et justitiae zelus. — Ibid.

Rosa, quia sicut rosa pulcherrima florum, sic Maria pulcherrima mulierum. — Ibid.

Rosa sine spina. — Innocent. Papa III, in *Hymno de S. V. M.*

Rosa a Deo intime laetificata. — B. Joseph. Steinfeldensis *Opusc. 2.*

Rosa charitatis, admirandæ suavitatis, toto corde complectenda, et nequaquam dimittenda, salutanda dulciter. — Idem, *Opusc. 4.*

Rosa clara. — Ibid.

Rosa delicata. — Idem, *Opusc. 3.*

Rosa florens, omnibus præiens virginibus. — Idem, *Opusc. 2.*

Rosa juncta Filio. — Idem, *Opusc. 5.*

Rosa, per cuius merita cum Christo resurgimus, ad Christum ascendimus, et cum Christo in æternum gaudemus. — Idem, *Opusc. 4.*

Rosa principalis. — Idem, *Opusc. 2.*

Rosa, pulchra nimis et formosa, super omnes amorosa, sola sine compare. — Idem, *Opusc. 4.*

Rosa speciosa, super rosam formosam. — Ibid.

Rosa amara: et hoc ab effectu, quia semen eius, id est, verba et exempla, in suis imitatoribus amaricant mundi noxias voluptates: ipsa enim designatur per librum quem devoravit Joannes, Apoc. x, qui erat dulcis gustu, et amarus effectu. — Rich. a S. Laur. *De laud. Virg. lib. xi.*

Rosa capitis confortativa. Per caput mentem intellige, confortavit enim Basilius, Julianum Apostatam formidantem, et Theophilum jam fere desperantem, quando locuta est ad cor eius; ideo dicitur rosa in Jericho, quod interpretatur *defectus*, quia sæpe, nisi confortaret, peccatores desicerent. — Ibid.

Rosa crocea, propter affectum intimæ charitatis; ei enim cura est de omnibus, Sap. vi, quasi dicat illud Philipp.: « Testis joibi est Deus quomodo vos omnes cupiam in visceribus Christi Filii mei. » — Ibid.

Rosa deliciatissima ad olfaciendum, unde dicunt adolescentulæ, Cant. i: « Curremus in odorem

unguentorum tuorum, » et propter pulchritudinem et hanc suavitatem, dicit ei Ecclesia : Speciosa facta ad intuendum, et suavis ad tangendum et olfactiendum. — Ibid.

Rosa florum regina; purpurei enim coloris est, et purpura regibus convenit. Alii pulchri flores, aliae bonae mulieres, ipsa vero Regina virginum, et decus mulierum, sicut rosa florum. — Ibid.

Rosa inclinis et humiliis in statura, per humilem obedientiam, juxta doctrinam Spiritus sancti dicentis ad eam : « Audi, filia, et vide, et inclina aurem tuam. » Psal. XLIV. — Ibid.

Rosa in foliis frigida : Maria enim fait ab effectu frigida, quia orationibus suis, meritis et exemplis malarum coneupiscentiarum fervores refrigerat, et maxime in familiaribus suis. — Ibid.

Rosa in Jericho, quod sonat *defectus*, quia compassa est Filio, quando fides in omnibus defecrat, praeter ipsam. — Ibid.

Rosa plantata, et firmiter radicata in Jericho, id est, in defectu et aculeis paupertatis. Unde tanquam pauperrima, non habuit unde Filium natum sufficienter operiret, vel ubi honeste reclinaret, et ex hoc defectu et his aculeis in odorem et decorem ascendit speciosissimæ Rosæ. — Ibid.

Rosa propter Dei et proximi charitatem : rosa enim coloris est ignei, et per ignem charitas designatur Luc. XII : « Ignem veni mittere in terram. » Est etiam rosa intensissimi ruboris, in quo summa perfectio amoris. — Ibid.

Rosa propter patientiam singularem : purpurei enim, vel sanguinei coloris est, et in sanguine signatur martyrium, quia mente compassa est Filio, et intensio illius doloris signatur in rosa per intensionem ruboris. — Ibid.

Rosa, propter pulchritudinem naturalem et reverendiam virginalem. — Ibid.

Rosa pulcherrima ad intuendum ; ipsa enim est pulcherrima mulierum Cant. V, sicut rosa florum, cui dieit Filius, Cant. II, « Ostende mibi faciem tuam, » etc., quia facies tua decora, idem, Cant. VI, dicit ei tota Trinitas : « Reverte, revertere, Sunamitis, ut intueamur te, » et in hoc verbo, Ut intueamur, ostenditur, quod tota Trinitas ipsius speciem desiderat intueri. — Ibid.

Rosa, quæ cum perfecte creverit sursum patula, deorsum undique flectitur, quia ad perfectum incrementum exaltationis cœlestis sublimata, et ad divini luminis susceptionem tota virtute expansa, ad mortalium suffragia per compassionem undique, sine personarum acceptione, flectitur, et æquilater, id est communicative, est illi cura de omnibus. Sap. VI. — Ibid.

Rosa, quæ prius clausa ad solis radium aperitur ; cum enim vovendo virginitatem consensum animi conceptioni clausisset et generationi, Soli tamen aperuit justitiae, cum intellexisset se D. i

Filium posse concipere et parere, manens virgo. — Ibid.

Rosa, quæ spinis adhæret, licet omnino eis dissimilis : Maria enim peccatoribus, qui sunt spinæ, pietate adhæret et compassionē, licet a peccato omnino immunis. — Ibid.

Rosa stiptica, id est, fluxns capitis restrictiva, quo designatur verbositas ; Maria enim est mulier sensata et tacita, Eccl. XXVI, et suo exemplo in suis imitatoribus fluxum restringit supradictum ; quasi dicat, « Nolite multiplicare loqui sublimia gloriantes I Reg. II : » restringit etiam suis orationibus et exemplis fluxum viñi ejuslibet, maxime in amatoribus suis, et dicitur vitta coccinea. Cant. IV. — Ibid.

Rosa suavissima ad tangendum ; rosa enim de spina nascitur, non spinosa : et Maria de Judæis, qui erant quasi spinæ, unde sicut spina rosam, etc., sed ipsam non inveniunt peccatores spinosam aut serpulosa, quia suavis est universis. — Ibid.

Rosa pulcherrima, quæ famæ sue odore totam pigmentat Ecclesiam. — Hugo Carenensis in cap. XXIV *Ecclesiastici*.

Rosa candidissima. — D. Bonavent. in *Canticis Psalmterii B. M. V.*

Rosa decens. — Idem in *Laud. B. M. V.*

Rosa florens et secunda. — Ibid.

Rosa gratia divina facta cœlorum Regina. — Ibid.

Rosa martyrum. — Idem in *Speculo B. V.*, cap. 2,

Rosa munda. — Idem in *Laud. B. M. V.*

Rosa recens sine spina. — Ibid.

Rosa speciosa. — Ibid.

Rosa veris speciosa. — Idem in *Litan. Psal. B. V.*

Rosa paradisi. — Albert. Magn. serm. 4 in *Nativit. B. M. V.*

Rosa florens sine spina. — S. Gertrudis *Insinuationum divinæ rieatis lib. II, cap. 47.*

Rosa calida passiones frigidas in hominibus sanans, dum eorum corda ad amorem Dei inflamat. — Jacobus de Vorag. in *Mariali*, serm. 4. R.

Rosa delectans spiritualem visum sua pulchritudine, spiritualem olfactum sui odoris immensitate, spiritualem gustum sua suavitate, et spiritualem tactum sua lenitate. — Ibid.

Rosa quæ contrita, id est, tribulationibus afflita, quanto plus sustinuit majores contritiones, tanto majores reddidit odores ; nam in Ægyptum expulsa dedit odorem patientiae ; in passione Filii gladio perforata dedit odorem fidei perfectæ ; in tribulationibus aliorum dedit odorem compassionis ; in tribulationibus quas patiebatur a Judæis, dedit odorem gratiarum actionis ; in tribulatione quam post Christi Ascensionem patiebatnr ex Filii absentiâ, dabat odorem sancti desiderii et devotionis. — Ibid.

Rosa, quæ de spinis, id est, de Judeis spinosis nata, spinarum naturam, id est Judeorum, mores non fuit initata. — Ibid.

Rosa tota rorida, id est, rore Spiritus sancti plena, a qua rorem divinæ gratiæ exentimus,

quando per ferventia desideria eam exoramus. —
Ibid.

Rosa virtuosissima, cor confortans, dando Dei charitatem, fluxum peccatorum refrenat, dando Dei timorem; oculum intellectus clarificans, dando divinorum cognitionem; dolorem capitatis sanans, spem nostram ad cœlestia desideria sublevando. —*Ibid.*

Rosa in Jericho; nam sicut rosa in Jericho plantata oritur pulchrior, redolē fragrantior, majori rubore vestitur, diutius sua pulchritudine coloratur, sic beata Virgo quasi quedam rosa in defectu humanæ naturæ plantata (Jericho enim interpretatur *defectus*), fuit ceteris mulieribus virtute formosior, rubore terrenarum tribulationum per patientiam venustior, odore bonorum operum redolentior. —*Alau. de Ins. in serm. De B. M. V.*

Rosa florens, nescia spineti, nescia culpæ. —*Alanus de Insul. in Anticlaud. lib. v.*

Rosa sine spina. —*S. Mechtildis lib. i Gratia spiritualis, cap. 45.*

Rosa redolens. —*Joan. Hondonius in hymn. De variis Encomiis Deiparæ.*

Rosa de prato paradisi. —*Jo. Hildesheim cap. 10 Defensorii ord. Frat. B. M. V. de Monte Carm.*

Rosa colore rubens per charitatem, odore frangans per bonam famam, stipata per modestiam, florum speciosissima, quia mulierum pulcherrima et gratiosissima. —*Ern. Prag. in Mariali cap. 49.*

Rosa in Jericho, id est in civitate palmarum, id est, in cœtu discipolorum, ubi erant duodecim apostoli tanquam duodecim fontes, et septuaginta palmæ. —*Ibid.*

Rosa benedicta. —*D. Birgitta in serm. Angelico de Excellentia sanctiss. Virg. cap. 16.*

Rosa electissima. —*Ibid.*

Rosa florens; nam sicut rosa crescere solet inter spinas, ita hæc venerabilis Virgo in hoc mundo crevit inter tribulationes; et quemadmodum quando rosa in crescendo se plus dilatat, tanto fortior et auctior spina efficitur, ita et hæc electissima rosa Maria, quanto plus aetate crescebat, tanto fortiorum tribulationum spinis acutius pungebatur. —*Ibid.*

Rosa lenissima. —*Ibid.*

Rosa continentiae. —*Barthol. de Pisis, lib. i, De laud., S. Virg. fructu 2.*

Rosa paradisi. —*S. Vincent. Ferrerius, serm. De S. Anna matre V. M.*

Rosa nova. —*Jo. Gers. De Concept. B. V. M.*

Rosa singularis. —*Idem in Josephina.*

Rosa speciosa, et super rosam formosa. —*Ibid.*

Rosa redolens. —*D. Laurent. Justin. lib. De casto connubio Verbi et Animæ, cap. 9.*

Rosa paradisi. —*D. Antonin. in Summa, iii part., tit. xxxi, cap. 3.*

Rosa, quia sicut rosa est pulcherrima florum, ita beata Virgo est venustissima seminarum, immo sanctissima creaturarum puraram, quæ mitigativa est dolorum vitæ præsentis, et illuminativa oculo-

rum cordis: sicut aqua ex rosis expressa sedat dolores atque clarificat oculos. —*Dionys. Carthusianus in capite xxiv Eccl.*

Rosa speciosa et odorifera, nata inter spinas, id est inter seminas conceptas in peccato originali. —*Paulus de Heredia in tract. De Concept. B. V.*

Rosa, quia sicut rosa producitur de virga spinosa, et tamen in se non habet aliquam spinam, sed est tota pulchra et delectabilis visu: sic Virgo benedicta, licet fuerit producta de arbore spinosa peccati originalis, tamen in ejus anima non fuit aliqua macula peccati originalis: et ita erat delectabilis visui aspicientium, ut non solum boni proficiebant in ejus visu, sed luxuriosi, eam aspiciendo, siebant casti. —*Joan. de Meppis in tract. De immac. Concept. B. V. pag. 86.*

Rosa a Judæis per peccatum spinosis nata, nunquam fuit aliqua peccati spina infecta. —*Bern. de Bast. serm. 1, De assimilat. B. M. V.*

Rosa admirabilis virtutis. —*Ibid.*

Rosa pulcherrima et immaculata, quæ nullum spinæ, id est peccati, aculeum sensit. —*Idem in Mariali, serm. 5, De Concept. B. M. V.*

Rosa, quæ sua pulchritudine et amoenitate delectat visum hominum, angelorum et Dei. —*Idem serm. 1, De assimilat. B. M. V.*

Rosa, quæ sui odoris immensitate delectat spiritualem olfactum. —*Ibid.*

Rosa, quæ valde contrita, id est tribulationibus afflita, quanto majores sustinebat contritiones, tanto majores reddebat odores: nam in Ægypto expulsa, dedit odorem fidei perfectæ, in tribulationibus vero, quas a Judæis passa est, dedit odorem actionis gratiarum. —*Ibid.*

Rosa, quam quanto aliquis magis correctat, de ea meditando, loquendo et scribendo, tanto majoriter sentit devotionis odorem. —*Ibid.*

Rosa redolens. —*Idem in Mariali, serm. 6, De Concept. B. M. V.*

Rosa rubens castitatis. —*Idem in Officio Concept. B. M. V.*

Rosa tota odorifera. —*Idem, serm. 1, De assimilat. B. M. V.*

Rosa tota rorida, id est rore Spiritus sancti plena. —*Ibid.*

Rosa recens. —*B. Casimirus Poloniæ princeps in Hymn. de B. M.*

Rosa calidos refrigerans rore gratiæ. Rosa enim frigida est in foliis, et passiones calidas sanat frigiditate foliorum. —*Maurit. de Villa Probata, serm. 21, Coronæ novæ B. M.*

Rosa florens. —*Ibid. serm. 10.*

Rosa frigidos ad amorem Dei inflammando: rosa enim est calida in semine, et passiones frigidas sanat caliditatē seminum. —*Ibid., serm. 24.*

Rosa, quia tribulationibus contrita dedit odorem. —*Ibid.*

Rosa sine spina. —*Ibid.*

Rosa visum oblectans sua pulchritudine, olfa-

etum odoris immensitate, gustum cogitationibus sanctis in memoria, intelligentiam vero intentiōnibus rectis, et voluntatem affectionibus mundis, denique spiritualem tactum humanitate et lenitate. —Ibid.

Rosa florens. — Jo. Trith. in orat. coram imagine B. Mariæ recitanda, lib. *De modo et forma quotidiani exercitii monachorum.*

Rosa vernans, suavitatem redolens superuā dulcedinis. — Idem lib. *De miraculis B. M. V. in Urticeto,* cap. 6.

Rosa inter spinas, de qua Cant. cap. 11 : « Sicut rosa inter spinas, sic amica mea inter filias : » quia quenadmodum rosa speciosa et odorifera, ex qua multa conficiuntur aromata, nascitur inter spinas, ipsa tamen spinis carens, ita beata Virgo nata est inter feminas, originali peccato conceptas, tanquam rosa inter spinas, ipsa tamen ejusdem peccati omnino expers fuit. — Petrus Galat. lib. vii, *De arcana.*, cap. 5.

Rosa sinc spinis, quam Deus prima causa produxit de spinosis Judæis sinc eujuscunque peccati aculeo vel spina, sicut causa secunda de spinis pungentibus et acutis producit Rosam pulchram et bene otentem. — Petrus Bardus serm. 7, *De Concept.* B. M. V.

Rosa vernans, de hujus sæculi spinoso et arenī deserto leeta, enī in toto Dei cœlesti viridario similis non est alia. — S. Thom. de Villa Nova in conc. 2, *De Assumpt.* B. M. V.

Rosa rubens charitatis ardentissimæ. — Ludov. Blosius in *Endologia 3, ad B. V.*

Rosa venusta inenarrabilem suavitatem spirans. — Idem in *Eudologia 2 ad B. V.*

Rosa vernans amoenitatis cœlicæ. — Idem in *Speculo spirituali,* cap. 14.

Rosarium Spiritus suave spirans, ex qua Christus, nente nemine, absque ulla semente, Salomonis ornatum omnem decore suo obscurante stola inditus est. — S. Jo. Dam. orat. 4, *De Nat.* B. M. V.

Rosarium gratiarum. — Theodor. Lascaris imperator in *Can. ad SS. Deip.*

Rosarium, in quo semper invenies rosas recentes, rosas inumarcescibles. — Ern. Prag. in *Mariali,* cap. 49-

Rota ad cœlos humano generi sub Tartara lapsa. — Venant. Fortunatus *Elegia in Laud.* S. M. V.

Rota volubilis, secundum omnem Spiritus sancti nutum. — D. Bernard. Senensis tom. III, serm. *De Assumpt.* B. V. M.

Rota Dei dæmonibus terribilis. — Bernard. de Bustis, serm. 4, *De assimilat.* B. V. M.

Rota divina, a terrenis elevata cogitatione, affectione et conversatione. — Ibid.

Rota habens quatuor facies, id est, quatuor virtutes cardinales, Ezech. cap. 1. — Ibid.

Rota Dei, Ezech. 1. — Maurit. de Villa Probata, serm. 4, *Corona novæ B. M.*

Rota dæmonibus terribilis; nam sicut boves

terrentur, quando audiunt strepitum rotarum, ita ipsi dæmones fugiunt, ut audiunt invocari et nominari hanc divinam rotam. — Ibid.

Rota divina. — Ibid.

Rota habens quatuor facies, Ezech. 1, id est, quatuor virtutes cardinales, scilicet, justitiam, prudenteriam, fortitudinem et temperantiam; vel quatuor facies, id est, quatuor aspectus, quorum unus vertit ad Deum pro nobis intercedendo: aliud ad paradisum, id est ad beatos, eos laetificando; tertium vertit ad mundum miserendo et protegendo; quartum ad diabolum exterrendo et expellendo. — Ibid.

Rota juxta quatuor animalia Ezech. 1, quae secundum expositos significant evangelistas, juxta quos ipsa fuit cum eis, conversando atque ipsos instruendo. — Ibid.

Rota super terram, Ezech. 1, quia a terrenis elevata cogitatione, affectione et conversatione. — Ibid.

RUBINUS, lætos faciens vivere devotos suos: habet enim rubinus virtutem laetificativam, ut dicitur in libr. *De propr. rerum.* — Bernardin. de Bustis, serm. 1, *De nominat.* B. M. V.

Rubus intellectualis, absque combustionē, divinitatis ignem tenens. — D. Epiphanius in serm. *De laud.* B. V. M.

Rubus ardens incombustus. — D. Ephrem. in serm. *De laud.* B. V. M.

Rubus incombustus, habens intus ignem divinitatis, et combustionē nullatenus passa. — S. Jo. Chrys. orat. in *Nat.* B. M. V.

Rubus naturæ animatus, quem divini partus ignis non combussit. — S. Proclus in orat 4, *De laud.* B. V. M.

Rubus ardens, sed non consumptus. — D. Augustin. serm. 19, *Ad fratres in eremo.*

Rubus, quem videns Moyses, Exod. iii, dixit: « Transiens videbo visionem hanc magnam. » — Andreas Cretensis orat. 3, *De Dormit.* B. V.

Rubus ardens inextus: pcepit siquidem, et uterum non apernit; concepit, et vulvam non corrupt; eduxit infantem, et uterum signatum reliquit, lac suppeditavit, ubera tamen intacta conservavit. — Isychius serm. 2, *De laud.* SS. V. M.

Rubus ardens igne spirituali, sine adustione. — Chrysipp. in serm. *De SS. Deipara V.*

Rubus qui ardebat in monte, et non comburebatur. — Georg. Nicomed. Orat. de S. Dei Parente, quando fuit oblata in templo.

Rubus, de quo Moyses, Exod. iii, « Vadam, et videbo visionem hanc magnam, quare non comburatur rubus. » — S. Germ. Constant. serm. in *Nativit.* B. M. V.

Rubus, igni complexum miraculum, ipsa peccato inaccessa (nam et planta intacta erat, igni que illibata), a cuius divino partu, cœlum terrigenis accessum redditum est. — S. Damasc. in orat. 4, *De Nativ.* B. M. V.

Rubus ardens a Moysc prævisus in monte Sinai;

sine combustionē enim intolerabilem ineffabilis essentiae fulgorem portavit, eum unita est una diuinārū personarū illius carnis nostræ crassitie. — S. Jo. Damasc. in *Can. S. Basil. Magn.*

Rubus ignifer. — Idem *Cau. iu S. Deipar.*

Rubus divinitatis igne non combustus, omnes fruticosas passiones nostras comburens, et ab igne aeterno eripiens nos. — Joseph. *Hymn. in Mariati.*

Rubus, divinum ignem in visceribus suscipiens, et nullam prorsus combustionem patiens. — Ibid.

Rubus igne succensus, a Moyse prævisus, extinguis affectionum nostrarum fornaces, et ab igne gehennæ eripiens et salvans nos. — Ibid.

Rubus, qui divinitatis gestavit ignem, qui illam sine combustionē servavit, et post partum Virginem incorruptam custodivit. — Ibid.

Rubus, ignem intolerabilem pariens, et materiales passiones nostras comburens. — Ibid.

Rubus Moysis qui ardebat et comburebatur. Sic ut enim in rubo erat ignis secundum essentiam, non secundum virtutem combustivam, sic in beata Virgine fuit fomes secundum essentiam, non secundum virtutem ad peccatum inclinativam. — Idiota, *De B. V. M. part. II*, contemplat. 4.

Rubus, per quem cœleste mysterium est manifestatum, quia cum divinitatis ille ignis, qui sustineri et comprimi nequit, humanam materiam comprehendisset; luminis quidem communionem immittit, at neque comburit, neque absunit naturam divinitatis flamma circumdatau. — Leo imperator in orat. *De Annuit. B. V. M.*

Rubus incombustus, assidue refulgens, atque augens virides igne cremantे comas. — Joan. Geometra *iu B. V. hymn. I.*

Rubus ardens non combustus. — Hugo de S. Victore lib. iv *Eruditionum theologicar. et miscellaneor. 2*, tit. *XXXIV.*

Rubus Moysis. — D. Bernard. in orat. *De B. Maria*, cuius initium *Ave Maria*.

Rubus mirabilis, et cunctis prædicabilis sacerditis, in igne illæsus. — Philipp. abbas, lib. II, in *Canticum icorum*, cap. 40.

Rubus ardens, sed non consumptus. — Innocent. Papa III, serm. 2, *De Assumpt. B. Virg.*

Rubus per fidei viorem, sive carnis integratatem. Cæsarius Cistereiensis, hom. 1 in Dom. 1 *Adventus.*

Rubus incombustus. — Theodorus Lasc. imperator in *Can. ad S. Deiparam V.*

Rubus ardens, qui non comburebatur, quia beata Virgo concepibat Filium, nec violabatur; gravidabatur, sed non gravabatur; alleviabatur in parte, sed nec dolebat, nec evacuabatur. — Rich. a S. Laur. *De laud. S. Virg. lib. II.*

Rubus parvula, per summam humilitatem et contemptum sui, aspera per exercitium virtutum, contra molitatem et dissolutionem: viridis per fidem vel perpetuam sanctitatem: florida per

virginitatem: odorifera per sanctam opinionem; aculeata per multiplicis tribulationis punctiōnem; et hoc maxime in Filii passione. — Ibid.

Rubus Moysis, quia ardebat, et non comburebatur; illæso enim virginitatis pudore, Dei Filium parturivit sine dolore. — D. Antonius de Padua serm. in *Dominic. 12 post Trinitatem*

Rubus benedictus. — D. Bonavent. in *Speculo B. V. M.*, cap. 15.

Rubus apparitionis. Exod. iii. — Albert. Magnus in *Biblia Mariæ*, super libr. Exodi.

Rubus qui, virore carnis incombusto, prætendit ignem divini fructus. — Idem in *Postillis* super cap. x *Luc.*

Rubus virginitate virens, qui ignem divinum per fecunditatem tenuit, et florem pudicitiae inconsuptionem servavit. — Ibid.

Rubus contra hæreticos. — Barthol. de Pisis, lib. 1 *De laud. S. V.*, fructu 8.

Rubus integratæ et virginitatæ — Idem *De laud. S. Virg.*, fructu 8.

Rubus, quem Moyses sancto Spiritu ignendum, et nulla pollutione humana contaminandum prævidit. — Ibid. fructu 40.

Rubus incombustus. — S. Vincent. Ferrerius in serm. *de Concept. B. V. M.*

Rubus igne non urens — Bernardin. de Bustis in *Officio Concept. B. M. V.*

Rubus ardens, divino semper fragrans amore. — Joan. Trith. lib. 1. *De Mirac. B. V. M. in Urticeta*, cap. 6.

Rubus igne non ustus. — Maurit. de Villa Probatæ, serm. 13 *Corona noræ B. M.*

Rubus ardens et incombustus cui Dominus impressus. — Thom. de Villa Nova, conc. 2, *De Assumpt. B. M. V.*

Ruth, quæ reliquit populum suum et domum patris sui, propter Noemi; quæ interpretatur pulchra, id est, propter amorem spiritualis pulchritudinis, et ideo Booz, id est Christus, concupivit eam. — Richard. a S. Laur. *De laud. Virg. lib. VI.*

Ruth, videns vel festinans: vere videns in contemplatione, bene festinans in actione; videns nostram miseriam, festinans ad impendendam suam misericordiam. — D. Bonavent. in *Speculo B. M. V.* cap. 5.

Ruth nostra colligens in agro Ecclesiæ spicas remanentes, fideliter sequens messorum vestigia, n. quod alii abjiciunt, ipsa sumat, quæ usque ad finem mundi fideles ad se congregabit. — Albert. Magn. in *Biblia Mariæ* super libr. Ruth.

Ruth in paupertate. — Barth. de Pisis, lib. 1, *De laud. SS. Virg.*, fructu 2.

Ruth Moabitæ, quæ oblitera populum suum, et domum patris sui a sene Booz audire meruit: « Benedicta es, filia tu, a Domino, quia non es secuta juvenes pauperes, sed divites, plenam mercem recipias a Domino Deo Israel, ad quem venisti, et sub cuius confugisti alas, » vere enim

Maria, non solum populum suum et dominum patris sui, sed etiam totum mundum oblita, ad Deum Israel et alas ejus confugit, neque juvenes pau-

peres secuta est, sed ditissimum Antiquum dierum Sponsum habere meruit. Ruth. ii et iii, cap. — Robert. Bellarm. conc. 2 super *Missus est*.

LIBER DECIMUS SEXTUS.

NOMINA ET ELOGIA DEIPARÆ VIRGINIS MARIÆ, INCIPIENTIA A LITTERA S.

Elenchus nominum et elogiorum Deiparæ Virginis in hoc libro contentorum.

IN HOC LIBRO DEIPARA VIRGO MARIA DICITUR :

Saba : Sabbatum : Sacculus : Saccus : Sacellum : Sacerdos : Sacerdotissa : Sacerdotium : Sacrarium : Sacrificium : Sadoc : Sagena : Sagitta : Sal : Salamandra : Salathiel : Sale : Salem : Salinum : Salix : Salomon : Salvatio : Salvatrix : Salus : Salutare : Samaritana Samius : Sanatio : Sanatrix : Sancta sanctorum : Sanctificatio : Sanctificatrix : Sanctitas : Sanctuarium : Sanguis : Sapientia : Sapphirus : Sara : Sardius : Sardonyx : Sarug : Satietas : Satisfactio : Saturnus : Saul : Scabellum : Scala : Scatebra : Scaturigo : Sceptrum : Schema : Schola : Scholaris : Scientia : Scopus : Serinium : Seriba : Scriptura : Sculptura : Scutella : Scutum : Scyphus : Secretarium : Secretum : Securis : Securitas : Secutrix : Sedatrix : Sedes : Seges : Sella : Sellon : Sem : Semei : Semilunum : Semen : Semita : Sequestra : Seraphim : Serenitas : Serva : Servatrix : Servitrix : Seth : Setim : Siderites : Sidus : Sigillum : Signaculum : Signifera : Signum : Simeon : Simila : Similitudo : Simulacrum : Sinus : Sion : Siphon : Situla : Smaragdus : Soboles : Socia : Socrus : Sol : Solamen : Solatium : Solatrix : Solemnitas : Soliditas : Solidito : Solum : Solsequium : Solum : Solutio : Solutrix : Soror : Sors : Species : Specillum : Specimen : Spectaculum : Speculum : Specus : Spes : Sphaera : Spica : Spiraculum : Spiritus : Splendor : Spoliatrix : Spongia : Sponsa : Sponsarium : Sponsio : Stabilimentum : Stabilitas : Stabulum : Stacte : Stagnum : Statua : Stella : Stemma : Sterilitas : Stilla : Stirps : Stola : Storax : Suavitas : Subdiacona : Subdiaconus : Subjectum : Subjugale : Sublevamen : Sublevatrix : Sublimitas : Subministratrix : Subsidium : Substantia : Subventio : Subventrix : Sudarium : Suffitus : Suffugium : Suggestum : Sulcus : Summa : Summitas : Sunamitis : Superatrix : Superhumeral : Superliminare : Suppeditatio : Suppeditatrix : Supplantatrix : Sureulus : Susanna : Suscepitrix : Suscitatrix : Sustentaculum : Sustentatio : Sustentatrix : Sylva : Symbolum : Symphonista.

SABA regina, quæ ingressa est Jerusalem supernam cum comitatu multo, quia cum fuit assumpta in cœlum, ad æthereum thalamum ei obviam fuit ipsius Filius benedictus et angeli et sancti. — Idiota, *De B. V. part. xiii, contempl. 10.*

Saba regina, quæ interpretatur *conversio vel incensio*, quia beata Virgo peccatores convertit, et eorum affectus per charitatem incendit. — *Ibid.*

Saba regina, quæ regis adivit Salomonis regna, cuius sapientiam audivit in sacrario. — Rich. a S. Vict. *Expositione in Cantic. canticor.*, cap. 42.

Saba regina, quia sicut regina Saba tanta et talia regi Salomoni attulit aromata, quanta et qualia non sunt ultra visa in Jerusalem, similiter Regina nostra de cœlo et gratia præveniente tales de mente protulit incarnando Dei Verbo affectiones, quales nulla sperare potuit, aut proferre creatura suo Creatori. — Petrus Cellensis serm. *de B. V. M.*

Saba regina, quia si Saba interpretatur *conversio vel incensio*, Maria peccatores convertit, et eorum affectus per charitatem incendit. — Rich. a S. Laur. *De laud. SS. V. M. lib. vi.*

rum ac sanctorum, imo et ipsius Filii sui, ingressa est in Jerusalem in die Assumptionis. III Reg. x. — Albert. Magn. in *Biblia Mariæ super librum III Regum.*

Saba regina, quæ pretiosa aromata, id est virtutum munera attulit in Jerusalem, id est ad Ecclesiæ sanctam, unde mystice III Reg. x scriptum est: « Non sunt allata aromata tam multa, quam illa quæ dedit regina Saba regi Salomoni. » — D. Bernard. Senensis tom. III, serm. *de gloriose Nom. Mariæ.*

Saba regina, quæ pretiosa aromata, id est virtutum munera, attulit in Jersalem, id est in Ecclesiæ sanctam, et non sunt allata tam multa et pretiosa aromata sicut illa quæ dedit regina Saba Salomoni, id est Maria Filio Dei, mystice dicitur III Reg. x. — Bernardin. de Busto, serm. 2, *de Nominat. B. V. M.*

Saba regina, quæ pretiosa aromata, id est virtutum munera, attulit in Jersalem: et non sunt allata tam multa et pretiosa aromata, quæ dedit regi, id est Filio Deo, Virgo Maria. — Maurit. de Villa Probata, serm. 50 *Coronæ novæ B. M.*

Saba regina, quæ cum multo comitatu famulo-

SUMMA AUREA DE B. V. MARIA. X.

SABBATUM a Deo benedictum. — Jacob. de Voragine, serm. 2, pro Sabbat. post Ciner. qui est *Dignitate et pietate B. V. M.*

Sabbatum divinae requie. — Ibid.

Sabbatum, in quo complevit Deus opera gratiæ. — Ibid.

Sabbatum, in quo Deus universa refecit. — Ibid.

Sabbatum medium inter diem gaudiosum, id est Dominicam, et diem pœnorum, id est feriam sextam, quia mediatrix inter Deum et hominem. — Ibid.

SACCOLUS pecuniæ, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ et scientiæ absconditi. — Albert. Magn. super *Missus est*, cap. 197.

SACCUS redemptionis, in quo Deus abscondit preium humanæ redemptionis, Proverb. vii. — Idem in *Biblia Mariae* super lib. Proverbiorum.

SACELLUM divinum plurima luce coruscum. — S. Joan. Damasc. in *Can. sanctiss. Deiparæ V.*

Sacellum sancti Spiritus. — Honorius Augustod. in *Sigillo B. M. V.*

Sacellum Dei electum. — Jacob. Monach. orat. de *Nativit. B. V. M.*

SACERDOS pariter et altare, quæ quidem mensam ferens, dedit nobis cœlestem panem Christum in remissionem peccatorum. — D. Epiphan. in serm. de laud. *Virg.*

Sacerdos consilii arcani. — S. Andr. Cretensis orat. 2, in *Annuntiat. SS. V. M.*

Sacerdos Dei. — S. Joan. Damasc. orat. 4, de *Nativit. B. M. V.*

Sacerdos a Deo ordinata, quantum ad corporis Domini de ipsa formationem et dispensationem; communicavit enim nobis corpus Filii sui in eibum, et sanguinem suum in potum. — Albert. Magn. in *Biblia Mariae* super lib. Proverb.

Sacerdos justitiae, quæ proprio Filio suo non pepercit, Rom. viii; sed stabat juxta crucem, ut dicit Joan. xix, non solum ut dolorem Filii consideraret, sed ut salutem humani generis exspectaret. — Idem in *Biblia Mariae* super libr. Canticor.

Sacerdos spiritualis ob corporis Christi formationem, contrectationem et conjunctionem, et a culpis et pœnis per Filium suum absolutionem. — D. Anton. in *Summa* part. iv, tit. 15.

Sacerdos magna, secunda post Christum in sacerdotii sanctitate, secunda in templo et sacrificio, postquam adducuntur et inducuntur virgines omnes in templum regis. — Joan. Mauburn. in *Roseto exercit. spiritualium*, tit. 24.

Sacerdos summa post Christum. — Idem in *Rosario de praconiis B. V., membro. 5.*

SACERDOTISSA justitiae, quæ proprio Filio non pepercit, sed stabat juxta crucem Jesu, non, ut dicit beatus Ambrosius, ut mortem Filii aspiceret, non ut dolorem Filii consideraret, sed ut salutem humani generis exspectaret, parata ipsa offerre Filium

Deo pro salvatione mundi. — D. Anton. in *Summa*, part. iv, tit. 15, cap. 5.

SACERDOTIUM. — D. Bern. serm. 3, super *Salve Regina.*

SACRARIUM Spiritu sancto servatum. — D. Cyprianus in serm. de *Nativit. Christi.*

Sacrarium divinum. — D. Greg. Thaumat. serm. 5, in *Annuntiat. B. V. M.*

Sacrarium penetrale innocentiae. — S. Proclus in orat. 6, quæ est de *laud. B. V. M.*

Sacrarium Spiritus sancti. — D. Isidor. *De vita et morte sanctorum*, cap. 68.

Sacrarium Dei, quia omnes thesauri sapientiae et scientiae in ejus utero sunt reconditi: in quo et Verbum caro factum est, in quo habitat omnis plenitudo divinitatis. — S. Ildephons. serm. 1, *æ Assumpt. B. M. V.*

Sacrarium Spiritus sancti. — Idem in libro *De virginitate S. V. M.*, cap. 10.

Sacrarium Dei animatum. — S. Jo. Damascen. in *Menaia Græcorum* die 25 Martii.

Sacrarium sacratissimum virginitatis. — Idem in orat. 4, de *Nativit. B. M. V.*

Sacrarium purum virginitatis, in quod Spiritus sanctus descendens, efficit splendidum et sanctissimum tabernaculum Filii excelsi. — S. Joseph. *Hymn. in Mariali.*

Sacrarium Domini speciale. — Idiota, *De B. M. V. parte xvi, contemplat. 4.*

Sacrarium Spiritus sancti. — Radulph. Ardens hom. 2, in *Nativit. B. M. V.*

Sacrarium, in quo Deus Dei Filius carnem suscepit. — D. Petr. Damian. serm. 1, de *Nativit. S. Joan. Baptiste.*

Sacrarium plenitudinis totius divinitatis ad instar cœli. — Idem hom. in *Nativ. B. M. V.*

Sacrarium Spiritus sancti, — Idem in orat. ad *Deum Filium.*

Sacrarium regis, cuius honor judicium, pedum cuius est sebellum, sumptæ carnis indumentum. — D. Anselm. in *Psalterio B. V. M.*, part. ii.

Sacrarium Spiritus sancti, in quo et per quod Dei sapientia humanæ naturæ conjungi voluit et incorporari, et omnibus se pura mente consitentibus parcere et misereri. — Idem in libro sive tractatu *De Concept. S. V. M.*

Sacrarium universalis propitiationis. — Ibid.

Sacrarium omnium virtutum, gignendo Dominum virtutum, et regem gloriæ Christum. — Idem in Orat. ad *B. M. V.*

Sacrarium sanctorum Scripturarum. — Rupert. abbas lib. iv *Commentar. in Cant. cantic.*

Sacrarium Spiritus sancti illibatum. — Idem lib. ii *Comment. in Joannem.*

Sacrarium Spiritus sancti, in quo totus Deus novem mensibus habitans dignatus est homo fieri. — Idem lib. iii, *De divinis Officiis*, cap. 6.

Sacrarium Spiritus sancti. — S. Bernard. serm 4, in *Assumpt. B. V. M.*

Sacrarium Spiritus sancti. — S. Petrus Maurit. Cluniae. lib. in *Epistolar.*, epist. ultima.

Sacrarium Spiritus sancti. — Nicolaus monachus in Epist. de *Concept.* B. M. V. ad Petrum Cellensem.

Sacrarium in quo Deus requievit. — Petr. Bles. serm. 58.

Sacrarium Spiritus sancti. — Ibid.

Sacrarium Spiritus sancti. — Cæsarius Cisterc. in Hom. de *Visitat.* B. M. V.

Sacrarium, in quo repositi fuerunt sacri libri, per scientiam utriusque Testamenti; ibi sacra vestimenta, quia vestita fuit et ornata virtutibus universis; vel quia sanctissima et mundissima humanitate vestivit Unigenitum Dei; ibi reliquæ, scilicet beatissima membra Christi; ibi saera vasa ministerii divini, est enim *sacrarium* locus templi in quo sacra reponuntur. — Richard. a S. Laur. *De laud.* S. M. V. lib. x.

Sacrarium Christi. — D. Bonavent. in *Psalterio B. M. V.*

Sacrarium Spiritus sancti. — Idem in *Canticis Psalterii B. M. V.*

Sacrarium Spiritus sancti, quia concepit ex Spiritu sancto. — S. Thom. Aquin. in *Expos. Salut. ang.*

Sacrarium Dei. — B. Mechtild. lib. 1, *Gratiæ spiritualis*, cap. 45.

Sacrarium Spiritus sancti. — Joan. Hildesheimensis, cap. 13, *Defensorii ord. Carm.*

Sacrarium innocentiae. — Martinus de Magistris in *Exposit. super cant. Salve Regina.*

Sacrarium misericordiæ. — Ibid.

Sacrarium Spiritus sancti. — D. Antoninus in *Summa*, part. iv, tit. 15, cap. 29.

Sacrarium amantissimum ac præelectissimum, quod Spiritus sanctus indesinenter inhabitavit atque possedit. — Dion. Carth. lib. n, *De prec. Mariae*, art. 28.

Sacrarium familiarissimum Spiritus sancti. — Idem lib. ii *De laud. SS. V.*, art. 26.

Sacrarium præstantissimum Paracleti adorandi. — Idem lib. ii *De laud. SS. V.*, art. 9.

Sacrarium summum Spiritus sancti. — Idem lib. i *De laud B. M. V.*, art. 11.

Sacrarium Spiritus sancti inviolatum. — Bernardin. de Bustis in *Mariali*, serm. 2. de *Coronat.* B. M. V.

Sacrarium Spiritus sancti Deo dicatum, ornatum bonis moribus, pace Christi (quæ homines angelos facit) refertum, intelligentiæ lumine coruscum, divina decorum gratia, interiori exteriorique puritate nitidum, nec ullius unquam mali conscientum, et omni veneratione dignissimum. — Claud. Rap. Cœlestin. serm. 2, de *Concept.* B. M. V.

Sacrarium Domini. — D. Casimirus Poloniae princeps in hymno *de B. V.*

Sacrarium unicum ac speciosissimum suminæ

divinitatis. — Jo. Trith. *De mirac. B. M. V. prope Dittelb.* lib. 1, cap. 12.

Sacrarium Spiritus sancti. — Maurit. de Villa Probatæ serm. 8 *Coronæ novæ B. M. V.*

Sacrarium Domini. — Jo. Pieus lib. iii, in *Cantic. cap. ultim.*

Sacrarium Spiritus sancti. — Idem lib. ii, in *Cantic. cap. 15.*

Sacrarium Spiritus sancti. — S. Tho. de Villa Nova in conc. ii *de Assumpt.* B. M. V.

Sacrarium totius Trinitatis. — Idem serm. 1, de *Annuntiat.* B. V. M.

Sacrarium immaculatum Verbi Dei. — Ludov. Biosius in *Endologia 2 ad B. V. M.*

Sacrarium venerandum Spiritus sancti. — Idem in *Endologia 1 ad B. V. M.*

SACRIFICIUM clarissimum Deo oblatum. — S. German. Constant. orat. 1, in *Præsent.* B. V. M.

SADOC, aliorum justificatione. — Barthol. de Pisis lib. 1, *De laudib. S. V., fructu 4.*

SAGENA angelorum manibus subtilissime contexta, per quam captus est Leviathan; per ipsam enim projectus est draco ille, et serpens antiquus, et ipsa contrivit caput ejus, et fecit confusione in domo Nabuchodonosor. — Ernest. Prag. in *Mariali*, cap. 108.

Sagena vere aurea; nam si Nero Cæsar tantæ fuit, ut legitur, voluptatis, ut retibus aureis piscatur: non est mirum si noster Imperator, qui imperat ventis et mari, piscari cum hac sagena delectatur. — Ibid.

Sagena Dei, quæ non sibi soli laborans, aut pro se sola, vel suis etiam domesticis, aut pro civitate sua, aut pro populo, aut pro regno sollicita existens, sed totum universum in suo concludens pectore, ipsius reparationem et renovationem charitate copiosissima impetravit. — Ibid.

Sagena Dei totum occupans, totum amplectens, totum ad litus trahere satagens, unde ipsa dicit Eccli. xxiv: « Gyrum cœli circenvi sola: » et per consequens quidquid cœli ambitu continetur, ergo et ipsum etiam infernum, qui in visceribus terræ esse creditur. — Ibid.

Sagena quæ, ducta in altum valde navicula cordis sui, ac omnibus desideriis animæ suæ in capturam laxatis, illum optimum pisces cepit, qui in craticula crucis assatus fuit, et ad nostras delicias diligentissime præparatus. — Ibid.

Sagena, quæ peccatores quosque, qui sunt membra diaboli, capere Christo non desinit, et usque ad futurum sæculum non desinet. — Ibid

SAGITTA quæ Sponsum cœlestem vulneravit. — Hug. Carensis in cap. xxiv Eccli.

Sagitta electa, quæ caput iniquorum Julianum Apostatam interfecit. — Ern. Prag. in *Marialt.*, cap. 26.

Sagitta electa, quæ ipsum invulnerabilem Omnipotentis Filium vulneravit. — Ibid.

Sagitta Jonathæ, id est Christi, quæ nunquam

abii retrosum; nunquam enim tam durum invenit obstatum, quod non facilime penetraverit. — Ern. Prag. in *Mariali*, cap. 26.

Sagitta Christi electa, quia ejus virtus et operatio velocissime agitur, rectissime dirigitur, profundissime penetrat, nunquam reflectitur. — Ibid.

Sagitta contra serpentem antiquum. — Bernard. de Bustis in *Mariali*, serm. 2, *de Coronat. B. M. V.*

SAL terræ, a peccati putredine præservans. — Jacob. de Voragine serm. 6, *de Assumpt. B. V.*

Sal terræ, quod mundum insipidum condivit. — Ibid.

Sal optimum terræ, quod quamplurimos a peccati putredine præservavit, et insipidum mundum condivit. — Bernardin. de Bustis serm. 2, *de Assumpt. B. M. V.*

SALAMANDRA, quia sicut salamandra, ut dicit Isidorus, non modo in igne vivit, sed, ut glacies, ignem extingue dicuntur: ita beata Virgo in fornace succensa hujus mundi, quasi salamandra exstitit, quia non tantum ab igne illæsa fuit, sed et ipsum ignem libidinis in aliis extinxit. — Ern. Prag. in *Mariali*, cap. 81.

Salamandra, quia sicut salamandra in igne non corrumpitur aut comburitur, sed perficitur: sic Virgo benedicta in igne peccati originalis non fuit usta, aut combusta, sed perfectior effecta, et gratia repleta. — Jo. de Meppis, tract. *De Immaculata Concept.* pag. 86.

SALATHIEL, virginitate servata Filii editione. — Barth. de Pisis lib. i *De laud. SS. V.*, fructu 4.

SALE templi ascensione, et ibidem a parentibus demissione. — Barth. de Pisis, lib. i *De laud. SS. V.*, fructu 4.

SALEM civitas. Salem enim dicta est civitas Melchisedech, qui interpretatur *rex justitiae*, vel *rex justus*, vel *rex pacis*, vel *rex pacificus*, et signat Christum: Salem vero interpretatur *pax*, vel *justitia*, aut *missi*, aut *perfecti*, aut *reddens*, aut *reddita*, aut *consummata perfecte aut consummatio perfectio-*nis, et designat *Mariam*. — Richard. a S. Laur. *De laud. SS. V.* lib. xi,

SALINUM: fuit enim vas aptum sali, id est, sapientiæ Dei recipiendæ. — Rich. a S. Laur. *De laud. SS. Virg.* lib. x.

SALIX, quia si *salix* habilis est vitibus viciendis, ejusque folia olivæ foliis sunt similia, et semen haustum in poculo sterilitatem dicitur operari: Maria vincit, id est ligat vites, id est flexibilis paxillo sustentat, id est, Filio de quo dicit Pater *xxii*: « Figam paxillum in loco fideli; » ejus folia, id est verba foliis olivæ sunt similia; nam misericorditer loquitur pro nobis bonum in conspectu Unigeniti sui; ejusque semen, id est Filius sua prædicatione multos steriles fecit a fructu carnali, alliciens eos ad propositum castitatis. — Rich. a S. Laur. *De laud. SS. V.* lib. xii.

Salix, sic dicta, eo quod celeriter saliat, id est

crescat, arbor infuctuosa, prope aquas libenter crescent, frigida, gracilis, amara et flexibilis. Maria enim salit celerime, quia ante tota fuit sancta quam nata; fuit infuctuosa, quoad propositum virginitatis; prope aquas gratiarum et donorum crevit; fuit frigida per castitatem, gracilis per humilitatem, amara per compassionem, flexibilis quoad Deum obedientia, quoad nos misericordia, quoad se humilitate perfecta. — Ibid.

Salix virens. — D. Bonavent. in *Psalterio minori B. M. V.*

SALMON corporis et animæ plena concordia et conjunctione. — Barthol. de Pisis, lib. i *De laud. SS. V.*, fructu 4.

SALVATIÖ totius mundi. — D. Ildephons. serm. 7 *de Assumpt. B. M. V.*

Salvatio fidelium. — S. Joseph. *Hymn. in Mariati.*

Salvatio mundi. — Ibid.

Salvatio omnium hominum. — Ibid.

Salvatio humani generis. — Ern. Prag. in *Mariali*, cap. 109.

SALVATRIX mundi. — Anonymus in *Canone ad sanctiss. Deiparam*, qui exstat in *Rituali Græcorum*, pag. 813.

Salvatrix mundi suo modo. — S. Jo. Damasc. in *Menais Græcorum* die 15 Augusti.

Salvatrix nostra apud Deum omnipotentem. — S. Anselm. in *orat. ad B. M. V.*

Salvatrix generationis. — D. Bonavent. in *Can-ticis Psalterii B. M. V.*

Salvatrix nostra. — Ibid.

Salvatrix perditorum. — Idem in *Psalterio B. M. V.*

Salvatrix omnium peccatorum. — Albert. Magn. super *Missus est*, cap. 225.

Salvatrix mundi propter eminentiam, virtuositatem et meritum suæ compassionis, qua patienti Filio fidelissime et acerbissime condolendo excellenter promeruit, ut per ipsam, hoc est per preces ejus ac merita, virtus ac meritum passionis Christi communicetur hominibus. — Dion. Carth. *De laud. SS. Virg.* lib. ii, art. 23.

Salvatrix mundi, quia eum, qui orbem refecit, ipsa concepit, et edidit, lactavit et fovit. — Idem lib. ii *De pracon. B. M.*, art. 9.

Salvatrix nostra: si enim Paulo Christi ministro licuit dicere de Judæis, ut salvos faciam aliquos ex eis, quanto magis potentissimæ Matri Christi ascribitur quod sit eorum salvatrix, quibus indesinenter auxiliatur, pro quorum sollicitatur salute, quorum est fidelissima advocata, affectuissima Mater, reconciliatrix piissima, adjutrix et protectrix assidua? — Idem lib. ii *De laud. SS. V.*, art. 25.

Salvatrix orbis, non propter efficientiam, quoniam nec salutem, nec gratiam ipsa efficit, sed propter subventionem, quia gratiam felicitatem-

que nobis precatur atque procurat. — Idem lib. II
De præc. B. M. V., art. 9.

Salvatrrix peccatorum. — Maurit. de Villa Pro-
bata, serm. 17 *Coronæ novæ B. M.*

Salus firma universorum Christianorum ad eam
— sincere et vere recurrentium. — D. Ephrem. in
serm. *De laud. B. M. V.*

Salus mundi. — Ibid.

Salus omnium. — Ibid.

Salus maxima in quovis loco. — D. Greg. Na-
zianz. in *Tragedia de Christo paciente.*

Salus nostri generis. — Ibid.

Salus animarum nostrarum. — Eutychianus in
Vita Theophili.

Salus totius mundi. — Ibid.

Salus animarum nostrarum. — S. Andr. Cret.
orat. 2, in *Annunt. sanctiss. V.*

Salus consummata animarum nostrarum. — Ano-
nymus in *Euchologio*, seu *Rituali Græcorum* in *Ca-
none pro pueris vita functis.*

Salus generis Christianorum. — Idem in *Euco-
logio*, seu *Rituali Græcorum* in *Officio aquæ bene-
dictæ minori.*

Salus integra animarum. — Idem in *Euchologio*,
seu *Rituali Græcorum* in *Officio communis supplica-
tionis.*

Salus universorum. — Georg. Nicomed. orat. 3,
De *Præsentat. B. M. V.*

Salus communis humani generis. — S. German.
orat. in *Annuntiat. B. M. V.*

Salus indeficiens. — Idem orat. 2, in *Dormit.
B. V. M.*

Salus vere mundi. Idem orat. in *Annunt. B. M.
V.*

Salus generis hominum. — Cosmas Hierosol. in
Theogoniam, hymno 6.

Salus animarum nostrarum. — S. Joan. Damascen.
in *Parac. B. M. V.*

Salus certa confidentium in ea. — Ibid.

Salus credentium. — Idem in *Cantic. Græcorum*,
sono 1.

Salus delinquentium. — Ibid.

Salus fidelium. — Idem in *Parac. B. V.*

Salus humani generis. — Idem in *Carmine de
Annuntiatione.*

*Salus hominum salvans ex corruptione, et ad
salutem reducens.* — Idem in *Parac. B. V.*

Salus in periculis. — Idem in *Cant. Græc.*,
sono 1.

*Salus nostra benevolentiae plenam consolatio-
nem nobis præbendo.* — Idem in *Parac. B. V.*

Salus nostra in temptationibus. — Ibid.

Salus omnium nostrum. — Idem in *Canticis ec-
clesiasticis Græcorum*, sono 2.

Salus perfecta animarum. — Idem in *Parac. B.
M. V.*

Salus secura in tribulationibus. — Ibid.

Salus secura, quæ genus hominum cœlificavit.
— Ibid.

Salus vera mundi Creatorem pariendo. — Ibid.

*Salus unica fidelium, divina felicitate cumulatis-
sima.* — Ibid.

Salus hominum. — S. Jo. Damasc. *Can. in Nat-
iv. B. V.*

Salus perfecta animarum nostrarum. — Idem in
Octoech. Græcorum.

Salus universorum. — Idem *Can. in S. Simeon.
Stylitam.*

Salus omnium hominum. — Theodericus in *Vita
S. Nicetæ.*

Salus Christianorum. — S. Joseph. *Hymn. in Ma-
riali.*

Salus confugientium ad se. — Ibid.

Salus in omni loco et tempore invocanda. —
Ibid.

Salus omnium fidelium. — Ibid.

Salus omnium hominum. — Ibid.

*Salus omnium illorum qui eam verissimam Do-
mini Genitricem agnoscunt.* — Ibid.

Salus omnium mortaliū. — Ibid.

Salus populi Christiani. — Ibid.

Salus unica omnium peccatorum. — Ibid.

*Salus a Deo prædestinata, prophetarumque ora-
culis prænuntiata.* — Nicetas David in *homil. De
Nativ. B. M. V.*

Salus ægrotantium. — Joan. Geometra serm. in
Annuntiat. sanctiss. Dei Genitricis.

Salus secunditatis. — S. Anselm. in *orat. ad B.
M. V.*

Salus indeficiens nobis proposita. — Euthymius
*Encomio in adoration. venerandæ zonæ sanctiss. Dei-
paræ.*

Salus mundi. — Goffridus abb. in *orat. ad Ma-
trem Domini.*

Salus unica credentium. — Petrus Diaconus serm.
in *Assumpt. B. M. V.*

Salus orbis. — D. Bern. serm. sup. *Salve Regina.*

*Salus mundi, quia omnium salus per ipsam fa-
cta est.* — Rich. a S. Victore *Expositione in Canticis
cantorum*, cap. 26.

Salus certa. — Adam de Pers. in *Mariali fragm. 2.*

Salus ad se ex fide accurrentium. — Theod. La-
scaris imperator in *Poem. B. M. V.*

Salus animarum nostrarum. — Idem in *Can. ad
sanctiss. Deiparam V.*

Salus omnium fidelium. — Ibid.

Salus cordium. — D. Bonavent. in *Psalterio B.
M. V.*

Salus ex Judæis. — Idem in *Psalterio minori B.
M. V.*, quinquagena 2.

Salus hominum tutior. — Idem in *Laud. B. V. M.*

Salus invocantium. — Idem in *Canticis Psalte-
rii B. M. V.*

Salus nostra in Domino. — Ibid.

Salus orbis. — Idem in *Psalterio minori B. V. M.*,
quinquagena 1.

Salus vera. — Idem in *Litanis Psal. B. V. M.*

Salus æterna omnium pia ipsam voluntate lau-

dantium. — Philoth. in *Menæis Græc.*, die 16 Julii.

Salus mundi. — Ern. Prag. in *Mariæ cap. 66.*

Salus tota mundi. — D. Birgitta lib. iv, *Revelat.*, cap. 75.

Salus nostra, per quam et cœlos inhabitamus, et paradisum recuperavimus. — Isidor. Thessalon. orat. *De B. M. V.*

Salus mundi. — Jo. Gers. in serm. *De Spiritu sancto.*

Salus desperanti. — D. Laurent. Justin. in lib. *De casto connubio Verbi et Animæ*, cap. 9.

Salus justorum. — Idem in *Triumphali Christi agone*, cap. 7.

Salus in periculis. — Joan. Palæonydorus lib. iii *Tripartiti fasciculi historiar. ord. Deip. Virg. Mariae de Monte Carmelo*, cap. 7.

Salus mundi sacerdotis. — Bernardin. de Bustis in *Officio Concept. B. M. V.*

Salus tuta, et pacis origo. — Bapt. Mantuan. tom. ii, lib. i, *Parthen. Marianæ.*

Salus omnium. — Joan. Trith. lib. iii, *De miraculis B. V. M. in Urticeto.*

Salus viventium. — Idem lib. i, *De mirac. B. V. M. in Urticeto*, cap. 6.

Salus mundi. — Maurit. de Villa Probata serm. 3 *Coronæ novæ B. M.*

Salus mundi, quia omnium salutem, qua nihil Deo gratius, semper desideravit, quæsivit et obtinuit, et quia per ipsam salus mundi facta est. — Dionysius Fab. tract. 1, *De Concept. B. M. V.*

Salus unica omnium electorum Dei. — Ibid.

Salus certa fidelium post Unigenitum suum. — Ludov. Blosius in *Endologia ad B. V.*

SALUTARE Dei, per quam sanctus Jacob jam morti proximus vitam sperabat æternam, dicens, Gen. xlix : « Salutare tuum exspectabo, Domine, » per eam enim ipse Deus, Rex noster, ante sæcula disposuit operari salutem in medio terræ. — Richard. a S. Laur. *De laud. Virg. lib. ii.*

SAMARIA, quia si Samaria interpretatur custos Domini, vel *conjunctione Domino*; Maria vere custodivit Dominum sibi; unde dicit, « Tenui eum nec dimittam, » Cant. iii. Custodivit etiam se Domino dicens, Cant. ii : « Dilectus meus mihi, et ego illi. » Item, Cant. vii : « Ego dilecto meo, et ad me conversio ejus. » Ipsa etiam precibus suis conjungit nos Domino disjunctos prius ab eo per peccatum, si tamen penitentes, dimisso peccato, confugerimus ad eam. — Richard. a S. Laurent. *De laud. Virg. serm. 12.*

SAMARITANA, que potu fidei, specialius omni creatura, Deum potavit, quando respondit angelo : « Ecce ancilla Domini, fiat mihi; » tunc enim ei dixit Christus, « Da mihi bibere. » Joan. iv. — Rich. a. S. Laur. *De laud. SS. Virg. lib. iv.*

SAMIUS lapis albus, gravis atque frangibilis, quia purissima, candidissima, eunctisque ponderosa virtutibus, et facilis ad commiserationem omnem vertiginem, et mentis alienationem a suis pellens fide-

libus, antiquas sistens poenitentium lacrymas, in oculis cordis, et bonarum cogitationum abortum prohibens, intellectus veram illustrationem exercitabitibus se in contemplatione divini amoris præbens. — Jo. Trith. lib. 1, *De miraculis B. V. in Urticeto*, cap. 7.

SANATIO manifesta ægritudinum eorum qui ad eam recurrunt. — Theodor. Lascaris imperator in *Can. ad SS. Deiparam V.*

SANATRIX percussionis Evæ. — D. Augustin. serm. 17, *de Nativ. Dom.*, qui est 21 *De tempore.*

Sanatrix hominum, secundum animam et corpus, superans omnes in gratia sanitatum. — Albert. Magu. super *Missus est*, cap. 151.

Sanatrix hominis in anima et in corpore, per benedictum fructum ventris sui. — D. Antoninus in *Summa*, part. iv, tit. 15, cap. 19.

SANCTA SANCTORUM. — S. Andreas Cretensis can. in *Nativ. B. V. M.*

Sancta sanctorum, quæ Sanctum sanctorum nobis peperit sanctos omnes facientem Christum Redemptorem. — S. Joan. Dam. in *Cantic. Græcor.*, sono 1.

Sancta sanctorum, quæ sola concepit Deum incommutabilem. — Idem in *Canticis ecclesiasticis Græcorum*, sono 2.

Sancta sanctorum. — Hugo de S. Victore lib. iii *Erudition. theologicarum*, tit. 125.

Sancta sanctorum. — Rupert. abbas lib. vii et ut. *Commentar. in Cantic.*

Sancta sanctorum. — D. Bernard. serm. super *Salve Regina.*

Sancta sanctorum. — Arnold. Carnotensis tract. de illo verbo Domini, *Mulier, ecce filius tuus.*

Sancta sanctorum, quia summum Sacerdotem, qui dicitur Sanetus sanctorum, Dan. ix, solum in se suscepit : Sancta enim sanctorum locus erat templi secretior, ad quem nullius erat accessus nisi tantum sacerdotis. — Richard. a S. Laur. *De laud. sanctiss. Virg. M. lib. x.*

Sancta sanctorum non quidem tempore, sed dignitatis amplitudine prioribus Sanctis sanctorum excellentior. — Isidor. Thessalon. in orat. *de Praesentat. B. M. V.*

Sancta sanctorum, in qua fuit pretiosus ille Thesaurus, Tabernaculum Dei, Thronus Dei atque Thalamus Dei. — D. Bernard. Senensis tom. iii, serm. *de Assumpt. B. M. V.*

SANCTIFICATIO. — D. Epiphan. lib. iii, *Adversus hæreses*, hæresi 79.

Sanctificatio in Saneta sanctorum nobis nata, per quam digni facti sumus regno cœlesti. — S. Jo. Chrysost. orat. *de Nativ. B. V.*

Sanctificatio. — S. Germ. Constant. orat. 1, in *Præsent. B. M. V.*

Sanctificatio rerum omnium. — S. Joan. Damasc. in orat. 1, *de Assumpt. B. M. V.*

Sanctificatio splendidissima. — Idem *Can. in Annunt. Deip.*

Sanctificatio Dei. — Jacob. Monachus orat. de *Nativ. B. M. V.*

Sanctificatio immaculata, — Jacobus Monachus in *Mariali*, orat. 4.

Sanctificatio unica ad eujus susceptionem Sancta sanctorum apparata sunt. Idem in *Mariali*, orat. 2.

Sanctificatio nostra sola. — Ibid.

SANCTIFICATRIX mundi. — Paulus de Heredia in tractatu *De Conceptione B. M. V.*

SANCTITAS plenissima. — Origenes Hom. 1 in *diversos*.

Sanctitas nitens. — D. Anselmus in *Invocatione sanctiss. M. V.*

Sanctitas matrouarum. — Albert. Mag. in *Postillis super cap. II Luc.*

SANCTUARIUM Deo præparatum. — S. Gregor. Thaumaturg. serm. 5, in *Annunt. B. M. V.*

Sanctuarium Spiritus sancti. — D. Hieronym. in libro *Adversus Helvidium*.

Sanctuarium Deo præparatum. S. Jo. Chrysost. Orat. de *Annunt. B. V. M.*

Sanctuarium totius sacerdotalis patriæ. — S. Andr. Cret. orat. 1, de *Dormit. B. V.*

Sanctuarium totius sacri cultus et sacrificii. — Idem orat. 1, de *Dormit. S. M. V.*

Sanctuarium. — *Anonymous* in *Menæis Græcorum*, die 50 Maii.

Sanctuarium pellucidum ab omni peccati communione liberum servatum. — S. Georg. Nicomed. orat. 1, de *Præsent. B. M. V.*

Sanctuarium, divinæ gloriæ præconiis celebratum. — S. Germ. Const. serm. in *Nativit. B. M. V.*

Sanctuarium manifestum. — Theophan. Nicænus Hymn. in *Annunt. S. Deiparæ V.*

Sanctuarium spiritale, quod Deus, qui in sanctis requiescit, peperit. — S. Jos. Hym. in *Marial.*

Sanctuarium Dei. — Arnoldus Carnotensis tractat. de illis verbis Domini: *Mulier, ecce filius tuus*.

Sanctuarium ad eujus limen alis submissis per humilitatem, et capite ad collum retorto per continuam devotionem prædicantes gloriam Dei, et venerantes scabellum divinitatis adorare debemus, quo uiuam sanctum est. — Petrus Cellensis, serm. 2, in *Annunt.*

Sanctuarium, quod si non sufficimus penetrare, tamen prosternimur adorare, et tanquam sanctas reliquias tangere. — Idem serm. 6, de *Assumpt. B. V.*

Sanctuarium Domini speciale, de quo ipse dicit, Levit. xxvi: « Pavete ad sanctuarium meum. » — Richard. a SS. Laur. *De laud. S. Virg.* lib. II.

Sanctuarium Dei. — D. Anton. de Padua serm. II. in *Sabbato Dominic. II Quadragesimæ De Transfigurat. Domini de B. V.*

Sanctuarium a Deo honoratum. — Jacobus Monachus in *Mariali*, oratione 4.

Sanctuarium Dei. — Idem in *Mariali*, orat. 6.

Sanctuarium humanis consiliis nequaquam deserviens. — Idem in *Mariali*, orat. 4.

Sanctuarium sanctuarii, dignissimum continens in se sanctuarium corporis Christi. — Ern. Prag. in *Mariali*, cap. 117.

Sanctuarium, in quo Deus et Dei Filius carnem suscepit. — D. Bernard. *Serm. de Privilegiis S. Joannis Baptistæ.*

Sanctuarium, in quo deposita est arca thesaurorum omnium, scilicet ipse Filius Dei, in quo sunt omnes thesauri sapientiae Dei absconditi. — Bernardin. de Bustis, serm. 6, de *Annunt. B. M. V.*

Sanctuarium speciale Domini. — Maurit. de Villa Probata, serm. 26 *Coronæ novæ B. M. V.*

Sanctuarium Spiritus sancti. — Joan. Picus lib. III, in *Cantic.*, cap. 14.

Sanctuarium Dei. — S. Thom. de Villanova in conc. 5, de *Nativ. B. M. V.*

SANGUIS cordis Christi; sicut enim sanguine vivificantur et roborantr omnia membra corporis, sic per Mariam omnes vivificantur a peccato, et fructuosiores fiunt ad Deum. — D. Birgitta, lib. IV *Revelation.*, cap. 10.

SAPIENTIA emphatice. — Richard. a S. Laur. *De laud. S. Virg.* lib. II.

Sapientia, filii suis vitam inspirans gratiae et gloriæ, Ecclesiastici IV. — Albert. Magn. in *Biblia Mariae*, super librum Ecclesiastici.

Sapientia, in qua nulla fuit ignorantia secretrum. — Idem super *Missus est*, cap. 96.

Sapientia, justum deducens per vias rectas, et ostendens illi regnum Dei. — Idem serm. I, in *Nativ. B. M. V.*

Sapientia mater omnium. — Idem in *Bibl. Mariae* super libr. Sapientiae.

Sapientia, quæ non invenitur in terra suaviter viventium, Job XXVIII. — Ern. Prag. in *Mariali*, cap. 60.

Sapientia, quam Dei sapientia Jesus Christus super salutem et omnem pulchritudinem dilexit. — Idem in *Mariali*, cap. 4.

Sapientia per emphaticam locutionem. — Joan. Person. tract. 9 super *Magnificat.*

Sapientia totius orbis — Paulus de Hered. in tractat. *De Concept. B. M. V.*

Sapientia mundi, cuius amore creavit Deus cœlum et terram. Non solum autem totus mundus amore beatissimæ Virginis a Deo conditus est, sed etiam sustentatur; mundus enim ipse, ob nostras pravas actiones, nullo pacto consistere posset, nisi ipsa gloriosa Virgo cum sua misericordia et clementia pro nobis orando sustineret. — Petrus Galat. lib. VII, *De arcans*, cap. 2.

SAPPHIRUS inæstimabilis claritatis. — Albertus Magn. serm. in *Conversione S. Pauli apost.*

Sapphirus, quia si sapphirus gemma corpus et membra integra vegetatione conservat, ardorem interiore refrigerat, tollit et ex oculis et ex fronte dolores, medetur et linguae ulcera, fugat et

sedat et illum morbum horribilem qui vulgo dicitur: *Noli me tangere, opimusque est contra fraudes et invidiam et contra terrores, de Maria dicitur Sap. vii: « Venerunt mihi onnia bona patriter cum illa. »* — Ern. Prag. in *Mariali*, cap. 42.

Sapphirus, in cuius visceribus operatione Spiritus sancti generatus est rubinus, sive carbunculus, scilicet Dominus noster Jesus Christus. — Bernard. de Bust. serm. 4, *de nominat. B. M. V.*

Sapphirus, super pulchritudinem sapphiri speciosissima, amatoris sui spirituale corpus vegetans, ardore cupidinis illicite fugans, easitatis donum conferens precantibus, sudorem restringens putridum in peccatis, frontis interni hominis dolorem mitigans, sordes oculorum cordialium purgans ventris, conscientiae torsiones pœnitentium sanans, anthracem solo tactu liberans, plumbum mitemque reddens atque pacifcum, in bonis operibus faciens devotum, et servans hominem a fraudibus, dolis ac terroribus dæmonum immunem semper et illæsum. Et sicut sapphirus gemma gemmarum sua pulchritudine ac virtute mirabilmente omnes pretiosos excellit lapides: sie beatissima Dei Genitrix Virgo Maria dignitate, meritis atque virtutibus, universos cives longe superat cœlestes. — Joan. Trithem. lib. 1 *De mirac. B. M. V. in Urticeto*, cap. 7.

Sapphirus, tristes fidelium mentes laetificans. — Idem, lib. 1 *De mirac. B. M. V. in Urticeto*, cap. 6.

Sapphirus spiritualiter; quia sicut sapphirus est super omnes gemmas, sic ipsa super omnes puras creaturas; sicuti sapphirus Apollini, ita ipsa Deo est consecrata; sicuti sapphirus regis digito convenit, sic ipsa Dei Filio cœlesti regi eonveniens Mater fuit. — Maurit. de Villa Probata, serm. 50, *Corona novæ B. M. V.*

Sapphirus, non solum ob gloriam, sed ob omnitudinem puritatem, quia sicut sapphirus, licet ex elemento terrestri opaco et obscuro originem habeat, a sui tamen principio diaphanus et clarus est: ita immaculata Mater Messie, etsi a parentibus peccato obnoxii prodierit, a sui tamen initio clarissima, et absque originalis peccati macula fuit. — Petr. Pal. lib. vii, *De arcenis*, cap. 18.

SARA, quæ nos peperit, Isa. li: nam in illo nobis Mater facta est, qui nos fratres vocare non confunditur, ut ibi narrabo nomen tuum fratribus meis. — Garnerius Lingon. serm. 2, *in Purific. B. V. M.*

Sara, quæ princeps interpretatur: obtinuit enim principatum sui, principatum mundi et principatum cœli; principatum quidem sui, quia voluptatibus non consensit; principatum mundi, quia eam mundi vanitas non seduxit; principatum cœli, quia ad Filii dexteram super choros angelorum jam ascendit. — Ibid.

Sara, quia misericordia tria sata farinæ, Gen. xviii, divinitatem scilicet, animam et carnem. — Rich. a S. Laur. *De laud. sanctiss. V.*, lib. 1.

Sara a Deo Patre visitata, quæ concepit et pe-

perit Isaac, id est, Christum risum nostrum et gaudium. — Hugo Carenensis in cap. xxi Genesis.

Sara nostra charissima. — D. Bonavent. in *Speculo B. V. M.*, cap. 6.

Sara princeps, lactans Filium magno Patriarchæ Patri, multarum gentium, quem peperit ei, ad virtutem ejus demonstrandam jam seni in fine mundi. Non enim datur hoc naturæ, quod uber arens, non infusum semine viri, lac ministret ubertim Filio nascenti. — Albert. Magn. in *Postillis*, super cap. xi Lucæ.

Sara, quæ tria sata farinæ miseuit, quando Christum existentem in tribus substantiis de suis visceribus generavit, Gen. xviii. — Jacob. de Voragine in *Mariali*, serm. 4 F.

Sara, quæ interpretatur princeps vel carbo; carbo, quia intangibilis, princeps, quia Domina et Imperatrix, ista commisicuit tria sata similæ, quia omnes electos de tribus filiis Noe in unum corpus Ecclesiæ congregari procuravit, vel tria sata similæ commisicuit, quia tres naturas, sive substantias in una persona Christi, tamen in uno pane, causaliter univit. — Ern. Prag. in *Mariali*, cap. 104.

Sara, per contemptum peccatorum. — Barth. de Pisis, lib. 1, *De laud. B. M. V. fructu* 2.

Sara Tobiae in exercitio. — Ibid.

Sara princeps, quæ verum genuit Isaac, id est Filium Dei, in cuius semine benedicentur omnes gentes; per quem omnis creatura principatum habuit. — D. Bernard. Senensis, t. III, serm. 3, *De gloriose nomine Mariæ*.

Sara, quæ tria sata farinæ commisicuit, quando Christum existentem in tribus substantiis de suis visceribus generavit. — Bernard. de Bust. serm. 3, *de Nativ. B. M. V.*

Sara nostra, cui Abraham, id est Deus, dixit, Gen. xviii: « Accelera, tria sata farinæ commisice, et fac subcinericos panes. » Tunc enim tria sata farinæ commisicuit, quando Christum existentem in tribus substantiis, nempe anima, corpore et divinitate, de suis visceribus generavit. — Petrus Bardus, serm. 5, *De Concept. B. M. V.*

SARDIUS, quia si sardius gemma fluxum sanguinis restringit, Maria fluxum peccati eohibet; unde « qui audit me, non confundetur; et « qui operatur in me, non peccabunt. » Eccli. xxiv. — Ern. Prag. in *Mariali*, cap. 42.

SARDIUS lapis inter ardentes gemmas coloris rubri e computatus, spirituales augens dævitias, dæmonum a dormientibus horrendas somniorum reprehensio larvas, hilaritatem inducens, acuens ingenium, inimicos vincens et stringens sanguinis fluxum. — Jo. Trithem. lib. 1, *De miraculis B. M. V. in Urticeto*, cap. 7.

SARDONIX, quia si sardonix gemma compescit lites, Maria super omnia detestatur eum qui suscitat inter fratres discordias, Prov. vi. — Ern. Prag. in *Mariali*, cap. 42.

SAREPHITANA mulier, quæ etiam modo vati Eliæ in filiis præbens refocillamen et hospitium, cui et jugiter Eliæ successio perfecunda Patris verba deuotione fervida replicabit : « Da mihi filium tuum, » III Reg. xvii. — Arnold. Bost., cap. 1, § 1, lib. De patron. et patroc. *Deipar. Virg. in Carmel. ordin.*

SARUG, recta morum regulatione. — Barthol. de Pisis, lib. 1, *De laud. SS. Virg., fructu 4.*

SATIETAS congregationum sanctorum. — Adam de Persenia in serm. *De Assumpt. B. M. V.*

SATISFACTIO nostra digna, coram largitiore cunctorum bonorum. — D. Bernard. Senens. tom. I, serm. 61.

Satisfactio nostra digna coram largitiore omnium bonorum. — Maurit. de Villa Probata, serm. 2, *Corona novæ B. M.*

SATURNUS spiritualiter. — Bernardin. de Bustis serm. 2, *De Assumpt. B. V. M.*

SAUL ab humero, et sursum sanctis supereminiens universis. I Reg. x. — Richard. a S. Laur. *De laud. sanctiss. V. lib. iv.*

SCABELLUM, de quo dicitur in Psal. xcviij : « Adorate scabellum pedum ejus, quoniam sanctus est. » — Ibid. lib. x.

Scabellum, in quo pedes Domini steterunt. Sicut enim Christi divinitas designatur per caput, unde I Cor. xi : « Caput Christi Deus, » sic et ejus humanitas, in qua venit ad nos, sicut pedibus ambulatur, designatur per pedes. — Ibid.

Scabellum, quia sicut in scabello quiescent pedes, ita Christus, Deus et homo, requievit in utero Matris suæ, sine motu et strepitu contrario. — Ibid.

Scabellum, quod adoraverunt tres Magi. Math. ii, adorantes Filium sedentem in gremio Matris suæ. — Ibid.

Scabellum pedum Dei, per Filii Dei susceptiōnem. — Bernardin. de Bustis serm. 2, *De Assumpt. B. V. M.*

SCALA, quam Jacob vidit ad cœlos pertingentem, Gen. xxviii. — D. Athanas. orat. in *Domini Occursum*, seu in *Purific. B. V. M.*

Scala cœlestis, per quam Deus descendit ad terras, ut per ipsam homines ascendere mereantur ad cœlos. — D. August. serm. 41, *De Nativ. Domini*, qui est 18 *De tempore*.

Scala cœlestis, quia per ipsam Deus descendit ad terras, ut per ipsam homines ascendere mereantur ad cœlos : ipsis enim licet ascendere illuc, qui Deum crediderint ad terras per Virginem Mariam descendisse. — D. Fulgent. serm. *De laud. SS. Virg. Mariae ex partu Salvatoris.*

Scala cœlestis, in quam gloria cœlestis descendit ad inferiora, quatenus humilitas ad cœli subvehetur altiora. — D. Eleuther. serm. *in festo Annunt. B. V. M.*

Scala cœlestis, per quam descendit Deus. — S. Andr. Cretens. orat. 2, *in Annunt. SS. V. M.*

Scala intellectualis, per quam descendit Deus,

nostraque forma assumpta eamdem in cœlos reduxit. — Idem, *Can. in partum B. V. M.*

Scala, quam vidit Jacob, qui in divinis erat initatus, in qua vidit angelos Dei ascendentēs et descendētēs, quicunque is esset ascensus et decessus. — Idem, orat. 5, *De Dormit. B. M. V.*

Scala in cœlum porrecta. — Anastas. Antioch. orat. 2, *in Annunt. B. M. V.*

Scala Jacob. — Anonym. in *Euchologio*, sen. *Rituali Græcorum in Canone funereo pro mulieribus defunctis.*

Scala sublimis, et ad cœlum usque porrecta, per quam Christus descendit, cumque mortalibus in exsilio pulsis agere vitam incepit. — Idem in *Menœis Græcorum* die 4 Januarii.

Scala, quæ in cœlum provelhere queat. — S. German. Const. orat. 3, *De Assumpt. B. M. V.*

Scala a Deo sustentata, summo patriarchæ Jacob jucundissime ostensa. — Idem, orat. 4, *in Præsent. B. M. V.*

Scala celissima, cuius caput ad cœlos usque pertinebat, ea nempe, quæ illic sunt bona, considerans attentius, atque contemplans : ima sui parte terræ innixa substantia sue, videlicet, pondere deorsum trahente. — Idem, orat. *in Annunt. B. M. V.*

Scala Jacob. — Idem, serm. *in Nativ. B. M. V.*

Scala animata, per quam Excelssissimus omnium descendens in terra apparuit, et cum hominibus conversatus est : quæ mortem quasi sealami usurpans, ex terra in cœlum in sua Assumptione gradum fecit. — S. Joan. Damasc. orat. 3, *De Assumpt. B. M. V.*

Scala cœlestis Basilicæ. — Idem, *in Cantic. Græcorum*, sono 1.

Scala cœli. — Idem, orat. 2, *De Assumpt. B. M. V.*

Scala descensus Dei. — Idem, orat. 1, *De Assumpt. B. M. V.*

Scala Jacob, per quam, qui super terram exaltatur, visus est et conversatus cum hominibus, ut voluit laudabilis patrum Deus, atque supergloriosus. — Idem, *in Cantic. Græcorum*, sono 1.

Scala Jacob : ut enim Jacob per extremas scalæ partes cœlum cum terra copulatum, et angelos per eam descendentes et ascendentes, neenon enim, qui vere fortis et insuperabili robore prædictus est, typice secum decertantem vidit : eodem quoque modo beata Virgo mediatrix munere perfuncta, Deique ad nos descensus effecta scala (per quam ille infirmam nostram massam assumpsit, sibique ipsis conjunxit ac copulavit, atque hominem mente videntem Deum effecit), ea quæ inter se dirempta erant, in unum coegerit. Hinc angeli quidem ad eam descenderunt, ut videlicet Domino ac Deo inseruirent, homines autem angelica vita ratione usi, in cœlum sublimes rapiuntur. — Idem in orat. 1, *De Assumpt. B. M. V.*

Scala, per quam e terra in cœlum, et ab interitu ascendimus ad vitam. — Idem in *Menœis Græcorum* die 27 Januarii.

Scala spiritualis in terra firmata ob ortum quem habuit ex terra; sed capite pertinens ad cœlum. — *Idem, orat. 4, De Nativ. B. M. V.*

Scala viva, quam illud rerum omnium Artifex Dei Verbum sibi ipsi condidit, cuius ima pars in terra firmata est, summa autem ad cœlos usque porrigitur, in qua Deus requievit; cuius locum Jacob conspergit; per quam Deus sine ulla migratione descendens, vel, ut rectius loquar, indulgenter se demittens, in terra visus est, et cum hominibus conversatus est. — *Ibid.*

Scala cœlestis hominibus a Deo facta, per quam Dei Verbum ad nos descendit. — *S. Jo. Damascen. Can. in S. Julianum.*

Scala cœlestis, per quam Dei Verbum descendit in terram. — *Idem in Octoech. Græcor.*

Scala intellectualis digna Deo. — *Idem, Can. in Nativit. B. M. V.*

Scala, per quam ad nos descendit Altissimus ad corruptam naturam corrigendam. — *Idem in Octoech. Græcor.*

Scala, per quam a terra ascendimus in cœlum, et a corruptione ad vitam. — *Idem in Can. S. Deip.*

Scala ad cœlum usque sublimis a Jacob visa in spiritu, per quam Dominus descendit, atque homines ad magnam divinæ scientiæ celsitudinem evexit. — *S. Joseph. Hymn. in Mariali.*

Scala cœlestis a terra ad cœlum pertingens, per quam Deus Verbum cum hominibus conversatus est. — *Ibid.*

Scala Dei, per quam feliciter, imo felicissime ascenditur. — *Ibid.*

Scala Jacob, quæ nos in profundum malorum delapsos ac perditos ad cœlestem altitudinem sublevavit. — *Ibid.*

Scala illa, quæ ad cœlum pertingebat, et in qua Deus innitebatur, homines reddens cœlestes. — *Ibid.*

Scala in excelsum terrigenas deducens. — *Ibid.*

Scala, in qua innixus fuit Deus, e terra ad cœlum exaltans eos qui cum orthodoxa fide clamant assidue: « Benedicite opera Domini Dominum », *Dan. iii.* — *Ibid.*

Scala nostra stabilitis atque immobilitatis. — *Ibid.*

Scala, per quam quidem supersubstantialis descendit in terram, nos vero in excelsum traduxit. — *Ibid.*

Scala, quæ omnes per gratiam in altum extollit a terra. — *Ibid.*

Scala, quam contemplatus est Jacob, per quam omnes in cœlum ascendimus. — *Ibid.*

Scala in cœlum subvehens. — *Photius Constant. orat. in B. M. Nativit.*

Scala ad cœlum ascendentium. — *Joan. episc. Aretinus in tractatu De Dormit. S. V. M.*

Scala cœlestis tangens cœlum, et per suas sanctissimas orationes hauriens aquam vivam superius de fonte vita, qui apud Deum est, et inde re-

fundens inferius misericorditer nobis miseris. — *Idota, De B. M. V. part. xiv, contemplat. 35.*

Scala, cui innixus fuit Dominus in Incarnatione. — *Ibid.*

Scala Jacob, per cuius preces et intercessiones piissimas, merita et exempla angeli ascendunt contemplando, et descendunt strenue operando. — *Ibid.*

Scala Jacob, per quam ascenderunt et descendunt angeli, quando angelus descendit ad eam visitandum et nova nuntiandum, vel quando angeli sancta desideria, sanctas orationes, et pias locutiones Domino nuntiarunt, quod est officium angelorum. — *Ibid.*

Scala Jacob, quæ Dominus ei innixus tenet per gratiam illis qui eam in præsenti imitantur, ne a servitio vel dilectione ipsius impulsu vel tentatione aliqua corrunt. — *Ibid.*

Scala Jacob, quia sicut scala Jacob stans super terram tangebat cœlum; sic beata Virgine mediante terrena cœlestibus uniuntur. — *Ibid.*

Scala quæ vidit Jacob, quæ stabat super terram, et cacumen ejus tangebat cœlos, et angeli descendebant et ascendebant per eam, et Deus erat innixus super scalam. Hujus enim pes scalæ fuit paupertas, quia beata Virgo conteinsit omnia carnalia et mundana; cacumen fuit excelsa contemplatio usque ad cœlum, non solum aereum, sed etiam sidereum, et empyreum, scilicet usque ad sedentem in throno divinæ Majestatis; latera fuerunt virginitas et maternitas, quæ non facerent scalam, nisi conjungerentur scalones, sive gradus, qui fuerunt fides, spes, charitas, puritas, voti firmitas, humilitas, obedientia, prudentia, modestia, misericordia, compassio, pietas, benignitas et cæteræ virtutes. Unde sicut mediante scala de alto descenditur ad imum, et ab imo ascenditur ad summum; sic beata Virgine mediante Dei Filius descendit ad nos illectus humilitate ejus, et per eam nos misericorditer ascendimus in cœlum, qui per Evam ecclideramus in infernum hujus mundi. — *Ibid.*

Scala, quia sicut ascendentibus tenent scalam manibus et pedibus, sic nos tenere debemus beatam Virginem pedibus, id est affectibus, ut eam diligamus; et manibus, id est operibus, ut quandiu vixerimus, opereimur ei placita, et per eam scalam ascendamus in cœlum, ibique maneamus in æternum. — *Ibid.*

Scala mortalibus, quæ ad cœlos scandant. — *Leo imperator in orat. De Assumpt. B. M. V.*

Scala, per quam Deus quidem descendit, et ascensit homo, incipiens a terrenis, et cœlestia attingens. — *Jo. Geom. serm. in Annunt. SS. Dei Genitricis.*

Scala polum penetrans, et sidera tangens, quæ Deum nobis nosque Deo reparat. — *Idem in B. M. V. hymn. 1.*

Scala cœlum terris jungens, linea superna. — *D. Petr. Dam. in carmiib. De Assumpt. B. M. V.*

Scala Dei. — Petrus Damiani ibid.

Scala cœlestis, per quam supremus Rex humiliatus ad ima descendit, et homo, qui prostratus jacebat, ad superna exaltatus ascendit. — Idem in hom. *Nativ. B. V. M.*

Scala cœlestis, per quam descendit ipse Deus. — D. Auselm. in hymno 2 *S. Dei Genitricis.*

Scala cœli. — Idem in *Med. B. V.*

Scala Jacob uniens terrena cœlestibus. — Hugo de S. Vict. lib. iv, *Erudit. theologicar.* ii, tit. 134.

Scala Jacob. — D. Bern. in orat. *de B. Maria*, cuius initium *Ave Maria.*

Scala peccatorum. — Idem, serm. in *Nativ. S. V.*

De aqueductu.

Scala cœli. — Petr. Bles., serm. 38.

Scala angelorum. — Adam de Pers., in *Mariali*, fragm. 3.

Scala spiritualis, a terra in cœlum pertingens. — Theod. Lascaris imperat. in *Can. ad SS. Deip.* v. v.

Scala, cuius latera, sibi opposita, virginitas et maternitas; quæ non facerent scalam nisi congenerentur. — Rich. a S. Laur. *De laud. sanctiss. Virg.* lib. x.

Scala Jacob, cui Dominus innixus visus est, quia juvat servientes Matri suæ, et ipsius amatores Filius Dei; contemptores vero ejus et parvi pendentes servitium ejus, permittit prius cadere in peccatum, deinde in infernum. — Ibid.

Scala Jacob, Gen. xxvii, quæ non ostenditur nisi in somnis, quia oportet animam sopitam esse a curis sæcularibus, et occupationibus exterioribus, quæ videre appetit, id est, intelligere dignitatem et altitudinem Mariæ, nec ostenditur ejus excellentia, nisi luctantibus contra vitia et peccata, quæ designantur per Jacob. — Ibid.

Scala Jacob, per quam angeli ascendunt et descendunt. Angeli enim descendebant ad Mariam visitandam, et ascendebant sancta ejus desideria, sanctas orationes, et pias lacrymas Domino nuntiantes, quod est officium angelorum. — Ibid.

Scala Jacob, per quam ascendunt et descendunt angeli, id est, viri qui angelos imitantur in illis virtutibus quæ angelis attribuuntur: hi enim per hanc scalam, id est, per preces Mariæ, merita et exempla, ascendunt contemplando, descendunt strenue operando; et qui imitantur eam in praesenti, in morte incurruunt in amplexus Domini, qui videbatur innixus scalæ, quasi tenens eis scalam per gratiam, ne a servitio vel dilectione Mariæ, tentatione aliqua vel impulsu corruerent. — Ibid.

Scala Jacob, per quam descendant angeli, quasi parati ad manu eos trahere, qui optarent ascendere per hanc scalam, et succurrere imbecillitatib. eorum. — Ibid.

Scala Jacob, quæ stare dicitur super terram, et cacumen ejus tangere cœlum, quia, mediante Maria, terrena cœlestibus uniuntur, sicut scala illa quodammodo cœlum terræ conjugere videbatur. — Ibid.

Scala innixa super dilectum suum per fidem, quia credere non est nisi firmiter inniti veritati. — Ibid.

Scala, per quam qui vult ascendere, debet se appendere manibus, pedibus et genibus; pedibus, id est, affectibus, ut ipsam diligat, ita quod ex redundantia illius dilectionis resonet in ore ejus gratiarum actio et vox laudis; manibus, ut quandiu vivit, ad honorem ipsius Virginis omni instantia operetur, quidquid beatæ Virgini crediderit complacere; genibus, ut ante ipsius imagines sive altaria, et cum recitatur nomen ejus, humiliter ea flectat. — Ibid.

Scala, quia sicut mediante scala ab alto descendit ad inum et ab imo condescendit ad summum, ita, Maria mediante, descendit Filius Dei ad nos, et per ipsam nos condescendimus in cœlum, qui per Eam cecidimus in miseriam hujus mundi. — Ibid.

Scala animæ ad regnum cœlorum. — D. Bonavent. in *Psalterio B. M. V.*

Scala cœlica, per quam patet ascensus ad æterna. — Idem in libro *De hierarchia ecclesiastica*. part. iv, circa finem.

Scala, per quam angeli ascendunt, id est qui angelicam vitam ducunt. — Ibid.

Scala, per quam descendit Angelus magni consilii, ut nostram assumeret infirmitatem. — Ibid.

Scala, quæ a Jacob est visa in somnis, quia Mariæ præsentia prævisa est multipliciter a prophetis. — Ibid.

Scala regni cœlestis et gloriæ. — Idem in *Can. Psalterii B. M. V.*

Scala tangens cœlum. — Idem in *Psalterio minori B. M. V.*, quinquagena 1.

Scala ascensionis, de culpa ad gratiam, de mundo ad cœlum. — Albert. Magu. in *Biblia Mariæ* super librum Genesis.

Scala cœlestis, per quam Deus ad nos descendit, quæ licet esset in terra corpore, tamen cacumen mentis ejus cœlum tangebat corde et amore; quæ angelos pro nobis ad Deum mittit, et ad nos venire facit; eni Dominus innixus fuit, quando in ejus utero fuit incorporatus, Gen. viii. — Jacob. de Voragine in *Mariali*, serm. 6, P.

Scala cœlestis, per quam Christus descendit ad terras. — Aegidius Column. ex *Expositione in Salutat. angelic.*

Scala a Deo erecta, quæ a mœstitia ad læta gaudia, atque a terra in cœlum nos transmittit. — Jacobus Monachus orat. *de Nativ. B. V.*

Scala, per quam cœlestium virtutum Rex ad infinitum nostrum incolatum descendit. — Ibid.

Scala a Deo fulta et firmata, ab animi consternatione ad alacritatem, et a terra ad cœlum nos transferens. — Jacob. Monachus in *Mariali*, orat. 2.

Scala, per quam Rex virtutum cœlestium ad profundissimum incolatum nostrum descendit. — Ibid.

Scala, per quam descendit Unigenitus Dei, cum

venit ad nos. — Ern. Prag. in *Mariali*, cap. 107.

Scala nostra ad Filium. — Emmanuel. Pal. *impe-
rator in orat. de Dormit. sanctiss. V. M.*

Scala ad cœlum, subventione. — Bartholom. de Pisis, lib. i *De laud. Virg.*, fructu 8.

Scala cœlum adeuntium. — Idem, lib. i *De laud.
sanctiss. V.*, fructu 2.

Scala sanctis et justis, ut cœlum ascendant. — Idem lib. i *De laud. S. V.*, fructu 10.

Scala paradisi. — D. Laur. Justin. in serm. *de
Annunt. B. M. V.*

Scala Jacob, cuius summitas cœlum tangit, et per consequens ad ipsum ducit: in qua descendunt angeli et ascendunt, quia per ipsam descendunt angelici spiritus ad nostram protectionem, atque per ipsam ascendunt homines sancti ad gloriæ cœli susceptionem. — D. Bernardus Senensis tom. III, serm. 4, *De gloriose nomine Mariæ*.

Scala omnium virtuosorum. — Joan. Mauburnus in Rosario *De gloria S. V.*, membro 6.

Scala Jacob florida. — Arnold. Bostius in prologo libri *De Patrono et Patrocinio Deip. Virg. in dicatum sibi Carmeli ord.*

Scala peccatorum. — Thom. a Kempis in *Solilo-
quies*, cap. 24.

Scala peccatorum, singulis ad se confugientibus sinum aperiens misericordiæ in sublevamen sue miseriæ. — Antonius Poecq. serm. 2, *de Concept. B. M. V.*

Scala cœli, per quam ad nos Deus descendit. — Bernardin. de Bustis serm. 5, *De nominat. B. M.*

Scala Jacob ad cœlum pertingens. — Idem serm. 1, *de Nativ. B. M. V.*

Scala paradisi. — Idem in *Mariali*, serm. 6, *De Concept. B. M. V.*

Scala, per quam angeli ad nostram protectionem descendunt, et gratiae divinæ nobis dantur. — Idem serm. 2, *de assimilat. B. M.*

Scala, per quam ad cœlum scandere possumus. — Ibid.

Scala, per quam Filius Dei ad nos descendit. — Ibid.

Scala, per quam in cœlum ascenditur. — Idem in *Mariali*, serm. 2, *de Coronat. B. M.*

Scala sanctis et justis, ut cœlum ascendant. — Idem serm. 3, *de Nativ. B. M.*

Scala alba, visa a divo Francisco, a qua peccator non cadit. — Maurit. de Villa Probata serm. 30, *Coronæ novæ B. M.*

Scala, per quam angeli ad nostram protectionem descendunt. — Ibid.

Scala, per quam Dei Filius ad nos descendit. — Ibid.

Scala cœli, per quam ascendunt et descendunt angeli, in cuius medio affixus est Christus. — S. Thom. de Villa Nova conc. 2, *de Assumpt. B. M. V.*

SCATEBRA incorruptionis, ex qua fluentum vitæ

Christus scaturit. — S. Joan. Damaseen., orat. 4, *de Nat. B. V.*

Scatebra omni sanctimonia redundans, ex qua *Sanetus sanctorum prodiit*, mundum ab execratione expians. — Ibid.

SCATURIGO bonorum omnium. — S. Joan. Damaseen. orat. 2, *de Assumpt. B. M. V.*

Scaturigo dulcedinis. — Idem in *Menais Græco-
rum die 27 Januarii.*

Scaturigo perennis divitiarum. — Idem, orat. 2, *De Assumpt. B. M. V.*

Scaturigo sempiterna, ex qua abundantes gratia-
rum et remediorum divitiae manant. Idem in *Me-
nais Græcorum die 18 Augusti.*

Scaturigo spiritualium aromatum. — Idem in *Menais Græcorum die 27 Januarii.*

Scaturigo uberrima benedictionis. — Idem, orat. 4, *de Assumpt. B. M. V.*

Scaturigo fontana animabus nostris, propter vi-
tiorum ariditatem penitus incultis, qua nos irrigati
ad faciendo fructus pietatis irrigamur. — S. Jo-
seph. Hymn. in *Mariali*.

Scaturigo fontalis omnium bonorum. — Ern.
Prag. in *Mariali*, cap. 22.

Scaturigo pietatis. — Jo. Trith., *De mirac. B. V.*
prope Dittelbach, lib. i, cap. 2.

Scaturigo vivens omnium virtutum. — Idem,
lib. i *De miraculis B. M. V. in Urticeto*, cap. 6.

Scaturigo gratiæ. — Dionys. Fab. tract. i, *De
Concept. B. M. V.*

Scaturigo omnis bonitatis. — Ibid.

*Scaturigo misericordiæ in ævum omne penitus
indescibilis.* — Frideric. Fornerus lib. v, cap.
20, *Palmæ triumphalis*.

SCEPTRUM rectæ doctrinæ. D. Cyrill. hom. 6,
Ephesi dicta Contra Nestorium.

Sceptrum Davidicum. — S. Andr. Gret., orat. 1,
de Dormitione B. V.

Sceptrum Regis omnium. — Idem, can. in *Dom.*
post diem 17 Decembris.

Sceptrum sanctum. — Idem, can. in *Concept.
B. V.*

Sceptrum Davidis. — S. German. Constant., serm.
in Nat. B. V.

Sceptrum Davidicum. — Jo. epist. Aretin., in tract.
De Dorm. SS. V. M.

Sceptrum. — D. Bernardus, serm. 3, super *Salve
Regina.*

SCHEMA clarum David. — D. Bonavent. in *Psalte-
rio minori B. V.*, quinquagena 2.

SCHOLA virtutum. — Petr. Bles., serm. 38.

Schola virtutum. — Adam. de Pers., in *Mariali*,
fragm. 3.

Schola omnium virtutum. — Bernard. de Bustis,
in *Mariali*, serm. 2, *de Coron. B. M. V.*

Schola eruditissima Paracleti Spiritus. — Jo.
Picus, lib. i in *Cantic.*, cap. 14.

SCHOLARIS pueri Jesu, cui ut viro perfecto,
quinquimo ut Deo ipsi vacavit; ejusque opera ac voces

pro divinis vocibus et operibus habuit; unde nihil illi dictorum ejus, aut actionum excidebat; sed sicut ipsum Verbum prius in visceribus, ita postea ejusdem sermones ac mores, omnesque institutiones concipiebat, et in corde suo quodammodo fovebat: partim quidem secum contemplabatur ejus faciem ac formam atque virtutes, partim vero tempus exspectabat, quo clarius hæc omnia revelarentur. — Jo. Geom. in *Cantic. Græcor. super Luc.*

Scholaris Spiritus sancti, cuius schola est fiduci et morum et bonorum operum. — Rich. a S. Laur. *De laud. SS. V. lib. vi.*

SCIENTIA scientiarum sanctorum. — D. Bern. serm. 1, super *Salve Regina*.

Scientia totius orbis. — Paulus de Heredia in tractat. *De Concept. B. M. V.*

Scirpus nivei candoris sine nodo. — S. Matthæus apostolus serm. in *Transitu B. M. V.* apud Ama-deum, raptu 8.

Scorpius, qui excoxitatus fuit ante saecula. — S. Andreas Cretensis orat. 3, *De Dormit. B. V.*

Serinium deauratum Spiritus. — S. Andreas Cret. orat. 2, in *Annunt.*

Serinium Spiritus sancti. — D. Anselm. in dia-
logo *De passione Domini*.

Serinium divinæ legis. — Arnold. Carnotensis tract. de illis verbis Domini: *Mulier, ecce filius tuus.*

Scrinium Verbi Dei. — Joan. Hondemius hymn. *De Assumpt. B. M. V.*

SCRIBA doctissima, proferens de cordis sui the-sauro nova et vetera. — Joan. Mauburn. in *Rosa-rio de ortu M. V.*, membro 6.

SCRIPTURA, *Scriptura* major: nam quanto facta sunt potiora verbis, vel scripturis, tanto sunt ma-jora ostensa in Maria, quam in Scriptura, post Deum; Scripturæ enim dedit, ut Christum loquatur, Mariæ contulit, ut per eam Christus pandatur: ibi eum multiplex legit figura, hic vestit eum Mariæ caro pura; ibi præsumtatur, hic ostenditur; ibi latet in mortua charta, hic patet in carne mon-strata; ibi dicta sunt magna, hic facta sunt magna. — D. Antoninus in *Summa*, part. iv, tit. 45, cap. 22.

SCULPTURA Spiritus sancti. — D. Hieron. in *Epi-stola De Assumpt. B. M. V.*

SCUTELLA, vas quod antiquitus habebat quo-dammodo formam scuti, unde et scutella dicitur a scuto per diminutionem: Maria enim et pas-cit et defendit nos, pascit ut scutella, defendit ut scutum. — Richard. a S. Laur. *De laud. Virg. lib. x.*

SCUTUM eorum qui summa rerum potiuntur. — Georg. Nicomed. orat. 3, *De Præsent. B. V.*

Scutum insuperabile, spiritualium hostium pha-langes repellens ab iis qui cum fide et affectu eam canunt. — Theodor. Lase. imperator in *Can. ad SS. Deiparam.*

Scyrpus Joseph, in quo augurari solet, dum tan-quam quodam augurio vere mirabilium suorum

cepit n.e. « qui facit mirabilia magna solus (*Psal. LXXI*, » in virginali conceptu, ubi unum fecit supra naturam, alterum vero supra omnem scientiam. Supra naturam etenim est virginem concipere, supra omnem scientiam Verbum humanæ naturæ indissolubiliter coniungi. — Petrus Cellensis serm. 2 in *Annunt.*

Scyphus, vas, secundum Isidorum, in quo manus abluimus, Maria enim mediatrix, mala opera nostra penitendo purgamus. — Rich. a S. Laur. *De laud. sanctiss. V. lib. x.*

SECRETARIA Dei primæva. — Dion. Carth. in *Cant.*, art. 25.

Secretaria familiarissima, quam Deus per con-templationem introduxit in cellaria sua, in secreta et abdita sapientiae suæ, in mansiones celestes, in occultissimas et profundissimas theorias. — Idem in *Cant.*, art. 5.

Secretaria fidelissima Filii sui. — Idem *De laud. Virginis*, lib. iii.

Secretaria Omnipotentis, quæ ex revelatione et intuitione divina novit plura secreta et secretiora mysteria, etiam clarus quam alii sancti. Itaque mente gratissima excellentissime dicere potuit Creatori, « Incerta et occulta sapientiae tuæ mani-festasti mihi. » *Psal. L.* — Idem lib. ii, *De laud. sanctiss. V.*, art. 8.

Secretaria præelecta Dei omnipotentis. — Idem in cap. xxxi Proverb.

Secretaria Spiritus sancti. — Idem lib. iv, *De laud. SS. V.*, art. 10.

Secretaria æterni consilii. — Bernard. de Bustis in *Mariali*, serm. 2, *De Coronat. B. V. M.*

SECRETARIUM omnium Scripturarum sanctorum. — Rupert. abbas, lib. iv *Commentar. in Cantic. cantoric.*

SECRETUM Dei, et ideo beata Virgo dicitur Area, quæ dicitur ab arcano, quam Arcam Deus clausit, et nemo aperit. — Idiota, *De B. Virgine*, part. xiv, contempl. 29.

Secretum Dei, de quo ipse Deus dicit per Isaïam, cap. xxiv: « Secretum meum mihi. » — Richard. a S. Laur. *De laud. sanctiss. V. lib. x.*

SECURIS, qua resecanda sunt ligna æterno taber-naculo necessaria, quam tenuit Sapientia, cum ædificavit sibi domum, et excidit columnas septem. — Petrus Cellensis serm. 1, *De Assumpt. B. V.*

SECURITAS bellis oppressorum. — Anonym. in *Euchologio seu Rituali Græcorum in Canone funereo pro pueris vita functis.*

Securitas nostra. — Jo. Geometra serm. in *Annuntiat. sanctiss. Dei Genitricis.*

Securitas stantium. — Ibid.

SECUTORIX Christi, religionis fide, id est, veræ credulitatis charitate. Non enim potuit nisi divinitatis ejus esse credula, quæ se noverat, hunc non virili semine secundum ordinem naturæ, sed divino spiramine, nuntiante angelo, concepisse. — D. August. in lib. *De Assumpt. B. M. V.*

Secutrix devota Christi usque ad mortem, non plus gressibus quam imitationis affectu. — Ibid.

Secutrix Dei. — D. Bonavent. in *Speculo B. M. V.* cap. 10.

SEDATRIX seditionum. — D. Bernard. Senensis tom. III, serm. 4, *De gloriose nomine Mariæ.*

SEDES spiritualis, glorificata Deoque digna. — S. Method. homilia in festo *Purificat. B. V. M.*

Sedes propria ipsius puritatis, ad inhabitandum peridonea Deo. — S. Sabbas in *Menæis Graecorum* die 23 Januarii.

Sedes omnium miraculorum, quæ usquammodo evaserunt, aut fuerunt consummata. — S. Andr. Cretensis, orat. 3, *De Dormit. B. V. M.*

Sedes Numinis, late patens, et omni cœlorum amplitudine major. — *Anonymous* in *Menæis Graecorum* die 14 Aprilis.

Sedes Dei sancta, in qua Deus collocatus, beneficio carnis ex ipsa desumptæ, omnium gentium et nationum Rex fuit, illas omnes sibi subjiciens. — S. Germ. Constant. in *Annunt. B. M. V.*

Sedes plusquam cherubica. — Idem orat. 1, in *Presentat. B. V. M.*

Sedes cherubica. — Cosmas Hierosol. in *Theogoniam*, hymn. 4.

Sedes incomprehensibilitatis divinæ. — Idem in *Menæis Graecorum* die 25 Januarii.

Sedes Dei animata. — S. Joan. Damasc. orat. 4, *De Nativit. B. V. M.*

Sedes Regis portans portantem omnia. — S. Jo. Damasc. Can. in *Annunt. Deip.*

Sedes Dei spatioseissima. — S. Joseph. *Hymn. in Mariali.*

Sedes pura illius qui nullo potest loco contineri. — Ibid.

Sedes Verbi amplissima. — Ibid.

Sedes Dominica, in terra parata. — Photius Constantinop. orat. in *B. M. Nativit.*

Sedes Regis. — Leo imperator in orat. *De Present. B. M. V.*

Sedes sacratissima. — Idem in orat. *De Assumpt. B. V. M.*

Sedes aurea, super Chernbinos, purior Seraphim, ac Thronis latior. — Joan. Geometr. in *B. V. hymn. 1.*

Sedes David, non quod David in ea sederit, sed quod ex semine David assumpta et fabricata sit. — Guerricus abbas serm. 1, *De Annunt. B. M. V.*

Sedes Dei judicantis. — Idem serm. 1, *De Assumpt. B. M. V.*

Sedes Domini in sæculum sæculi. — Idem serm. 1, *De Annunt. sanctiss. Virg.*

Sedes sapientiæ. — S. Anselm. *Luc. super Salve Regina.*

Sedes Dei singularis. — Rupert. abbas lib. 1, *commentar. in S. Matthæum.*

Sedes unica Domini. — Idem lib. v, *commentar. in Cantic. cantor.*

Sedes sapientiæ. — D. Bernard. in *Meditat. super Salve Regina.*

Sedes Dei. — Philipp. abbas lib. 1 in *Cant. cantor.*, cap. 18.

Sedes regia, in qua resedit majestas deitatis, quæ posita est in cœlo in assumptione, ministerio angelorum. — Rich. a S. Laur. *De laud. sanctiss. V. lib. x.*

Sedes Regis magni, in qua quasi humiliatus resedit tempore Incarnationis. — Ibid.

Sedes Dei et Christi, quam ædificavit Dominus in generatione præsenti per gratiam, et in generatione futura et æterna per gloriam. — Hugo Carensis in *Psalm. LXXXVIII.*

Sedes regia, qui Regem regum in utero concepit et portavit et peperit. — Idem, in cap. 1 *Lucæ.*

Sedes Christi mirabiliter luminosa. — D. Bonavent. in *Speculo B. M. V. cap. 2.*

Sedes Dei altissima. — Idem in *Speculo B. M. V. cap. 5.*

Sedes, quam sibi paravit omnium artifex, et sapientia Christus. — Idem in lib. *De ecclesiast. hierarchia circa finem part. iv.*

Sedes quam subin travit, et in qua quievit omnium Artifex. — Ibid.

Sedes, ex qua procedunt fulgura comminationis, et voces admonitionis, et tonitrua summæ placationis. — Albert. Magn. in *Biblia Mariæ super librum Apocal.*

Sedes Filii Dei posita in cœlo, id est, in Ecclesia. — Ibid.

Sedes misericordiæ, unde Filius Dei filiis Adæ protulit sententiam absolutionis. — Idem in *Biblia Mariæ super Evangel. S. Joan.*

Sedes sapphirica, quam vidit Ezechiel super firmamentum, id est, supra altitudinem omnium sanctorum in gloria confirmatorum, intpote quæ exaltata est super choros omnium angelorum. — Idem super *Missus est*, cap. 493.

Sedes totius nobilitatis, quia solus Deus sedet in ea. — Idem in *Biblia Mariæ super lib. Apocal.*

Sedes totius propitiationis. — Ibid.

Sedes totius pulchritudinis. — Ibid.

Sedes summi Regis. — Jacob. de Voragine in *Mariali*, serm. 6. T.

Sedes regia Dei. — Jacobus Monach. in *Mariali*, orat. 5.

Sedes cathedralis Dei. Sicut enim *Sedes* pontificalis proprie summi Pontificis est Romæ, licet ipse præsit omnibus Ecclesiis, quæ sunt sub ipso, ita licet quælibet anima justi sedes sit sapientiæ, tamen proprie sedes cathedralis fuit in Maria. — Ern. Prag. in *Mariali*, cap. 2.

Sedes incarnandæ Dei sapientiæ ab æterno parata et præelecta. — Ant. Pocq. serm. 6, *De Concept. B. V. M.*

Sedes sapientiæ. — D. Laurent. Justin. *De triumphali Christi agone*, cap. 7.

Sedes sapphirica, quam vidit Ezechiel propheta

super firmamentum, hoc est, omnium sanctorum altitudinem in gloria confirmatorum, utpote exaltata super chorus angelorum. — D. Antoninus in *Summa*, part. iv, tit. 45, cap. 44.

Sedes altissima a principio, quia absque peccato originali concepta. — Paulus de Heredia in tract. *De Concept. B. M. V.*

Sedes Dei gloriae et altitudinis Dei. — Ibid.

Sedes, in qua Deus ostendit gloriam suam et claritatem, quae est Christus, gloria, lux et claritas totius orbis. — Ibid.

Sedes Dei elevata a mundo, clausa peccato, aperta Deo. — Bernardin. de Bustis, serm. 4, *De assimilatione B. M. V.*

Sedes Dei sancta. — Ibid.

Sedes excelsa et elevata ab omni stercore peccati. — Ibid.

Sedes, in qua Deus semper sedit per gratiam. — Ibid.

Sedes in saeculum saeculi Deo preparata, et ab emni labi preservata. — Idem in *Mariali*, serm. 9, *De Concept. B. M. V.*

Sedes magnitudinis Dei. — Idem serm. 4, *De assimilat. B. M. V.*

Sedes regalis. — Ibid.

Sedes summi Regis. — Idem serm. 3, *De assimilat. B. M. V.*

Sedes virginica, super quam sedens fuit Christus Filius Dei. — Idem serm. 4, *De assimilat. B. M. V.*

Sedes Dei altissimi, super quam divina sedet majestas. — Petrus Galat. lib. vii, *De arcanais*, cap. 4.

Sedes prima creata propter ejus perfectionem atque excellentiam, in qua Deus ipse ostendere debebat gloriam suam et claritatem, quae est Messias; totius mundi gloria, lux et claritas. — Ibid.

Sedes, quam Deus construxit, ut in ea sederet Rex Messias ad ostendendam majestatis suae gloriam cunctis mortalibus. — Ibid.

Sedes summi Regis. — Maurit. de Villa Probata, term. 25 *Coronæ noræ B. M.*

SEGES laetitiae, quae in partu maturuit. — S. Proclus in orat. 6, quae est *De laud. B. M. V.*

Seges arcanae beatitudinis. — S. Jo. Damasc. orat. 1, *De Assumpt. B. M. V.*

Seges vivifici frumenti. — Idem orat. 1, *De Nativit. B. M. V.*

SELLA pulchra decoraque consulis supercoelestis. — S. Proclus in orat. 4, quae est *in diem Natal. Domini*.

Sella, quam fecit sibi rex Salomon de lignis Libani. II Reg. x. — S. Germ. Constantinop. serm. in *Nativ. B. M. V.*

Sella regalis Regis coelestis. — Idem in *Mariali*, fragmento 45.

Sella, de qua legitur IV Reg. iv, quod eam praeparavit vero Elisæo magna illa mulier, quae signat coelestem sapientiam, quae habuit quasi quatuor

pedes, id est, quatuor cardinales virtutes. — Richardus a S. Laurent. *De laud. sanctiss. V.* lib. x.

Sella veri Elisæi, in qua resedit humiliatus obediens Patri veluti discipulus assumendo carnem in Virgine; in qua Patri obedivit usque ad mortem crucis. — Ibid.

Sella ante regium adventum preparata. — Mattheus Cantacuzenus in cap. ii *Cant. cantic.*

Sella Dei, quia novem mensium spatio Deum omnium portavit in utero, hominem pro nobis factum, ex ea carnem sumere haud deditatum. — Idem in cap. iii *Cantic. canticor.*

Sella non lignea, sed carnea, in qua cœlorum Rex Jesus requievit. — Ibid.

SELLA nova, in qua spiritualis Arca incarnationis Dei Verbi conquievit, et omnis plenitudo divinitatis corporaliter inhabitavit. — S. Germ. Constantin. serm. in *Nativit. B. V. M.*

SEM exemplorum ostensione. — Barthol. de Pisis, lib. i, *De laud. sanctiss. V.*, fructu. 4.

SEMEI, suæ presentiæ eam invocantibus impensatione. — Barthol. de Pisis, lib. i, *De laud. sanctiss. V.*, fructu. 4.

SELEN David, ex quo genitus est Christus secundum carnem. — D. Epiphan. lib. i, *Contra hæreses*, hæresi 29.

Semen prorsus immaculatum. — S. Jo. Damasc. orat. 4, *De Nativit. B. M. V.*

Semen bonum. — Cosmas Vestitor, orat. in *sanc*tiss. Joachim et Annam Dei Genitricis parentes.**

Semen Abrahæ, de quo ortus est Sol justitiae Christus Deus noster, in quo sine dubio non una gens, sed omnes gentes benedicte sunt. — B. Ælredus serm. 3, *De Nativit. B. M. V.*

Semen, de semine Abrahæ natum, quod tam miram benedictionem recepit a Domino, quod abstulit maledictionem mundi. — Ibid.

Semen David, de qua Christus factus fuit sine semine, quia inventa est in utero, habens de Spiritu sancto, miroque modo concipiens; ipsa enim de se substantiam carnis ministravit, nec est polllutus ex ea carnem assumens. — Balduin. Devon. in tract. *De Salutat. angelica.*

Semen clarum. — D. Bonavent. in *Psalterio minori B. V.*, quinquagena 2.

Semen Abrahæ; quod nunquam peccato servit. — Albert. Magn. super *Missus est*, cap. 50.

Semen Abrahæ, quod in gratiis et virtutibus, sicut stellæ cœli multiplicatur. — Ern. Prag. in *Mariali*, cap. 3.

SEMLUNIUM ante conceptum Salvatoris, illustrans alios radiis bonorum exemplorum, quando scilicet nutritiebatur in templo; fuit enim luna plena quando vocata fuit ab angelo gratia plena. — Idiota, *De B. M. V. part. xiv*, contemplat. 14.

SEMITA nostra salutaris. — Jo. Damasc. in *Paraclete B. M. V.*

Semita nostra ad cœlum. — Adam de Pers. in *Mariali*, fragm. 1.

Semita erranti. — Alan. de Insul. in *Anticlaud.* lib. v.

Semita justitiae pulcherrima. — Jo. Trith. *De mirac.* B. V. M., prope *Dittelbach.* lib. 1, cap. 10.

SEQUESTRA Dei hominumque constituta, ut inimicitarum parietes intergerini convellantur, et cœlestia terrenaque in unum coeant. — S. Basilius Seleuc. orat. in *Annunt.* B. M. V.

Sequestra desperatorum. — S. German. orat. 2, in *Dormit.* B. M. V.

Sequestra, qua Dei Filius ut fieret hominis Filius, usus est, in qua stabulatum ædemque inde quondam sibi molitus, homoque factus perfectus. — D. Theodor. Studites serm. 64, qui est prior in *Annuntiat.* B. V. M.

Sequestra inter Deum et homines, cui misereri est proprium, quia quæ se ad tanti immensitatem officii misericorditer a Deo perpendit assumptam, non immerito adeo specialia ad nos habet viscera, ex quibus et propter quos est tam singulariter excellens, ut misericordiam consequeremur. — Guib. abb. in lib. *De laud.* B. M. cap. 6.

SERAPHIM, quæ ex puro immaculatoque altari sui pectoris carbunculum illum vivificum atque ineffabilem carne indutum sanctorum manuum suarum complexu, tanquam forcipe accipiens, justo Simeoni porrexit. — S. Method. hom. *festi Purificat.* B. M. V.

Seraphim incomprehensæ visionis. — D. Epiphani. serm. *De laud.* S. V. M.

Seraphim Simeonis; sicut enim Seraphim, carbone accepto, Isaiam purgavit, sic Dei Mater, tanquam forcipe, manibus Simeonem illustravit, tribuens illi, quem ferebat, lumini occiduo et paci dominantem. — Cosmas Hierosolym. in *Theogoriam*, hymno 43.

Seraphim in summa super omnes dilectione. — Albert. Magu. super *Missus est*, cap. 194.

Seraphim ratione charitatis. — Barth. de Pisis lib. 1 *De laud.* S. V., fructu 2.

SERENITAS eorum qui turbati sunt. — S. German. Constant. orat. 2, *De Assumpt.* B. M. V.

Serenitas eorum qui tempestate jactantur. — Theod. Lasc. imp. in *Canone ad S. Deip.* V.

Serenitas lætissima cordis mei, quis mihi det, ut magna sollicitudine curram post decorum tuum, donec mergar in abyssum ejus. — Jo. a Jesu Maria, tom. II oper. suorum in *Theolog. mystica*, cap. 68.

SERVA, quam sibi Dominus vertit in parentem. — S. Chrysologus serm. 104.

SERVATRIX. — Justus Lipsius in *Diva Virg. Halensis*, cap. 27.

SERVITRIX Dei. — S. Bonav. in *Speculo* cap. 8.

Servitrix devota Christi usque ad ejus mortem. — Bernardin. de Bustis, serm. 1 *De Assumpt.* B. M. V.

SETU Dei cognitione. — Barthol. de Pisis, lib. 1, *De land.* B. V. M., fructu 4.

SETIM, quæ est arbor nobilissima Orientis, ut dicitur; fuit enim Maria nobilis genere, nobilior omnium charismatum plenitudine, sed nobilissima ex eo quod Christus, verus Oriens, qui nos visitavit ex alto, oriri ex ea dignatus est in quantum homo. — Richard. a S. Laurent. *De laud.* B. V. M. lib. x.

Setim, quæ est arbor pulchra, levis, fortis, imputribilis, incremabilis, albæ spinæ similis, et candida; fuit enim pulchra per perfectam plenitudinem totius honestatis, levis per contemptum totius terrenitatis, dilectio enim terrenorum reddit animam ponderosam; fortis in conservando propositum virginitatis; imputribilis absque fermento invidiæ et corruptionis: incremabilis absque servore totius iracundiae et iniquitatis: albæ spinæ similis in foliis, id est in verbis per mansuetissimam correctionem alienæ perversitatis; et denique candida per omnimodam puritatem et innocentiam. — Ibid.

Setim, quæ interpretatur *spinæ*, vel *germina*, vel *positiones ac recorrectiones eorum*; sensit enim pro Filio et cum Filio multiplicem tribulationis punitionem, per eam, id est per merita ejus et orationes resurgimus a peccato; germinamus bene incipiendo, et per eam ponimus in Ecclesiæ merito; per eam tandem ponendi in cœlesti ædificio. — Ibid.

Setim stabilitatis. — Barth. de Pisis, lib. 1, *De laud.* SS. V. M., fructu 2.

Setim, quia sancta in oratione. — Idem lib. 1, *De laud.* SS. V., fructu 8.

SIDERITES, lapis per totum stellis virgulatis plenus, qui Græce νικόλιθος, id est victoriae lapis, nuncupatur, multis dives virtutibus, devotione in nobis cum luna crescente maxima operans atque stupenda amorem inter Deum jet animam conciliat: phthisicos a tentationis impulsu deficientes mirabilis efficacia relevat, et in omni certamine spirituali victoriam præstat. — Jo. Trith. lib. 1, *De miraculis B. M. V.* in *Urticeto*, cap. 7.

Sidus Spiritus sancti. — D. Hieron. libr. Adversus Helvidium *De perpetua virginitate B. M. V.*

Sidus inelytum illustrans omne sæculum, per quod dies et tempora assumunt vitæ lumina. — S. Odilo in hymno *De Nativit.* S. V.

Sidus antelucanum lucis gratiæ, solisque iustitiae, qui ex ipsa progenitus est. — Hugo de S. Victore, serm. in *Nativit. vel Assumpt.* B. M. V.

Sidus scintillans. — D. Bern. hom. 2, *De laudib. Virg. Matris* super *Missus est*.

Sidus mundi. — D. Bonav. in *Psalterio minori* B. M. V., quinquagena 3.

Sidus principale. — Ibid.

Sidus Dei, quia peperit Filium, tanquam divini splendoris radium. Sicut enim sidus radium suum emittit sine sui corruptione; sic Virgo peperit F.

lium sine sui violatione. — Jacob. de Voragine in *Mariali*, serm. 4. P.

Sidus clarum, quo cœlum et terra illustratur. — S. Mechtildis lib. 1 *Gratia spiritualis*, cap. 55.

Sidus nostram illuminans noctem. — Joan. Hondonius in *Invocatione SS. Deiparæ V.*

Sidus vadens ante solem, quia justitiam Dei præcedit sua pietate. — D. Birgitta in *Revelationibus extravagantibus*, cap. 50.

Sidus splendidissimum. — Jo. Turrecremata in proœmio sui tractatus *De Concept.* B. M. V.

Sidus terris placidum, quod liberat omnes a pelagi fervore rates, quod luce benigna, Saturni Martisque graves eliminat iras. — Joan. Bap. Mantuanus Oper. suor. tom. II, lib. 1, *Parthen. Marianæ.*

Sidus fulgentissimum. — Bernardin. de Bustis serm. 6, *de nominat.* B. M. V.

Sidus lucem pariens. — Idem in *Officio Concept.* B. M. V.

Sidus fulgentissimum. — Maurit. de Villa Probatæ serm. 2, *Coronæ novæ B. M.*

Sidus radiorum. — Jo. Picus, lib. III, in *Cantic.* cap. 15.

Sidus clarissimum, unde ortus est Sol justitiae, et Rex gloriæ, amator et Redemptor animarum nostrarum. — Ludov. Blos. in *Salutatione ad B. M. V.*

Sidus fulgentissimum. — Idem in *Endologia 1, ad B. M. V.*

Sidus rutilans. — Idem in *Orat. quadam ad SS. Virg.*, quæ exstat in ejus *Scrinio spirituali.*

SIGILLUM Veteris Novique Testamenti. — S. Germ. Constant. serm. in *Nativit.* M. V.

Sigillum regium, quæ regem universorum, ex se assumpta substantia formavit corpore Matri similima, quandoquidem qualis parens est, talis utique et partus exsistit. — S. Jo. Damasc. orat. 4, *de Nativit.* B. V. M.

Sigillum virginitatis. — Alanus de Insul. in cap. 1, *Cantic.*

Sigillum confirmationis. — S. Birgitta, lib. iv, *Revelationum*, cap. 137.

SIGNACULUM pietatis. — S. Proclus in orat. 6, quæ est *De laud.* B. M. V.

Signaculum fidei nostræ. — Ildephons. serm. 1, *de Assumpt.* B. M. V.

Signaculum testimenti Domini. — S. Germ. Constant. orat. 2, in *Præsent.* B. M. V.

Signaculum regium, universorum Regem ex se editum materno corpuseculo similem efformans, siquidem ita comparatum est, ut talis sit foetus, qualis et parens. — S. Jo. Damasc. orat. 4, *de Nativ. B. M. V.*

Signaculum prophetarum. — S. Joan. Damasc. *Can. in S. Alben.*

Signaculum Dei sapientia dignum, sub quo si-

SUMMA AUREA DE B. V. MARIA. X.

gnatum est mysterium a sæculis absconditum. — Franc. abbas lib. vi, *De gratia Dei.*

Signaculum cordis nostri. — D. Bonav. in *Canticis Psalterii* B. M. V.

Signaculum cordis Dei. — Matthæus Cantacuzenus in cap. 8, *Cantic. cantorum.*

Signaculum pulchritudinis in deliciis paradisi. — Henric. de Hassia in Epistola sui tractatus *De Concept.* B. M. V.

Signaculum cordis nostri. — Tho. a Kempis in *Sotiloquis*, cap. 24.

SIGNIFERA virginitatis. — Idiota, *De B. M. V.* part. III, contempl. 1.

Signifera virginitatis. — Rich. a S. Laur. *De laud. sanctiss. M. V.* lib. III.

Signifera virginitatis. — Hugo Carensis in *Psal. xviii.*

Signifera virginum. — B. Bonav. in *Litanis Psalterii* B. M. V.

Signifera deitatis. — Jo. Hondonius in *Invocatione sanctiss. Deiparæ V.*

Signifera virginitatis. — Bernardin. de Bustis, serm. 2, *de assimilat.* B. M. V.

SIGNUM nobis ad salutem a Domino datum. Deus enim homo factus est, et ipse Dominus salvavit nos, ipse dans Virginis signum, sive signo Virginis regi Achaz dato. — D. Irenæus lib. III, *Adversus hæreses*, cap. 23.

Signum mirabile et prodigiosum, multumque a communi natura diversum. — D. Basil. hom. *De humana Christi generatione*, quæ est 25 in ordine reliquarum.

Signum cui contradicitur. — Timoteus presbyter Ilerosolym., in orat. *De propheta Simeone dei susceptore.*

Signum dissolutionis eorum quæ in templo Ilerosolymitano fieri consueverunt. — Georg. Nicomed. archiep. in orat. *De exitu SS. Virg. Dei Parentis, quando fuit oblata in templo.*

Signum hominibus, concipiens et pariens Virgo, quia Deus erat homo ille qui concepibatur et pariebatur. — Guarnerius abbas serm. 3, *De Annunt. B. M. V.*

Signum in bonum. — Ibid.

Signum magnum in cœlo visum et de cœlo promissum. — D. Bernard. serm. *De B. V.* super illud Apoc. *Signum magnum.*

Signum magnum in cœlo, — Rich. a S. Vict. *Expositione in Cantic. cantor.* cap. 59.

Signum, quod supra sidera, supra cœlum, supra omnem creaturam præcelsius et glorio-sius præminet. — Petr. Cellensis, serm. 6, *De Adventu.*

Signum solstitiale solis justitiae. — Absalon abbas, serm. 2, *De Salvatoris Adventu.*

Signum solstitii æstivalis, quia in ipsa, redivivo quodam calore gratiæ, sol justitiae ad nos appro-pinquavit. — Ibid.

Signum ævi, insigniens omnem ætatem, præsen-

tem, præteritam et futuram. — Rich. a S. Laur. *De laud. S. V.* lib. vi.

Signum magnum active, quia signat nobis sermonibus, responsionibus et operibus suis, quid amplectendum sit, quid cavendum, quid appretiandum, quid vilipendendum. — Idem *De laud. sanctiss. V.* lib. xii.

Signum magnum gratia et gloria, merito et præmio, vel ut fiat comparatio, magnum quia Virgo, majus quia Mater, maximum quia Mater Dei, ultra quod nulla magnitudo creaturæ. — Ibid.

Signum magnum passive, quia signata est in operibus antiquorum, in factis patriarcharum, in oraculis prophetarum, ut in arca Noe, in virga Aaron, in rubo Moysi, in arca Testamenti, in throno Salomonis. — Ibid.

Signum magnum, ratione dantis, scilicet ipsius Domini, Isa. vii: « Dabit Dominus ipse vobis signum » quasi non aliud; quia nullus dare posset tale signum, nisi ipse solus; vel in hoc, quod dicitur Dominus ipse, signatur, quod hoc signum nec divinitas operata est sine homine, nec humana res sine divinitate Verbi. — Ibid.

Signum magnum ratione situs, vel loci in quo apparuit, nempe in celo; vere enim magnum est quidquid cœleste est; sed minimum quidquid terrenum est; quia terra est quasi punctum sive centrum cœli, cœlum vero quasi magna camera circumquaque diffusa. — Ibid.

Signum magnum ratione novitatis; nunquam enim auditum, vel visum fuerat, nunquam in cor hominis ascenderat, quod aliqua pura creatura, scilicet homo, exaltaretur super universos et singulos ordines angelorum. — Ibid.

Signum avi, insigniens omnem ætatem, præteritam et futuram. — Jean. Halgrin. in cap. vi *Cant. cantic.*

Signum divinum. — D. Amadeus, hom. 5, *de sanctiss. V. M.*

Signum divinæ bonitatis et sapientiæ. — S. Thom. Aquinas super cap. xii *Apoc.*

Signum divinæ charitatis et pietatis ad genus humanum, Isa. vii: « Propter hoc dabit Dominus ipse vobis signum. » — Ibid.

Signum magnum divinæ charitatis et pietatis ad genus humanum, quia Deus valde magnum indicium bonitatis suæ et charitatis ad homines ostendit in ipsa. — Ibid.

Signum in cœlo, ad quod fluctuans navem cordis dirigere debet. — Albert. Magn. in *Postillis* super cap. i Matth.

Signum severitatis, formidoloso peccatori. — Idem in *Biblia Mariæ* super lib. Gen.

Signum foederis inter nos et Deum. — Ern. Prag. in *Mariali*, cap. 14.

Signum divinæ bonitatis et sapientiæ, divinæ charitatis et elementiæ ad humanum genus, teste Isa. vii, ubi ait: « Dabit Dominus ipse vobis si-

guum : Ecce virgo concipiet. » — D. Bernard. *Senatus*, tom. III, serm. *de Nativ. B. M. V.*

Signum magnæ gloriæ, tam utique magnæ quod, ultra quam dici possit, superat et lætitiat omnes angelicos cives. — Idem, tom. I, serm. 61.

Signum magnæ gratiæ, in incarnatione Filii Dei demonstratae et datae. *Signum enim operit et claudit quod signatum est*: et beata Virgo in immaculato utero suo, ex dono gratiæ magnæ et infinitæ clausit et operuit Filium Dei pro nobis, quando scilicet Verbum caro factum est, et habitavit in ea. Unde Ezech. xxxii, Dominus ait: « Solem nube tegam, » id est Christum in Virgine abscondam. — Ibid.

Signum magnæ gratiæ, quia cœlum et Deum per earnis assumptionem fecit esse nobiscum ex gratia sua. — Ibid.

Signum magnæ intelligentiæ; *signum enim ducit in signati cognitionem*. Sic Virgo Maria supra omnem aliam creaturam, ducit in sapientiam et intelligentiam Filii sui et Dei; hinc Isa. LIX, de ipsa Dominus ait: « Exaltabo ad populum meum signum ineum, » id est, per signum utique meum, quod est gloriosa Virgo, altam intelligentiam dabo de me ipso et de Filio meo. — Ibid.

Signum magnum, quia magnam charitatem generi humano Deus ostendit in ea. — Idem, tom. III, serm. *de Nativit. Domini*.

Signum populorum, Isa. xli, signum quippe est, quod se offert sensui, aliquid relinquens intellectui. Maria autem incarnatum Deum sensui præsentavit, quia in terris visus est, et cum hominibus conversatus est, ut dicitur Baruch. iii. Sed aliquid intellectui derelinquit, quia per hoc, quod Dei Filium in carne sua visibilem exhibuit, divinitatem per fidem intellectui patefecit; propterea vere fuit signum, quemadmodum Isa. vii, ait Dominus ad Achaz: « Pete tibi signum a Domino Deo tuo, » et sequitur: « Ecce Virgo concipiet, et pariet filium, et vocabitur nomen ejus Emmanuel. » — Idem, tom. III, serm. 1, *de gloriose nomine Mariæ*.

Signum virginale et cœleste, quod in cœlo apparuit Ecclesiæ militanti, ut omnibus bene vivendi præberet exemplum. — Idem, tom. I, serm. 61.

Signum virginale, quod apparuit, et quotidie apparet in cœlo animæ, quando, scilicet, quilibet justus, seu peccator devotionis Virginis non est oblitus, sed in hoc mari sæculi periculis pleno, devotionis oculos ad Mariam, quæ dicitur Stella maris, instanter levat. — Ibid.

Signum virginale, quod apparuit in cœlo gloriæ, cum scilicet in anima et corpore in cœlum assumta est, ex qua tota cœlestis curia decoratur. — Ibid.

Signum magnum, quod in cœlo Ecclesiæ militantis et triumphantis apparuit. — D. Antoninus in *Summa*, iii part., tit. 31, cap. 3.

Signum salutis. — Joan. Polæonidorus lib. v,

Fasciculi tripartiti Historiar. ord. Deip. V. Mariæ de Monte Carmelo, cap. 7.

Signum Domini. — Bernard. de Bustis serm. 6, *De nominat. Mariæ.*

Signum resplendens in gloria cœlesti. — Idem in *Mariali*, serm. 2, *De Coronat. B. M. V.*

Signum fœderis inter Deum et nos, in generationes sempiternas. Gen. ix. — Maurit. de Villa Probata, serm. 25, *Coronæ novæ B. M.*

Signum resplendens in gloria cœlesti, multo magis quam smaragdus in medio auri. — Ibid. serm. 31.

Signum nostræ reconciliationis cum Deo. — Ibid. serm. 22.

Signum populorum. — Ibid. serm. 5.

Signum supremi adjutorii. — Frider. Fornerus in Epist. dedicatoria sue *Palmæ triumphatis.*

SIMEON, precum Deo præsentatione. — Barthol. de Pisis, lib. 1, *De laudib. sanctiss. V.*

SIMILA, ex qua nobis confectus est panis cœli. — D. Joan. Rusbroch. *De tabernaculo fœderis*, cap. 118.

SIMILITUDO expressissima Dei. — Ern. Prag. in *Mariali*, cap. 14.

SIMULACRUM immaculatum puritatis atque integratatis. — D. Gregor. Thaumat. orat. 2, *in Annunt. B. M. V.*

Simulacrum cœli in die Incarnationis, quando ex ejus utero prospiliere radii, quando incarnatus sola matrice erupit, quando lux in humana forma fuit efformata, quando partus fuit Nati exortus, non exordium. — S. Proclus in orat. 2, quæ est *De incarnatione Domini in B. V.*

Simulacrum divinum ac vivum, ad quod opifex Deus inventus est, mentem quidem divinitus gubernantem habens, ac soli Deo operam dantem; cupiditatem autem omnem ad id quod solum expetendum atque amandum est intentam. — S. Jo. Damasc. orat. 4, *De Nativit. B. M. V.*

Simulacrum divinum. — S. Amadeus, hom. 3, *De laud. sanctiss. V. M.*

Simulacrum admirabile. — Isidor. Thess. orat. *De Assumpt. B. M. V.*

Simulacrum novitate mira decorum. — Idem in orat. *De Nativ. B. M. V.*

Simulacrum novum et incomparabile. — Ibid.

Simulacrum præclarissimum splendidissimumque, post Christi humanitatem, contemplandi Altissimum, in quo plane simulacro beati in cœlo adorandæ Trinitatis bonitatem, pietatem, charitatem, omnipotentiam, sapientiam, liberalitatem, misericordiam, æquitatem limpidissime ac jucundissime contemplantur, et Deum laudent in ipsa, ac ipsam in Deo, qui se tam charitable ac liberallissime communicavit, ac dedit Virgini tantæ, atque per eam omnia tam sapienter et clementer refecit, sicut per primam feminam omnia fuerant deformata. — Dion. Carth. lib. iv *De laud. sanctiss. V.*, art. 45.

Simulacrum totius sanctitatis. — Idem, *De laud. sanctiss. V.* lib. 1, art. 2.

Simulacrum virtutum. — Idem, lib. 1, *De præcon. B. Mariæ*, art. 24.

SINUS exiguis immensi illius sinus omnia in se concludentis. — S. Method. in hom. fest. *Purific. B. M. V.*

Sinus angustus omnia complectens. — S. Andr. Cretens. orat. 1, *De Dormit. sanctiss. V.*

Sinus magnus virginitatis, in ejus Nativitate rerectus. — Idem, orat. *De Nativ. B. M. V.*

Sinus ævi. — Joan. Geometra in *B. V. hymn. 2.*

Sinus immensi. — Idem, serm. *in Annunt. sanctiss. Dei Genitricis.*

Sinus securitatis et tranquillitatis. — Ern. Prag. in *Mariali*, cap. 22.

SION, in qua Deus factus est homo. — D. August. *Enarratione in psalmum XLII.*

Sion Mater, quam fundavit Altissimus, et homo in ipsa factus est. — Venant. Fortunat. *Elegia in laud. sanctiss. M. V.*

Sion de qua veniet Redemptor, et amolietur iniquitates Dei Jacob, quam elegit Dominus in habitationem sibi. — S. German. in suo *Mariali*.

Sion, quæ percipitur intelligentia, quam David prædictit divinus. — Idem in orat. *in zonam. Deip.*

Sion nova, cuius in turribus ipse Deus cognoscitur, mediusque pertransit inconcussam servans; gentes commovens, et reges prosternens, ut adorent gloriam ipsius. — Idem in orat. 4 *in Præsentat. B. M. V.*

Sion, civitas anima Regis regum Christi, de qua gloriosa dicta sunt. — S. Jo. Damascen. in *Can. sanctiss. Deipara V.*

Sion sancta, quam elegit Opifex, quam Verbo providentiae præparavit ante sæcula, in qua in carne est genitus, ex qua progressus diaboli vires contrivit. — Georg. Nicomed. in Orat. *De exitu sanctiss. V. M., quando fuit oblata in templo.*

Sion, id est, speculativa plus quam omnes. — Randolph. Ardens, hom. 1, *in Assumpt. B. M. V.*

Sion, de qua Deus nos tuetur incarnatus memor nostri libaminis. — D. Anselm. in *Psalterio B. M. V.* part. 1.

Sion gloriosa, de qua nobis manifesta fit carne Verbi facies, decoris Dei species. — Ibid.

Sion, in qua Deus habitavit, homo factus. — Ibid.

Sion, in qua natus est fundator ipse ejus. — Idem in *Psalterio B. V. M.*, part. ii.

Sion pacis, in qua decet hymnus Deum — Ibid.

Sion, quæ parturivit et peperit masculum, id est Christum, Filium masculum, Filium fortissimum, valentem, ad debellandum fortem armatum. — Rupert. abbas lib. ii *Commentar. in Isaiam*, cap. xxxi.

Sion — D. Bernard. serm. 1, *in Annuntiat. B. M. V.*

Sion, quam elegit Dominus in hæreditatem sibi.
— Serlo abbas, serm. 2, *De Assumpt. B. V. M.*

Sion ad quam dicitur: *Adorna thalamum tuum, Sion.* — Petrus Cellensis serm. *De Purificat. B. M.V.*

Sion, in cuius thalamo Sponsus cubavit vespere, et mane, et meridie; mane per Annuntiationem angelicam; meridie per obumbrationem Spiritus sancti; vespere per partum ejusdem Virg. — Ibid..

Sion quæ ita adornavit thalamum suum, ut nihil fuerit quod Pater abhoruerit, nihil quod Filium offendenter, nihil quod Spiritum sanctum rejecerit. — Ibid.

Sion, de qua dicit Pater, Isa.: « Dabo in Sion, id est in Maria, salutem, » id est, Jesum, qui interpretatur *salus*, qui datus est ei in incarnatione, quando factus est Filius ejus, et per ipsam datus est nobis. — Rich. a S. Laur. *De laud. sanctiss. Virg. lib. n.*

Sion, quia sicut Sion erat locus eminentissimus in Hierusalem, sic beata Virgo in utraque Ecclesia. — Ibid.

Sion de qua ortus est Emmanuel, et missus in salutem Israel. — Hildebert. in procœm. *de Nativ. Domini.*

Sion ob cœlestium contemplationem, et quia sicut Sion erat locus eminentissimus et tutissimus in Jerusalem, sic beata Virgo in Ecclesia. — Hugo Carensis in *psalmum LXXXVI.*

Sion mons sublimis. — D. Bonav. in *Psalterio minori B. V. M.*, quinquagena 3.

Sion vera, quam elegit Dominus in habitationem; ibi requies sua in sæculum sæculi, ibi habitavit quando elegit eam. — Albert. Magn. super *Missus est*, cap. 22.

Sion, quam sibi Deus in habitationem elegit. — Jacob. de Voragine in *Mariali* serm. 3. P.

Sion quia gloriam Domini semper speculata fuit. — Ibid.

Sion, nostra nova. — Matthæus Cantacuz. in cap. iv *Cantic. cantor.*

Sion quam Dominus elegit et præelegit in habitationem sibi. — Ern. Prag. in *Mariali* cap. 4.

Sion, cuius portas, id est sensus, diligit Dominus, super omnia tabernacula Jacob, id est, plusquam corpora omnia aliarum virginum. Sicut enim Sion locus in Jerusalem eminentissimus atque tutissimus erat, sic beata Virgo per virtutem eminentiam aliissima atque a vitiis tutissima erat. — D. Bernard Senensis, tom. II, serm. 51.

Sion, electa a Domino in habitationem, psal. cxviii. — Bernardin. de Bustis serm. 5, *De parutione B. M. V.*

Sion, quia semper Domini gloriam speculabatur. *Sion* enim interpretatur *speculatio*. — Ibid.

Sion, cuius artifex et conditor Deus. — Maurit. de Villa Probata, serm. 50 *Coronæ nova B. M.*

Sion, cuius portæ, id est sensus, clausæ fuerunt

contra omne obnoxium et dishonestum, et apertæ ad bonum. — Ibid.

Sion, cuius portas, id est sensus, diligit Deus super omnia tabernacula Jacob, id est, plusquam corpora aliarum virginum. — Ibid.

Sion, eo quod de Sion, id est de Judæis, nata est. — Ibid.

Sion, quia contemplativa. — Ibid.

Sion, quia sicut Sion erat locus amoenissimus et tutissimus in Jerusalem, sic beata Virgo in Ecclesia etiam triumphante. — Ibid.

Siphon, vas sic dictum, quia aquas sufflando fundit, quo scilicet vase utuntur Orientales. Nam ubi senserunt domum ardere, currunt cum siphonis plenis aqua. Et extingunt incendia; sed et cameras expressis ad superiora aquis emundant similiter, et Maria, aquas gratiarum nobis subministrando, extinguit in nobis vitiorum incendia, et per ipsam emundamus ab inquinamentis spiritus et carnis nostræ. — Rich. a S. Laur. *De laud. sanctiss. V. lib. x.*

Situla, de qua descendunt jugiter stillicidia gratiarum, consolationum, aspirationum, illustrationum et hujusmodi, ad humani cordis duritatem excavandam. — Rich. a S. Laur. *De laud. sanctiss. Virg. lib. ix.*

Situla Domini, quæ plus omnibus sitivit Incarnationem ejus, ob redemptionem mundi, et post ascensionem ejus magis sitiebat ad Deum fontem vivum. — Ibid.

Situla Dei, gratia Dei repleta, quæ, si quis eam cum devotione tetigerit, mox gratiam suam effundit. Num. xxiv. — Jacob. de Voragine in *Mariali*, serm. 9. A.

Situla, gratia Dei repleta, quæ, si ab aliquo cum devotione tangatur, mox gratiam suam effundit; unde Num. xxiv, dicitur: « Fluat aqua de situla ejus, » id est, de Virgine Maria, Matre ejus. — Bernardin. de Bustis serm. 5, *De nominat. Mariæ.*

Smaragdus purus. — Cosmas Vestitor orat. in *sanc. Joachim et Annam, Dei Genitricis parentes.*

Smaragdus, quia, si smaragdus gemma auget opes, gratum reddit, juvat eos qui abdita scrutantur, Maria dicit: In viis justitiae ambulabo, ut ditem diligentes me, et thesauros eorum repleam. — Ern. Prag. in *Mariali*, cap. 42.

Smaragdus spiritualis. — Bernardin. de Bustis in *Mariat.* serm. 2, *de Coronat. B. M. V.*

Smaragdus pudicitiae. — Joan. Trith. lib. 1, *De miraculis beatæ Mariæ Virg. in Urticeto*, cap. 6.

Smaragdus viridis, lucens et optimus, suis amatoribus salutarem mentis et corporis præstans continentiam, necessarii victus augens substantiam, illusiones et tentationes fugans diabolicas, vires interioris hominis reficiens fatigatas, Deo et hominibus reddens amabilem, curam epilepsie conferens efficacem, ingenium et memoriam Dominicæ passionis acuens; vim devote precantibus infun-

dens, medicinam afferens visui defatigato, morsu-
que canis rabidi, intoxicatis atque leprosis, apo-
stema simul et calicum patientibus. — Idem lib. 1.
De miraculis B. M. V. in Urticeto, cap. 7.

Smaragdus ratione coloris. Sicut enim smaragdus viriditate sua herbas virentes superat, et viriditatem gemmarum obtinet principatum, sic beata Virgo virginitatem sua, in sacratissimas virgines, quae quasi gemmæ vel herbae carnis viorem semper conser-
varunt, obtinet principatum. — Maurit. de Villa
Probata serm. 31 *Corona novæ B. V.*

Smaragdus ratione nitoris, quia ut dicitur, tantus
est nitor smaragdi, quod ejus viror nec in sole
aliquo modo obumbretur; et similiter tantus fuit
nitor puritatis et virginitatis Domine nostræ, quod
solem justitiae Christum gignendo vel pariendo, in
nullo perdidit suam virginitatem. — Ibid.

Smaragdus ratione operationis, quia smaragdus
valet ad augmentum divitiarum, et beata Virgo
opæ spirituales nobis auget, dum multiplices gra-
tias impetrat, et dum nos ad bene operandum et
merita emulandum incitat; smaragdus collo
suspensus a morbo caduco præservat, beata Virgo
a casu et peccato reprimet et conservat; smaragdus
lascivos motus refrenat, et contra illusiones
et phantasmata dæmonum valet; beata Virgo contra
tentationes et illusiones dæmonum, et contra
lascivæ libidinem auxilium nobis præbet; smaragdus
visum confortat, et beata Virgo visum con-
fortavit, producendo nobis verum lumen Christum,
qui illuminat omnem hominem. — Ibid.

Smaragdus ratione repræsentationis, quia, ut
dicitur in libro *De proprietate rerum*, si corpus
smaragdi extensem fuerit, et extensem sive politum
ad modum speculi, imagines repræsentat; et
similiter beata Virgo, cuius corpus fuit extensem
ex divinali gravitatione, extensem et politum ex
omnis immunditiae elongatione et omnium virtutum
adornatione, imagines nobis repræsentavit,
id est, divinam et humanam, quia Verbum incarnatum
nobis protulit, id est, Dominum Jesum Christum,
qui in quantum Verbum est imago Patris, et figura substantiae ejus, ad Coloss. 1, et
secundum carnem sive humanitatem est, ut ita
dicam, imago Matris, id est, homo ex homine in
similitudinem hominum factus, et habitu inventus
ut homo, ad *Philippenses* 2. — Ibid.

Soboles ingens suorum parentum. — D. Fulbert.
Carnotensis serm. 3. *De Nativ. sanctiss. Virg.*

Soboles naturæ speciosissima. — Jacob. Monachus in *Mariali*, orat. II.

Soboles pulcherrima. — Isidor. Thessalon. in
orat. *De Nativ. B. M. V.*

Socia Dei in Incarnatione. — S. Ephrem in tract.
De margarita pretiosa.

Socia angelorum. — S. Georg. Nicomed. orat. 3,
De Præsentat. B. M. V.

Socia sola salutaris passionis Christi. — Idem
in *S. Mariam assistentem cruci.*

Socia conjunctione perpetua vitæ unigeniti Filii
sui. — S. Germ. orat. 1, in *Dormit. B. M. V.*

Socia impigra viatorum. — Joan. Geometra in
B. V. hymno 4.

Socia angelorum per munditiam integratatis. —
Hugo de S. Victore lib. *De perpetua virginitate B.*
M. V.

Socia nostra. — D. Bernard. in orat. rhythmic. *ad*
Dom. Jesum ejusque sanctiss. Matrem.

Socia vitæ angelorum. — Idem serm. *in Nativit.*
sancitiss. Virg., de Aquæductu.

Socia angelorum per munditium integratatis. —
Rich. a S. Laur. *De laud. sanctiss. Virg.* lib. III.

Socia particeps in regno Dei. — Albert. Magnus
super *Missus est*, cap. 71.

Socia toti Trinitati. — Jacob. de Voragine serm.
7, *De Annuntiat. B. M. V.*

Socia nobis a Dèo data, non solum naturalis, ut
ita loquar, et generalis humanae naturæ reconcilia-
tionis, ut Dei et hominum mediatrix, opportuna-
que fieret in tempore iracundiae reconciliatio,
quenadmodum Esther super omnes mulieres ab
Assuero adamata, revocata regis sententia salutem
obtinuit populo suo, suspenso proditionis pro-
curatore in patibulo, verum etiam data socia perso-
nalism et privatae reconciliationis, ut maternis
affluens visceribus super filiorum damnatione. —
Antonius Pocquet. serm. 8, *De Concept. B. M. V.*

Socia nostræ peregrinationis nobis a Dèo data
non solum naturæ similitudine, sed sociali opitu-
latione. Solet enim fidelis socius itineris viam do-
cere, fatigatum sustinere, dulci socium alloquo
convenire, injuriam vel aggressum defendere,
et alium offendentem excusare, et ad satisfactio-
nem, si is per se non sufficit, se obligare; talemque
se nobis exhibuit et exhibet usque adhuc beata
Virgo, quam dedit nobis Dominus sociam peregrina-
tionis; nam docet nos viam veritatis et justitiae, sanctæ
conversationis exemplo: etenim sequens illam
non deviat, cuius vita inclyta cunctas illustrat
Ecclesiæ. Hinc Stella maris appellatur, quæ suos
devotos contemplatores et imitatores perducat ad
portum salutis: novit utique viam, quæ Viam pe-
perit, cuius est pes secutus vestigia, nec ad dex-
tram declinans, nec ad sinistram. Docet quoque
viam precibus assiduis, revocans errantes in invio,
et iter pandens ante eos; fatigatum sustinet et
confortat, dum ex isto tempore ad incedendum
excitat, pusillanimitatem charitatis profligans stren-
uitate; sustinet quoque, donec vires resumat,
visitatus ab alto, suo non deserens juvamine in
cœpto pergentem itinere. Est etiam velut comes
facundus pro vehiculo, cuius non habet amaritudi-
nem conversationis, nec tedium convictus, sed læti-
tiam et gaudium; dulci namque resovet sermone,
quos duplex afficit tedium viæ prolixioris, affectio-
nes sanctas, devotas meditationes, sincera desi-
deria, et castas ingerens cogitationes suis precibus

et meritis; denique defendit offensum, et tuerit adversus insurgentes inimicos aggressum, siue fluit cera a facie ignis, sic fugientibus cunctis, ea in auxilium exsurgente. — Ibid.

Socia reconciliationis humanæ quam dedit nobis Dominus ad faciendam misericordiam cum patribus et filiis senioribus et parvulis. — Ibid.

Socia Spiritus sancti. — Joan. Mauburn. in *Rosario de praeconiis B. M. V. membro 1.*

Socia Dei familiarissima. — Dionys. Carth. lib. 1, *De laud. S. V. art. 24.*

Socia totius superbeatissimæ Trinitatis. — Idem in *Cant. art. 8.*

Socia amabilis et indissolubilis totius individuæ Trinitatis. — Dionys. Fab. tract. 1, *De Concept. B. M. V.*

Socia Filii sui in omni dolore ac tribulatione. — Robert. Bellarmin. in conc. 1, super *Missus est.*

Socia omuim molestarum et passionum Christi. — Idem in conc. *De Assumpt. B. M. V.*

Socrus sanctarum animalium. — D. Althelmus in lib. *De laud. virginitatis*, cap. 22.

Sol non cessans moveri, sed semper proficiens, nunquam deficiens nec sibi, nec aliis: amore in altari cordis sui tanquam ignem indeficientem jugiter portans. — S. Philippus apostolus, sermon in *Transitu B. M. V.* apud Amadenum, rapt. 8.

Sol, quæ lumen nobis attulit. — Ibid.

Sol, in quo posuit Rex tabernaculum suum, et processit Sponsus ad nos de thalamo suo, Rex virtutum, Rex gloriae, ut omnes regnent per eum. — D. Ildephons. sermon. 1, *De Assumpt. B. M. V.*

Sol, de quo psal. xviii: « In sole posuit tabernaculum suum, et ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo. » — S. German. Constant. sermon in *Nativit. B. M. V.*

Sol mysticus. Quemadmodum enim splendidissimus hic perpetuaque luce prædictus *Sol*, tametsi cum a lunari corpore aliquantis per obducitur, quodammodo deficere, caligineque obrui, ac fulgorem cum tenebris commutare videatur, non tamen a luce sua excedit, verum perennis in se vitæ fontem scaturientem habet: imo, ut rectius loquar, ipse deficiens luminis fons est, quemadmodum scilicet Deus constituit, a quo ille creatus est: ad eumdem quoque modum beata Virgo fons perennis veri luminis, atque inexhaustus, ipsius per se, ac subsistentis vita thesaurus, et uberrima benedictionis scaturigo, quæ nobis bonorum omnium parentes et causa exstitit, etiam si ad breve aliquod temporis spatium corporeo modo morte obiecta fuerit, tamen immensi luminis vitæ immortalis, ac veræ beatitudinis puros et inexhaustos latices, gratiae flumina, sanationum fontes ac perennem benedictionem nobis fudit. — S. Jo. Damasc. in orat. 1, *De Assumpt. B. M. V.*

Sol radians, effundens splendores salutares in omnes fines terre. — S. Joseph. Hymn. in *Mariali.*

Sol clarus per sapientiam, purus per continen-

tiam, fulgidus per famam, calidus per charitatem, et exaltatus per Christi conceptionem. — Idiota, *De B. V. part. xiv, contempl. 45.*

Sol illuminans intellectum per veram cognitionem, et inflammans affectum per veram dilectionem. — Ibid.

Sol in magnitudine et potestate, in utilitate, in claritate et in calore, cuius magnitudo est ejus humilitas, quia in humilitate omnis animæ quantitas mensuratur, cuius potestas est fides, quia fides potestas animæ est. Nam quantum habet quisque fidei, tantum habet potentia, cuius utilitas est misericordia, qua post misericordiam ejus Filii benedicti, nihil est utilius humanæ creaturæ; cuius claritas est ejus puritas, calor vero est ejus charitas, quia charitas est animæ caliditas. — Ibid.

Sol, quia sicut sol cæteris sideribus claritate lumini et maiestate præfertur, sic ipsa in cœlesti gloria sanctis omnibus honore et gloria superposita est. — Ibid.

Sol, quia sicut solem ignis non comburit, nec aqua emollit, nec gladius scindit, nec foctor corruptit, nec vitium obsistit, sic beata Virgo incorruptibilis fuit. — Idem *De B. M. V. Part. xv, contempl. 2.*

Sol, quia sicut sol non crescit, nec decrescit, sic ipsa non crevit per elationem, nec unquam decrevit per pusillanimitatem. — Ibid.

Sol, quia sicut sol radiis suæ claritatis illuminat mundum, sic beata Virgo suis virtutibus et exemplis populum irradiat Christianum; ideo dicit de se ipsa Eccl. xxiv: « Illuminabo omnes sperantes in Domino, » alios nequaquam. — idem *De B. M. V. part. iv, contempl. 6.*

Sol, quia sicut sol super bonos et malos oritur indifferenter, sic beata Virgo præterita merita non discutiens, clementissimam et exorabilem se exhibet, ac omnibus necessitatibus liberaliter subvenit, quia habuit gratiam superplenam, cum largæ et plena diffusione. Ejus namque gratiam sensit infernus, quia, mediante ea, exsoliatus fuit; sensit terra, quia mortuos reddidit; sensit cœlum, quia se aperuit; senserunt angeli, quia fuerunt reparati; seuserunt peccatores, quia fuerunt justificati. — Ibid. part. v, contemplation. 4.

Sol, qui dicitur, quasi sua omnibus largiens, quia ipsa, quidquid habet, quantum in se est, communicat et bonis et malis; malis enim veniam impetrat, et gratiam justis multiplicat et conservat; et sicut sol fulgore suo totum illustrat orbem terrarum, sic ipsa fulgore miraculorum totum illustrat orbem terrarum, et illustrabit usque ad diem iudicij; et sicut sol est rex siderum, sic ipsa Regina virginum, imo sanctorum omnium. — Ibid. part. xiv, contempl. 15.

Sol dei mystici. — D. Anselm. in hymno 2, *B. Dei genitricis.*

Sol cuiuslibet virtutis, aut bonis operis consum-

matione. — Hugo de S. Victore, serm. in *Nat. et Assumpt. B. M. V.*, qui est in ordine 34.

Sol. — D. Bernard. serm. 3, super *Salve Regina*.

Sol in quo Filius Dei veniens ad nos, posuit tabernaculum suum, et de utero ejus velut de thalamo suo tanquam Sponsus procedens, exsultavit, ut in vita hujus saeculi, pro salute nostra Patri obediens usque ad mortem perseveraret, et sic Ecclesiam a damnatione antiqui hostis liberatam, et sanguine suo dotatam sponsam sibi associaret. — Serlo abbas serm. 1, *De Assumpt. B. M. V.*

Sol, quia sicut de prolato radio non corruptitur aut uiuuitur solis corpus, sic Mariam parientem non violavit prolatio sacri partus. — Adam de Pers. in *Mariali*, fragm. 2.

Sol splendoris radios exhibens universis. — Ibid.

Sol sanctitate rutilans, qui mundum pressum tenebris gaudet cura pervigili circuire, ruinas frigescentes affectu ferventissimo resarcire, nostras culparum nebulas interventu lucido proturbare, nostrarum terram mentium respectu benignissimo secundare. — Philipp. abbas lib. vi in *Canticor.*, cap. 10.

Sol splendore stabili virtutum radiis insignitus. — Ibid.

Sol propter prærogativam electionis. — Guilielmus Parvus in cap. vi *Cantic.*

Sol spiritualiter, quia sicut sol claritate luminis et majoritate cæteris sideribus antefertur, sic in cœlestis vitæ gudio illa sanctis omnibus jucunditate et gloria superponitur. — Absalon abbas, serm. 1, *De Assumpt. B. V. M.*

Sol, a cuius respectu solvitur glacies, id est, gelidium cordis peccatoris. — Rich. a S. Laur. *De laud. sanctiss. V.* lib. ii.

Sol, clara per sapientiam, pura per continentiam, fulgida per famam, calida per charitatem, exaltata per Christi conceptionem. — Ibid. lib. vii.

Sol, cuius claritas, humilitas, cuius rotunditas, appetitus et desiderium æternitatis, vel æternitas virginitatis. — Ibid.

Sol, de quo dicitur II Machab. 1, ut tempus adfuit quo sol resulxit, qui prius erat in nubilo, accensus est ignis magnus, ita ut omnes mirarentur. Maria enim quandiu fuit in via, fuit quasi sub quodam nubilo, de quo dicitur Job xxvi: « Qui tenet vultum solis sui, et expandit super illud nebulam suam. » Sed ex quo clarificata est nebula sua in Assumptione, accensus est, quoad eam, quasi quidam magnus ignis, devotio fidelium, et ab universis recte credentibus mirabilis prædicatur. — Ibid.

Sol, illuminans intellectum per veram cognitionem, et inflammans affectum per veram dilectionem. — Ibid.

Sol non occidens quoad se; unde dicitur Ecclesiæ Isa. lx: « Nen occidet ultra sol tuus; » occidens autem quoad nos, si mortaliter peccaverimus. Eccl. i: « Oritur sol, et occidit, » ubi Augu-

stinus: Sol iste, si non feceris casum, non faciet tibi occasum. — Ibid.

Sol, quia sicut corpus solis non comprehenditur nisi in radio suo, sic nec Mariæ dignitas, nisi in Filio suo; quantum enī Filius dignior, tantum Mater excellentior. — Ibid.

Sol, quia sicut cum sol oritur in oriente, tunc illuminatur mundus, cum vero in occidente se abscondit, mundus fit tenebrosus, sic cum gratia Mariæ nobis oritur, illuminamur, cum occidit per peccatum nostrum, tunc obtenebramur. — Ibid.

Sol, quia sicut in mundo est unus sol, Maria una sola est Mater et Virgo; unde et comparatur phœnici, quæ est unica avis sine patre. Unde Sedulius: « Nec primam similem visa est, nec habere sequentem; » ideo etiam dicitur electa ut sol, qui similem non habet, nec ipsa similem habet, nec habitura est in æternum. — Ibid.

Sol, quia sicut nunquam deficit lumen solis, similiter nec Maria defecit in Filii passione, licet tunc desiceret omnis sanctus. — Ibid.

Sol, quia sicut qui in solem desigit oculos a posteriori ponit umbram suam: ita qui cordis oculos, intellectum videlicet et affectum, constanter desigit in Mariam ejus recolens paupertatem, umbram rerum labentium facilime addorsat. — Ibid.

Sol, quia sicut sol ad hoc factus est, ut illuminet totum mundum, sicut dicitur Gen. 1, sic Maria ad hoc facta est a Deo Trinitate, ut misericordiam, veniam, gratiam et gloriam quasi lumen a Deo impetraret toti mundo. — Ibid.

Sol, quia si sol dicitur quasi solus lucens; est enim sol iste materialis oculus hujus mundi, lux creaturarum, speculum Creatoris, quo nulla mundana creatura pulchrior, nulla utilior, nulla clarior; quo lucente cætera omnia luminaria sic sunt quasi non sint; sic, et dici debet et credi de Virgine gloria respectu omnium creaturarum, non solum hominum, sed et angelorum. — Ibid.

Sol, quia sicut sol dicitur quasi solis claritate, et cæteris luminaribus claritate luminis et maiestate præfertur: ita in cœlesti gloria Maria sanctis omnibus honore et gloria superponitur. Ideo in figura Mariæ dictum est de Judith, cap. ii: « Non est talis mulier super terram. » — Ibid.

Sol, quia si sol dicitur quasi sua omnibus largiens, Maria quidquid habet, quantum in se est, omnibus communicat et bonis et malis, ut ei conveniat, quod de Patre dicitur Rom. viii: Si pro nobis omnibus tradidit Filium suum, scilicet, volens eum pati, quomodo non etiam cum illo omnia nobis donavit? — Ibid.

Sol, quia sicut sol dicitur, quasi sursum levans, quia in fervore suo attrahit guttas maris salsas, Amos v; ita Maria aquas marinas fœtentes et salsas, nempe amaros peccatores, qui fœtent et amarscent, calore pietatis et charitatis attrahit ad cultum Filii sui orationibus, meritis et exemplis, et sublata ab eis salsedine vitiorum, quasi per gratiam dulcoratas, proponit peccatoribus, qui in

terra sunt, exemplum, ut priorum exemplo posteri conserventur. — Ibid.

Sol, quia sicut sol diem inchoat per ortum, terminat per occasum, distinguit in certas partes per progressum, discernit noctem a die suæ claritatis splendore; ita Maria vitam justi exemplo vitæ suæ, ut ei convenire videatur illud quod de Filio dicitur psal. cxviii: « Ordinatione tua perseverat dies, » id est, vita Christiani. — Ibid.

Sol, quia sicut sol est pulcherrimum luminarium cœli, ita Maria dignissima creaturarum Dei; ideo ipsa dicitur primogenita ante omnem creaturam, id est, dignior omni pura creatura. Eccli. xxiv. — Ibid.

Sol, quia si sol est rex siderum, Maria est Regina virginum, imo omnium sanctorum, qui sunt stellæ, de quibus dicitur Eccli. xlvi, « Species cœli, » id est, Ecclesiæ, « gloria stellarum, » id est virginitas sanctorum. — Ibid.

Sol, quia sicut sol, ex quo mane surrexit, præstolatur tota die ad ostium, paratus intrare domum, si aperiatur ei: similiter et Maria, ex quo ascendit in cœlum, videtur dicere eum Filio, Apoc. iii: « Ego sto ad ostium, et pulso. » — Ibid.

Sol, quia sicut sol fugat tenebras, et mundum illuminat tenebrosum; ita Maria pulsat cunctas hæreses, et mediante partu suo, mundum illuminavit et totam illustrat Ecclesiam suorum radiis exemplorum. — Ibid.

Sol, quia sicut sol, id est, Christus electus est ex millibus hominum, Cant. v, sic Maria electa est ex millibus seminarum, unde dicitur Cant. vi: una est Matri suæ, electa Genitrici suæ. — Ibid.

Sol, quia sicut sol luminare est par sibi non habens, et toti mundo copiose sufficiens; sic beata Virgo, nec primam similem visa est, etc.; item quia fulgore miraculorum lucet ubique terrarum, et lucebit usque ad diem judicii. — Ibid.

Sol, quia sicut sol lunam, sic Maria illuminat Ecclesiam: unde beatus Bernardus: Tolle Mariam, quid restat nisi tenebræ? — Ibid.

Sol, quia sicut sol maculam nescit, de Maria dictum est Cant. iv: « Tota pulchra es, amica mea, et macula non est in te. » — Ibid.

Sol, quia sicut sol nee crescit unquam, nee decrescit: similiter Maria nunquam crevit per elationem, nunquam decrescebat per pusillanimitatem, vel per tristitiam, quæ angustat; quia nec timoris habuit angustiam, nec elationis supercilium. — Ibid.

Sol, quia sicut sol producit terræ nascentia, Maria producit, id est, procul ducit de virtute in virtutem illos, qui exemplo suæ paupertatis exēunt de terra, hoc est, de amore terrenorum, et ita cœlo nascentur, sicut, quod de terra oriuit, sursum crescit. — Ibid.

Sol, quia sicut sol radiis suæ claritatis illuminat mundum; ita Maria suis virtutibus, et exemplis populum irradiat Christianum. — Ibid.

Sol, quia sicut sol sua claritate totum illuminat et ornat mundum, sic species beatæ Virginis, et vita ipsius totam illustrat Ecclesiam. — Ibid.

Sol, quia sicut sol suo lumine penetrat tantum materias mundiores; et quasi limatas, ut vitrum, crystallum, sed crassiores nequaquam: Maria suis radiis illustrat solum vitreos per pœnitentiam, quæ corpus excoquit, cum ipsa sit ignis et per puritatem quasi crystallinus. — Ibid.

Sol, quia sicut tantæ liberalitatis est, quod a nulla creatura quantumcunque fœrente et sorrida, si sit ei exposita, radios suos avertat, nec quantumlibet speciosam illustret, si abscondatur ab eo: similiter nec Maria a quantumcunque vilissimo peccatore ipsam fideliter invocante, avertit respectum pietatis suæ, nec, quantumlibet magnus fuerit quis per litteras, divitias aut honores, ipsum irradiat, si ipsam negligat invocare, multos tamen prævenit, ut velint, et volentes prosecutur, ne frustra voluerint, sicut dicit August. de Filio ejus. — Ibid.

Sol, quantum ad generationem Filii, quia sicut sol sine sui corruptione gignit radium, sic et Virgo Filium. — Ibid. lib. v.

Sol veri solis imaginem repræsentans in universitate. — Ibid. lib. vii.

Sol hæresum tenebras e mundo auferens, cuius lumen, id est fides, nūnquam defecit. — Hugo Carenensis in psalmum xviii.

Sol illuminans. — D. Bonavent. in *Speculo B. M. V.* cap. 5.

Sol qui nullam habuit obscuritatem peccati, in quo Deus posuit tabernaculum suum, id est corpus suum. — D. Thomas Aquin. in *Psal. xviii.*

Sol ardens. I Reg. ii. — Albert Magn. in *Biblia Mariæ* super lib. I Regum.

Sol ad juvandum omnibus fidelibus, Josue x. — Idem in *Biblia Mariæ* super lib. Josue.

Sol cœli per omnia respiciens, Eccli. xlvi; id est, cuiilibet de omni servitio, quod ip̄si impensum fuerit, speciales scintillas æternæ retributionis transmittens, sicut principes facere consueverunt. — Idem serm. 2, in *Assumpt. B. M. V.*

Sol Dei, quem Deus oriri fecit per Nativitatem in mundo, per gratiam in mente: super bonos, ut confirmantur, consolentur et illuminentur, et malos, ut convertantur et salventur. Matth. v. — Idem in *Biblia Mariæ* super Evangel. S. Matthæi.

Sol, qui ortus est toti Ecclesiæ, quando nata fuit. — Idem in *Bibl. Mariæ* super lib. Ecclesiast.

Sol, quia sua præsentia ornat cœlum, Eccl. xxvi. — Idem in *Bibl. Mariæ* super libr. Ecclesiast.

Sol dans justis lucem sapientiæ et calorem divinæ justitiæ. — Jacob. de Voragine in *Mariali*, serm. 9. L.

Sol frigidos accendens igne suæ charitatis. — Idem in *Mariali*, serm. 8. P.

Sol justis, quibus mittit radium gratiæ suæ, et

illuminat eos per exemplum et beneficium. — Idem serm. 2, *pro Sabb. 4 hebdom. Quadrag.*

Sol, quia sicut sol habet tres planetas supra se, et tres infra se, et ipse est medius, sic Virgo gloria beata Maria habet supra se in Trinitate tres personas, et infra se tres status salvandorum, scilicet virginum, continentium et conjugatorum, et ipsa in medio constituta, ubi ipsam beatam Trinitatem reconciliat tribus statibus salvandorum. — Idem serm. 6, *de Purific. B. M. V.*

Sol quosdam illuminans ad Dei cognitionem, alios inflammans ad Dei amorem, alios fructus producere faciens per bonam operationem. — Idem in *Mariali*, serm. 3. F.

Sol, quia sicut sol omnibus mundanis antefertur, sic beata Virgo omnibus creaturis præfertur, et ipsum verum solem imitari ntitur vivendo in omni humilitate, mansuetudine, justitia et sanctitate; et sicut sol sui cursus solitas non mutat habendas, sic beata Virgo propositum, quod semel arripuit, non mutavit. — Alanus de Insul. in cap. vi *Cantic.*

Sol radians in virtute, totum cœlum illuminans. — S. Mechtildis lib. 1 *Gratiæ spiritualis*, cap. 55.

Sol ex quo Sol justitiae corpus accepit. — Jacobus Monachus in *Mariali*, orat. 6.

Sol, eo quod Dei et Patris suscepit Verbum. — Matth. Cantacuzenus in cap. vi *Cant. cantic.*

Sol, in quo Deus posuit tabernaculum suum. — Jo. Taulerus in tract. *de decem cœcitatibus*, cap. ii.

Sol, quia sicut in rebus corporalibus nihil est, quod, secundum Dionysium, magis expresse vestigium Trinitatis ostendat quam sol: ita similiiter in rebus spiritualibus nihil invenimus Deiformius quam Maria. — Ern. Prag. in *Mariali*, cap. 5.

Sol, quia sicut nihil lucidius sole videre potest visus noster exterior, ita nil lucidius atque gloriösius Maria cogitare potest intellectus noster; et sicut sol lucens in virtute reverberat visum nostrum, ita quodammodo Mariæ claritas ipsorum angelorum videtur reverberare affectum stupendum et quarentium, Quæ est ista? — Ibid.

Sol, quia sicut omnia lumenaria cœli sua claritate non solum excedit sed extinguit, ita in comparatione Mariæ cœterorum electorum lumina non apparent. — Ibid.

Sol per vitam exemplarem. — Barthol. de Pisis lib. 1, *De Laud. sanctiss. V.*

Sol, quia charitate plena. — Idem lib. 1, *De laud. V. fructu 8.*

Sol eo, qui videtur, splendidior. — Isidor. Thessalon. orat. *de Assumpt. B. M. V.*

Sol fulgentissimus puritatis. — Ibid.

Sol veram et inextinguibilem afferens mundo lucem. — Ibid.

Sol, de quo Eccli. xxvi: « Sicut sol oriens in mundo, in altissimis Dei, sic mulieris bona species in ornamenti domus suæ. » Nam sicut sol materialis suo splendorc totum illuminat et præor-

nat hemispherium nostrum: sic felicissima Virgo, omnium optima mulierum, universam decorat, illustrat, hæfificat militantem ac triumphantem Ecclesiam. Dominus enim bone mulieris est sancta Ecclesia tam militans Virgini gloriosæ commissa, quam triumphans ex angelis atque hominibus constituta. — Dionys. Carth. lib. 1 *De laud. B. M. V.*, art. 4.

Sol Soli justitiae Christo Domino similis. Quemadmodum enim Christus inter viros, sic beata Virgo inter mulieres incomparabilis est. — Idem lib. 1 *de praeconio S. M.*, art. 23.

Sol, quia quemadmodum sol cuncta sidera ac planetas quantitate, luminositate et causalitate excedit: sic divinissima Virgo, post unicum sui benedicti uteri fructum, universos sanctos in omni perfectione, sapientia, pulchritudine et fecunditate transcendit. — Idem *De laud. B. M. V.* init. lib. 1.

Sol, quia sicut sol cœteris planetis ac stellis est major, luminosior atque causalior, sic beata Virgo post Christum est cœteris sanctis major, perfectione luminosior, sapientia et virtute causalior; utpote Genitrix veri Domini, Salvatoris mundi, et innumerabilium peccatorum reductrix ad gratiam et salutem. — Idem in *Cant.* art. 21.

Sol, quia sicut sol iste lucens atque sensibilis, omnibus indifferenter secundum uniusenquisque capacitatem claritatis suæ radios inficit, sic benignissima Virgo bonis et malis, gratis et ingratiss, justis et injustis exorabilis est atque compatiens; multos deum prævenit et eripit, salvat et ditat, universorumque preces ac necessitates amplissimo itemque materno affectu suscepit atque amplectitur. — Idem lib. iii *De praeconio SS. M. V.*, art. 15.

Sol divinæ gratie lumine semper fulgidus, et nunquam obscuratus tenebris peccati. — Bernard. de Bustis in *Mariali*, serm. 8, *de Concept. B. M. V.*

Sol divinus — Ibid.

Sol fulgentissimus et clarissimus illuminans justos per exemplum et beneficium. — Idem serm. 2, *de assimilat. B. M. V.*

Sol in sua Conceptione, quia clarior omnibus sideribus, id est, omnibus creaturis. — Idem in *Mariali*, serm. 5, *de Concept. B. M. V.*

Sol noster fructuosissimus, quo mediante, omnes fructus nostri efficiuntur maturi, id est, omnia opera nostra, ut jejunnia, orationes et eleemosynæ, et similia sunt Deo grata, et nobis utilia. — Idem serm. 2, *de assimilat. B. M. V.*

Sol, qui nescit occasum. — Idem in *Mariali*, serm. 6, *de Concept. B. M. V.*

Sol refulgens gloria cœlorum, lustrans atria luce, replens saecula. — Idem in *Officio Concept. B. M. V.*

Sol replens filios suos, id est beatos, clarissima Dei visione et ferventissimo ejus amore. — Idem serm. 2, *de nominat. M. V.*

Sol, in quo posuit Altissimus tabernaculum

suum, hoc est, corpus suum. — Claudio Rapinas Cœlestinus serm. 2, *de Concept. B. M. V.*

Sol, utpote quæ fidei splendore illustrata in passione Christi. Sicut enim lumen solis nunquam extinguitur, sic nec illa mota est, nec vacillavit a fide et sola omnium semper persistit immobilis, ardens et lucens. — *Ibid.*

Sol pulcherrimus, universam illustrans Ecclesiasticum. — Jo. Trith. lib. 1, *De Mirac. B. M. V. in Urticeto*, cap. 6.

Sol salutaris sapientiae. — Idem *De miraculis B. M. V. prope Dittelbach*, lib. 1, cap. 40.

Sol bonis et malis communis, his enim comparat gratiam, illis auget. — Philippus de Greve, serm. 190, *in psalm. LXXXVIII.*

Sol justis et perfectis. — *Ibid.*

Sol illuminans, per exemplum et beneficium. — Maurit. de Villa Prob. serm. 9 *Coronæ novæ B. M.*

Sol in situ, quia si sol est in medio planetarum, beata Virgo habet supra se tres divinas personas, et sub se tres angelorum hierarchias. — *Ibid.*

Sol omnes tam justos quam peccatores calefaciens. — *Ibid.*

Sol, propter incorruptibilitatem, impermisiabilitatem, formositatem, luminositatem, fructuositatem et maturitatem. — *Ibid.*

Sol, quo nebula iniurias dissolvitur. — *Ibid.*

Sol suos devotos inflammans ad Dei dilectionem. — *Ibid.*

Sol terræ nascentia producens. — *Ibid. serm. 19.*

Sol, de qua Cant. vi, « electa ut sol, » quia sicut sol in suæ creationis instanti suam omnem adeptus est claritatem: ita beata Virgo in suæ Conceptio-nis instanti omnes assecuta est perfectiones, atque ipsa sine peccato originali concepta. — Petr. Gal. lib. vii, *De arcana*, cap. 5.

Sol in Dominica Annuntiatione et Nativitate, et quotidie veritate, sanctitate, virginitate, obedientia et humilitate, quæ implet omnem iustitiam, et similibus virtutum ardoribus orbem universum illuminans mirabiliterque inflammans et incen-dens. — Joan. Pieus, lib. III, *in Cant. cap. 5.*

Sol mysticus. Nam sicut sol luce sua totum illuminat mundum et cunctis planetis major est et splendidior: sic beata Virgo major ac dignior universis creaturis totam illuminat, secundat atque laetificat Ecclesiam non solum militantem, verum et triumphantem, quia omnium electorum Dei unica est salus et gloria. — Dionys. Fab. tractat. I, *de Concept. B. M. V.*

Sol clarissimus, defectum prorsus nesciens. — Ludov. Blosius in *Endologia* 2, *ad B. M. V.*

Sol e cœlis terram illuminans. — *Ibid.*

Sol a terra cœlos irradians. — *Ibid.*

Sol peccati nubes discentiæ. — *Ibid.*

Sol in Filii passione dolore obscuratus. — Robert. Bellarm. in *conc. de Resurrect. Domini.*

Solamen dulce conversorum. — D. Ephrem in serm. *de laud. B. M. V.*

Solamen in afflictionibus. — Anonym. in *Endolog. seu Rituali Græc. in Officio comm. supplic.*

Solamen pupillorum. — Adam Præmonstraten-sis lib. 1, serm. 40.

Solamen hominum. — D. Bonavent. in *Laud. B. V. M.*

Solamen lugentium. — Idem in *Psalt. B. M. V.*

Solamen sæculi. — Idem in *Laud. B. M. V.*

Solamen omnium miserorum. — S. Mechtild. lib. 1 *Gratiæ spiritualis*, cap. 54.

Solamen miseris. — Joan. Hondemius in *invoca-tione SS. Deiparæ V.*

Solamen unicum reorum. — Henricus Suso in cap. 16 *Dialogi Sapientiae et ministri ejus.*

Solamen laborantium. — D. Laur. Justin. in serm. *de Annuntiat. B. M. V.*

Solamen desolatorum. — Thom. a Kempis in *Soliloquii*, cap. 23.

Solamen unicum sub humilitate mœstorum. — Jo. Trith. lib. 1, *De miraculis B. Virg. in Urticeto*, cap. 6.

Solamen confessorum. — Robert. Bellarm. in *conc. de Nativ. B. V.*

SOLATIUM mundi. — D. Ephrem in serm. *De laud. B. M. V.*

Solatium solitariorum. — *Ibid.*

Solatium unicum, planeque divinum animæ nostræ. — S. Sabbas in *Menœis Græcorum die 29 Jannarii.*

Solatium corum qui affliguntur. — Euthyhanus in *Vita Theophili.*

Solatium laborum. — Georg. Nicomed. orat. 2, *de Concept. Deiparæ V.*

Solatium Christianorum. — S. German. orat. in *zon. Deipar. V.*

Solatium blandum iis qui in mœrore versan-tur. — S. Jo. Damasc. orat. 1, *de Assumpt. B. M. V.*

Solatium nostrum in afflictione. — Idem in *Parac. B. M. V.*

Solatium unicum in terra. — Idem orat. 2, *de Assumpt. B. M. V.*

Solatium miserorum. — S. Anselm. Lucensis super *Salve Regina.*

Solatium miserorum. — D. Bonav. in *Canticis Psalterii B. M. V.*

Solatium nostrum. — Idem in *Psalterio B. M. V.*

Solatium omnium supernorum civium. — Idem in *Canticis Psalterii B. M. V.*

Solatium operantium. — Albert. Magnus super *Missus est*, cap. 160.

Solatium afflictorum. — Jacob. Monach. orat. *de Nativit. B. M. V.*

Solatium amanti. — Ern. Prag. in *Mariati* cap. 59.

Solatium mundi. — D. Laur. Justin. in lib. *De casto connubio Verbi et animæ*, cap. 9.

Solatium peregrinationis. — Idem in serm. *de Nativit. B. M. V.*

Solatium singulare, nendum justis atque devotis, sed miseris quoque, itemque desperatis peccatoriis. — Dionys. Carthus. lib. 1, *De præcon. S. Mariæ*, art. 25

Solatium uniuersum in tribulatione. — Joan. Trith. in orat. *ad S. V.* quæ incipit: *Ave, sole splendidior.*

Solatium dulce animarum nostrarum. — Ludov. Blosius in *Endologia 3*, *ad B. M. V.*

SOLATRIX tribulatorum. — D. Birgitta lib. iv *Revelationum*, cap. 19.

SOLEMNITAS salubris commutationis. — S. Proclus in orat. 1, *de laud. S. V.*

SOLITUDO, in qua apparuit minutum verbi. — Rupert. abbas lib. 1, *Commentar. in Matthæum.*

Solitudo, in qua ros jacuit Spiritus sanctus. — Ibid.

*Solitudo, de qua dixit Isa. xxxv: « Exsultabit solitudo ; » quod fuit, quando dixit: « Exsultavit spiritus meus in Deo salutari meo. » Lucæ 1. — Rich. a S. Laur. *de laud. S. V.* lib. viii.*

Solitudo ob mundi contemptum et amorem solitariae yitæ. — Ibid.

Solitudo, quia separata a turbine mundi et soli intenta Creatori. — Ibid.

Solitudo exsultans terræ, quæ floruit quasi lumen per virginitatem. — D. Bonav. in *Speculo B. M. V.*

Solitudo, quia libenter solitaria fuit. — Ibid.

Solitudo quieta et dulcis ante Filii incarnationem. — Ern. Prag. in *Mariali*, cap. 56.

Solitudo, quantum ad Deum, quia ipsi soli servans fidem, ipsi soli semper vacans, ipsi soli se tota devotione committens. — Ibid.

Solitudo per fugam. — Barthol. de Pisis, lib. 1, *De laud. S. V.*, fructu 2.

Solitudo, quia Deum assidue contemplabatur. — Ibid. fructu 8.

Solitudo exsultans, Isa. xxxv, quia viro non conjuncta germinavit, id est, peperit cum lætitia. — D. Anton. in *Summ. part. iv*, tit. 18, cap. 31.

*SOLIUM sublime et elevatum, in quo sedens Dominus Sabaoth, prophetarum acutissimo Isaiae visus est, Isa. vi. — S. Andr. Cretens. orat. *de Dormit. SS. V.**

Soliū excelsum et elevatum, super quod propheta sedentem vidit Dominum Sabaoth. — S. German. Constant. in *Nativ. B. V. M.*

Soliū elevatum in gloria, animata sedes, quæ Dei cathedram in se ipsa designavit, et Deum, qui super intellectuales requiescit virtutes, continuit. — S. Joan. Damascen. orat. 4, *de Nativitate B. V. M.*

Soliū regium, cui astiterunt angeli, Dominum

et effectorem insidentem cernentes. — Idem orat. *de Assumpt. B. V. M.*

Soliū excelsum et elevatum Domini Sabaoth. — Joan. episc. Aretinus in tractat *de Dormit. SS. V. M.*

Soliū regale. — Ibid.

Soliū Dei triumphantis in cœlo — Guerrie. abbas serm. 1, *de Assumpt. B. V. M.*

Soliū excelsum et elevatum super omnem creaturam. — Idem serm. 1 *de Annunt. B. V. M.*

Soliū speciale Regis excelsum, et elevatum super gloriam omnium. — Idem serm. 1, *de Assumpt. B. V. M.*

Soliū divinitatis. — S. Petr. Damian. serm. 2, *de Nativit. B. V. M.*

Soliū imperii. — D. Anselm. in hymn. 2, *B. Dei Genitricis.*

Soliū Deitatis. — S. Petr. Maurit. Cluniac. *Prosa in honorem Matris Domini.*

Soliū totius Trinitatis. — Idem lib. iii *Epistolar., Epist. ult.*

Soliū excelsum et elevatum super choros angelorum. — Petr. Bles. serm. 33.

Soliū excelsum per arduam novitatem virginitatis propositi, elevatum per singularitatem spiritualis doni, id est, fecunditatem uteri. — Helinandus Cisterc. serm. 1, *de Nativ. Domini.*

Soliū Domini excelsum ob dignitatem conditionis, elevatum ob prærogativam virtutis, et superexaltatum ob susceptionem Filii Dei in se. — Rich. a S. Laur. *de laud. B. V. lib. x.*

Soliū Dei in misericordia præparatum. — D. Bonavent. in *Speculo B. V. M.*, cap. 8.

Soliū divinæ misericordiæ, in quo omnes inveniunt solatia misericordiæ. — Ibid.

Soliū excelsum et elevatum : excelsum, quia supra conditionem naturæ corruptæ a somite liberatum ; elevatum autem, quia super hominem, ne peccandi haberet potentiam, est per gratiæ beneficium confirmatum. — Idem lib. *De ecclesiast. Hierarchia*, part. iv, circa finem.

Soliū vere beatissimum, vere stabilissimum, excelsum intellectu, elevatum in affectu, excelsum super homines, elevatum super angelos ; excelsum in gratia, elevatum in gloria. — Idem in *Speculo B. V. M.* cap. 7.

Soliū Domini, in quo Deus sedit, per misericordiam se incarnando. — Albert. Magn. in *Biblia Mariæ* super Jeremiam prophet.

Soliū gloriæ, quod sibi Rex cœli externaliter elegit. — Idem super *Missus est*, cap. 193.

*Soliū incarnationis Filii Dei excelsum quantum ad animam, elevatum, quantum ad corpus, Isa. vi. Idem in *Bibl. Mar.* sup. proph. Isaiam.*

Soliū misericordiæ, ad quod peccatores misericorditer congregantur, et ibi absolvuntur, et non secundum merita puniuntur. Jerem. iii. — Idem in *Biblia Mariæ* sup. Jeremiam proph.

Soliū misericordiæ, ad quod veniens peccator

absolvitur, Job xxiii. — Idem in *Biblia Mariæ* super lib. Job.

Solum misericordiae, in quo Filius Dei misericorditer judicat peccatorem, Isa. xvi. — Idem in *Biblia Mariæ* sup. prophet. Isaiam.

Solum propitiationis. — Idem in *Bibl. Mar.* sup. Jeremiam prophet.

Solum regale, in quo Dei Filius, utpote verus Salomon, id est, rex pacificus, sedit, judicans omnes fines terræ; medio siquidem tempore, quo in Virginis utero gestabatur, non minus ea quæ sursum erant in cœlo, et que in terra deorsum, prudentissime gubernavit. — Idem in *Annunt. B. V. M.* serm. 1.

Solum summi Regis. — Jacob. de Vorag. in *Mariali*, serm. 6, T.

Solum excelsum et elevatum, quod vidit Isaias in templo cœlesti, super quod templum stabat Seraphim clamans jugiter: Sanctus, sanctus, sanctus. — Ern. Prag. in *Mariali*, cap. 150.

Solum excelsum super gratiam, elevatum super gloriam, in quo sedit Rex latus et hilarius, utpote in regalibus nuptiis et convivio permagnisico. — Idem in *Mariali*, cap. 148.

Solum egregium, quod sibi præparavit in misericordia increata, sed incarnanda dignanter propter nos Dei sapientia. — Anton. Pocq. serm. 7, *de Concept. B. V. M.*

Solum excelsum et elevatum ratione dignitatis altissimæ, cuius majestate plena erat omnis terra, ratione dignitatis latissimæ. — D. Bernard. Senensis, tom. III, serm. *de Assumpt. B. V. M.*

Solum, super quod Isa. vi, vidit Dominum sedentem, quia Dominus immobiliter requievit super Virginem ratione dignitatis firmissimæ. — Ibid.

Solum Salomonis, id est, Salvatoris, in quo fuit Deus mundum reconcilians sibi, quoniam ipsa non solum portavit Unigenitum Dei in sua mente per fidem, charitatem ac jugem memoriam veneracionemque præcipnam, sed etiam in suo inviolabili utero tulit eum ex se hominem factum. — Dion. Carthus. in *Cant.* art. 12.

Solum gloriæ Dei. — Paulus de Heredita in tract. *de Concept. B. V. M.*

Solum Salomonis cœlestis. — Bernardin. de Bustis, serm. 3, *de assimilat. B. V. M.*

Solum summi Regis. — Ibid.

Solum valde sublime, super quod sedit Deus. — Idem serm. 2, *de assimilat. B. V. M.*

Solum summae Trinitatis, quod angeli venerantur. — Jo. Trith. lib. i, *De mirac. B. V. M.* in Urticeto, cap. 6.

Solum gloriæ Domini. — Philipp. de Greve serm. 190, in *Psal. LXXXVIII*, qui sermo est *De B. V. M. comparata throno, soli et lunæ*.

Solum Salomonis cœlestis. — Maurit. de Villa Probata serm. 22, *Coronæ novæ B. V. M.*

Solum, super quod sedit Deus, quod valde fuit in sublime elevatum. — Ibid. serm. 9.

Solum gloriæ altitudinis a principio, Jerem. xvii. Cum enim sit in cœlesti gloria super omnes choros angelicos exaltata: recte solium gloriæ altitudinis dicitur, hoc est, sedes Dei altissimi, super quam divina sedet Majestas. — Petrus Galat. lib. vii, *De arcanis*, cap. 18.

Solum gloriæ altitudinis a principio, Jerem. xvii, quia fuit sedes Dei altissimi a principio, cum fuerit absque initiali peccato concepta. — Ibid.

Solsequium, quod dicitur ex eo quod solem sequitur, quasi ei inclinans; vel quia cum sole se inclinante, semetipsum inclinat. Maria enim exemplo Christi veri Solis dicentis Matth. ii: « Discite a me, quia mihi sum, et humilis corde: » se humiliat et inclinat. — Richard. a S. Laur. *de Laud. SS. V.* lib. xii.

Solum natale, idque per amplum gaudii. — S. Joan. Damasc. in *Menæis Græcor.* die 27 Jan.

Solum, quod dicitur a soliditate, ob soliditatem et constantiam animi Mariæ in proposito virginitatis conservando: et stabilitatem fidei ejus in tempore Dominicæ sepulturæ. — Rich. a S. Laur. *de Laud. SS. V.* lib. viii.

Solutio nexuum Evæ. Evæ enim inobedientiæ nodus solutionem accepit per obedientiam Mariæ, et quod alligavit mulier Eva per incredulitatem, hoc Virgo Maria solvit per fidem. — D. Irenæus, lib. iii, *Adversus hæreses*, cap. 33.

Solutio sterilitatis. — Georg. Nicomed. orat. 5, *de Concept. Deip. V.*

Solutio vinculorum nostrorum. — S. Germ. Constant. orat. 2, *in Præsent. B. V. M.*

Solutio catenarum peccatorum, quæ nos gravioriter astringunt. — S. Jo. Damasc. in *Parac. B. V. M.*

Solutio nostra in vinculis. — Ibid.

Solutio mœstitiae. — S. Jo. Damasc. in *Can. SS. Deip. Virg.*

Solutio dolorum Evæ. — S. Joseph. *Hymn. in Mariali.*

Solutio maledictionis. — Ibid.

Solutio tristitiae. — Jacob. Monach. orat. *de Nativit. B. V. M.*

Solutio sterilitatis. — Jacob. Monach. in *Mariali*, orat. 4.

Solutrix omnis quæstionis. — Rupert. abb. lib. i, *Commentar. in Cantic. canticor.*

Soror nostra, eo quod omnes liberi sumus ex Adamo procreati. — D. Athanas. in *Epistol. ad Epictetum.*

Soror nostra, quatennis omnes ex Adam sumus. — D. Epiphani. lib. iii, *Contra hæreses*, hæres. 77.

Soror et sponsa Dei. — Idem in serm. *de Laud. sanctiss. V. M.*

Soror Christi. — D. Hieronym. in *Epist. ad Paulam et Eustochium.*

Soror virginum. — Idem, in *Epist. ad Rustic. Narbonens. episc. de 7 gradibus Ecclesiæ*, quæ epist. tom. IX est in ordine 15.

Soror Christi spiritualiter, Dei voluntatem faciendo. — D. Augustin. in lib. *De virginitate.*

Soror Dei, de qua scriptum, Cant. iv : « Quam pulchri sunt oculi tui, soror mea sponsa. » — S. Germ. Const. serm. in Nativit. B. M. V.

Soror per pulchritudinem fratris cognominis, eique summe cupita, cuius vox ejusmodi in Canticis sonat : « Vulnerasti cor meum, soror mea sponsa, vulnerasti cor meum. » — S. Joan. Damasc. orat. 2, de Nativit. B. M. V.

Soror angelorum; in carne enim praeter carnem vixit, quia ejus vita fuit angelica, non humana; unde angeli dicunt de ea Cant. viii : Quid faciemus sorori nostrae in die, quando alloquenda est, in die scilicet illa, quando eam alloquetur angelus Gabriel. — Idiotla, de B. V. M. part. xiv, contempl. 5.

Soror angelorum, quia vitam angelicam, imo plus quam angelicam duxit in terris in carne vivendo praeter carnem. — Ibid. part. xiii, contempl. 10.

Soror benedicti Filii sui, cuius cor vulneravit Cant. ii, non vulnere doloris, sed vulnere charitatis ipsum ad amorem suum delectabilem attrahendo, ut eam profunde diligeret toto corde. — Ibid. part. xiv, contempl. 5.

Soror Christi per castissimam, sinceram et ferventissimam dilectionem, quae solet esse inter fratrem et sororem. — Ibid.

Soror Christi, quia Christus Filius est Dei Patris per naturam, et ipsa specialis, imo specialissima filia est ejusdem Patris per gratiam, ut tanto sit speciosior soror Christi, quoniam ambo unus sanguis et una caro effecti sunt, unde dicitur Gen. ii, Erunt duo, scilicet Christus et Maria, in carne una virginali. — Ibid.

Soror Christi, quia per naturae identitatem ei conformis et connaturalis, et haereditatis aeternae comparticeps, summe etiam dilecta ab ipso, quia nemo carnem suam odio habuit; et si simile a suo similii noscitur, et ab ipso diligitur, quanto beata Virgo naturae fuit mundioris, ac moribus et virtutibus Christo fuit simillor, tanto amplius ab eo dilecta est, tanquam specialis soror. — Ibid.

Soror patriarcharum et prophetarum, qui dicunt de ea : « Soror nostra parvula est, et ubera non habet, » Cant. viii. Parvula enim fuit per humilitatem mentis, mundaque et pura tanquam juvenula, quae ubera non habet. — Ibid.

Soror populi Christiani per naturam, quae summa gloria est populo Christiano, si esset, qui advertebat, habere scilicet sororem Reginam angelorum et hominum, imo, quod plus est, habere sororem Sponsam Patris, Matrem Filii, amicam Spiritus sancti, et Reginam coelestis regni, ubi plenaria habet potestatem, quosque voluerit introducendi, et quidquid voluerit impetrandi. — Ibid.

Soror Dei per fidem. — Rupert. abb. lib. iii Commentar. in Cantic. canticor.

Soror et sponsa Dei. — Ibid. lib. iv Comment. in Cantic. canticor.

Soror matrum. — D. Bernard. homil. 2, de Laud. V. M. super Missus est.

Soror nostra. — Ideo in orat. rhythmic. ad Dom. Jesum ejusque sanctam Matrem.

Soror nostra, quam debemus amare, quia amat nos; cuius sanitas, cuius benignitas, cuius puritas non solum sibi, sed nobis omnibus profuit. — B. Aelredus abb. serm. 2, de Nativit. B. V. M.

Soror angelorum, præcelsis meritis, non natura. — Philippus abb. lib. vi in Cantic. canticor., cap. 44.

Soror Christi. — Ibid. lib. vi in Cantic. canticor., cap. 21.

Soror Dilecti, quam cognato affectu ei Pater inicus obtulit diligendam. — Ibid. lib. vi in Cantic. canticor., cap. 2.

Soror Dei per gratiam communionis. — Balduin. Devon. in tractat. de Salut. angelic.

Soror Christi, cohæres in Patris gloria. — Honorius Augustodun. in Sigillo B. M. V.

Soror Christi, quia cohæres in regno Patris. — Ibid.

Soror populi Christiani ob naturam, quod summa gloria est ipsi populo Christiano, si esset qui adverteret, habere scilicet sororem Reginam angelorum et hominum, imo quod plus est, habere sororem Sponsam Patris, Matrem Filii, amicam Spiritus sancti. — Richard. a S. Laur. de Laud. sanctiss. Virg. lib. vi.

Soror sanctorum angelorum per virginitatem, charitatem et humilitatem, et maxime per coelibatus integratem; ideo dicunt Cant. viii : Quid faciemus sorori nostrae in die quando alloquenda est? — Ibid

Soror sodalium Christi, id est, angelorum, vel patriarcharum et prophetarum, qui dicunt de ea Cant. viii : « Soror nostra parvula est, et ubera non habet. » — Ibid.

Soror per castissimam, sinceram et ferventissimam dilectionem, quae solet esse inter fratrem et sororem. — Ibid.

Soror Christi, per naturae identitatem, conformis et connaturalis ei, et haereditatis aeternae comparticeps, summe etiam dilecta ab eo, quia nemo carnem suam odio habuit, ad Ephes. v. — Ibid.

Soror Christi, qui Filius est Dei Patris per naturam, et ipsa specialis, imo specialissima filia ejusdem Patris per gratiam, et tanto specialior Christi soror, quanto ipsi duo unus sanguis et una caro, de quibus I Cor. vi : Erunt duo, Christus scilicet et Maria, in carne una virginali. — Ibid.

Soror Christi, quia cohæres ejus, et communicae cum eo regnum Patris, hæres Dei et cohæres Christi. Rom. viii. — Ibid.

Soror Christi spiritualis, quae quanto naturæ

mundioris, et virtutibus Christo similior, plus ab illo diligitur. — Ibid.

Soror Christi, unde dicit Christus *Cant. iv*: « Vulnerasti cor meum, soror mea sponsa; » et *Cant. viii*, dicit Maria cum magno desiderio postulans incarnationem Filii: Quis mihi det te fratrem meum in humana natura fratrem? — Ibid.

Soror Domini propter humanæ naturæ contubernium. — Joan. Halgrinus *in cap. iv Cantic. canticor.*

Soror Christi, cœlesti scilicet generatione, et cœlibatus integritate, humilitate parva. — Hugo Carrens. *in cap. viii Cantic. canticor.*

Soror Dei, que Dei Patris voluntati per omnia obedivit. — Idem *in cap. iv Canticor.*

Soror Dei fidelissima et verecundissima. — Albert. Magn. *in Biblia Mariæ super lib. Canticor.*

Soror Dei parvula per humilitatem, sed maxima per dignitatem, non habens ubera concupiscentiæ et luxuriæ, sed gratiæ et misericordiæ. — Ibid.

Soror Dei propter vitæ conformitatem, et hæreditatis identitatem. — Idem, serm. 3, *de Assumpt. B. V. M.*

Soror nostræ paupertatis. Deuteron. xv. — Idem *in Biblia Mariæ super lib. Deuteron.*

Soror nostræ professionis, defensionis et fidelitatis. — Idem *in Biblia Mariæ super lib. Gen.*

Soror Regis æterni. — Idem, serm. *in Dominic. 17 post Trinitatem.*

Soror angelorum, quantum ad spiritualis gratiæ participium, in qua Christus futurus erat similis Mariæ et angelicæ naturæ. — Alan. de Insul. *in cap. i Canticor.*

Soror Christi ratione humanæ naturæ, secundum quam Virgo quodammodo erat futura soror Christi, quia in humana natura ei conveniens erat. — Ibid.

Soror Dei parvula humilitate, parvula aetate, secundum aliquos, qui dicunt, eam fuisse tredecim annorum, quando Dei Filius ad eam misit angelum, parvula etiam terrenæ possessionis modicitate, parvula opinione. — Ibid.

Soror Dei per dilectionem. — Idem *in cap. iv Canticor.*

Soror Dei per gratiam. — Ibid.

Soror uni, eniti Filii Dei. — Matthæus Cantacuzen. *in cap. v Cantic. canticor.*

Soror nostra vera germanaque. — Joan. Taulerus in tract. *De 10 cæcitatibus*, cap. 11.

Soror nostra per propagationem; angelorum soror per regulæ angelicæ professionem; Christi autem soror propter perfectam et maximam assimilationem, secundum hominem interiorem, id est, secundum voluntatem; et forsitan etiam secundum hominem exteriores, quia secundum naturales et medicos prima et maxima causa assimilationis natorum et generantis. — Ern. Prag. in *Mariali*, cap. 129.

Soror Christi propter singularem hæreditatis

participationem; unde ipsa dixit: « In omnibus requiem quæsivi, et in hæreditate Domini morabor; » tanquam in fundo proprio, alias enim non esset requies. — Ibid.

Soror humilibus. — Barth. de Pisis lib. 1, *De laud. B. Virg.*, fructu 8.

Soror nostra ab humana specie. — Jo. Gerson. tract. 5, super *Magnificat*.

Soror affectu et natura sunimi Sacerdotis Jesu Christi, et Ducis populi Israel, populi fidelis. — D. Autoniu. in *Summ. part. iv*, tit. 15, cap. 14.

Soror Dei. — Idem in *Summ. part. iv* tit. 15, cap. 8.

Soror nostra, quia creatura rationalis creata a Deo ut Pater omnium. — Idem in *Summ. part. iv*, tit. 15, cap. 15.

Soror Dei per communionem naturæ. — Dionys. Carthus. lib. iii *De laud. B. Virg.*, art. 20.

Soror Filii Dei, et participio gratiæ, et peculia-rius communione naturæ. — Joan. Picus lib. iii *in Cantic.*, cap. 14.

Soror Patris æterni, gratiæ participatu. — Ibid.

Soror Spiritus sancti, gratiæ participatu. — Ibid.

Soror totius Trinitatis, non naturæ æquilibrio, sed singularis gratiæ participatione. — Ibid.

Soror nostra cœlorum Principi nupta. — S. Thom. de Villa Nova serm. 1, *de Annunt. B. M.*

Sors ad cœlos, humano generi sub tartara lapsa. — Venant. Fortunat. Eleg. *in laud. S. M. V.*

Sors uni Domino congruens. — Isidor. Thessalonice. orat. *de Annunt. B. V. M.*

SPECIES divina regium characterem aspectu præseferens. — S. Joan Chrysostom. orat. 7, *in SS. Deiparam Virg.*

Species imbecillitatis, quæ fortitudinis omne specimen superavit. — Georg. Nicomed. orat. 3, *de Præsentat. B. V. M.*

Species electa divinitati Unigeniti Dei. — S. German. orat. 4, *in Dormit. B. V. M.*

Species Jacob. — Idem orat. *in Annunt. B. V. M.*

Species Jacob, quam Creator elegit et dilexit ex omnibus generationibus, atque ex ea velut sol exortus. — S. Joseph. Hymn. in *Mariali*.

Species Jacob, quam cum speciosius forma Dominus dilexisset, inhabitavit uterum ejus, et cœlestium donorum pulchritudine humanum genus decoravit. — Ibid.

Species Jacob, quam dilexit Deus, qui per eam exornat pulchritudine ac fulgore omnes qui prius peccati nigredine fuerant deformati. — Ibid.

Species Jacob, quam solam elegit solus, qui habitat cœlos, cumque in medio ejus habitat, nequaquam labefactavit claustra virginitatis ejus. — Ibid.

Species Jacob, quam dilexit Dominus. — Nicetas David in *Homil. de Nativit. B. V. M.*

Species Christi specialis, quæ speciem suam nunquam per aliquod peccatum mortale vel veniale maculavit. — Rich. a S. Victore Exposit. in *Cantic. caanticor.*, cap. 59.

Species Christi singulariter præ omnibus speciosa Christo quoque simillima, non solum speciem Christi ipsa habens, sed etiam in aliis hanc restituens. — Ibid.

Species eni si admisceatur alia, aliquid ei videbitur subtrahere odoris, nihil vero conferre vigoris; sola placuit Deo Patri, ut Filii sui Mater fieri mereretur; sola sine exemplo placuit Christo, ut ex ea nasceretur, et Spiritui sancto, ut ejus tempulum fieret et eo repletur; sola non immerito nostræ saluti sufficiens, ex qua pro nobis Salvator nasci dignatus est. — Petr. Cellens. serm. de *Assumpt. B. M.*

Species salutaris, quæ sine aliarum admistione specierum efficacissima est ad conficiendum humanæ salutis unguentum. — Ibid.

Species lucis. — Philotheus in *Menulis Græcor.* die 16 Julii.

Species aromaticæ, vivificans mortuos, illuminans cæcos, sanans infirmos, desperatos robورans, et confirmans debiles et languidos. — Bernardin de Bustis serm. 4, de *assimilat. B. V. M.*

Species aromaticæ vivificans mortuos, illuminans cæcos, sanans infirmos, desperatos robورans, confirmans debiles et languidos. — Maurit. de Villa Probata serm. 24 *Coronæ novæ B. V. M.*

SPECILLUM omnium prophetarum. — S. German. Constant. orat. 2, in *Præsentat. B. V. M.*

SPECIMEN cuius gemma sole splendidior. — Izychius serm. 2, de laud. S. V. M.

Specimen gemmæ omne pretium excedentis. — Chrysipp. in serm. de S. Maria Deipara.

Specimen virginitatis. — S. Leander in *Regula et institut. Virginum* edita Moguntiæ, an. 1616.

SPECTACULUM sacratissimum. — D. Ignatius Epistola ad S. Joan. evangelistam.

Spectaculum novum inter spectacula omnia maxime habendum. — S. Audr. Cretens. orat. 2, *De Dormit. S. V. M.*

Spectaculum angelorum intelligentia majus. — S. German. orat. 2, in *Dormit. B. V. M.*

Spectaculum omni magnifica specie sublimius. — Idem in suo *Mariali*, fragm. 15.

Spectaculum incomprehensibile. — S. Joseph. *Hymnograph. in Mariali.*

Spectaculum intelligibile. — Ibid.

Spectaculum Cherubin. — Joan. Geometr. in B. V. M. *Hymn. 4.*

Spectaculum desiderabile. — Jacob. Monachus in *Mariali*, orat. 3.

Spectaculum dulce ac juvandum. — Ibid.

Spectaculum dulcissimum eam amantium. — Idem in *Mariali*, orat. 6.

Spectaculum imperceptibile intellectualibus oculis. — Ibid.

Spectaculum sublimissimum. — Isidorus Thessalonice. in orat. de *Nativ. B. V. M.*

SPECULUM virginum, de quo resulget species castitatis, et forma virginitatis. — S. Ambros. lib. II, *De Virginitate.*

Speculum, in quo resulget forma virtutis. — D. Hieronym. in Epist. ad *Paulam et Eustoch.*

Speculum gratia castitatis exsplendescens, quod oriundam ex se lucem dedit. — S. Sabbas in *Menulis Græcor.* die 12 Februarii.

Speculum sidereum. — Venant. Fortunat. elegia in laud. S. V. M.

Speculum intellectuale paterni splendoris, cujus nos claritate Dei, qui ante Luciferum est, claritate sumus illustrati. — S. Andr. Cretensis orat. 1, *de Dormit. SS. V.*

Speculum, per quod justitiae Solem venientem de celo suscipientes ii qui densis in tenebris peccati versabantur, illustrati sunt. — Idem orat. 1, in *Annunt. B. V. M.*

Speculum spiritale præcognitionis perspicue, per quod prophete infinitam erga nos Dei submissionem mystice vaticinati sunt. — Ibid.

Speculum omnium prophetarum. — S. German. Constant. orat. 2, in *Præsent. B. V. M.*

Speculum tersissimum ac lucidissimum, quod divini radii nitorem in se evibratum continuit. — S. Joseph. *Hymn. in Mariali.*

Speculum, in quo resulgent mores et virtutes. — Idiota, de B. V. M. part. II, contempl. 8.

Speculum totius justitiae. — Guerrie. abbas. serm. 4, de *Purific. B. V. M.*

Speculum virginalis munditiae. — D. Petrus Damiani. lib. II *Epistolar.*, Epist. 14.

Speculum honestatis. — S. Anselm. *Lucens. super Salve Regina.*

Speculum pñdicitiae. — Franco abbas lib. vi, *De gratia Dei.*

Speculum purissimum virginitatis. — Ibid.

Speculum totius integratatis. — D. Bernard. serm. 1, super *Salve Regina.*

Speculum sine nævo divinae Majestatis. — Philipp. abbas, tom. II *Moralit. in Cantic. canticor.*

Speculum totius castitatis. — Cæsar. Cisterc. lib. vii *De mirac.* B. V. M., cap. 13.

Speculum virginitatis, — Idem lib. *De miraculis B. Mariæ*, qui est 7 inter libros *illustrium miraculorum*, cap. ultimo.

Speculum charitatis. — B. Joseph. Stein. Opusc. 4.

Speculum sine macula, in quo debent fideles animæ quasi duplice oculo, fidei scilicet et amoris, jugiter speculari. — Richard. a S. Laur. de laud. S. Virg. lib. vi.

Speculum confessorum. — D. Bonavent. in *Speculo B. Virg.*, cap. 2.

Speculum clarissimum clarissimum Seraphim tertio, et purius, tantæ puritatis, ut purius intelligi non posset, nisi Deus esset, quod summus Artifex fecit in ostensionem pleniorum artis suæ. — S.

Thom. Aquin. opusculo 61, *De 10 gradibus charitatis*, gradu 10.

Speculum, ex quo summus Artifex mirabiliter produxit aliud nobiliorum speculum, quod ineffabiliter in unitatem divinæ personæ assumptum, ut conjuncta summe et mediatissime faciei divinæ ipsam plenissimam et totali similitudine repræsentat. — Ibid.

Speculum bonitatis Dei. — Albert. Magn. in *Biblia Mariae* super lib. Sapientiae.

Speculum divinæ imitationis. — Ibid.

Speculum imperialis palatii, quod omnes electorum animæ summo desiderio contemplantur; et in quo universorum beatorum facies resultant et eluent; unde de ea dicitur, Sap. vii: « Candor est lucis æternæ, et speculum sine macula Dei majestatis, et imago bonitatis illius. » — Idem serm. 2, in *Nativit. B. M. V.*

Speculum omnibus recreandis. — Idem super *Missus est*, cap. 193.

Speculum omnis honestatis. — Idem in *Postillis* cap. ii Joan.

Speculum omnis pulchritudinis et innocentiae ad primam pulchritudinem dirigens. — Idem super *Missus est*, cap. 9.

Speculum purissimum virtutis Altissimi. — Idem in *Postillis* super cap. i Lucæ.

Speculum salvandorum. Idem in *Biblia Mariae* super lib. Canticor.

Speculum salvos faciendi nobis propositum. — Idem super *Missus est*, cap. 39.

Speculum sine macula Dei majestatis. — Idem super *Missus est*, cap. 192.

Speculum totius pulchritudinis post Deum. — Idem in *Biblia Mariae* super lib. Canticor.

Speculum Dei, in quo debent omnes suas impunitates et maculas videre, et eas mundare et corrigere. Nam superbi ibi cognoscunt suas maculas respiciendo ibi ad suam humilitatem, avari respiciendo ad suam paupertatem, luxuriosi respiciendo ad suam virginitatem. — Jacobus de Voragine in *Mariali*, serm. 7, S.

Speculum Dei, in quo nostræ mentis maculas debemus aspicere, ut sic mundi possimus Deo mundo corde et corpore deservire. — Ibid

Speculum Dei, in quo resulst Christus, qui est imago Dei Patris. — Ibid.

Speculum Dei, omnes ad se venientes recipiens intra viscera suæ pietatis. — Ibid.

Speculum divinum, in quo nos debemus speculari. — Idem serm. 2, pro *Sabb.* 4 *hebdom.* Quadragesima.

Speculum divinum, in quo omnes debent prospicere, et maculas suas videre. — Ibid.

Speculum tersum et clarum, quod radius solaris, imo vero sol Christus intravit in conceptu, et exivit in partu sine corruptione. — Idem in *Mariali*, serm. 7, S.

Speculum totius munditiae. — Ibid.

Speculum humilitatis. Alan. de Ins. in cap. i Cantic.

Speculum quod nobis ob oculos ponere ac imitari debemus. — Jo. Taulerus in festo *Purificat. B. V.*

Speculum totius sanctitatis. — Ibid.

Speculum relucens splendoris æterni Sol's. — Henric. Suso, cap. 16 *Dialogi Sapientiae et ministri ejus.*

Speculum, in quo beatæ illæ animæ, quæ suos defectus, et ipsius speculi magnificientiam et gloriam speculari jugiter didicerunt. — Ern. Prag. in *Mariali*, cap. 86.

Speculum in quo omnes filii Aaron, Exod. xxxviii, id est, viri contemplativi, qui accedunt ad offrendas Domino hostias spirituales, id est, fructus labiorum consitentium Domino, solent sese inspicere, et maculas suas defectusque cognoscere.

Speculum, in quo videtur Deus non jam magnus Dominus et laudabilis nimis, sed parvulus Dominus, et amabilis nimis; imo certe ibi videtur simul in unum dives et pauper, parvus et magnus, æternus et infans, Pater et Filius, Creator et creatura. — Idem in *Mariali*, cap. 86.

Speculum, quia sicut speculum materiale omnes recipit, et neminem respuit, nulli tamen mentitur, nulli adulatur, nulli blanditur, de unoquoque, qualis sit in veritate, testimonium perhibens, ita beata Virgo, et thronus est gratiæ, et locus refrigerii in conspectu Dei, et tamen ipsa est testis in cœlo fidelis: testis autem fidelis non mentietur, Prov. xiv. — Ibid.

Speculum sine omni macula Dei majestatis. — Ibid.

Speculum speculorum, tanta claritate fulgens, qua major sub cœlo cogitari non possit; unde necesse est intelligere, ipsam illius bonitatis et principialis luminis tantum habuisse participium, quantum sub Deo cogitari potest, creaturam aliquam percipere potuisse. — Ibid.

Speculum totius Ecclesiæ. — Idem in *Mariali*, cap. 94.

Speculum clarissimum virginum. — D. Birgitta in serm. angel. *de excellentia SS. V.* cap. 19.

Speculum omnis virtutis divinæ; nulla enim est virtus in Deo, quæ non fulgeat in ea, licet Deus sit fons et dator omnium. — Eadem lib. 1, *Revelation. 42.*

Speculum nostrum. — D. Joan. Rusbroch. in *Speculo æternæ salutis*, cap. 42.

Speculum exemplorum. — Barthol. de Pisis lib. 1, *de laud. SS. Virg.*, fructu 2.

Speculum divinum et lucidissimum. — Isid. Thessalonie. orat. *de Assumpt. B. M. V.*

Speculum summe deiforme. — Idem in orat. *de Præsentat. B. M. V.*

Speculum pulchritudinis, nobilitatis, boni amoris et honestatis omnibus eam aspicientibus. — Joannes Gerson. serm. *de Concept. B. V.*

Speculum angelis, in quo virginitatis gloriose folgent sigilla, clamant indieia, exsultant claustra, virginalia signa tripudiant, encænia ludunt pulchritudinis virginalis. — Henricus de Hassia in Epistola sui tractatus de *Concept.* B. V.

Speculum perlucidum sanctitatis omnis decentiae. — Ibid.

Speculum humilitatis. — D. Laur. Justin. *De triumphali Christi agone*, cap. 7.

Speculum perlucidum sanctitatis. — Idem in serm. de *Nativit.* B. V. M. V.

Speculum Christianæ vitae, ad quod semper respicere debent, qui cum Christo regnare volunt. — D. Bern. Senensis tom. II, serm. 51.

Speculum sine macula. — Idem, tom. I, serm. 61.

Speculum angelorum. — D. Antonin. in *Summa, in part., tit. xxxi, cap. 3.*

Speculum directivum totius humanæ vitae. — Idem in *Summa, part. iv, tit. xv, cap. 22.*

Speculum nobis propositum. — Idem in *Summa, part. iv, tit. xv, cap. 40.*

Speculum omnis sanctitatis omnibus recreandis. — Klein in *Summa, part. iv, tit. xv, cap. 44.*

Speculum maturitatis honestatisque. — Dion. Carth. lib. 1, *De Praecon.* S. M. V., art. 24.

Speculum purissimum, in quo apostoli ipsum Dominum conspexerunt. — Idem, lib. II, *De laud. S. V. M.*, art. 26.

Speculum Dei clarissimum, nullo originali vitio maculatum. — Bernardin. de Bustis, serm. 2, de *assimilat.* B. M. V.

Speculum Dei, in quo omnes debent inspicere, et postea maculas suas diluere ac tergere. — Ibid.

Speculum Dei, virginitate lucidum. — Ibid.

Speculum divinum, in quo omnes debent speculari. — Ibid.

Speculum fulgidum. — Ibid.

Speculum in quo resplendet omne bonum. — Idem in *Mariati, serm. 2, de Coronat.* B. M. V.

Speculum luminosum. — Idem, serm. 4, de *Nativit.* B. M. V.

Speculum novum, in quo sol splendet æternæ quietis. — Idem, serm. 2, de *Assumpt.* B. M. V.

Speculum omnibus Christianis. — Idem, serm. 2, de *assimilat.* B. M. V.

Speculum, omnes ad se venientes recipiens intra viscera suæ pietatis. — Ibid.

Speculum omnis honestatis, et bene vivendi in hoc sæculo, post Christum. — Idem, serm. 5, de *Nativit.* B. M. V.

Speculum omnium lamentantium mortem Christi. — Idem, serm. de *Compassione* B. M. V.

Speculum politum et extersum, per suam maximum puritatem repræsentans nobis imagines omnium virtutum, ut eas imitemur. — Idem in *Mariati, sermone 2, de Coronation.* B. M. V.

Speculum pudicitiae. — Idem, serm. 4, de *Nativit.* B. M. V.

Speculum, quod Christus, qui est verus Sol ju-

SUMMA AUREA DE B. V. MARIA. X.

sticie, intravit in conceptu, et exivit in partu sine corruptione, id est, sine virginitatis ejus violatione.

— Idem, serm. 2, de *assimilat.* B. V. M.

Speculum sine macula, quantum ad honestatem carnis. — Idem, serm. 4, de *Nativit.* B. V. M.

Speculum totius innocentiae. — Idem in *Officio Concept.* B. V. M.

Speculum totius mundi. — Idem, serm. 42, de *Annunt.* B. V. M.

Speculum virginale, in quo maculas mentis nostræ debemus inspicere, et eas lavare, ut sic possimus mundo corde et corpore Deo servire. — Idem, serm. 2, de *assimil.* B. V. M.

Speculum angelice puritatis. — Jo. Trith., *De mirac.* B. V. M. prope *Dittelbach.*, lib. 1, cap. 10.

Speculum castimonie. — Idem, lib. 1, *De mirac.* B. V. M. in *Urtic.*, cap. 6.

Speculum innocentiae et simplicitatis. — Idem, *De mirac.* B. V. M. prope *Dittelbach.*, lib. 1, cap. 10.

Speculum lucidissimum, enectis sanctorum in cœlo virtutibus et meritis exornatum. — Idem, lib. 1, *De mirac.* B. V. M. in *Urtic.*, cap. 7.

Speculum prophetarum. — Idem, lib. 1, *De mirac.* B. V. in *Urticeto*, cap. 6.

Speculum totius sanctitatis. — Idem, *De mirac.* B. V. M. prope *Dittelbach.*, lib. 1, cap. 52.

Speculum verum castitatis et totius pudicitiae, quod nec originale unquam, nec actuale maculavit peccatum. — Idem, lib. 1, *De mirac.* B. V. M. in *Urtic.*, cap. 9.

Speculum Dei, quia Dei imaginem, id est, Dei Filium in se recepit. — Maurit. de Villa Probat., serm. 10, *Coronæ novæ* B. V. M.

Speculum imagines omnium ad se venientium recipiens intra viscera suæ pietatis. — Ibid.

Speculum innocentiae. — Ibid., serm. 23.

Speculum, in quo peccatores respicientes videre possunt, quomodo et qua parte sint infecti, et contra virtuosi intueri virtutes et bonos mores ipsius, quos debent imitari. — Ibid., serm. 10.

Speculum omnibus Christianis. — Ibid.

Speculum politum et extersum, per suam maximum puritatem repræsentans nobis imagines omnium virtutum, ut eas imitemur. — Ibid., serm. 31.

Speculum propter ipsius speculi fulgorem; ipsa etenim tota fuit fulgida. — Ibid., serm. 40.

Speculum propter radii solares penetrationem sine speculi corruptione; Christus enim, qui est verus Sol, istud speculum intravit in conceptu, et exivit in partu sine virginitatis ejus violatione.

— Ibid.

Speculum propter rerum præsentium repræsentationem: omnia enim, quæ ibi sunt, relucent in speculo, et similiter in beata Virgine tanquam in speculo Dei omnes debent inspicere, et postea maculas suas diluere et tergere; nam superbi cognoscunt ibi suas maculas, respiciendo ad ejus humilitatem, avari respiciendo ad ejus paupertatem.

luxuriosi ad ipsius virginitatem. — Maurit. de Villa Probat., serm. 10 *Coronæ novæ B. V. M.*

Speculum sine macula. — Ibid., serm. 24.

Speculum totius mundi. — Ibid., serm. 25.

Speculum virginale, in quo maculas mentis nostræ debemus aspicere, et eas lavare, ut sic possimus mundo corde et corpore Deo servire. — Ibid., serm. 10.

Speculum totius humilitatis. — Joan. Pieus, lib. 1, in *Cantic.*, cap. 5.

Speculum perlucidum angelicæ puritatis et sanctitatis universo mundo exhibitum. — Dionys. Fab. tract. 1, de *Concept.* B. V. M.

Speculum purissimum supra omnem cœli serenitatem, quod nulla unquam nebula obduxit, in quo lucec candor lucis æternæ, dum in te formosissimus repræsentatur Filius Dei. — Jo. a Jesu Maria tom. II, tract. *De mystic. theol.*, pag. 63.

Speculum lucidissimum oculorum meorum omnibus diebus vitae meae. — Ibid.

Specus expolitum. — S. Joan. Damasc., orat. 5, *De Assumpt.* B. V. M.

Spes desperantium atque reorum. — D. Ephrem in *Threnis S. V. M.*

Spes fida et optima animæ nostræ. — Ibid., in serm. *de laudib.* B. V. M.

Spes omnium proborum, rebus adversis afflictorum. — Ibid.

Spes sæcularium. — Ibid.

Spes unica desperantium. — Idem in orat. *ad S. Dei Genitricem.*

Spes unica nostra, securissima et sanctissima apud Deum. — Idem in *Threnis S. V. M.*

Spes unica patrum. — Idem, in serm. *de laud.* B. V. M.

Spes unica peccatorum. — D. Augustin., serm. 2 in *Annunt.* S. V. M.

Spes desperatorum. — S. Sabba in *Menæis Græcorum*, die 28 Januarii.

Spes nostra. — Idem in *Menæis Græcorum*, die 3 Januarii.

Spes eorum, qui spem abjecerunt. — Eutychian. in *Vita Theophili.*

Spes generis Christianorum. — Ibid.

Spes totius mundi. — Ibid.

Spes unica, quæ vehit orbis opem. — Venant. Fortunatus, *Elegia in laud. B. V. M. et Matris Domini.*

Spes ad eam currentium. — S. Andr. Cretens. in *magnō Can.*

Spes animarum nostrarum. — Idem, in *Can. de partu B. V. M.*

Spes bonorum sæculorum. — Idem, orat. 2, in *Annunt. B. V. M.*

Spes eam laudantium. — Ibid. in *magnō Can.*

Spes eorum qui eam semper honorant, non cessans exorare ex se natum, ut a periculis omnimodisque tentationibus liberet. — Idem in *Triodis major. Hebdom.*

Spes nostra tutissima. — Idem, *Can. in diem Mercurii majoris S. Ec.*

Spes totius mundi. — Idem in *Can. de Annunt. B. V. M.*

Spes una Christianorum. — Idem, *Can. in Concept. B. V. M.*

Spes fidelium. — D. Ildephons., serm. 7 *de Assumpt. B. V. M.*

Spes animarum nostrarum. — *Anonymous in Euchologio seu Rituali Græcor. in Officio aquæ benedictæ minori.*

Spes desperatorum. — Ibid.

Spes fidelium. — Ibid.

Spes nostra omnis. — Ibid.

Spes sola fidelium. — Ibid.

Spes incommutabilis. — S. German. orat. 2, in *Dormit. B. V. M.*

Spes salutis nostræ. — Idem, orat. 2, in *Præsent. B. V. M.*

Spes Christianorum, quæ pudore non afficitur. — Idem, orat. *in zonam Deip.*

Spes universorum. — Idem orat. 3 *de Assumpt. B. V. M.*

Spes animæ nostræ. — S. Joan. Damasc. in *Parac. B. V. M.*

Spes Christianorum. — Idem, orat. 1, *De Nativ. B. V. M.*

Spes desperatorum. — Idem, in *Parac. B. V. M.*

Spes fidelium. — Ibid.

Spes firma, quæ genus hominum cœlificavit. — Ibid.

Spes humilium. — Ibid.

Spes mundi. — Ibid.

Spes nostra in patrocinis plane immota. — Idem in *Menæis Græcor.*, die 15 Augusti.

Spes nostra stabilis et firma. — Idem in *Parac. B. V. M.*

Spes nostræ salutis. — Idem in *Canone de S. Trinitate.*

Spes omnium ad eam recurrentium. — Idem in *Parac. B. V. M.*

Spes Christianorum. — S. Joann. Damasc. in *Octoec. Græcor.*

Spes firmissima animarum nostrarum. — Idem, *Can. in S. Simeon. Styl.*

Spes omnium quæ non confunditur. — Idem in *Can. S. Deiparae.*

Spes salutis nostræ. — Idem, *Can. in S. Resurrect. Christi.*

Spes unica fidelium. — Idem, *Can. in SS. triginta martyris.*

Spes omnium fidelium. — Ibid.

Spes omnium nostrum divinitus concessa. — Idem, orat. 2, *De Nativ. B. V. M.*

Spes orphanorum. — Idem, in *Parac. B. V. M.*

Spes, quæ non confunditur. — Ibid.

Spes, quæ peccatoribus ardenter patrocinatur. — Ibid.

Spes salutis nostræ. — Ibid.

Spes unica fidelium. — Ibid.

Spes unica desperatorum, adjuvans nos assiduis suis precibus ad Adjutorem, et Deum omnium. — Ibid.

Spes unica gaudii nostri. — Idem, orat. 1, de Nativit. B. V. M.

Spes desperatorum. — S. Joseph. Hymn. in Mariali.

Spes eorum qui ad ipsam recurrunt. — Ibid.

Spes firmissima omnium Christianorum. — Ibid.

Spes piorum. — Ibid.

Spes, quæ non confunditur. — Ibid.

Spes unica fidelium. — Ibid.

Spes universorum. — Ibid.

Spes nostra post Deum. — Cosmas Vestitor Orat. in S. Joachim et Annam Dei Genitr. parentes.

Spes salutis Israel. — Nicetas David. in hom. de Nativ. B. V. M.

Spes miserorum, cui nunquam sine spe misericordiae supplicatur. — Idiota, *De B. V. M. part. vi, contempl. 21.*

Spes virtutis, quia ipse, qui dat lapsu virtutem, et iis qui non habent fortitudinem, robur multiplicat, etiam dedit beatae Virgini omnes virtutes theologicas et cardinales, quas etiam virtutes ipsa beata Virgo sperantibus in se subministrat suis orationibus et exemplis. — Idem *De B. V. M. part. xiv, contempl. 54.*

Spes vitæ æternæ habendæ et virtutis iis qui pugnant contra vitia, in qua est ille per carnis assumptionem, a quo est spes vitæ triplicis, scilicet vitæ naturæ, vitæ gratiæ et vitæ gloriæ. — Ibid.

Spes invicta utriusque mundi. — Jo. Geom. in B. V. Mar., hymn. 4.

Spes majorum. — Idem in B. V. M., hymn. 2.

Spes nostra. — Herman. Contractus in Antiph. Salve Regina.

Spes viventium. — S. Anselm. in Medit. de B. M. V.

Spes desperatorum. — Franco abbas lib. vi, *De gratia Dei.*

Spes nostra. — Theoleptus in Canone sive Cantico compunctionis.

Spes nostra. — D. Bernard. serm. 3, super Salve Regina.

Spes post Deum sæculorum. — S. Petr. Mauri. Cluniacens. Prosa in honorem Matris Domini, tom. XII Bibliothec. PP.

Spes pugnantium. — Petr. Bles., serm. 38.

Spes prima post Deum. — Serlo abbas, serm. 1, de Assumpt. B. V. M.

Spes unica veniæ. — Adam de Pers. in Mariali, fragm. 2.

Spes mundi. — Innocent. Papa III, in hymn. de S. V. M.

Spes desperatorum. — Theodor. Lascaris imper. in Poem. B. V. M.

Spes hominum confusionis repulsam non patiens. — Idem in Can. ad S. Deip. V.

Spes nostra, quæ non confunditur. — Ibid.

Spes sola animarum nostrarum. — Ibid.

Spes stabilissima animarum nostrarum. — Ibid.

Spes universorum. — Ibid.

Spes nostra sincera. — B. Joseph. Steinf. Opuse. 4.

Spes humana. — D. Bonav. in *Psalter. minori B. V. M.*, Quinquagena 3.

Spes mundi. — Idem in *Psalter. Minor B. V. M.*, Quinquagena 4.

Spes nostra sola post Deum. — Idem in Canticis *Psalterii B. V. M.*

Spes nostra sola, — Idem in Exposit. sup. *Salve Regina.*

Spes omnium in ipsa confidentium. — Idem in *Psalterio B. V. M.*

Spes pœnitentium. — Ibid.

Spes pœnitentium per hoc, quod est animarum mare, per hoc, quod suam ipsius animam pertransivit gladius redemptionis peccatorum. — Albert. Magn. in *Postillis super cap. ii Luc.*

Spes unica dolentium, et expiantum peccata in mundo. — Idem in *Postillis sup. cap. i Luc.*

Spes nostra, quia per ipsam salvari speramus. — Jacob. de Vorag. serm. 4, *de Nativit. B. V. M.*

Spes miseris. — Alan. de Insul. in *Anticlaud. lib. v.*

Spes firma rataque nobis a Deo facta. — Jacobus monach. in *Mariali*, orat. 2.

Spes nostræ satutis. — D. Birgitta in serm. angelico de *excellentia S. V. M.*, cap. 6.

Spes omnium. — Eadem, Ibid., cap. 7.

Spes delinquentium. — D. Laurent. Justin. in serm. de Nativ. B. V. M.

Spes nostra. — Idem in ligno vitæ *De spe*, cap. 5.

Spes peccatorum. — Idem, serm. de *Annunt.* B. V. M.

Spes exsulum miserorum. — Martinus de Magistris in Exposit. super *Cantic. Salve Regina.*

Spes inelyta mortalium. — Ibid.

Spes nostra sanctissima. — Ibid.

Spes nostra suavissima. — Ibid.

Spes nostra scilicet ad suffragandum in omnibus auxilium procurandum. — D. Antonin. in *Summ. part. iv, tit. xv, cap. 17.*

Spes reorum. — Idem in *Summ. part. iv, tit. vii, cap. 2, § 5.*

Spes desolatorum. — Dionys. Carthus. in *Can.* art. 27.

Spes miserorum. — Idem *de iaua. S. V. M. lib. ii, art. 23.*

Spes reorum. — Thom. a Kempis in *Soliloquiis, cap. 24.*

Spes nostra ab uberibus Matris, quæ facta est nobis in salutem. — Arnold. Bostius, cap. 1, § 1, lib. *De Patronatu et Patrocinio Deip. V. Mariæ in sibi dicatum Carmeli ordin.*

Spes unica dulce refrigerium. — Joan. Baptista Mantuanus lib. ii *De sacris diebus*, ad diem 21 Novembr.

Spes omnis tribulati. — Bernardin. de Bustis in *Mariali*, serm. 2, *de Coronat. B. V. M.*

Spes omnium periclitantium et miserorum et tribulatorum. — Idem, serm. 2, *de assimilat. B. V. M.*

Spes solida nostræ mercedis. — Idem in *Mariali*, serm. 2, *de Coronat. B. V. M.*

Spes totius curiae cœlestis. — Idem, serm. 2 *de Assumpt. B. V. M.*

Spes oppressa mentis. — B. Casimirus Poloniae princeps in hymn. *De B. V. M.*

Spes desolatorum post Deum unica. — Joan. Trith. lib. 1 *De mirac. B. V. M. in Urtic.*, cap. 6.

Spes unica injuriam pro veritate patientium. — Ibid.

Spes unica mortalium post Deum. — Idem in orat. ad SS. Virg. quæ incipit: *Ave, sole splendidior.*

Spes unica mundi post Deum, quia secundum ejus arbitrium, et in hoc sæculo, et in futuro merces copiosa servientibus ei retribucetur. — Idem *De mirac. B. V. M. prope Dittelbach.* lib. 1, cap. 12.

Spes unica nostra post Filium. — Ibid.

Spes unica peccatorum. — Idem in orat. ad B. V. quæ incipit: *Ave, sole splendidior.*

Spes unica post Deum in tribulatione gementium. — Idem, lib. 1, *De mirac. B. V. M. in Urt.*, cap. 8.

Spes justorum. — Maurit. De Villa Probata in serm. 2 *Coronæ novæ B. M.*

Spes miserorum. — Ibid. serm. 7.

Spes nostra, quia animam firmat et tranquillam facit. — Ibid.

Spes omnium finium terræ. — Ibid. serm. 12.

Spes omnium periclitantium, miserorum et tribulatorum. — Ibid.

Spes viduaruin, orphanorum, militum, prælian- tium in bello, et nautarum in tempestate maris, et eorum qui offenduntur iniquo judicio, et qui infamia et falso testimonio gravantur, et omnium desolatorum. — Ibid. serm. 2.

Spes labentium. — Dion. Fab. tract. 1, *de Concep. B. V. M.*

Spes nostra unica, in qua confidimus. — S. Thom. de Villa nova in conc. 3, *de Nativ. B. V. M.*

Spes nostra chara. — Ludov. Blosius in *Specul. spirituali*, cap. 5.

Spes nostra dulcis post Deum. — Idem in Endolog. 5, *ad B. V. Mariam.*

Spes nostra suavis. — Idem in Endolog. 2 *ad B. V. M.*

Spes omnium Christianorum post Filium. — Ibid.

Spes opportuна desperantium. — Idem in Endolog. 1 *ad B. V. M.*

Spes vitæ. — Idem in *Canone vitæ spiritualis*, cap. 18.

Spes lætissima laborum mundi. — Joan. a Jesu Maria, tom. II, tract. *De Theol. myst.*, pag. 62.

Spes et firmamentum in terra morientium. — Ibid., pag. 63.

Sphæra digna prædigni sideris. — Jo. Houdem. hymn. 2, *De lactat. pueri Jesu.*

Sphæra Solis sublimis. — Ibid.

Spica novella spem ferens et cœli panem. — Venant. Fortunatus *Elegia in Laud. S. V. M. et Matris Domini.*

Spica immortalitatis. — S. Andr. Cretens. orat. *de Nativ. B. V. M.*

Spiraculum hominis, per quod peccator respi- rat in spe veniæ et gratiæ. — Idiota, in contem- plat. *De S. V. Maria.*

Spiraculum hominis, quia peccator p̄ r Virginem respirat in spe veniæ et gratiæ. — Idiota, *De B. V. M. part. iv, contempl. 1.*

Spiraculum hominis, Prov. xx, qua peccator per eam respirat in spe veniæ et gratiæ. — Rich. a S. Laur. *De laud. S. V. M.*, lib. 1.

Spiritus Spiritui sancto familiaris. — S. Germ. orat. 1, *in Dormit. B. V. M.*

Spiritus Christianorum. — Idem, orat. *in Zon. Deip V.*

Spiritus unus cum divina sapientia. — Idiota, *De B. V. M., part. viii, contempl. 4.*

Spiritus, quem Dominus in cruce positus æterno Patri commendavit dicens: « In manus tuas, Domine, commendō spiritum meum. » — D. Anselm. in *Dialogo De Passione Domini.*

Spiritus unus cum Deo per charitatem. — Ru- pert. abb. lib. iii, *Comment. in cant. Cantic.*

Spiritus unus cum Deo per cœlestè desiderium. — Absalon abb. serm. 2, *De Assumpt. B. V. M.*

Spiritus unus cum Deo. — D. Amedeus hom. 8, *De laud. B. V. M.*

Spiritus unus cum Christo Filio suo. — Jacob. de Vorag. in *Mariali*, serm. 10. L.

Spiritus unus cum Deo. — Jo. Tauler. serm. in festo *Purific. B. V. M.*

Spiritus unus nobiscum ex dilectionis obliga- tionē. — Joan. Gerson. tract. 5, sup. *Magni- ficat.*

Spiritus unus cum Deo, cui adhærere illi est esse, quem sapere est illi vivere, quem amare sunt ejus deliciae, in quo manere perfecta illi contentatio exstat. — Dionys. Carthus. lib. iv, *De Praecon. B. V. M., art. 6.*

Splendor ævi illustrissimus ac fulgentissimus. — D. Ephrem. in serm. *De laud. B. V. M.*

Splendor Moysis. — Ibid.

Splendor mundi. — S. Joan. Chrysost. serm. 6, *de Ascensione Domini.*

Splendor aureis rutilans oculis. — Anonymous in *Menæis Græcor.* die 7 Martii.

Splendor omni genere venustatum decorus, *cujus nobis exoriens lumen occasum non habet.* — Ibid.

Splendor, qui scintillat ut fulgor unaque totum terrarum orbem illustrat. — Ibid.

Splendor recreationis. — Idem in *Euchologio*

seu Rituali Græcorum in Officio in pestilentialis morbi periculo.

Splendor lætus ac multi luminis. — Georgius Nicomed. orat. 3, *De Præsentat. B. V. M.*

Splendor angelorum. — S. Joseph. Hymn. in *Mariali.*

Splendor apostolorum. — Ibid.

Splendor sanctarum animarum. — D. Anselm. in hymn. 2 *B. Dei Genitricis.*

Splendor singularis. — Idem in *Psalterio B. V. M.*, part. ii.

Splendor virtutis. — D. Bernard. serm. 4, in *Assumpt. B. V. M.*

Splendor omnis omnium, qui spiritus fulgores suscipiunt. — Theodor. Lascaris in orat. *de Annunt. B. V. M.*

Splendor, qui solem Christum mundo intulit. — Idem in *Cant. ad S. Deip. V.*

Splendor cœli. — S. Simon Stock in preeat. *ad Deip. V.*

Splendor gloriæ mundum decorans lumine. — D. Bonavent. in *Laud. B. V. M.*

Splendor orientalis. — Idem in *Litanis Psalterii B. V. M.*

Splendor sanctæ Ecclesiæ. — Ibid.

Splendor nitidissimus. — Jacobus monach. in *Mariali*, orat. 6.

Splendor micans divinitatis. — Isid. Thessalon. in orat. *de Præsentat. B. V. M.*

Splendor nostræ naturæ. — Idem, orat. *de Assumpt. B. V. M.*

Splendor sanctimonijæ. — D. Laur. Justin. *De triumphali Christi agone*, cap. 7.

Splendor lucis æternæ, quantum ad puritatam mentis. — Bernardin. de Bustis serm. 4, *de Nativ. B. V. M.*

Splendor sidereus Cui Pater æthereas mentes subjicit et astra : Nulli adeo vivax animi solertia, nulli Tam felix aderit florentis gloria linguae, Ut Mariæ possit laudes æquare loquendo. Quæ data sunt illi, nunquam mortalibus ullis Antea concescit, nec post concedet Olympus. — Jo. Bapt. Mantuan. lib. v, *Parthen. Marianæ*, 5.

Splendor cœlestis disciplinæ. — Jo. Trith. *De mirac. B. V. M. prope Dittelb.*, lib. i, cap. 10.

Splendor plusquam æthereus. — Idem, lib. iii, *De mirac. B. V. M. in Urtic.*

Splendor virginum. — Idem, lib. i, *De mirac. B. V. M. in Urt.*, cap. 6.

Splendor maximus. — Mauritus de Villa Prob. serm. 31 *Coronæ novæ B. V. M.*

Splendor peccatoribus. — Ibid.

Splendor innocentiae expers omnis culpæ, pacis plene fruens tranquillitate. — Dion. Fab. tract. 1, *De Concept. B. V. M.*

SPOLIATRIX diaboli, peccati et inferni. — Albert. Magu. in *Biblia Mariæ*, sup. lib. Job.

SPONGIA humens humani ingenii, quæ abstersit

viti commenta nefandi. — Joan. Geom. in *B. V. M.*, hymn. 3.

Spongia nostræ nequitæ, infandi dæmonis milena volumina solvens. — Idem in *B. V. M.*, hymn. 4.

Spongia, quæ aquam gratiæ, quam a Deo in magna quantitate traxit, in nos facilissima compresione refundit. — Richard. a S. Laur. *De laud. S. V. M.*, lib. i.

Sponsa cœlestium thalamorum. — D. Petrus apostolus apud Cosmam Vestitorem, et Pelbartum in *Stellario*, lib. x, part. v, art. 1.

Sponsa simul et Mater viduati orbis. — D. Gregor. Thaunat. serm. 3, in *Annunt. B. V. M.*

Spousa beata Trinitatis individuæ. — D. Epiphan. in serm. *De laud. S. V. M.*

Sponsa cœlestis, quæ donorum antenuptialium nomine Spiritum sanctum accepit, dotis verogratiam una cum paradiſo. — Ibid.

Sponsa Dei. — Ibid.

Sponsa et Mater Dei. — Ibid.

Sponsa Trinitatis. — Ibid.

Sponsa sancta, Deo in fide desponsata. — D. Cyrius Hierosolymitanus, *Catech.*

Sponsa fabri. — D. Hieronym. in epist. *ad Cœlantiam*, tom. I.

Sponsa virgo. — Idem in lib. i *Adversus Jorianum.*

Sponsa cœlestis et vivi Sponsi. — S. Jo. Chrys. orat. in *Nativ. B. V. M.*

Sponsa mundi vidui. — Idem, homil. in *Christi Natalit.*

Sponsa pulchra Cantorum, quæ veterem exuit tunicam, et legales pedes lavit, ac sacrosanctum Sponsum in suo ipsius thalamo venerabunda suscepit. Cant. v. — S. Proclus in orat. 6.

Sponsa Dei, cui angelus non conceptionem in iniquitatibus aut partum in peccatis annuntiavit, sed gaudium exposuit, quod Evæ tristitiam abstulit. — Theod. Ancyrr. orat. in *B. V. M.*

Sponsa Christi Filii sui. — D. August. serm. 6, *de Nativ. Dom. qui est 10 De tempore.*

Sponsa Christi in carne, sua virginitate servata. — Idem, serm. 14, *de Nativ. Domini, qui est 18 De tempore.*

Sponsa Dei æterna, juxta illud Oseeæ n, Et despousabo te mihi in æternum. — Idem serm. 18, *de Nativ. Domini, qui est 22 De tempore.*

Sponsa decora Regis regum. — Idem, in serm. *de Assumpt. B. V. M.*, tom. X.

Sponsa Domini nostri. — Idem serm. 14, *de Nativ. Domini, qui est 18 De tempore.*

Sponsa Filio Dei. — Ibid.

Sponsa Filii sui. — Idem, in serm. *de Assumpt. B. V. M.*, tom. X.

Sponsa Joseph. — Idem, serm. 14, *de Nativit. Domini, qui est 18 De temp.*

Sponsa semper. — Idem, serm. 18, *de Nativit. Domini, qui est 22 De tempore.*

Sponsa, ad quam cœlestis innocentiae destinatum est arcanum. — S. Petr. Chrysol., serm. 146.

Sponsa Dei, quæ Christo est in utero pignorata, cum fieret. — Idem serm. 140.

Sponsa Mater, *Sponsa virginitate*, *Mater fecunditate*. — Idem, serm. 146.

Sponsa Christi. — Idem, serm. 140.

Sponsa numinis, cuius Conceptio nostram excedit sapientiam. — S. Sabbas in *Menæis Græcor.*, die 28 Januarii.

Sponsa animarum sanctorum. — S. Andr. Creten. orat. 2, in *Annunt. S. V. M.*

Sponsa Dei pura. — Idem, Can. in vii Machabæos.

Sponsa immaculata. — Idem in Can. de *Nativ. B. V. M.*

Sponsa incorrupta. — Idem, Can. in *Domin. Palmar.*

Sponsa innupta, quæ Deum portavit, et peperit sine ulla mutatione incarnatum. — Idem, Can. in diem *Jovis majoris Hebdom.*

Sponsa plane incorrupta, quæ sola sine dolore peperit eum, qui non potest comprehendendi. — Idem orat. 3, de *Dormit. B. V.*

Sponsa Christi, quæ pro nuptiis arrhas accepit, in dotis titulo et pignus hæreditatis æternæ Spiritum sanctum. — D. Ildephons. serm. 2, de *Assumpt. B. M. V.*

Sponsa Domini. — Idem, serm. 4, de *Assumpt. B. M. V.*

Sponsa et conjux. — Id. serm. 1, de *Assumpt. B. M. V.*

Sponsa et Mater sui Creatoris. — Ibid.

Sponsa Filii Dei, concipiens solum Deum. — Id. in lib. *De Virginitate S. M.*, tom. I.

Sponsa Spiritus sancti. — Idem serm. 6, de *Assumpt. B. M. V.*

Sponsa, amplexus maritalis expers. — Anonymus in *Euchologio*, seu *Rituali Græcorum de elevatione Panis Panegia nuncupati*.

Sponsa Dei, Gubernatorem Christum enixa. — Ibid.

Sponsa Domini. — Ibid.

Sponsa et Mater Christi omnium regis, quæ ab eterno fulsit creaturis omnibus sanctior. — Idem in *Menæis Græcorum*, die 29 Julii.

Sponsa ornata divini Spiritus. — Idem in *Euchologio*, seu *Rituali Græcorum in canone funereo pro mulieribus defunctis*.

Sponsa sole amicta, et præ omnibus veneranda. — Id. in *Menæis Græcorum*, die 25 Januarii.

Sponsa venusta Sponsi Verbi. — Idem in *Euchologio*, seu *Rituali Græcorum in canone funereo pro mulieribus defunctis*.

Sponsa, cuius pulchritudo est incomparabilis et gloria ineffabilis, cuius lux oculorum solis superat radios. — Georg. Nicomed. in orat. de *exitu S. V. M.* quando fuit *oblata in templo*.

Sponsa munda. — Id. orat. 1, de *Præsent. B. V.*

Sponsa, quæ nuptias experta non est. — Idem, orat. 3, *De Concept. Deiparae V.*

Sponsa cœlestis. — S. German. in *Mariati*, fragm. 15.

Sponsa Deinuba. — Idem, orat. 1, in *Præsent. B. M. V.*

Sponsa de qua scriptum Cant. iv : « Veni de Libano sponsa. » — Idem serm. in *Nativ. B. M. V.*

Sponsa destinata a Deo, quæ supra captum pergit Dominum nostrum Jesum Christum. — Id. orat. 2, in *Præsent. B. M. V.*

Sponsa Domina divina. — Ibid.

Sponsa innocentissima. — Ibid.

Sponsa innupta Patris æterni. — Idem in suo *Mariali*, fragm. 5.

Sponsa cuius pronubus Spiritus sanctus, ac Christus sponsus, qui dicit in Canticis: « Tota pulchra es, amica mea, et macula non est in te, veni de Libano sponsa. » — S. Jo. Damasc. orat. 4, *De Nativit. B. M. V.*

Sponsa Dei ab omni labe prorsus vacua. — Id. in *Paract. B. M. V.*

Sponsa Dei immaculata et casta, sanctificans animas nostras passionibus inquinatas. — Ibid.

Sponsa Dei immaculatissima. — Ibid.

Sponsa Dei, quam unum divinum Verbum, quod illuminat omnem orbem, inhabitavit. — Ibid.

Sponsa Dei sanctissima, quæ sola incomprehensibilem Deum indefinite in utero suo conceptum gestavit, hominem factum, propter suam bonitatem. — Ibid.

Sponsa Dei, unica inter mulieres. — Idem in canone de *S. Trinitate*.

Sponsa Deo juncta, quæ Dei peperit misericordiam. — Idem in orat. 1, de *Nativitate B. M. V.*

Sponsa nulli nupta. — Idem in *Canticis ecclesiasticis Græcorum*, sono 2.

Sponsa Patris. — Idem in *Paract. B. M. V.*

Sponsa undequaque purissima. — Ibid.

Sponsa Dei immaculatissima. — S. Joan. Damasc. Can. in *S. Maximum*.

Sponsa Dei sanctissima divinitatis cum carnem facto concursu. — Idem, can. in *santos Cosm. et Damian.*

Sponsa Dei universa natura creata sublimior. — Idem, can. in *S. Deip.*

Sponsa nuppiarum expers, cuius in mari Rubro quondam imago designata est: ibi enim Moyses partitor aquæ; hic Gabriel minister miraculi: tunc profundum sicco pede transivit Israel, nunc autem Virgo Christum sine semine generavit. Mare post transitum Israel invium remansit, post partum Emmanuelis remansit incorrupta. — Idem in *Octoecho Græcorum*.

Sponsa Regis magni clarissime repræsentans pulchritudinem Sponsi sui super aurum resulgen-

tem, et super solem coruscantem. — Idem, can. in *S. Chariton.*

Sponsa Regis magni, per quam a maledictione Eva omnes liberati sumus. — Idem, can. in *Encom. S. Resurrect. Christi.*

Sponsa tota Immaculata. — Idem, can. 1, in *Dormit. B. Virginis.*

Sponsa, individuae Trinitatis. — Joan. Eusebius, orat. in *Concept. S. Dei Genitricis.*

Sponsa Filii. — D. Althelw. in libro *de land. Virginitatis*, cap. 22.

Sponsa Dei. — D. Theodorus Studites in canone, qui canebatur in erectione Sanctarum imaginum.

Sponsa Dei per quam Deus bene voluit hominum liberare corruptibilem substantiam. — Theophan. Nicenus hymno in *Annunt. S. Deiparæ.*

Sponsa inculpatissima Conditoris. — Idem in *Menitis Græcorum*, die 17 Januarii.

Sponsa Dei benedicta, casta, semperque gloriosa. — S. Joseph. *Hymnograph. in Mariali.*

Sponsa Dei castissima. — Ibid.

Sponsa Dei illibata. — Ibid.

Sponsa Dei immaculatissima. — Ibid.

Sponsa Dei innupta. — Ibid.

Sponsa Dei purissima. — Ibid.

Sponsa Dei sanctissimi. — Ibid.

Sponsa Dei, tota immaculata illum enixa, qui propter ineffabilem misericordiam suam infirmatas nostras portavit. — Ibid.

Sponsa Patris speciosissima. — Ibid.

Sponsa Spiritus sancti. — Cosmas Vestitor, orat. in *S. Joachim et Annam Dei Genitricis parentes.*

Sponsa revera pura. — Ibid.

Sponsa eximia Sponsi cœlestis. — Photius Constantinop. orat. in *S. Mariae Nativit.*

Sponsa cœlestium thalamorum. — Jo. episc. Aretinus in tractatu *de Dormit. S. V. M.*

Sponsa Dei a Sponso suo dotata duplice dote, gratia primo, unde dicta est gratia plena, et tandem gloria in cœlis, quia gratiam et gloriam dabit Dominus, Psal. LXXXIII. — Idiota, *De B. M. V. part. xiv, contempl. 5.*

Sponsa Dei dignissima. — Ibid.

Sponsa Dei non solum propter amoris affectionem, sed etiam propter dominium: nam sicut sponsa post sponsum secundum locum habet in domo, sic ipsa post Christum secundum locum habet in universo, et in bonis Sponsi majorem obtinet portionem. — Ibid.

Sponsa Dei, quia sicut Deus eligit sponsam, ut sibi placeat, sic Deus ipsam elegit; ut canit Ecclesia, « Elegit eam Deus, et præcelegit eam, » quia sine exemplo illi placuit, et sicut sponsa ornatur diversis ornamentis, sic ipsa ornata fuit diversis donis Spiritus sancti, et sicut sponsa conjungitur viro, sic ipsa conjuncta est Jesu Christo per verba de præsenti, eum dixit: « Ecce Ancilla Domini, » et sicut sponsa in thalamum sponsi introducitur,

sic ipsa introduncta est in thalamum sui Sponsi in Assumptione. — Ibid.

Sponsa fidelis Jesu Christi ei fidem servans: nam cum tempore Passionis fides apostolorum concussa vacillaret, ipsa Sponsa fidelis Spousine fidei titubatione constanter adhaesit. — Ibid.

Sponsa Jesu Christi, cui dotem dedit, scilicet de carne sua purissima ac mundissima carnem, in qua passus fuit pro redēptione generis humani. — Ibid.

Sponsa illius artificis qui fabricatus est auroram et solem. — Ibid.

Sponsa mente et corpore speciosa. — Idem *B. M. V. part. xii, contempl. 4.*

Sponsa singularis singulari virginitate desponsata. — Ibid.

Sponsa Altissimi. — Leo imperator, in orat. *de Præsentat. B. M. V.*

Sponsa immaculata. — Idem in orat. *de Annunt. B. M. V.*

Sponsa, quam Deus Pater Unigenito elegit; et loco arrhabonis dedit reconciliationem cum genere humano. — Idem in orat. *de Nativitat. B. M. V.*

Sponsa, quam ob animæ pulchritudinem dilexit Rex, sibiique delegit. — Idem in orat. *de Annunt. B. M. V.*

Sponsa Unigeniti. — Idem in orat. *de Præsentat. B. M. V.*

Sponsa Dei sanctissima. — Constantinus VIII, imperator, in suis *Exapostillariis.*

Sponsa Dei. — Joan. Geometra in *B. V. M. hymn. 4.*

Sponsa et Mater Domini. — D. Fulbertus Carnotensis, serm. 3, *de Nativ. S. V.*

Sponsa sine exemplo, Deo conjuncta, de cūjus casti corporis materia oritur lumen in tenebris ad exturbandas veterum piaculorum nebulas. — Ibid.

Sponsa Régis. — Guerricus abbas, serm. 3, *de Assumpt. B. V. M.*

Sponsa Domini. — D. Petrus Damian. hom. *in Nativit. B. V. M.*

Sponsa dicens nos ad Spousum. — Idem, serm. in *Annunt. B. V. M.*

Sponsa insponsata, per quam orbis lapsi facta est creptio. — D. Auselin. in hymn. 2, *B. Dei Genitricis.*

Sponsa tradueens terrena super cœlestia. — Ibid.

Sponsa adulorum. — S. Auselm. Luccens. super *Salve Regina.*

Sponsa cum qua Deus sponsus novum creavit hominem. — Franco Abbas, lib. vi, *De gratia Dei.*

Sponsa Dei electa. — Ibid.

Sponsa Domini angelorum. — Ibid.

Sponsa elegans et decora. — Ibid.

Sponsa nostra. — Idem, lib. vi, *De gratia Dei.*

Sponsa sapientiae Dei ab æterno ordinata. — Franco Abbas, lib. vi, *De gratia Dei.*

Sponsa speciosissima inter filias hominum, de cuius utero tanquam sponsus de thalamo ad nos processit speciosus forma præ filiis hominum. — Ibid.

Sponsa expers nuptiarum Patris, qui non potest comprehendendi. — Euthymius Encomio in adorationem venerandæ zonæ S. *Deiparæ et fasciarum Domini.*

Sponsa pura, impolluta, intacta, pulcherrima, et ab omni reprehensione aliena Patris, qui nec videri nec comprehendendi potest. — Ibid.

Sponsa Dei. — Joan. Zonaras in canone de S. V. *Maria contra hæreses.*

Sponsa Dei. — Goffridus abbas in orat., ad Matrem Domini.

Sponsa intacta. — Idem, serm. in omni festiv. B. V. M.

Sponsa Dei. — Hugo a S. Victore serm. de Assumpt. B. V. M.

Sponsa fidei. — Idem, serm. in Nativ. vel Assumpt. B. V. M., qui est in ordine 34.

Sponsa Regis æterni. — Idem, serm. de Assumpt. B. V. M., qui exstat in fine II tomii Operum ejus.

Sponsa Dei Patris, in qua completa est causa, cur Synagogam, id est, Ecclesiam prioris populi, ille Deus Pater se adamasse, atque in coniugium assumpsisse, tam multis testatur Scripturæ locis. — Rupert. abbas, lib. i, *De operibus Spiritus sancti*, cap. 7.

Sponsa Dei per Spiritum sanctum amorem venrum. — Idem, lib. iii, Comment. in Cantic. cantor.

Sponsa et Mater Filii Dei Patris. — Idem, lib. vii, *De glorificatione S. Trinitatis et processione Spiritus sancti*, cap. 13.

Sponsa vera principaliter amici æterni, id est, Dei Patris. — Ibid.

Sponsa Dei. — D. Bernard. serm. 5, sup. *Salve, Regina.*

Sponsa Agni mitissimi. — S. Petrus Maurit. Cluniac. Prosa in honorem Matris Domini, serm. 12, *Bibliotheca PP.*

Sponsa Dei, quæ per nuptias cum Deo non amisit virginitatem suam, et Deus per easdem nuptias non amisit divinitatem suam. — B. Aelredus, serm. in Annunt. B. V. M.

Sponsa Mater Sponsi sui, id est, Filii, quia animam illius divinitati suæ conjunxit Filius, et quia Deus ipse homo factus de ipsis utero quasi sponsus de thalamo processit. — Ibid.

Sponsa Regis nostri. — Idem, serm. 2, *de Nativit. B. V. M.*

Sponsa Dei. — Adam de Persenia in *Mariali*, fragm. 2.

Sponsa Dei. — Philip. abbas proœmio in *Cantic. cantor.*

Sponsa dilecti, quam severo et sincero commercio snasit ei mysterialis unitas amplectendam. — Ibid, lib. v, in *Cantic. cantor.*, cap. 2.

Sponsa Filii sui. — Idem, lib. ii, in *Cantic. cantor.*, cap. 14.

Sponsa inter filias virtutum merito decorata. — Ibid lib. ii, in *Cantic. cantor.* cap. 20.

Sponsa Mater. — Idem, lib. i, in *Cantic. cantor.*, cap. 14.

Sponsa Virgo. — Idem, lib. iii, in *Cantic. cantor.*, cap. 16.

Sponsa Dei per fidem desponsationis. — Balduin. Devon. in tract. *De Salutat. Angelica.*

Sponsa Patris æterni. — Absal. abbas serm. 2, in *Annunt. B. V. M.*

Sponsa Christi, eo quod illum Deo Patri genuerit. — Honor. Angustod. in *Sigillo B. V. M.*

Sponsa Filii sui, quia genuit ei virgines suo exemplo. — Ibid.

Sponsa Patris, eo quod Christum illi genuerit. — Ibid.

Sponsa quæ Patri æterno clausa genuit Filium. — Ibid.

Sponsa Spiritus sancti. — D. Franciscus in orat. 2, ad B. V. M.

Sponsa Dei solemnis. — B. Joseph. Steinfeld. opusc. 4,

Sponsa Dei castissima. — Theodor. Lasc. imp. in canone ad S. *Deip. V.*

Sponsa Dei sanctissima. — Ibid.

Sponsa Patris. — Ibid.

Sponsa fidelis, de enjus fidelitate confidit valde Sponsus, sicut dicitur Proverb. xxxi, « Confidit in ea cor viri sui, et spoliis non indigebit, » quia quoscunque suis orationibus meritis et exemplis liberat a diabolo, apponit et assignat dominio Sponsi sui. — Richard. a S. Laur. *de laud. S. V. M.*, lib. vi.

Sponsa Filii, cui dedit ipse Filius duplē dōtem; unde dicta est « gratia plena, » et tandem « gloria in excelsis, quia gratiam et gloriam dabit Dominus. Psal. lxxi. » — Ibid.

Sponsa Filii, quam sibi tunc spiritualiter desponsavit, cum illi tanta se gratia sociavit, ut de carne ejus sacratissimam sibi carnem assumeret. — Ibid.

Sponsa opposita primæ sponsæ, nempe Evæ, quia si prima sponsa de costa viri sui formata est, de carne Mariæ formatus est Filius suus, quod petebat Eccli. xxxvi : « Innovæ signa et immutabilia : » mirabile enim fuit de costa viri formare mulierem, sed immutatio mirabilium est, quod de carne solius mulieris formatus sit homo. — Ibid.

Sponsa sponsarum. — Idem *de laud. B. V. M.*, lib. i.

Sponsa Christi electa in prædestinatione, ornata in sanctificatione, copulata Christo in ejus Conce-

ptione, assumpta ad thalamum in Assumptione. — Idem de laud SS. V. lib. vi.

Sponsa Christi propter inconcessam fidei constantiam : cum enim tempore passionis fides apostolorum conessa vacillaret, ipsa velut sponsa fidelis sponso suo, sine fidei titubatione, constanter adhæsit. — Ibid.

Sponsa Christi, quia sicut quidquid habent sponsus et sponsa, utrique communis est, ita quidquid habet Filius, habet Mater, et e converso, unde videtur ei dicere Filius illud, Joan. xvii : « Mea omnia tua sunt, » aliter tamen, quia non a Matre Filius, sed omnia a Filio habet Mater. — Ibid.

Sponsa Filii sui. — D. Anton. de Padua, serm. in Dominic. 3 Quadrag.

Sponsa, de cuius carne formatus et Sponsus ejus. — Joan. Hailgrin. in cap. iv *Cantic. cantor.*

Sponsa Domini propter inconcessam fidei constantiam : cum enim tempore passionis fides apostolorum conessa vacillaret, ipsa velut sponsa sponso suo sine fidei titubatione constanter adhæsit. — Ibid.

Sponsa quæ sponso suo familiarior majorem in sponsi bonis obtinet portionem. — Ibid.

Sponsa Christi ab ipso omni virtutum genere prædotata. — Hugo Carensis in cap. iv *Cantic. cantor.*

Sponsa Sponsi. — D. Amedeus homil. 7, de laud. S. V.

Sponsa Dei electa, Dei plena gratia. — S. Simon Stock in hymn. *De Deip.*

Sponsa a Deo Patre electa. — D. Bonavent. in *Litanie Psalterii* B. V. M.

Sponsa Domini delicatissima. — Idem in *Speculo* B. V. M. cap. 5.

Sponsa Domini, qua nulla amabilior. — Ibid.

Sponsa Domini venustissima. — Ibid.

Sponsa æterni Patris. — Idem in canticis *Psalterii* B. V. M.

Sponsa justissima Domini Spiritus sancti. — Idem in *speculo* B. V. M. cap. 5.

Sponsa pulchra in justitia et judicio respectu sui, pulchra in miserationibus, et misericordia respectu proximi, pulchra in fide respectu Dei. — Ibid.

Sponsa Regis alma. — Idem in *Psalterio minori* B. V. M. Quinquagena 2.

Sponsa Regis æterni. — Idem in cantic. *Psalterii* B. V. M.

Sponsa Spiritus sancti formosissima in conversione, dulcissima in allocutione — Idem in *Speculo* B. V. M. cap. 8.

Sponsa summa summi Regis. — Idem in laud. B. V. M.

Sponsa summæ bonitatis. — Idem in *Speculo* B. V. M. cap. 8.

Sponsa summi Consolatoris. — Ibid.

Sponsa Patris. — D. Thom. Aquin. serm. de B. V. M. ex *Evangelio Dominic.* 4 in *Quadrag.*

Sponsa Dei, de cuius dignissimis nuptiis dicitur Esther 11 : Rex Assuerus, id est Christus, pro coniunctione et nuptiis Esther, id est Mariæ, in die Annuntiationis celebratis, quarum conciliator fuit Gabriel, jussit convivium præparari, id est, gaudium speciale, magnificum in toto orbe, in cœlo, et in purgatorio. — Albert. Magn. in *Biblia Mariæ*, sup. lib. Esther.

Sponsa Dei electa, in morte Filii sui viduata. — Idem in *Biblia Mariæ*, sup. Lament. Jerem. proph.

Sponsa Dei per inestimabilem charitatem. — Idem, serm. 3, in *Assump.* B. V. M.

Sponsa non habens maculam neque rugam. — Idem in *Postillis*, super cap. 1, *Lucæ*.

Sponsa Patris. — Idem, serm. 3 in *Nativ.* B. V. M.

Sponsa propitiationis, quam præparavit ab æterno Filio in Matrem, reo in reconciliationem, justo in præmium. — Idem in *Biblia Mariæ* super libr. Genesis.

Sponsa regis æterni. — Idem, serm. in *Dominic.* 17 post *Trinitatem*.

Sponsa veri Salomonis. — Idem, serm. 1 in *Assumpt.* B. V. M.

Sponsa Sponsi cœlestis, qui cum ea spirituale matrimonium contraxit. — Jacob. de Vorag. in *Mariati*, serm. 8 S.

Sponsa Dei Patris, cum qua Deus Pater matrimonium per verba de præsenti contraxit, quando illa respondit ad angelum, et cor direxit ad Deum, dicens, Luc. 1 : « Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. » — Aëgidius Columna Exposit. in *Salutat. angel.*

Sponsa Dei per dilectionem Dei. — Alanus de Insul. in cap. 11 *Cantic.*

Sponsa Dei per naturalem unionem. — Idem in cap. iv *Cantic.*

Sponsa Dei, quæ venit de Libano, id est, de candidatione et dealbatione virtutum. — Ibid.

Sponsa Dei singularis et unica. — Idem in cap. 1 *Cantic.*

Sponsa, quæ a Deo generationem habuit, et tota Dei effecta est atque divina. — Matthæus Cantzen. in cap. iv *Cantic. cantor.*

Sponsa Dei electissima et amantissima. — Jo. Thauler. in festo *Purificat.* B. V. M.

Sponsa Spiritus sancti. — Idem, serm. in festo *Annunt.* B. V. M.

Sponsa Deo reservata. — Jacob. monach. in *Mariati*, orat. 4.

Sponsa innupta. — Idem in *Mariati*, orat. 2.

Sponsa purissima. — Ibid.

Sponsa munda. — Jacob. monach. orat. de *Nativ.* B. V. M.

Sponsa innupta a Deo prælecta. — Ibid.

Sponsa, cuius laudibus totum illud dulcissimum epithalamium Cantici canticorum de ea spiritua-

liter a Spiritu sancto est dictatum. — Ern. Prag. in *Mariali*, cap. 131.

Sponsa Dei præelecta. — D. Birgitta in serm. Angel. de *excellentia S. Virg. M.* cap. 5.

Sponsa Dei. — Emmanuel Psal. in can. ad *S. Deip. V.*

Sponsa mundana contemnentibus et relinquentibus. — Barthol. de Pisis lib. 1, *De laud. S. V.* fructu 8.

Sponsa Dei purissima et lucidissima. — Isidor. Thessalonie. in orat. de *Præsent.* B. V. M.

Sponsa Deo dignissima. — Idem in orat. de *Assumpt.* B. V. M.

Sponsa Dei reservata. — Idem in orat. de *Præsentat.* B. V. M.

Sponsa divina. — Ibid.

Sponsa Dei super omnes charissima. — Joan. Gerson. tract. 5 super *Magnificat.*

Sponsa sapientiae. — Idem, tract. 9 super *Magnificat.*

Sponsa præcipua Conditoris universorum. — D. Laur. Justin. in serm. de *Annunt.* B. V. M.

Sponsa, quam sibi delegit sapientia. — Idem in serm. de *Purific.* B. V. M.

Sponsa castissimæ dilectionis, singularissimæ secundationis, sollicitissimæ educationis, quæ singulari munditia virginitatis, et amplius profundiissima abyso humilitatis, placuit altissimo Patri, cui et Filium suum unigenitum dedit, quem de suis castissimis visceribus concepit et peperit et diligentissime innutritivit. — D. Bernard. Senens. tom. III de *Assumpt.* B. V. M.

Sponsa Dei dilectissima. — Idem, tom. I, serm. 61 *De superadmirabili gratia et gloria B. V. M. Dei.*

Sponsa æterni Patris. — Idem, tom. I, serm. 52.

Sponsa, quam coram tota cœlesti curia æternus Pater dulcissime amplexatus est, et recognovit Matrem unigeniti Filii sui. — Idem, tom. III, serm. de *Assumpt.* B. V. M.

Sponsa sanctissima sancti Joseph. — Idem in serm. de *S. Joseph.*

Sponsa summi Regis per gloriosam Assumptionem. — Idem, tom. I, serm. 52.

Sponsa totius Trinitatis incommunicabilis charitatis. — Idem, tom. III, serm. de *Assumpt.* B. V. M.

Sponsa Principis misericordiæ. — Martin. de Magistr. in *Exposit.* sup. antiph. *Salve Regina.*

Sponsa Dei, ex qua genitus est Christus, id est, opere Dei supernaturali. — D. Antonin. in *Summ. part. iv.* tit. xv, cap. 5.

Sponsa Dei in mysterio incarnationis. — Idem in *Summ. part. iv.* tit. xv, cap. 38.

Sponsa Dei Patris, ex qua virtute Spiritus sancti Filiū generavit, communem Filium utriusque. — Idem in *Summ. part. iv.* tit. xv, cap. 3.

Sponsa ornata omni gratia. — Ibid.

Sponsa Dei Patris, ab æterno prædestinata et

præelecta. — Guilielmus Vine. serm. ae *Concept.* B. V. M.

Sponsa celeberrima. — Dion. Carth. *De præc.* B. V. M. lib. 1, art. 1.

Sponsa charissima Spiritus sancti, in qua potissimum Spiritus sanctus sibi complacuit. — Idem, lib. II, *De laud. S. V. M.* art. 26.

Sponsa Dei amabilissima. — Idem in *Cant. a. 5.*

Sponsa Dei dilectissima, cui Deus excellentissimam condonavit divinorum intuitionem. — Idem, lib. II, *De laud. S. V. M.* art. 9.

Sponsa Dei divinissima. — Idem lib. III, *De laud. S. V. M.* art. 23.

Sponsa Dei præelectissima. — Idem lib. 1, *de laud. S. V. M.* art. 27.

Sponsa Dei sapientissima. — Idem, in *Can. art. 5.*

Sponsa spiritualissima. — Idem, lib. III, *De laud. S. V. M.* art. 23.

Sponsa Deifera. — Idem in *Can. art. 12.*

Sponsa delicatissima. — Idem, lib. 1, *De præcon.* S. V. M. art. 25.

Sponsa desiderabilissima. — Idem, lib. 1, *De præcon.* S. V. M. art. 18.

Sponsa dilectissima Dei incarnati. — Idem in *Cantic. art. 27.*

Sponsa ex inæstimabili sua pietate et gratia omnium eam sincere amantium, quamvis adhuc defectuosorum ac pauperum, infirmorum atque in multis quotidiane culpabilium. — Idem, lib. III, *de laud. S. V. art. 20.*

Sponsa præcipua Dei Patris, quam mystico spiramine fecundavit, induens Unigenitum suum substantia carnis ejus. — Idem, lib. 1, *de laud. S. V. M. art. 24.*

Sponsa præelectissima Dei omnipotentis, quam ipse Deus misericordissime, paternaliter et incessanter custodivit, dilexit et protexit in omnibus. — Idem *de laud. S. V. M. lib. II, art. 18.*

Sponsa singularis et singulariter unica, atque ineffabiliter prædicta Sponsi cœlestis, ab ipso Sponso unigenito Filio suo fide illuminatissima despontata, spe certissima subarata, charitate ferventissime amplexata, copiosissime secundata per exuberantissima gratiarum charismata. — Idem in *Can. art. 5.*

Sponsa singularis Filii sui. — Idem *De laud. S. V. M. lib. III, art. 3.*

Sponsa singularis Patris æterni. — Idem, lib. 1, *de laud. S. V. art. 2.*

Sponsa summa Spiritus sancti. — Idem, lib. IV, *de laud. S. V. M. art. 10.*

Sponsa Trinitatis adorandæ incommunicabilis charitatis. — Idem, lib. IV, *de laud. S. V. M. art. 9.*

Sponsa unica Patris æterni. — Ibid.

Sponsa singularis Spiritus sancti, a quo ab origine mundi electa, ex millibus præelecta, dote bona dotata, singulari amore ei copulata, a quo obumbrata et quodammodo, si dici licet, imprægnata. — Joan. Mauburn. in *Rosario de præconiis B. V. M. membr. 1.*

Sponsa Altissimi. — *Bernardin. de Bustis in Mariali, serm. 2, de Coron. B. V. M.*

Sponsa a Sponso cœlesti non solum gratia, et sanctitate repleta, sed etiam in ipsa gratia et sanctitate confirmata, ac in perpetuum stabilita. — *Idem, serm. 5, de Nativ. B. V. M.*

Sponsa benedicta, quam cœlestis Sponsus non solum replevit gratia, sed sibi totaliter consecravit. — *Ibid.*

Sponsa benedictissima Regis cœlestis. — *Ibid.*

Sponsa cœlestis, cuius secunditas incomparabilis, quia Filium illum protulit, qui universum orbem redemit, quod omnes mundi homines et enctæ simul creaturæ facere non potuissent. — *Ibid.*

Sponsa cœlestis, ex cuius formositate nullus unquam occasionem concupiscentiæ accepit, sed potius, si quis luxuriosus eam inspexisset, remordebatur de peccato suo, reprimebatur ejus concupiscentia. — *Ibid.*

Sponsa cœlestis sacratissima. — *Ibid.*

Sponsa cœlesti Sponso fertilissima, quia unigenitum ejus Filium peperit, qui solus omnes filios et filias, qui unquam fuerunt, et erunt, meritis et virtutibus antecessit. — *Ibid.*

Sponsa, cuius dos fuit tam ampla, ut soli Deo cognoscenda servetur. — *Ibid.*

Sponsa Dei admirabilis cœlestis. — *Ibid.*

Sponsa Dei castissima. — *Id. in Mariali serm. 7, de Concept. B. M. V.*

Sponsa Dei, cui Deus sponsus non solum donavit sponsalia munera, et donationem propter nuptias illi fecit, sed etiam illius dote accrebit, et nova dote ipsam ditavit. — *Idem, serm. 5, de Nativit. B. M. V.*

Sponsa Dei, cui Deus sponsus pretiosam dotem dedit, cum ei omnes thesauros sapientiæ et scientiæ donavit, et contulit gratias suas. — *Ibid.*

Sponsa Dei secundissima. — *Ibid.*

Sponsa Dei idonea. — *Ibid.*

Sponsa Dei inclyta, super omnes creaturestas integrimæ et mundissima. — *Ibid.*

Sponsa Dei integerrima. — *Ibid.*

Sponsa Dei intemerata, castissima, immaculataque. — *Idem in Mariali serm. 1, de Concept. B. M. V.*

Sponsa Dei nobilissima. — *Idem in Mariali serm. 7, de Concept. B. M. V.*

Sponsa Dei omni speciositate fulgentissima. — *Idem, serm. 4, de Nativit. B. M. V.*

Sponsa Dei ornatissima, beatissima, delicatissima, dignissima. — *Idem, serm. 5, de Nativit. B. M. V.*

Sponsa Dei Patris, ex qua virtute Spiritus sancti ortus est Redemptor humani generis. — *Idem, serm. 4, de assimilat. B. M. V.*

Sponsa Dei pulcherrima, gratiosissima, beatissima. — *Idem, serm. 5, de Nativ. B. M. V.*

Sponsa Dei verecundissima. — *Ibid.*

Sponsa Deitatis. — *Idem in Officio Concept. B. V. M.*

Sponsa Deum ipsum habens pro dote. — *Idem, serm. 5, de Nativit. B. V. M.*

Sponsa dilectissima Regis cœlestis. — *Ibid.*

Sponsa egregia Dei Patris omnibus digna. — *Ibid.*

Sponsa idonea æterni Regis formosissima et omni pulchritudine renitens. — *Ibid.*

Sponsa innocens, immaculata atque omni puritate repletissima, quam Imperator cœli et terræ, Rex regum, et Dominus dominantium, qui est innocens et impollutus, sibi assumpsit. — *Ibid.*

Sponsa nobilis, quæ Sponso suo cœlesti maximam dotem dedit, cum omnium virtutum et optimorum morum ornamentum ei donavit. — *Ibid.*

Sponsa nobilissima ac jucundissima Dei Patris.

— *Idem, serm. 4, de Nativ. B. V. M.*

Sponsa Paracleti. — *Idem in Mariali serm. 2, de Coronat. B. V. M.*

Sponsa Patris æterni. — *Idem, serm. 8, de Annunt. B. V. M.*

Sponsa purissima Dei purissimi. — *Idem, serm. de Nativit. B. V. M.*

Sponsa quam omnipotens Deus sibi ab æterno elegit, ut ejus unigenitus Filius tanquam sponsus procederet de thalamo suo. — *Ibid.*

Sponsa Regis angelorum, et Imperatoris universorum. — *Ibid.*

Sponsa Regis cœlestis, non solum ipsi, sed omnium oculis gratiosa. — *Ibid.*

Sponsa Regis æterni gloriosa. — *Ibid.*

Sponsa totius Trinitatis incommunicabilis charitatis. — *Idem, serm. 2, de Assumpt. B. V. M.*

Sponsa Dei, qui est Rex regum, et Dominus dominantium, et ideo Regina reginarum, et Domina dominantium. — *Claud. Rapin. Cœlestin. serm. 2, de Concept. B. V. M.*

Sponsa dilecta et immaculata cui se et sua communicavit Spousus cœlestis, qui tanto familiaritatis et amicitiæ vinculo cum ea conjunctus fuit, ut ab initio immaculæ Conceptionis suæ, in sanctuarium Dei introducta, actualis, læta, perfecta et æterna non defuerit Verbi divini fruitio. — *Ibid.*

Sponsa, quam merito ac decenter talem condidit Sponsus in tempore, qualem elegit, ac præordinavit in sua æternitate. — *Ibid.*

Sponsa, quam tanto Sponsus insigniavit honore, tanta prævenit gratia et sanctitate, tanta evexit dignitatis magnitudine, tanta decoravit formositate, ac tanto roboravit virtutum agmine, ut nulla unquam obnubilaverit mentem ejus tentatio, nulla peccati pollutio vel ad momentum tetigerit, sed in mediis quoque tribulationum procellis, ipsam

meridie claritatem suo splendore semper superaverit. — Claud. Rapin. *cœlestis. serm. 2 de Concept. B. V. M.*

Sponsa, cuius dos soli Deo cognoscenda servatur. — Maurit. de Villa Probata *serm. 29, Coronæ novæ B. V. M.*

Sponsa Dei electa. — Ibid. *serm. 12.*

Sponsa Dei Patris, ex qua virtute Spiritus sancti genitus est Redemptor humani generis. — Ibid.

Sponsa dilectissima Patris *cœlestis*. — Ibid. *serm. 1.*

Sponsa dotata a Sponso *cœlesti*, quoad sensus corporis et animæ. — Ibid. *serm. 29.*

Sponsa Imperatoris æterni. — Ibid. *serm. 3.*

Sponsa Sponsi *cœlestis*, repleta gratia et sanctitate, et in gratia et sanctitate confirmata, et in æternum stabilita. — Idem, *serm. 29, Coronæ novæ B. V. M.*

Sponsa valde petens Dei Patris. — Ibid. *serm. 23.*

Sponsa Patris æterni. — Marcus Vigerius in *Decachordo Christiano*, lib. 1, cap. 17.

Sponsa Dei charissima et vitæ merito, et divini muneric privilegio nunquam petulæ carnis corruptione gravata, aut pollutione maculata peccati, aut legi delinquendi subjecta, sed tota pulchra, tota gratiarum varietate decorata. — Dion. Fab. *tract. 1, de Concept. B. V. M.*

• *Sponsa* Dei charissima, tota pulchra, tota formosa et tota ab omni parte beata : omni carens opprobrio, et originalis culpæ veteri contagio, tum ex vitæ sanctitatis merito, tum ex divini singularis muneric privilegio tam ardenter ab æterno Dei Filio adamari meruit, ut suavi languiens amore, et ardentis charitatis flamma succensus, exclamare congeretur : « Vulnerasti cor meum, soror mea sponsa, vulnerasti cor meum. » — Ibid.

Sponsa Dei excellentissima, tota corpore et mente speciosa, tota meritis secunda, tota amore pudica, sola sine peccato concepta, cuius gratiarum copiam plenissimam, ineffabilem virtutum decorum, meritorumque celsitudinem, ac denique corporis et animæ puritatem, supra angelicam, cœlum miratur, et stupet natura, et beatorum spirituum venerantur agmina, laudant, reverentur. — Ibid.

Sponsa Dei sacratissima, quæ non solum meruit a generali lege pallidæ mortis, et horrendæ carnis atque spiritus divisione libera fieri, quantum voluit, verum etiam ab universis hujus ærumnosæ vitæ, tam animi, quam corporis miseriis, calamitatibus, angustiis atque doloribus, quibus vita præsens tota repleta est, utpote ejus conceptus culpa est, nasci miseria, vivere pœna, mori angustia. — Ibid.

Sponsa Dei sacrosancta, in conceptione pura, supra legem concepta, et a communi mortalium omnium generalitate singulare privilegio, sola exempta; necnon a prima atque universalis humanæ

naturæ culpa divinitus præservata, ac etiam in justitia originali, per infusionem divinæ lucis, et *cœlestis* gratiæ, que interioris hominis oculos illuminat, conservata. — Ibid.

Sponsa tota pulchra, tota formosa, tota speciosa, et ab universalis originalis culpæ macula prorsus libera, præparata Sponso *cœlesti*, præ filiis hominum forma specioso, ad regales divinæ humanæque naturæ nuptias celebrandas, de sinu Patris properanti, ut ex carne virginali sancta et immaculata, Sanctus sanctorum et immaculatus Dei Filius nostræ conditionis susciperet substantialiam, ac veniente temporis plenitudine ex immaculata immaculatus, et ex omnino sancta omnino sanctus conciperetur, nasceretur, lactaretur. — Ibid.

Sponsa Dei per fidem. — Joan. Picus lib. II, in *Cantic. cap. 12.*

Sponsa Dei. — S. Thoñ. de Villa Nova in *conc. 2, de Assumpt. B. M. V.*

Sponsa Patris. — Idem, *serm. 1, de Annuntiat. B. M. V.*

Sponsa ruralis, quam sibi delegit unigenitus Dei Filius, et *cœlestis* gloriæ princeps adamavit. — Ibid.

Sponsa unica, quam potentissimus Dominus sibi ex omnibus elegit, et præ omnibus adamavit. — Idem in *conc. 2, de Nativ. B. V. M.*

Sponsa amabilis, quam Deus concupivit. — Ludov. Blosius in *Endolog. 1, ad B. V. M.*

Sponsa Dei altissimi. — Idem in *Endologia 3, ad B. V. M.*

Sponsa secretissima secretissimi Sponsi. — Ibid.

Sponsa candidissima, et vera serenitas animæ quærenti te. — Joan. a Jesu-Maria, tom. II Oper. suor. pag. 64, *Theod. myst.*

Sponsa Spiritus sancti. — Robert. Bellarmin. *Conc. 2, in Dominic. 1 Adventus.*

SPONSARIUM immortalitatis. — Theophan. Nicænus, hymn. in *Annunt. S. Deip. V.*

SPONSIO subsistens veraque divinorum contractuum. — S. Andreas Cretensis, orat. 3, *de Dormit. B. V. M.*

STABILIMENTUM monachorum et solitariorum. — D. Ephrem, *serm. De laud. B. V. M.*

Stabilimentum præfirmum salutis humanæ. — S. Joau. Damasc. in *Menæis Græc.* die 27 Januar.

Stabilimentum primi parentis. — Jacob. monach. in *Mariali*, orat. 6.

STABILITAS virginum. — S. Andr. Cret. can. in *S. Andream apostol.*

Stabilitas eorum, qui ex materia moventur. — Theod. Lase. imp. in can. ad *S. Deip. V.*

Stabilitas immobilis. — Ibid.

Stabilitas martyrum et omnium sanctorum. — Ibid.

Stabilitas scientiarum. — Ibid.

STAELEM. — D. Bernard. in serm. 3, sup.
Salve Regina.

STACTE ex virginalis balsami confectione sanctitatis stactem, id est lactis, Christo stillans, ac canens in Canticis: « Fasciculus stactes dilectus meus mihi, inter ubera mea communorabitur. » — S. Joan. Damasc. orat. 4, de Nativ. B. V. M.

STAGNUM gratiarum et donorum, gratias, quas Spiritus sanctus ei subministrat, nobis distribuens unicuique secundum propriam virtutem, id est, humilitatis capacitatem: nam « de ejus plenitudine omnes accepimus. Joan. 1. » — Rich. a S. Laurent. de laud. S. Virg. lib. ix.

STATUA a Deo sculpta. — S. Andr. Cretens. orat. 3, de Dormit. B. V. M.

Statua divinæ cælaturæ. — Ibid.

Statua sacrosancta Spiritus sancti. — S. Joan. Damasc. orat. 3, de Assumpt. B. V. M.

Statua divina. — D. Amedeus homil. 5, de laud. B. V. M.

STELLA, ex qua prodiit sol Christus Dominus noster. — S. Philipp. apost. serm. in transitu B. V. M. apud Amedeum, raptu 8.

Stella fulgidissima, ex qua Christus processit. — D. Ephrem. serm. de laud. B. V. M.

Stella, quæ stellam protulit, nempe Christum, et præsepe partum exceptit. — S. Joan. Chrys. orat. 7, in S. Deip. V.

Stella proferens solem. — D. August. serm. 20, ad Fratres in eremo.

Stella, quæ solem dedit. — D. Eleutherius, serm. de Natali Domini.

Stella manifestans solem. — S. Andr. Cret. orat. 2, in Annunt. B. V. M.

Stella lucida, ex qua ortum fuit astrum lucidissimum ex Jacob. — Anastas. Sinaita, lib. iv, Anagog. contemplat. in Hexaemeron.

Stella vitæ. — Isychius serm. 2, de laud. S. V. M.

Stella maris, genuit enim lumen mundi. — D. Isidor. lib. vii, Orig. cap. 10.

Stella maris, quam cœlum suis recepit sedibus. — D. Ildephons. serm. 4, de Assumpt. B. V. M.

Stella, de qua ortus est ille, per quem illuminatur omnis mundus, per quem vera lux in mari hujus sæculi resulsi. — Ibid.

Stella monstrans solem. — S. Joan. Damasc. can. in Annunt. Deip. V.

Stella refulgens splendoribus Deitatis ex Jacob, iis, qui tenebris opprimebantur, orta: per eam enim Christus Deus incarnatus est, quo illuminatur. — Idem in Octoec. Græcorum.

Stella maris. — Albinus Flaccus, hom. de Nativit. B. M. V.

Stella maris, inter fructivagas undas pelagi sive ac moribus sequenda, ne mergamus undis diluvii, sed per eam illuminemur, ut Christum natum ex ea pro salute totius mundi credamus.

— Paschasius Ratbertus, lib. 1, in S. Matthæi, Evang.

Stella alta ratione dignitatis. — Idiota De B. M. V. part. iii, contempl. 6.

Stella clara et lucida sanctitatis exemplo illuminans mundum multiplici virtutum radio, clara etiam per vitæ puritatem, non habens in se aliquam maculam. — Ibid. part. xiv, contempl. 15.

Stella clarissima immittens radium lucis suæ, qui noctem cordis nostri illuminet peccatorum tenebras effugando. — Ibid.

Stella desiderabilis. — Ibid. part. xiv, contempl. 16.

Stella exemplo fidei magos ad Christum adducens. — Ibid. part. xiv, contempl. 4.

Stella fixa in firmamento cœli, id est, sacræ Scripturæ per jugem meditationem legis divinæ et in bonis cœlestibus per desiderium, et amorem æternorum tanquam vera filia Abrahæ, cui promissum erat, Gen. xxii: « Multiplicabo semen tuum sicut stellas cœli. — Ibid. part. xiv, contempl. 15.

Stella fulgida ratione puritatis. — Ibid., part. iii, contempl. 6.

Stella gratiæ ex Jacob orta emittendo illum radium, qui totum mundum illuminavit. — Ibid. De B. V. part. iii, contempl. 5.

Stella laudabilis. — Ibid. part. xiv, contempl. 16.

Stella maris, id est, miserorum, qui ad hoc ordinata est ab æterno, ut per eam Dominus, in quantum in ipso est, omnium miseretur, et omnes miseri fluctuantes in amaritudine criminum in ea refugium invenirent, quæ lucem genuit fluctuantibus in hoc mari. — Ibid. part. xiv, contempl. 47.

Stella maris, quia navigantes mare mundi spatiolum, ubi sunt reptilia absque numero, et animalia pusilla cum magnis, Mariam veram stellam maris, inter omnes stellas, id est, sanctos præcipue cognoscunt, ad eam frequentius spiritualibus oculis respiciunt, ipsam perditam sollicitius requirunt, secundum ipsam iter suum dirigunt: ipsa namque recte vivere cupientes exemplis suis dirigit, errantes reducit et pericitantes ad portum salutis. — Ibid.

Stella maris, quia dirigit in hac misera peregrinatione peccatores, errantes per devia reducit ad vitam, et viarum discrimina ostendit et defendit viatores. — Ibid. part. xiv, contempl. 7.

Stella maris stellis æthereis præminens altitudine, quia universis cœlis et creaturis altior est: nam cæteri sancti migrantes a corpore recipiuntur inter choros angelorum, sed ipsa quadam excellenti majestate gloriae exaltata est super omnes ordines beatorum. — Ibid. part. xiv. contempl. 47.

Stella maris stellis cæteris præminens immobilitate, quoniam quasi in centro firmaienti constituta cæteris vario motu modo ad ortum solis, modo

ad occasum tendentibus, immobilis permanxit. — Idiota de B. M. V. part. xiv, contempl. 7.

Stella matutina dirigens in hujus mundi pelago viatores, illos ab erroris semita revocando. — Ibid. part. iii, contempl. 7.

Stella matutina: nam sicut stellæ materia incorrupta est, quia cuncta corpora citra luminaria subjacent corruptioni, sed sola natura stellarum mundo manente non potest corrumpi, sic materia beatæ Virginis incorrupta permanet, de qua natus est secundum carnem ille « cuius animam Deus non reliquit in inferno, nec dedit sanctum suum videre corruptionem, » ipsa etiam Virgo secundum carnem penitus expers corruptionis fideliter est credenda, quæ incorrupta virginitate de se genuit eum, qui omnis incorruptionis est causa. — Idem De B. V. part. xiv, contempl. 16.

Stella matutina, quia semper fuit in mane oriens, et nunquam tetendit ad occasum peccati, sed semper splendida stella fuit illuminando populum, qui ambulabat in tenebris peccatorum. — Ibid.

Stella matutina, quia sicut stella matutina, licet luna et omnes stellæ superveniente solis lumine non apparent, sed absorbeantur a splendori solis, lucet cum sole, nec ad lumen solis propriam claritatem amittit, sic beata Virgo, quæ peperit solem, lucet cum sole, id est, benedicto Filio suo, et quanto majori dignitate rutilat Filius ejus benedictus, tanto majori dignitate splendet ipsa Mater, et licet longe sit minor Filio, sicut stella minor sole, hoc tamen gaudet privilegio, quod omnis anima Deo comparata suam reprimit claritatem, sed quia honor Filii honor est Matris, in excellentia Filii ejus benedicti lucet excellentia ipsius, quia Mater est, quæ tantum Filium meruit generare. — Ibid.

Stella a Deo sculpta. — S. Andreas Cretensis, orat. de Dormit. B. M. V.

Stella matutina splendidissima lucens antequam diescat, quia ortus ejus præcessit ortum Jesu Christi benedicti Filii ejus, qui est lux et dies. — Ibid.

Stella mirabilis. — Ibid.

Stella, quæ vincenti promittitur in præmium, Scriptura attestante, « Vincenti dabo stellam matutinam, Apoc. ii, » in cuius ortu scilicet quando gratia, et dilectio ejus ponuntur in corde justi, fugantur fures, id est, dæmones, quibus ipsa est « terribilis ut castrorum acies ordinata, Cant. vi, » et ideo vigiles sunt alacriores, et quicunque de sua salute est sollicitus. — Ibid.

Stella, quia sicut stella habet motum continuum, sic beata Virgo continuo motu fuit de virtute in virtutem, de uno bono ad aliud, de vita activa ad contemplativam. Et quia sicut stella firmamentum exornat, sic beata Virgo totam Ecclesiam tanquam pulcherrimo lumine exornat; siquidem tota pulchra est et ex omni sui parte lucida. — Ibid. parte xiv, contempl. 15.

Stella, quia sicut stella illuminat noctem, sic beata Virgo noctem illam solitariam nec laude dignam, quæ ab Eva fluxerat, usque ad eam illuminavit: nam in gloriosissimo ortu ejus omnia meliorari incepérunt, quia ipsa repleta gratia septiformi replevit nos plenitudinem gratiæ refundendo, nisi steterit per nos. — Ibid.

Stella maris, quia sicut stella in mari navigantibus est rectæ viæ indicium, sic beata Virgo in hoc mundo fluctuose viventibus aliis rectam viam humilitatis, aliis castitatis, aliis bonæ operationis, aliis contemplationis, seu cujuslibet virtutis ostendit. — Idem de B. V. parte xiv, contemplat. 17.

Stella, quia sicut stella se parvam ostendit, sic beata Virgo parva apparuit per humilitatem, cum se obtulit in ancillam, quæ postulata erat in matrem, et quia sicut stella tempore geliditatis, id est, passionis benedicti Filii sui, quando cæterorum charitas refriguit, ipsa sola quasi de nocte totam Ecclesiam illustravit, et per excellentissimam conversationem semper coruscavit et rutilavit, et quia sicut stella aspectum et effectum habet ad terram, sic beata Virgo ad dexteram, id est, ad terrenos quorum procurat negotia, maxime servorum et amatorum suorum. — Ibid. part. xiv, contempl. 16.

Stella, quia sicut stellæ incorruptibles sunt de natura, sic beata Virgo incorruptibilis est de gratia, et etiam sine corruptione putredinis et incinerationis in corpore de mundo assumpta fuit. — Ibid. part. xiv, contempl. 16.

Stella splendida, cuius sanctissimus ortus claurit ex operatione divina, ex operatione angelica atque cooperatione humana, claurit ex operatione divina, quia beata Virgo per operationem Dei fuit concepta: nam parentes ejus ad senilem ætatem pervenerant, et per 20 annos simul steterant, nec prolem suscepérant; claurit ex operatione angelica: nam angelus singulariter ejus parentibus beatam Virginem nuntiavit; claurit ex operatione humana ratione parentum, quia beatæ Virginis parentes fuerunt nobiles quoad mundum, et sancti quoad Deum. — Ibid. part. viii, contempl. 6.

Stella tota ignea per charitatem, maxime ex quo illum concepit, qui est ignis ardens, tota etiam ignea per virtutum universitatem: nam virtutes ignes sunt naturæ, et ideo sursum trahunt, quia locus ignis sursum est. — Ibid. de B. V. part. xiv, contempl. 13.

Stella maris, quæ Solem peperit justitiæ. — D. Fulbertus Carnotensis in versie. de B. V.

Stella maris, supremo rerum cardini Deo proxima, ad quam universos Christicolas, inter fluctus hujus sæculi migrantes oportet attendere, et respectu exempli ejus cursum vitæ dirigere: quod qui fecerit, non jactabitur vanæ gloriæ vento, nec frangetur scopolis adversorum, nec absorbebitur scytlea voragine voluptatum, sed prospere veniet

ad portum quietis æternæ. — Idem, serm. 1, de Nativ. S. V. M.

Stella prælucida. — Idem, serm. 3, de Nativ. S. V. M.

Stella maris. — Radulphus Ardens, hom. 2, in Annunt. B. V. M.

Stella, ex qua claritas illa, illa lux illudque lumen Verbum caro factum, ad nos processit. — S. Odilo, serm. de Annunt. B. V. M.

Stella maris, quia sicut illi, qui inter fluctus maris exercitatione navigii laborant, stellis sibi Deo auctore famulantibus, ad portum quietis venire desiderant, ita quisquis hujus sæculi periculo naufragio, fluctibus perniciosis irruentibus, sive de animæ, sive de corporis vita periclitatur, necesse est ut ad contemplationem istius stellæ aciem mentis dirigat, per cuius meritum et gratiam posse se ab omni periculo liberari non dubitet. — Ibid.

Stella nostra splendida et matutina adhuc in cumbentibus ignorantiae tenebris et jam jamque Deo propitio deficientibus præparata, ut per illum ad nos procederet Sol justitiae Christus Deus noster. — Ibid.

Stella maris. — Herman. Contractus in antiph. Alma Redemptor.

Stella cœli nova. — D. Petrus Dam. in carminibus de Assumpt. B. V. M.

Stella, ex qua Sol eniuit. — Idem in serm. de Epiphania Domini.

Stella igneæ naturæ: ipsa enim est rubus ille, in quo apparuit Dominus Moysi, qui videbatur quippe ardere, sed non comburebatur, quia gravida quidem apparuit Virgo, sed igne libidinis non est consumpta. — Ibid.

Stella in terra, de qua Balaam prædictit in prophetia sua: « Orietur stella ex Jacob, et confringet omnes alienigenas. » — Ibid.

Stella maris, cuius splendor illuminat mundum. — Ibid.

Stella maris, quæ soli nato suo obtulit aurum regiæ dignitatis, quia ipsa fuit de regia tribu, myrrham integratatis, et thus devotionis ad similitudinem Magorum. — Ibid.

Stella matutina in medio nebulæ, quæ in cœli cardine summo splendore coruscans, orbem subditum splendidioribus radiis incolorat. — Idem, serm. de Assumpt. B. V. M.

Stella nova maris, quæ lux est redditæ terris. — Idem, in carminib. de Assumpt. B. V. M.

Stella, per quam Sol justitiae illuxit mundo. — Idem, hom. in Nativ. B. V. M.

Stella, quæ ex se radium illum emisit, qui penetrat usque ad cordis secreta, et qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. » — Idem, serm. de Epiph. Domini.

Stella, quæ in nocte hujus sæculi singulariter fulsit, secundum quod de ea scriptum est: *Cunctas hæreses sola interemisti in universo mundo.* — Ibid.

Stella splendida et clara, adeo ut de ipsa scriptum sit in Canticis canticorum: « Quæ est ista quæ progreditur sicut aurora consurgens? » — Ibid.

Stella a Deo data nobis in mari omnis amaritudinis constitutis, tenebris undique circumseptis, a portis salutis nimium elongatis, turbinibus et procellis ad naufragium agitatis, imo tempestate nimia pene submersis. — S. Anselm. Lucensis super Ave Maria.

Stella marina, in amaritudine positis relucens. — Ibid.

Stella maris, cujus una sola illustratio plus valet, quam omnium possessio mundanorum. — Ibid.

Stella maris, mundo totaliter transfermando et nos dirigendo. — Ibid.

Stella maris, qua resplendente omnis amaritudinis, compassionis et passionis mare gaudenter intrabimus. — Ibid.

Stella maris, qua radiante impossibile est naufragium fieri, nec potest nubes aliqua interponi nisi volenti. — Ibid.

Stella resplendens, et salutis portum demonstrans, imo impetrans et conservans. — Ibid.

Stella clara, de qua justis lux est vita, rectis corde lætitia. — D. Anselm. Cant. in Psalterio B. M. V. part. II.

Stella cœlestium pariens lucem gentium. — Ibid.

Stella cœli. — Idem in hom. de S. V. M. Concept.

Stella monstrans solem. — Idem in hymno 2, B. Dei Genitricis.

Stella maris. — Idem in hymno 1, B. Dei Genitricis.

Stella paradisi. — Idem in Psalterio B. M. V. part. II.

Stella solis claritatem suo vincens jubare. — Idem in hymno 1, B. Dei Genitricis.

Stella virginalis. — Idem in Psalterio B. M. V. part. I.

Stella maris, quæ lucem salutis mundo edidit. — Zachar. Chrysopolit. lib. 1, in unum ex quatuor, cap. 3.

Stella maris. — Franco abbas, lib. vi, de gratia Dei.

Stella a vero Sole illuminata, de qua exortum est in tenebris « lunen rectis corde, miserator et misericors, et justus. » — Guibertus abbas in tract. Contra Judæos, lib. iii, cap. 3.

Stella, de qua natus est sol. — Goffrid. abbas, serm. 4, de Nativit. Domini.

Stella maris. — Id. in orat. ad Matrem Domini.

Stella splendida, de qua radius satis splendidior ad tenebras processit, qui inibi residentes homines magno et admirabili fulgore irradians, honorans creaturam, et consumens culpam ad patriæ cœle-

stis claritatem provexit. — Goffrid. abbas, serm. 1, *in Nativit. Domini.*

Stella, cuiuslibet virtutis aut boni operis inchoatione. — Hugo de S. Victore, serm. *in Nat. vel Assumpt. B. M. V.* qui est in ordine 34.

Stella ex Jacob orta. — Ibidem, lib. iv, *De proprietatibus et epithetis rerum*, cap. 2.

Stella maris. — Ibid.

Stella consurgens, quæ de Spiritu Creatoris sui concipiens, licet parvula, magnum Solem peperit. — Rupert. abb. lib. iv, *in Amos prophet.*

Stella maris, quæ miro modo peperit solem iustitiae Christum, solem verum et æternum. — Ibid.

Stella maris magni et spatiose. — D. Bern. serm. *in Nat. S. Virg. de Aquæductu.*

Stella matutina. — Id. serm. 3, super *Salve Regia.*

Stella nobilis ex Jacob orta, cuius radius universum orbem illuminat, cuius splendor et præfulget in supernis, et inferos penetrat, terras etiam perlustrans, et calefaciens magis mentes quam corpora, sovet virtutes, excoquit vitia. — Id. hom. 2, *de laudib. S. V. Matris*, sup. *Missus est.*

Stella præclara et eximia, super hoc mare magnum et spatiose necessario sublevata, micans meritis, illustrans exemplis. — Ibid.

Stella fulgens orientis, umbras fugans occidentis. — S. Petrus Maurit. Cluniac. prosa in *honorem Matris Domini.*

Stella maris, id est sæculi, ad quam debemus oculos nostros erigere, quæ in sua nativitate apparuit in terra, ut ipsa nos ducat, ut ipsa nos illuminet, ut ipsa nos consoletur. — B. Ælredus abb. serm. 3, *de Nativit. B. M. V.*

Stella Jacob, procreata, veri Solis nuntia. — Rich. a S. Victor. Expositione in *Cantic. cantor.* cap. 42.

Stella maris, in hoc mari magno et spatiose nobis ducatum luminis prævium præstans. — Petrus Blesensis serm. 5, *Mariæ Magdalænae.*

Stella maris. — Adam Præmonstratensis, lib. 1, serm. 24.

Stella matutina, quæ solis noviter orientis mundo lunam invexit. — Henric. Clarævall. tract. 11, *de peregrinante civitate Dei.*

Stella maris, ad quam, qui potest habere confugium, non timet naufragium, nec incurret Charybdim et Scyllæam voraginem, qui illam habuerit propitiaticem. — Petr. Cellens. serm. v, *in Annuntiat. B. V.*

Stella maris in ingruente tempestate. — Ibid.

Stella maris, in cuius luce ad veritatis semitam reducemur. — Adam de Pers. in *Mariati*, fragm. 2.

Stella maris necessaria in hujus incertitudinis pelago naviganti. — Id. in serm. *de Assumpt. B. M. V.*

Stella maris, omni stellarum fulgore fulgentior.

— Philippus abbas tom. II Moralitatum in *Cantic. cantor.*

Stella, quæ in medio nebulæ luxit, scilicet, inter ignorantiam et desperationem, quia primo nesciebant adventum Christi gentes, antequam venirent prophetæ; post prædicationem vero prophetarum, dum moram ficeret, desperaverunt: et tunc subito stella matutina resulxit, quasi rutilans de radice Jesse: et vere de radice Jesse, id est, de radice incendii. Jesse enim *incendium* interpretatur; mirabiliter enim incendimur hujus novalis incendio, quæ vel ignis, vel feni, vel stipulæ expers fuit, et omnes accendit, qui in ea confidunt, et meritis ejus adjuvari posse se credunt. — Garnerius Lingon. serm. 3, *de Nat. B. V.*

Stella, ad cuius radium nemo in periculo qualicunque positus respexit, qui statim opem sensebit. — Helinandus Cisterciensis, serm. 1, *de Nativ. B. V. M.*

Stella ex Jacob de limoso genere orta. — Ibid.

Stella maris, id est, consolatrix mœrentium, illuminatrix pœnitentium, eorum scilicet, qui recogitant omnes annos suos in amaritudine animæ suæ, quorum contritio magna est velut mare, id est, lata et profunda, ut amaritudo confessionis omnes circumstantias peccatorum in lucem profert, et amaritudo satisfactionis per omnia corporis membra discurrat, et amaritudo compunctionis semper de fundo cordis ebulliat. — Ibid.

Stella maris, id est, illuminatrix mundi, qui tanquam mare tumet in superbis, fervet in iracundis et invidis, fœtet in luxuriosis, ebriositatem gulosis. — Ibid.

Stella non marium vel fontium aquarum dulcium, sed *stella maris*, quia consolationem ejus non meretur accipere terra suaviter viventium, sicut signo Tau non merentur insigniri frontes ridentium et lætantium, sed virorum dolentium et gementium propter abominationes quæ sunt in medio eorum. — Ibid.

Stella singularis, stellarum omnium prima et præcipua, omnes stellas non solum humanas, sed etiam angelicas merito transcedens et præmio, sicut scriptum est Prov. xxxi, 29: « Multæ filiæ congregaverunt divitias, tu supergressa es universas, nulla enim unquam stella sic luxit exemplo, sic stetit proposito. — Ibid.

Stella proferens Solem. — Innocent. Papa III, serm. 2, *in Nativit. Domini.*

Stella clarissima. — Honor. Augustodun. in Sigillo B. V. M.

Stella, quam, qui in salo hujus sæculi navigant, considerantes, ejus humilitatem et castitatem imitando, portum vitæ per eam tuti intrant. — Ibid.

Stella cœli propter eminentis gloriæ præmium. — Absalon abbas, serm. 3, *de Annunt. B. V.*

Stella cœli, quæ sua claritate cæteros sanctos illuminat. — Ibid.

Stella maris, miræ pulchritudinis, quæ in mari

hujus saeculi nos regit et protegit, et meritis suis ac precibus ducit ad portum salutis. — Idem serm. 1 festi *Omnium Sanctorum*.

Stella maris propter miserorum refugium. — Idem serm. 3, de *Annunt.* B. V. M.

Stella maris, quæ recte viantes dirigit, errantes reducit, periclitantes ad portum salutis restituit. — Idem serm. 2, de *Assumpt.* B. V. M.

Stella maris, quia sicut stella hæc navigantibus in mari rectæ viæ indicium est, sic et Maria in hoc mundo tortuose viventibus, aliis rectam viam bonæ operationis, aliis rectam viam humilitatis, aliis rectam viam castitatis ostendit. — Idem serm. 3, in *Annunt.* B. V. M.

Stella maris, quoniam omnes miseri, omnes in amaritudine criminum fluctuantes ab ipsa openi refugii exposcent. — Ibid.

Stella mundi, id est, justorum: qui propter muniditiam cordis recte mundi vocantur, quia dum ipsi affectu devotionis ad illam respiciunt, contra pressuras hujus mundi consolationis beneficia consequuntur. — Ibid.

Stella mundi propter justorum solatium. — Ibid.

Stella illa, de qua scriptum est, « Oritetur stella ex Jacob; » sicut enim stella, cunctis corporibus citra lunam subjacentibus corruptioni, sola natura stellarum mundo manente non potest corrupti; ita Maria etiam secundum carnem penitus expersa est corruptionis, et virginitate incorrupta, de se genuit enim qui omnis incorruptionis est causa. — Ibid.

Stella immobilis totius peccati immunitate. — Ibid.

Stella maris eximia. — Ibid.

Stella maris, quæ propter nos movetur visceribus misericordiæ, et nunquam sensum novit carnis concupiscentiæ. — Ibid.

Stella maris, quæ quanto vicinus circa polum, id est Christum, movetur, tanto limpidius ejus gloriam contemplatur, tantoque plenius illius maiestate illustratur. — Ibid.

Stella, quam Maria Ægyptiaca respiciens, ad portum salutis ducta est, et Theophilus de profundo mari extractus. — Ibid.

Stella spiritualis, ad quam oculis mentis suspicere debet, qui in hoc mari magno et spatiose, in quo piscis minor a majore devoratur, amaricatus fuerit damno rei familiaris, vel turbatus injuria potentiae secularis, vel fluctuaverit impulsione diabolice malignitatis, vel forte instabilis effectus mobilitate proprieæ infirmitatis. — Ibid.

Stella maris. — S. Dominicus in *Compendio conc. de Salut. angel.*

Stella Domini lucidissima. — Theodor. Lase. imperator in can. ad S. *Deiparam* V.

Stella lucidior omni puritate. — Ibid.

Stella semper lucida. — Ibid.

Stella clara maris. — B. Joseph. Steinfeld. *Opus. 4.*

Stella aspectum et effectum habens ad terram, id est, ad terrenos, quorum procurat negotia, et maxime ad servum et amatorem suum. — Richard. a S. Laur. *De laud.* S. V. lib. I.

Stella clara et lucida, sanctitatis exemplo illuminans

SUMMA AUREA DE B. V. MARIA. X.

nans mundum multiplici virtutum radio, clara etiam per vitæ puritatem, non habens in se maculam. — Ibid.

Stella cœli sua claritate omnes illuminans ordinates beatorum. — Ibid.

Stella coruscans et rutilans per excellentissimam conversationem, de qua dicere videtur Psalmista psal. lxxvi: « Luxerunt coruscationes tue orbis terræ. » — Ibid.

Stella, de qua legitur Num. xxiv: « Orietur stella ex Jacob; » sicut enim stella, cunctis corporibus citra lunam subjacentibus corruptioni, sola natura stellarum mundo manente non potest corrupti; ita Maria etiam secundum carnem penitus expersa est corruptionis, et virginitate incorrupta, de se genuit enim qui omnis incorruptionis est causa. — Ibid.

Stella exemplo fidei Magos ad Christum adducens. Matth. n. — Idem *De laud.* S. V. lib. vi.

Stella fixa in firmamento cœli, id est, Scripturæ, per iugenum meditationem legis divinæ, vel in bonis cœlestibus per desiderium et amorem æternorum, tanquam filia vera Abrahæ, cui promissum est, Gen. xxi: « Multiplicabo semen tuum sicut stellas cœli. » — Idem, *De laud.* S. V. lib. i.

Stella ignea tota per charitatem, maxime ex quo illum concepit, qui ignis consumens est, Dent. iv, ad Hebr. xii; vel etiam ignea per virtutum universitatem: virientes enim igneæ naturæ sunt, et ideo sursum trahunt, quia locus ignis sursum est. — Ibid.

Stella maris in Filii nativitate, quando emisit radium totum mundum illuminantem et mundo edidit lucem veram. — Ibid.

Stella maris, quia navigantes mare mundi spatiuum, ubi sunt reptilia absque numero, et animalia pusilla cum magnis (Psal. cvi), ipsam inter omnes stellas, id est sanctos, præcipue cognoscunt, ad eam frequentius spiritualibus oculis respiciunt, secundum eam iter suum dirigunt; ipsa enim recte vivere cupientes exemplis suis dirigit, errantes ad viam reducit, periclitantes ad portum salutis deducit. — Ibid.

Stella maris, quia omnes miseri fluctuantes in amaritudine criminum in ipsa refugium inveniunt, quæ lucem genuit fluctuantibus in hoc mari. — Ibid.

Stella maris, quia præcipue illuminat amatos pro peccatis, et ipsa est lumen peccatorum, et profundissime peccantium, sicut patet in Theophilo. — Ibid.

Stella maris, quia sicut stella in mari navigantibus rectæ viæ indicium est, ita Maria in hoc mundo tortuose viventibus, aliis rectam viam humilitatis, aliis castitatis, aliis bonæ operationis, aliis contemplationis seu cujuslibet virtutis ostendit. — Ibid.

Stella maris, quia sicut stella maris cæteris stel-

hæc præeminet immobilitate; nam quasi in centro firmamenti constituta, cæteris vario motu modo ad ortum, modo ad occasum tendentibus, ipsa immobilitas persistit; Maria cæteris filiis hominum ad suam mobilitatem correntibus, immobilis et immutata permanxit: nec soluū immobilis per peccatum, sed ut breviter dicam ad nullum promissum angeli, a voto virginitatis, sive proposito titubavit. — Ibid.

Stella maris, quia sicut stella maris cæteris stellis præminet luminis communione, ita Maria cæteris sanctis vicissim suum lumen præbentibus, siue vi-cissitudine semper æquali radio, quantum in se est, cunctis viventibus claritatem infundit; cæteri enim sancti jurepatronatus sibi commissis plus possunt prudesse: et sic mortalibus sua impendunt suffragia, sed modo differenti, ut Petrus Romanus, Diophysius Francigenis, Martinus Turonicis, et hujusmodi. Maria vero sicut est omnium Regima, sic est omnium Patrona, et aequaliter, quantum in se est, est ei cura de omnibus (*Sap. vi*), sine acceptione personarum omnes illuminans radiis misericordiae suæ. — Ibid.

Stella maris, quia sicut stella maris cæteris præminet altitudine, quia in vertice mundi posita sicut caput membris, sic superextollitur cæteris stellis; ita Maria universis coeli et terræ creaturis altior, quia cæteri sancti migrantes a corpore recipiuntur inter choros angelorum: at Maria excellenti quadam majestate gloriæ exaltata est super omnes choros angelorum, et super omnes ordines beatorum. — Ibid.

Stella maris ratione misericordiæ, quia lucem consolationis et gratiæ subministrat in amaritudine constitutis. — Id. *De laud. S. Virg.* lib. iv.

Stella matutina, in cuius ortu, scilicet, quando gratia et dilectio Mariæ oritur in corde justi, fugiunt fures, id est, dæmones, quibus ipsa terribilis est ut castrorum acies ordinata, vigiles sunt alacriores, id est, prælati, vel quicunque de sua salute solliciti; agri animæquiores; operarii vigilatores. — Ibid. lib. i.

Stella matutina, lucens antequam diescat, quia ortus Marie præcessit ortum dici, id est, Christi, qui lux est et dies. — Ibid.

Stella matutina, quæ vinecenti promittitur in præmio, Apoc. ii. — Ibid.

Stella matutina, quia semper fuit in mane oriendi, et nunquam tendebat ad occasum peccati. — Ibid.

Stella mundi, id est, justorum, qui propter cordis munditiam, mundi appellantur: quia dum affectu devotionis ad illam respiciunt contra pressuras hujus mundi, consolationis ab ea beneficia consequuntur. — Ibid.

Stella nавigantes per mare mundi introduceunt in portum salutis, ideo signata per stellam quæ Magos adduxit ad Christum, qui est portus salutis; unde Matth. ii: « Ecce stella quam viderant; » et

statim sequitur: « Et intrantes domum, invenerunt Iuuenium, » qui est portus. — Ibid.

Stella pigros ad laborandum excitans, cum ipsa sit Lucifer et stella matutina; ante ortum enim ejus inutilis erat labor hominis ad vitam æternam promerendam. — Ibid.

Stella propter motum continuum, quia continue movebatur de virtute in virtutem, de uno bono ad aliud, et de activa ad contemplativam. — Ibid.

Stella quæ apparuit Magis, quæ lucebat cum sole, nec ad lumen solis propriam claritatem amitterebat. Maria enim, quæ verum Solem peperit, lucet cum Filio, et quanto majori dignitate rutilat Filius, tanto majori dignitate splendet Mater, quæ licet longe sit minor Filio, sicut stella minor sole, hoc tamen gaudet privilegio, quod ominus anima Deo comparata, suam reprimit claritatem: sed quia honor Filii, honor est Matris, in excellētia Filii luet excellētia Matris, quæ tantum Filium meruit generare, quod designatur in hoc, quod stella illa lucebat in die. — Ibid.

Stella, quia si stella adornat firmamentum, Maria Ecclesiam tanquam pulcherrima mulierum. — Ibid.

Stella, quia si stella est attractiæ naturæ, (unde Alchabicus philosophus: « Ea est natura stellarum respectu vaporum, quæ adamantis respectu ferri, ») Maria trahit ad Filium fluidos per vitia, sicut patet de Theophilo, cīque omnis anima fidelis dicere debet: « Trahe me post te. » — Ibid.

Stella, quia si stella noctem illuminat, Maria illuminavit noctem illam solitariam, nec laude dignam, quæ ab Eva defluxerat usque ad ipsam; nam in ortu ejus meliora omnia incepérunt. — Ibid.

Stella. Quasi stella radiis suis terram illustrat, Maria illustrat terrenos; repleta enim gratia septiformi nos replet semper de sua plenitudine, nobis refundens gratiam, nisi steterit per nos. — Ibid.

Stella, quia si stella tempore geliditè lucet, et scintillat clarissime, Maria in Dominica passione, quando cæterorum charitas refrignit, sola quasi de nocte totam Ecclesiam illustravit. — Ibid.

Stella, valde pulchra per vitæ honestatem: siquidem stella pulchra est ex omni sui parte, et Mariæ dicitur Cant. iv: « Tota pulchra es, amica mea, » quomodo non tota pulchra, quæ non habuit maculam, neque rugam, et quomodo non tota pulchra, quæ a planta pedis usque ad verticem pulchra? — Idem.

Stella maris. — D. Antonius de Padua serm. in *Dominic. viii post Trinitat.*

Stella maris, quæ non solum bene merentes dirigit, sed etiam errantes, et devios reducit ad portum salutis. — Joan. Hailgrinus in cap. i *Cantic. cantic.*

Stella de nocte lucens, quæ naufragantes hujus mundi ad portum salutis dirigit. — Hugo Caren-sis in cap. i *Lucæ.*

Stella, quæ radium emisit totum munera inuitantem, nempe Christum. — Ibid.

Stella maris. — S. Simon Stock in *precatione ad Deiparam V.*

Stella matutina. — Ibid.

Stella maris: nam, ex quo cœlos cum Filio suo regnatura condescendit, induita decore, induita pariter fortitudine, præcinxit se, mirabiles elationes maris solo nutu compositura; mare quippe præsentis sæculi navigantes, seque plena fide invocantes, ab impetu procellæ, et ventorum rabie errant, eosque secum ovantes ad littus felicissimæ patriæ perducit. — D. Amedeus hom. 8 de *Laud. B. V. M.*

Stella fulgidior universis sideribus. — D. Bonavent. in *laud. B. V. M.*

Stella in fluctibus præsentis vitæ valde necessaria. — Idem in *Speculo B. M. V.*, cap. 5.

Stella lucis matutinæ. — Idem in *Psalterio minori B. M. V.*, quinquag. 2.

Stella maris hominibus conversis. — Idem in *Speculo B. M. V.*, cap. 5.

Stella maris mundæ. — Idem in *Laud. B. V. M.*

Stella maris navigantium directiva — Idem in serm. 1 de *B. V. M.*

Stella nostra navigantes per mare mundi, in navi innocentiae vel pœnitentiae dirigens ad littus cœlestis patriæ. — Idem in *Speculo B. M. V.* cap. 5.

Stella matutina oriebas ex alto. — Idem in *canticis Psalt. B. V.*

Stella purissima sine peccato purissime vivendo. — Idem in *Speculo B. V.* cap. 5.

Stella radiosissima, radium æternum emittens, id est Dei Filium pariendo. — Ibid.

Stella Solem enixa. — Idem in *Psalterio minori B. V.*, quinquag. 5.

Stella Solem gignens. — Idem in *Laud. B. V.*

Stella vere beatissima, vere radiosissima, cuius radius non solum mundum, imo etiam cœlum, et non solum cœlum, imo etiam infernum penetravit. — Idem in *Speculo B. M. V.* cap. 5.

Stella utilissima, nos ad patriam cœlestem dirigendo, imo ducendo nos per mare hujus sæculi ad gratiam Filii sui, tanquam ad portum paradisi, unde ipsa est stella illa clarissime fulgens, tres Magos ad Christum rectissime ducens. — Ibid.

Stella ex Jacob orta. Num. xxiii. — D. Thom. Aquin. serm. in *Annumt. B. M. V.*

Stella maris, quia sicut per stellam maris navigantes diriguntur ad portum, ita Christiani diriguntur per Mariam ad gloriam. — Idem in expos. *Salut. angel.*

Stella cœlo suo inseparabiliter affixa, quia in omnibus persecutionibus et tribulationibus, quæ advenerint Filio, non separavit se ab ipso. — Albert. Magn. serm. 5 in *Nativ. B. M. V.*

Stella, cuius ortum vir genitilis Balaam præannuntiavit, Num. xxiv. — Ibid.

Stella fluctuationes temptationum nostrarum in hoc mari magno tranquillans. — Idem in *Postillis* super cap. 1 Lucæ.

Stella gloria, nobis in præsentis exsilio pere-

grinatione constitutis radios suæ pietatis transmittens, ut radiorum ipsius ductu quilibet nostrum in patriam perpetuae felicitatis perveniat. — Idem, serm. 3 in *Annumt. B. M. V.*

Stella illuminationis. Num. xxiv. — Idem in *Biblia Mariae* super lib. Numer.

Stella in firmamento gloriæ fixa, ut nos naufragos de statu misericordie redneat ad portum salutis æternæ. — Idem in *Biblia Mariae* super Evang. Lucæ.

Stella marina, quæ nobis in mari hujus mundi constitutis ostendit viam navigandi et portum cœli. — Idem, serm. 3 in *Annumt. B. M. V.*

Stella maris clarissima. — Idem super *Missus est*, cap. 185.

Stella maris, omnes aberrantes ad portum reducens. — Idem super *Missus est*, cap. 10.

Stella maris, omnes naufragos reducens ad portum salutis æternæ. — Idem super *Missus est*, cap. 153.

Stella maris, quia fluctuantibus in procellis temptationum et in dubiis est prævia. — Idem in *Postillis*, super cap. 1 Matth.

Stella maris, tam præcedentes se, quam sequentes illuminans, quia nisi per fidem Verbi incarnati vel incarnandi de Virgine nunquam alicui salus fuit. — Idem super *Biblia Mariae* super Evang. Lucæ.

Stella matutina conferens calorem pulchræ dilectionis. — Idem, serm. 3 in *Nativit. B. M. V.*

Stella matutina, quæ in ortu suo dissipavit nebulam tristitiae, quæ obtexerat fideles omnes, adventum Christi magno cum desiderio præstolantes; omnes enim illi, quibus revelatum fuit in Spiritu, quod illa, quæ erat Mater Dei futura, jam esset nata, mirabiliter nimirum debebant exsultare. — Ibid.

Stella orta ex Jacob. — Idem in *Postillis*, super cap. 1 Lucæ.

Stella, per quam tota Ecclesia est illustrata. — Idem in *Nativit. B. V. M.*

Stella poli, ducens nos ad portum tutum et quietum. — Idem in *Postillis*, super cap. 1 Lucæ.

Stella poli, quia dicit in deviis. — Ibid.

Stella præstans se sequentibus ducatum. — Idem in *Biblia Mariae* super Evang. Matth.

Stella primo apparens peccatori ad Deum redempti. — Ibid.

Stella, quæ dulcem harmoniam devoutæ laudis effudit in annos Domini. — Idem, serm. 5, in *Nativit. B. V. M.*

Stella, quæ in firmamento gloriæ fixa, nos naufragos de statu misericordie traducit ad portum salutis æternæ. — Idem super *Missus est*, cap. 60.

Stella veri Solis, sine corruptione vel diminutione integratatis generativa. — Idem in *Biblia Mariae* super lib. Eccles.

Stella a casu, et ab errore libera. — Jacob. de Vorag. serm. 3 de *Nativit. B. V. M.*

Stella incorrupta. — Ibid.

Stella maris, circa quam cœlum se vertit, dum tota cœlestis curia ad eam attendit. — Idem in *Mariali* serm. 4 M.

Stella maris ferrum trahens, id est mentes ferreas et duras ad humilitatem reducens. — Ibid.

Stella maris, navim Ecclesiæ dirigens suis doctrinæ et exemplis. — Idem in *Mariali* serm. 9 S.

Stella maris, nautas in periculis dirigens, id est periclitantes in mari hujus mundi ad portum salutis perducens. — Idem in *Mariati* serm. 4 M.

Stella maris, nunquam occidens, quia cæteris sanctis sua auxilia et merita trahentibus, ipsa ad auxilium venit. — Ibid.

Stella matutina, dans calorem dilectionis divinæ, refrenans furorē iracundiae, dans temperantiam sive temperamentum discretionis maturæ, jucunditatem conscientiæ, et humorem obedientiæ. — Idem in *Mariali* serm. 10 S.

Stella matutina, quæ fulsit in medio nebulæ superbiæ per humilitatem; in medio nebulæ avaritiæ per paupertatem; in medio nebulæ carnalis immunditiæ per virginitatem. — Ibid.

Stella maris a Sole Christo Filio suo illuminata, qui est Sol justitiae, et per lumen susceptum a Sole illuminans alia. — Aegidius Columna, Expos. in *Salut. angel.*

Stella post Solem justitiae Christum primæ, et omnibus clarior, quæ in hoc mari magno et spatiose, in quo sunt reptilia, quorum non est numerus, necessario est super omnes alias elevata, meritis super omnes, et orationum suffragiis adjuvans laborantes, et exemplis vitæ perfectissimæ dirigens deviantes. — Ibid.

Stella maris. — Alan. de Insul. in serm. *Annunt. B. V. M.*

Stella, quæ in Arcturo cœlesti gerit imaginem immobilis poli juxta philosophos: Arcturus enim est ille stellarum numerus septenarius, qui nunc Arctos, nunc Ursa, nunc Septentrio dicitur; in stella, quæ polus dicitur, ultimum locum tenens immobilis manet, iter navigantibus præbens. Per Arcturum igitur Ecclesia signatur, quia sicut Arcturus semper urgetur, et nunquam mergitur, sic Ecclesia semper flagellatur, neque flectitur; in hoc Arcturo cœlesti, quæ polus immobilis est Maria, nulla tentatione mota, nulla tribulatione concussa, iis qui timent in mari mundi hujus naufragium, præbet salutis portum. — Alan. de Insul. in *Anticlaud.* lib. v.

Stella diem ac Deum afferens. — Philotheus in *Menais Græcor.* die 16 Julii.

Stella magnifica magni maris. — Joan. Hondonius in hymno *de iis quæ in Veteri Testamento adumbrarunt B. V. M.*

Stella polo præminens, magni maris vincens voragini. — Idem in *Invocat. sanctiss. Deip.*

Stella nobilis ex Jacob orta. — Joan. Tauler. serm. in festo *Annunt. B. V. M.*

Stella maris, lucidissima, splendidissima, præclara, serenissima. — Henric. Suso in 8 suarum *Epistolarum.*

Stella maris nos dirigen in viam pacis. — Ern. Prag. in *Mariali* cap. 119.

Stella maris; sicut in nautis mare transeuntibus necesse est notare stellam maris longe a supremo cœli cardine coruscantem, et illius aspectum aestimare, ac dirigere cursum, ut possint apprehendere portum destinatum, ita similiter oportet universos Christicolas inter fluctus sæculi hujus remigantes, Mariam, quæ supremo rerum cardini proxima est, attendere, et ejus exempli respectu cursum dirigere, quod qui fecerit, hic nec inanis gloriae vento jactabitur, nec scopulis adversorum frangetur, nec absorbebitur Scyllæ voluptatum voragine, sed prospere ad portum perveniet quietis aeternæ. — Idem in *Mariali* cap. 8.

Stella maris, summa vigilancia nos custodiens. Licit enim omnis stella a stando dicatur, secundum Isiderum, tamen hoc nomen propriæ convenit stellæ maris, quæ semper stat, nec unquam a puncto suo movetur, dum omnes aliæ cum firmamento circumferuntur; similiter, etsi omnes sancti, tanquam quedam astra matutina, cum virtute divina circumferantur, ut luceant ei cum jucunditate qui fecit eos, in Maria tamen maternus nunquam requiescit affectus, ut obliviscatur filiorum uteri sui. Semper enim, licet in altissimis habitet, tamen humilia respicit. — Ibid.

Stella matutina, prænuntians diem. Sicut enim stellæ hujus officium est terrere fures, fugare lupos, relevare infirmos, excitare vigiles, lætificare viatores: ita Mariæ quoque officium est terrere dæmones, fugare hæreticos, consolare pusillanimes, excitare angelos et corda sanctorum ad laudandum Deum, et lætificare viatores. — Idem in *Mariali* cap. 7.

Stella, quia sicut stella, cum sit major tota terra, tamen punctualem et minimam se ostendit, ita Maria quanto major erat, tanto humiliabat se in omnibus, et minimam se ostendebat. — Idem in *Mariali* cap. 9.

Stella, quia sicut stella fixa est in altissimis in firmamento cœli: ita Maria Virgo assumpta est ad æthereum thalamum, in quo Rex regum stellato sedet solio. — Ibid.

Stella, quia sicut stella motu sui superioris, id est firmamenti, movetur citissime, quia quotidie lustrat omnia in circuitu; motu autem proprio movetur lentissime, quia in centum annis, ut dicunt, tantum per unum gradum; ita Maria nunquam in vita sua per dimidium gradum mota est motu proprio, sed citissime semper, et pernicissime motu sui superioris, id est Spiritus sancti, quo nlii Dei aguntur, sicut stellaræ a firmamento. — Ibid.

Stella, quia sicut stella sine corruptione suum emittit radium, sic Maria absque sui læsione suum peperit Filium; et sicut stellaræ radius suam

non minuit claritatem, ita nec Mariae Filius suam integratatem. — Idem in *Mariali* cap. 8.

Stella ex Israel orta. — D. Birgittæ in serm. angelico de *Excellentia S. M. V.* cap. 9.

Stella maris. — Ibid. cap. 41.

Stella præfulgida. — Ibid. cap. 9.

Stella matutina, quia exemplaris fuit. — Barthol. de Pisis lib. 1, *De laud. S. Virg.*, frujet. 8.

Stella maris, quæ sui devotos contemplatores perducit ad portum salutis. — Ant. Poeq. serm. 8, de *Concept. B. V.*

Stella clara et splendida per pulchritudinem, pura et munda per virginitatem. — Joan. Gerson. serm. de *Epiphania Domini*.

Stella diurna, quæ diem et verum Solem nobis annuntiavit, nec annuntiavit solum, sed adduxit, et Solem justitiae peperit. — Ibid.

Stella maris in hujus mundi procella se ad nos inclinans. — Idem in *Josephina*.

Stella, quam iuspicere debemus et sequi, quo nos ducat per hujus mundi viam, ad Dei habitationem et paradisum. — Idem in *Epiphania Domini*.

Stella, quæ figurata est in stellis signis eujusdam Virginis, quæ Puerum tenet Jesum nominatum, ut testatur Albumazar astrologus incredulus. — Ibid.

Stella, quæ nos ad portum dirigit salutis, quemadmodum stella cœli nautas marinos, ideo interpretatur *Maria maris Stella*. — Ibid.

Stella, quæ nunquam lumen amisit gratiae, nec obscurata fuit peccato mortali, veniali, aut originali. — Ibid.

Stella, quæ viam nobis ostendit omnem evadendi tribulationem, quemadmodum stella, quæ Anchise apparet et Aeneæ, et eis viam ostendit, cum ex civitate Trojana, quæ capta erat et ardetat, abi- rent, de quo loquitur Virgilii lib. II *Aeneidos*. — Ibid.

Stella vera, quæ nos ad Deum dirigit. — Ibid.

Stella maris, in peccatorum conductione, quia per mare hujus saeculi eos dirigit ad portum poenitentiae. — D. Laur. Just. in *Ligno vitæ, De spe*, cap. 5.

Stella a Deo illuminata et illuminativa. — D. Bern. Senens. tom. III, serm. 1 de *S. Nom. Mariæ*.

Stella admiranda. — Ibid.

Stella calefaciens, præfulgens et fovens. — Ibid.

Stella fulgida tenebrarum, id est, peccatorum effugatrix. — Ibid.

Stella in portum salutis æternæ introductiva. — Ibid.

Stella maris, cardinis cœli Iesu propinquissima, ut non solum ejus corusco splendore possimus dirigere cursum nostrum cum salute, verum etiam in quaenque necessitate nostra possimus eam cum omni fiducia invocare. — Idem tom. I, serm. 57.

Stella maris, in ejus nativitate propter in utero sanctificationem seu præservationem. — Idem, tom. III, serm. 4.

Stella maris, propter integritatem virginalem. — Ibid.

Stella maris, supremo cardini, id est Deo, proxima, ad quam universi Christicola, inter fluctus hujus saeculi navigantes, debent attendere et respectu exempli ejus cursum vitæ dirigere, si nolunt jactari vanæ glorie ventis, et frangi scopolis adversorum, vel absorberi Seylæ voragine voluntatum, sed prospere venire ad portum quietis æternæ. — Idem tom. I, serm. 61, qui est de *superadmirabili Gratia, et Gloria B. M. V. Matris Dei*.

Stella, mundum illuminans per æterni splendoris, id est Filii sui, illustrationem, et inflammans per caloris Spiritus sancti communicationem. — Idem, tom. III, serm. 4, de *S. Nomine Mariæ*.

Stella, navigantibus hoc mare magnum et spatiuum manibus, in quo reptilia, quorum non est numerus. — Idem tom. I, serm. 52.

Stella orta ex Jacob, tenebrarum terræ purificatrix et serenatrix. — Idem tom. III, serm. 4.

Stella polo, id est Filio suo, vicinissima in incarnatione per earnis identitatem, quia eadem caro, quæ fuit Virginis Matris, facta est caro Filii Patris, in conversatione per administrationem, in passione per compassionem, in assumptione per glorie susceptionem. — Ibid.

Stella, quia emitit per nativitatem Filii Dei radium mentis nostræ irradiativum. — Idem tom. I, serm. 52.

Stella, quia fixa stetit in cœlo suo, id est, in Filio suo, in vita ejus per omnium virtutum irradiationem, in morte ejus per mortis compassionem. — Idem tom. III, serm. 4.

Stella, quia immobiliter stetit in cœlo, id est, in Filio suo, stans iuxta crucem, quia cadentibus de cœlo reliquis stellis, id est apostolis, ipsa sola stetit per fidem. — Ibid.

Stella, ad quam oportet aspicere. — D. Anton. in *Summa*, part. iv, tit. 45, cap. 52.

Stella disposita ad recipiendos radios fulgentis supernæ lucis. — Idem in *Summa* part. III, tit. 51 cap. 5.

Stella, ex qua radius ad nos diffunditur misericordiae et bonitatis. — Idem in *Summa*, part. IV, tit. 45, cap. 52.

Stella illuminatrix. — Idem in *Summa*, part. IV, tit. 7, cap. 2, § 4.

Stella, in firmamento gloriae fixa, ut nos naufragos de statu miseriae traducat ad portum salutis æternæ. — Idem in *Summa*, part. IV, tit. 45, cap. 4.

Stella maris, a stando et lumen fidei naufrago mundo retinendo. — Idem in *Summa*, part. IV, tit. 45, cap. 41.

Stella maris, non tantum a sole illustrata et illuminata, sed ipso sole vestita. — Idem in *Summa*, part. IV, tit. 45, cap. 20.

Stella maris, quæ ducit nautas ad portum. — Idem in *Summa* III part., tit. 51, cap. 4, quod est de *multiplici Misericordia, quam accepimus a Deo mediante S. V. M.*

Stella maris, quia existens in statu cœlestis

patriæ, ut stella in cœlo dirigit nos in statu viæ, qui sumus in mari. — Idem in *Summa*, part. iv. tit. 15, cap. 14.

Stella orta ex Jacob, id est, progenie patriarchæ Jacob. — Idem in *Summa*, part. iv, tit. 15, cap. 5.

Stella, quæ eclipsim pati non potest. — Idem in *Summa* iii part., tit. 51, cap. 3.

Stella semper rutilans, semper clara in fide. — Idem in *Summa*, part. iv, tit. 15, cap. 14.

Stella virginalis, ad quam Magi gavisi sunt gaudio magno. — Idem in *Summa* part. iv, tit. 15, cap. 52.

Stella virginalis, de qua prænuntiavit Balaam propheta dicens Numer. xxiv: « Orientur stella ex Jacob. » — Idem.

Stella maris præclara et eximia, quæ supremo cardini, scilicet Deo proxima, miro splendore mihiens, noctis tenebras dissevit, profugat errorem caliginis, et hæreses interimit universas. — Joan. Turrecremata in procœmio sui tract. *De Conceptione B. V.*

Stella maris, id est, procellosi et inquieti mundi istius, videlicet humani generis, in hoc sæculo peregrinantis, periclitantis et deviantis. Quemadmodum enim in firmamento stella illa quæ dicitur stella maris, est situ sublimis, et velut immobilis, nantasque dirigens et attrahens ferrum, et circa ipsam orbis versatur: sic optima incomparabilisque Maria in Ecclesia militanti fuit; et in Ecclesia triumphanti nunc est summa, et maxime constans, exsules dirigens, viam salutis demonstrans, induratos emolliens, et circa ipsam mundus versatur. — Dionys. Carthusianus lib. ii *De laud. Virginis.* art. 24.

Stella, ab omni impressione peccati aliena. — Bernardin. de Bustis in *Mariali*, serm. 5, *de Concept. B. M. V.*

Stella admiranda. — Idem serm. 6 *de Nominat. Mariæ.*

Stella cœli, quæ cœlo suo, hoc est in Filio, immobiliter stetit. — Ibid.

Stella coruscans, calefaciens, præfulgens et fovens. — Ibid.

Stella, cuius respectus est super mundum per æterni splendoris, id est Filii sui, illustrationem, et per consequens per caloris Spiritus sancti communicationem. — Ibid.

Stella divina. — Ibid.

Stella fulgentissima, de qua ortus est Sol æternæ claritatis. — Idem serm. 2 *de Assimilat. B. M. V.*

Stella fulgentissima nobis faciens vitæ cursum bene dirigere, et non jactari vento vanæ gloriæ, nec frangi scopolis adversitatum, nec absorberi Scyllæ, vel Charybdis voragine, id est, voluptatum sensualitate, sed prospere pervenire ad æternæ felicitatis portum. — Idem serm. 6.

Stella fulgentissima, quæ sine splendore gratiae divinae nunquam fuit. — Idem in *Mariali* serm. 5, *de Concept. S. M. V.*

Stella fulgida Ecclesiam militantem tanquam

inferiorem orbem Ecclesiæ triumphanti, tanquam orbi superiori reconcilians, nuntians pacem his, qui prope, et his, qui longe, id est, Ecclesiæ militanti et triumphanti. — Idem serm. 6.

Stella fulgida effugans tenebras peccati. — Ibid.

Stella illuminans noctis profunditatem, id est, mentis cœcitatem. — Ibid.

Stella marina, quæ in conceptione nescivit occasum peccati originalis, sed ab omni peccatorum occasu distans fuit. — Idem in *Mariali* serm. 1 *de Concept. B. V. M.*

Stella maris, ferrum attrahens, id est, ferreas hominum mentes sæpe convertens. — Idem serm. 6, *de Nominatione Mariæ*

Stella maris, navem Ecclesiæ dirigens suis meritis et exemplis. — Ibid.

Stella maris, per quam omnia pericula et discriamina hujus mundi evitantur, et omnia itinera certificantur. — Ibid.

Stella matutina, dans calorem dilectionis divine, refrenans fervorem iracundiae, dans temperamentum discretionis naturæ, dans etiam humidum ductibilitatis obedientię, dans quoque jucunditatem conscientiæ; stella enim matutina causat caliditatem et refrenat maris malitiam, temperat motum appetitionis indiscretæ, atque humiditatem causat et jucunditatem. — Ibid.

Stella matutina, quæ fulsit in medio nebulæ superbie propter humilitatem, in medio nebulæ avaritie propter paupertatem, in medio nebulæ carnalis immunditie propter virginitatem — Ibid.

Stella poli. — Ibid.

Stella, quæ emisit radium, in quo est majestas divinitatis. — Ibid.

Stella, quia nos stabiles facit in gratia Dei. — Ibid.

Stella, quæ semper in cœlo erat mente. — Ibid.

Stella, radios suos dirigens in mundum. — Ibid.

Stella regia, dirigens fideles per peregrinationem hujus mundi, ne errent a tramite virtutis. — Ibid.

Stella regia, nos per viam hujus sæculi rectam ducens, et finaliter reducens ad patriam cœlestem ad Deum, qui creavit nos. — Ibid.

Stella regia, orta in oriente justitiae originalis et innocentiae, et non in occidente originalis culpe. — Ibid.

Stella regia, quælicet quangoque se anscondat ad modicum tempus devotis suis, subtrahendo illis solitas consolationes, quas de illa habent, ut magis eos incitet ad quærendam eam: tamen postea se eis demonstrat et consolationibus replet, ac finaliter ad videndum, et perpetuo contemplandum Filium suum in cœlesti palatio perducit. — Ibid.

Stella temporum, annorum, dierum, et mensium reserativa, quia in ea incipit tempus gratiae, per Filium annus remissionis, dies lætitiae, et mensis ownis nostræ consolationis. — Ibid.

Stella tenebrarum purificatrix et serenatrix. — Ibid.
Stella vivificatrix. — Ibid.

Stella maris salutaris, præcellens cunctis stellis atque luminaribus. — B. Casimirus Poloniæ princeps in hymno de B. V.

Stella maris, noctis tenebras illuminans. — Jo. Trith. lib. 1 *De mirac. B. M. V. in Urtic.* cap. 6.

Stella rutilissima cœlicœ doctrinæ. — Idem *De mirac. B. M. V. prope Bettelbach.* lib. 1, cap. 10.

Stella incipientibus. — Philip. de Greve serm. 190, in *Psal. LXXXVIII.*

Stella admiranda. — Maurit. de Villa Probata in serm. 1 *Coronæ novæ B. M.*

Stella calefaciens, coruscans et præfulgens. — Ibid. serm. 5.

Stella divina. — Ibid. serm. 11.

Stella Ecclesiæ naventi dirigens. — Ibid.

Stella fulgentissima. — Ibid. serm. 13.

Stella maris. — Ibid. serm. 26.

Stella marina. — Ibid. serm. 11.

Stella matutina in medio nebulae. Eccles. v — Ibid. serm. 13.

Stella nos conducens ad gloriam. — Ibid. serm. 28.

Stella, per quam omnia pericula et discrimina hujus mundi evitantur et omnia itinera certificantur. — Ibid. serm. 41.

Stella poli. — Ibid. in serm. 1.

Stella, quæ emisit radium in quo est majestas divinitatis. — Ibid. serm. 15.

Stella, quæ in cœlo suo, hoc est in Filio, immobiliter stetit. — Ibid. serm. 5.

Stella, quæ in firmamento et cœlo suo, id est Filio, stetit per omnium virtutum irradiationem. — Ibid.

Stella, quæ nos stabiles facit, et dirigit in mundum, et ad aeterna gaudia per suam gratiam. — Ibid. serm. 10.

Stella regia, dirigens fideles, ne errant a tramite virtutis. — Ibid. serm. 6.

Stella regia, piis et justis et devote querentibus eam, sicut faciebant Magi, libenter se ostendit. — Ibid.

Stella regia, quia sicut illa stella orta est in oriente, ita beata Maria orta est in oriente justitiae originalis et innocentiae. — Ibid.

Stella splendida. — Ibid.

Stella maris. — Jo. Picus lib. 1 in *Cantic.* cap. 9.

Stella præfulgida. — Idem lib. vii in *Cant.* cap. 1.

Stella Jacob fulgida, cœlos omnes perornans. — Ludov. Blosius in *Endologia 2 ad B. M. V.*

Stella maris, ex qua Christus natus est splendidior sole. — Robert. Bellarm. conc. 2.

Stella maris, in hoc oceano profundo et æstuoso viam nobis ad portum ostendens. — Idem in conc. de *Nativit. S. M. V.*

Stella maris, radios suos ubique diffundens. — Idem conc. 1 super *Missus est.*

Stella splendida et matutina, quæ sine ulla virginitatis detramento Christum quasi radium lu-

cis clarissimum et splendidissimum peperit. — Idem conc. 2, quæ est *de Nativ. Domini.*

STEMMA vere pretiosum. — Theodor. Lasc. imperator in *Can. ad S. Deiparam V.*

STERILITAS peccati. — S. Joseph. *Hymnographus in Menais Grecorum.*

STILLA herbæ arefactæ, per quam ossa nostra, ut scriptum est Isaï. LXVI, « quasi herba germinabunt. » — S. Germ. orat. 2 in *Dormit. S. M. V.*

STIPES sacro igne inflammatus, ejus exempla omne inflammatur humanum genus. — Garneius Lingon. serm. in *Purificat. S. V.*

STIRPS vitæ, per quam stirps mortis percussa est. — D. August. serm. 17 *de Nativ. Dom.* qui est 21 *de tempore.*

Stirps proceræ laurus, procul arcens non fulgoris fulmen, sed dæmonis faculas. — Jo. Geom. in *B. V. hymn.* 2.

Stirps vita perpetuæ. — Ibid.

Stirpis Jesse beata. — D. Bonavent. in *Psalterio minori B. V.*, quinquag. 1.

STOLA, divino opere varia. — S. Andr. Cret. orat. 3 in *Dormit. sanctiss. V.*

Stola regia Verbi, principium omne superantis. — Idem orat. 1, in *Dormit. sanctiss. Virg.*

Stola charitatis. — D. Bonav. in *Expositione super Salve Regina.*

STOLO virens naturæ humanæ. — Jacobus monachus orat. *de Nat. B. V.*

STORAX, per clarissimam, id est dignissimam divinæ laudis dedicationem; storax enim, ut physicorum libri narrant, vocem clarificat, et congrue gratiam divinæ laudationis figurat. — Hugo de S. Victore serm. in *quotlibet festo B. Mariae*, qui est in ordine 53.

Storax — D. Bern. serm. 5, super *Salve Regina.*

Storax, quia si hujus arboris gutta primo candida est, postea calore solis fusca efficitur: Christus Dominus, qui a beata Virgine tanquam gutta processit, fuit candidus per innocentiam et animæ puritatem, quia peccatum non fecit; sed calore solis, id est fervore passionis, quasi fulvus factus est, vel quasi subrufus, unde dicit sponsa: « Amicus meus candidus, et rubicundus, » Cant. ii. — Rich. a S. Laur. *de Laud. sanctiss. V.* lib. ii.

Storax, quia si storax est arbor Arabiæ, quæ interpretatur *campestris*, quia campus fructifer, et latus et studiose excultus: Maria studio Spiritus sancti agricolata est et exculta, et nobis attulit pretiosum illud frumentum, quo in sacramento pascantur homines et angeli; lata est etiam per multitudinem et viscera pietatis. — Ibid.

Storax, lacrymas fluens; saepè enim lacrymas et suspiria emisit. — Jacob. de *Voragine* serm. 7, *de Assumpt. B. M. V.*

Storax ædificationis. — Barth. de *Pisis* lib. 1 *de Laud. sanctiss. Virg. fructu 2.*

Storax, quia pietate viscerosa. — Ibid., fructu 8.

Storax, purgans aerem corruptum, id est animam nostram sive spiritum habentem corruptionem peccatorum, et fugans omnem vaporem et fumum pestilentem malarum suggestionum [diaboli]. *Storax* enim secundum Isidor. 17 *Etymolog.* est arbor Arabiae, cuius fumus purgat aerem corruptum, et fugat omniem vaporem et fumum pestilentem — Bernardin. de Bust. serm. 1 *de Assimilat. B. M. V.*

Storax cogitationum. — Jacobus Monach. in *Mariali* orat. 6.

SUAVITAS singularis. — Adam de Pers. in *Mariali* fragm. 2.

Suavitas nostra. — Martinus de Magistris in *Exposit.* super cantic. *Salve Regina.*

SUBDIACONA spiritualis, ob doctrinæ apostolicæ ostensionem. — D. Antoninus in *Summa* part. iv, tit. 15, cap. 16.

SUBDIACONUS, quantum ad verbi divini observationem. — Albert. Magn. in *Biblia Marie* super libr. Proverb.

SURJECTUM, ex quo, incarnationis Dei. — Dion. Carthusian. in *Can.* art. 42.

Subjectum perfectissimum, et naturaliter factum absque peccato originali, quia ex eo Filius Dei incarnandus erat. — Paulus de Heredia in tract. *Dz Concept.* B. M. V.

Subjectum, in quo Dei Filius fuit incarnatus. — Petrus Gal. lib. vii *De Arcan.* cap. 6.

SUEJUGALE. — D. Bernard. serm. 3 super *Salve Regina.*

SULELEVAMEN præsentaneum recurrentium ad illum — D. Ephrem in orat. *ad sanctiss. Dei Genitricem M.*

SUBLEVATRIX super omnes. — D. Antoninus in *Summa*, part. iv, tit. 15, cap. 2, § 5.

SUBLIMITAS, ad quam difficilis humanis oculis est intuitus. — S. Andreas Cretensis can. in 10 *sancos martyres in Creta.*

Sublimitas humilium. — S. Jo. Damasc. in *Paract.* B. M. V.

Sublimitas ineffabilis. — S. Joseph Hymn. in *Mariali.*

Sublimitas sapientiae quæ peperit sapientiam et Verbum Patris substantiale. — Theodorus Lasc. imperator in can. *ad sanctiss. Deiparam V.*

SUBMINISTRATRIX vite. — S. Andr. Cretensis orat. 3 *de Dormit.* B. M. V.

SUBSIDIUM oppressorum. — D. Ephrem in orat. ad S. *Dei Genitricem.*

Subsidium robustum fidelium. — Anonym. in *Euchologio seu Rituali Graecorum in Officio pro infirmis a spiritibus immundis obcessis.*

Subsidium firmum. — S. Germ. orat. 2. in *Dormit.* B. M. V.

Subsidium hominum. — S. Jo. Damase. in *Paract.* B. M. V.

Subsidium promptum omnibus poscentibus. — idem orat. 1 *de Assumpt.* B. M. V.

Subsidium nostrum, cuius vi omnes semper insultus et ærumnas evadimus. — Theophan. Nicæn. in *Meneis Graecorum* die 9 Februario.

Subsidium sacrum omnium. — S. Joseph. Hymn. in *Mariali.*

Subsidium generis mortalis, dum fortuna fuit acerba casibus innumeris. — Joan. Geom. in B. M. V. hymn. 4.

Subsidium nobile, quod Deus nobis afflictis dignatus est elargiri. — S. Anselm. Lucens. super *Salve Regina*

Subsidium nobile afflictorum. — D. Bern. in *Meditat.* super *Salve Regina*

Subsidium in tribulatione. — Adam de Pers. in *Mariali*, fragment. 2.

Subsidium, peccatoribus a Deo datum. — Guilielm. Vineen. serm. *de Concept.* B. M. V.

Subsidium in necessitatibus. — Bernardin. de Bust. serm. 2 *de Assimilat.* B. M. V.

Subsidium unicum nostrum. — S. Thom. de Villa Nova conc. 3 *de Nat.* B. M. V.

Subsidium revocationis. — Jacobus monachus in *Mariali* orat. 6.

Substantia illorum, qui Christum de ea dicunt conceptum, et natum. — Joan. Gers. tract. 9 super *Magnificat.*

Subventio in oppressione servis. — Adam de Pers. in *Mariali*, fragm. 2.

Subventio optima in laboribus. — D. Bonavent. in *Psalter.* B. M. V.

Subventrix inopum. — S. Anselm. in *Meditat.* de B. M. V.

Subventrix omnium gratia sua — D. Antoninus in *Summa*, part. iv, tit. 15, cap. 6.

SUDARIUM Salomonicum. — Jacobus Nisibensis in cantic. in *Laud.* B. M. V.

SUFFITUS aromatum, quæ intelligentia apprehenduntur. — S. Andreas Cretensis orat. 5 *de Dormit.* S. V.

Suffitus spiritualis divinorum holocaustorum. — Idem orat. 1 *de Assumpt.* B. M. V.

SUFFUGIUM peccatorum. — S. Thom. de Villa Nova conc. 3 *de Nativ.* B. M. V.

SUGGESTUM celebre afflictorum. — Justus Lipsius in *diva Virg. Hallensi*, cap. 18.

SULCUS, qui divinam protulit spicam, per quam fidelium corda nutruntur, et spiritualis fames cessat. — S. Joseph. Hymnogr. in *Mariali.*

SUMMA, de qua clamaverunt oracula prophetarum. — S. Andreas Cretensis orat. 3 *de Dormit.* B. M. V.

Summa divinorum oraculorum. — Ibid.

Summa perfectionis. — D. Laurent. Justin. *De triumph. Christi agone* cap. 7.

Summa virginitatis. — Joan. Picus lib. 1 in *Cantic.* cap. 2.

Summitas summittatum. — S. Germ. Constant. orat. 2 *in Præsent.* B. M. V.

SUNAMITIS libera. — Rupert. abbas lib. vi *Commentar. in Cantic. canticor.*

Sunamitis, puella speciosa sola digna stare eam Deo rege et in sinu ejus dormire, ipsumque calefacere, id est, bene calentem charitatis ejus gloriam, scilicet remissionem peccatorum obtinere. — *Ibid.*

Sunamitis vere ingenua, vere libera. — *Ibid.*

Sunamitis singularis unica et nobilissima. — *Ibid.*

Sunamitis, flaminam præscrens charitatis, et ignem rutilans divinæ dilectionis; **Sunamitis** enim interpretatur *coccinus*; *coccinus* autem ignei coloris est. — S. Aelred. *serm. 2 in Assumpt. B. M. V.*

Sunamitis nostra, miræ excellentiae Virgo, cui non nisi regis congruebat amplexus; cuius qui meretur amplexum, meretur simul et regnum. Petenti enim Bethsabee, ut daretur Abisag Adoniæ, respondit sapientissimus Salomon III Reg. ii: « Cur postulas Abisag Sunamitem Adoniæ? postula ei et regnum. » — *Ibid.*

Sunamitis illa quæ David servivit. — Rich. a S. Victore, *Expositione in Cantic. canticor. cap. 47.*

Sunamitis quæ David antiquum calefecit. — Petrus Blesensis *serm. 3 in Adventu Domini.*

Sunamitis de qua dicitur Cant. vii: « Quid videtis in Sunamite nisi choros castrorum; » non absurde enim dici potest, ut hic queratur, non de his, quæ intus videri non possunt, sed de his quæ circa Sunamitem fiunt. In authenticis itaque libris quærendum est de choris castrorum; legimus in Numeris cap. ii: « Locutus est Dominus ad Moyseum et Aaron dicens: Singuli per turmas signa atque vexilla per domos cognationum suarum castrametabuntur; filii Israel per gyrum tabernaculi fœderis, Judas ad orientem sitet tentoria, » etc. et ne supra modum sermonem protendamus, compendiose dicamus, quod circa tabernaculum fœderis, quod intelligimus corpus et animam Virginis, omnes filii Israel castramarentur. Omnes autem filii Israel sunt omnes fideles; constituantur tamen per singulas plagas, Judas, Issachar et Zabulon ad orientem: Ruben, Simeon et Gad, ad meridiem: Ephraim, Benjamin et Manasse ad occidentem: Dan, Aser et Neptalin ad aquilonem; Judas confessio, Issachar merces, Zabulon tabernaclum fortitudinis. Isti ad orientem cantant: « Oritur stella ex Jacob. » Ruben videns, Simeon auditio, Gad felicitas; isti ad meridiem cantant: « Tota pulchra es, amica mea, » etc. Ephraim frugifer, Benjamin filius dexteræ, Manasse oblivio; isti ad occidentem cantant: « Surge, propera, amica mea, veni, columba mea: » Dan judicium, Aser beatus, Neptalin conversio; isti ad aquilonem cantant: « Surge, aquilo, hiems transiit, imber abiit et recessit, flores apparuerunt in terra nostra. » Ecce habet **Sunamitis** choros castro-

rum, qui circumdant eam tanquam flores rosarum et lilia convallium. — Petrus Cellensis *serm. 7 de Assumpt. B. M. V.*

Sunamitis, in qua potissimum videtur gratia omnis vie et veritatis, et omnis sues vitæ et virtutis. Eccli. xxiv. — *Ibid.*

Sunamitis puella, quæ ubi venit plenitudo temporis in omnibus finibus Israel quæsita, et inventa est coccinea obnubratione Spiritus sancti, et calefecit antiquum dierum, ut mitteret Filium suum, et dormiret cum virgine, donec Agnus cum vellere nostro exiret, et mundum redimendo salvaret et regeret. — Idem *serm. 6 in Synodo.*

Sunamitis, quæ placet regi sua specie, senem regem conservat castitate, et sovet calore sapientiæ. Quæ enim tam speciosa, quam illa, cui dicitur Cant. i: « Tota pulchra es, amica mea, » — Idem *serm. 7 de Assumpt. B. M. V.*

Sunamitis quam antiquum dierum prælegit, et dedit ei Filium suum, quæ Dei præcordia pene iam pentitia, deficiente charitate in humano genere calefecit, et cum adhuc peccatores omnes, propter nimiam charitatem suam Filium suum de Virgine incarnari constituit. — *Ibid.*

Sunamitis, in qua considerantibus occurrit perfectio tanta morum, ut ei non hominum, sed magis castra consonent angelorum. — Philipus abbas lib. vi *in Cantic. canticor., cap. 14.*

Sunamitis, in qua nihil sponsus videt, nisi miram concordiam laudis et fortitudinis exquisitæ, nisi choros laudabiles et antiquos exercitus angelorum, nisi virtutes consonas, et robur indesciens, ut castrorum. — *Ibid.*

Sunamitis speciosa, in universis finibus Israëli diu quæsita, quæ cæteris postpositis, David regem in suo sinu dormientem calefecit ac ministriavit, nec tamen virginitatis flore se privavit. — Cæsarius Cisterciensis hom. *de sanctiss. nomine Mariae.*

Sunamitis, quæ interpretatur *coccinea*, sicut enim beata Virgo coccinea, quia in sanguine Filii per compassionem rubricata. — Richard. a S. Laur. *De laud. sanctiss. V. lib. v.*

Sunamitis, quæ interpretatur *mortificans*, vel *mortificata*; mortificavit enim in se carnem et mortificata quodammodo sicut a mundo in Filii passione. — *Ibid.*

Sunamitis, in qua videntur chori castrorum, adhaerentes videlicet ipsi beatæ sanctorum acies, qui cum ipsa pro nobis militant contra hostem. — Joan. Hailgrinus, *cap. 7 Cantic. canticor.*

Sunamitis, quæ interpretatur *mortificata*, sive *coccinea*; moriente enim Filio commoriens per compassionem Filii quasi rubricata est in coecino passionis. — Idem *in cap. Cantic. canticorum.*

Sunamitis, quæ Deum Patrem ab amore humani

generis quasi tepentem calefecit. — Hugo Carensis in cap. xxi Genesis.

Sunamitis, qua visi sunt chori castrorum, id est, conventus virtutum, quæ in Virgine ordinatur, quibus Virgo contra vitia, dæmones et hæreticos inmunitur; et nota, quod chori sunt canentium, castra vero pugnantium; in Virgine ergo fuerunt chori canentium, quantum ad consonantiam virtutum, castra vero pugnantium secundum quod Virgo circumsepta, et sanctis disciplinis instrueta, vitiorum et dæmonum repellebat insultus. — Alanus de Insul. in cap. i Cantic.

Sunamitis. — Matthæus Cantacuzenus in cap. vii Cantic. canticorum.

Sunamitis semina magna, in cuius uteri sancti cœnaculo receptus est Eliseus, id est Salvator, Deus meus, non figurate, sed expresse, ut salvum faceret populum suum a peccatis. — D. Anton. in Summa, part. iv, tit. 15, cap. 22.

Sunamitis, in qua sint chori castrorum, eo quod potens sit nos adjuvare et tueri; est enim in ea aries virtutum firmissima, et omnium spiritualium insuperabilis vis armorum: et habet ad manum cœlestium spirituum victoriosam militiam, suo imperio obedire promptissimam, per quos potest juvare, victoriamque conferre. — Dionys. Cartl. in Cant. art. 21.

Sunamitis, quæ summo Prophetæ prophetarum Domino mensam, candelabrum lectulumque paravit: lectulum in utero, mensam in pectore, candelabrum in intellectu; quia in utero illius quievit, in pectore passus est, et ab intellectu illius conditus est. — S. Thom. de Villa Nova conc. 1 de Assumpt. B. M. V.

Sunamitis magna et honorata, in medio populi tui residens, quæ patri Eliseo præparasti cœnaculum, quæ et post excessum Filii, ut in cordibus electorum reviviseat, sepe proficiscaris in Carmelum. — Bostius cap. 1 § 1, lib. De patron. Deip. Virg. in Carm. ord.

SUPERATRIX dæmonum. — Adami Præmonstraten sis lib 1, serm. 40.

Superatrix dæmonum ac superborum. — D. Bonavent. in Canticis Psalt. B. M. V.

Superatrix omnium dominationum. — S. Antonin. in Summa part. v, tit. 15, cap. 44.

SUPERHUMERALE nostrum, divina ex virtute factum. — D. Anselm. in Psalterio B. M. V. part. iii.

SUPERLIMINARE cœlestium adytorum, ubi stant Seraphin, contractis alis, quibus partim velant faciem, partim pedes, et partim volant hymnumque tremendum concinunt, intolerandam obtueri gloriam non valentes. — S. Germ. Constantinop. serm. in Nativit. B. V.

SUPPEDITATIO bonorum. — S. Jo. Damasc. in Paral. B. M. V.

SUPPEDITATRIX gaudii. — S. Jo. Damasc. in Can. S. Deiparæ.

Suppeditatrix vitæ. — S. Andreas Cretensis orat. 3 de Dormit. B. M. V.

SUPPLANTATRIX diaboli. — S. Jacobus apostolus serm. in Transitu B. M. V. aoud Amedeum, raptu 8.

SURCULUS Davidis, qui virgam virtutis Christi floruit. — S. Andreas Cretensis orat. de Nativ. B. M. V

Surculus Davidis sacer, beatus, prædicandus, et faustis omnibus prosequendus. — Chrysipp. in serm. de S. Maria Deipara.

Surculus naturæ semper virens et pulcherinus. — Georg. Nicomed. orat, 3 de Conceput. Deiparæ V.

Surculus Davidicus. — S. Jo. Damasc. in orat. 2 de Nativ. B. M. V.

Surculus nobilissimus humani generis, in sublime virtutum erigens magnitudinem suanu, et novum simul ac dulce spectaculum exhibens. — Jacobus Monachus in Mariati orat. 3

Surculus nobilis generis humani. — Jacob. Monachus orat. de Nativit. B. M. V

Surculus regalis, qui ex regali stipite gerninavit. — Ibid.

SUSANNA, quæ interpretatur lilyum; nulli enim alii melius convenit hoc nomen, quam beatæ Virginis, que præmium meruit castitatis. — Idiota, De B. V. M. part. xiv, contemplat. 4.

Susanna in honestate. — Barth. de Pisis lib. 1 De laud. sanctiss. V., fructu 2.

SUSCEPTIO orphanorum. — D. Ephrem in serm. De laud. B. M. V.

Susceptio gentis christianorum. — S. German. orat. 2 in Dormit. B. M. V.

Susceptio nostra; nam in mari mundi submersuntur omnes illi, quos ipsa non suscipit; et quos non sublevat a naufragio peccatorum, unde Sapient. xiv, transeuntes mare, id est mundum, per ratem id est Mariam, liberati sunt. Richard. a S. Laur. De laud. S. V. lib. xi.

SUSCEPTRIX Imperatoris cœlestis in terrestri hospitio. D. Augustin. serm. 6, de Nat. Domini, qui est 10 De tempore.

Susceprix hospitis immortalis, mortali alvo. — Ibid.

Susceprix Verbi in principio apud Deum. — Idem in serm. de Assumpt. B. M. V. tom. X.

Susceprix Dei. — S. Andr. Cretensis orat. 1, de Dormit. sanctiss. V.

Susceprix Dei. — S. Jo. Damasc. orat. 4, de Nat. B. M. V.

Susceprix fidelissima servorum suorum. — Albertus Magnus in Biblia Mariæ super lib. Ecclesiastici.

SUSCITATRIX mortuorum. — D. Fulbertus Carpentensis serm. 1 de Nativit. V. M.

SUSTENTATIO fidelium. — S. Proclus in orat. 6, quæ est de laud. B. M. V.

Sustentatio in sudoribus. — Jacob. Monachus in *Mariali* orat. 2.

Sustentatio pauperum. — S. Saba in *Menaxis Græcorum* die 24 Januarii.

Sustentatio pauperum. — Theophanes Nicænus in *Menaxis Græcorum* die 16 Januarii.

SUSTENTACULUM totius contemplationis et ascensus. — Andr. Cretensis orat. 3 de *Dormit. B. M. V.*

SUSTENTATRIX claudorum. — Albertus Magn. in *Biblia Mariæ* super lib. Job.

Sustentatrix totius orbis ; orbis enim nullo pacto consistere posset, ob nostras pravas operationes, nisi ipsa plena pietate et clementia, pro nobis orans, illum sustinaret. — Paulus de Heredia in tract. *De Concept. B. M. V.*

Sustentatrix pauperum. — Jo. Trith. lib. iii, *De Mirac. B. M. V. in Urticeto.*

Sylva deserti Ziph, quod interpretatur *florens*, et collis Hachila, quod interpretatur *suscipiens eos*, ubi David et viri sui in locis tutissimis latitabant a facie Saul. In ea enim non solum securè latitant, sed et habitant confidenter et gaudenter laudantes Dominum, et jubilantes in felici silentio et in libertate spiritus, sicut aviculæ in sylvis. — Ern. Prag. in *Mariali*, cap. 62.

Sylva, quia sicut in sylva malus crescens a nomine hominum plantatur, nec foditur, nec excolitur in hortorum morem, et tamen uberrime germinat flores atque fructificat ; ita et Christus, qui est sicut malus inter ligna sylvarum, sine virili semine, sine humano opere, ascendit sicut virgultum coram Deo, et utradix de terra sitienti, quæ est Maria, Isa. lvi. — Ibid.

Sylva, quia sicut in sylva multa sunt genera lignorum sublimium pulcherrimorum, ita in beata Virgine multa sunt genera donorum sublimium et perfectorum, et ista sunt illa ligna sylvarum, quæ exsultaverunt ante conspectum Domini, quando venit in mundum, ut dicit Psalmus. — Ibid.

Sylva, quia sicut in sylva, seu foresta imperatoris, optime clausa, ubi soli principi licitum est venari, abundat copia ferarum letantium atque

indentium ; sic in Mariæ præsentia, atque custodia habitant et exsultant multa genera virorum justorum ; ibi enim est lepusculus plebs invalida, homines, scilicet, pauperes spiritu et timorati ; ibi est Cyrogrillus, pœnitens quilibet, spinis peccatorum adhuc totus plenus ; ibi est Damula, gens inermis, quæ de laqueo venantium ad claustrum refugium fugere nititur ; ibi sunt capræ, cervique camporum, id est, viri virtutum, vita pariter atque scientia eminentes et præclarari. — Ibid.

Sylva, quia sicut in una sylva sunt ligna multa et magna, et in quolibet ligno sunt quasi infinitæ materiæ, ex quibus possent, si scirent et vellent excisores, sculpere et educere imagines pulcherrimas et multifarias, ita in beatissima Virgine multæ sunt gratiae et virtutes excellentes, atque sublimes, ex quibus doctores sancti et prædicatores possunt exculpere et excudere quasi infinitas, et pulcherrimas imagines, et honestissimas vivendi formulas, si tamen vellent eorū suum dare ad vigilandum diluculo in similitudinem picturæ, et pulchritudinis illius tabernaculi, quod Moysi monstratum est in monte, et noctem tanquam diem transigere, ut addiscerent sculpere signacula sealitia, sicut dicit Ecli. xxxvii. — Ibid.

Sylva, quia sicut ligna in sylva plantata et radicata sine cultura et labore et omni opere humano proficiunt jugiter et crescunt, sic viri justi in beatæ Virginis amore plantati et radicati, semper de bono in melius proficiunt, semper se ipsis robustiores fiunt, et hoc non propter industriam suam, et laborem humanum, sed propter irriguum gratiæ, quod ex ejus largitate percipiunt incessanter. — Ibid.

SYMBOLUM victoriæ. — S. Joan. Damasc. orat. 4 *De Nativ. B. V. M.*

SYMPHONISTA musicorum melos transgrediens. — Joan. Hondensis hymn. 2 *De lactatione pueri Jesu.*

Syphonista maxima laudum divinarum. — Maurit. de Villa Probata, Prolog. in *Coronam novam B. V. M.*

LIBER DECIMUS SEPTIMUS.

NOMINA ET ELOGIA DEIPARÆ VIRGINIS MARIAE, INCIPIENTIA A LITTERA T.

Elenchus nominum et elogiorum Deiparæ Virginis in hoc libro contentorum.

IN HOC LIBRO DEIPARA VIRGO MARIA DICITUR :

Tabernaculum : Tabula : Tanaïs : Tectum : Tegimen : Tegumentum : Tela : Tellus : Telum : Templum : Tempus : Tentoria : Tentorium : Terebinthus : Terminus : Terra : Terror : Testa : Testamentum : Testimonium : Testis : Thalamus : Thamar : Thare : Theatrum : Theca : Thecua : Theman : Theologa : Theotocos : Theriaca : Thesauria : Thesaurus : Teuchites : Throna : Throni : Thronus : Thuribulum : Thus :

Thymiama : Thymia terium : Thysites : Tiara : Tigris : Timor : Tinctura : Titulus : Tomus : Tonitrus : Toparius : Torrens : Torcular : Trabea : Trames : Tranquillitas : Translatio : Tribunal : Triclinium : Tripudium : Tristitia : Triumphatrix : Triumphus : Tropaeum : Truncus : Tuba : Tunica : Turris : Turtur : Tutamen : Tutamentum : Tutela : Tutelaris : Tutrix : Tympanistria et Typus.

TABERNACULUM Christi. — Melito Sardensis in libello *De Transitu Virginis*

Tabernaculum Dei laudissimum, non ab hominibus fabricatum, sed Spiritu sancto firmatum et virtute Altissimi protectum. — D. Dion. Alexandr. in *Epist. contra Paul. Samosatens.*

Tabernaculum Dei sanctum, non manufactum, in quo Rex noster, Rex glorie factus est Pontifex, et manet in perpetuum, semel ingressus in sancta, et aeterna redēptione inventa, et ex quo exiuit Verbum factum pontifex, non secundum lēgem carnalis mandati, sed secundum virtutem vitæ indissolubilis. — Ibid.

Tabernaculum verum, in quo nec aliis introivit, nec exiuit, nisi solus Dominus, cuius tabernaculi porta integra et inviolata, quia manu Dei clausa, et dīgō ejus signata. — Ibid.

Tabernaculum Altissimi; in quo foedera ac Dei juramenta ad patres nostros finem gloriosissimum acceperunt. — S. Method. in hom. *in festo Purificat. B. V.*

Tabernaculum ab Altissimo sanctificatum. — D. Athanas. serm. in *Evangel. de sanctiss. Deipara.*

Tabernaculum Christi. — Idem in *Purificat. B. V.*

Tabernaculum Dei. — S. Proclus in orat. 6, quæ est *de laud. B. V.*

Tabernaculum fidelium, animatam ferens œconomia arcā, et per primiperas Novi ac Veteris Testamenti juvencas per rectam securamque salutis viam incedens. — Ibid.

Tabernaculum testimonii, a qua verus Jesus Deus eum esset, post statum embryonis novem mensium tempus egressus est. — Ibid.

Tabernaculum, quod sanctificavit Altissimus (*Psal. xlvi*), in cuius medio Deus non commovebitur. — S. Amphil. Sydæ episcopus orat. in *S. Deipar.*

Tabernaculum a Deo benedictum, quoniam paternæ gloria plenum Christum Jesum hominem, eumdem ac Denim in iis ex quibus et in quibus naturis consistit, admirabili ratione in ictore suo gessit. — S. Andreas Cret., orat. 1, *de Annunt. B. V.*

Tabernaculum a Deo formatum, in quo universa lex et prophetae re ipsa sunt adimplēti, et in eo adumbratæ typicorum characterum formæ fuere delatæ speculis veritatis dissolutis. — Idem orat. 2 *de Dormit. B. V.*

Tabernaculum cœleste, in quo Verbum habitavit. Idem in cant. *de Nativ. B. V.*

Tabernaculum Dei animatum. — Idem cant. v, *in Partum B. V.*

Tabernaculum Deo gratissimum. — Id. in cant. *de Nativ. B. V.*

Tabernaculum, ex quo Deus humanam induitus

imaginem, viri processit specie. — Idem orat. 1, *de Dormit.*

Tabernaculum impollutum mundissimis suorum miserationum stilis emundans peccatis pollutos. — Idem cant. *in Concept.*

Tabernaculum magnificum, et vastum donorum Dei. — Idem orat. 2 *de Dorm. B. V.*

Tabernaculum regale. — Idem cant. *in Dorm.* post diem 17. Decembr.

Tabernaculum sanctissimum in quo incorporeus Deus secundum beneplacitum Patris inhabitans, utero gestatus, et formatus homo sine corruptione, absque mutatione ex ea, stupenda ratione, processit. — Id. cant. *in S. Georg. martyr.*

Tabernaculum sanctissimum Verbi omnium creatoris. — Idem orat. 3 *de Dorm. B. V.*

Tabernaculum sanctum, in quo cœlorum Rex corpore hospitatus. — Idem in *Triodiis Major. Hebd.*

Tabernaculum refrigerii in quo Dominus habavit. — Anastas. Antiochen. in orat. *in Annunt. B. V.*

Tabernaculum a omni sorde liberum. — Isychius serm. 2 *de laud. Virg.*

Tabernaculum glorie. — D. Hildephonsus serm. 7 *de Assumpt. B. M. V.*

Tabernaculum sanctum sanitatis. — *Anonymous in Menæis Græcorum* die 12 Maii.

Tabernaculum Dei cœlo altius. — Georg. Nicomed. in *S. Mariam assistentem cruci.*

Tabernaculum divinum, cuius extreunctione, pietatis quidem fundamenta firmius stabiluntur; impunitatis vero munitiones penitus convelluntur. — Idem orat. 1 *de Concept. B. V.*

Tabernaculum immaculatum. — Idem in orat. *De exitu sanctiss. Dei parentis, quando fuit oblata in Templo.*

Tabernaculum mundissimum. — Idem in orat. 2 *de Præsentat. B. V.*

Tabernaculum, quod sibi Verbum ex Joachimi atque Annæ massa exstrnens, ex eodem altiori supra intellectum ratione humanæ naturæ massam assumpit. — Ibid.

Tabernaculum sanctissimum, quod est capax essentiæ immaterialis, quod nostrum, quod acciderat, excitavit tabernaculum, quod parentis nostri David tabernaculum, quod fuerat ablatum, rursus erexit, per quod membra, quæ fuerunt dissoluta nostra transgressione, reducta ad suam integratatem. — Idem in orat. *de exitu S. Deipar., quando fuit oblata in templo*

Tabernaculum sanctificatum. — Ibid.

Tabernaculum spirituale. — Idem orat. 1 *de Præsent. B. V.*

Tabernaculum Dei animatum septem firmamentis capacious pariter sublimiusque ac mirabilius. — S. Germ. in suo *Mariali*, fragm. 45.

Tabernaculum non manufactum, sed a Deo fabricatum, in quod solus Dens Verbum et primus Pontifex in fide sacerdorum semel ingressus est, sacris mysticis occulte operatur in ea pro salute hominum. — Idem serm. in *Nat. B. V.*

Tabernaculum purpure revera opere, quod novus ille Beseelel auro intextum, variumque effinxit. — Idem in suo *Mariali*, fragm. 45.

Tabernaculum vectile, quod eximus architectus Beseelel construxit. — Idem orat. in *Annunt. B. V.*

Tabernaculum Altissimi, divinum, sanctificatum. — S. Joan. Damasc. in canone de *S. Trinit.*

Tabernaculum castitatis. — Idem in *Paracl. B. V.*

Tabernaculum cœlis sublimius. — Ibid.

Tabernaculum Dei mundissimum. — Ibid.

Tabernaculum Dei purissimum. — Ibid.

Tabernaculum Dei unicum, ac ratione præditum. — Idem orat. *De Nativ. B. M.*

Tabernaculum Deo Jacob exhibituin. — Idem in orat. 4 *De Nativ. B. V.*

Tabernaculum divina maiestate ornatum. — Idem in *Menœis Græcorum*, die 27 Martii.

Tabernaculum divinissimum, ad quod angeli non sine metu accedebant. — Idem orat. 2, *De Assumpt.* sive *Dormit. B. M. V.*

Tabernaculum Altissimi divinum ac sanctificatum. — S. Joan. Damasc. Can. in *Encom. S. Resur. Christi*.

Tabernaculum a Deo ornatum. Idem can. in *Annunt. Deip.*

Tabernaculum Dei susceptivum. — Idem can. 2 in *Dorm. B. V.*

Tabernaculum Dei viventis. — Ibid.

Tabernaculum gaudii. — Idem in can. *sanctiss. Deiparæ*.

Tabernaculum gloriæ Dei. — Idem can. 2 in *Dorm. B. V.*

Tabernaculum reconciliationis nostræ cum Deo. — Idem can. in *Nativ. B. V.*

Tabernaculum sanctum et latius cœlis suscipiens Dei Verbum, quod nulla creatura capere potest. — Idem in *Octoec. Græcorum*.

Tabernaculum, ex quo vita principium duxit. — Ibid.

Tabernaculum gloriæ Domini. — Idem orat. 4 *De Assumpt. B. M. V.*

Tabernaculum immortalis lucis ac supernæ sapientiae. — Idem in *Paracl. B. V.*

Tabernaculum incoinqnatum ab omnibus sordibus peccatorum, nos abluiens intercessione sua. — Ibid.

Tabernaculum impollutum, suarum miserationum purissimis stillicidiis mundans nos peccatis pullos. — Ibid.

Tabernaculum luciferum Christi regis, irradians

mentem nostram inimici fraudibus obtenebratam, criminumque caligine obcæcatam. — Ibid.

Tabernaculum mundum, ac pretiosum castitatis ac virginitatis. — Ibid.

Tabernaculum naturæ incomprehensibilis. — Ibid.

Tabernaculum, quod Dens fixit. — Idem in orat. 4 de *Nativ. B. V.*

Tabernaculum quod incomprehensibile Verbum in suo utero suscepit. — Idem in *Paracl. B. V.*

Tabernaculum sacrum et sacerrimum, Deoque dignum. — Idem orat. 2 de *Assumpt.* sive *Dormit. B. M.*

Tabernaculum sanctum cœlisque patentius, cum sola Dei Verbum, cuius nulla creatura capax est, exceperit. — Idem in canone de *sanc. Trinitate*.

Tabernaculum Verbi, quod sine semine ex sancto ejus utero processit. — Idem in *Paracl. B. V.*

Tabernaculum castitatis incidissimum, licet datorem deferens incarnatum, qui homo similis nobis apparuit propter hominum errorem et corruptionem abolevit. — S. Joseph. Hymn. in *Mariali*.

Tabernaculum cœlis ipsis augustius, cœlestium tabernaculorum nos efficiens participes, ferventibus precibus suis apud Christum, quem genuit, omnium Regem ac Dominatorem. — Ibid.

Tabernaculum Dei amplissimum. — Ibid.

Tabernaculum Dei animarum. — Ibid.

Tabernaculum Dei immaculatum, emundans nos aculatos gravissimarum passionum illecebris, fonte misericordie suæ. — Ibid.

Tabernaculum Dei impollutum. — Ibid.

Tabernaculum Dei jucundum ac sanctissimum. — Ibid.

Tabernaculum Dei mundum. — Ibid.

Tabernaculum Dei sanctum, a legali tabernaculo præfiguratum, in quo supervenit propitatio nostra, quæ nobis omnibus sanctificationem largiretur. — Ibid.

Tabernaculum Domini incorruptum. — Ibid.

Tabernaculum fluvii viventis, ex quo bibentes nos, qui mortui eramus, hæredes vitæ evadimus. — Ibid.

Tabernaculum gloriæ. — Ibid.

Tabernaculum mundum spiritualis sanctificationis. — Ibid.

Tabernaculum purum Creatoris. — Ibid.

Tabernaculum sanctificationis, sanctificans animas nostras, voluptatum sordibus inquinatas et divinæ gloriæ illas participes efficiens. — Ibid.

Tabernaculum sapientæ illius quæ omnem exceedit sapientiam. — Ibid.

Tabernaculum solis spiritualis, qui nos divinis splendoribus pietatis illuminavit, atque ignorantiae nebulas dissipavit. — Ibid.

Tabernaculum spirituale. — Ibid.

Tabernaculum splendidum et sanctissimum Filii excelsi. — Ibid.

Tabernaculum Verbi divinum. — Ibid.

Tabernaculum Verbi purissimum, purificans a

pravis affectionibus eorū nostrum, divinique spiritus vas mundum illud efficiens. — Ibid.

Tabernaculum Dei capax. — Leo imperator. *De Assumpt. B. V.*

Tabernaculum Dei, pugnaturi in mundo. — Guerrieus abbas, serm. 1 *De Assumpt. S. M.*

Tabernaculum Dei. — D. Petrus Damianus hom. i *Nativ. B. V. M.*

Tabernaculum quod gloria Domini, hoc est Filius Dei, non mox discessurus, sed veram carnem suscepturnus, implevit. — Idem serm. 2 *de S. Joan. apostolo et evangelista.*

Tabernaculum, quod non corporea hujus aetis nubes obtexit, sed Spiritus sanctus invisibiliter obumbravit. — Ibid.

Tabernaculum Dei. — D. Bernardus serm. 3, super *Salve Regina.*

Tabernaculum Altissimi, a fundamento ipso sanctificatum, alioquin si corruptum esset fundamen tum, omne superpositum nutaret ædificium. — Petr. Com. in serm. *de Concept. B. V.*

Tabernaculum Dei habens intra se Sanctum sanctorum, Virgam signorum, tabulas Testamenti, altare incensi, ambo Cherubim, respicientia in alternum, manna et sine umbra propitiatorium palam expositum. Et haec omnia non in figuris, sed in ipsa veritate in se continens reposita, exhibens mundo legem et disciplinam, incensionem zeli, castitatis odorem, concordiam Testamentorum, panem vitae inconsuetibilem cibum, sanctitatem, humilitatem et obedientiae holocaustum, penitentiae omnibus tutum naufragis portum. — Arnold. Carnot. in tract. *De laud. Marie.*

Tabernaculum Patris æterni. — Adam Præmon strat. lib. 1, serm. 40.

Tabernaculum in sole positum, de quo utique tabernaculo Filius Dei processit, tanquam sponsus de thalamo suo. — Philipp. abbas tom. II *Moralitatum in Cantic. canticor.*

abernaculum proprium Altissimi. — Idem lib. II *Cantic. canticorum.* cap. 25.

Tabernaculum Salomonis, id est, veri pacis Christi. — Idem tom. VI *Moralitatum in Cantic. canticorum.*

Tabernaculum Ecclesiæ, vel Dei, ut dicitur, Et in sole posuit tabernaculum suum, in quo Filius Dei homo veniens requievit, et de quo ut sponsus de thalamo processit. — Honorius Augustodun. in *Sigillo B. Mariæ.*

Tabernaculum, de quo dicitur a Psalmista, Psal. xiv: Domine, quis habitavit in tabernaculo tuo? id est, in beata Virgine; quasi diceret: Nullus, nisi tu solus; propter quod dicitur Ezech. XLIV: Princeps ipse sedebit in ea, quasi non alius. — Rich. a S. Laur. *De laudib. B. V. lib. x.*

Tabernaculum, de quo dicitur Isa. iv: Erit tabernaculum in umbraculum diei ab æstu, et in securitatem, et in absconcionem a turbine et pluvia. Erit enim gloriosa Virgo servientibus, et amatori-

bus suis in die judicii in umbraculum ab æstu, et contra æstum illum, de quo dicitur II Petr. ultim.: Elementa calore solventur. » Erit in securitatem a turbine, id est, contra illum turbinem, de quo Jerem. xxx: Ecce turbo Domini, furor egrediens. Erit etiam in absconcionem a pluvia, id est, contra pluviam illam, de qua Job. xx dicit de Christo, et impio: Pluet super eum bellum suum. » — Ibid.

Tabernaculum, de quo dicitur Levit. xxvi: Ponam tabernaculum meum (id est, Mariam) in medio vestri, et non abjicet vos ultra anima mea, quia per eam conservamur a peccato, propter quod solum Deus abjicit peccatores. — Ibid.

Tabernaculum fœderis, de quo Num. x, quia in ea dictatum est fœdus inter Deum et hominem, per matrimonium assumptæ carnis, vel humanæ naturæ; hic enim in sua incarnatione fœderavit Christus humanam naturam divinæ. — Ibid.

Tabernaculum, in quo Altissimus armavit se armis nostræ mortalitatis, quibus contra diabolum dimicavit, sicut postulaverat Psal. xxxiv: Apprehende arma et scuta. — Idem, *De laud. V. lib. iv.*

Tabernaculum, in quo Christus, cum diabolo pugnaturus pro sponsa sua exhaereditata, scilicet Ecclesia, armaturam humanæ carnis sibi adaptavit, sicut ipsum ex parte generis humani rogaverat Psalmista dicens psalm. xxxiv: Apprehende arma, et scutum, et exsurge in adjutorium mihi. — Idem, *De laud. sanctiss. V. lib. x.*

Tabernaculum, quod nunquam poterit trans ferri, ut dicitur Isa. xxxiii, scilicet ad alios usus, quam ipsius Filii Dei. — Ibid.

Tabernaculum veri Moysis, quod ornabatur, constructurebatur et tegebatur de pelli his rubricatis et hyacinthinis, et sag's ciliensis et cortinis pulchritudinibus testis opere plumario, Exod. xxvi, et xxxvi, id est, acuali, quia gloriosa Virgo fuit ornata et distincta omnimoda pulchritudine virtutum; unde et dicitur Psal. XLIV: Circumambit a varietatibus. — Ibid.

Tabernaculum Christi primo positum in sole, id est, in pulchritudine gratiæ, deinde etiam in Assumptione positum in sole, id est, in externa claritate; sol enim pulcherrimus et clarissimus est. — Ibid.

Tabernaculum Regis justitiae. — Joan. Hailg. in caput I *Cantic. canticor.*

Tabernaculum Altissimi, in quo Deus armavit se armis nostræ mortalitatis, quibus contra diabolum militavit. — Hugo Carens. in *Psal. XLV.*

Tabernaculum Altissimi sanctificatum, Psal. xciv. — D. Thom. Aquin. serm. in *Purificat. B. M. ex Epistola.*

Tabernaculum Dei secundum illud Psal. xviii, In sole posuit tabernaculum suum. — Idem, iii part. quæst. 3, art. 2.

Tabernaculum dormitionis et quietis Filii Dei.

Ecclesi. xxiv. — Albert. Magn. in *Biblia Mariæ* super lib. *Ecclesi.*

Tabernaculum peccatorum, quod sanctificatum est ad aliorum mundationem, completum ad pauperum ditationem, erectum ad abjectorum exaltationem, sanctificatum in Conceptione et Nativitate, completum in Filii Dei incarnatione, erectum in ipsis gloria Assumptione. *Num. xvi.* — Idem in *Biblia Mariæ* super lib. *Num.*

Tabernaculum protectionis in omni tribulatione, *Num. xvi.* — *Ibid.*

Tabernaculum, quod Deus Pater peccatoribus extendit. — Idem in *Biblia Mariæ* super proph. *Isa.*

Tabernaculum repletionis. Exod. xl. — Idem in *Biblia Mariæ* super lib. *Exod. v.*

Tabernaculum sanctissimum, in quo Dominus congressurus cum diabolo, tunicam induit carnis nostræ. — Idem, serm. 1 in *Annunt. B. M.*

Tabernaculum testimonii, quod Dominus replevit se ipso, ad generis humani redemptionem, gratia ad justorum conformatioinem, venia ad reorum reconciliationem, gaudio ad tristium consolatiouem. — Idem in *Biblia Mariæ* super lib. *Exod.*

Tabernaculum unionis inter nos et Deum, *Levit. xxvi.* — Idem in *Biblia Mariæ* super lib. *Levit.*

Tabernaculum Altissimi. — Aegidius Columna ex *Expos.* in *Salut. angel.*

Tabernaculum Dei. — Alanus de Insul. in *Prolog super Cantic. canticor.*

Tabernaculum Altissimi sanctificatum. — Niceph. Gregor. orat. in *S. Deipar.*

Tabernaculum Dei purum, et quavis mundi labe prorsus expers. — *Ibid.*

Tabernaculum purissimum Dei et Verbi. — Matth. Cantacuzenus in *cap. ii Cantic. canticor.* *Salomonis.*

Tabernaculum Dei verum. — Jacob. Monach. orat. de *Nativit. B. M. V.*

Tabernaculum multis nominibus celebre. — *Ibid.* *Tabernaculum spiritale.* — *Ibid.*

Tabernaculum Dei verum. — Jacob. Monach. in *Mariali*, orat. 4.

Tabernaculum divini accessus. — Idem in *Mariali*, orat. 6.

Tabernaculum divinum, cuius structura, dum in conceptione annuntiatur, pietatis quidem ac religionis fundamenta jaciuntur, impietatis vero munitiones ab imo conceuntur. — Idem in *Mariali*, orat. 1.

Tabernaculum, in quo beneficentiae copia reposita fuit. — Idem in *Mariali*, orat. 6.

Tabernaculum intellectuale, legali tabernaculo ea, quæ ad gratiam pertinent, annuntians et iubens litteram spiritui locum cedere. — Idem in *Mariali*, orat. 3.

Tabernaculum multis nominibus appellatum. — Ille in *Mariali*, orat. 2.

Tabernaculum Pontificis magni. — Idem in *Mariali*, orat. 4.

Tabernaculum sanctissimum. — Idem in *Mariali*, orat. 5.

Tabernaculum verum, quod non per symbola et figuræ, sed per propriam substantiam, quemadmodum ipsi placitum fuit, legislatorem exceptit in sese, atque omnibus legem spiritus enuntiavit. — Idem in *Mariali*, orat. 5.

Tabernaculum divinum. — Nicephor. Callist. lib. II *Hist. Eccles.*, cap. 22.

Tabernaculum vitale et salutiferum. — Idem, cap. 23.

Tabernaculum a Deo sanctificatum, in quo suerunt candelabrum et mensa et propositio panum, nempe Christus. — Eru. Prag. in *Mariali*, cap. 5.

Tabernaculum, a Domino ab initio sanctificatum, ut dicitur Sap. ix, Mirabile in oculis angelorum, et nostris in constructione, in sanctificatione et in veneratione. — *Ibid.*

Tabernaculum, « quod fixit Deus, et non homo, » multo per amplius, et perfectius præ omnibus aliis fecit, dicens Apoc. xxii : « Qui sitit, veniat et bibat aquam vitae gratis. » — Idem in *Mariali*, cap. 103.

Tabernaculum incomparabile et admirabile, de quo Psal. xli : « Ingrediar in locum tabernacula admirabilis, » in cuius comparatione alia tabernacula, nempe justi, sicut sint pulchra valde et dilecta Deo et hominibus et angelis, nullius pene reputantur momenti; unde Psal. lxxxvi dicitur : « Diligit tantummodo portas Sion, super omnia tabernacula Jacob. — Idem in *Mariali*, cap. 5.

Tabernaculum agonizantium. — Barth. de Pisis, lib. i *De laud. B. M. V.*, fruct. 2.

Tabernaculum pauperibus. — Idem, lib. i *De laud. S. V.* fruct. 8.

Tabernaculum Altissimi, universæ terræ exaltatione fundatum, quod Altissimus singulari gratia sanctificavit, a labe præservans originali, ut Matrem haberet sine mæcula et ruga, omnium maculas abstersurus. — Anton. Poeq. serm. 5, *de Concept. B. M. V.*

Tabernaculum sanctificatum, de quo Altissimus processit opportune, « tanquam sponsus de thalamo, » fons patens domui David, in ablutionem peccatoris, et menstruate. — Idem, serm. 10 *de Concept. B. M. V.*

Tabernaculum Dei receptivum. — Isidor. Thessal. de *Assumpt. B. M. V.*

Tabernaculum singulare divinitatis. — Joan. Ger. son. serm. in *Fest. Trinitatis.*

Tabernaculum Dei. — S. Vincent. Ferr. in serm. de *Concept. V. M.*

Tabernaculum, in quo Filius Dei novem mensibus habitavit. — Idem, serm. 1 *De nativ. B. V.*

Tabernaculum Testamenti. — D. Laur. Just. in lib. *De Castro connubio Verbi et Animæ*, cap. 9.

Tabernaculum, in quo Dominus noster Jesus

Christus novem mensibus habitavit.—D. Bernard. Senens. tom. I, serm. 52.

Tabernaculum, quod sanctificavit Altissimus. — Idem, tom. III, serm. de Assumpt. B. M. V.

Tabernaculum Altissimi.—D. Anton. in *Summa*, part. 4, tit. 15, cap. 10.

Tabernaculum Christi, quia in eo habitavit ingrediens campum hujus mundi ad pugnandum.—Ibid.

Tabernaculum Dei.—Paulus de Heredia in tract. *D. Concept. B. M. V.*

Tabernaculum, in quo Christus carnem humanam assumpsit. — Ibid.

Tabernaculum, in quo Deus ostendit claritatem suam et sanctitatem. — Ibid.

Tabernaculum maternale Filii Dei. — Dion. Carth. lib. I *De Prece Mariæ*, art. 17.

Tabernaculum Divinitatis. — Ibid.

Tabernaculum ornatum, in quo omnes mundi thesauri. — Bernard. de Bust. in suo *Mariali*, serm. 6, de *Concept. B. M. V.*

Tabernaculum pretiosum, in quo repositus est speciosus forma præ filiis hominum. — Idem serm. 6 de *Annunt. B. M. V.*

Tabernaculum sanctum. — Idem in *Mariali*, serm. 2 de *Coronat. B. M. V.*

Tabernaculum Spiritus sancti, omni sanctitate repletum. — Id. serm. 5 de *Nominat. Mar.*

Tabernaculum virginem, in quo Deus habitacionem suam elegit.—Idem serm. 6, de *Annunt. B. M. V.*

Tabernaculum ab Altissimo sanctificatum mirabiliter, ne ullo laederetur peccato. — Cland. Rap. cœlest. serm. 2 de *Concept. B. M. V.*

Tabernaculum Regis, decentissimo cultu, magnoque studio compositum, ut communcerium inciperet præstolatae redēptionis, et querulosa rixa, quæ inter Deum et hominem, inter cœlum et terram noxie consenserat, metam acciperet. — Idem serm. 1 de *Concept. B. M. V.*

Tabernaculum foederis sanctissimum. — Jo. Trith. lib. I *De Mirac. B. V. in Urticeto* cap. 6.

Tabernaculum Dei. — Maurit de Villa Probata, serm. 6 *Coronæ novæ. B. V. M.*

Tabernaculum, in quo Deus claritatem et sanctitatem suam ostendere debebat. — Petrus Gol. lib. vii *De Arcanis*, cap. 7.

Tabernaculum, ad quod nobis in hoc mundo contra mundum, carnem et diabolum est confugiendum. Primo, quia est a Deo sanctificatum per plenitudinem mentis: secundo, quia est a Deo inhabitatum per plenitudinem ventris: tertio, quia est a Deo elevatum per plenitudinem beatitudinis. — Petrus Bardus, serm. 3 de *Concept. B. V.*

Tabernaculum Altissimi in ipsa animatione, quando primo anima cœpit corpus vivificare, et animare sanctificatum, ita ut nunquam originali peccato fuerit obnoxium. — Ibid.

Tabernaculum pretiosum et speciosum a Deo factum pro repositione pretiosi Jocalis, nempte Christi. unde eam Jocale locatum in hoc taberna-

culo fuerit dignissimum, et ab omni sorde peccati purissimum, congruum fuit, quod tabernaculum suum esset speciosissimum et ab omni peccato purissimum. — Ibid.

Tabernaculum, quia si tabernaculum proprie est tentorium prælantium, in quo præliaentes sumunt, et induunt arma sua bellicæ, mutato suo habitu quotidiano; ita Rex Deus in virginali tabernaculo mutavit habitum suum, induens arma sua, id est, humanitatem suam, cum diabolo præliaturus; unde III Reg. xxii: « Rex Israel mutavit habitum suum, et ingressus est in prælium. » — Ibid.

Tabernaculum immortale sanctæ atque individuæ Trinitatis, in quo cœlestis rerum omnium Faber habitavit, ad quod solus intravit Pontifex summus, quemadmodum scriptum est: « Ecce Tabernaculum Dei cum hominibus, et habitavit cum eis, » (Apoc. xxi, 3), pure, sancte et familiariter conversando, devote colloquendo, ac etiam convivando. — Dionys. Fab. tract. 1 de *Concept. B. V.*

Tabernaculum sanctitatis Dei per operationem Spiritus sancti studiose præparatum, in quo spiritualia divinæ humanæque naturæ celebrata sunt mysteria, prophetarum completa oracula, figuræ consummatæ, et universa totius Veteris Testamenti evacuata ænigmata. — Ibid.

Tabernaculum sacrosanctum, in quo dignatus est Deus incarnari. — S. Thom de Villa Nova in conc. 4 de *Assumpt. B. M. V.*

Tabernaculum fragrantissimum divinitatis. — Ludov. Blos. in *Endologia 3 ad B. M. V.*

Tabula a Moyse Dei inspectore visa. — S. Athanas. serm. de *Purific. B. V.*

Tabula, quamvis Scripturam excipere idonea, in qua scriba ille, scilicet Spiritus sanctus, scribere poterat, quocunque visum fuerat, et de ea facere universorum Dominus quidquid libebat. — Titus Bostren. in *Comment. super cap. 1 Lucæ.*

Tabula scriptam legem mortalibus afferens. — D. Ephrem in serm. de *laud. B. M. V.*

Tabula novæ legis, ab ipso numine sculpta, cui suum Deus verbum inscripsit, illud, inquam, verbum, quod mortale factum est; ut mundum a superstitione redimeret. — Anonym. in *Menoris Græcorum* die 29 Junii.

Tabula a Deo impressa characteribus, in qua inscriptum Dei verbum supra rationem, legalis litteræ difficultatem traduxit ad levitatem spiritus. — Georg. Nicomed. in orat. de exitu S. Deiparentis, quando fuit oblata in templo.

Tabula, cordis dolore contrita, quando furore ebrii Israëlitæ perrexerunt aduersus Filium ejus ludere. — S. Germ. in pio *Mariali*, fragm. 16.

Tabula Verbi divini plane illæsa. — Cosmas Hierosolymit. in *Menoris Græcor.* die 15 August.

Tabula a Deo scripta. — S. Jo. Damasc. can. 2, in *Dormit. B. M. V.*

Tabula gratiæ, quæ Verbum Patris suscepit. — Idem in *Octoec. Græcorum.*

Tabula lapidea, animata, quæ Verbum Dei digito omnium validissimo, Spiritu Verbum subsistens carnem assumpturum exceptit. — S. Jo. Dam. orat. 3 de Assumpt. B. M. V.

Tabula veneranda. — S. Joseph. hymn. in *Mariali*.

Tabula nostræ libertatis. — Leo imperator in orat. de Nativit. B. M. V.

Tabula a Deo conscripta. — Joan. Geometra serm. in Annunt. sanctiss. Dei Genitricis.

Tabula pictoria, in qua Deus pector pinxit quod voluit, atque ita etiam quod prius dixerat, Quomodo erit hoc? non fuit incredulitatis, sed desiderii addiscendi modus; nam si discredidisset, neutiquam dixisset: «Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum.» Luc. 1. — Theophylact. in *Evang. Lucæ*.

Tabula, in qua per Spiritum scriptum est Verbum. — Theod. Lasc. imp. in can. ad sanctiss. *Deiparam*.

Tabula lapidea, sine stylo scripta. — Aegidius Columna ex Expositione in *Salutat. angelicam*.

Tabula promissi fœderis, quæ non Dei duntaxat recepit scripta, sed ipsummet Dei Verbum in carne concepit. — Nicéphorus Gregor. orat. in S. *Deiparam in Cerasolam*, tom. VI.

Tabula Novi Testamenti. — Jacob. monach. in *Mariali*, orat. 2.

Tabula Novi Testamenti. — Jacob monach. orat. de Nativit. B. V. M.

Tabula, in qua descriptum est Verbum, a quo habemus doctrinam vitæ. — D. Catharina Senensis in 11^a suarum orationum, quam orationem habuit Romæ in die Annunt. B. M. V., anno 1379.

Tabula duplex, observantia divinorum præceptorum. — Barthol. de Pisis, lib. *De laud.* V., fructu 6.

Tabula a Deo scribenda, quæ longe fuit excellsior Mosaicis tabulis. — Isid. Thessalonic. in orat. de Nativit. B. V. M.

TANAIIS, civitas, quæ habet campum adjacentem, ubi Deus posuit prodigia, sicut dicitur in Psalmo 11: si enim Tanais interpretatur *hunile mandatum*, Maria iis, quæ Deus mandaverat per angelum, obedivit, dicens: «Ecce ancilla Domini, cuius est obediere, per campum hujus Taneos latitudo charitatis Mariæ, in quo scilicet campo facta sunt prodigia quando ibi Deus factus est homo, Verbum caro, Mater Virgo, Magnus Parvus, Leo Agnus, et antiquus dierum Pater. — Rich. a S. Laur. *De laud.* V., xi.

Tanais, quod interpretatur *mandatum humile*, vel *mandatum humilitatis*, quia Maria pro exemplo manifeste mandat omnibus humilitatem, dicens cum Filio, Matth. 11: «Discite a me, quia mitis sum, et humili corde.» — Ibid.

TECTUM Dei fabrica exstructum. — S. Joan. Dam. in orat. 4 de Nativit. B. V. M.

Tectum, quod dicitur a *tegendo*, quia Filius Dei in Maria tectus est veste carnis, cum prius esset quasi nudus, id est, purus Deus, de quo tecto dicit

Psalmista, in figura Christi: «Factus sum sicut passer solitarius in tecto,» Psal. 1, id est, in utero virginali quem solus inhabitavi. — Rich. a S. Laur. *De laud.* B. M. V., lib. x.

Tectum, ubi passer solitarius Jesus Christus demoratur. — D. Bonav. in *Psalterio minori* B. M. V., quinquagena 3.

TEGIMEN ardoris, quia misericorditer in nobis refrigerat concupiscentias, quas diabolica suggestio inflamat. — Rich. a S. Laur. *De laudib.* B. M. V. lib. ii.

TECMEN mundi latius nebula. — S. Andreas Crevensis, orat. 2 in *Annuntiat.* B. M. V.

Tegmen omnium nostrorum. — S. Jo. Dam. in *Parac.* B. V. M.

Tegmen nobis omni auxilio denudatis. — Theod. Lasc. imp. in *Proœm.* B. V. M.

Tegmen forte omnibus ad eam occurrentibus. — Em. Pal. imp. in can. ad sanctiss. *Deip.*

TEGUMENTUM nostrum. — Anonymus in *Memorialis Græcorum*, die 2 Aprilis.

Tegumentum nostrum. — S. Jean. Damasc. in *Parac.* B. M. V.

Tegumentum ad eam recurrentium. — S. Joan. Damasc. in *Octoec. Græcorum*.

Tegumentum animarum nostrarum. — Ibid.

Tegumentum, totum mundum continuens et servans. — Leo imperator in orat. de Assumpt. B. V. M.

Tegumentum rerum existentium, utpote quæ in his non comprehensum peperit. — Theod. Lasc. imp. in cant. ad sanctiss. *Deip.*

Tegumentum nostræ nuditatis. — Bern. de Bust. serm. de *Assimilat.* B. M. V.

TELA pictoria, in qua Spiritus sanctus tanquam pector, Deum hominem mirabiliter efformavit. Quemadmodum enim pictores colorum adminiculo, et hominem, et fontem, et fluvium pingunt, nihil a fonte accipientes, aut fluvio, vel homine: sic et Spiritus sanctus in Virgine non coloribus, sed voluntate anima prædictum hominem condidit, eum nullum semen, quo proles formaretur, ab humana natura mutuatus esset. — S. Joan. Chrys. orat. in *Theophania et sanctum Joan. Præcursorum*.

Tela admirandæ œconomiae; in qua ineffabili quadam modo admirabilis illius unionis tunica confecta est, cuius quidem textor exstitit Spiritus sanctus, nectrix virtus ex alto obumbrans; Lana vetusta Adami pellis; Trama impolluta Virginis caro; Radius textori immensa gestantis gratia, artifex Verbum, per auditum illapsum. — S. Proclus in orat. 1 de *Laud.* V.

Tela amictus divinitus texti ei, qui operit cœlum nubibus. — S. Joan. Damasc. in orat. 1 de Nativ. B. M. V.

TELLUS nullo proscissa aratro, elegantem ac pulchrum fructum ferens, secundum naturam quidem, pro nostri similitudine, ac temporis gestationis in utero, præter naturam autem, quinimo supra naturam, quod Deus Verbum e cœlis advene-

rit, et in sancto utero ejus Adamum reformaverit. — S. Greg. Thaum. orat. 1 de Annunt. B. M. V.

Tellus, quæ nullo semine gravidata cœlestem emisit spicam. — S. Gregorius Turonen. archiepisc. orat. de Annuntiat. B. M. V.

Tellus bona, non sata. — Joan. Geom. in B. V., hymn. 1.

Tellus fructuosa, quæ fructum vitæ protulit. — S. Josephi. Steinfeld., opusc. 5.

Tellus, quæ secundum quosdam, dicitur a *tollendo* se in altum active, vel passive, quia tollimus ei fructus suos, vel quia fructus ejus nos tollunt, id est, nutriunt, vel quia nos tollit, id est, portat, vel a *tolerande*, quia tolerat labores hominum. — Richard. a S. Laur. De laud. sanctiss. V., lib. viii.

Tellus spontanea proprio germine auguste sese gerens atque efferens. — Jacobus monachus in *Mariali*, orat. 1.

TELUM ferarum invisibilium. — S. Andr. Cret. orat. 2 in Annuntiat. sanctiss. V.

Telum, quo configitur hostis hominum. — Barth. de Pisis, lib. ii De laud. S. V. fructu 6.

TEMPLUM sanctificatum. — S. Jacobus in *Liturgia* sive *divina Missa*.

Templum honorabile. — Origenes, hom. 1 in diversos.

Templum a Spiritu sancto consecratum. — D. Cyprian. in serm. de Nativit. Christi.

Templum virginale in cuius sacrario Deus, divinitatis dignitate deposita, non tamen potestate, celo egressus hospes pudicus illabitur, ibidemque, qualis velit esse, disponit; imo, quod jam olim disposuerat, complendum latenter assumit. — D. Zeno serm. 3 in Nativit. Christi.

Templum Dei animarum. — D. Greg. Thaumaturg. serm. 5 in Annuntiat. B. V. M.

Templum immaculatum, in quod Spiritus sanctus ingressus est. — Idem, orat. 2 de Annunt. B. M. V.

Templum divinitatis. — D. Epiphan. in serm. de Laud. B. V.

Templum impollutum, habitantis in se, Verbi Dei. — Ibid.

Templum minime compositum, lapidem cœlestem habens Christum. — Ibid.

Templum pudoris. — S. Ambr. in lib. De dono B. V.

Templum Spiritus sancti. — Idem lib. ii, super Luc.

Templum Christi. — D. Gregor. Nazianz. in Epistola ad Nemesium.

Templum Dei. — D. Hieron. in lib. adversus Helvidium De perpetua virginitate. B. V.

Templum Dominic corporis. — Ibid.

Templum vere Deo dignum, castitatis aromatis bus bene odoratum, a magno Pontifice, qui secundum ordinem Melchisedec sine matre est; ac sine patre, inhabitatum. — D. Basilius. Seleuc. in Annunt. Deiparae.

Templum Dei animatum. — S. Joan. Chrys. orat. de Annunt. B. V.

Templum Bei indissolubile. — Idem orat. in Nativit. B. V.

Templum Dei sanctum. — Idem serm. 6 de Ascens. Dom.

Templum, in quo summus Sacerdos, qui est in excelsis, habitavit. — Idem orat. 7 in sanctiss. Deiparam.

Templum Dei sanctificatum. — S. Proclus in orat. 6 quæ est de Laude B. V.

Templum sanctum spei nostræ, in quo sanctitas omnis et magnificentia residet. — S. Amphil. Sidæ ep. orat. in S. Deip.

Templum Dei. — D. Augustinus serm. de Assumpt. sanctiss. V. M., tom. X.

Templum Dei. — Idem serm. 20 de Nativit. Domini, qui est 24 De tempore.

Templum pudoris. — Idem serm. 17 de Nativit. Domini, qui est 21 De tempore.

Templum magnum Deitatis. — S. Petr. Chrys. serm. 144.

Templum infantis maximi. — Sedulius lib. ii suorum carminum.

Templum Dei sanctum. — D. Cyrill. homil. 6 contra Nestorium.

Templum insolubile, sive inviolatum. — Ibid.

Templum Christo Regi. — S. Sabbas in Menitis Graecorum, die 8 Maii.

Templum Dei animatum. — S. Andr. Cret. can. in Concept. B. V.

Templum divinum. — Idem, de Dormit. B. V.

Templum magnificum gloriæ divinæ. — Idem orat. in Annunt. B. V.

Templum novum, quod sibi Deus admirabiliter modo compegit. — Idem orat. de Nativ. B. V.

Templum omnium Conditoris. — Ibid.

Templum incorruptum. — Hesychius serm. 2 de Laud. B. V.

Templum majus cœlo. — Ibid.

Templum Dei. — D. Isidorus, De vita et morte sanctorum, cap. 68.

Templum Dei sanctum. — Sergius relatus a Canisio lib. i De Deipara, cap. 44.

Templum ad Dei habitationem. — S. Ildeph. serm. 3 de Nativit. B. M.

Templum cœleste. — Idem serm. 7 de Assumpt. B. V.

Templum Conditoris. — Idem serm. 4 de Assumpt. B. M.

Templum Dei, in quo Deus verus versatur, non in figura et ænigmate, sed in veritate pro salute omnium Deus homo immolatur, in cuius profuso sanguine testamentum confirmatum est novum, quod testatus est cum Patribus nostris, et reconditum in utero Virginis, inde ad nos usque translatum. — Idem serm. 1 de Assumpt. B. M.

Templum divinæ Majestatis. — Ibid.

Templum Divinitatis. — Idem serm. 3 de *Assumpt. B. V.*

Templum Domini. — Idem serm. 6 de *Assumpt. B. M.*

Templum singulariter unicum Factoris sui. — Idem in lib. *De virginit. S. Mariæ*, cap. x.

Templum Verbi. — Idem serm. 1 de *Assumpt. B. M.*

Templum verum Dei vivi. — Ibid.

Templum Dei, nos Spiritus sancti templa efficiens — *Anonymous in Menais Græcorum*, die 1 Februarii.

Templum intemeratum. — Idem in *Euchologio seu Rituali Græcorum in officio exsequiarum.*

Templum sanetum. — Idem in *Euchologio seu Rituali Græcorum de elevatione panis Panagia nuncupati.*

Templum animarum, excelsus cœlis, totoque creatorum ambitu latius ac capacius. — Georgius Nicomed. orat. 1 de *Præsentat. B. V.*

Templum Dei capax. — Idem idiomelon in *festum Præsentationis.*

Templum indissolubile. — Idem in orat. de *Exitu sanctissimæ Dominæ nostræ Deiparentis quando fuit oblata in templo.*

Templum animatum magnificæ gloriæ ejus, quia nostræ salutis causa homo factus est, ac induit carnem. — S. Germ. in suo *Mariali*, fragm. 15.

Templum Dei triste, ob disruptum ex ipsa assumptum saccinum velum. — Idem in suo *Mariali*, fragm. 16.

Templum Domini animatum. — Idem orat. 2 in *Præsentat. B. V.*

Templum immaculatum et celsissimum Pontificis, et sacrorum principis Dei. — Idem orat. 4 in *Præsentat. B. V.*

Templum Sponsi Ecclesiæ per Incarnationis miraculum. — Idem serm. in *Nativ. B. V.*

Templum Christi animatum. — Idem orat. 2 in *Dormit. B. V.*

Templum Christi sacrosanctum. — Idem serm. in *Nativit. B. V.*

Templum animatum divinæ lucis. — S. Jo. Damasc. in *Octoe. Græcorum.*

Templum Dei capax. — Idem can. in *Annum. Deiparae.*

Templum sanctum, quod sanctum suscepit factum hominem, ut homines beneficentia sua cumularet. — Idem can. in *S. Annam.*

Templum vitæ æternam vitam sortita, per monimentum enim ad vitam translata est, cum subsistentem Vitam peperisset. — Idem can. 1 in *Dormit. B. V.*

Templum Dei omnium Regis. — S. Jo. Damasc. in *Paracl. B. V.*

Templum Dei sanctum, cœlis amplius ac speciosius. — Ibid.

Templum Dei sanctum mirabile in æquitate. — Idem orat. 4 de *Assumpt. B. M.*

Templum Dei sanctum, quod ille pacis princeps Salomon spiritualiter construxit et habitavit; non auro et iunanimis lapidibus ornatum, verum auri loco, Spiritu fulgens, pro lapidibus autem pretio-

sis, Margaritam ingentis pretii Christum habens.

— Idem orat. 4 de *Nativ. B. M.*

Templum Deitatis. — Idem in *Cantic. Ecclesiast. Græcor.*, sono 1.

Templum divinum multitudine luminum splendens. — Idem in *Menais Græc.*, die 27 Januar.

Templum gloriae supercoelestis. — Idem in *Canticis Ecclesiast. Græcorum*, sono 1.

Templum illustrissime sanctificatum. — Idem in *Menais Græcorum*, die 25 Martii.

Templum mysticum divini Spiritus. — Idem in *Paracletica B. V.*

Templum mundissimum Dei, cœlorum, omniumque creaturarum factoris, nos templa divini Spiritus efficiens. — Ibid.

Templum Numinis capax. — Idem in *Menais Græcorum*, die 25 Martii.

Templum omnium Conditori exstructum; quo suscipetur. — Idem in orat. 4 de *Nativit. B. V.*

Templum, purissime compacta domus Domini, de qua ait David: Est Templum tuum, mirabile in justitia, ex qua sibi Christus corporis templum exstruens, templa Dei vivi mortales efficit. — Idem in orat. 4 de *Nativ. B. V.*

Templum purum, atque intactum, a mundi Factore inventum, in quo ipse habitans hominum naturam reformativit. — Idem in *Ecclesiast. Græcorum Cantic.*, sono 2.

Templum sanctificatum in quo Deus habitavit supra mentis captum, a peccatorum sordibus nos emundans. — Idem in *Paract. B. V.*

Templum sanctum atque admirabile ac summo Deo dignum. — Idem lib. iv *De fide orthodoxa*, cap. 15.

Templum Dei animatum et novum. — Joan. Eubœus orat. in *Concept. sanctæ Dei Genitricis.*

Templum magni Regis. — Ibid.

Templum, quod beneplacito Patris, et cooperante sancto ac vivifico Spiritu, Christus Dei Filius lapis angularis ædificavit, et ipse in eo habitavit, ut legem et prophetas impleret, veniens ad salvandum nos. — Ibid.

Templum Domini, ad cœli vicem, continentis omnia. — Paul. Diaconus serm. 2 de *Assumpt.*

Templum animatum adventus sanctissimi Spiritus. — Theophanes Nicænus hymno in *Annum. sanctiss. Deiparae.*

Templum capax Dei. — Ibid.

Templum sacratissimum Virginitatis. — Idem in *Menais Græcorum*, die 7 Januarii.

Templum Dei animatum. — S. Joseph. Hymn. in *Mariali.*

Templum Dei capax. — Ibid.

Templum Dei, in quo cum ille, tanquam sacerdos inhabitasset, humanam substantiam deificavit, et fidèles templo sua mirabiliter effecit. — Ibid.

Templum Dei maxime purum. — Ibid.

Templum sanctissimum. — Ibid.

Templum Dei viventis, in quo habitationem suam ineffabiliter constituit. — Ibid.

Templum Deo addictum per divinam generationem. — Ibid.

Templum Deo gratissimum. — Ibid.

Templum divinum Omnipotens. — Ibid.

Templum gloriae. — Ibid.

Templum immaculatum, quod Deum suscepit humano corpore induitum, in duabus naturis cognitum. — Ibid.

Templum in quo Deus, supra cogitationis concepcionem, inhabitavit, et ab animabus hominum errorem ac seductionem eliminavit. — Ibid.

Templum mundum, a Verbo mundissimo factum. — Ibid.

Templum mundum castitatis. — Ibid.

Templum pulcherrimum, conditum a Jesu Rege Maximo. — Ibid.

Templum purissimum virginitatis. — Ibid.

Templum sanctificationis, per vocem Gabrielis archangeli concipiens eum, qui requiescit in sanctis suis sanctissimum Deum, qui universos sanctificat ac liberata malis. — Ibid.

Templum sanctificatum Dei, omnis sanctitate maioris. — Ibid.

Templum sanctum, quod Deum in se continuuit, universis sanctitatem largientem. — Ibid.

Templum animatum ejus, qui ei indidit animam. — Photius Constantinop. orat. in S. M. Nat.

Templum Dei altissimi. — Idiota in Contemplat. De V. M.

Templum Dei, quod miranda illa obumbratio Spiritus sancti uno momento irradiavit, et decorum ejus manifestavit et auxit, sicut sol in semper ornatum thalamum incidens, gloriam ejus occultatam repente nobis ostendit, et illustriorem facit. — Ibid.

Templum Salomonis, de quo loquitur Deus, « Oculi mei erunt aperti, et aures meæ rectæ ad orationem ejus qui loco isto oraverit, elegi eum et sanctificavi locum istum, » nam beata Virgo facile impetrat quidquid petit a benedicto Filio suo. — Idiota De B. V., part. xvi, contempl. 7.

Templum cœlis nobilis, quod non hostiis, non fumigationibus indiget victimarum. — Leo imperator in orat. de Præsentat. B. V.

Templum Dei. — Ibid.

Templum gloriae Domini divinum. — Idem in orat. de Annunt. B. V.

Templum inviolabile. — Idem in orat. de Præsent. B. V.

Templum sanctimoniae plenum, quo exceptus est, qui capi nusquam potest. — Idem in orat. de Purificat. B. V.

Templum novum et animatum. — Idem in orat. de Præsentat. B. M. V.

Templum nulli pervium. — Joan. Geometra serm. in Annunt. sanctiss. Dei Genitricis.

Templum Dei. — Radulphus Ardens hom. 2 in Nativ. B. M.

Templum Dei vivi. — D. Petrus Damase. in orat. ad Deum Filium.

Templum Divinitatis. — Idem hom. in Nativit. B. M. V.

Templum Dei gratissimum. — S. Anselm. in orat. ad B. V.

Templum Rei vivi. — Idem in Med. B. V.

Templum, gratiarum omnium capabile. — Idem in hymn. primo B. Dei Genitricis.

Templum Jerusalem, habens cœlestem speciem, a cuius sanctuario processit Patris visio. — Idem in Psalterio B. V., part. II.

Templum pietatis et misericordiæ. — Idem in Invocat. ad V.

Templum vitæ et salutis universorum. — Idem in orat. ad B. V.

Templum sanctum Domini. — Zacharias Chrysopolitan. lib. 1 in unum ex quatuor, cap. 3.

Templum Domini in quo Deus ipse habitavit, et per sanctificationem Spiritus et per humanam conceptionem. — Goffridus abb. serm. 4 in Nativ. Dom.

Templum sacrum Salvatoris. — Idem in orat. ad Matrem Domini.

Templum Salomonis. — Hugo de S. Victore lib. iv, *De proprietatibus et epithetis rerum*, cap. 2.

Templum Spiritus sancti. — Idem serm. de Assumpt. B. M. V. qui exstat in fine IIII tomii Operum ejus.

Templum Spiritus sancti. — Petrus Diac. in Assumpt. B. M. V.

Templum Domini virgineum. — Rupert. abb. lib. II Comment. in Joann.

Templum proprium charitatis, id est, Spiritus sancti. — Idem lib. vii, *De glorificat. Trinitatis e: processione Spiritus sancti*, cap. 13.

Templum Spiritus sancti. — Idem lib. 1, *De operibus Spiritus sancti*, cap. 7.

Templum Dei. — D. Bernard. serm. 3 super Salve Regina.

Templum Domini. — Idem serm. in Nativit. Virg. de Aquæductu.

Templum Pontificis supremi. — Idem in serm. de beata Maria, cuius initium est, *Ave Maria*.

Templum sanctissimum, Trinitati consecratum. — Ibid.

Templum. — S. Petrus Mauric. Cluniacensis, prosa in honorem Matris Domini.

Templum Spiritus sancti ex Dei gratia, quod enim ex se erat, humiliter confitebatur dicens : « Ecce ancilla Domini, » et iterum : « Respxit humilitatem ancillæ suæ. » — B. Ælred. Abb. serm. 1 in Assumpt. B. M. V.

Templum Dei. — Richard. a S. Victore, exposit. in Cantic. cantoric., cap. 26.

Templum Dei propter sanctitatem. — Petr. Bles. serm. 38.

Templum Spiritus sancti. — Idem serm. 12.

Templum Spiritus sancti. — Arnold. Carnot.

tract. de illo verbo Domini, *Mulier, ecce filius tuus.*

Templum a quo discedere non debemus, sed debemus effundere in eo orationem nostram, et tribulationem nostram in eo pronuntiare, nam quam per Christi Matrem transmittimus orationem, exaudiens Deus nostramque per eam sumet precem, *Qui pro nobis natus Tulerit esse tuus.* — Adam Praemonst. lib. 1, sermon. 40.

Templum in quo ad Dominum clamamus ut de eo exaudiatur vocem nostram, et clamor noster in conspectu ejus introeat in aures ejus. — Ibid.

Templum sanctum, in quo Christus Sanctus sanctorum de Spiritu sancto conceptus, novem mensibus demoratus est. — Ibid.

Templum Unigeniti Dei gloriosissimum et speciosissimum pandens nobis ostium misericordiae et clementiae suae et admittens preces nostras coram se. — Ibid.

Templum Filii Dei. — Petrus Cell. sermon. 7 de Assumpt. B. M. V.

Templum honorabile Spiritus sancti. — Idem, sermon. 5 de Assumpt. B. M. V.

Templum Agni, carne in visceribus maternis et sanguine purificatum. — Idem in lib. *De panibus*, cap. 21.

Templum ad emundationem delictorum. — Ibid.

Templum ad Pontificem intronitendum. — Ibid.

Templum, ad novae vitae dedicationem. — Ibid.

Templum a quo plebs renovata processit. — Ibid.

Templum a Spiritu sancto consecratum. — Ibid.

Templum, caste vivendo. — Ibid.

Templum conspersione infidelitatis non profanatum. — Ibid.

Templum, hostiam vivam, sanctam, Deo placentem se offerendo. — Ibid.

Templum, in Filii Nativitate. — Ibid.

Templum, in quo Altissimus pacificatus. — Ibid.

Templum, in quo nativitate bona senescimus. — Ibid.

Templum, in quo orationum thymiamata ministrantur. — Ibid.

Templum, in quo sacerdos noster sacrificiorum officia consummavit. — Ibid.

Templum sacerdotis. — Ibid.

Templum virginale, quo prorsus nihil ad nos, nihil ad angelos dignius et melius de omnibus thesauris suis protulit aeterna Trinitas, ex quo holocaustum ad immolandum traxit, et extraxit Verbum Deo Patri coeternum et consubstantiale. — Idem lib. vi *Epistol.*, epist. ult.

Templum singulare, in cuius Sancto sanctorum super misericordiae propitiatorium Filius Dei vivi humiliando se, « formani servi accipiens, » se-

dere voluit. — Garnerius Lingon. *serm. 1, in Purific. B. M. V.*

Templum divinis usibus dedicatum, quod Spiritus sanctus nunquam deseruit. — Helinandus Cistere. *serm. 1 de Assumpt. B. M. V.*

Templum totius Trinitatis. — Ibid.

Templum Domini. — Cæsar. Cistere. *in hom. de B. M. Visitat.*

Templum animatum. — Theod. Lasc. imp. in can. *ad sanctiss. Deipar.*

Templum Dei immaculatissimum. — Ibid.

Templum Christi. — Ibid.

Templum, aspersum aqua benedicta, nempe gratia, vel Scriptura sapientiae salutaris, quam Maria habuit super omnes. Habuit etiam aquam lacrymarum, maxime tempore Dominicæ passionis, et aquam devotionis, omni tempore vitae suæ. — Rich. a S. Laur. *De laud. B. M. V.*, lib. x.

Templum, cuius sacerdos Christus Dominus, unde Psal. x, « Dominus in templo sancto suo, sicut sacerdos. — Ibid.

Templum, de cuius medio suscepimus misericordiam Dei, Psal. xlvi, id est, *Filium*, de pura misericordia nobis datum a Patre; unde dicimus Patri: « Suscepimus, Deus, misericordiam tuam, in medio templi tui. » — Ibid.

Templum Dei sanctum, mirabile in æquitate, id est, in Incarnatione, quod dicitur æquitas, quia justum fuit, ut qui fecerat, reficeret: item, ut qui occasionem ruinæ dederat, damnum solveret. — Ibid.

Templum, in quo Deo sacrificatur, quod maxime fuit, quando Mater in Filio martyrizabatur, immo et quoties pro mundi salute Dominum exorbat, in Spiritu humilitatis et in animo contrito. — Ibid.

Templum, in quo deposita fuerunt non pretiosæ reliquiae, sed Filius Dei et charismata omnium gratiarum. — Ibid.

Templum intus, et exterius crucibus insignitum, interius per memoriam passionis, exterius per ejus imitationem. — Ibid.

Templum, quia, si in templo Domino offeratur, in utero beatæ Virginis obtulit Filius Patri humilitatem, quia hominis superbiam expiavit. — Ibid.

Templum, quod dicitur quasi *tectum amplum*; Maria enim ampla est charitate, præsidio, pietate. — Ibid.

Templum, per quam preces projiciuntur ad Christum. — Hugo Carenensis in *Psalm. LXIV.*

Templum veri Salomonis, de cuius fundatione, III Reg. v: « Præcepit rex, ut tolleret lapides grandes in fundamentis templi, » id est, virtutes eminentes in fundatione beatæ Mariæ. — Id. in *Psal. LXXXVI.*

Templum Dei solemne. — D. Bonavent. in *Psalterio minori B. V.*, quinquagena 1.

Templum impollutum. — Idem in *Psalterio minori B. V.*, quinquagena 2.

Templum Spiritus sancti. — Idem in *Canticis Psalterii B. M. V.*

Templum Trinitatis. — Ibid.

Templum ædificatum, ut Filius Dei ibi fieret. — D. Thomas Aquinas serm. in *Purificat. B. Mariæ ex Epistola.*

Templum columnis, id est, virtutibus miris et magnis ornatum, Prov. ix : « Sapientia ædificavit sibi domum, excidit columnas septem. » — Ibid.

Templum Dei mirabile præ omnibus sanctis. — Ibid.

Templum desiderabiliter pulchrum, III Reg. vi : « Nihil erat in templo, quod non auro tegeretur, » quin nihil in Virgine, quod non sanctitate plenum esset, Cantic. v : « Tota pulchra es, amica mea. » — Ibid.

Templum gratiæ, ad quod cum fiducia adire debemus, ut misericordiam inveniamus in tempore opportuno. — Ibid.

Templum, in quo Christus fuit Rex et Sacerdos. — Ibid.

Templum, in quo « orationes omnes quæ in eo funduntur, exaudiuntur, III Reg. viii, exaudias in celo orationes eorum. » — Ibid.

Templum, magna dignitate privilegiatum, ut omnes rei, et malefactores, qui ad illud currunt, ex toto corde salvantur, sicut patet in Theophilo, et in aliis pluribus. — Ibid.

Templum mirabiliter magnum secundum longitudinem, per latitudinem charitatis ; sicut enim plus habuit de fide, spe et charitate, quam aliqua creatura, sic plus habuit de magnitudine, III Reg. vi : « Domus, quam ædificavit Salomon cubitos sexagesinta longitudinis. » — Ibid.

Templum opere totius Trinitatis consecratum. — Ibid.

Templum sanctum Dominatoris. — Ibid.

Templum variis figuris depictum, quia omnium sanctorum et angelorum virtutibus decoratum, III Reg. vi, « Fecit in templo Cherubim et picturas. » — Ibid.

Templum aureum charitatis, III Reg. vi. — Albert. Magn. in *Biblia Mariæ super libr. III Reg.*

Templum Dominatoris. — Idem serm. 1, in *Dedicat. Ecclesie.*

Templum gloriæ quod Spiritus sanctus possedit, dignanter inhabitando, et in omni gratia totaliter implendo. — Idem in *Biblia Mariæ super librum Proverb.*

Templum gratiæ, misericordiæ et gloriæ. — Idem, in *Biblia Mariæ super Jerem. proph.*

Templum majestatis. — Idem in *Biblia Mariæ super Ezech. proph.*

Templum munitionis peccatoribus, justis et omnibus, Zachar. ix. — Idem in *Biblia Mariæ super Zachar. proph.*

Templum pacis, in quo osculata est Divinitas humanitatem, in quo Templo « obviaverunt sibi misericordia et veritas, justitia et pax osculate sunt. » Idem in *Biblia Mariæ super libr. Canticorum.*

Templum purissimæ humanitatis Christi. — Idem in orat. ad B. V. incipiente *Salve in utero virginali.*

Templum totius Trinitatis, ad quod nullus intermittitur nisi solus Deus. — Idem in *Biblia Mariæ super Evangel. Joan.*

Templum totius Trinitatis per humilitatem fundatum, per spem erectum, per charitatem decoratum. — Id. in *Biblia Mariæ super serm. proph.*

Templum Dei, a Deo propter suam laudem et habitationem constructum. — Jacob. de Vorag. in *Mariali*, serm. 2, F.

Templum Dei a tota Trinitate effectum, a Patre fundatum, a Spiritu sancto consecratum, a Filio inhabitatum. — Ibid.

Templum quasi tenens amplum. Ipsa enim habuit amplum affectum ad Deum diligendum, amplum uterum ad Deum capiendum, amplum intellectum ad Deum cognoscendum, amplum sinum ad compatiendum. — Idem serm. 1 de *Purificat. B. M. V.*

Templum, et sacrarium Spiritus sancti operantis Filii Dei incarnationem. — Ægidius Columna ex exposit. in *Salutat. angelic.*

Templum Dei gloriosissimum, luminosissimum et deliciosissimum. — S. Matth. lib. 1 *Gratiæ spiritualis*, cap. 52.

Templum Dei purissimum. — Matth. Cantacuzenus in cap. II *Cantic. canticor.*

Templum Dei. — Joan. Taulerus serm. in festo Annuntiat. B. M. V.

Templum electissimum æternæ sapientiæ, nulla labo aspersum. — Idem serm. in festo *Purificat. B. M. V.*

Templum, in quo suaviter illa majestas quievit, ut sponsus in thalamo suo, idque mira cum exultatione et voluptate, quam in virgineo cœpit utero, velut in horto omnigenum aromatum, ac suave fragrantium herbarum cuncti generis virtutum atque charismatum pleno. — Idem in festo Annuntiat. B. M. V.

Templum præsanctum atque incomprehensibile. — Jacob. monach. orat. de *Nativ. B. M. V.*

Templum animatum, quod cœlis est sublimius, atque universis rebus creatis amplius et capacius. — Jacob. monach. in *Mariali*, orat. 3.

Templum glorificatum. — Idem in *Mariali*, orat. 6.

Templum, in quo Deus requievit. — Idem in *Mariali*, orat. 4.

Templum omni sanctitate eminentius. — Idem in *Mariali*, orat. 2.

Templum prope divinum. — Idem in *Mariali*, orat. 4.

Templum sanctum, quod ex templo Hierosoly-

mitano demigrans, universam illius gloriam secum
transtulit. — Ibid.

*Templum Domini sanctum, ad quod in peccatis,
in periculis, in necessitatibus, in temptationibus et
in omni tribulatione et angustia fiducialiter recur-
rere debeimus, sicut monemur, III Reg. viii. — Ern.
Prag. in Mariali, cap. 112.*

*Templum Salomonis, ad hoc primo et principali-
ter ædificatum, et sanctificatum Domino, ut esset
nomen suum ibi, et ibi habitaret, non per nebulam
et caliginem, III Reg. viii, sed corporaliter et per
veritatem. — Ibid.*

*Templum Salomonis, quia sicut in circuitu illius
tempi Cherobim, et palmæ undique sculptæ erant:
ita beata Virgo interius et exterius et angelorum
multitudine, et virtutum plenitudine circumdata
exsistit et munita. — Ibid.*

*Templum Salomonis, quia sicut in templo illo
interius et exterius nihil erat, quod non auro pu-
rissimo tegeretur; ita nihil fuit in beata Vir-
gine, quod divinae Sapientiae splendore non ornare-
tur. — Ibid.*

*Templum Salomonis vivum et verum et universa
terra sanctius. — Ibid.*

*Templum vivum Dei vivi. — Joan. Hildesheimen-
sis in Defensorio ord. Carmelit., cap. 43.*

*Templum, in quo Dei Filius induxit se vestibus
sacerdotalibus spiritualiter, in quibus obtulit sacri-
ficium pro mundo. — D. Birgitta, lib. iii Revelation.,
cap. 29.*

*Templum Salomonis, cuius parietes fuerunt de-
aurati, cuius tectum præfulgens, cuius pavimentum
preciosissimis stratum lapidibus, cuius compositio
tota effulgens, cuius interiora omnia redolentia,
et delectabilia ad intuendum, in quo verus Sa-
lomon spatiabatur, et sedit, in quod induxit
arcam gloriæ, et candelabrum ad lucendum.
— Ibid.*

*Templum Salomonis illius qui fecit inter Deum et
hominem pacem, qui reconciliavit reos, qui vitam
reddidit mortuis, et pauperes ab exactore liberavit.
— Ibid.*

*Templum Trinitatis. — D. Catharina Senensis
in orat. ii quam Romæ habuit in die Annuntiat.
B. M. V., anno 1379.*

*Templum beatis spiritibus. — Barth. de Pisis
lib. i De laud. sanctiss. V., fructu 8.*

*Templum Dei, non quidem manibus factum lapi-
dibus, sed cœlestibus instructum virtutibus, in quo
Deus colitur, adoratur et veneratur. — Idem lib. ii
De laud. B. V., fructu 2.*

*Templum Dei per orationem. Idem lib. i De laud.
B. V., fructu 2.*

*Templum in quo Deus non littera, sed spiritu
adoratur. — Id. lib. i De laud. V., fructu 6.*

*Templum Conditori, qui capi nullo loco pos-
test, paratum. — Isid. Thessal. in orat. De pra-
sent. B. V.*

Templum Dei. — Id. in orat. De Nativ. B. V.

*Templum sanctum Domini. — S. Vincent. Fer-
rer. serm. 3 de Nativit. B. V. M.*

*Templum sanctum Divinitatis. — Jo. Gerson serm.
in fest. Trinit.*

*Templum totius puritatis. — Idem serm. de Con-
cept. B. M. V.*

*Templum verum misericordiae in templo Misericordiae
figuratum, de quo loquitur Statius poeta
lib. Thebaidos 12 dicens, Athenis suisse tem-
plum quoddam Misericordiae templum nuncupatu-
tu, in quo omnis creatura auxilium, sublevamen-
tis et consolationem recipiebat. — Idem in serm. de
Purificat. B. M. V.*

*Templum immaculatum. — D. Laurent. Justin.
in serm. Nativ. B. M. V.*

*Templum Paracleti. — Idem de triumphali Christi
agonē, cap. 7.*

*Templum Christi verbo singulariter dedicatum,
in quo tota venit gratiae plenitudo. — D. Bern.
Senen. tom. II, serm. 51, quod est de festivit. B. V.
et maxime Concept., Nativ. et Annunt.*

*Templum Dei. — Id. tom. I, serm. 61, qui est de
superadmirabili gratia et gloria B. M. V. Ma-
tris Dei.*

*Templum Domini. — Idem serm. de Purifi-
cat. B. V.*

*Templum reformationis. — Idem, tom. IV in
sermonib. extraordin. in festo Purific. B. V.*

Templum Sanctum sanctorum. — Ibid.

*Templum Dei, ob immunitatem, securitatem et
venerationem. — D. Anton. in Summa, iii parte,
tit. xxxi, cap. quod est de multiplici misericor-
dia, quam accepimus a Deo mediante Virgine Maria.*

*Templum, in cuius medio suscepimus Dei mis-
ericordiam. — Ibid.*

*Templum virginale, ad quod qui pœnitens et
devotus accedit, postulans adjuvari pro diversis
miseriis, exauditur a Domino, misericordiam reci-
piens; unde Psalm. xvii : « Exaudivit de templo
sancto suo vocem meam. » — Ibid.*

*Templum electissimum adorandi Paracleti Spi-
ritus. — S. Dion. Carth. De laud. sanctiss. V., lib. iii,
V., art. 22.*

*Templum mundissimum adorandi paracleti
Spiritus sancti. — Idem, lib. iii, De laud. Virgi-
nis, init.*

*Templum purissimum Spiritus sancti. — Idem
lib. De laud. B. M. V., art. 11.*

*Templum splendidissimum adorandi paracleti
Spiritus sancti. — Id. De laud. V. lib. iii, init.*

*Templum summum ac unicum Spiritus sancti.—
Idem, lib. iv, De laud. V. art. 10.*

*Templum venerandissimum, quod Spiritus sanctus
indesinenter inhabitavit atque possedit, irradiavit,
idemque implevit. — Idem, lib. ii De Præc. Mariæ,
art. 28.*

Templum in quo Dei Filius incarnatus est. — Paulus de Haereditate in tract. *De Concept. B. V.*

Templum veri Salomonis, in cuius aedificio, id est, conceptione sonus ferri, id est, vox et fama peccati originalis longe fuit. — Ibid.

Templum Dei, auro charitatis tectum. — Bernardin. de Busto, serm. 5 *de Nominat. Mariæ*.

Templum Dei vivum, nemini claudens gremium pietatis. — Ibid.

Templum divinæ majestatis. — Idem, serm. 2 *de Purific. B. M.*

Templum Domini sanctum. — Ibid.

Templum manu Dei factum. — Idem in suo *Mariati*, serm. 6, *de Concept. B. M.*

Templum sacratissimum in quo suum fecit habitaclum Spiritus sanctus. — Idem, serm. 5 *de Nativit. S. M.*

Templum Spiritus sancti. — Idem in suo *Mariati*, serm. 2 *de Coronat. S. M.*

Templum veri Salomonis. — Idem in officio *Concept. S. M.*

Templum Virginale sacratissimum. — Idem, serm. 2 *de Purificat. B. M.*

Templum Virginale tanti privilegii, ut confugientes ad illud sint a dæmonibus securi, et non possint ad eorum servitia violenter trahi, nec ab eis in profundum inferni projici. — Idem, serm. 5 *de Nominat. M.*

Templum Spiritus sancti, ab initio sui esse quem semper in se ipsa latentem habuit, et infensus enstodivit, nec ab ejus magisterio, vel ad momentum recessit. — Claud. Rap. Cœlest. serm. 2 *de Concept. B. V.*

Templum Dei pulcherrimum, quod cunctis virtutibus in cœlo splendet exornatum. — Joaq. Trith. lib. *De mirac. B. V. in Urticeto*, cap. 6.

Templum Dei. — B. Casimirus Polonæ princeps in hymno *de B. V.*

Templum Dei sanctum. — Philipp. de Greve serm. 129, in Psalm. LXIV.

Templum Domini, de quo bona gratiæ recepimus. — Ibid.

Templum Domini mirabile in æquitate; in ipsa enim facta est mirabilior in infinitum adæquatio, quam fiat in natura, imo supra naturam facta est, quia contrariorum tres mirabiles conjunctiones et adæquationes fiunt, Deus et homo, Mater et Virgo, fides et cor humanum. — Ibid.

Templum Dei vivum, nemini claudens gremium pietatis. — Maurit. de Villa Probata, serm. 26, *Coronæ novæ S. M.*

Templum illud, de quo dicitur: « Suscepimus, Deus, misericordiam tuam in medi templi tui. » Ipsa enim produxit nobis ex suo sacratissimo utero aeternam misericordiam. — Idem, serm. 6 *Coronæ novæ B. M.*

Templum sacratissimum supersanctæ et indivisæ Trinitatis. — Ibid.

Templum sanctificatum. — Ibid.

Templum tantis privilegiis dotatum, ut nullius vere pœnitentis oratio excludatur in eo. — Ibid.

Templum veri Salomonis. — Idem, serm. 13 *Coronæ novæ S. M.*

Templum virginale, ad quod confugientes sunt securi a dæmonibus. — Idem serm. 6 *Coronæ novæ S. M.*

Templum in quo Dei Filius fuit incarnatus. — Petr. Gal. lib. vii *De arcana*, cap. 7.

Templum Dei vivi, nulla peccati macula contractum. — Dion. Fab. tract. 1 *de Concept. B. V.*

Templum Dei. — S. Thomas de Villa Nova in conc. 2 *De Assumpt. B. V.*

Templum Dei gratissimum. — Ludovic. Blosius in *Endologia 1 ad B. V.*

Templum veri Salomonis. — Idem in *Endologia 3 ad B. V.*

Templum Dei. — Robertus Bellarminus in conc. *de Nativ. B. V.*

Templum Salomonis. — Idem in conc. *de Assumpt. B. V.*

TEMPUS propitiationis. — Albert. Magn. in *Biblia Mariæ super lib. Levit.*

TENTORIA Cedar ob tribulationes quibus in se et in Filio exposita fuisse legitur; eleganter enim per tentoria Cedar tribulationes figurantur; de Cedar namque legitur, quod semper in tabernaculis habitabat, ubi et tabernacula ejus variis turbinibus et procellis ventorum et imbrrium erant exposita. — Alanus de Insul. in *cap. i Cantic.*

TENTORIUM Dei et Verbi. — S. Andr. Cret. orat. 2 *in Annunt.*

TEREBINTHUS ramos extendens, sub cujus tegumentum gentes, quæ erraverant, accurrerunt. — S. Joan. Chrys. orat. 7 *in S. Deip.*

Terebinthus extendens ramos gratiæ et salutis. — S. Anselm. in *Med. B. V.*

Terebinthus per veram charitatem. — Hugo de S. Victore serm. *in quolibet Festo B. Mariæ*, qui est in ordine 55.

Terebinthus extendens ramos gratiæ et salutis. — Petr. Bles., serm. 58.

Terebinthus expandens vel extendens ramos suos, id est exempla operum, ad obumbrandum peccatoribus, et refrigerandum contra incentiva vitiorum, et maxime contra aestum libidinis. — Richard. a S. Laurent. *De laud. sanctiss. V.*, lib. xii.

Terebinthus, quia si folia et odor terebinthi fugant serpentes, nominis Mariæ invocatio, et virtutum suarum opinio, sive imitatio fugant a servis suis serpentes vitiorum, vel folia ejus, id est, orationes, quando pro suis servis orat Filium. — Ibid.

Terebinthus quia si terebinthus est arbor parva et medicinalis, et sudans resinam optimam; Maria, parva per humilitatem, et sudavit, id est, peperit Christum, qui est medicina languantium animalium; sicut enim sudor exit de carne, ipsa carne manente integra, sic natus est de ejus carne, integra manente, Filius Dei. — Ibid.

Terebinthus, quia si terebinthus valet contra malum aureum, obedientia Mariæ, quando respondebit : « Ecce ancilla Domini, » purgavit inobedientiam Evæ, quia consensit diabolo promittenti : « Eritis sicut dii. » Gen. iii. — Ibid.

Terebinthus ramos suæ orationis de fonte pietatis procedentis ad nos extendens, dum exemplo suo breviter, humiliter et fiducialiter orare docet, breviter cum dixit « Vinum non habent. » Joan. ii, humiliter, quia non dixit, Fili, da eis vinum, sed contenta fuit narrare necessitatem aliorum, judicio ejus totum relinquens fiducialiter, cum dixit ministris : « Omnia quæcumque dixerit vobis, facite. » — Ibid.

Terebinthus extendens ramos honoris et gratiæ, id est, virtutes et exempla et beneficia in quibus libenter habitant, libenter jubilant cœlestes aviculae, id est animæ sanctæ. — D. Bonav. in *Speculo B. V.* cap. 5.

Terebinthus parva ob humilitatem, sed cooperante Dei gratia extendens magnifice ramos virtutum suarum a mari usque ad mare, et a flumine usque ad terminos orbis terrarum. — Ern. Prag. in *Matrial.* cap. 54.

Teberinthus contra dæmones. — Barthol. de Pisis lib. i *De laud. V.*, fructu 2.

Terebinthus se expandens. — D. Laur. Justin. in lib. *De casto connubio Verbi et Animæ*, cap. 2.

Terebinthus medicinalis. — Bernard. de Busto serm. 4, *de assimilat. B. M.*

TERMINUS fœderum Dei ad nos. — S. Andr. Cret. orat. 3, *de Assumpt. B. V.*

Terminus testamentorum a Deo conditorum. — S. Andr. Cret. orat. 3, *de Dormit. B. V.*

Terminus consiliorum Dei. — S. Germ. Constant. orat. 2 in *Präsent. B. V.*

Terminus exsillii. — Petr. Bles. serm. 38.

Terminus misericordie. — Adam de Pers. in serm. *de Assumpt. B. V.*

Terminus noctis peccatorum. — Absalon abbas serm. 1 *de Assumpt. B. V.*

Terminus regis. — Rich. a S. Laur. *De laud. B. V.* lib. iv.

Terminus hæreditatis nostræ. Josue, i. — S. Albert. Magn. in *Biblia Mariæ*.

Terminus genealogiæ Domini. — A. Anton. in *Summa part. iv.* tit. xv, cap. 6, quod est *de Nativit. B. M.*

TERRA virginea nunquam maledicta, ex qua formatus est secundus Adam. — S. Andr. apost. in *Abdiam Babylonum lib. iv Historiarum*.

Terra, de qua Christus, qui vera est veritas, ortus est. David enim eam, quæ est ex Virgine, Christi generationem prophetans, dixit : « Veritas de terra orta est. » Psal. lxxxiv. — D. Iren. lib. iii, *Adversus hæreses*, cap. 5.

Terra virgo, per quam Deus antiquam plasmationem in se recapitulatus est. Quemadmodum enim protoplastus ille Adam de terra rudi, et de

aclue virgine (nondum enim pluerat Deus, et homo non erat operatus terram, habuit substantiam, et plasmatus est manu, id est, Verbo Dei, « omnia enim per ipsum facta sunt, Joan. i, » et sumpsit Dominus limum a terra, et plasmavit hominem : ita recapitulans in se Adam ipse Verbum existens ex Maria, quæ adhuc erat virgo, recte accepit generationem Adæ recapitulationis. — Idem, lib. iii, *Adversus hæreses*, cap. 31.

Terra nondum generationi resignata, de qua novissimus Adam, ut Apostolus dixit : « In spiritum vivificantem a Deo est prolatus. » — Tertullian. in lib. *De carne Christi*.

Terra rudis et illaborata, ex qua Verbum carnum, ut Aaron vestem talarem, assumpsit, ut jam habens quod offerret ipse Pontifex scipsum in victimam daret, et omnes suo sanguine a peccatis ablueret, et a mortuis excitaret. — D. Athanas. in lib. iii, *Contra Arian.*

Terra sanctissima ex qua Deus sanctissimam carnem sine pollutione induit. — Idem in quest. variis, quest. 20.

Terra, quæ nobis produxit lignum per quod nobis salus venit, nempe Christum. — S. Ambr. in *Psal. 1.*

Terra intacta, et tamen pane cœli plena. — Gregor. Nyssen. in libro *De vita Moysis*.

Terra nostra, ex qua verus Legislator, cuius siguram Moyses gerebat, naturæ tabulas sibi conseruit. Nec enim nuptiarum solemnitas carnem Dominieam produxit, sed ipsæ suæ carnis factus lapicida, digito Dei eam inscripsit. Spiritus enim sanctus pervenit in Virginem, et Excelsi eam virtus obumbravit. — Ibid.

Terra inviolata, quæ cœlestem fructum suscepit. — S. Joan. Chrysost. orat. 7, in *sanctiss. Deip.*

Terra non sata, quæ fructum germinavit salutarem. — Theodor. Aneyran. homil. 1, *de Nativit. Salvatoris lecta in concil. Ephesino*.

Terra Hevilath auriferax. — S. Proclus in orat. sexta, quæ est *de laud. B. V.*

Terra inculta et campestris, ex qua non satum granum germinavit, et mundus fame confectus lætatur et gaudet. — Idem in orat. 4, quæ est *in diem Natalem Domini*.

Terra Israëlitica, quæ vivificum dedit fructum suum. — Idem in orat. 6, quæ est *de laud. B. V.*

Terra non sata, quæ cœlestem protulit fructum. — Idem in orat. 4, quæ est *in Natalem Domini*.

Terra reprobmissionis, quia per prophetam multo ante pronissa est; nam per Isaiam Dominus eam ante multorum annorum spatia reprobmisit, sic enim ait : « Ecce Virgo in utero concipiet, et pariet filium. » — D. Augustin. serm. 100, *de tempore*.

Terra Salvatoris germinatrix. — Idem in orat. de quinque hæresibus, cap. 5.

Terra, quæ fructum benedictum dedit. — B. Vigilius lib. iii, *Adversus Eutychium*.

Terra, quæ germine dedit Salvatorem.—*Venant. Fortunat. Elegia in laudem S. M. V. et Matris Domini.*

Terra annuntiationis, a qua fluit mel et lac.—*S. Anrd. Gret. orat. 2, in Annunt.*

Terra aromatum ferax.—*Idem, orat. 3, de Dormit. B. V.*

Terra Deo culta.—*Idem, orat. 4, de Dormit.*

Terra non sata, quæ ratione, supra quam dici potest, mirabili eum peperit, qui est sine fluxione a Patre.—*Idem, orat. de Nativit. B. V.*

Terra, quæ agricultor manum nunquam passa est, ex qua vita nostra primitias massæ, Adæ ob suam evisceratam misericordiam assumens, nos sibi ipsi univit.—*Idem in cant. de Nativit. B. V.*

Terra, quæ sine semine fructum tulit nullo cultu inseminatum.—*Idem, orat. de Nativit. B. V.*

Terra, quæ spicam immortalitatis protulit.—*Idem, can. in diem Parasceves.*

Terra, quam inhabitavit terræ Auctor.—*Idem in cant. de Concept. B. V.*

Terra sancta, quam Joel aspexit. *Joel iii.*—*Ibid.*

Terra sancta virginalis, ex qua novus ille Adam ineffabiliter a Deo fictione veteri recuperando, novus Adam factus est.—*Idem, orat. 1, in Annunt. B. V.*

Terra vere desiderabilis. Rex enim desideravit gloriam ejus pulchritudinis, et amavit divitias ejus virginitatis, et in ea habitavit, et inter nos fixit tabernacula, et per eam, Deo et Patri nos reconciliavit.—*Idem, orat. 3, de Dormit. B. V.*

Terra virginalis, ex qua secundus, et vetere antiquior processit Adam.—*Ibid.*

Terra virgo instauratoris Adæ.—*Idem, orat. 4, de Dormit.*

Terra Abrahamicæ, quæ pluviam excipiens, cœlestem panem, id est Christum, ad esum, et salutem hominum protulit.—*Anastas. Sinaita, lib. II, Aragog. contemplat. in Hexaemeron.*

Terra, cuius fructus sublimis, nam quem Virgo genuit, non solum homo sanctus fuit, sed etiam potens Deus.—*D. Gregor. Magn. in lib. I Reg. cap. i.*

Terra quæ dedit fructum suum, quia quem Virgo peperit, non concepit materiali opere, sed sancti Spiritus obumbratione.—*Ibid.*

Terra a Spiritu sancto irrigata.—*B. Isidorus in Commentar. super Genes. cap. iii.*

Terra de qua veritas orta est.—*D. Isidorus in Nativit. Domini, cap. 12.*

Terra quæ dedit fructum suum.—*D. Isidor. de Nativit. Domini, cap. 12.*

Terra, quæ fide aperta, non corruptione genuit Salvatorem.—*D. Isidor. de Nativit. Domini, cap. 12.*

Terra, de qua veritas oritur, quæ veritas Christus eadem est, et quæ de cœlo prospexit justitia ejus.—*D. Hildephons. in lib. De virginit. S. M. cap. 5.*

Terra fide aperta, non corruptione germinans Salvatorem rorantibus cœlis, et nubibus pluentibus Justum, id est, prophetis pronuntiantibus ejus adventum.—*Ibid.*

Terra parturiens divinum.—*Idem in lib. De virginit. S. M., cap. 8.*

Terra quæ dedit Filii fructum, dante nobis Dominu[m] benignitatem nostræ redemp[ti]onis.—*Idem in lib. De virginit. S. M., cap. 6.*

Terra nomine foeta.—*Anonymous in Menais Graecorum, die 25 Julii.*

Terra sancta et desiderabilis, ex qua orta est veritas et justitia, in qua operculo tecti pedes prohibentur progredi, id est, ratiocinatio, quæ dubitatione operitur, et incredulitate.—*Georg. Nicomed. in orat. de exitu sanctiss. Dominae nostræ Dei Parentis, quando fuit oblata in templo.*

Terra desiderabilis, de qua scribitur, et pro nihilo habuerunt terram desiderabilem.—*S. Germ. Constan. serm. in Nativit. B. V.*

Terra non culta.—*Idem, orat. P. in Præsentat. B. V.*

Terra sancta, de qua dixit Deus Moysi. *Exod. iii:* « Moyses, solve calceamentum tuum, terra enim in qua stas terra sancta est.—*Idem, serm. in Nativit. B. V.*

Terra spiritualis Deo ob subministrativum suæ carnis ministerium.—*Idem, orat. 1, in Dormit. B. V.*

Terra vere desiderabilis, de qua sigulis pulveris nostri limum desumens confractum a peccato vas renovavit.—*Idem, serm. in Nativit. B. V.*

Terra vere sancta, quæ sola sine semine, et absque ulla molitione divina secunditate illustris est.—*Idem, orat. in Annunt. B. V.*

Terra Veritatem producens, de qua dicitur Psal. liv: « Veritas de terra orta est. »—*Idem, serm. in Nativit. B. V.*

Terra Dei gressu calcata.—*S. Joan. Damascen. orat. 4, de Nativit. B. V.*

Terra Dei receptrix, ex qua sempiternæ vitæ lignum emergens, Christus hic est cunctorum vitæ causa, Evæ inobedientiam, Adamique interitum dissolvit.—*Idem, orat. 5, de Assumpt. B. V.*

Terra divinæ spicæ.—*Ibid.*

Terra impolluta.—*Idem in Parac. B. V.*

Terra, in qua a Spiritu is carne fundatus canitur, qui fundat terram super stabilitatem suam.—*Idem in orat. 4, de Nativit.*

Terra, in qua peccati nulla enata spina, seclusa vero, per cuius et germen illud penitus evulsum est.—*Ibid.*

Terra, in qua sacratissimus Moyses legis umbram habentis calceamentum solvere gratia commutaturus, visus est. *Exod. iii.*—*Ibid.*

Terra non prioris more maledicta, ac cuius fructus spinis ac tribulis undeque horrescant, sed super quam benedictio Domini, ac cuius be-

nedictus fructus ventris, ut in sacris habetur oraculis. — Ibid.

Terra nullum admittens sementem, fructumque universis coelimoniam præbentem producens. — Ibid.

Terra ex qua Veritas orta est. — S. Jo. Damascen. Can. in *S. Deipar.*

Terra inarata et inculta quæ Cultorem omnium excoluit. — Ibid.

Terra pura ac virgo, ex qua ipse unigenitus Filius, cum Deus, et ejusdem cum Patre substantiæ esse!, hominem sibi ipsi effinxit. — Idem, orat. 2, de *Assumpt.* sive *Dormit.* B. M. V.

Terra, quæ ex intemeratis ac incorruptis lumbis vitæ spicam edidit. — Idem, in orat. 4, de *Nativit.* B. M. V.

Terra, unde suum Veritas ortum accepit. — Idem, in *Menais Græcorum*, die 27 Januarii.

Terra, de qua Veritas, id est Christus, orta est. — Paschasius Ratbertus lib. II, in *Matth. evang.*

Terra bona. — Cosmas Vestitor orat. in *SS. Joach. et Annam Dei Genitr. parentes.*

Terra ab aratoris manu immunis, quæ produxit universi nutritorem, fortificans pane vitali corda nostra debilitata, et fracta ex satietae gravissimum peccatorum nostrorum. — S. Joseph hymnographus in *Marioli.*

Terra a coloni manu immunis. — Ibid.

Terra electa, per quam humani generis massa a terra in cœlum sublevata est. — Ibid.

Terra, ex terra insecunda nata, sed mira secunditate prædita secundissimum fructum gignens, agricolam scilicet bonorum, et spicam vitæ allatricem, quæ nutrit omnes divina voluntate. — Ibid.

Terra secundissima quæ mysticam spicam fructificavit, omnes spiritus nutrientem. — Ibid.

Terra iuarata, quæ spicam nobis protulit universi nutritorem Dominum Jesum, ex quo nos comedentes, ad vitam revocamur. — Ibid.

Terra nescia cultoris, quæ agricolam peperit, omniumque Creatorem, silvescentem [passionibus animam nostram fructiferam reddens mediante divina scientia. — Ibid.

Terra nunquam aratro proscissa. — Ibid.

Terra, quæ sine agricole cultura spicam speciosam fructificavit, nutritorem scilicet omnium creaturarum. — Ibid.

Terra sancta deducens nos in terram mansuetorum. — Ibid.

Terra benedicta, quæ dedit fructum suum, Psalm. LXVI, sed non vendidit, quia non haberemus pretium, dedit namque fructum in tempore suo, id est, in tempore gratiæ, nec solum semel dedit fructum, sed jugiter dat ipsum peccatoribus remedium. — Idiota de B. V. part. XIV, contempl. 22.

Terra, de qua dicitur Psalm. XXIII : « Domini est terra, » scilicet illius propria, « et plenitudo ejus, » id est, virtutes et dona gratiarum, quia dicere

potest : « Gratia Dei, sum id quod sum. » — Ibid.

Terra, de qua est orta Veritas, scilicet humanæ carnis, quam sibi univit benedictus Filius ejus dante Deo benignitatem nostræ redemptio[n]is. — Ibid.

Terra, de qua formatus est homo, scilicet novus Adam Jesus Christus Filius ejus benedictus. — Ibid.

Terra fluens melle virginitatis et lacte fecunditatis. — Ibid.

Terra, in qua omne ædificium fundatur, quia quidquid boni facere volumus, in ea fundare debemus per fidem incarnationis, cuius ministra fuit. — Ibid.

Terra, in qua qui seminat, centuplum accipiet, qui enim ibi seminat scilicet orationes et exempla salutaria, in præsenti vita multam retributionem recipiet, quia ipsa beata Virgo convertit quosdam de errore viæ suæ, quosdam pacificat benedicto Filio suo, quibusdam dat gratiam continendi, facit quosdam humiles, quosdam largos, quosdam misericordes, quosdam pacificos, quibusdam largitur vestimenta virtutum, et quosdam sapientes constituit, et ista est eorum centuplicatio, qui seminant in tali terra, qualis est B. Virgo. — Ibid.

Terra plena per mansuetudinem et justitiam, et montosa per summam excellentiam, et convallosa per duplice[m] humilitatem. — Ibid.

Terra promissionis Judæis promissa redditæ Christianis. — Ibid.

Terra, quæ aperta est in Annuntiatione ; tunc enim aperuit aures ad audiendum verbum angelii, cor ad credendum et consentiendum, os ad consensum exprimendum et orandum, ut fieret, quod ei promittebatur. — Idem, de B. V. part. VIII, contempl. 7.

Terra, quam solus Deus inhabitavit, solus eam incoluit, et ipsius Filium fructificavit, ut de ea dicatur Psalm. LXVI : « Terra dedit fructum suum, » bene enim dicitur suum, quia nec terra alia digna existit portare talem fructum, nec talis fructus terræ alii competebat ; ideo dicitur fructum suum, id est sibi congruum, quia soli Virginis congruebat parere Denm, et soli Deo Matrem habere Virginem, et sicut terra maledicta in opere Adam fructus dedit maledictionis, sic e converso Maria, terra benedicta dedit fructum benedictionis. — Ibid.

Terra, quia sicut fere quidquid vivit, vivit de terra, sic quidquid vivit per gratiam, vivit per Virginem Mariam quæ genuit vitam. — Ibid.

Terra intacta permanens, et divinis referta alimentis inventa, et manna inculatum proferens, panem arationis et sationis expertem. — Joannes Geometra serm. in *Annuntiat. sanctissimæ Dei Genitricis.*

Terra benedicta in opere redemptio[n]is, quæ remissionem peccatorum; fructumque vite parturit universis, et filiis Adæ præjudicium originalis dis-

solvit maledicti. — Guerrius abbas serm. 2 *de Annuntiat. B. M. V.*

Terra Domini benedicta. — Ibid.

Terra inculta, et optimo fructu referta. — Ibid.

Terra non viro, sed Domino aperta. — Ibid.

Terra nostra dans fructum benedictum. — Ibid.

Terra omnino intacta nec fossa, nec seminata, de solo cœli rore Salvatorem germinans, et mortaliibus panem angelorum alimoniam vitæ æternæ ministrans. — Ibid.

Terra cœlestis fera lactis et mellis, ex qua veritas orta tollit errorum dogma. — D. Petr. Dam. in Carminib. *de Assumpt. B. M. V.*

Terra cœlestis, quæ dedit fructum suum. — Idem, orat. *ad Deum Filium.*

Terra viventium, ad quam debemus intentis semper amoris gressibus festinare. — Idem, lib. vii *Epistolarum, epistola 49.*

Terra benedicta, in qua cantatur canticum, quod in terra aliena cantari non est licitum. — D. Anselm. in *Psalterio B. V. M. part. iii.*

Terra benedicta sanctificans mysteria, cuius sacra secunditas Dei Patris est veritas. — Idem, in *Psalterio B. V. M. parte secunda.*

Terra, quæ dedit fructum Deo. — Ibid.

Terra virginea, in ejus medio Deus salutis est mysteria operatus in Filio. — Ibid.

Terra incorrupta, cui benedixit Dominus. — D. Bruno Carthusian. *ad Psalm. ci.*

Terra, de qua dicitur Psal. lxxxiv : « Benedicisti, Domine, terram tuam, » ex qua benedictione, id est, a Deo ingenita fructuositate, captivitas Jacob accersitur. — Guibertus abbas in lib. *De laud. B. Mariae cap. 8.*

Terra juxta librum Sapientiae, cap. xix, posita in immensæ castitatis arido, quæ tunc fuit aperta, Isa. xl, cum benedicta Virgo verbis angelicis felicissimi animi sinus obedienter pandit. — Ibid.

Terra sanctissima, quæ dedit fructum suum. — Goffridus abbas, serm. 4 *in Nativit. Domini.*

Terra benedicta, in gratia secundi hominis et beata in gloria Dei Patris. — Hugo de S. Victore lib. ii *Erudit. theologic. ex Miscellan. 2, tit. i.*

Terra, cuius fructus sublimis. — Idem, lib. iv, *De proprietatibus et epithetis rerum, cap. 2.*

Terra, de qua altare carnis Christi factum est : altare faciet mihi de terra. Exod. xx. — Idem lib. iii *Allegoriar. in Exod. cap. 2.*

Terra, de qua dicitur : cecidit semen in terram bonam. — Idem lib. iv *De proprietatibus et epithetis rerum, cap. 2.*

Terra, de qua eductus est verus panis. — Ibid.

Terra, de qua formatus est verus Adam. — Ibid.

Terra, de qua orta est veritas. — Idem lib. ii, *Erudit. theologic. ex Miscellan. 2, tit. i.*

Terra fluens lacte et melle. — Idem, lib. iv, *De proprietatibus et epithetis rerum, cap. 2.*

Terra nostra dans fructum suum, Christum Fi-

lium suum proferendo. — Idem, lib. ii, *Erudit. theologic. ex Miscellan. 2, tit. i.*

Terra, quæ dedit fructum suum. — Idem, lib. iv, *De proprietatibus et epithetis rerum, cap. 2.*

Terra quæ germinavit Salvatorem. — Ibid.

Terra, quam Dominus benedixit. — Ibid.

Terra virgo, de qua divina operatione, Verbum creditur incarnatum. — Idem, lib. i *Allegoriarum in Genes. cap. 7.*

Terra animata et sensibilis, de qua formatus est secundus homo. — Rupert. abbas lib. ii *De vict. verbi Dei, cap. 26.*

Terra animata, sensibilis, rationalis, et quod optimum est, fidelis, et propter fidem Spiritus sancti, et seminis Dei perceptibilis. — Idem, lib. i, *De operibus Spiritus sancti, cap. 11.*

Terra benedicta, ex qua fons ille ascendit, qui apud Deum erat, et vera lux est, sicut scriptum est, « Quoniam apud te est fons vitæ et in lumine tuo videbimus lumen, » ad irrigandam superficiem terræ, ad instruendam sive excolegendam Ecclesiam per universum orbem terræ. — Idem, lib. iv *Commentar. in Cantic. canticor.*

Terra Domini a Domino benedicta. — Idem, lib. i *De operibus Spiritus sancti, cap. 11.*

Terra non morientium, sive mortuorum morte peccati, qua omnes in Adam mortui sunt ; sed terra viventium, de qua Christus sine manibus abscessus est. — Idem, lib. ii, *Commentar. in Isaiam cap. xix.*

Terra nostra, terra virginea, de qua promittente audivimus Spiritum sanctum, « Dominus dabit benignitatem, et terra nostra dabit fructum suum. » — Id., lib. ii, *Commentar. in Levit. cap. xxxvii.*

Terra virginea per sanctum vivificata Spiritum. — Idem, lib. ii, *Comment. in Isaiam, cap. xix.*

Terra benedicta, omnium gentium proferens benedictionem. — D. Bernard. in tract. *De Passione Domini, cap. i.*

Terra, cuius fructus sublimis. — Idem, serm. 2, *in Purificat. B. M. V.*

Terra, de qua scriptum est : « Aperiatur terra et germinet Salvatorem ; » aperta quippe fuit per fidem, credens et obediens angelo, germinavitque vitem salutarem Salvatorem nostrum, æternæ vitæ præmia largientem. — Ibid., in tract. *De Passione Domini, cap. i.*

Terra, de qua scriptum est : « Terram non operabatur quisquam, sed irrigabatur a fonte ascendentæ de paradiso ; » Terra quippe haec non accepit operationem humanam, ut conciperetur in ea Filius Dei, sed aqua Spiritus sancti irrigata fuit. — Ibid.

Terra, in qua per conceptionem plantata est supercœlestis vitis, Filius Patris. — Ibid.

Terra promissionis lacte et melle manans. — Idem, serm. 3, *super Salve Regina.*

Terra vere beata, inno beatissima. — Idem in tract. *De passione Domini, cap. 6.*

Terra vere benedicta, quæ Deo dante benignitatem, benedictum fructum protulit. — Idem, in tract. *De Passione Domini*, cap. 1.

Terra, cui benedixit Dominus, de qua Psalmista ait: « Deus enim noster ante sæcula operatus est salutem in medio terræ. » — Petr. Com. in serm. *de Conceptione B. M. V.*

Terra, de qua fructus ille sublimis erupit, qui cibat angelos in cœlo, et dat vitam mundo. — Ibid.

Terra incorrupta, in primo homine formata, et sanctificata in Noe, ad posteritatem servata, denique ab Anna cœlesti beneficio suscepta. — Id., in serm. *de laud. sanctiss. V.*

Terra ab omni vitiorum exactione et inquietudine liberrima. — Richard. a S. Vict. lib. n. *De Emmanuele*, cap. 28.

Terra beata, quæ fructum germinavit quando Salvatorem genuit. — Idem, Annotat. in *Psalm. LXXI.*

Terra, de qua bella omnia finetenus auferuntur. — Idem, lib. n. *De Emmanuele*, cap. 29.

Terra, de qua lux radiavit. — Idem, Exposit. in *Cantic. canticor.* cap. 59.

Terra, de qua omnis pugna tollitur. — Idem, lib. n. *De Emmanuele*, cap. 29.

Terra, in qua inventus est lapis ille, sine manibus excisus, qui crevit in montem magnum et impletiv universam superficiem terræ. — Idem, Annotat. in *Psalm. LXXI.*

Terra, in qua pax alia reparatur. — Id., lib. n. *De Emmanuele*, cap. 29.

Terra, in qua secundum Moysis sententiam nascitur aurum optimum, et invenitur bædellium, et lapis onychinus. — Idem Annotat. in *Psalm. LXXI.*

Terra, de qua Dominus panem eduxit, cum Filium suum de sacra Virgine natum prædicari fecit, ut sic vinum lætificet cor hominis, id est, evangelica prædicatio de meroe peccati ad spem veniæ nos reformat, et exhilaret faciem in oleo, id est, quem promisit ab antiquis per Spiritum sanctum, impleat et confirmet, et panis cor hominis confirmet, id est, corpus Christi digne sunptum ad tolerantium passionum corda nostra corroboret. — Serlo abb. serm. 1, *de Assumpt. B. V.*

Terra sancta. — Petrus abb. Cellensis in lib. *De panibus*, cap. 21.

Terra orientalis, de qua Christus oriri dignatus est. — Philipp. abbas tom. I, *Moralitatum in Cantic. canticor.*

Terra benedicta, sanctificata ab utero, imprægnata a Spiritu sancto, omni maledictione carens, salvo pudore concipiens, sine dolore pariens, sine timore moriens, sine peccato vivens. — Helinandus Cisterc. serm. 1 *de Nativit. Dom.*

Terra exorabilis, id est, orari digna et exorari facilis. — Ibid.

Terra fertilis, eximios ac multiplices afferens fructus. — Ibid.

Terra in qua beati viventes, qui plantati sunt, fa-

mem et inopiam deinceps non passuri, beatiores autem, qui de hac terra fecundati sunt, et in ejus possessionem jam missi nullas deinceps calumnias vel hominum vel dæmonum audituri. — Ibid.

Terra promissionis lacte et melle manans, id est, promissum nobis Salvatorem generans humanitatem lacteum, et vita cœlestem, innocentia candidum, indulgentia dulcem, misericordia copiosum, justitia insignem, humilitate parvulum, potestate sublimem, parvum in præsepio infantulum et amabilem, nimis magnum in cœlis, et laudabilem nimis. — Ibid.

Terra quæ venientem super se bibens imbre Spiritus sancti pluviam voluntariam, quam segregavit Deus hæreditati suæ, omni benedictione spirituali repleta est in cœlestibus in Christo, et irrigata tanquam paradisus Dei, de quo produxit nobis Deus omne lignum pulchrum visu, et ad vescendum suave. — Ibid.

Terra viventium, id est pœnitentium; sicut enim peccatum cum consummatum fuerit, generat mortem, sic pœnitentia, cum consummata fuerit, vitam restituit; nam in quacunque die peccator ingemuerit, salvus erit. Et sicut anima quæ peccaverit, ipsa morietur, sic cum aversus fuerit impius ab impietate sua, quam operatus est, et fecerit judicium et justitiam, vita vivet, et non morietur. Nolo, inquit, mortem peccatoris, sed ut convertatur, et vivat. — Ibid.

Terra bona, munda et benedicta, in qua Dei Filius per conceptionem mirabilem atque ineffabilem seminatus est, non opere virili, sed Spiritus sancti. — Cæsarius Cisterc. hom. in festo sanctorum Thomæ et Vincentii.

Terra per secunditatem. — Idem, hom. 1, in *Domini. p. Advent.*

Terra, quæ herbam viventem produxit, quando Christum in carne produxit. — Idem, hom. in festo sanctorum Thomæ et Vincentii.

Terra bona, in quam cecidit semen non carnale, sed spirituale, non culpæ, sed gratiæ, non viri, sed Verbi Dei, non corruptionis, sed credulitatis. Absalon abbas, serm. 3 in *Purificat. B. V.*

Terra, de qua fons ascendit, quando splendor gloriæ et fons vitæ Dei Filius de ipsa nasci voluit. — Idem, serm. 5 *De Adventu Domini.*

Terra nunquam maledicta. — S. Dominicus in tract. *De corpore Christi.*

Terra a Deo fundata super stabilitatem suam, scilicet supra fidem, vel humilitatem. — Rich. a S. Laur. *De laud. B. M. V.*, lib. viii.

Terra alicubi plana per mansuetudinem vel justitiam, alicubi montuosa per summam excellentiam, alicubi convallosa per duplicitem humilitatem. — Ibid.

Terra appensa super nihilum per humilitatem Job. xxvi: vera enim humilitas, quæ soli Deo inititur, infra se non videt nisi nihilum, id est, defectus proprios et mundi vanitatem; unde dicitur Thren. iii: « Ego vir videns paupertatem meam, »

id est, ideo virilis, quia cognoscens meos defec-
ctus sicut terra, quæ ideo firma, quia super nihilum
appensa, Jeremiæ iv, aspexit terram, et ecce vacua
erat, et nihil. — Rich. a S. Laur. *De laud. B. M.*
V. lib. viii.

Terra Dei benedicta, de qua Psalm. lxxxiv: «Be-
nedixisti, Domine, terram tuam.» Dicitur enim terra
Dei, quia tota fuit Dei, eo quia eam solus Deus
inhabitavit, solum eam excoluit, et ipsum solum
ipsa fructificavit. — Ibid.

Terra, de qua dictum est Gen. ii, quod homo
non erat, qui operaretur terram, nullus enim homo
operatus est in terra Virginis, de qua formatus est
Christus, qui factus ex semine David secundum
carnem, id est, tanquam de limo terræ secundum
hominem. — Ibid.

Terra, de qua formatus est homo. Gen. ii, sci-
licet novus Adam. — Ibid.

Terra de qua orta est veritas, scilicet humanæ
carnis, quam sibi Christus univit dante Deo beni-
gnitatem nostræ redemptionis. — Ibid.

Terra deserta, invia et inaquosa, in qua Domi-
nus in sancto apparuit, ut videret, id est, videri
faceret, et cognosci virtutem et gloriam Virginis
gloriosæ. — Ibid.

Terra desiderabilis, unde de servis Mariæ dici-
tur Psal. cv, pro nihilo, id est, pro brevi et mi-
nimo servitio habuerunt terram desiderabilem, id
est Mariam. — Ibid.

Terra ex qua nascitur aurum optimum, id est,
caro Christi, quæ de ea nata est, et formata, et
ibi invenitur bdellium, et lapis onychinus, id est,
anima Christi, et deitas; bdellium enim secundum
Plinium est arbor aromaticæ et valde odorifera,
et signat animam Christi, quæ totum mundum
universis virtutum et exemplorum odoribus re-
spersit, lapis vero onychinus, qui pretiosus est
valde, colore, candore, et humani unguis similitu-
dinem exprimens, signat deitatem Christi, quæ
cum sit candor lucis æternæ, et speculum sine ma-
culâ, splendor gloriae, et figura Patris, nihilominus
tamen ad humani unguis similitudinem humanæ
carni, in incarnatione supersedit, et ei personaliter
inhæsit. — Ibid.

Terra fluens melle virginitatis, et lacte secundi-
tatis, de qua legitur Num. xiii et xiv, et de qua
dicit locus de Judæis Ezechiel xx: «Dedi eis
terram fluentem lacte et melle.» — Ibid.

Terra frumenti, Deuter. viii, quia nobis peperit
Christum, qui se dicit granum frumenti. Joan. xii.
— Ibid.

Terra Geraræ, Gen. xxvi, in qua seminavit Isaac
et invenit illo anno centuplum, in qua qui semina-
verint, expendentes ad honorem ejus sua tempora-
lia, invenient etiam ipso anno, id est, in præsentî
vita multam retributionem, quæ notatur per cen-
tuplum. Convertit enim quosdam ab errore viæ
suæ, quosdam pacificat Filio, quibusdam dat
gratiam continendi, quosdam humiles, quosdam

largos, quosdam misericordes, quosdam facit pa-
cificos, quibusdam largitur vestimenta virtutum,
quosdam prophetas, id est sapientes, constituit,
sicut dicitur Sapientiæ, et hujusmodi quæ sunt cen-
tuplum eorum, quæ seminant in hac terra. — Ibid.

Terra Hevilath, in qua, et ex qua, et per quam
Deum et hominem habuimus. — Ibid.

Terra Hevilath, in qua natum est aurum opti-
mum, nempe Christus. Gen. ii. — Ibid.

Terra Hevilath, quod interpretatur *dolens*, vel
parturiens; haec enim convenienter beatæ Virgini,
habito respectu ad Filii passionem, quando doluit
super pacto suo. — Ibid.

Terra inebriata a Deo Psal. lxiv, pigmentis om-
nium gratiarum, raspato humilitatis, vino albo
virginitatis, vino rubeo charitatis, vino plano man-
suetudinis, vel paupertatis, proferrato constantie,
et fortitudinis musto forti, et calido divinæ dilectionis,
caryophyllato lætitiae, spiritualis clareto sapi-
dissimo æternæ beatitudinis. — Ibid.

Terra infirma per summam et profundam humili-
tatem, calcabilis per obedientiam, et sitibunda per
gratiæ desiderium. — Ibid.

Terra nostra, id est nobis data, cuius fructu
redempti sunus ab obligatione gehennæ, et abun-
danter vivere possumus in æternum. — Idem, *de
laud. Virg.*, lib. ii.

Terra nostra, quæ dedit fructum suum, Psalm.
lxxxiv; sicut enim Maria terra nostra, quia ex dono
Dei facta est nostra, deditque fructum suum, id
est, sibi congruum, quia soli Virgini congruebat
parere Filium Dei, et soli Deo Matrem habere Vir-
ginem; vel dedit fructum suum, quia scilicet to-
tum suum, non communem sibi et viro, quia
formatum de sola carne Virginis opere Spiritus
sancti. — Idem, *de laud. B. V.*, lib. viii.

Terra Ordei Deuter. viii, quod est frigidæ na-
turæ, et inde fit potus febricitantibus ad caloris
refrigerium; Maria enim infirmantibus per peccatum
attulit medicinam. Eccli. xxxviii. — Ibid.

Terra promissionis, promissa Judæis, credita
Christianis, cuius fructus, ficus, uva et malogran-
atum; per sicut dulcedo Mariæ; per uvam
dilectio ejus læticans ineffabiliter cor sibi devo-
tum; vel virtus orationum ejus, quæ Christum
inebriant, et faciunt oblivisci peccatorum nostro-
rum; per malogranatum diversitas gratiarum,
quibus facit nos socialiter et charitable conver-
sari. — Ibid.

Terra, quæ cadentes suscipit, et ipsos adjuvat
ad surgendum; de Maria enim dicitur Apocal. xiii,
Et adjuvit terra, id est Maria, mulierem, id est
animam fidem; ideo sicoranda est jugiter: *Suc-
curre cadenti, surgere qui curat, populo;* alioquin
nisi velimus surgere, non potest ipsa succurrere;
manibus autem, id est, bonis operibus factis ad
honorem ejus, et pedibus, id est devotis affecti-
bus, debemus nos prendre huic terræ, et humili-
liari ad eam, sicut qui de se prendit terræ, incli-

natur versus terram, ut sic resurgere valeamus post casum peccati. — Ibid.

Terra, quæ nobis interponitur, et abyso, qua subtraeta sicut Core, Dathan et Abiron, Num. xvi, statim descendimus in infernum viventes; subtrahito enim nobis adjutorio Mariæ, statim labimur in peccatum, et inde in infernum. — Ibid.

Terra, quam debemus inhabitare per dilectionem veram, et juge servitum. Unde Mariæ dicitur, Psalm. lxxxvi, « sicut lætantium omnium habitatio est in te, » et hoc, ut pascamur in deliciis ejus, Psalm. xxxvi, « Inhabita terram, et pascaris in divitiis ejus vel deliciis. » — Ibid.

Terra, quam Deus in propria persona visitavit, Psalm. Lxiv, quando dictum est Mariæ: « Dominus tecum. » — Ibid.

Terra, quia diversis floribus, id est, virtutibus picturata et ornata, quia diversis herbarum medicinalium generibus vestitur; nam ipsius humilitas exemplo medicinat superbiam, paupertas et largitas cupiditatem et avaritiam, virginitas luxuriam, benignitas odium et iram, sic de aliis. — Ibid.

Terra, quia sicut de terra flores oriuntur, et herbae aromaticæ, species et radices ex quibus conficiuntur medicinae, Eccli. xxxviii: Altissimus creavit de terra medicinam, ita de Maria nata sunt membra Salvatoris, quibus contritis in cruce salvatum est genus humanum. — Ibid.

Terra, quia sicut de terra tollitur aurum et argentum, quo redimuntur captivi, Maria peperit illum, qui est redemptio animarum nostrarum. — Ibid.

Terra, quia sicut de terra tractabili formantur quedam vasa ad diversos usus necessaria, ita de substantia carnis Mariæ formatum est vas corporis Dominicæ, in quo vase nobis a Patre transmissum est illud electuarium, quo sanatum est genus humanum. — Ibid.

Terra, quia sicut omne ædificium in terra fundatur, sic quidquid boni facere volumus, in Maria fundare debemus per fidem incarnationis, cuius fuit ministra, et eorum quæ ad ipsam pertinent. — Ibid.

Terra, quia sicut terra inter cætera elementa, sola est immobilis et solida et nullum ædificium firmum est, nisi a terra habeat firmitatem, sic Maria nunquam mota est per consensum peccati, imo in ejus constantia nos habiles firmitatem accipimus per exempla ejus, et orationes, sine cuius auxilio impossibile est esse firmum. — Ibid.

Terra rivorum, aquarum et fontium, in cuius campis et montibus erumpunt fluviorum abyssi, Deuter. viii; per rivos enim, aquas, fontes et fluvios omnia figurantur bona et charismata gratiae et virtutis, quæ per Mariam habuit mundus. — Ibid.

Terra sitiens, de qua Isaiae lxxi: « Ascendet sic ut virgultum coram eo, et sicut radix de terra

sienti. » *Terra* enim sitiens dicitur *terra arida*, et non compluta, quæ licet exterius humorem non recipiat, unde concipiatur et aliquam radicem pariat, quæ postmodum in arboreum vel herbam prodeat, tamen quandoque a Deo operante, in se ipsa et non aliunde radicem aliquam concipit, quæ prosilit in herbam, vel arborem: sic beata Virgo non accipiens humorem ab extrinseco, unde intus conceperet, operante in se divina gratia, concepit Filium ex se ipsa. — Ibid.

Terra benedicta, de qua formatus est secundus Adam. — D. Anton. de Padua serm. in Dom. 10, secunda Quadrag. post Trinit.

Terra benedicta, de qua natus est fons pietatis et misericordiae. — Idem, serm. in Domin. 2 Quadrag.

Terra virgo de qua humanitatis Christi laguncula assumpta est. — Idem, serm. in Dom. 4 Adventus.

Terra, de qua orta est Veritas. — Hildebert. in poem. de Nativit. Dom.

Terra, cuius flores sunt decor, et odor gratiarum, virtutum et operum. — Jo. Hailg. in cap. ii *Canonic. canticorum*.

Terra, quæ illum fructum sublimem produxit, de quo dixit Isaías, « et fructus terræ sublimis. » — Ibid.

Terra benedicta, quæ non tantum fructum dedit, sed quotidie peccatoribus remedium præstat. — Hugo Carenensis in Psalm. lxxxiv.

Terra, in qua ædificia bonorum operum nostrorum fundare debemus. — Idem in Psal. LXVI.

Terra lacte et melle manans, de qua fluxit, id est, natus est Christus, in quo est mel divinitatis et lac humanitatis. — Idem in Psal. LXVI.

Terra nostra, quæ dedit fructum suum. — Idem in Psal. xxiii.

Terra, quæ dedit fructum suum, id est, Filium suum, et totum secum, quia non ex commissione seminis natum, sed tantum ex carne Virginis formatum opere Spiritus sancti. — Idem in Psal. LXVI.

Terra per similitudinem; sicut enim vetus Adam de terra incorrupta, nullumque passa contagium, formatus est, sic terris terra Virgo novum Adam procreavit. — D. Amedeus homil. 5, de laud. S. V.

Terra a Domino benedicta, quia sicut in terra sit concursus, et multiplicatio omnium radiorum cœlestium, sic in ipsa omnia dona juncta sunt gratiarum. — D. Bonavent. in serm. I de B. V. M.

Terra a gloria Domini illuminata. Apoc. xviii. — Idem in Speculo B. V. cap. 3.

Terra benedicta propter benedictum fructum ventris sui. — Idem, in Speculo B. V., cap. 12.

Terra bona. — Idem in Psalterio minori B. V., quinquagena tertia.

Terra, cuius latitudinem solus Deus dimensus est. — Idem, in Speculo B. V., cap. 5.

Terra florida, quæ in floridæ vitæ honestate floruit omnium virtutum venustate. — Idem in *Speculo B. V.*, cap. 10.

Terra fructuosa. — Idem in *Psalterio minori B. V.*, quinquagena secunda.

Terra plenissima, cuius fructus et possessiones sunt opera, mores, exempla et diversa merita sanctissimæ vitæ ipsius. — Idem in *Speculo B. V.*, cap. 7.

Terra plenissima, de qua habemus spiritualis vitæ necessaria. — Ibid.

*Terra, quæ fructum illum nobis protulit, de quo Propheta : « Terra dedit fructum suum. » — Idem in *Speculo B. V.*, cap. 5.*

Terra valde fructifera, serens fructum panis, vini, olei et mellis, Dominum nostrum Jesum Christum ; ipse nobis namque est fructus panis confortantis contra defectum. Ipse nobis est fructus vini ad profectum. Ipse quoque nobis est fructus olei illuminantis intellectum. Ipse insuper nobis est fructus mellis dulcorantis affectum. — Idem in *Speculo B. V.*, cap. 16 et ult.

Terra virgo. — Ibid.

Terra benedicta, de qua Altissimus, id est Deus Pater, medicinam fidelium, id est, Jesum Christum secundum corpus creavit, et animam secundum Deitatem, quippe semper exstitit increatus, et vere prudens qui fuerit, non abhorrebit hanc medicinam. — Albert. Magn. serm. 2 in *Assumpt. B. M.*

*Terra benedicta, in qua Sator æternus seminavit semen, id est, Filium suum in Annuntiat. Luc. viii. — Idem serm. in *Dom. Sexag.**

*Terra cui benedixit Dominus, et quæ juxta Apostolum ad Hebr. vi, « Acceptit benedictionem a Domino. » — Idem in *Postillis super cap. xi Luc.**

Terra, cuius aurum optimum. — Idem super *Missus est*, cap. 197.

Terra, cuius fructus sublimis Isa. iv. — Idem serm. in *Dom. Sexag.*

Terra, de qua Altissimus creavit medicinam. — Idem super *Missus est*, cap. 197.

Terra divinum ferens fructum. — Idem in *Postillis super cap. x Luc.*

Terra faciens salutem. — Idem in *Biblia Mariæ super lib. Genesis.*

Terra germinans Salvatorem. — Idem in *Biblia Mariæ super prophet. Isaiam.*

Terra fructificans. Idem in *Biblia Mariæ super lib. Genes.*

Terra Domini et plenitudo ejus. Psal. xxiii. — Idem in *Postillis super cap. xi Luc.*

Terra gratia plena, quæ aperta per devotionem, et consensum fidei ad verba angeli germinavit Salvatorem totius mundi. — Idem. serm. 4 in *Domin. 4 post Epiph.*

Terra in qua agricola Spiritus sanctus exspectat fructum pretiosum, patienter ferens, donec accipiat temporaneum et serotinum Isa. v, tempora-

neum in conceptu, serotinum in crucis redemptio-ne. — Idem, in *Postillis super cap. xi Luc.*

Terra, in quam cecidit granum frumenti, id est, Deus. — Idem, serm. in *Purificat. B. M.*

*Terra, in qua vitis illa plantata est, quæ dicit : « Ego sum vitis vera. » — Idem in *Postillis super cap. i Lucæ.**

Terra, lacte et melle manans, habens in ubere suæ pietatis, undenutriat Christum in gremio, et in cordibus fidelium mellito lacte cordis sui ; a quo ubera sua dependent. — Idem in *Postillis super cap. xi Lucæ.*

Terra nostra de qua Isa. xiv, « Aperiatur terra, » quæ aliter aperta non est, nisi quia omnia interiora ejus occurrentia in consensum verbi angelici, peregrinum in terra, Dominum in gaudio suscepserunt. — Idem in *Postillis super cap. x Luc.*

*Terra optima, non germinans spinas et tribulos, ad colendum facilissima, fertilissima, quia propter Deum et hominem. Deut. viii. — Idem in *Biblia Mariæ super lib. Deuter.**

Terra optima, quam dedit nobis Deus, ut alamur et ditemur et laudemur. — Ibid.

Terra, quæ ad germinandum Salvatorem Spiritu sancto viroratur, Isa. xlvi : « Rorate, cœli, desuper, et nubes pluant Justum, aperiatur terra, et germinet Salvatorem. — Idem in *Postillis super cap. xi Lucæ.*

Terra, quæ dedit fructum suum Psal. lxxxiv, fructum scilicet, quo homines et angeli perfruuntur. — Ibid.

Terra sacerdotalis scilicet Patris, et Filii, et Spiritus sancti, quæ semper libera fuit, et est a conditione actualis peccati, tam venialis quam mortalis. — Idem in *Biblia Mariæ super lib. Genesis.*

Terra secundum figuram. — Idem super *Missus est*, cap. 182.

Terra alta per cœlestium contemplationem, temperata per discretionem, plena per humilem conversationem. — Jacob. de Vorag. serm. 1 in *Annum. B. V.*

Terra apta ad generandum. — Idem in *Mariati*, serm. 4 T.

Terra bona. — Ibid.

Terra bono semine seminata. — Ibid.

Terra dulcis et suavis. — Ibid.

Terra secunda. — Ibid.

Terra fructifera. — Idem serm. 2, pro Sab. 3 hebdom. 40, qui est de Virg. excellentia atque constantia.

Terra, in qua Christus scripsit, quando eam omnibus donis et virtutibus dotavit et adornavit. Joan. ii. — Ibid.

Terra, in qua tota Trinitas scripsit, Pater in ea scripsit suam potentiam, Filius suam sapientiam, Spiritus sanctus suam bonitatem et misericordiam. — Ibid.

Terra in superficie, id est, exterius, quondam

despecta, sed interius continens cœlestem thesaurum, scilicet Dei Filium. — Idem in *Mariali*, serm. 3 T.

Terra integra et illibata. — Idem in *Mariali*, serm. 5 O.

/ *Terra interius venustata plantis, id est, ornata venustate morum, interius ditata innumeris thesauris, id est, virtutibus; in intimo plena tormentis (ibi enim infernus esse perhibetur), id est, in corde vulnerata doloribus tormentorum, juxta illud: Tuam ipsius animam pertransibit gladius,* *Luc. ii.* — Idem serm. 2 de *Annunt. B. V.*

Terra multipliciter attrita in Filii passione. — Idem in *Mariali*, serm. 3 T.

Terra ob constantiam et firmitatem in fide. — Idem serm. 2 pro *Sab. 5 Hebdom. Quadr.*, qui est de *Virg. excellentia atque constantia*.

Terra omnibus gratiis a Deo visitata, amore Dei inebriata, et enectis virtutibus locupletata. — Idem in *Mariali*, serm. 3 T.

Terra omnium elementorum, id est, sanctorum, infusa per humilitatem, sed præ omnibus ornata propter virtutam varietatem. — Ibid.

Terra, quæ herbam virentem germinavit, quia Dei amore supplena fuit. — Idem in *Mariali*, serm. 6 O.

Terra, quæ rore Spiritus sancti madefacta genuit lilium paradisi. — Idem in *Mariali*, serm. 5 R.

Terra secca ab humore cupiditatis, frigida ab omni concupiscentia carnalitatis, et divinarum influentiarum maxime susceptiva. — Idem.

Terra, cui benedixit Dominus. — *Ægidius Coimbra ex Exposit. in Salutat. angel.*

Terra germinans Salvatorem. — Ibid.

Terra in æternum stans, quia fidem immobiliter retinuit usque ad finem vitæ. — Ibid.

Terra, de qua legitur Psal. xlviij: Veritas de terra orta est. — Alan. de *Insul. serm. de Adv. Dom.*

Terra inarabilis. — Ibid.

Terra melle manans et lacte. — Ibid.

Terra promissionis. — Ibid.

Terra, quæ non, ut nostra infirmitas, rastris et ligonibus concipiſcentiarum vexata, fructum fecit; non fluctibus luxuriæ perfusa germinavit, sed solo Spiritus sancti rore Filium edidit; semen vero fuit Virginis caro, opere Spiritus sancti a reliqua carne separata, et in corpus Christi formata, si tamen semen censeri debeat, quod non per luxuria pruritum, sed per Spiritus sancti refrigerium est separatum. — Ibid.

Terra subcœlestis, juxta quam viandum. — Ibid.

Terra tripliciter clausa, et tripliciter aperta; clausa sigillo castitatis, circumspectione mentis, castigatione carnis; tripliciter autem aperta, charitatis dilatatione, carnis separatione, quæ facta sola est Spiritus sancti operatione, et quasi fide, quando iis credidit, quæ angelus ei prædixit: sic aperta separatione carnis, ut non amiserit sigillum virginitatis; sic aperta dilatatione charitatis, ut

non perdiderit circumspectionem mentis; sic aperta fide, ut non amiserit castigatum carnem, atque sic germinavit Salvatorem.

— Ibid.
Terra bona, quæ vitæ spicam protulit, de qua Deus per figuram Moysi in lege dixit: Introducam vos in terram bonam, in terram fluentem lac et mel. — Matthæus Cantacuzenus in cap. iv *Cantic. cantor.*

Terra desiderabilis et sancta. — Jacob. monach. orat. de *Nativ. B. V.*

Terra desiderabilis ac sancta, per quam a spinarum maledictione liberata est, et protulit fructus benedictionis. — Jacobus monach. in *Mariali*, orat. 2.

Terra sancta ac desiderabilis, ex qua veritas et justitia exortæ sunt, in qua pedes involueris connecti, cogitationes, inquam, dubitate aque insidelitate coeperte progredi prohibentur. — Idem in *Mariali*, orat. 3.

Terra, de qua dicitur Gen. xlix: Issachar, (id est, Dei Filius) vidil requiem quod esset bona, scilicet qua requievit inter terminos, scilicet major homine, et minor Patre, in tabernaculo Virginis, et terram, id est, ipsam beatam Virginem, quod esset optima et vere optima, quia in corde beno et optimo verbum Dei suscepit et concepit, et fructum attulit, et trigesimum, et sexagesimum, et centesimum. Habuit enim fructum fecunditatis conjugalis, pietatis vidualis et puritatis virginalis, et ideo ipsa sola est benedicta non modo inter omnes mulieres, sed etiam super omnes mulieres. — Ernest. Prag. in *Mariali*, cap. 65.

Terra lacte et melle manans. — Idem in *Mariali*, cap. 35.

Terra, non laboris, sed amoris, quæ nullo suscepto semine non reddidit, sed dedit nobis fructum suum, Psal. lxxxiv. — Idem in *Mariali*, cap. 63

Terra optima, pro cuius habenda aviditate ipse Dei Filius factus est vir merecede, et tributis serviens, et supposuit humerum suum ad portandum peccata nostra, in corpore suo, super lignum. — Ibid.

Terra orientalis Evilath, ubi nascitur aurum. — Idem in *Mariali*, cap. 40.

Terra promissionis. — Idem in *Mariali*, cap. 35.

Terra gloriosa. — D. Birgitta in serm. angel. de *Excellentia V.* cap. 15.

Terra fructifera, in qua seminatum fuit Verbum unigenitum Dei. — D. Catharina Sev. in 41^a suarum orat. quam Romæ habuit in die Annuntiat. B. M. V. anno 1579.

Terra per operis viorem. — Barth. de Pisis lib. II, *De Laud. B. M. V.*, fructu 2.

Terra a qua veritas orta est, et propter quam de celo prospexit justitia. — Isidor. Thessalonie. in orat. de *Annunt. B. M. V.*

Terra pullulans. — D. Laur. Justin. in lib. *De casto connubio Verbi et Animæ*, cap. 9.

Terra in quam eccecidit granum frumenti. Verbum

scilicet Dei Patris, per incarnationem. — D. Bernard. Senens. tom. I, serm. 52, qui est *de angelica Salutat.*

Terra cuius stabilissima sunt fundamenta, et non commovebuntur in sæcula. — Ibid.

Terra, quæ verum edidit panem, et vinum laetificans hominis cor, quæ nimis nobis sunt nostri Jesus. — Ibid.

Terra nova, quæ rorantibus cœlis desuper germinavit Salvatorem. — Joan. Gers. serm. *de Nat. B. V.*

Terra permanens, de qua veritas orta est, quæ manet in æternum. — Idem tract. 5, *sup. Magnificat.*

Terra virginalis absque quacunq; corruptione, de qua dicit Propheta : « Benedixisti, Domine, terram tuam. » — Idem *de Nativit. Domini.*

Terra de qua Altissimus creavit medicinam, Eccli. xxxviii. — D. Anton. in *Summa*, part. iv, tit. 15, cap. 19.

Terra, de qua Veritas orta est, id est Christus. — Idem in *Summa*, part. iv, tit. 15, cap. 22.

Terra humiliissima, firmissima et fructuosissima, de qua Veritas orta est. — Idem in *Summa*, part. iv, tit. 15, cap. 25.

Terra in cuius medio Deus operatus est nostram salutem. — Idem in *Summa*, part. iv, tit. 15, cap. 4.

Terra per profundam humilitatem de qua Veritas orta est. — Idem in *Summa*, iii part. tit. 51, cap. 3.

Terra, propter suam humilitatem summa, arida ab omni concupiscentia. — Idem in *Summa*, parte iv, tit. 15, cap. 1.

Terra, quæ dedit fructum suum. — Ibid.

Terra, quæ in æternum stetit firma in fide, Eccli. i. — Idem in *Summa*, part. iv, tit. 15, cap. 19.

Terra, quæ segregata ab aquis deliciarum et populorum, dum parvula in templo præsentata, et a parentibus Deo dedicata fuit, germen cœpit producere herbas sanctorum cogitationum, flores ferventium desideriorum, fructus perfectarum operationum, quarum semen remansit super terram, id est, exteriorum exemplorum, juxta quod alii possunt fructificare per imitationem. — Idem in *Summa*, part. v, tit. v, cap. 4.

Terra, quoad corpus terrenum, humile et fructiferum. — Idem in *Summa*, part. iv, tit. 15, cap. 22.

Terra virginalis, quæ aperta in ore suo per consensum cordis, corporis per vocale verbum dicens : « Fiat mihi secundum verbum tuum », immediate germinavit Salvatorem Christum. — Idem in *Summa*, part. iv, tit. 15, cap. 8.

Terra a Domino visitata, et omnibus virtutibus ornata. — Bernard. de Busto serm. 3 *de Nativ. B. M.*

Terra attrita in Christi passione per dolorem. — Ibid.

Terra benedicta, quam Deus omnium gratiarum prefluvio irrigavit. — Ibid.

Terra bona, bono semine seminata, secunda, et ad germinandum apta. — Ibid.

Terra bona, habens irriguum superius et inferius, quam Caleb, id est Deus, dedit filie sue, id est Ecclesiæ, in dotem, pro peculiari possessione, Jos. xv. — Ibid.

Terra cultivata aratro Spiritus sancti, et madefacta rore gratiæ. — Ibid. serm. 2 *de Assumpt. B. M.*

Terra inculta, integra et illibata. — Idem serm. de *Assimilat. B. M.*

Terra in cuius medio Deus operatus est nostram salutem. — Idem serm. 3 *de Nativit. B. M.*

Terra in qua debenius operari per devotionem, quia, ut inquit Sapiens, Prov. xi, « qui operatur terram suam, saturabitur panibus », id est consolationibus spiritualibus. — Ibid.

Terra in superficie, id est exterius despecta, sed intus continens cœlestiem thesaurum, scilicet Dei Filium. — Ibid.

Terra omnium elementorum, id est omnium sanctorum, insita per humilitatem ; et præ omnibus elementis, id est præ omnibus sanctis magis ornata, per virtutum varietatem. — Ibid.

Terra optima et fructifera, fluens lacte et melle, quam promisit Deus populo suo. Exod. vii. — Ibid.

Terra optima nobis a Deo data. — Ibid.

Terra purissima. — Idem. serm. 2 *de Assimil. B. M. V.*

Terra quæ divino rore madefacta, genuit Filium paradisi. — Idem serm. 5 *de Nominat. M.*

Terra quæ germinavit herbam virentem sanctarum cogitationum et meditationum, et flores ferventium desideriorum et fructus perfectarum operationum. — Idem serm. 3 *de Nativ. B. M.*

Terra quæ in æternum stetit, quia fidem semper servavit. — Ibid.

Terra quæ peperit æternam et ineffabilem sapientiam, Psal. lxxxiv. — Ibid.

Terra quæ Spiritus sancti rore secundata generavit Filium suum. — Idem serm. 5 *de Nominat. M.*

Terra quam Deus sua habitatione illustravit, Isa. vi. — Idem serm. 3 *de Nativit. B. M.*

Terra sacerdotalis, a tributo originalis peccati inimunis, de qua natus est summus Sacerdos, qui et hostia pro nobis est immolatus. — Idem serm. 4 *de Assimilat. B. M.*

Terra sapientia fundata. Prov. iii. — Idem serm. 3 *de Nativit. B. M.*

Terra virginalis, cuius præparator, arator, seminator et cultivator fuit Spiritus sanctus, ut nasceretur in ea fructus benedictus totius mundi. — Idem, serm. 2 *de Assimilat. B. M.*

Terra virginalis, in qua flos omni suavitate fragrantissimus, Jesus Christus, productus est. — Ibid.

Terra virginalis, quæ protulit fructum centesimum. — Idem, serm. 3 *de Nativit. B. M. V.*

Terra benedicta, quam Deus omnium gratiarum

proflavio irrigavit, de qua intelligi potest illud ad Rom. iii: « Terra sæpe super se bibens imbre, accipit benedictionem a Deo. » — Maurit. de Villa Probata, serm. 4 *Coronæ novæ B. M. V.*

Terra, in qua dehemus operari per devotionem, Proverb. xii: « Qui operatur terram suam, saturabitur panibus, » id est, consolationibus spiritualibus. — Ibid.

Terra optima, quam dedit nobis Dominus Deus noster. — Ibid.

Terra, quæ rore divino madefacta genuit lilium paradisi. — Idem, serm. 28 *Coronæ novæ B. M. V.*

Terra, quam Deus sua habitatione illustravit, de qua Isa. vi dicitur: « Et plena erat omnis terra maiestate ejus. » — Idem, serm. 4 *Coronæ novæ B. M.*

Terra Spiritus sancti rore fecundata. — Idem, serm. 28 *Coronæ novæ B. M.*

Terra virginalis. — Idem, Prologo in *Coronam novam B. M.*

Terra argillosa, quæ lilium suæ virginitatis in candore et honore servavit. — Philipp. de Greve, serm. 152, psal. LXVI.

Terra irrigua, et a Domino benedicta, mundo germinans Salvatorem. — Joan. Picus, lib. i in *Cantic. cap. 6.*

Terra sacrosancta, ab omni maledictionis opprobrio libera, de qua secundus Adam ille cœlestis formatus est. — Idem, lib. i in *Cantic. cap. 7.*

Terra benedicta, et ab omni limo peccati mundata, non a limo, qui infuit, sed qui infuisset, si præservata non fuisset, ita ut modus benedictionis hujus terræ fuerit non per ablationem limi, qui pro instanti, vel pro modico tempore infuit, sed per præservationem, quia nunquam in hac terra limus fuit. — Petrus Bardus, serm. 5 *de Concept. B. M. V.*

Terra benedicta ipsius Domini benedicentis; unde est illud Prophetæ: « Domini est terra, » — Ibid.

Terra optima, cuius aurum optimum, id est, Christus. — Ibid.

Terra optima, quia produxit fructum sine humana industria, non solum trigesimum, vel centesimum, sed fructum infinitæ virtutis, Christum benedictum fructum ventris sui. — Ibid.

Terra promissa, de qua fluxit mel divinitatis, et lac humanitatis, id est Christus. — Ibid.

Terra propter similem fructificationem, quia sicut terra (quæ est elementum) quando a hono et industrioso cultore qui habet artem colendi terras, est bene et debite cultivata, irrigata et seminata, fructum bonum producit et copiosum; ita beata Virgo terra nostra ab industrio cultore, qui omnium est artifex, cultivata aratro, videlicet Spiritus sancti, benigne etiam irrigata rore divinæ gratiæ, qua angelico teste, plena fuit, bene etiam seminata triplici dignissimo semine, nempe aeterno divinitatis æternæ, antiquo nempe carnis Christi ex Adam susceptæ, et novo nempe animæ

de novo creatæ, de his tribus seminibus produxit fructum valde bonum, cum quo venerunt nobis omnia bona, vel produxit ex his tribus seminibus panem valde dignum, panem vivum, qui ait, Joan. vi: « Ego sum panis vivus. » — Ibid.

Terra propter similem nutritionem: sicut enim terra (quæ est elementum, et mater, et nutrix universaliter omnium viventium), nutrix dicitur nutriend corporaliter: ita B. Virgo est mater et nutrix omnium spiritualiter. — Ibid.

Terra propter similem susceptionem, quia sicut terra (quæ est elementum) suscepit omnes cadentes, ne descendant in abyssum, quia est elementum firmum et stabile: ita beata Virgo suscepit omnes peccatores de statu gratiae in peccatum cadentes, ne ultra in abyssale baratrum descendant desperationis. — Ibid.

Terra mellea, tota redundans dulcedine, quæ cultores suos mira reficit dulcedine, mira dulcedine potat, mira dulcedine pascit. — Dionys. Fabr. tract. i *de Concept. B. M. V.*

Terra promissionis lactea et mellea, tota redundans dulcedine. — Ibid.

Terra salutifera germinans lignum vitæ æternæ. — Ibid.

Terra sublimis, cuius fructus suavis, sapidus et salubris. — Ibid.

Terra virginea benedicta, quæ in suo partu fructum salutiferum germinavit; genuit enim mundi Redemptorem, Salvatorem et splendorem gloriæ Dei Patris et figuram substantiæ ejus, et nihilominus nostræ humanitati unitum caput gloriosum. — Ibid.

Terra viventium. — Ibid.

Terra benedicta, fructum beatissimum proferens. — Ludov. Blosius in *Endologia 2 ad B. V.*

Terra conservata ac designata a Deo ad opus incarnationis, jam inde ab æternitate. — Robert. Bellarmine conc. in festo Annuntiat. B. V. M.

Terra sancta. — Ibid.

Terra virgo. — Ibid.

TERROR dæmonum ac superborum. — D. Bonav. in *Canticis Psalterii M. B. V.*

Terror dæmonum. — Mauritius de Villa Probata serm. 12 *Coronæ novæ B. V.*

Terror diaboli. — Dionysius Fabr. tract. 3 *de Concept. B. V. M.*

Terror dæmonum. — Jo. Trith. lib. i *De Miraculis B. V. in Urticeto*, cap. 6.

TESTA, quæ Deo sigulo in nullo contradixit. — Philippus abbas lib. ii in *Cant. cap. 18.*

TESTAMENTUM Altissimi. — Hugo Carens. in cap. xxv Eccli.

Testamentum Altissimi. — Bernardin. de Busto serm. 2 *de Assimilat. B. M.*

Testamentum Altissimi. — Maur. de Villa Probata serm. 19 *Coronæ novæ B. M.*

TESTIMONIUM confitenti et obedienti. — Ern. Prag. in *Mariali*, cap. 59.

TESTIS resurrectionis Filii sui. — D. Hieronym.

in epist., sive serm. *de Assumpt. B. M. V. ad Paulam et Eustochium.*

Testis luculenta ineffabilis in Christo divinitatis; Virgo enim pariens testatum orbi fecit ipsum esse verum Deum, verumque Dei Filium, ejusdem cum Patre naturæ substantiæ, et si ab illis, in quorum oculos incurrerbat homo tatum nostri similis fuerit habitus. — S. Sophronius orat. *in Christi Natalitia.*

Testis valde idonea propter Evangelium dilecti. — Rupert. abbas, lib. v *Commentar. in Cant. cant.*

Testis in cœlo fidelis coram Filio suo; unde dicunt, qui volunt absolvit: Confiteor Deo et beatae Mariæ, quasi diceret confitens, volo quod ipsa sciat confessionem meam, ad testificandum pro me coram Deo, quod ante mortem confessus fuī peccata mea; debemus autem vere confiteri et habere causam bonam, quia fidelis testis est, et pro nobis non mentietur, sicut Prov. xiv. — Rich. a S. Laur. *De laud. V. lib. ii.*

Testis in cœlo fidelis; ipsa enim orat ibi pro peccatoribus, et testatur, quod Filius Dei pro eis factus est homo, ostendens Filio pectus et ubera. — Idem *De Laud. B. M. V. lib. x.*

Testis in cœlo fidelis; ibi enim testatur, et allegat pro nobis. — Hugo Carens. *in Psal. LXXX.*

Testis in cœlo fidelis, orat enim ibi pro peccatoribus, et testatur, quod Filius Dei pro eis factus est homo. — Idem *in Psal. LXXXVIII.*

Testis fidelis, in quantum dicit veritatem coram Deo pro justis et peccatoribus. — Jacob. de Voragine in *Mariali*, serm. 9 L.

Testis in cœlo fidelis. — Ern. Prag. *in Mariali*, cap. 14.

Testis in cœlo fidelis. — Bernard. de Busto, serm. 5 *de Assimilat. B. M.*

Testis divinitatis Christi fidelissima. — Joan. Trith. lib. i *De miraculis B. M. V. in Urticeto*, cap. 6.

Testis in cœlo fidelis. — Maur. de Villa Probata, serm. 14 *Coronæ novæ B. M. V.*

Testis, quia causas absolvit. — Ibid.

THALAMUS Dei immaculatus. — Melito Sardensis in libello *de Trausitu V.*

Thalamus humanitatis Christi, dilecto cubiculario, Joanni scilicet, a Domino commendatus. — D. Cyprian. in serm. *de Passione Domini.*

Thalamus sanctimoniorum, quem Spiritus sanctus honoravit. — Idem in serm. *de Nativit. Christi.*

Thalamus purus Dominicæ secundum carnem Nativitatis. — D. Gregor. *Thaumaturgus* serm. 3 *in Annunt. B. M. V.*

Thalamus Sponso purissimo dignus. — D. Gregor. *Thaumaturgus* in orat. 3 *in Annunt. B. M. V.* — Ibid.

Thalamus Dei. — D. Epiphanius. in serm. *de Laud. S. V.*

Thalamus ex quo Christus processit sponsus. — Ibid.

Thalamus virginus, habens Filium Dei, Deum sponsum Christum. — Ibid.

Thalamus sanctissimus, de quo Christus sponsus processit in orbem. — Philo episcopus Carpathiorum in *Commentariis super Cant.*

Thalamus Christi. — S. Ambros. serm. *de Commem. conf. pont.*

Thalamus cœlestis Sponsi. — D. Cyrill. Hierosolym. in orat. *de Occurr. Domini.*

Thalamus purus, ex quo purissimus puritatis Doctor processit. — Idem, *Ca'ech. 12.*

Thalamus Sponsi. — D. Hieronymus. in alia epistola, sive serm. *de Assumpt. B. M. V. tom. IX.*

Thalamus virginus. — D. Basilius Seleuc. orat. *in Annunt. Deiparae.*

Thalamus dignus Sponso purissimo a Gabriele archangelo præparatus. — S. Joan. Chrysost. orat. *de Annunt. B. V.*

Thalamus incarnationis divinæ. — Ibid.

Thalamus Domini, quia in ipsa, tanquam in sponsali thalamo, Deus Verbum inhabitans, pergit mysterium. — S. Proclus in orat. 5, que est *de Laud. B. V.*

Thalamus, in quo Verbum humanam carnem sibi desponsavit. — Idem in orat. 1, *de laud. S. V.*

Thalamus secundi Adami. — Idem in orat. 2, que est *de Incarnat. Dom. in B. V.*

Thalamus cœlesti Sponso. — D. Augustin. serm. 20 *de Nativit. Dom. et 24 de Tempore.*

Thalamus, de quo Christus tanquam Sponsus processit. — Idem serm. 17 *de Nativit. Dom. qui est 24 de Tempore.*

Thalamus Domini animatus, qui inter confusos spinarum acervos, ad fulgentis lili modum effluit. — S. Sabba in *Menœis Græcor.* die 25 Junii.

Thalamus animatus Domini Dei. — S. Andreas Cret. can. *in Concept. B. V.*

Thalamus Cherubicus. — Idem, can. v *in Partum B. V.*

Thalamus cœlestis, quæ Deum portavit, ac sine mitione ex se incarnatum peperit. — Idem in *triodis Maj. Hebdom.*

Thalamus divinus. — Idem in cant. *de Annunt. B. V.*

Thalamus, in quo Christus humanam sibi natum desponsavit. — Idem in orat. ii *in Annunt. B. V.*

Thalamus superadmirabilis illius, qui sibi copulavit humanam naturam. — Idem can. *in Dominic. Palm.*

Thalamus, ex quo sol justitiae processit Christus. — Anatas. Sinaita lib. iv *Anagog. contemplat. in Hexaemeron.*

Thalamus regis, in quo admirandum illud mysticum unionis naturarum in Christo inexplicabili modo inter se coequum fuit absolutum. — Sergius relatus a Canisio lib. i *De Deipara*, cap. ii; et a Coceo tom. I pag. 507, in orat. *de Nativit. B. V.*

Thalamus admirabilis, de quo speciosas forma

prodiit sponsus. — D. Hildephons. serm. 7, de Assumpt. S. M.

Thalamus admirabilis Dei, quia de utero ejus *incarnatus Deus processit velut sponsus*, in ea re-*leto perennis virginitatis decore et mansuro*. — Idem in lib. *De Virginit. S. M.* cap. 3.

Thalamus, per quem patuit nobis aditus ad regium sponsarum cubiculum. — Georg. Nicomed. in orat. 3, de Concept. *Deiparæ*.

Thalamus animatus regis cœlorum. — S. Jo. Damasc. in orat. 4 de Nativit. S. V.

Thalamus artificio Dei constructus. — Idem in *Menœis Græcorum*, die 27 Martii.

Thalamus Dei electus, consortes faciens thalami cœlestis eos qui illam singulariter cum effectu venerantur. — Idem in *Paract. S. V.*

Thalamus a Deo constructus. — S. Jo. Damasc. can. in *Annunt. Deip.*

Thalamus Dei animatus. — Idem can. in *sanctum Simeon. Styl.*

Thalamus immortalitatis. — Idem can. in *Annunt. Deip.*

Thalamus divinæ Verbi humanitatis. — Id. orat. 5 de Assumpt. S. V.

Thalamus immortalitatis. — Idem in *Menœis Græcorum* die 25 Martii.

Thalamus lumine means, ex quo universorum Dominus, tanquam sponsus processit Jesus Christus. — Idem in *Canticis Græcorum*, sono 4.

Thalamus nuptialis virginitatis, præclaris dotibus exstructus ei qui in Canticis ait: « Introivi in hortum meum, soror mea sponsa, » de cuius cum carne commercio illa subnectit: « Egredimini et videte regem Salomonem in corona, qua coronavit eum mater sua in die desponsationis ejus, et in die laetitiae cordis ejus. » — Idem orat. 4 de Nativit. B. M. V.

Thalamus Spiritus. — Idem, orat. 1 de Nativit. B. V.

Thalamus virgineus. — Idem, orat. 2 de Nativit. B. M.

Thalamus impollutus individuae Trinitatis. — Jo. Eu.œnus orat. in Concept. S. Dei Genitric.

Thalamus Deo structus. — Theophanes Nicænus hymn. in *Annunt. S. Deiparæ*.

Thalamus Christi luciferus, in quo ille requie- scens nostros abstulit labores. — S. Jos. Hymn. in *Mariali*.

Thalamus Dei animatus. — Ibid.

Thalamus Dei impollutus. — Ibid.

Thalamus Dei incontaminatus. — Ibid.

Thalamus Dei indissolubilis, nos thalami spiri- talis faciens habitatores. — Ibid.

Thalamus Dei intellectualis. — Ibid.

Thalamus Dei lucidissimus. — Ibid.

Thalamus Dei Verbi, in quo idem Verbum propter suminam bonitatem suam incarnatum requievit. — Ibid.

Thalamus Dei undequaque luce coruscans. — Ibid.

Thalamus divina gratia coruscans. — Ibid.

Thalamus electus Domini, regis faciens nos cœlestis thalami consortes, divina protectione sua. — Ibid.

Thalamus luce plenus illius, qui immaculatum ejus uterum habitavit. — Ibid.

Thalamus totus lucidus. — Ibid.

Thalamus unice pulchritudinis. — Ibid.

Thalamus admirabilis ratione eorum quo facta sunt in eo: ibi enim facta est illa beatissima copula divinæ naturæ et humanæ: factus est leo agnus, Deus homo, aëternus, temporalis, antiquus dierum puer, Verbum infans, immortalis mortalis, immensus parvulus, Creator creatura. — Idiota De B. V. part. xiv, contempl. 31.

Thalamus aromaticus, quia repletus omnibus aromaticis speciebus, id est, donis et virtutibus, ut toti Trinitati esset odoriferus. — Ibid.

Thalamus clausus et munitus tam fortiter, quod leo refugens ei nocere non potuit, nec unam quidem rimulam invenire potuit, qua posset introspicere subtilis astutia inimici. — Ibid.

Thalamus mundus virginitatis decore, adornatus virtutibus diversis, quietus, quia nihil ibi sunt contradictionis inter carnem et spiritum, nihil rebellionis inter rationem et sensualitatem. — Ibid.

Thalamus pulchre dispositus, in quo sunt duo parietes sese e regione respicientes, scilicet virginitas et maternitas. — Ibid.

Thalamus, qui est locus nuptiarum, quia in utero ejus virginiali Dei Filius humanæ naturæ tanquam sponsus, sponsæ absque fœditate et immunditia copulatus est. — Ibid.

Thalamus qui habuit profundum humilitatis, longum fidei, altum spei, et latum charitatis, habuit etiam ostium ab oriente, per quod ingressus est verus Oriens, qui nos visitavit ex alto, fuit clausus ab aquilone, a quo panditur omne malum, quia nihil coinquinatum aut nocivum in eum potuit intrare, fuit grandis ad suscipiendum eum, qui replet cœlum et terram, fuit excelsus, quia ab omni terrenitate remotissimus, et cœlo propinquissimus multoque decore venustus. — Ibid.

Thalamus dilecti et Unigeniti. — Leo imperator in orat. de Nativit. B. V.

Thalamus egregie ornatus. — Idem in orat. de Assumpt. B. V.

Thalamus honestissimus. — Ibid.

Thalamus virgineus. — Idem in orat. de Annunt. B. V.

Thalamus Unigeniti Dei. — Ibid.

Thalamus regius Trinitatis, in quo omnes sunt honorum thesauri, sapientiae opes, fortitudinis vires, recti consilii prudentia, sermonum dona, sceptrum principatus, opum largitio, dignitatum excellentia, omnis artium facilitas, conjugiorum

ac liberorum felicitas, lequela, lepos, decor et sanitas, pulchritudo et robur. — Jo. Geometra serm. in Annunt. SS. Dei Genitric.

Thalamus Sponsi incarnati. — Guerr. abbas, serm. 1 de Assumpt. S. V.

Thalamus virginus. — Idem, serm. 5 de Purific. B. M.

Thalamus sponsi. — S. Odilo in serm. de Assumpt. B. V.

Thalamus, qui venientem ad nuptias sanctae Ecclesiæ suscepit sponsum. — D. Petrus Damasc. serm. 2 de Nativit. B. M. V.

Thalamus virginalis, de quo egressus est flos virginus. — Idem serm. de Nativit. Salvatoris.

Thalamus virginalis, quæ illum, « qui peccatum non fecit, » ignorante viro, terris effudit. — Idem serm. 1 de Nativit. S. Joan. Baptista.

Thalamus Dei. — Anselmus in Psalterio B. V. part. 1.

Thalamus sponsi Ecclesiæ. — Franc. abb., lib. viii De gratia Dei.

Thalamus sponsi. — Hugo de S. Victor. lib. iv De proprietatibus et epithetis rerum, cap. 2.

Thalamus sanctitatis. — Rupert. abb. lib. iii, De div. offic. cap. 11.

Thalamus a sancta Trinitate decenter præornatus, ut de eo sponsus præ filiis hominum speciosus ad publicum procederet. — D. Bernard. in serm. de B. Maria, cuius initium est, Ave Maria.

Thalamus Dei. — Idem serm. 3, super Salve, Regina.

Thalamus sponsi cœlestis. — Idem in serm. de B. Maria, cuius initium est, Ave Maria.

Thalamus virginalis. — Idem, serm. 2 in Assumpt. B. M.

Thalamus Dei. — Arnold. Carnot. tract. de illo verbo Dom. Mulier, ecce filius tuus.

Thalamus regis nostri. — Petr. Blesens. serm. in Annunt. B. V.

Thalamus propter naturæ communionem, de quo Christus egressus est tanquam sponsus de thalamo suo. — Petr. Blesens. serm. 3.

Thalamus ad amplexus jucunditatem. — Petrus abbas Cellens. in lib. De Panibus, cap. 21.

Thalamus ad sobolem Christianorum. — Ibid.

Thalamus ad sponsum excipiendum. — Ibid.

Thalamus a quo nova processit progenies. — Ibid.

Thalamus a Spiritu sancto fecundatus. — Ibid.

Thalamus cum emissionibus. — Ibid.

Thalamus ineffabiliter concipiendo. — Ibid.

Thalamus in quo pubescimus. — Ibid.

Thalamus in quo Sponsus, id est Dei Filius, cum sponsa sua, humana scilicet natura, cubavit, et fructus est cupidis amplexibus, et cum ea factus est una caro, una anima, et unus spiritus. — Ibid.

Thalamus in quo Sponsus, qui gigas erat magnitudine, sol pulchritudine, leo fortitudine, abyssus scientiæ profunditate, Deus æternitate, contraxit

se paulo minus ab angelis, exuit se vestimentis gloriæ accinetus cilicio, depositus fortitudinem circumdatuſ infirmitate, abscondit sapientiam, ut juuentum factus, in derisum esset tota die omni populo, æternitatē dissimulavit factus sub sole, ut quasi cum tempore temporaliter curreret, nec deficeret. — Ibid.

Thalamus in quo uterus imprægnatus. — Ibid.

Thalamus in Spiritus imprægnatione. — Ibid.

Thalamus sponsi. — Ibid.

Thalamus virili contaminatione non corruptus, vel violatus. — Ibid.

Thalamus nuptialis, quem ille, qui a summo cœlo, a secreto sinu Patris egreditur, salvo signo firmitatis clausum ingreditur, et inde in celebrato nuptiarum mysterio sponsus egreditur. — Philip. abb., lib. 5 in Cant. cap. 3.

Thalamus Sponsi cœlestis. — Idem, lib. ii in Cant. cap. 7.

Thalamus Sponsi. — Absalon abbas, serm. 3 in Purificat. B. V.

Thalamus aureus. — Theod. Lase. imp. in can. ad sanctiss. Deip.

Thalamus cœlestis. — Ibid.

Thalamus decentissimus. — Ibid.

Thalamus immaculatus Regis omnium. — Ibid.

Thalamus clarissimus: non enim poterat non esse clarissimus, cum totum fontem luminis, totum Solē justitiae intra se contineret, Jos. x : « Stetit sol, » id est Christus, in medio cœli, id est virginalis uteri; Deus enim, qui se ipso usquequaque repleverat, lux est, et tenebrae in eo non sunt. — Richard. a S. Laurent. De Laud. V. lib. x.

Thalamus clausus; illum enim clausit Dominus tam diligenter, ut draconem pervigilem omnino lateret, et leonem rugientem longe a se excluderet, et nec unquam pateret rimula, qua posset introspicere subtilis astutia inimici. Fuit etiam clausus humano intellectui, quia sicut dicitur Eccli. xxiv, infirmior illo Rege, scilicet nato de David, non investigabit eum. — Ibid.

Thalamus cunctis bonis cumulatus; in thalamo enim solent custodienda reponi, ejus thalami vestiarium fuit uterus virginalis, in quo summus Pontifex induit vestes mundissimæ carnis. — Ibid.

Thalamus deliciosus, unde, et dicitur delicii affluens, et propter hoc etiam decanat Ecclesia beatæ Mariæ: « Speciosa facta es, et suavis in deliciis tuis. » — Ibid.

Thalamus dives, quia in eo fuerunt « omnes thesauri sapientiæ et scientiæ absconditi. » Coloss. ii, propter hoc venter ejus appellatur sacculus pecuniae. Prov. vii. — Ibid.

Thalamus excelsus, multoq[ue] decore venustus, quia ab omni terrenitate remotissimus et cœlo propinquissimus, et quia non est factum tale opus in universis regnis cœlestium, terrestrium et inferorum. — Ibid.

Thalamus fortiter firmatus clave, clavo et pessu-

lo; firmavit enim thalamum hunc tota beata Trinitas, quia Patris potentia minivit eum contra diaconi violentiam, sapientia Filii contra diaboli fraudulentiam, bonitas Spiritus sancti contra ejusdem diaboli nequitiam. — Ibid.

Thalamus formis et imaginibus decoratus; habuit enim quasi imagines angelorum per concordiam, omnimodam puritatem patriarcharum per fidem, et spem prophetarum per scientiam de futuris, apostolorum per zelum, martyrum per patientiam, confessorum per temperantiam, virginum per humilitatem, omnium sanctorum per justitiam et omnimodam virtutem. — Ibid.

Thalamus fragrans, in quo singulæ virtutes singulas reddebat fragrantias, propter quod de ipsa querunt angeli, Cant. iii: « Quæ est ista, quæ ascendit per desertum, sicut virgula fumi, ex aromaticis myrræ et thuris, et universi pulveris pigmentarii, » ratione autem tantæ fragrantiae comparat se ipsa, Eccli. xxvi, aromaticis arboribus, cedro, cypresso, cinnamomo, eademque ratione comparatur domui saltus Libani, III Reg. vii, cuius pars inferior dicebatur pigmentaria, quia pigmenta regia continebat. — Ibid.

Thalamus grandis ad suscipiendum illum, qui replet cœlum et terram, Jerem. xxiii, et qui est « Rex magnus super omnes deos, » Psal. xciv. Ideo signatus est per thronum grandem, quem sibi fecit rex Salomon. — Ibid.

Thalamus immaculatus, unde dicitur Mariæ, Cant. iii: « Tota pulchra es, amica mea, et macula non est in te: » Sap. vii: « Nihil inquinatum incurrit in illam; » Apoc. xxi: « Non intrabit in eam aliquid inquinans. » — Ibid.

Thalamus mirabilis, ratione eorum quæ facta sunt in eo; ibi enim in beatissima illa copula diuinæ naturæ et humanæ factus est leo agnus, Deus homo, aternus temporalis, antiquus dierum puer, Verbum infans, immortalis mortalis, immensus parvulus, Creator creatura, qui fecit hoc quod factum est, Joan. i: « Verbum caro factum est. » — Ibid.

Thalamus nobilis, ex eo summe nobilitatus, quod ad hoc præparatus est, ut filius summi regis requiesceret ibi, qui dicit de eo: « Hæc requies mea, » Psal. xxxi. — Ibid.

Thalamus pacificus, in quo nihil fuit contradictionis aut rebellionis inter carnem et spiritum, rationem et sensualitatem, quod præsiguatum fuerat in area Noe ubi omnia animalia pacifica. — Ibid.

Thalamus pulchre depictus, variisque coloribus apte distinctus; ejus enim pictor fuit Spiritus sanctus, de quo dicitur, Eccli. xxxviii: « Assiduitas ejus variat picturam; » fuit autem distinctus candido virginitatis, viridi perpetua sanctitatis, aureo pretiosissimæ charitatis, lazurino voluntariae paupertatis, sapphirino cœlestis conversationis, hyacinthino contemplationis, liliaceo innocentissimæ

puritatis, roseo verecundia virginis, livido compassionis, minio martyrii spiritualis, sinoplide patientiae singularis, croceo angelicæ assimilatio-nis, nigredulo humilitatis, pallidulo mortisfatio-nis, berylo sapientiae cœlestis, purpureo regiæ dignitatis, marmoreo varietatis omnium virtutum, gratiarum et donorum. — Ibid.

Thalamus pulchre dispositus, quia habuit duos parietes sese e regione respicientes, scilicet virginitatem et maternitatem, habuit profundum humilitatis, longum fidei, altum spei et latum charitatis, cum ostio ab oriente, per quod ingressus est verus Oriens, qui nos visitavit ex alto. — Ibid.

Thalamus redolens, cuius redolentia humilitas virginis quoad carnem, et per ista duo ad se attraxit Unigenitum Dei, qui et in utero ejus odorem virginitatis, et in mente ejus odorem humilitatis reperiens, et his odoribus odorem suæ divinitatis admiscens hunc thalamum ineffabiliter pigmentavit. — Ibid.

Thalamus redolens, quia continebat omnes aromaticas species, et universa prima unguenti, et universum pulverem pigmentarii, velut Spiritus sancti specialissima hypotheca. — Ibid.

Thalamus sigillo signatus, signaculo virginitatis, quia ipse erat secretum Domini, de quo ipse prædixerat, Isa. xxiv: Secretum meum mihi; bis autem dicitur secretum meum mihi, quia a cogitationibus et operibus Virginis, et interna pulchritudine virtutum suarum, gratiarum et donorum, mediante sigillo virginitatis, exclusus est omnino diabolus, sicut per sigillum a secretis excluduntur, qui non sunt amici. — Ibid.

Thalamus Spiritus sancti opere constructus, in quo Dei Filius humanæ naturæ tanquam sponsus sponsæ absque fœditate et immunditia copulatus est. — Ibid.

Thalamus Sponso cœlesti appropriatus; unde Psalmista de Christo nascente, Psal. xviii: « Ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo, » id est, sibi perpetuo, quia nullus alias eum inhabitavit. — Ibid.

Thalamus, summe mirabilis, quia qui prius fecerat hunc thalamum, postea factus est in eodem thalamo; unde Psal. LXXXVI: « Homo factus est in ea, et ipse fundavit eam Altissimus, » ideo exclamat, Isa. LXVI. « Quis audivit unquam tale? » — Ibid.

Thalamus pietatis et gratiae. — D. Bonavent. in canticis *Psalterii B. M. V.*

Thalamus deliciarum Dei Deuteronom. Num. xxxii. — Albert. Magn. in *Bib. Mariae* super lib. Deuteronomii.

Thalamus Filii Dei. — Idem in *Postillis* super cap. ii Luceæ.

Thalamus requiei, in quo nunquam Filius Dei per aliquod peccatum inquietatus fuit, Eccli. ii. — Id. in *Bibl. Mariae* super librum Ecclesiast.

Thalamus Sponsi aeterni. — Idem in *Postillis* super cap. i Luceæ.

Thalamus pudoris. — Jacob. de Voragin. in *Mariali*, serm. 7 M.

Thalamus Regis gloriæ. — Idem in *Mariali*, serm. 5 S.

Thalamus pudoris. — Alanus de Insul. in *Antiland*. lib. v.

Thalamus ornatus, varioque opere exultus. — Jacob. Mon. orat. de *Nativit. B. M. V.*

Thalamus regalis. — Ibid.

Thalamus Cherubicus. — Jacobus Monachus in *Mariali*, orat. 9.

Thalamus Dei lucidissimus. — Idem in *Mariali*, orat. 5.

Thalamus ex quo pulcherrimus Sponsus progressus, universam terram divinitatis radiis illustravit, et circumdedit fines orbis. — Idem in *Mariali*, orat. 6.

Thalamus intellectualis ac Supermundanus, in quo Creator ipse sibi carnis nostræ grossitiem desponsavit, in quo divinæ dispositionis perficitur mysterium. — Ibid.

Thalamus intellectualis, atque honoratissimus, quæ mystici atque ineffabilis ingressus signo recepto, thalamum cum ipso nuptiale inexcogitabili modo recepit, et manens incorrupta, grava facta est de illo qui in eadem habitavit. — Idem in *Mariali*, orat. 5.

Thalamus, luce castitatis perfusus, quem oportebat castarum virginum prælatis facibus illuminari, atque immaculatis splendoribus irradiari. — Idem in *Mariali*, orat. 3.

Thalamus mysticus Deo præparatus. — Idem in *Mariali*, orat. 5.

Thalamus regalis Deo exstructus. — Idem in *Mariali*, orat. 4.

Thalamus regius. — Id. in *Mariali*, orat. 2.

Thalamus varietate decoratus ac Deo exornatus. — Ibid.

Thalamus mirabilis, desiderabilis atque laudabilis, in pavimento, pariete, tecto, columnis ac fenestrulis, pavimentum voco ipsum corpus Virginis, parietem animam, tectum spiritum, columnas affectus, sive virtutes motivas, fenestras apprehensivas. — Ern. Prag. in *Mariali*, cap. 97.

Thalamus Christi complacentia ad ipsum. — Barth. de Pisis lib. 1 *De laud. S. V.*, fruct. 8.

Thalamus devotorum. — Idem lib. 1 *De laud. S. V.* fructu 2.

Thalamus nuptialis, prædictus innumerabilibus ornamentis meritorum. — D. Laurent, Justin. in lib. *De Casto connubio Verbi et Animæ*, cap. 9.

Thalamus puritate nitidus, moribus ornatus, et omni prædictus sanctitate, floribus aspersus, virtutibus decoratus, fragrans castitatis odore, charitate fervens, virginitate redolens; pollens humilitatem. — Ibid.

Thalamus Spiritus sancti. — Dion. Carth. lib. iv *De Laud. V.* art. 9.

Thalamus veri Salomonis. — Idem lib. 1 *De Prec. Mariæ*, a. 9.

Thalamus Christi, paucis velde pretiosis virtutum adornatus. — Bernard. de Busto serm. 5 *de Nominat. M.*

Thalamus divinæ gloriæ. — Idem in suo *Mariali*, serm. 6 *de Concept. B. M. V.*

Thalamus divinus, diversis floribus aspersus, scilicet rosa patientiæ, viola humilitatis profundæ, lilio puritatis et munditiae. — Id. serm. 5 *de Nominat. M.*

Thalamus idoneus imperatori cœlesti. — Id. in suo *Mariali*, serm. 8 *de Concept. B. M. V.*

Thalamus Regis gloriæ. — Id. serm. 12 *de Annuntiat. B. M. V.*

Thalamus amorous, decentissimo cultu, magnoque studio compositus, ut commercium inciperet præstolatae redemptionis, et querulosa rixa, quæ inter Deum et hominem, inter cœlum et terram noxie consenserat, metam acciperet. — Claudius Rapin. Cœlest. serm. 1 *de Concept. B. V.*

Thalamus omnium virtutum et gratiarum floribus adornatus, in quo coniunxit Deus ima summis, terrena cœlestibus, humana divinis, sordes vitiorum ablundo, et virtutum germina seminando ac legem dando delinquentibus in via. — Id. serm. 2 *de Concept. B. M. V.*

Thalamus purus et immaculatus, in quo divinæ mentis conceptus, de concessu Patris, ad tolerantiam passionis descensurus miro et incomprehensibili modo salvo integratatis virgineæ signaculo conciperetur, omnium materiam acciperet, lateret in Virgine, tanquam sol in sidere, et velut artifex in opere fieret et nasceretur. — Ibid.

Thalamus Dei. — Maurit. de Villa Probata, serm. 6, *Coronæ novæ B. M.*

Thalamus humilitatis. — Idem, serm. 4, *Coronæ novæ B. M.*

Thalamus Regis gloriæ. — Idem, serm. 5, *Coronæ novæ B. M.*

Thalamus sacratissimus, in quo divina celebrata sunt mysteria, ineffabilisque Dei et hominis effecta est unio. — Dion. Fab. in tract. P. *de Concept. B. M. V.* 1

Thalamus Spiritus sancti, in quo Verbum Dei caro factum est. — Ibid.

Thalamus Filii Dei. — S. Thomas de Villa Nova in conc. 2 *de Assumpt. B. M. V.*

Thalamus floridus Sponsi cœlestis. — Lud. Blo-sius in *Endologia* 5, *ad B. V.*

THEAMAR in elegantia. — Barth. de Pisis, lib. 1 *De laud. V.*, fruct. 2.

THEARE, pravitatis hæreticæ prostratione. — Barth. de Pisis, lib 1 *De laud. V.*, fructu 4.

THEATRUM tremendum, ardens, purumque, suave et terrible ac effugiens oculos. — Jo. Geom. in *B. V. hymn. 5.*

THECA potens gladii bis acenti. — Venant. Fortunat. *Elegia in laudem B. M. V. Matris Domini.*

Theca nova unguenti, quod minime exinanitur. — S. Andr. Cret. orat. 3 de *Dormit.* B. V.

Theca vitam ferens. — Ibid.

Theca mystica et unguentaria, e qua suaviter halans unguentum ebulliit. — S. Joan. Damasc. in *Menais Græcorum*, die 27 Januarii.

Theca thesauri pretiosissimi, qui absconditus est in *Filio Dei*. Coloss. ii : « In ipso sunt omnes thesauri sapientiae et scientiae Dei absconditi. » — Albert. Magn. in *Postillis super cap. xi Lucæ*.

TUECUA, quæ vertit figuram Verbi, quando Verbum caro factum est, et impetravit a David rege, id est, a Deo, Absaloni, id est, peccatori veniam. — Philipp. de Greve, serm. 275 in *Psal. cii*.

THEMAN, de qua scriptum Deus ait : « Theman veniet, » Apoc. iii. — S. Germ. Constant. serm. in *Nativit.* B. V. M.

THEOLOGA, quæ theologiam scivit impropositio- naliter universis. — Albert. Magn. super *Missus est*, cap. 47.

THEOTOCOS. — D. Hieron. in epist. sive serm. de *Assumpt.* B. V. M. ad *Paulam et Eustochium*.

Theotocos sola, sic glorificata, ut Deum Dei Filium coæternum et consubstantiale Patri generaret. Virgo ante partum, virgo in partu, virgo post partum. — Albinus Flaccus lib. iii *De S. Trinit.*, cap. 14.

Theotocos, quia Deum veraciter genuit. — D. Petr. Damian. serm. 1 de *S. Joanne apostolo et protomartyre*.

Theotocos sancta, quæ martyres omnes eminentia suæ passionis ita transcendit, ut rosa alios flores rubedine præcellit; cum enim Dei Filium ex se genitum tam innocenter in cruce torqueri videt, majorem præ omnibus martyribus cruciatum in animo sustinuit. — Honor. Augustod. in *Sigillo B. M.*

Theotocos sancta a Deo honorata; propter honorem enim ejus Dominus peccata reis dimittit; gratiam aridis infundit, et justis gloriam promittit. — Albert. Magn. in *Bibl. Mariæ* super lib. II Regum.

TERIACA contra omnia venena temptationum. — Ern. Prag. in *Mariali*, cap. 68.

THESAURARIA gratiarum honorantibus se pro- mittens gloriam. — Idiota in sua *Contemplat. de B. V. M.*

Thesauraria gratiarum Domini, donis spirituali- bus ditans copiosissime servientes sibi. — Rich. a S. Laur. *De laud. S. V.* lib. ii.

Thesauraria Jesu Christi. — Albert. Magius, serm. 2 in *Nativit.* B. V. M.

Thesauraria Dei, cui Pater commisit thesaurum suæ potentiae, Filius thesaurum suæ sapien- tiae, et Spiritus sanctus thesaurum suæ misericordiae. — Jacobus de Voragine in *Mariali*, ser- mone 5 T.

Thesauraria Patris æterni. — Idem, serm. 2, pro *Sabbat. Hebdom.* Sancte Quadr., qui est de B. V. M.

Thesauraria ineffabilis supernaturalium mysteriorum, quæ, ut in cæteris, ita in sapientia ditat universos mortales. — Jacobus monachus in *Mariali*, orat. 6.

Thesauraria gratiæ. — Joan. Gerson. serm. de *Concept. B. V. M.*

Thesauraria Spiritus sancti. — D. Bernard. Senens. tom. I, serm. 52, qui est de *Salutat. angel.*

Thesauraria Dei. — D. Bernard. Senens. serm. de *Purificat.* B. V. M.

Thesauraria Altissimi. — Bernardinus de Busto in suo *Mariali*, serm. 2 de *Coronation.* B. V. M.

Thesauraria honorum cœlestium. — Idem serm. de *Nativ. B. V. M.*

THESAURUS cœlestis. — Origenes hom. 1 in *diversos.*

Thesaurus amoris Dei Patris. — S. Method. in homil. in festo *Purific.* B. V. M.

Thesaurus dispensationis plane arcanus. — D. Epiphan. in serm. *De laud.* B. V. M.

Thesaurus Ecclesiae stupendus, qui adeptus est in ipsis mysteriis. — Ibid.

Thesaurus incontaminatus. — S. Jo. Chrys. orat. 3 de *Annunt.* B. V. M.

Thesaurus impollutus virginitatis. — S. Proclus in orat. *P. de Laud.* B. V. M.

Thesaurus purus illibatae virginitatis. — Ibid.

Thesaurus pretiosus seu venerandus totius orbis. — D. Cyrillus hom. 6, Ephesi dicta contra Nestorium.

Thesaurus arcanorum Dei judiciorum a Deo ob- signatus. — S. Andr. Cret. orat. 1 de *Dormit.* B. V. M.

Thesaurus beneplacitorum Patris æterni. — Idem in *Menais Græcorum*, die 1 August. ode 8, de *sancitis Machabæis.*

Thesaurus incorruptionis intellectum superantem. — Idem, orat. *P. de Dormit.*

Thesaurus magnus salutis in ipsis sanctorum penetralibus depositus. — Idem, orat. de *Nativit.* B. V. M.

Thesaurus mysterii ante sæcula absconsi. — Idem orat. 3 de *Dormit.* B. V. M.

Thesaurus paternæ suaveolentiae. — Idem Cant. in *Sabb. Sauctum.*

Thesaurus sacramenti a sæculis absconditi. — Idem orat. 5 de *Dormit.* B. V. M.

Thesaurus, sanctissimus omnis sanctitatis. — Ibid.

Thesaurus vitæ a Deo signatus. — Idem Cant. in *S. Georg. mart.*

Thesaurus vitæ immortalis. — Idem orat. 1 in *Annunt.* B. V. M.

Thesaurus vitæ nostræ, eo quod lumen largito-

rein et auctorem vitæ humanae peperit. — Idem
cant. in *Nativ. B. V. M.*

Thesaurus locupletans. — Hesychius, serm. 2 de
Laud. S. V.

Thesaurus grandis totius orbis. — Anonym. in
Menæis Græcor. die 4 Junii.

Thesaurus salutis. — Idem in *Euchologio seu
rituali Græcor.* in *Officio communis supplicatio-
nis.*

*Thesaurus incontaminatus, immunis, et ab hu-
mauarum consuetudinum contagio custoditus.* —
Georg. Nicomed. orat. 1 de *Præsentat. B. V.*

Thesaurus Novi Testamenti. — Idem in orat. de
*Exitu S. Dominæ Dei Parentis, quando fuit oblata
in templo.*

Thesaurus sacer et inviolabilis. — Idem, orat. 3
de *Præsentat. B. V. M.*

Thesaurus integratæ. — S. Germ. Const. orat. 1
in *Præsent. B. V. M.*

Thesaurus oblectamentorum. — Idem orat. 2 in
Dormit. B. V. M.

Thesaurus voluptatum. — Ibid.

*Thesaurus bonoruni, quamvis nulla auferre
possit.* — S. Jo. Damasc. orat. P. de *Nativit.
B. V. M.*

Thesaurus inexhaustus benedictionis. — S. Jo.
Damasc. in *Octoec. Græcor.*

Thesaurus nostræ resurrectionis. — Ibid.

Thesaurus virginitatis. — Ibid.

Thesaurus vitæ. — Ibid.

Thesaurus divinus. — Idem orat. 2 de *Assumpt.
sive Dormit. B. V. M.*

Thesaurus gratiæ inexhaustus. — Idem in *Paract.
B. V. M.*

Thesaurus inexhaustus ipsius vitæ. — Idem
orat. 1 de *Assumpt. B. V. M.*

Thesaurus pretiosus, qui vitam suscepit. — Idem
orat. 2 de *Assumpt. B. V. M.*

Thesaurus salutis. — Idem in *Paract. B. V. M.*

Thesaurus sanetitatis. — Idem. orat. 1 de *Assumpt.
B. V. M.*

Thesaurus solis effulgentis. — Idem in *Menæis
Græcor.* die 27 Januarii.

*Thesaurus venerabilis et sacrosanctus in quo ipsa
divinitas latuit.* — Idem in *Menæis Græcor.* die
24 Junii.

Thesaurus veræ sapientiæ. — Idem orat. 1 de
Assumpt. B. V. M.

Thesaurus virginitatis. — Idem orat. 1 de *Nativ.
B. V. M.*

Thesaurus vitæ. — Idem orat. 2, de *Assumpt.
sive Dormit. B. V. M.*

Thesaurus castitatis. — S. Joseph Hymn. in *Mari-
ali.*

Thesaurus Domini. — Idiota in sua *Contemplat.
de B. V. M.*

Thesaurus bonitatis. — S. Anselm. Luc. sup.
Salve Regina.

Thesaurus Joanni commendatus. — D. Bernard.
in *Lamentat. B. V. M.*

Thesaurus Dei. — Idem, serm. 3 in *Annunt.
B. V. M.*

Thesaurus magnus. — Ibid.

*Thesaurus, ad cuius custodiam positus est Joa-
nnes fidelis ædituus.* — Arnoldus Carnot. tract. de
illo verbo Domini : *Mulier, ecce filius tuus.*

*Thesaurus Domini, de quo dicitur Sap. viii : In-
finitus est thesaurus hominibus, quo qui usi sunt,
participes facti sunt amicitiæ Dei propter dis-
ciplinæ dona commendati.* — Rich. a S. Laur. *De
Laud. S. Virg.* lib. iv.

*Thesaurus, quia si de thesauro confiditur, unde
Baruch iii : Quiargentum thesaurizant et aurum, in
quo confidunt homines, » de Maria dicitur, Proverb.
ult. : Confidit in ea cor viri tui, » — Ibid.*

*Thesaurus, quia si thesaurus est, ubi diversarum
opum deditæ quasi minutatim recluduntur, ut
quasi singuli in unum ibi cumulum reperiantur
in Maria, ut in gazophylacio reposuit Dominus
omnia dona gratiarum, meritorum, virtutum, præ-
rogativarum et charismatum.* — Ibid.

Thesaurus mysteriorum, qui auferri non potest.
— Idem in *Mariali*, orat. 6.

Thesaurus nobis a Deo repositus. — Idem in
Mariali, orat. 2.

*Thesaurus pretiosissimus in nobis ipsis repon-
endus.* — Idem in *Mariali*, orat. 6.

Thesaurus salutis. — Ibid.

Thesaurus sermonum. — Idem in *Mariali*, orat. 5.

*Thesaurus, quia si thesaurus occultatur et clau-
ditur, Mariam invenit angelus clausam in thalamo,
non hærentem in platea.* — Ibid.

*Thesaurus, quia si thesaurus possidet cor pos-
sessoris sui ; unde Math. vi : Ubi est thesaurus
tuus, ibi est et cor tuum, i similiter cor Domini ad
Mariam, quæ est possessio ejus active et passive.
Passive Dominus possedit me, active possedit
hominem per Deum.* — Ibid.

*Thesaurus, quia si thesaurus sollicite custodi-
tur, de Maria dicit Psalmista Psal. xc : Ange-
lis suis mandavit de te, ut custodian te.* — Ibid.

*Thesaurus bonus de quo bonus homo, id est,
Christus, Deus et homo, profert bona, id est, mi-
sericordiæ, gratiæ et gloriæ, Matth. xii. — Albert.
Magn. in Bibl. Mar. sup. Evang. Matth.*

Thesaurus Christi pretiosus. — Jacob. de Vo-
rag. serm. 1 de *Assumpt. B. V. M.*

Thesaurus gratiæ. — Idem in *Mariali*, sermone
7 M.

*Thesaurus a Deo universis rebus creatis in
honore præclarus.* — Jacob. monachus in *Mariali*,
orat. 5.

Thesaurus arcanorum bonorum. — Idem in *Mari-
ali*, orat. 6.

Thesaurus castitatis in humana natura latens,
— Idem in *Mariali*, orat. 4.

Thesaurus honestissimus. — Ibid.

Thesaurus imperscrutabilium virtutum. — Idem in *Mariali*, orat. 6.

Thesaurus inviolabilis [intra] Sancta sanctorum receptus et conservatus. — Idem in *Mariali*, orat. 4.

Thesaurus occultus inexhaustæ misericordia Dei. — Henric. Suso in cap. de commendat. et encomio illustrissimæ Reginæ cœlorum, quod est 16 *Dialog. Sapientia et ministri ejus*.

Thesaurus, cui pie ac alaceriter oculos suæ majestatis intixit, qui postmodum in Evangelio suo dixit : « Ubi est thesaurus tuus, ibi est et cor tuum. » — D. Birgitta in serm. angelico de *Excel-lentia Virg.*, cap. 40.

Thesaurus cum prope... fuit cor Dei. — Ibid.

Thesaurus Dei, ipsi super omnia amabilis, cuius gazophylacium fuit venerabilis Anna mater. — Ibid.

Thesaurus, ex quo angeli exsultaverunt. — Ibid.

Thesaurus pretiosus. — Ibid.

Thesaurus domorum divinarum. — Em. Pal. in orat. de *Dormit.* B. V. M.

Thesaurus admirabilis. — S. Isid. Thessalon. orat. de *Assumpt.* B. V. M.

Thesaurus magnus et sine labe. — Idem in orat. de *Präsentat.* B. V. M.

Thesaurus mysteriorum. — Idem orat. in *Annunt.* B. M. V.

Thesaurus principalis æterni Patris. — D. Bernard. Senens. in serm. de *S. Joseph.*

Thesaurus Domini, in quo fuit cor ipsius Domini; nam ubi est thesaurus, ibi et cor: fuit enim Dominus in B. Virginis intellectu per veram sapientiam, in affectu per ardentissimam charitatem, in memoria per stabilem sincerissimamque inha-sionem. — Dion. Carthus. lib. i *De Proc. Mariæ*, art. 10.

Thesaurus indulgentiæ. — Joan. Trith. lib. i *De Mirac.* B. M. V. in *Urticeto*, cap. 6.

Thesaurus innocentiaæ. — Joan. Trith. lib. iii, *De mirac.* B. V. M. in *Urticeto*.

THEUCHITES sapiens, quæ pie pro Absalone fratreida et protervo, id est, pro genere humano ad-vocans Patri suo David reconciliavit, et ab exsilio revocavit, II Reg. xiv. — D. Antonin. in *Summa part.* iii, tit. 51, cap. 4.

THIARA pontificis, quæ super omnia ornamenta ponebatur in fronte pontificis ex anno purissimo, in qua sculptum erat sauctum Domini, Exod. xxviii : fuit enim tota aurea, tota divina, super omnia vestimenta, super duodecim lapides, super tuni-cam talarem, et rationale et humerale in fronte pontificis, super omnes apostolos, martyres, doctores, patriarchas, prophetas, per vestes illas designatos locatur, sicut ipsa ait : « Ego in omni gente, et in omni populo primatum tenui, » in qua opere cellario Spiritus sancti, sanctum illud Domini sculptum est, de quo angelus : « Quod in ea natum est, de Spiritu sancto est : » ac propterea

merito omnibus sanctis præponitur. — S. Thom. de Villa Nova in conc. i *de Nativit.* B. M. V.

THRONA inter thronos. — Bernardin. de Busto in suo *Mariali*, serm. 2 *de Coronat.* B. V. M.

THRONI in Dei corporali susceptione. — Albert. Magn. super *Missus est*, cap. 195.

THRONUS gloriósus. — S. Method. in homil. in festo *Purific.* B. V. M.

Thronus intelligibilis, glorificatus, Deoque dignus. — Ibid.

Thronus sublimis et elevatus ob gloriam illius, qui ipsum est fabricatus, Regi Domino Sabaoth palam instructus. — Ibid.

Thronus virginalis, coram quo sicut olim David ante faciem arcæ, choreas lati ducere debemus. — Ibid.

Thronus virginalis, super quo Dominus carne indutus publice prodivit. — Ibid.

Thronus Cherubicus in summis spiritualibus re-gnisi lucis splendore coruscans. — D. Greg. Thau-mat. orat. 2 in *Annunt.* B. M. V.

Thronus Christi Pontificis in Ecclesia speluncæ Bethleemiticæ. Parva enim illa domus, in qua Virgo peperit, Ecclesiæ figuram continebat; præsepe vero altaris, Joseph sacerdotis per vices munus suum exercentis, pastores diaconorum, angeli sacerdotum, et Dominus Jesus pontificis formam in se gerebat; thronus autem Dei per Virginem Mariam figurabatur. — D. Athanas. serm. in *Descriptionem S. Deiparæ*.

Thronus Cherubicus, cruciformis et cœlestis. — D. Epiphan. in serm. de *Laud.* B. V.

Thronus divinitatis. — Ibid.

Thronus Creatoris nostri glorio-sissimus. — D. Ephrem in serm. de *Laud.* B. V. M.

Thronus Dei. — D. Augustin. in lib. de *Assumpt.* B. V. M. tom. IX Oper. ejus.

Thronus nuptialis. — Idem serm. 17 de *Nativ.* Domini, qui est 21 de *Tempore*.

Thronus radiis solaribus irrigatus. — S. Sabba in *Menais Græcor.* die 30 Januarii.

Thronus Dei. — Venant. Fortunat. eleg. in *Laud.* S. V. M., et *Matris Domini*.

Thronus Dei sublimior cœlis atque omnia crea-tura. — Andr. Cretens. can. 7 in *partum* B. V. M.

Thronus excelsus et elevatus, in quo sedens Dominus Sabaoth, visus est prophetarum perspicacissimo Isaïæ. — Idem orat. 4 de *Dormit.* B. V. M.

Thronus gloriósus atque celsissimus. — Idem in magno can.

Thronus igniforous Regis Christi. — Idem Can. in diem *Parasceves*.

Thronus intelligibilis. — Idem in Can. de *Annunt.* B. M. V.

Thronus Dei. — Hesychius serm. 2 de *Laud.* B. M. V.

Thronus Divinitatis. — D. Hildeph. serm. 5 de *Assumpt.* B. V. M.

Thronus Dei, in enjus utero veniens sapientia

Dei Patris. Verbum caro factum est, et habitavit in nobis. — *Idem serm. 2 de Assumpt. B. V. M.*

Thronus forma ignea splendidus, in quo resedit Jesus, nostrum omnium Dominus, et Rex universi. — *Anonymous, in Menais Græcor. die 25 Jan.*

Thronus Regis excelsus. — *Idem in Menais Græcor. die 4 Januarii.*

Thronus gloriosus. — *Georg. Nicomed. in orat. de Exitu S. Dominæ nostræ Deiparentis, quando fuit oblata in templo.*

Thronus Cherubicus, vastissimus, igneus, excelsus, quæ Christum Regem in sinu gestavit. — *S. Germ. Constant. serm. in Nativit. B. V. M.*

Thronus Dei bajulus. — *Idem in suo Mariali, fragm. 15.*

Thronus Dei sanctus. — *Idem orat. 1 de Present. B. V. M.*

Thronus excelsus et elevatus universorum Creatoris ac Redemptoris. — *Idem in suo Mariali, fragm. 15.*

Thronus Pontificis Domini. — *Idem in suo Mariali, fragm. 1.*

Thronus Cherubicus, cui Verbum sine principio cum carne insedit. — *Cosmas Hierosol. in Theogon. hymn. 13.*

Thronus continens Deum, lumini inocciduo, et paci dominantein. — *Ibid.*

Thronus Dei in quo habitavit is, qui in Altissimis habitat, ex ea natus sine viri experientia. — *S. Joan. Damasc. in Octoec. Græcor.*

Thronus divinus et luciferus. — *Ibid.*

Thronus igneus. — *Idem in can. S. Deiparae.*

Thronus igniformis Domini. — *Idem can. in SS. apost. Petrum et Paulum.*

Thronus regius, jucundus, et omnibus creaturis clementior. — *Idem in Octoec. Græcor.*

Thronus sui Creatoris. — *Ibid.*

Thronus alte fastigium tollens, in gloria animata sedes Dei, in se sessionem designans, intelligentibusque ipsis virtutibus potiorem Deo requiem præstans. — *S. Joan. Damasc. in orat. 4 de Nativ. B. V. M.*

Thronus Cherubicus, portans illum, quem angelorum acies intueri non possunt. — *Idem in Parac. B. M. V.*

Thronus Dei inclitus. — *Idem in Cantic. Græcor. sono 1.*

Thronus igneus Regis Christi. — *Idem in Parac. B. M. V.*

Thronus regnantis. — *Idem in Parac. B. V. M.*

Thronus igniformis. — *Idem in Canticis Ecclesiasticis Græcor. sono 2.*

Thronus Dei Cherubicus. — *Joan. Eubœus orat. in Concept. Dei Genitricis. 1*

Thronus Emmanuelis, omniumque regis Christi. — *Ibid.*

Thronus incombustibilis. — *Ibid.*

Thronus multo mirabilior Cherubim. — *Ibid.*

Thronus altissimus, in quo requievit laudabilis

Dens patrum nostrorum. — *S. Joseph. Hymn. in Mariali.*

Thronus altissimus Christi; in ea enim, cum solus ille requievisset, nostros abstulit labores, et futuram requiem dignis præparavit. — *Ibid.*

Thronus Cherubicus, ferens in ulnis ferentem omnia, qui propter nos carne nostra circumdatus est, et cum esset simplex, duplex apparuit. — *Ibid.*

Thronus Cherubicus, portans eum qui continet et portat universum. — *Ibid.*

Thronus altissimus, in quo ille sedens secundum carnem, eos, qui in perditionis tenebris sedebant, exibavit ad lucem scientiae propter bonitatem suam. — *Ibid.*

Thronus divinus, in quo Deus residens omnibus cœlestem sedem præparavit. — *Ibid.*

Thronus Dei, in quo ille sedens incarnatus ab antiquo casu homines erexit. — *Ibid.*

Thronus Domini eminentis super Cherubinos et Thronos in supra Dei regia collocatus. — *Ibid.*

Thronus Domini universorum. — *Ibid.*

Thronus eminentissimus Altissimi. — *Ibid.*

Thronus igneus gestans illum qui nutu gestat universa. — *Ibid.*

Thronus igneus inviolatus, ferens in ulnis Deum, qui humanam suscepit naturam, et unione ineffabili ob immensam misericordiam suam eidem copulatus est. — *Ibid.*

Thronus igneus, ipsis Cherubim sublimior, ferens divinissimum Verbum. — *Ibid.*

Thronus igneus Omnipotentis. — *Ibid.*

Thronus igneus Regis, quo ille residens omnes homines a primo lapsu erexit, et concessu Patris sui honoravit. — *Ibid.*

Thronus igniformis, Creatorem portans. — *Ibid.*

Thronus igniformis Verbi Dei, in quo idem Verbum propter summam bonitatem suam incarnatum requievit. — *Ibid.*

Thronus pretiosissimus ac sublimissimus Dei altissimi. — *Ibid.*

Thronus Regis altissimus. — *Ibid.*

Thronus Regis, in quo, cum ille sedisset, sede cœlestem fidelibus præparavit. — *Ibid.*

Thronus Regis jucundus. — *Ibid.*

Thronus Regis universi, in quo cum consedisset ab antiquo casu, excitavit nos, et ad divinum consessum præparavit. — *Ibid.*

Thronus sanctus in Sancta sanctorum collocatus et omnium Regi præparatus. — *Ibid.*

Thronus gratiae, quia plena gratia ad quam nos miserabiles peccatores accedere debemus ut gratiam inveniamus in auxilio opportuno. — *Idiot. De B. V. part. 14, contemplat. 50.*

Thronus, qui Regem regum in carne per incarnationem humiliatum suscepit. — *Ibid.*

Thronus, quia sicut thronus firmiter et aperte est compactus, sic beata Virgo indissolubili internarum virtutum concatenatione compacta fuit,

quæ connexæ mutuo se roborabant. Hæ sunt virginitas, simplicitas, sollicitudo et omnes cardinales ac theologie virtutes. — Ibid.

Thronus Salomonis, qui interpretatur *pacificus*, quia ille Rex pacificus novem mensibus in ea requievit, et incircumscripibilis erat; secundum divinitatem in ea sedit, et circumscriptus evasit. — Ibid.

Thronus Cherubicus, in quo requievit Deus. — Leo imp. in orat. de *Purificat.* B. V.

Thronus divinissimus. — Idem in orat. de *Assumpt.* B. V.

Thronus ejus, qui nullo clauditur tecto. — Jo. Geometra serm. in *Annunt. S. Dei Genitricis*.

Thronus summus sperans, non super armos, sed utero gestans visceribusque Deum. — Idem in B. V. hymno 3.

Thronus Dei regnantis. — Guerricus abb. serm. 4 de *Assumpt.*

Thronus grandis. — Idem serm. 5 de *Annuntiat.* B. V.

Thronus Jesu, de quo judicia decernit, et per quem preces exaudit. — Idem serm. 2 de *Assumpt.* S. M.

Thronus regalis. — Idem serm. de *Assumpt. S. M.*

Thronus Regis coronati. — Idem serm. 4 de *Assumpt. S. M.*

Thronus Dei. — D. Petr. Dam. in carminibus de *Assumpt.* B. M.

Thronus ille mirabilis, de quo in regnorum historia legitur in hæc verba: « Fecit rex Salomon thronum de ebore grandem, et vestivit eum auro fulvo nimis. » — Idem sermone 1 de *Nativit.* B. M. V.

Thronus Dei. — S. Anselmus in *Meditat.* B. V.

Thronus deitatis, in quo Deus majestatis dignatus est homo fieri. — Idem in *Psalterio* B. V. part. 1.

Thronus, quem fecit Salomon de ebore grandem, et vestivit eum auro fulvo nimis, III Reg. x. Sapientia enim Dei Patris primum juxta Apostolum pacifica, thronum hunc sibi fecit, dum sedem in Virgine, qua nihil unquam fuit eastius, sibi posuit; elephas enim, cuius ossa sunt ebur, continentis ac mundæ naturæ est; porro grandem nimirum ex filio cœlis, terræ et inferis præsidentem, hunc auro fulvo nimis vestivit, cum eam non virtutum scintillis, ut alios, sed ipsa substantialiter propria divinitate interius exteriusque inficerit, qui habuit sex gradus, et summitas throni rotunda fuit in parte posteriori; sex enim gradus sunt timor et pietas, scientia et fortitudo, consilium et intellectus, quibus pervenit ipsa ad eum, qui sibi specialiter præsedidit, sapientiam Christum; summitas throni singularis eminentia fuit Genitricis Dei; haec rotunda fuit a parte posteriori, quia humanis usibus despicibilis, dum adhuc viveret, quasi fabri uxor, jam nunc ubi solus Deus videt supparem quodammodo prodigiis se ostendit omnipot-

tentia Dei. — Guibertus abbas in lib. *De laud.* B. M. cap. 5.

Thronus Salomonis. — Hugo de S. Victore lib. iv, *De Proprietatibus et epithetis rerum*, cap. 2.

Thronus eburneus pacifici nostri. — Petrus Blesensis serm. 4 in *Assumpt.* B. V. M.

Thronus Dei aliis *thronis*, scilicet divinis spiritibus multa Deo familiaritate conjunctis, longe conjunctior, cum sit cum Filio Deo de carne una. Hanc enim prærogativam dedit Pater Filio, ut sit ei consubstantialis; hanc prærogativam habet mater, ut sit ei consubstantialis. — Petrus Blesensis serm. 53.

Thronus Dei, sed non *thronus* de quo fulminat, de quo terribilis mortis sententias et decreta damnationis aeternæ promulgat, sicut scriptum est, Apoc. iv: « De throno Dei procedunt fulgura vocis et tonitrua, » ut verbis civilibus utar; sed de quo Christus jurisdictionem exerceat pacificam; Filius enim per presentiam, per preces et merita sue Matris largitur captiuis indulgentiam, clausis aperitionem, cœcis illuminationem, laborantibus requiem, infirmantibus sanitatem, indigentibus abundantiam, metuentibus securitatem, inter amicos fidem, inter inimicos pacem, in dubiis certitudinem, in errore consilium, in tribulatione solatum, in bello propugnaendum, in exilio refugium, in naufragio portum, ignorantibus sapientiam, se humiliantibus exaltationem, pupillis et viduis consolationem, incipientibus et proficientibus gratiam, perscientibus et triumphantibus gloriam et coronam. — Ibid.

Thronus, in quo Deus requievit. — Idem serm. 53.

Thronus propter judicariam potestatem, qua in ea sedere decrevit, cui omne judicium datum est, et qui judicat fines terræ. — Ibid.

Thronus Regis. — Ibid.

Thronus Salomonis de ebore et auro purissimo, in cuius auro sapientia et dignitas, in ebore autem candor et deoer, planities et fortitudo designatur; nam eum speciosa facta sit et suavis, de ejus fortitudine scriptum est: « Mulierem fortem quis inventiet? » — Ibid.

Thronus, super quem requiescit *Spiritus Dei*. — Idem serm. 53.

Thronus Dei, de quo procedebant fulgura, et voces, et tonitrua, quia filii Jesu Christi parabolæ, ænigmata legalia et mirifica gesta, dicta, opera, avidius edidit, fidelius credidit, sincerius luculentiusque aliis edidit. — D. Bernard. in serm. de B. V. Maria, cuius initium, *Ave Maria*.

Thronus gratiæ, ante quem procedere et procidere debemus non solum illi præ mulieribus gloriam solventes, sed etiam reverentiam præ omni etiam angelica natura exhibentes. — Petr. Cellensis serm. 1 de *Nativ. Domini*.

Thronus de auro cœlesti, ebore spirituali constitutus, ex auro scilicet divinae majestatis, et ex ebore perpetuae virginitatis, quia et divinitas Filii

Dei, cooperante Spiritu sancto, in ea est ineffabiliter adumbrata, et virginitas ejus permanet, et permanens ei illibata. — Philipp. abbas tom. II *Moralit. in Cant.*

Thronus ille de quo Psalmista dicit : « Thronus tuus, Deus, in sacerdotium saeculi, » Psal. XLIV. — Ibid.

Thronus ille, non quem fecit Salomon rex mortalis, filius scilicet David regis, sed potius ille quem elegit ab aeterno, et praeelegit sibi ad habitandum Deus, Dei Filius videlicet, Rex immortalis. — Ibid.

Thronus Salomonis imperio praesidentis subiectus. — Idem lib. I in *Cant. cap. 48.*

Thronus eburneus per castitatem animi, constantem. — Helinandus Cisterciensis serm. 2, in *Nativ. B. V. M.*

Thronus grandis per charitatem perfectam. — Ibid.

Thronus per humilitatem et innocentiam. — Ibid.

Thronus regius per secunditatem. — Ibid.

Thronus augustus Salomonis. — Caesarius Cisterc. hom. in *Assumpt. B. V. M.*

Thronus, in quo solus Princeps Christus secundum vaticinium Ezechielis sedet. — Ibid.

Thronus igniformis Domini. — Theod. Lase. imp. in *Poem. B. V. M.*

Thronus de ebore grandis, siquidem usque ad beatam Virginem non habuerat Christus thronum de ebore, sed quasi sedem plebeam et communem; sed in ipsa thronum de ebore habuit, quae prima virginitatem vovit, et in ipsa, quae fuit thronus grandis, celsior est factus secundum throni celsitudinem. — Rich. a S. Laur. *De laud. B. V. lib. II.*

Thronus deorsum clausus, et sursum patulus; nam beata Virgo deliciis, divitiis, terrenis voluptatibus et superfluitatibus super omnes puros homines clausa fuit, et jugiter suspirans ad coelestia, corde patulo hauriebat dona perfecta a Patre lumen descendente. — Ibid.

Thronus firmus, et apte compactus: fuit enim beata Virgo indissolubili aeternarum virtutum concatenatione compacta, quae connexae mutuo se roborabant, nempe virginitas, simplicitas, sollicitudo, et omnes virtutes cardinales et theologicae. — Ibid.

Thronus gratiae, ad quem accedere debemus dilectione, vigilia, affectione, cultu, devotione, laude, oratione, ut misericordiam consequamur, id est, remissionem peccatorum. — Ibid.

Thronus gratiae, quia in ea sedet et regnat gratia, quae plenum habet in Maria dominium: ibi enim invenitur gratia, quam jugiter parit et emititt in lucem, nude et dicitur Mater gratiae, ibi invenitur misericordia, id est remissio peccatorum, ibi gratia, quae parit et educat omne bonum; unde, Sap.

xvi, dicitur : « Domino omnium nutrici gratiae tuae deserviebant. » — Ibid.

Thronus portabilis, quia ejus exemplum ubique diffundit. — Ibid.

Thronus, quem fecit sibi Salomon rex pacificus, id est, Christus; fecit enim hunc thronum pacificus, ut pacem faceret, quia mediante Filio hominis pacificati sumus Deo Patri; mediante etiam Matre Dei veri pacifici, pacem apud Filium, quoties volimus, possumus invenire. — Ibid.

Thronus recipiens Regem a statione ad sessionem quasi humiliatum, nam beata Virgo Regem aeternum, qui cum in forma Dei esset, exinanivit semetipsum in carnem humiliatum, in incarnatione suscepit; in ea enim Christus formam serviassumpsit, in qua judicariam potestatem exercebit. — Ibid.

Thronus Salomonis, in quo sunt quasi duæ manus: una, qua justos continet ne corruant in profundum, alia qua peccatores erigit ad gratiam. — Ibid.

Thronus Salomonis, in quo verus pacificus corporaliter novem mensibus sedet, et quievit. — Ibid.

Thronus Salomonis vestitus auro fulvo nimis, id est, decoratus sapientia, verecundia, obedientia, patientia, puritate, charitate, pretiositate, medicinalitate, et exemplorum fulgore, et singulis aliis virtutibus, quarum magna multitudo notatur in proprietatibus auri. — Ibid.

Thronus Salomonis, auro paupertatis vestitus. — D. Anton. de Pad. serm. in *Dom. 5 post Trinitat.*

Thronus Salomonis, cuius sedile aureum, scilicet humiliatem, tenuerunt duæ manus, id est, vita activa et contemplativa, et duo leones, id est, Gabriel et Joannes evangelista, vel Joseph et Joannes juxta contemplativam, et duodecim juvenculi, id est, duodecim apostoli, hunc et venerantes et ei obsequentes. — Ibid.

Thronus Salomonis, cuius summa rotunda in parte posteriori, quia charitas Virginis, ob cuius meritum in posteriori parte, id est in aeterna beatitudine, summum tenet locum, sine et principio caret. — Ibid.

Thronus Salomonis de ebore, quia candida innocentia, et frigida sine libidinis ardore fuit. — Ibid.

Thronus Salomonis eburneus. — Id. serm. in *Dom. 2 post Epiphany.*

Thronus Salomonis, in quo sex gradus fuerunt. verecundia, prudentia, modestia, constantia, humilitas, virginitas. — Id. serm. in *Dom. 5 post Trinit.*

Thronus Salomonis de ebore per munditiam, grandis per humilitatem. — Hugo Carensis in *Psalm. LXXXVII.*

Thronus Salomonis ob candorem virginitatis eburneus, apud Deum grandis et auro fulvo nimis vestitus, id est, charitate decoratus. — Idem in caput 1 *Lucæ*.

Thronus veri Salomonis, id est, Christi, qui in ea sicut in throno a statura divinitatis se demisit, ut sedens in ea carnem et humanam naturam sumeret. — Idem in *Psal. LXXXVIII*.

Thronus Filii Dei. — S. Bonavent. in *Speculo B. V.* cap. 8.

Thronus indeficiens. — Ibid.

Thronus in æternum. — Ibid.

Thronus Salomonis grandis omnino in gratia et in gloria. — Idem in *Speculo B. V.* cap. 2.

Thronus sapphireus, super firmamentum angelicum exaltatus. — Idem in *Speculo B. V.* cap. 11.

Thronus veri Salomonis. — Idem in *Psalterio minori B. V.* Quinquag. 2.

Thronus gratiae. — Albert. Magn. serm. 2, in *Dedicat. Eccles.*

Thronus in Dei corporali receptione. — Idem in *Biblia Mariæ* super lib. vi *Apocalypsis*.

Thronus Salomonis eburneus. — Idem serm. 2 in *Dedicat. Eccles.*

Thronus totius Trinitatis. — Idem in *Biblia Mariæ* sup. lib. III Regum.

Thronus veri Salomonis de ebore castitatis, puritatis et innocentiae, grandis in natura, in gratia, in gloria, in misericordia, in humilitate, in bonitate, in largitate, et in pulchritudine vestitus totaliter, regaliter plusquam omnis creatura pura, auro fulvo nimis, id est, charitate suprema, imo et ipso Deo, III Reg. x. — Ibid.

Thronus Christi eburnens per virginitatem, aureus per charitatem, grandis per humilitatem, IV Reg. x. — Jacob. de Vorag. in *Mariali*, serm. 6 T.

Thronus Christi in judicio. — Ibid.

Thronus Dei peccatoribus, qui sunt in mundo. — Ibid.

Thronus Dei, quia in ipsa Deus requievit; de ebore, quia solida et firma permanxit; grandis, quia ejus dignitas omnem dignitatem angelicam transcendent. — Idem in *Mariali*, serm. 1 E.

Thronus gloriæ beatis. — Idem serm. 7 de *Assumpt. B. V. M.*

Thronus gratiae et misericordiae. — Idem in *Mariali*, serm. 6 T.

Thronus gratiae justis. — Idem serm. 7 de *Assumpt. B. V. M.*

Thronus misericordiae peccatoribus. — Ibid.

Thronus summi Regis. — Idem in *Mariali*, serm. 6 T.

Thronus Cherubicus. — Jacob. monach. orat. de *Nativ. B. V. M.*

Thronus summe regalis. — Ibid.

Thronus Cherubicus. — Jacob. monach. in *Mariali*, orat. 2.

Thronus cœlestis, in quo Dominus assidet, in

quo naturas innovat, et res transmutat. — Idem in *Mariali*, orat. 6.

Thronus gloriosus. — Idem in *Mariali*, orat. 5.

Thronus igneus importabilis naturæ. — Idem in *Mariali*, orat. 5.

Thronus regalis. — Idem in *Mariali*, orat. 6.

Thronus regalissimus. — Idem in *Mariali*, orat. 2.

Thronus eburneus, III Reg. x, ob castitatem; ebur enim os est elephantis solidum valde et candidum, tantæ frigiditatis, ut panno involutum, si superponitur ignis, non sinat ipsum pannum exuri, in quo notatur aperte, quod tam sancta, tam solida fuit beatæ Virginis castitas, ut ipsam conservaret illæsam, et eos qui ei adhærent comburi igne libidinis non permittat. — Ern. Prag. in *Mariali*, cap. 98.

Thronus, a quo recipimus triplex beneficium, ut ait Apost. Hebr. iv, nempe misericordiam qua liberamur a peccato, gratiam qua perficiamur in bono, auxilium quo salvamur a peccato. — Ibid.

Thronus igneus Daniel. vii, propter ignitum desiderium, quo incendebatur, auhelando post Filium. — Ibid.

Thronus luminosus sicut sol, *Psal. LXXXVIII*. — Ibid.

Thronus misericordiae peccatoribus, gratiae justis, gloriæ beatis. — Idem in *Mariali*, cap. 148.

Thronus Salomonis, cui nulla anima par in thronis; non enim sedes, in quibus rex sedet, dicuntur throni, sed in quibus sedet cum ornatu regali: similiter, licet omnis anima viri sancti sit spiritualliter sedes Dei, tamen non omnes dicuntur throni Dei, sed spiritualiter et singulariter, in qua sedet Rex noster induitus stola purpurea, et in diademate, quo coronavit eum Mater sua in die desponsationis suæ, id est incarnationis, Cant. iii; unde nec ipsi throni cœlestes in comparatione hujus throni possunt propriissime dici throni, sed magis tribunalia, quia in eis et propter eos Dominus suam ordinat et exercet justitiam. — Idem in *Mariali*, cap. 98.

Thronus Salomonis eburneus propter castitatem, cuius scabellum humilitas, cuius sedile mansuetudo, cuius duæ manus hinc et inde operatio sancta et oratio devota, cuius summitas rotunda gloria, et sublimitas æterna; unde non fuit tale opus in universis regnis, quia inter omnia opera Dei et universas creaturas Maria primum locum tenet et summum. III Reg. x. — Ibid.

Thronus sapphirinus, Ezech. i, quia tota conversatio ejus in cœlis fuit in tantum, ut non modo nostræ humanæ, sed angelicæ naturæ puritatem ac pulchritudinem superaret, quod notatur aperte, cum dicitur, quod super firmamentum, quod erat eminens capitii animalium, erat similitudo throni; nam per animalia sancti designantur, in quibus est natura humana; per firmamentum, natura angelica, in bono confirmata, intelligitur. — Ibid.

Thronus Deo cohærendo. — Barthol. de Pisis lib. 1 *De laud. S. V.*, fruct. 2.

Thronus fiduciae. — Idem lib. 1, *De Laud. S. V.*, fructu 8.

Thronus sperandorum. — Idem lib. 1 *De Laud. S. V.*, fructu.

Thronus Dei. — D. Laurent. in lib. *De Casto conubio Verbi et animæ*, cap. 9.

Thronus gratiae, de cuius plenitudine accipiunt universi, captivus redemptionem, æger curationem, tristis consolationem, peccator veniam, justus gratiam, angeli lætitiam, Filii persona humanæ carnis substantiam, denique Trinitas tota gloriam. — Idem in ligno vitæ *de Spe*, cap. 5.

Thronus sapientiae. — Idem in serm. *de Nativit. B. V. M.*

Thronus Filii Dei, sicut sol fulgens, quantum ad gloriam animæ, et sicut luna perfecta in æternum, quantum ad gloriam corporis sine defectu. — D. Bernard. Senens. tom. III, serm. *de Assumpt. B. V.*

Thronus, in quo sedet et requiescit David, manus fortis, et vultu desiderabilis Jesus Dei Filius, II Reg. iii. — Ibid.

Thronus justitiae. — Martin. *de Magistris in Exposit. super canticum Salve, Regina.*

Thronus Dei, ad quem cum fiducia accedere debemus, ut misericordiam et gratiam consequamur in tempore opportuno, ad Hebr. iv. » — D. Anton. in *Summa*, part. iv, tit. xv, cap. 45.

Thronus gratiae Dei, ad quem cum fiducia adire debemus, ut misericordiam consequamur. — Idem in *Summa*, part. iv, tit. vii, cap. 2, § 5.

Thronus veri Salomonis, id est, Christi, in quantum scilicet in ventre ejus stetit, et in gremio ejus parvulus sedet. — Ibid.

Thronus verus Salomonis, qui detulit Deum de cœlo in mundum, et in mundo de loco ad locum. — Idem in *Summa*, part. iv, tit. xv, cap. 44.

Thronus Salomonis, id est Salvatoris, in quo fuit Deus mundum reconcilians sibi, quoniam ipsa non solum portavit Unigenitum Dei in sua mente per fidem, charitatem, ac jugem memoriam, venerationemque præcipuum; sed etiam in suo inviolabili utero tulit eum ex se hominem factum. — Dion. Carth. in *Cant. art. 42.*

Thronus Spiritus sancti. — Idem, lib. iv *De Laud. S. V.*, art. 9.

Thronus sapphirinus. — Paulus de Heredia in tract. *de Concept. B. V.*

Thronus admirabilis. — Bernard. de Busto serm. 5 *de Parturit. B. M.*

Thronus altissimi et clementissimi Principis. — Idem, serm. 2 *de Assimilat. B. M.*

Thronus Dei. — Idem, serm. 5 *de Nominat. Marie.*

Thronus de ebore castitatis, et auro pretiosissimo innocentiae et charitatis. — Idem in suo *Mariali*, serm. 8 *de Concept. B. M.*

Thronus de ebore per virginitatem, de auro per ferventem charitatem, grandis per maximam humilitatem. — Idem serm. 3 *de Assimilat. B. M.*

Thronus divinæ misericordiæ. — Idem serm. 2 *de Assimilat. B. M.*

Thronus excelsus, super quem sedet vir, qui est Deus et homo. — Idem in suo *Mariali*, serm. 6, *de Concept. B. V. M.*

Thronus gratiae Dei. — Id. serm. 7 *de Annunt. B. M.*

Thronus innocens, II Reg. xiv. — Id. serm. 3, *de Parturit. B. M.*

Thronus misericordiæ. — Idem serm. 3 *de Assimilat. B. M.*

Thronus Regis æterni. — Ibid.

Thronus Salomonis, id est, Christi. — Idem serm. 3 *de Nominat. M.*

Thronus summi Regis. — Idem serm. 3 *de Assimilat. B. M.*

Thronus terribilis contra dæmones, ejus devotos impugnantes, de quo throno dicitur, Apoc. vi, « De throno procedebant fulgura, et voces, et tonitrua. » — II. serm. 3 *de Nominat. B. M.*

Thronus veri Salomonis Christi. — Id. serm. 3 *de Assimilat. B. M.*

Thronus veri Salomonis. — Jo. Trith. lib. *De Miraculis B. V. in Urticeto*, cap. 6.

Thronus Dei, quia ad modum sedentis in ipsa se submisit et humiliavit Deitas. — Philip. de Greve serm. 490 in *Psal. LXXXVIII.*

Thronus Dei, quia, si thronus est sedes judicaria, Dei Filius de Virgine carnem assumpsit, et in illa judicabit mundum et in judicio apparebit. — Ibid.

Thronus Salomonis, eburneus ob castitatem. — Ibid.

Thronus Christi, ubi Christus judicabit. — Maurit. de Villa Probata, serm. 54 *Coronæ novæ B. M.*

Thronus Christi, in quo mystice fuerunt ea que in throno Salomonis. — Ibid.

Thronus de ebore per virginitatem, et de auro per ferventem charitatem, et grandis per maximam humilitatem. — Ibid.

Thronus Dei, de quo Paulus ad Hebr. iv : « Adeamus cum fiducia ad thronum gratiae ejus, ut misericordiam consequamur, et gratiam inveniamus in tempore opportuno. » — Ibid.

Thronus divinæ misericordiæ. — Idem serm. 19, *Coronæ novæ B. M.*

Thronus eburneus gloriosus. — Idem serm. 14 *Corone novæ B. M.*

Thronus eburneus, in quo Filius Dei sedet per incarnationem. — Ibid.

Thronus gratiae et misericordiæ. — Ibid.

Thronus in conspectu Dei. — Idem in serm. 2 *Coronæ novæ B. M.*

Thronus innocens, II Reg. xiv, quia immunis ab

omni peccato. — Idem serm. 14 *Coronæ novæ B. V. M.*

Thronus, in quo Deus novem mensibus spiritu-
liter et corporaliter resedit. — Ibid.

Thronus, in quo sedens Christus Rex pacificus
præbet se populo clementem et benignum, ac præ-
sto omnibus ad hunc thronum accendentibus dona
largitur. — Ibid.

Thronus pulcherrimus. — Ibid.

Thronus, quia habet proprietates illorum ange-
lorum, qui throni dicuntur, id est, maximam cel-
situdinem, Regis circumdationem, stabilem col-
locationem, Regis susceptionem, Regis declaratio-
nem, familiarem apertioem. — Ibid.

Thronus, quia judicium continet. — Ibid.

Thronus Salomonis grandis, quia ejus dignitas
omnem angelicam dignitatem transcendet. — Idem
serm. 22 *Coronæ novæ B. M.*

Thronus Salomonis, id est, Christi, quia in eo
novem mensibussedit, et eum omni pietate replevit.
— Idem serm. 3 *Coronæ novæ B. M.*

Thronus terribilis contra dæmones, ejus de-
votos impugnantes, de quo dicitur Apoc. iv, « De
throno exirent fulgura, et voces et tonitrua. » —
Ibid.

Thronus ab Ezechiele visus, cuius aspectus lapi-
dis sapphiri, super quem similitudo hominis, id
est, Dei Filius incarnatus sive Messias. Ezech.
cap. 1. Dixit autem Ezechiel aspectum hujus
throni vel solii, sive sedis esse similem sapphiro,
ut non solum innueret intemeratae Virginis glo-
riam, sed ipsius quoque omnimodam puritatem.
Quia sicut sappirus, licet ex elemento terrestri
opaco et obscuro originem habeat, a sui tamen
principio diaphanus et clarus est, ita immaculata
Mater Messiae, etsi a parentibus peccato obnoxia
prodierit, a sui tamen initio clarissima et absque
originalis peccati macula fuit. — Petrus Gal.
lib. vii *De arcana*, cap. 18.

Thronus aureus veri Salomonis. — Ludovic.
Blosius in *Endologia P.*, ad B. V. M.

Thronus Salomonis. — Robert. Bellarm. in conc.
de Nativ. B. V. M.

THURIBULUM aureum, quod carbonem ignitum
portavit. — S. Mathæus apost. in *Liturgia Aethio-
pum*.

Thuribulum aureum. — D. Ephrem in serm.
de laud. B. V. M.

Thuribulum aureum, in cuius utero ignis Ver-
bum habitavit de Spiritu sancto. — S. Andreas
Cretensis can. in Nativ. B. V. M.

Thuribulum aureum, in quo Verbum, quod car-
nem assumpsit, bono odore implevit orbem terræ,
in quo combusta fuerunt criminis inobedientiæ,
per quod liberatur aer a molestia inquinan-
torum, per quod bonus odor Spiritus spiravit in
homines. — Georg. Nicomed. in orat. de exitu S.
Dom. nostræ Dei Parentis, quando fuit oblata in
templo.

SUMMA AUREA DE B. V. MARIA. X.

Thuribulum revera aureum intelligibilium aro-
matum, in quo spiritale thymiana compositum,
Christus ex divinitate et humanitate in Deitatis
igne diffudit odorem animatæ suæ carnis inconfuse,
inseparabiliter. — S. German. Constant. serm. in
Nativit. B. V.

Thuribulum aureum, carbone divino refertum,
cordis nostri fœtorem in suavem fragrantiam mu-
tans. — S. Jo. Damasc. in *Menæis Græcorum*, die
nona Martii.

Thuribulum aureum, illo immateriali, et oculis
hominum intolerabili carbone refertum, in quo
conflagravit rebellionis Adami chirographum a
Christo concisum. — Idem in *Menæis Græcorum*,
die 27 Januarii.

Thuribulum aureum, quod divinum carbonem
peperit, odoreque suo bono creaturam uni-
versam replevit. — Idem orat. 3, *de Assumptione
B. V. M.*

Thuribulum vas sensu aureum, divinum intus
carbonem ferens, ex quo suavis fragrantia spiri-
tus corruptionis pudorem mundo diffans efflatur.
— Idem in orat. *de Nativit. B. V.*

Thuribulum aureum carbonis immaterialis, qui
sustineri non potest, in quo combustum est chi-
rographum confractum et concisum Adamiticæ
inobedientiæ. — S. Jo. Damasc. in cant. sanctiss.
Deiparæ.

Thuribulum carboniferum Deum continens. —
Ibid.

Thuribulum purissimum, quoniam unus Trinita-
tis indivisæ Verbum Deus ex ea carne suscepta
mundum suavi replevit odore. — Idem in *Octoec.
Græcorum*.

Thuribulum aureum passionum nostrarum fœ-
torem expellens. — S. Joseph. Hymn. in *Mariali*.

Thuribulum spiritualis vitalisque carbonis. —
Ibid.

Thuribulum Spiritus sancti. — Ibid.

Thuribulum totum aureum in Sancta sanctorum
importatum, in quo Verbum carnem accendens
suavissimo terrarum orbem odore complevit. —
Jacobus Monachus in *Mariali*, orat. 3.

Thus fragrantire. — D. Anselmus in hymno 1
Dei Genitricis.

Thus. — D. Bernard. sermone 3, super *Salve
Regina*.

Thus Virgineum divino igne immersum in defe-
ctum salutarem modo ineffabili totum versum,
fortioris tamen imperio damnabiliter non consum-
ptum, sed amoris et decoris merito delectabiliter
est assumptum. — Philipp. abbas lib. iv in *Cantic.*,
cap. 24.

Thus integrum, quia sicut thus integrum, si igne
tangatur, vaporem suum sursum emittendo mani-
festat habitationem suam, Maria per dilectionem
operando, et tam opera præcepti, quam consilii
ad Deum referendo ostendit, quod conversatio sua
in cœlis erat, Philipp. iii, per puram intentio-

ie.n. — Richard. a S. Laurent. *De laud. S. V.*
lib. xii.

Thus lucidissimum et masculinum. Sic enim vocatur illud thus, quod sponte effluit, et est præcipuum, et non solum fumat, aut fragrat in igne, sed etiam ardet et inflammatur, ipsa enim et amore ardebat, et odore fragrabat; unde Eccli. l, 9, quasi ignis effulgens, et thus ardens in igne. — Ern. Prag. in *Mariali*, cap. 71.

Thus oratione. — Barthol. de Pisis lib. i *De laud. V.*, fructu 8.

THYMIAMA divinum compositionis, Levit. iv. — S. Proclus in orat. 6, quæ est *de laud. B. V.*

Thymiaama spiritalis divinorum holocaustumatum. — S. Andr. Cret. orat. *de Dormit.*

Thymiaama spiritualium aromatum. — Idem orat. 3 *de Dormit. B. V. M.*

Thymiaama suavissimum. — S. Joseph. Hymnograph. in *Mariali*.

THYMIATERIUM aureum, passionum nostrarum foedissimum odorem depellens. — S. Joseph. Hymn. in *Mariali*.

THYRSITES spiritualis lapis corallo persimilis, somnum dilectis suis inducens divinæ contemplationis. — Jo. Trith. lib. i *De mirac. B. V. in Urticeto*, cap. 7.

TIGRIS fluvius, quia sicut Tigris cum maximo impetu, ut dicitur, fluit in mare Mortuum (*sic*), Maria quotidie infundit gratiam peccatoribus desperatis, qui prius erant mare per amaritudinem vitiorum, et mortui in peccatis. — Rich. a S. Laur. *De laud. S. V.* lib. ix.

Tigris fluvius, quia si Tigris interpretatur *velox*, vel *sagitta*, et vadit contra Assyrios : B. Virgo quæ sagitta Domini exemplo sue humilitatis destruit superbiam ; unde de ea dicitur IV Reg. xiii, « sagittas salutis Domini contra Syriam ; » nisi enim sagitta esset, non diceret Sponsus, « Vulnerasti cor meum, soror mea sponsa. » — Ibid.

Tigris fluvius, quia si Tigris vocatur sic propter velocitatem currendi instar bestiæ tigridis, quæ velocissime currit : Maria cum festinatione visitavit Elisabeth, concepto Salvatore. — Ibid.

Tigris, id est, velox in auxiliis subventione, in consolationis exhibitione, pro peccatoribus ad Deum interpellatione. — Albert. Magn. in *Biblia Mariæ sup.* lib. Genesis.

Tigris fluvius ; sicut enim Tigris vadit contra Assyrios, Gen. ii, et in eo invenitur pisces, cuius cor omne genus dæmoniorum extricat, et ejus fel illitum oculos sanat, et illuminat excæcatos, Tob. vi ; ita Maria sic potenter currit contra Assyrios, id est, contra dæmones acies suas contra nos dirigen-tes, quod nihil ei resistere possit, et ipsa nobis produxit illum benedictum pisces, cuius cordis, id est sapientiæ, particula, sive caro Verbi quasi socia in cruce assata, vel potius ipsius anima beata, ut sapientia omnem extricat dæmoniorum astutiam et virtutem, et omne virorum Leviatan perple-

xitatem dissolvit et dissipat ; fel autem ejus pa-sio fuit, quod præ omnibus collyriis, que confici possunt, oculos cæcorum illuminat, ut videant lumen cœli. — Ern. Prag. in *Mariali*, cap. 28.

TIMOR singularis malignorum spirituum. — D. Petrus Dam. serm. *de Assumpt. B. V. M.*

TINCTURA verbi purpuræ, quæ intelligentia per-cepitur, quæ non potest nominari. — S. Andr. Cretens. orat. 3, *de Dormit. B. V. M.*

TITULUS Jacob. — S. Joan. Chrysost. in *Nativ. B. V. M.*

Titulus nobilissimus libertatis nostræ. — D. Ildeph. in lib. *De virginitate S. Mariæ* cap. 12 et ult.

Titulus honorificus apostolorum. — S. Joseph Hymnograph. in *Mariali*.

Titulus honorificus mulierum. — Ibid.

Titulus honorificus sanctorum angelorum. — Ja-cob. Monach. in *Mariali*, orat. 5.

Titulus præconialis ; sicut enim titulus dicitur *inscriptio*, vel *signum laudis et honoris*, quia olim in imaginibus laudes nobilium intitulabantur ; ita in Maria scripta et intitulata sunt insignia magnis-centiæ Regis nostri Jesu Christi. — Ern. Pragens. in *Mariali*, cap. 39.

Titulus proœmialis ; quia sicut titulus est brevis annotatio eorum quæ in sequenti opere fusius continentur, et dicitur a *Titan*, quod est sol, vel illuminans, quia titulus illuminat totum opus sequens ; ita beata Virgo sub quadam brevi-tate mirabili ac lucidissima continet tanquam titulus libri vitæ omnem plenitudinem gloriæ cœlestis, quæ per partes distribuitur cæteris secundum sapientiam et magnificientiam largitoris. — Ibid.

Titulus rationalis, quia sicut titulus est ratio-nive causa possidenti, utpote per donationem, per emptionem, per hæreditariam successionem et similia ; unde Matthæus xxvii dicit de Jesu, « quod posuerunt causam ejus scriptam super caput eje-sus ; » Joannes dicit xix : « Scripsit titulum Pilatus ; » Marcus x utrumque jungit dicens : « Erat titulus causæ ejus inscriptus Rex Judæorum. » Ita beata Virgo est titulus possessionis nostræ, per quam possidemus et præscribimus regnum Dei, si tamen pertinemus ad illum pusillum gregem, cui compla-cuit Patri dare regnum. Luc. xii. — Ibid.

Titulus pudicitiae. — D. Laurent. Justin. *De triumph. Christi agone*, cap. 7.

Tomus novus juxta Isaiam, cap. viii, scriptoris novæ, cuius fidei testes angeli et homines. — S. Amphil. Sidæ episc. orat. in *S. Deip.*

Tomus vere a Deo scriptus Novi Testamenti, quod olim ad homines est testatus. — S. Andreas Cret. orat. 3, *de Dormit. B. V. M.*

Tomus, de quo scriptum Isa. viii, Et dixit Domi-nus ad me : « Sume tibi tomum (librum) grandem, et scribe in eo stylo hominis, velociter spolia de-

trahe, cito prædare. » — S. German. Constant. serm. in *Nativ. B. V. M.*

Tomus novi mysterii incorruptione prorsus illibata, in qua omnis expers formæ Verbum, humanæ formæ penicillo depictum, id est, corpus induitum est, nobis per omnia factum simile, modo solum peccatum exasperis. — S. Jo. Damasc. orat. 4, de *Nativ. B. V. M.*

Tomus novus, in quo ineffabili ratione Deus Verbum citra omnem manus operam inscriptus est. — Idem orat. 2, de *Assumpt. B. V. M.*

Tomus novus, quem omnium Opifex condidit Deus Verbum, quem Pater ex corde eructavit, Dei lingua a Spiritu sancto tanquam calamo in ipso conscribendum, qui quidem homini scienti litteras traditus, haud tamen fuit ab eo lectus, neque enim Joseph Mariam cognovit, aut ipsius mysterii potentiam. — Idem in orat. 1. de *Nativit. B. V. M.*

Tomus, seu liber plane intaminatus, in quo conscriptum est Verbum divinum, cuius divinitas circumscripta existit. — Theophanes Nicænus in *Menæis Græcor.*, die 25 Januarii.

Tomus elegantissimus Scripturæ Verbi Dei, cuius beneficio cum gravissimo servitutis jugo premeremur, libertas nunquam auferenda nobis est comparata. — Leo imperat. in orat. de *Assumpt. B. V. M.*

Tonitrus inimicos perterrefaciens. — S. Andreas Cretens. orat. 2, in *Annunt.*

Topazius, quia sicut topazius est receptivus omnis coloris, ita Maria prædicta fuit optimis naturalibus, et receptiva omnis gratiæ et virtutis. — Rich. a S. Laur. *De laud. V.* lib. iv.

Topazius, quia si topazius gemma aquas bullientes compescit, Maria concupiscentias carnis ferventes. — Ern. Prag. in *Mariali*, cap. 42.

Topazius spiritualis glauci coloris, topazio pretiosior, devotis precibus lascivos motus cōp̄imens, invocata incendium libidinis extingueens, hemorrhoidas turpium desideriorum stringens, et sanans ira lunaticos atque phreneticos, animas tristes, et cogitatus mentis lœtificans perturbatos, sanguinem vitiorum sistens, et mortem avertens subitaneam, summiq; Principis Dei, et sanctorum ejus omnium supplicantibus impetrans gratiam. — Jo. Trith. lib. 1, *De mirac. B. V. M. in Urtic.*, cap. 7.

Torrens bonitatis divinæ. — Theophan. Nicænus in *Menæis Græcor.* die 17 Januarii.

Torrens, de quo dicitur Prov. viii : « *Torrens* redundans fons sapientiæ. » — Richard. a. S. Laur. *De laud. B. V. M.* lib. ix.

Torrens in mare se præcipitans, id est, in corda amara per contritionem et recogitationem peccatorum suorum in amaritudine animæ; necit enim gratia ejus surda rerum molimina. — Ibid.

Torrens multitudine beneficiorum suorum, velut quadam inundatione aquarum, excavans lapides, et

duritiem cordis lapidei, ut humilietur, et sui misereatur, et consumens terram, id est, terrenitatem in cordibus suorum, et non multum firma et ponderosa secum trahens, id est, non multum radicatos in dilectione mundi. — Ibid.

Torrens, quia si torrens impetuose currit, Maria suis precibus gratiae aquas impletat a Christo amatoribus suis, quæ ad ipsam a Libano, et ab ipsa ad eos afflunt sine mora. — Ibid.

TORCULAR vinum refundens divinæ jucunditatis. — Albertus Magn. in *Postillis*, sup. cap. xi *Lucæ*.

TRABEA Regis universorum. — Photius Constantinopolit. orat. in *S. M. Nativ.*

TRAMES aquæ immensæ, procedens de fluvio, id est, abundanti gratia Spiritus sancti. — Rich. a S. Laur. *De laud. V.* lib. ix.

Trames: unde dicit, Eccl. xxiv: « *Ego quasi trames aquæ immensæ de fluvio*, » ipsa enim est via gratiæ, unde se vocat tramitem, id est, viam aquæ immensæ, quæ per eam derivatur ad homines. — Idem, *De laud. V.* lib. ix.

Trames aquæ immensæ venientis de fluvio dulci, non de mari amaro. — Hugo Carensis in cap. xxiv *Eccli.*

TRANQUILLITAS vera in belli tempestate. — S. Sabas in *Menæis Græcor.* die 24 Februar.

Tranquillitas fluctuantum. — Anonym. in *Euchologio seu Rituali Græcor.*, in canone funereo pro pueris vita functis.

Tranquillitas æstuantum. — S. Germ. orat. 2, in *Dormit. B. V. M.*

Tranquillitas nostra ex peccatorum tempestatis. — S. Joan. Damascen. in *Parac. B. V. H.*

Tranquillitas nostra. — Theod. Lasc. imp. in can. ad *B. V. M.*

TRANSLATIO a morte. — S. Germ. orat. 2, in *Dormit. B. V. M.*

TRIBUNAL Judicis. — Petr. Bles. serm. 38.

Tribunal, quod secundum Isidorum dicitur ex eo quod inde a sacerdote tribuantur præcepta vivendi, et est locus in sublimitate constitutus unde universi exaudire possunt; nam exempla Virginis gloriose nobis proponuntur quasi quædam præcepta, quibus instrui debemus et informari secundum beneplacitum divinæ voluntatis. — Rich. S. Laur. *De laud S. V.* lib. x.

TRICLINIUM Trinitatis. — Hugo de S. Victore lib. iv *De proprietatibus et epithetis rerum*, cap. 2.

Triclinium divini consilii, in quo divinitas veniens ad nostram salutem, nostra carne calcata est. — Rupert. abbas, lib. iii *De divin. off.* cap. 11.

Triclinium Trinitatis, Pater enim potens, cui competit vis irascibilis, roboravit eam contra extollentiam superbiæ; Filius sapiens, cui rationalis, contra insinuationem totius voluptatis pravæ; et *Spiritus* sanctus, cui concupiscibilis, contra ve-

nenum totius malitiae. — Richard. a S. Laur. *De laud. S. V.* lib. iii.

Triclinium Deitatis. — D. Bonaventur. in *Laud. B. V. M.*

Triclinium nobile totius beatissimæ Trinitatis. — D. Thomas Aquin. in serm. *De B. V. M.* ex Evangelio Domin. 4 in Quadrag.

Triclinium, in quo Deus fuit tanquam hospes prandens; sedens enim infantulus in Virginis utero, et Patre plenissime fruebatur, et mundis affectibus Matris, ac sanctis operibus delectabiliter pascebatur. — Albert. Magn. serm. i, in *Annunt. B. V. M.*

Triclinium nobile, continens corpulentam substantiam Christi animam et deitatem, vetus et novum et æternum. Vetus in materia corporis, novum in anima tunc de novo creata, æternum autem in deitate. — Idem in *Postillis super cap. 1 Lucæ.*

Triclinium nobile totius Trinitatis. — Idem serm. 2 in *Annunt. B. V. M.*

Triclinium nobile totius Trinitatis. — Jacob. de Vorag. in *Mariali*, serm. 9. M.

Triclinium omnium virtutum. — Aegidius, Columna ex exposit. in *Salutat angel.*

Triclinium nobile totius Trinitatis, per gratiæ plenitudinis effusionem. Nam quidquid virtutis et gratiæ puræ creaturæ conferri potuit, in eam refusum copiosissime, nullatenus ambigendum, usque adeo, quod plures virtutes, et gratias in sola [divina sic dispensante sapientia] conjunctim meruit habere, et in gradu perfectiori, quam omnes simul puræ creaturæ non unitæ sigillatim. — Anton. Pocq. serm. 1, in *Concept. B. V. M.*

Triclinium totius Trinitatis. — D. Bernardin. Senens. tom. ii, serm. 51.

Triclinium præclarissimum æternæ Trinitatis, quod Spiritus sanctus indesinenter inhabitavit atque possedit. — Dionys. Chartus. lib. ii *De laud. B. M.*, art. 28.

Triclinium Spiritus sancti. — Id. lib. iv *De laud. B. V. art., 9.*

Triclinium habitationis et requietionis Trinitatis. — Joan. Mauburnus in *Rosario de Praeconis B. V. M.*, membro p.

Triclinium omni gratia et sanctitate repletum, a tota Trinitate peculiariter possessum. — Ibid.

Triclinium panis angelorum. — Idem in *Roseto exercit. spiritualium*, membr. 2.

Triclinium vere nobile et præcipuum a Patre mirabiliter fabricatum, a Filio specialiter inhabitatum, a Spiritu sancto singulariter adornatum. — Idem in *Rosario de Praeconis B. V. M.*, membro p.

Triclinium totius Trinitatis incontaminatum. — Bernardin de Busto in suo *Mariali*, serm. 2 *de Coron. B. M.*

Triclinium nobile totius Trinitatis. — Maurit. de Villa Probata, serm. 7 *Coronæ novæ B. M.*

Triclinium gloriosum adorandæ Trinitatis. — Ludov. Blosius in *Endologia 1, ad B. V.*

Tripidium cunctorum, quotquot suum apud ipsam refugium querunt. — Anonym. in *Menæis Græcor.*, die 4 April.

Tripidium omnium beatorum. — Albertus Magn. in *Bibl. Mariæ sup. lib. Esther.*

TRISTITIA dæmonum. — S. Anselm. in hymn. 2, B. Dei Genitricis.

TRIUMPHATRIX antiqui serpentis, quod de sua mundissima carne corporata sapientia vicit usque quaque malitiam, « attingens a fine usque ad finem fortiter, et disponens omnia suaviter, » Sap. viii. — D. Fulbert. Carnotens. serm. 1, in *Nativit. B. M. V.*

Triumphatrix diaboli. — Jo. Mauburn. in *Roseto exercit. spiritual. tit. 21, cap. 6.*

Triumphatrix hostium victoriosissima. — Idem in *Rosario De gloria B. V. M.*, membro 6.

Triumphatrix hæreseon. — Frideric. Fornerus in epist. dedicat. suæ *Palmæ triumphalis.*

TRIUMPHUS cœli empyrei. — Bernardin. de Bust. in suo *Mariali*, serm. 2, in *Coronat. B. M.*

TROPÆUM nostrum contra hostes. — Theodor. Lasc. imp. in can. *ad S. Deip.*

Tropæum invictum nobis a Deo præstitum. — Jacob. Monach. orat. *de Nativ. B. V. M.*

Tropæum insuperabile a Deo constitutum. — Jacob. monach. in *Mariali*, orat. 2.

TRUNCUS, qui vitæ fructum produxit. — Theod. Lasc. imp. in Can. *ad S. Deip.*

Truncus desiderabilis, qui in Sanctis sanctorum recenti rore augeri et crescere visus est. — Jacob Monach. in *Mariali*, orat. 3.

Truncus mysterii altissimus, ex quo immortalitas flos ascends, perennis odoris suavitatem exhalavit, cuius fructus est vita et incorruption, et perpetuitas omnibus qui illius participes sunt. — Idem in *Mariali*, orat. 1.

Truncus regalis ex radice regia germinans. — Idem in *Mariali*, orat. 2.

Truncus terræ floridissimus. — Idem in *Mariali*, orat. 6.

TUBA clarissima arcanæ præcognitionis humanæ. — S. Andr. Cret. orat. 1, in *Annunt. B. V.*

Tuba. — D. Bernardus serm. 3, super *Salve Regina.*

Tuba convocationis ad veniendum; tuba hortationis ad bellandum, tuba jubilationis ad epulandum, Num. x. — Albert. Magn. in *Biblia Mariæ sup. lib. Numerorum.*

Tuba instructione apostolorum. — Berthol. de Pisis lib. 1 *De laud. V.*, fruct. 6.

Tuba, qua Deus se mundo reseravit. — Idem lib. ii *De laud. V.*, fruct. 6.

TUNICA auro fulgens. — S. Andr. Cret. orat. 3, *de Dormit. B. V.*

Tunica summi Sacerdotis. — Hugo de S. Vict. lib. iii *De proprietatibus et Epithetis*, cap. 2.

Tunica inconsutilis desuper contexta per totum. — Bernardin. de Busto in suo *Mariali*, serm. 6, *de Concept. B. V. M.*

TURRIS fortitudinis hominibus a facie inimici. — S. Jacob. Minor apost. serm. in *Transitu B. V. M.* apud Amadeum, rapt. 8.

Turris auro comante fulgentissima. — S. Sabas in *Menevis Græcor.*, die 30 Januar.

Turris Ecclesiae immota. — S. Andr. Cret. orat. 2, in *Annum.*

Turris firmissima absconditæ spei. — Idem orat. 1, *de Dormit.*

Turris nullis concutienda tempestatibus. — Anonym. in Can. *ad S. Deip.*, qui exstat in *Rituali Græc.* pag. 813.

Turris securitatis. — Idem in *Euchologio seu Rituali Græcor.* in Officio communis supplicat.

Turris propugnaculi munitissima. — S. German. orat. 2, in *Dormit. B. V. M.*

Turris valida auxilii. — Ibid.

Turris nullis concutienda tempestatibus, hostium impiorum Christianisque infensorum fremitus, ferocientemque tyrannorum insultum intentasque a Barbaris minas dissipans. — Joan. Damasc. in Can. supplici Deip. rumore belli.

Turris fidelium. — S. Jo. Damasc. in *canticis Græcor.* sono 1.

Turris firma fortitudinis. — Idem in *Paract. B. V. M.*

Turris fortis sive inconcussa. — Idem in *Cantic., ecclesiastic. Græcor.* sono 2.

Turris piorum, per quam Rex Christus iis fulsit, qui erant in tenebris. — Idem in *Cantic. Græcor.* sono 1.

Turris salutis dæmonum acies a nobis repellens, temptationum ac periculorum tela rejiciens, et passionum impetus procul arcens, donansque nobis puram libertatem, et divinorum charismatum abundantiam concedens. — Idem in *Paract. B. V. M.*

Turris securitatis fidelibus a Deo constituta, ad quam recurrentes a temptationibus liberamur, et a periculorum experimento immunes evadimus. — Ibid.

Turris salutaris prohibens phalangum diabolcarum accessum, unaque periculorum et temptationum turbas profligans, pravarum quoque cupiditatum insultus excutiens, et denique procul abigens maledictionem malis istis annexam. — Theophan. Nicænus in *Menevis Græcor.*, die 20 Jan.

Turris defendens pauperes, humiles et amatores pacis et concordiae. — Idiota, *De B. V. M.* part. xiv. contempl. 37.

Turris fortitudinis a facie inimici. — Ibid.

Turris inexpugnabilis peccatorum. — Ibid.

Turris propter altitudinem, quia sicut turris altissima est, sic beata Virgo altissima fuit, et emi-

nens propter contemplationem cœlestium, et eminentiam scientiae de æternis; nam in cœlo mente conversabatur cum angelis, et cœlos attingebat stans in terra. — Ibid.

Turris propter rectitudinem; quia sicut turris rectitudinem habet, sic beata Virgo rectitudinem et directionem intentionis ad Deum semper habuit, et rectitudinem justitiae, quia nunquam ad sinistram per adversa, et nunquam ad dexteram per prospera declinavit, nunquam retro reflexa fuit ad mundana, et nunquam aliqua tentatione inflexa. — Ibid.

Turris, quam ædificavit Dominus in medio vineæ sue, Matth. xxi, id est, ad defensionem totius Ecclesiae Catholice, ne diriperentur racemi ejus, id est fideles, vel fructus honorum operum. — Ibid.

Turris, quia sicut turris est præsidium et defensio habitantium in civitate, sic beata Virgo est præsidium et defensio peccatorum, qui in cunctis necessitatibus et angustiis necesse habent ad turrem inexpugnabilem confugere et dicere: «Sub tuum præsidium confugimus, sancta Dei Genitrix. » — Ibid.

Turris, quia sicut turris habet fortitudinem, ita beata Virgo fuit mulier fortis, eique tota innititur Ecclesia militans, et per fortitudinem fidei, spei et charitatis totam sustentat Ecclesiam, et suis sanctis deprecationibus dat lapso virtutem, et robur multiplicat, sicut turris munit et roborat existentes in ea. — Ibid.

Turris quia sicut turris habet quadraturam, et aliquando rotunditatem; ita beata Virgo quadraturam habuit, quæ fides fuit integra, spes firma, charitas fervens, et una operatio perseverans; et ista latera æqualia sunt, quia quantum quis credit, tantum sperat; quantum sperat, tantum diligit; quantum diligit, tantum operatur. Habuit etiam rotunditatem, quia quemadmodum cœlestia corpora sunt rotunda, sicut est cœlum, sol, luna et stellæ, per quæ figuratur æternitas principio carens et sine, cuius appetitum et desiderium rotunditas figurat, hujusmodi appetitum et desiderium ipsa habuit præ omnibus creaturis. — Ibid.

Turris fortitudinis hominibus contra diabolum. — S. Anselm. in orat. *ad B. V. M.*

Turris fortitudine. — Hugo de S. Vict. serm. in *Nativ.* vel *Assumpt. B. M.*, qui est in ordin. 34.

Turris Libani cum propugnaculis ædificata. — D. Bernard. serm. 4 sup. *Salve Regina.*

Turris Libani, dignitate celsa, gravitate firma. — Ibid.

Turris eburnea, a toto resplendens aurea, tota delectabilis. — Rich. a S. Victor. *Exposit. in Cant. cap. 42.*

Turris ad pavidos. — Petrus Cellensis serm. 6, de *Adventu.*

Turris inundans deifluæ misericordiae, continens vitæ sustentaculum. — Arnold. Bostius cap. 9, § 2, lib. *De patron. Deip. Virg. in dicatum sibi Carmeli ordinem.*

Turris Davidica ædificata cum propugnaculis, id est, cum præceptis et monitis Scripturarum, prophetarum eloquii, spirituali scientia literarum.—Philipp. abbas lib. iv in *Cant.*, cap. 12.

Turris Davidica, quæ a longe hostem prospicit, imo despicit, et non curat; ad cuius intuitum horret ille, et refugit, et in proposito confidentiae non perdurat, et quidquid minarum, vel fraudum præsumperit machinari, eliditur, et in se reeliditur malitia præsumentis, tantum horrorem incutit, tam potenter repercutit hostem facies intuentis.—Ibid.

Turris eburnea: turris quidem cum ab hostibus fortiter se defendit, eburnea autem, cum a carnis æstu liberam se ostendit, turris cum virtutum ejus congerie occursus malignantium perhorrescit, eburnea cum rigore frigido, ut brumæ gelicidio, dealbescit.—Idem lib. vi in *Cant.*, cap. 19.

Turris eburnea vere proposita cunctis in exemplum sanctimoniae, circumposita singulis in præsidium pugnæ, superposita omnibus in spectaculum gloriæ, reposita universis legitime certantibus in præmium coronæ.—Helinandus Cistere. serm. 2, in *Nativ. B. V. M.*

Turris eburnea vere, virginitate candida, mentis integritate solida, casto timore frigida, mundi contemptu nuda, zelo castitatis armata.—Ibid.

Turris eburnea sublimis voto, præcelsa merito, fortis proposito, recta consilio, erecta desiderio, inexpugnabilis inimico, virginitate candida, affectione munda, zelo castitatis armata.—Idem serm. 1 de *Assumpt. B. V. M.*

Turris David, id est Christi.—Honor. Augustod. in *Sigillo B. V. M.*

Turris eburnea, quia castitate contra superbiam firmiter munita.—Ibid.

Turris Libani respiciens contra Damascum, id est, erecta contra diabolum.—Ibid.

Turris hostium superbiam retundens.—Theod. Lasc. imp. in can. ad SS. *Deip.*

Turris nostra tutissima.—Ibid.

Turris David, quia verus David, id est Christus, in Jerusalem, id est, in Ecclesia sua ædificavit et erexit, ut esset peccatoribus refugium et munimen.—Rich. a S. Laur., *De laud. S. V. lib. II.*

Turris eburnea, de qua dicit Sponsus, *Cant.* vi, loquens ad Ecclesiam: « Collum tuum sicut turris eburnea » propter virtutem castitatis, eburnea propter specialem conversationis ejus eminentiam; et quia elephas, cuius ossa sunt ebur, naturales habet inimicitias ad draconem, sic et Maria pugnam habet cum hoste nostro diabolo perpetuam, ut nobis præstet defensiones auxilii.—Ibid.

Turris fortitudinis, quod apparuit in Christi passione, ubi in nullo excessit, licet mente compassa Filio; ostendens mentem suam turrim fortitudinis, quia sciebat mortem Filii omnibus

profuturam. Et hæc ejus fortitudo ex fide, quæ montes transfert (*Matth. xxii*), et dilectione, quæ est fortis, ut mors (*Cant. viii*), indubitanter procedebat.—Ibid.

Turris gratiæ Dei ab ipso suo exordio in expugnabilis omnibus insultibus inimici.—Ibid.

Turris gregis nebulosa, *Michæl. iv*: et dicitur *turris* gregis, quia defendit humiles, pauperes et amatores pacis et concordiae, et pro amore suo et Filii sui large dantes lanam suorum temporalium, et cæteras proprietates ovium; dicitur nebulosa propter suam altitudinem, scilicet contemplationem, quia nubes transcendit, vel quia in mundo afflita et despacta, unde Job xxvi: « Qui tenet vultum solis sui, et expandit super illud nebulam suam. »—Ibid.

Turris Hananeel, id est, *turris* gratiæ Dei *Jerem. xxxi*, quæ velut quadrata virtutibus omnibus ædificiis Spiritus sancti præcellit prærogativa gratiarum, sicut turris supereminet tibi castro; et multorum bonorum operum, velut lapidum structuris in altum consurgens, omnibus fugitivis præstat refugium et munimen.—Ibid.

Turris Hananeel, *II Esdr. iii*, quod interpretatur *gratificatio regia*, hoc est, gratia virginitatis, quæ regi grata est; unde *Psalm. XLIV*: « Concupiscet rex decorem tuum, » id est, virginitatem tuam.—Ibid.

Turris Libani, quasi in Libano monte sita, qui *candor* interpretatur, ut per hoc ostendatur quod candore virginitatis tanquam pede conterere valeat caput serpentis, id est, concupiscentiam; vel etiam quoad se fuit *turris* Libani fundata super petram, id est, Christum, cui soli innitebatur; unde *Cant. vii*, « innixa super dilectum suum. »—Idem, *De laud. S. V. lib. v.*

Turris non solum potens ad muniendum confragientes ad eam, sed et hostes insequentis potens expugnare.—Idem, *De laud. S. V. lib. i.*

Turris propter altissimum, id est, profundissimum fundamentum, quod turri necessarium est. Fundamentum hujus turris profundissima humilitas, quasi de lapidibus rudibus et impolitis, quia humilitas latet in profundo cordis, sicut fundamentum latet in terra; nec querit apparentiam, vel ornatum mundanum, quod signatur in hoc, quod lapides fundamenti, nec dolati sunt, nec politi, sed multo cæmento, vel bitumine compacti, quo charitas Virginis figuratur; vel fundamentum hujus turris est fides, quæ fundamentum et principium est omnis spiritualis boni, sicut fundamentum principium ædifici; vel hujus turris fundamentum est rupes nativa et firma, Christus scilicet, qui est firma petra, *Matth. vii*; vel denique hujus turris fundamentum sunt eminentissimæ et præcipuae virtutes, velut lapides prægrandes qui

idonei sunt fundamento. — Idem, *De laud. B. V.* lib. xii.

Turris propter altitudinem et eminentiam utriusque vitae, scilicet activae, contemplativae, vel propter contemplationem cœlestium, vel etiam propter eminentiam scientiae de æternis; vel quia in cœlo mente conversabatur cum angelis, dicens cum Apostolo, *Philipp. iii*: *Mea conversatio in cœlis est;* » cœlos enim attingebat stans in terra, (*Sap. xviii*), vel turris propter excellentiam suæ humilitatis. In his enim omnibus, et multis aliis supereminebat hæc turris toti castro Ecclesiæ. — Ibid.

Turris propter fortitudinem; nam ipsa est mulier fortis, cui tota innititur Ecclesia militans, cuius fortitudo maxime apparuit sepulto Domino, quando defecit omnis sanctus, vel titubavit in fide, et tunc ipsa per fortitudinem fidei, spei et charitatis totam sustentavit Ecclesiam. Ipsiæ est etiam, quæ suis orationibus dat lasso virtutem, et his qui fortes sunt, fortitudinem et robur multiplicat (*Isa. xl*), sicut turris munit et roborat existentes in ea. — Ibid.

Turris propter portus ostensionem: dicit enim Isidorus, quod pharum est turris maxima, quam Græci ac Latini in commune ex ipsius rei usu pharmum appellaverunt, eo quod flammam indicio longe videatur a navigantibus ad prævidendos portuum introitus, et præcavenda pericula scopulorum, ne decepti tenebris male applicent. Talem turrim Ptolemæus juxta Alexandriam octingentorum talentorum construxisse dicitur. Tali turre congrue signatur Maria illuminatrix, quia per eam populus, « qui ambulabat in tenebris, » per mare mundi « vidit lucem magnam, » id est, Christum, *Isa. ix*. Ipsiæ etiam luminositate exemplorum suorum monstrat nobis viam rectam et portum salutis æternæ. Conservat etiam servos suos a scopolis peccatorum, si providerint Dominam in conspectu suo semper: unde Eccli. iv: « Qui intuetur illam, permanebit confidens. » — Ibid.

Turris propter præsidium et defensionem habitantium in castro, vel in civitate Ecclesiæ, qui in cunctis necessitatibus et angustiis suis necesse habent per orationem confugere ad hanc turrim, quia turris fortissima nomen ejus, sicut dicit D. Bernardus. Dicat ergo qui a carne, mundo, diabolo qualitercumque tentatur: « Esto mihi, Domina, turris fortitudinis a facie inimici, *Psal. lx.* » — Ibid.

Turris propter rectitudinem et erectionem, seu directionem intentionis, iusta illud Psalmistæ orantis, *Psal. v*: « Dirige, Domine Deus meus, in conspectu tuo viam meam. » Item, « Dirige me, Domine, in veritate tua, et doce me, » *Psal. xxiv*. Rectus est enim coram Deo, cuius intentio ad Deum propter Deum dirigitur, vel etiam propter rectitudinem justitiae, quia nunquam ad sinistram per adversa, nunquam ad dextram declinavit per

prospera, nunquam retro se reflexit ad mundana, nunquam ante, aliqua temptationis instantia, vel recta per paupertatem, quia, *Job. i*, nudus egreditur homo de utero matris sue, et nudus revertitur illuc. Ergo si medium paupertatis sit rectitudo, perpendicularum igitur, ad quod erigi et dirigi debet turris, paupertas est. — Ibid.

Turris propter speculationem, quia per speculatorum solent de turribus adversantium hostium insidiæ provideri, et, visis hostibus, solent clamare speculatorum: Ad arma, ad arma, *Isa. lii*. Propter hoc dicitur, *Cant. viii*, « Nasus tuus, » id est, beata Virgo, « siue turris Libani, quæ respicit contra Damascum. » Damascus sanguinem bibens significat diabolum, contra cuius insidiæ opponitur nasus, id est, discretio beatæ Virginis, quæ præsentit, et quasi odoratur malitiam diaboli, et ipsius insidiæ a longe prævidet, quasi de specula, et pro nobis misericorditer et potenter se ei opponit. — Ibid.

Turris quam ædificavit Dominus in medio vineæ suæ (*Isa. v*), ad tuitionem et defensionem totius Ecclesiæ Catholicæ, ne diripiantur racemi ejus, id est, fideles, vel fructus bonorum operum. In hac etiam turre habitavit verus David, et jugiter inhabitat ad custodiendam Ecclesiam. — Ibid.

Turris Thebes (*Jud. ix*), de qua mulier, id est, Ecclesia, emissio lapide, id est Christo, confregit cerebrum Abimelech, id est, diaboli, capitum ejus molæ fragmientum illidens — Ibid.

Turris cum propugnaculis ædificata. Propugnacula autem ista sunt virtutes et gratiae, dignitates et prærogativæ, intentionum puritas et operum sanctitas, virtus orationum et merita operum, per quæ beata Virgo peccatorem pœnitentem protegit, et expugnat inimicum. — Joan. Halg. in cap. iv *Cant.*

Turris David, quam Christus David in Jerusalem, id est, in Ecclesia sua ædificavit et erexit, ut esset peccatoribus munimen et refugium. — Ibid.

Turris, ex qua pendet mille clypei et omnis armatura fortium. Nam ad defensionem nostram et impugnationem hostium ipsa nobis subministrat adjutorium, et omnium exempla virtutum. — Ibid.

Turris fortissima et inexpugnabilis et terribilis inimicis, ut castrorum acies ordinata. — Hugo Carens. in *Psal. lxxxvi*.

Turris propter firmitatem, eburnea propter castitatem. — Idem in cap. i *Luc.*

Turris fortitudinis, tuens nos a facie crudelis vastatoris. — D. Bonavent. in *Psalterio B. V. M.*

Turris nostræ spei. — Idem in *Psalterio minori B. V. M.*, quinquagena 2.

Turris David, in qua fideles forte refugium inveniunt. — Albert. Magn. serm. 2, in *Assumpt. B. V. M.*

Turris munitissima in se et in aliis, in qua quisque inveniet defensionem contra malum suum, ibi enim pendet clypeus castitatis contra luxuriam,

humilitatis contra superbiam, charitatis contra invidiam, omnis armatura fortium in ipsa. — Idem in *Biblia Mariae* super lib. *Cant.*

Turris potentiae Dei, Mich. iv. — Idem in *Biblia Mariae* super Michaeam prophetam.

Turris divinæ dilectionis. — Jacob. de Voragine serm. 4, *de Nativit. B. V. M.*

Turris Libani defendens ab incursibus malignantium. — Alan. de Insul. *in cap. i Cant.*

Turris nullis unquam exposita insidiis, atque ab omni prorsus subdola versuti illius fraude aliena. — Matth. *Cantacuz. in cap. iv Cant.*

Turris, ex qua mille clypei dependent, quia omnes electi de virtutibus suis gloriosis gratias referunt Virginis gloriosæ; unde Apoc. xxi dicitur, quod reges terræ afferunt gloriam et honorem suum in illam. — Ern. Prag. in *Mariali*, cap. 92.

Turris gregis; ad ipsam enim tanquam ad singulare refugium confugimus nos pusillus gressus, in periculis, in angustiis, in rebus dubiis et in omnibus necessitatibus. — Ibid.

Turris, in qua cor nostrum, si velimus illud custodire, aut quia fugitivum, aut quia lascivum, aut quia silvestre, aut quia fur et latro, recludere debemus, ut recludatur et retineatur et incarceratedetur, ut domesticetur, ut mutetur. — Ibid.

Turris, in qua est plenitudo clypearum, id est, virtutum, qui nos protegunt et tuentur; qui dicuntur esse in ea mille, id est, perfectissime, vel nulle, id est, infinite. — Ibid.

Turris nebulosa, quia ejus celsitudo et dignitas a nobis videri non potest, nec intelligi. — Ibid.

Turris propter altitudinem, rectitudinem, fortitudinem, amplitudinem et plenitudinem. — Ibid.

Turris, quia sicut in turribus solent ponи obsecdes filii nobilium causa foederis, ita in Maria positus est, et quasi obses datus Filius Regis summi. — Ibid.

Turris sanctorum. — Barth. de Pisis, lib. i, *De laud. B. V. M.*, fructu 2.

Turris stabilitate. — Idem, lib. i, *De laud. S. V. M.*, fructu 8.

Turris fortitudinis, ex qua mille clypei pendent. — Bernardin. de Bust. in *Mariali*, cap. 6, *de Concept. B. V. M.*

Turris fortitudinis, Christianis contra insidias diabolice pravitatis. — Joan. Trith. *De mirac. B. V. M. prope Dittelbach*, lib. i, cap. 10.

Turris fortissima et inexpugnabilis, ad quam omnes debent refugere et confugere. — Maurit. de Villa Probat. serm. 30 *Corona novae B. V. M.*

Turris fortissima nos protegens. — Idem serm. 31, *Corona novae B. M.*

Turris fortitudinis a facie inimici — Idem in serm. 2 *Corona novae B. M.*

Turris David, illius, inquam, David, qui superbum Goliath quinque lapidibus de torrente, id est, quinque vulneribus, et crucis baculo, gloriantem,

in Calvariae monte prostravit. — S. Thomas de Villa Nova, conc. 4, *de Assumpt. B. V. M.*

Turris David, in qua est omnium fortium armatura, ibi fides apostolorum, ibi fortitudo martyrum, ibi puritas virginum, doctorum sapientia, anachoretarum paupertas, devotio confessorum; ibi denique omnium sanctorum virtus agglomerata reperitur. — Ibid.

Turris, in qua pendent mille clypei, in qua et contra omnem æstum tribulantis, et ad omuē faciem perseverantis dæmonis tutissimum clypeum invenies, quo te protegas. — Ibid.

Turris fundata super firmam petram, in montibus sanctis, immobili fundamento, siquidem Deus in medio ejus non commovebitur. — Ibid.

Turris inexpugnabilis, quæ nunquam diabolo præstitit tributum, aut fidem; in quam intravit Jesus, quando « Verbum caro factum est », inde inimicos expugnaturus, et regnum suum recuperaturus, in quo ab initio dæmon fuerat intrusus — Ibid.

Turris, quam petere debet homo in quacunque tribulatione, sive peccatis afflietus, sive persecutionibus attritus, sive temptationibus turbatus. — Ibid.

Turris munitissima, cuius muris, qui cinguntur, securi sunt. — Ludovic. Blos. in *Endolog. 2 ad B. V. M.*

TURTUR munda. — Isveli. serm. 2, *De laud. B. V. M.*

Turtur speciosissima. — S. Joan. Damascen. in *Menais Gracor.*, die 22 Januar.

Turtur tremula. — D. Althehn. in lib. *De laud. S. V. M. versibus conscripto.*

Turtur solitaria, elongans et fugiens, atque in solitudine cordis secum commanens, nidulo castitatis insidens, ac sanctæ meditationis pullos ad robur consummatæ virtutis, fructibus contemplationis enutriens. — Franco abbas, lib. vi, *De gratia Dei.*

Turtur castitate. — Hugo de S. Victore, serm. *in Nativit. vel Assumpt. B. V. M.*, qui est in ordine 34.

Turtur castissima. — Rupert. abbas, lib. v *Comment. in Cant.*

Turtur solivaga et castissima, quani solitariam angelus invenit atque salutavit. — Idem, lib. i, *Comment. in Cant.*

Turtur pudicissima. — D. Bernard. serm. *de B. V. super illud Apocal. Signum magnum.*

Turtur gemebunda. — Philipp. abb. lib. ii *in Cant. cap. 6.*

Turtur spiritualis. — Ibid.

Turtur ob amorem castitatis et solitudinis. — Caesar. Cistere. in homil. *de Purific. B. M.*

Turtur castissima. — D. Amedeus, hom. 7, *de laud. B. V. M.*

Turtur casta et felle carens. — Albert. Magn. serm. 1, in *Purific. B. V. M.*

Turtur ob continentiam et pudicitiam; in turribus enim honestas vultus, et simplicitas denotatur. — Alan. de Insul. in cap. 1 *Cant.*

Turtur nostra, amica luctus, castitatis custos, solitudinis et quietis amatrix, quæ in rupibus inaccessis, id est, in tribus personis divinis, quæ lucem inhabitant inaccessibilem, invenit nidum sibi, et non solum sibi, sed nobis, si tamen nos ad pullos ejus pertinere noscamur. — Ern. Prag. in *Mariati*, cap. 77.

Turtur ob perfectam ipsius innocentiam, ob omninodam sanctitatis custodiam, ob amabilem societatis gratiam, ob devotam orationis instantiam, et ob quietam contemplationis lætitiam. — Ibid.

Turtur, quia sicut turtur gemitum pro cantu habet, et sola avium pullos de nocte pascere dicitur, ita Maria in oratione jugiter pro toto genere humano gemitibus inenarrabilibus postulabat, et in nocte tribulationis pullos suos, qui sumus nos, suis precibus et consolatione interna pascere consuevit. — Ibid.

Turtur dilectione. — Barth. de Pisis, lib. 1, *De laud. S. V.*, fructu 8.

Turtur per devotionem. — Idem, lib. 1, *De laud. S. V.*, fructu 2.

Turtur sobria pudicissimaque, quæ sanctæ ubique moderationis servavit temperiem. — Dionys. Carth. lib. II, de *præc. Mariæ*, art. 25.

Turtur carens felle peccati originalis. — Paulus de Heredia in tract. *De Concept.* B. V. M.

Turtur, de qua Cant. cap. II: « Pulchræ sunt genæ tuæ, sicut turturis, » quia sicut turtur felle caret, et a principio sine eo creata est, ita Matri Messiae nec originale, nec actuale, nec etiam mentale peccatum attribuendum est. — Petr. Gal. lib. VII *De arcan.*, cap. 5.

Turtur pudicissima, enjus vox Omnipotentis aures mirifice demulcit. — Ludov. Blos. in *Endolog. 3 ad B. V. M.*

TUTAMEN infractum. — S. Sabas in *Menæis Græcor.* die 17 Januar.

TUTAMENTUM totius mundi salutem tenens. — Leo imp. in orat. *de Assumpt.* B. V. M.

TUTELA virorum pariter atque mulierum. — D. Ephrem. serm. *de laud.* B. V. M.

Tutela insuperabilis in temptationibus. — Anonym. in *Menæis Græcor.* die 4 Januarii.

Tutela totius mundi. — Idem in *Menæis Græcor.* die 13 Martii.

Tutela animæ nostræ in hora supremæ inquisitionis. — S. Joan. Damascen. in *Paract.* B. V. M.

Tutela fortissima, canum nos circumdantium, et animam nostram capere cupientium machinas, et arrogantes impetus dissipans. — Ibid.

Tutela nostra in temptationibus. — Ibid.

Tutela nostra post Deum. — Ibid.

Tutela servorum suorum post Deum. — Ibid.

Tutela universæ vite nostræ. — Ibid.

Tutela nobis cognitissima, cuius vi omnes semper insultus et ærumnas evadimus. — Theophan. Nicæu. in *Menæis Græcor.* die 9 Februarii.

Tutela fidelium, quæ non confunditur, nec erubescit. — S. Joseph. Hymn. in *Mariali.*

Tutela unica hominum. — Ibid.

Tutela animarum. — Theod. Lasc. imp. in can. ad S. Deip.

Tutela eorum qui ex fide ad eam accurrunt. — Idem in *Poem. B. V. M.*

Tutela nobis omni auxilio denudatis. — Ibid.

Tutela velox suum auxilium dans servis suis defensionem ejus exposcentibus celeriter. — Ibid.

Tutela beatis. — Alan. de Insul. in *Anticlaud.* lib. v.

Tutela oppressorum. — Bernardin. de Bust. in suo *Mariali*, serm. 2, *de Coronat.* B. V. M.

Tutela publica miserorum. — Justus Lipsius in *D. V. Hallensi*, cap. 27.

TUTELARIS in temptationibus. — Theod. Lasc. imp. in *Poem. B. V. M.*

TUTRIX peccatorum. — S. Andr. Creten. can. in *Concept.* B. V. M.

Tutrix humilium. — D. Bonav. in *laud.* B. V. M.

Tutrix Christianorum. — D. Bernard. Senens. serm. *de Purific.* B. V. M.

Tutrix maxima. — Joan. Palæonydor. in *Prologo tripartiti fasciculi histor.*

Tutrix mitissima et maxima. — Arnold. Bost. n prologo lib. *De patron. ac patroc. Deip. V. in ord. Carmeli.*

Tutrix Christiani populi. — B. Casimir Poloniae princeps in hymno *de B. V. M.*

TYMPANISTRIA nostra. — D. August. serm. 57, *de Nativ. Domini*, qui est 21 *De tempore.*

Tympanistria nostra concrepans de supernis. — Franco abbas, lib. vii *De gratia Dei.*

Tympanistria nostra, quia sicut Maria soror Moysi sumpsit tympanum in sua manu, egressæque sunt omnes mulieres penes eam cum tympanis et choris, quibus præcinebat Exod. xv; sic beata Virgo præcellit cum tympano mortificationis carnis voluptatis ludens in choro angelorum, quam multitudine magna virginum, quibus ipsa præcinvit, est subsecuta. — Albert. Magn. in *Postillis super cap. I Lucæ.*

Tympanistria nostra, id est, Virgo tympano canens Exod. xv: « Sumpsit Maria tympanum, et præcinebat, » quia prima votum virginitatis emisit, egressæque sunt post eam, id est, ad exemplum ipsius omnes mulieres cum tympano et choris, quibus ipsa præcinebat; ipsa enim in choris cœlestibus præcentrix esse non dubitavit, quia sicut in cœteris gratis et gaudiis, ita et in Dei laudibus, vocem ejus præcellere constat. — Ern. Prag. in *Mariali*, cap. 155.

Tympanistria nostra. — Jo. Gerson. tract. 2,
super *Magnificat*.

Tympanistria nostra. — Bernard. de Bust. serm.
4, de Visit. B. V. M.

Typus S. Ecclesiae. — S. August. serm. 6, de
Nativ. Domini, qui est 10 *De tempore*.

Typus Ecclesiae. — D. Isidorus in *Allegoriis Novi
Testamenti*.

Typus Ecclesiae. — Ambros. Ansbert. hom. in
festo Purificat. B. V. M.

Typus Ecclesiae. — Zacharias Chrysopolitan. lib. L
in unum ex quatuor cap. 512.

Typus gratiae divinæ. — Adam Præmonstrat.
lib. 1, serm. 24.

Typus Ecclesiae, quia Virgo et Mater. Etenim
Ecclesia Mater predicatur, quia Spiritu sancto
secundata, per eam quotidie filii Deo in baptismate
generantur. Virgo autem dicitur, quia integritatem
fidei servans inviolabiliter, ab hæretica pravitate
non corrumpitur. — Honor. Augustodun. in *Sigillo
B. V. M.*

Typus Ecclesiae. — Rich. a S. Laur. *De laud. S.
V. M.* lib. vi.

LIBER DECIMUS OCTAVUS.

NOMINA ET ELOGIA DEIPARÆ VIRG. MARIE, INCIPIENTIA A LITTERIS U, V ET Z.

Elenchus nominum et elogiorum Deiparæ Virginis in hoc libro contentorum.

IN HOC LIBRO DEIPARA VIRGO MARIA DICITUR :

Ubertas : Ulmus : Ultio : Umbilicus : Umbra : Umbraculum : Unguentaria : Unguentifera : Unguentum : Ungula : Unigenita : Unio : Urbs : Urceus : Urna : Uter : Utillus : Uva : Uxor : Vades : Vallis : Vapor : Vas : Vasculum : Vates : Vehiculum : Velamentum : Vellus : Velum : Vena : Venatrix : Veneratio : Venia : Venter : Venus : Venustas : Ver : Veritas : Vernacula : Vernula : Verriculum : Vertex : Vesper : Vesperus : Vestiaria : Vestibulum : Vestimentum : Vestis : Vexillifera : Via : Viatrix : Vicinus : Victima : Victoria : Victrix : Vidua : Vigil : Vigor : Villa : Vinetrix : Vinculum : Vindex : Vinea : Vinetum : Vinum : Viola : Vir : Virago : Virga : Virginitas : Virgo : Virgula : Virgultum : Virguncula : Viridarium : Viror : Virtus : Virtutes : Vis : Viscera : Visio : Visitatio : Visitatrix : Vita : Vitis : Vitrum : Vitra : Vitula : Vivificatrix : Volumen : Voluntas : Voluptas : Votum : Vox : Vulneratrix : Vulnus : Zelatrix et Zorobabel.

UERTAS honorum. — Georg. Nicomed. orat. 3
de *Concept. Deiparae*.

Ubertas orbis celeberrima. — Jacobus Monachus
in *Mariali*, orat. 4.

ULMUS, quam promisit Dominus sæculo desolato.
Isa. xli: «Ponam in deserto ulmum,» id est nasci fa-
ciam Mariam, per hanc arborem figuratum. Nam si
ulmus, secundum Isidorum, in uliginosis locis et hu-
midis melius proficit, et apta est viribus sustentandis:
Maria proficiebat ex humoribus charismatum, et do-
norum Spiritus sancti, et meritis et exemplis et ora-
tionalibus sustentat fructificantes in bono, imo to-
tam Ecclesiam, que est vitis. — Richard. a S. Laur.
De laud. S. V. lib. xi.

ULTIO coruim qui vexantur. — Eutychianus in
Vita sancti Theophili.

UMBILICUS Ecclesiae, quia sicut umbilicus in me-
dio totius corporis, ita Maria in medio Ecclesiae,
quæ corpus est Filii sui, omnibus quantum in se
est parata benefacere. — Rich. a S. Laur. *De laud.
S. V.* lib. ii.

Umbilicus, nunquam indigens poculis, cum sit
plena gratia, et semper hauriat aquas in gaudio
de fontibus Salvatoris, Isa. xii. — Ibid.

Umbilicus, quia sicut umbilicus est in medio
corporis, sic et ipsa est Mediatrix generis humani.
— Jacob. de Vorag. in *Mariali*, serm. 17, C.

UMBRA refrigerans. — Maurit. de Villa Probata.
serm. 8 *Coronæ novæ B. M.*

UMBRACULUM fontanum aquæ salientis in vitam
æternam, atque vitam eandem in omnes omnino
homines derivantis. — S. Saba in *Menæis Græcorum*,
die 3 Januarii.

Umbraculum laboris æstu confractorum. — Idem
in *Menæis Græcorum* die 28 Januarii.

Umbraculum quod Ecclesiae præparavit umbra
refrigerans, qua virtus Altissimi obumbravit ei,
et per carnem ex ea assumptam. — Idiota *De B. V.*
part. viii, contempl. 1.

Umbraculum Spiritus sancti. — Franc. abb.
lib. vi *De gratia Dei*.

Umbraculum Spiritus sancti. — Adam Præmon-
strat. lib. 1, serm. 40.

Umbraculum meridiani, id est, refugium contra
æstum persecutionis urentis et ferventis, sicut sol
in meridie urit et fervet, vel contra incentiva libidi-
nis. — Richard. a S. Laurent. *De laud. S. V.* lib. ii.

Umbraculum quod virtus Altissimi Ecclesiae præ-
paravit. — Idem, *De laud. S. V.* lib. xi.

Umbraculum Dei placitum. — D. Bonav. in *Lita-
niis Psalt. B. V.*

Umbraculum protectionis in temptationibus no-
stris. — Idem, in *Psalt. B. V.*

Umbraculum infirmorum, refrigerans umbra mi-

sericordiae, quos reverberat sol radiis justitiae. — Albert. Magn. super *Missus est*, cap. 160.

Umbraculum a turbine et a pluvia, Isa. iv, id est, ab insulto et tentatione diaboli. — Ern. Prag. in *Mariali*, cap. 94.

Umbraculum confugientes ad se cum vero corde abscondens gloriose, et protegens, et securos faciens, et ab æstu libidinis, et a turbine superbæ, et a pluvia avaritiae Isa. iv.—Idem in *Mariali*, cap. 102.

Umbraculum peccatoris pœnitentis, eidem ponens umbram suam, quasi noctem in meridie, ut habitent apud eam fugiti, et Dei timentes sententiam judicis. — Id. in *Mariali*, cap. 39.

Umbraculum iucundissimum. — Isidor. Thessal. in orat. de *Nativ. B. V.*

Umbraculum Ecclesiæ. — Maurit. de Villa Probata, serm. 8 *Corona novæ B. M.*

UNGUENTARIA bona, que ex purissimis sanguinibus suis tanquam ex speciebus aromaticis, composuit pretiosum thymiamam, scilicet Dominum nostrum Jesum Christum, et illud obtulit Deo, in Præsentatione in templo. — Bernardin. de Bustis, serm. 1, de assimilat. S. M.

Unguentaria excellentissima. — Jo. Picus lib. II, in *Cant. cap. 14.*

UNGUENTIFERA, per quam Deus suorum ad nos beneficiorum derivat fragrantiam, que Christum portavit, thesaurum inexhaustum, cuius ubique puritatis aromata supra omnem odoris fragrantiam, cum Dominus fuisse odoratus, in ea quidem habitavit, atque ad nos per eam venit. — Georg. Nicomed. in orat. in *S. Mariæ assistentiam ad sepulcrum.*

UNGUENTUM suaveolens, que Dominum unguentum vitæ, mirabiliter insertione suscepit; unguentum, inquam, quod nostros animos suavius perspiret floribus gratiae. — S. And. Cret. can. in *Concept. B. V.*

Unguentum thymiamatis odorem afflans. — S. Germ. Const. orat. 1, in *Præsent. S. V.*

Unguentum, maximi infinitique pretij compositio, omnimode castimonie unguenta perspirans, ex qua Dominus ejus cognominis prodiit, quippe ait: « *Unguentum effusum nomen tuum,* » quo regale unctum sacerdotium est.—S. Jo. Damasc. orat. 4, de *Nativ. B. V.*

Unguentum pretiosum. — Idem, orat. 2, de *Assumpt. B. M.*

Unguentum tanta suavitate, tantaque vi præditum, ut vel leviter admotum, fructum ejusmodi afferat, qui nulla ratione auferri possit. — Ibid.

Unguentum pretiosum. — S. Joseph. Hymn. in *Mariali.*

Unguentum in corde et corpore. — Cæsarius Cisterc. in hom. de *Nomine Mariae.*

Unguentum fragrans. — Isidorus Thessalon. orat. de *Assumpt. B. M. V.*

Unguentum suavissimum. — Idem in orat. de *Nativit. B. M. V.*

UNGULA, per concupiscentiae carnalis extictionem: ungula enim, quia frigide naturæ, concupiscentiae carnalis male blandientis, extinctionem designare potest. — Hugo de S. Vict. serm. in *quotlibet festo B. M. V.*, qui est in ord. 35.

Ungula, ex qua confectum est odoriferum thymiamam, scilicet Dominus noster Jesus Christus, qui suo Patri oblatus est: sicut sacrificium gratissimum super omnia alia. *Ungula* enim est species aromatica sic dicta secundum Isidorum in lib. xvii *Etymolog.*, et Nicol. de Lyra super xxiv *Eccl.*, quia est unguis similis, et alio nomine dicitur onycha, et haec species ponitur in confectione thymiamatis, ut habetur Exod. xxx.—Bernard. de Bustis serm. 1 de assimilat. B. M. V.

UNIGENITA, quam sanctus fortis Dei Filius Deusque ex sterili matre produxit, ut qui unigenitus erat, ac primogenitus omnis creaturæ Unigenitus ex ea genitus. Primogenitus esset inter multos fratres, æque videlicet ac nos carnis et sanguinis ab illa particeps factus. — S. Jo. Damasc. orat. 1 de *Nativit. B. M. V.*

UNIO hominum ad Deum. — Anast. Antioch. orat. 2, in *Annuntiat. B. M. V.*

Unio spiritualis, cunctis unionibus, quas perlas vocant, affectu atque virtute medendi, longe præstantior, cultorem sibi devotum, castum reddens, et placidum: infirmum conscientiae pœnitentis confortans stomachum: ulcera mentis curans mortifica; vocis, cordis et totius anime tollens nocumenta; epilepticos, cardiacos et nimio fluxu ventris infirmos liberans, febres animi pestilentiales curans. — Jo. Trith. lib. *De miraculis B. M. V.* ix *Urticeto*, cap. 7.

URBS fortitudinis, enjus antemurale fuit jugis et vigil angelorum custodia. — Joan. Halgrin. in cap. iv *Cant.*

Urbs fortitudinis nostræ, in qua conclusus est Salvator per Incarnationis mysterium, et ipse eam conclusit, ut murus per defensionis ministerium. — Ibid.

Urbs refugii nostri. — Ibid.

Urbs fidelis, fideliter recipiens et conservans ad se fugientes. — Albert. Magn. in *Biblia Mariæ* super proph. Isa.

Urbs fortitudinis contra omne malum. Isa. xxvi. — Ibid.

Urbs palmarum. Judie. xv. — Bern. de Bustis serm. 1, de assimilat. B. M.

Urbs palmarum. — Maurit. de Villa Probata, serm. 20 *Corona novæ B. M.*

URCEUS, vas scilicet, in quo deportatur aqua benedicta; in Maria enim, tanquam in vase, transmisit nobis Pater aquam illam gratiae, quam nobis promiserat, Ezech. xxxvi: « *Effundam super vos aquam mundam,* et mundabitini: » aliter enim non poteramus habere benedictionem Dei. — Richard. a S. Laur. *De laud. S. V.* lib. x.

Urna aurea, continens manna cœleste. — D.
Epiphanius in serm. *de laud. S. V.*

Urna pulcherrima, cœli manna gestans. — D.
Ephrem. in serm. *de laud. B. M. V.*

Urna aurea, proferens manna, nempe Christum. — S. Jo. Chrys. orat. 7, in *saintiss. Deipar.*

Urna aurea, eum continens, qui dulce manna, et mel e petra ingrato populo subministravit. — S. Andr. Cret. orat. 1, in *Annuntiat. B. V.*

Urna Divinitatis manna continens. — Idem can. in *Isaiam prophetam.*

Urna manna intus mundo dulcedinem ferens. — Idem can. in *Concept. B. V.*

Urna mannae divinæ. — Anonym. in *Euchol.* seu *Rituali Græcorum* in officio aquæ benedictæ minori.

Urna inelyta et gloriosa. — Georg. Nicomed. in orat. *de exitu S. Dei Parentis, quando fuit oblata in templo.*

Urna tota aurea, habens manna. — S. Germ. in suo *Mariali*, fragm. 45.

Urna ex auro confecta, Christum cœleste manna condens, cibum omnibus immortalem. — Idem, serm. in *Nativit. B. M. V.*

Urna ex auro puro constans, et suavissimam animarum nostrarum dulcedinem, Christum, qui manna est, condens. — Idem, orat. 1 *Præsentat. B. M. V.*

Urna manna habens, sed in passione Filii plena amaritudine. — Id. in suo *Mariali* fragm. 16.

Urna, auro sicutum vas, ab omni vase secretum, ex quo mundus universus impensum manna accepit, vitæ scilicet panem, igne Deitatis excocum. — S. Jo. Damasc. in orat. 4 *de Nativitate B. M. V.*

Urna dulcis mannae. — Idem orat. 2 *de Assumpt. B. M. V.*

Urna sincera, ac instar auri rutilans, quæ cœlesti manna produxit. — Idem, orat. 3 *de Assumpt. B. M. V.*

Urna auro fulgida, quæ Christum vitæ manna portavit. — S. Joseph Hymn. in *Mariali*.

Urna continens manna; Christum enim germinavit qui omnibus honorantibus illam, scientiæ manna velut imbre demittit. — Ibid.

Urna divinitatis manna continens. — Ibid.

Urna ferens manna, quod piorum sensus dulcedine perfudit. — Ibid.

Urna, quæ intelligibile manna tulit, Christum scilicet dulcedinem mundi. — Ibid.

Urna, quæ manna, id est, Christum dulcedinem nostram portavit, et in carne peperit, qui eripit ab omni amaritudine foedissimorum peccatorum eos qui superexaltant ipsum in sæcula. — Ibid.

Urna quæ vitæ manna in utero portavit. — Ibid.

Urna rationalis, quæ Christum, immortalitatis manna tulit, liberans nos a mortiferarum passionum amaritudine, ut cum fide et pietate eam glorificemus. — Ibid.

Urna tota aurea. — Ibid.

Urna Deum continens. — Joan. Geom. serm. in *Annunt. S. Dei Genitricis.*

Urna habens manna. — Hugo de S. Vict. lib. iv, *De proprietat. et epithetis rerum*, cap. 2.

Urna aurea. — D. Bernard serm. 2 super *Salve Regina.*

Urna aurea, de luto nostræ naturæ producta, quæ in se reconditum habuit manna cœlestis gratiæ. — Petr. Comest. in serm. *de Concept. B. M. V.*

Urna aurea supernæ dulcedinis habens manna. — Petrus Bles. serm. 38.

Urna divina, continens manna. — Theodorus Lasc. imperator in *Poem. B. M. V.*

Urna tota aurea quæ Deum tanquam manna suscepit. — Idem in can. *ad S. Deiparam.*

Urna aurea, in qua deposita fuerunt aurum Deitatis et argentum mundissimæ et candidæ humanitatis Filii Dei. — Rich. a S. Laur. *De laude B. M. V.* lib. iv.

Urna aurea, per excellentiam vitæ, per integritatem et puritatem, per plenitudinem gratiæ. — D. Amedeus hom. 1, *de laud. S. V.*

Urna, quæ manna reconditum habuit, quia panem angelorum, qui de cœlo descendit, et dat vitam mundo, sacrosancto gessit in utero. — Ibid.

Urna aurea, splendore gratiæ capax cœlestis panis, in quam grana sanguinis, et sata puræ similaginiæ sunt collecta, ad divini Sacramenti confectio nem. — Albert. Magn. in *Postillis super c. ii Lucæ.*

Urna, in quam manna cœlesti colligitur. — Ibid.

Urna immortalitatis manna continens. — Jacob. Monach. orat. *de Nativ. B. M.*

Urna Spiritus sancti auro conflata. — Ibid.

Urna penitus aurea, in qua reseratur cœlestis dulcedinis manna. — Jo. Trith. lib. 1, *De miraculis B. V. M. in Urticeto*, cap. 6.

Urna mannae cœlestis. — S. Thom. de Villa Nova in conc. 3 *de Nativit. B. M. V.*

Urna pulcherrima, cœlesti balsamo plena. — Idem serm. 1 *de Annuntiat. B. M. V.*

UTER, vas sic dictum ab utero, quia totum quasi in ventre; nam in utero Mariæ statuit Dominus aquas gratiarum, quasi in utro, sicut dicit Psalmista LXXVII, et de illa plenitudine jugiter recipimus gratiam pro gratia, nisi steterit per nos. — Rich. a S. Laur. *De laud. B. M. V.* lib. x.

UTERUS divinæ incarnationis. — D. Anselm. in hymn. 2 *B. Dei Genitricis.*

UXOR Joseph, propter solam desponsationem. — D. Cyrillus Hierosolymit. Catech. 12.

UXOR Christi, quam bis quasi dotavit Dominus, nempe primo gratiæ, secundo gloriæ. — Rich. a S. Laurent. *De laud. B. M. V.* lib. vi.

UXOR figurata Genes. iii, ubi legitur: « Vocavit Adam nomen uxoris suæ Ewam, eo quod mater esset omnium viventium. » Apoc. xix: « Venerunt nuptiæ Agni, » id est tempus carnem assumendi; « et uxor ejus præparavit se, » id est, se reddidit idoneam, ut de ipsa carnem assumeret. — Ibid.

UXOR, de qua dicitur Christo in Psal. xxvii:

UXOR tua sicut vitis abundans in lateribus domus

tua : » Maria enim vitis (*Ecli. xxiv*), abundans in multitudine spiritualium filiorum, quia est Mater omnium viventium vita gratiae. — Ibid.

Uxor figurata, Judith. v, ubi legitur in figura Mariæ : « Benedicta inter mulieres Jeal uxor Haber Cinæi : » Beata enim Virgo dicitur uxor Christi. Nam si omnis anima spiritualiter uxor Dei est, illa præcipue uxor dicitur, in quam plus contulit gratiarum. — Ibid.

Uxor et sponsa et Mater Filii Dei. — Albert. Magn. super *Missus est*, cap. 50.

Uxor Regis æterni. — Idem in *Biblia Mariæ* super lib. Job.

Uxor Noe, per obedientiam. — Barthol. de Pisis lib. i *De laud. S. V.*, fruct 2.

Vades peccatorum. — S. German. orat. in *Dormit. B. V. M.*

Vallis frumenti ferax ; scriptum est enim, quia « valles abundabunt frumento », Psal. **lxiv**, in qua exortum est frumentum illud, quod de se ipso in Evangelio ait : « Nisi granum frumenti, cadens in terram, mortuum fuerit, ipsum solum manet (*Joan. xxii*) ; » rorantibus quippe cœlis desuper, nubibusque Justum pluentibus ad abundantiam roris hujus se vallis ista aperuit, et germinavit Salvatorem. — Adam de Pers. serm. in *Annuntiat. B. V. M.*

Vallis abundans illo frumento, de quo dicitur Joan. **xii**, « Nisi granum frumenti. » — Richard. S. Laur. *De laud. sanctiss. V. lib. viii.*

Vallis, de qua dicitur Isa. **xl** : « Omnis vallis implebitur ; » potest enim Maria congrue dici omnis vallis, propter omnino dñm humilitatem cordis, vocis, operis et omnium sensuum, et propter hoc impleta est omni charismate spiritali, et dicta est gratia plena. — Ibid.

Vallis plena cœlesti frumento, de cuius plenitude nos, qui eramus vacui, accepimus. — D. Anton. de Pad. serm. in *Domin. 4 Advent.*

Vallis benedicta. — D. Bonav. in *Speculo B. M. V.*, cap. 43.

Vallis benedictionis. — Ibid.

Vallis Dei humilitate profunda. — Ibid.

Vallis vallium, quia humillima humilium. — Ibid.

Vallis illustris, quam noster verus Abraham elegit in habitationem sibi. Gen. **xii**. — Ern. Prag. in *Mariali*, cap. 37.

Vallis, in qua abundavit duplex humor, scilicet ab inferiori fontes ; unde Psal. **ciii**, « Qui emittis fontes in convallibus, » et a superiori rores. Unde Isa. **xlv** : « Rorate cœli desuper ; » habuit enim beata Virgo duplēm pietatis et devotionis affectum, scilicet, de restauracione angelica, et de redemptione humana. — Ibid.

Vallis uberrima, pinguis propter temporalia beneficia, pinguior propter spiritualia, pinguisima propter cœlestia, quæ ab ipsa recipimus copiose. — Ibid.

Vallis visionis, vere et recte, quia Dominus noster sol justitiae eam semper invisit. — Ibid.

Vallis exaltata super omnes montes. — D. Biritta lib. i *Revel. cap. 51*.

Vallis propter humilitatem, quam præ aliis habuit, altior tamen omnibus montibus, id est, sanctis. — Ibid.

Vallis humilitatis. — Maurit. de *Villa Probata*, serm. 4 *Coronæ novæ B. M.*

Vallis amœna, vernans virtutum liliis. — Ludov. Blos. in *endologia 2 ad B. V.*

VALLUM fidele. — D. Ephrem. in *sermone de laud. B. M. V.*

Vallum imperii. — Georg. Nicomed. orat. 3 *de Præsent. B. M. V.*

Vallum fortissimum. — S. Germanus orat. 2, *in Dormit. S. M. V.*

Vallum undique munitum. — Ibid.

Vallum fidelium. — S. Joan. Damasc. can. *in S. Maxim.*

Vallum sapientissimorum martyrum. — S. Joseph. *Hymnograph. in Mariali.*

Vallum inconcussum, a Deo fundatum. — Jac. Monach. orat. *de Nativ. S. M. V.*

VAPOR virtutis Dei. — Albert. Magn. super *Missus est*, cap. 492.

Vapor Dei, quia habuit cogitationes odoriferas. — Jacob. de Vorag. in *Mariali*, serm. 11 L.

Vapor virtutis Dei. — Maurit. de *Villa Probata* serm. 31 *Coronæ novæ S. M.*

VAS electionis, quod non sustinuit justitia communibus laxari injuriis, quoniam plurimum a cœteris differens natura communicabat, non culpa.

— D. Cyprianus in serm. *de Nativ. Christi.*

Vas exiguum, cui ubique divinitas dilatata plenitudinem sui infudit. — Ibid.

Vas Dei capax nunquam commaculatum. — S. Athanas. serm. *in descriptionem SS. Deip.*

Vas miraculorum. — S. Gregor. Thaum. orat. 2 *de Annunt. S. M. V.*

Vas omnium mysteriorum divinorum. — Ibid.

Vas supercœlestis lœtitiae. — Ibid.

Vas admirabile. — D. Epiphan. lib. iii *Adversus hæreses*, hæresi 78.

Vas electum. — Idem, lib. i *Contra hæreses*, hæresi 30.

Vas eximium. — Idem, lib. iii *Adversus hæreses*, hæresi 79.

Vas honoratum et colendum. — Idem, lib. iii *Adversus hæreses*, hæresi 78.

Vas, in quod advenit hominum salus. — Ibid.

Vas pretiosum ac excellentissimum. — Ibid.

Vas, quod cepit incomprehensibilem, et suscepit mysterium signi cœlestis et vitæ hominum. — Ibid.

Vas sanctum. — Ibid.

Vas, quod ad suam descensionem Christus elegit. — S. Ambros. in lib. *De bono V.*

Vas præclarum et electum Dei. — D. Ephrem in serm. *de laud. B. M. V.*

Vas non aureæ instar arcæ, quæ manna cepit, sed cœlestem panem alvo comprehendens, panem

alimenti roborisque causa credentibus datum. — D. Basil. Seleuc. orat. *in Annunt. Deip.*

Vas impollutum. — S. Jo. Chrys. 5 de *Annuntiat.* B. M. V.

Vas incontaminatum. — Ibid.

Vas immaculatum virginitatis. — S. Proclus in orat. 1 de *laud.* S. V.

Vas in honore Dei a facie templi. — Venant. Fortunat. elegia *in laudem S. M. V. Matris Domini.*

Vas novum unguenti non deficientis. — S. Andreas Cret. orat. 3 de *Dormit.* B. V.

Vas, quod sibi mundi Conditor præparavit, ut per ipsum posset apparere hominibus. — D. Ildephons. serm. 3 de *Nativ.* B. V.

Vas sanctificationis. — Idem, in lib. *De virginitate Mariæ*, cap. 10.

Vas illibatum. — Anonymus in *Euchologio*, seu *Rituali Gracorum*, in officio exsequiarum.

Vas impollutum. — Georg. Nicomed. orat. 1 de *Præsent.* B. M. V.

Vas virtutum pretiosum, ferens signa incorruptæ puritatis. — Idem in oratione *de exitu S. Dei Parentis, quando fuit oblata in templo.*

Vas electum, quod sibi Deus reposit. — S. Germ. Constant. orat. 1 in *Præsent.* B. M. V.

Vas, ex quo recreationis manna nos malorum ardoribus arefacti ebibimus. — Idem, orat. *in zon. Deiparæ.*

Vas in quod se Deus infudit. — Idem, orat. 1 in *Dormit.* B. M. V.

Vas pretiosum, totius divini cultus, et divina mysteria continentis, in quo Deus carne obsignatur, et sanctificat omnia, et occulte veniens ad homines fit habitator, et patitur se peccatorum manibus tractari et ori luteo admoveri, et nostræ carnis pulveri immisceri, temperans se, non evanescens. — Idem serm. in *Nativ.* B. M. V.

Vas auro fictum, ab omni vase secretum, ex quo mundus universus impensum manna accepit, vitæ scilicet panem igne Deitatis execustum. — S. Jo. Damasc. in orat. 4 de *Nativ.* B. M. V.

Vas luminis vere lucentis. — Idem, in canone *de sanctiss. Trinitate.*

Vas virginitatis aureum ac firmum. — Idem, orat. 4 de *Nativ.* B. M. V.

Vas suavissimi odoris. — S. Jo. Damasc. can. in *S. Annam.*

Vas lucis illuminantis totum orbem, illuminans obtenebratam vitæ deliciis miseram animam nostram, quo sicut in die per vias Dei ambulemus. — S. Joseph. Hymn. in *Mariati.*

Vas innocentiae purissimæ sine macula et labore. — Idiota in sua *contempl.* de S. V. M.

Vas admirabile et novum, quia nunquam inventum est, in quo fuerunt multa mirabilia et multæ novitates. — Idiota *De B. V.* parte xiv, contemplat. 57.

Vas, admirabile opus Excelsi, in quo bene fabricando studuit excelsus Dominus. — Ibid.

Vas admirabile propter continendi modum, quia cum Deus sit in omni creatura per essentiam, et in solis justis per gratiam, his duobus modis fuit in beata Virgine et novo et mirabili modo per unionem. — Ibid.

Vas admirabile propter operositatem, quæ superat materiam. Fuerunt namque in beata Virgine omnes varietates virtutum et donorum, omnes sculpturæ desideriorum sanctorum, et omnes picturæ sanctarum cogitationum. — Ibid.

Vas admirabile propter recipiendi et emitendi modum ineffabilem et singularem, quia contra mortem aliorum vasorum, nec fractum, nec apertum est in recipiendo, vel emittingendo : recepit enim et emisit cum integritate, ut stella radium et flos odorem. — Ibid.

Vas admirabile, quod coelestis aurifaber, qui sapientia sua de luto aurum fecit, formavit de luto humanæ naturæ, non tamen luteum, sed vere aureum ; de quo etiam vase manente integro ineffabiliter formavit postea vas corporis sui, et in hoc opere sapientia Dei vicit malitiam diaboli, qui in primis parentibus aurum humanæ naturæ redegerat in lutum. — Ibid.

Vas capax gratiæ adeo et maxime per humilitatem, quod sola meruit impleri, ut sibi et toti mundo sufficeret copiosa. — Ibid.

Vas, de quo dicitur, « A Domino factum est istud, et est mirabile in oculis nostris,» quia in beata Virgine fuit consors contrarietas contraricrum, scilicet mortalitas et immortalitas, virginitas et fecunditas, et quod mirum fuit, rationis et fidei. — Ibid.

Vas eximum propter continentiam, quia beata Virgo continuo suum continens ; et licet nullum aliud vas possit se majus continere, beata Virgo continuo illum, quem totus non capit orbis, et a quo ipsa continebatur. — Ibid.

Vas illius artificis, qui fabricatus est auroram et solem, opus excoxitum ante sæcula, consummatum in fine sæculorum. — Ibid.

Vas misericordiæ, ad quod recurrere debent vasa contumeliae plena luto fœdissimo diversorum vitiorum. — Ibid.

Vas profundissimum per humilitatem, solidissimum per patientiam, integerimum per virginitatem, amplissimum per charitatem, purissimum per omnitudinem puritatem, capacissimum per desiderium, et ideo balsamum divinæ gratiæ dignum et congruum est continere. — Ibid.

Vas quod se ipsa implevit operata Dei sapientia et ob vasis inæstimabilem pulchritudinem in convenienti mensibus corporaliter habitavit. — Ibid.

Vas virgineum, divinis charismatibus, ut margaritis ineffabiliter ornatum, in quo qualitas Dei mixta homini compaginaretur corporaliter, non secundum propagationem, sed secundum Spiritus sancti operationem. — D. Fulbertus Carnot. serm. 3 de *Nativit. sanctiss. V.*

Vas vite et salutis universorum. — S. Anselm.
in orat. ad B. V.

*Vas novum per virginitatem, in quod Pater
æternus mittens sal sapientiae suæ sanavit aquas
Jericho, id est gentes mundi.* — Hugo de S. Vict.
lib. 1, *Erudit. theologic. ex Miscellaneor.* 2, tit. 110.

Vas aureum, continens manna. — Arnold. Car-
not. tract. de illis verbis Domini : *Mulier, ecce
filius tuus.*

*Vas singulare, in quo Filius Dei latere voluit,
non solum per inhabitantem gratiam, sed per car-
nis unionem, in quo Deus hominem assumpsit,
hominem dico, id est, hominis naturam, non ho-
minis personam, sed hominem in persona : ita ut
in Deum transiret, non naturæ versibilitate, sed
Dei dignatione, quia nec Deus est mutatus in hu-
manam substantiam, assumendo hominem, nec
homo in divinam, cum glorificatus est in Deum.* —
Garnierius Lingon. serm. 2 de Purific. B. M. V.

*Vas adeo capax gratiae, et maxime per humilita-
tem, quæ sola ineretur impleri, ut sibi et toti
mundo sufficeret copiose.* — Rich. a S. Laur. *De
laud. sanctiss.* V. lib. x.

*Vas admirabile, de quo in Psalmo cxvi, « A Do-
mino factum est » vas « istud, et est mirabile in
oculis nostris. » In Maria siquidem convenerunt
tres admirabiles conjunctiones, quasi contrariorum,
quæ factæ sunt non secundum naturam, sed supra
naturam ; quæ sunt Deus et homo, Mater et Virgo,
fides et cor humanum.* — Ibid.

*Vas admirabile, per quod habemus Christum,
qui est « panis vivus, qui de cœlo descendit »,
(Joan. vi), et qui est fructus fructuum in mensa
altaris, et habituri sumus in mensa coelesti, et per
quod etiam suscipimus jugiter data optima, quæ
descendunt a Patre luminum.* — Idem, *De laud. S.
V.* lib. xii.

*Vas admirabile propter conformitatem ; con-
tentum enim in vase accipit formam vasis, non e-
contrario, sicut videre est in aqua vel lacte conge-
latis in vase, vel in campana, quæ formam accipit
moduli : e contrario modo hic fuit, quia continens
mutatum fuit secundum exigentiam contenti, assi-
milata est enim humana natura Deitati.* — Ibid.

*Vas admirabile, propter continendi modum ;
quia cum Deus in omni creatura sit per essentiam,
in solis justis per gratiam, his duobus modis in
Maria fuit, et admirabili modo per unionem.* —
Ibid.

*Vas admirabile, propter continentiam; continuit
enim suum continens, nullum enim aliud vas potuit
majus se continere, sed Maria illum continuit,
quem totus non capit orbis, et a quo ipsa con-
tinebatur.* — Ibid.

*Vas admirabile propter contrariorum inconcor-
dem contrarietatem, scilicet mortalitatis et immor-
talitatis, virginitatis et secunditatis, et quod mirum
fuit, rationis et fidei, quæ multum sunt contrariae ;
unde Maria potuit dicere post partum : Sum, quod*

eram, id est, Virgo, nec eram, quod sum, id est
Mater ; modo dicor utrumque, id est Mater et
Virgo.

— Ibid.

*Vas admirabile, propter omnitudinem sufficien-
tiam ; quia quo plus ex eo hauritur, eo plus in eo
invenitur, unde dicitur Mæriæ Cantus. vi : « Umbi-
lieus tuus crater tornatilis, nunquam indigens po-
culis.* — Ibid..

*Vas admirabile, propter pretiositatem, quæ su-
perabat materiam, fuerunt enim in hoc vase omnes
varietates virtutum et honorum, omnes sculpturæ
sanctorum desideriorum, omnes picturæ sanctarum
cognitionum, ideo dicitur vas admirabile opus
Excelsi.* — Ibid.

*Vas admirabile, propter recipiendi et emittendi
modum ineffabilem et singularem, quia contra
morem aliorum vasorum, nec fractum, nec apertum
est in recipiendo, vel emittendo. Recepit enim cum
integritate, ut oculus et vitrum solem ; emisit cum
integritate, ut stella radium et flos odorem.* —
Ibid.

*Vas admirabile, quo cœlestis Aurifaber, qui sa-
pientia sua de luto facit aurum, formavit de luto
humanæ naturæ, non tamen luteum, sed vere
aureum, de quo etiam vase manente integro inef-
fabiliter formavit postea vas corporis sui.* — Ibid.

*Vas auri solidum, ornatum omni lapide pretioso,
Eccli. L. Fuit enim aureum Regi regum conve-
niens, quia aurum regibus convenit ; designata
per omnia vasa Domini, id est, Ecclesiæ, quæ fecit
verus Salomon de auro purissimo, sicut legitur
II Paralip. iv et III Reg. vii. Designata etiam per
omnia vasa, de quibus rex Salomon potabat, et per
universam supellectilem domus saltus Libani, quæ
omnia fuerunt de auro purissimo. Fuit etiam solidum
per constantiam et omnitudinem patientiam,
quod omnibus promissis angelis a virginitatis pro-
posito inclinari non potuit, aut plicari, quod nulla
tribulatione, nullo metu mortis potuit conquassari,
sicut manifeste apparuit, quando fugientibus disci-
pulis stetit impetrata juxta Filii crucem. Fuit
denique ornatum omni lapide pretioso, id est, omni-
moda virtute ut illud Ezech. xxviii : « Omnis lapis
pretiosus operimentum tuum, » ei multo melius
attribui debeat, quam Lucifero ante occasum.* —
Ibid.

*Vas auri solidum, ornatum omni lapide pretio-
so Eccli. L : scilicet jaspide fidei, hyacintho speci,
carbunculo charitatis, sapphiro contemplationis,
sardonicho martyrii, topazio universæ virtutis, et
omniimodæ pulchritudinis, et sic de ceteris lapidi-
bus, quibus virtutes ceteræ designantur.* — Idem,
De laud sanctiss. V. lib. iv.

*Vas castrorum Eccli. XLIII ; vas castrorum in
excelsis, in firmamento cœli resplendens. Sicut
enim luna dicitur vas castrorum, quia est vas uni-
versale, ab omnibus planetis, qui castra dicuntur,
dispositionem recipiens ; ita Maria, quæ pulchra di-
citur ut luna, vas est universale, universaliter habens*

perfecte, quidquid boni alii sancti habent particulariter. — Rich. a S. Laur. in *Laud. S. V.* lib. x.

Vas cœlestis sapientiae. — Idem, *De laud. S. V.* lib. iv.

Vas crystallinum, sapphirinum, smaragdinum, eburneum, aureum et argenteum ad reponendum Dominici corporis sacramentum, et omnium reliquiarum, id est, virtutum impretiabilem thesaurum. — Idem, *De laud. S. V.* lib. x.

Vas electionis, quod Deus elegit, et præelegit, imo et præelectionis, sicut de Paulo legitur, *Act. ix.* — Ibid.

Vas electrinum, ob aurum sapientiae, et argentum eloquentiae, et quia continuit Christum, qui electrum dicitur *Ezech. i.*, propter aurum divinitatis, et argentum humanitatis. — Ibid.

Vas ineffabile, in quo Filius Dei comedit ravum suum cum melle suo, bibit vinum suum cum lacte suo (*Cant. v.*). — Ibid.

Vas misericordiae, præparatum a Domino in tempore miserendi. — Idem, *De laud. SS. V.* lib. iv.

Vas novum, de quo IV Reg. ii dixit Elisæus: Afferete mihi vas novum, et mittite in illud sal: Maria siquidem vas novum per gratiam sine alienus vestitate peccati, in quo vase omnia nova fecit Dominus; unde dicit Apoc. xxi: « Ecce nova facio omnia. » Cui vasi immissum est a tota Trinitate in incarnatione sal, id est Christus, qui est sapientia Patris, et sic sanatae sunt aquæ Jericho, id est, populi mundani, quia aquæ multæ, populi multi. *Apoc. xvii.* — Idem, *De laud. sanctiss. V.* lib. x.

Vas perfecte bonitatis, quæ principaliter consistit in tribus, ut scilicet vas sit de bona materia, de bono odore et de bono sono. In sono percipitur veritas integratæ, ut patet in campanis; in odore sapor bonitatis, ut patet in dolis; in materia effectus virtutis. Sonus nostri vasis humilitas, quando respondit: « Ecce ancilla Domini; » odor virginitas, unde: « Quoniam virum non cognosco: » materia aurum, id est charitas, quæ operatur magna, vel electrum, compositum ex argento candidæ virginitatis, et auro splendidæ et pretiosæ materialitatis, quæ peperit Filium, qui figura est et splendor glorie Patris. — Ibid.

Vas profundissimum per humilitatem, solidissimum per patientiam, integerrimum per virginitatem, amplissimum per charitatem, mundissimum per omnino modam puritatem, et capacissimum per desiderium, et ideo balsamum divinæ gratiæ dignum et congruum continere. — Ibid.

Vas, quo se ipsa implevit corporata Dei sapientia, et ob vasis inæstimabilem pulchritudinem, in ipso novem mensibus corporaliter habitavit. — Ibid.

Vas quod mundum servavit virginitas, profundum humilitas, solidum charitas, et tale *vas*, scilicet mundum, profundum et solidum, necessarium erat Christi electuario continendo. — Ibid.

Vas unum, id est, singulare, in quo repositum est manna *Exod. xvi.* id est, dulcedo divinitatis,

quæ dicitur et est panis angelorum, et hoc in Dominica incarnatione. — Ibid.

Vas unum, id est, singulare quoad animam per fidem; unde *Luc. i.*: « Beata quæ credidisti, » et quoad carnem, cuius portionem quamdam assumpsit Dei sapientia. — Ibid.

Vas pretiosissimum et sanctissimum in quo Dei Verbum conceptum est. — D. Amedeus hom. 3, *de laud. sanctiss. V.*

Vas cunctis venerabile. — D. Bonav. *in laud. B. M. V.*

Vas dignum. — Ibid.

Vas egregium. — Ibid.

Vas sigulum pariens. — Ibid.

Vas gratum. — Ibid.

Vas immensissimum, quia illum, qui cœlo major est, continere potuit. — Id. in *Speculo B. V.* cap. 5.

Vas laudabile. — Idem, *in laude B. V. M.*

Vas nobile. — Ibid.

Vas purissimum. — Idem, in *Speculo B. V.* cap. 11.

Vas unguenti. — Idem, in *Psalterio B. Virg.*, quinquagen. 3.

Vas admirabile, opus Excelsi. — Albert. Magn super *Missus est*, cap. 197.

Vas auri solidum, ornatum omni genere pretioso, ornatum quidem omni lapide pretioso virtutum, solidum, quia humana virtute moveri non posset in divini conceptus præjudicium. — Idem in *Postillis* super cap. i *Lucæ*.

Vas, continens corporaliter plenitudinem deitatis in Filio Dei. — Id. in *Postillis* sub cap. ii *Lucæ*.

Vas dulcedinis divinæ. — Idem, in *Postillis* super cap. i *Lucæ*.

Vas gratiæ cœlestis. — Idem, serm. 2 *in Annuntiat. B. M. V.*

Vas innovationis et sanationis. — Idem, in *Biblia Mariae* super lib. IV *Regum*.

Vas novum, habens multiplicem novitatem, IV *Reg. ii* — Ibid.

Vas plenum omnibus gratiis. — Idem, super *Missus est*, cap. 197.

Vas quod vinum divinitatis, et aquam humanitatis simul continuit sine confusione mistionis naturarum vel proprietatum. — Ibid.

Vas refectionis. *Exod. xvi.* — Idem, in *Biblia Mariæ* super lib. *Exod.*

Vas sanctissimum, quod manens clausum, Deum in se recepit, et clausum effudit, id est, Virgo Deum concepit, et post partum virgo permanuit, unde fuit « hortus conclusus, fons signatus, » *Cantic. iv.*, et « porta clausa » *Ezech. xliv.* — Idem, super *Missus est*, cap. 197.

Vas satietatis. — Idem, in *Biblia Mariæ* super lib. III *Regum*.

Vas admirandum, quia existens clausum conceptum Filii Dei recepit, et similiter in parte ipsum

effudit. — Jacob. de Voragine in Mariali, sermone 1, V.

Vas admirandum, quia illud in se continuit, quod maius erat se ipsa. — Ibid.

Vas aromaticum, in quo fuerunt omnes species aromatum, omniumque virtutum. — Ibid.

Vas castorum, intra sua viscera pietatis recipiens omnes qui habent munditiam castitatis, resplendens in firmamento cœli gloriose, quia in Ecclesia militanti omnibus dat exemplum virginitatis perpetuae. — Idem in Mariali, serm. 8, L.

Vas continens unguenta contra omnes infirmitates. — Idem in Mariali, serm. 1, V.

Vas Dei. — Ibid.

Vas escarum, in quo Rex cœli 9 mensibus se pavit. — Id. serm. 2, pro Sabb. S. hebdom. Quadragesima.

Vas escarum, quia in ipsa se Christus cibavit, dum de ipsa carnem assumpsit; homo in ipsa se cibavit, dum per fructum ventris sui æternam in ea invenit satietatem. — Idem in Mariali, serm. 7, D.

Vas escarum, quia nobis cibum angelorum ministravit. — Idem serm. 2, de Nativ. B. M. V.

Vas integrum, novum, mundum et admirandum. — Idem serm. 2, de Nativ. Domini.

Vas majestatis divinæ. — Idem in Mariali, serm. 9, M.

Vas plenum floribus, plenum balsamo, plenum splendore. — Idem serm. 2, de Purific. B. V. M.

Vas profundum propter profundam humilitatem, et gratia Dei profunde adimpletum. — Idem in Mariali, serm. 1, V.

Vas purissimum, absque rubigine culpæ originalis, culpæ actualis et omnis pœnalitatis. — Ibid.

Vas purum et novum, in quod sal sapientiae fuit missum, quando Christus, qui est Dei sapientia, in ejus uterum intravit. — Ibid.

Vas solidum, quia in suo conceptu habuit integritatem, in vita peccati immunitatem, in obitu induit immortalitatem. — Ibid.

Vas impollutum. — Jac. monach. in Mariali, orat. 3.

Vas pretiosissimum a Deo sanctificatum. — Idem in Mariali, orat. 4.

Vas gratiæ clarissimum ipsis solis radiis splendidius et illustrius. — Nicéphorus Calistus lib. 1 Hist. Eccles., cap. 8.

Vas quod eum, qui incomprehensibilis est, comprehendit. — Idem, cap. 7.

Vas ex auro mundissimo confectum, gratia perfusum, smaragdis et sapphiris, omnigenisque virtutum præclarissimis obductum et ornatum gemmis, cuius unicus aspectus colestis Regis oculos longe dulcius afficit, quam vel omnium rerum creaturarum. — Henricus Suso, cap. 46 Dialogi Sapientiæ et ministri ejus.

Vas auri solidum, ornatum omni lapide pretioso. — Ern. Prag. in Mariali, cap. 88.

Vas honoris, ornatum omni lapide pretioso. — Idem in Mariali, cap. 457.

Vas non modo solidum, sed solidissimum, quia nec peccatum operis, nec oris, nec cordis aliquod de ea decidere unquam potuit. — Idem in Mariali, cap. 4.

Vas novum, quod attulerunt nobis patriarchæ generando, et prophetæ prædicando, in quod ubi missum est sal sapientiae Dei Patris, sanatae sunt aquæ Jericho, quæ pessimæ erant et steriles, donec missum est sal in vas novum, id est, Verbum Patris in Mariam, carni unitum. — Idem in Mariali, cap. 29.

Vas novum simpliciter, quia singulariter, nimirum usque ad ipsius creationem nihil erat novum sub sole, Eccli. 1. Sed per istum novum facta sunt omnia nova. Apoc. xxi, dixit qui sedebat in throno: « Ecce nova facio omnia. » — Idem in Mariali, cap. 87.

Vas, propter omnitudinem vitæ novitatem, propter summam puritatem, propter perfectam soliditatem, propter pretiositatem, operositatem et speciositatem, capacitatem, sufficientiam, dignitatem, atque omnitudinem utilitatem. — Ibid.

Vas vitreum puritate, æneum vero, vel potius aureum, soliditate. — Idem in Mariali, cap. 4.

Vas a Deo honoratum. — D. Birgitta, lib. Revelat., cap. 8.

Vas clausum et non clausum; clausum diabolo et non Deo: quia sicut torrens cupiens ingredi vas oppositum sibi, et nou valens, inquirit alios exitus et ingressus; sic diabolus quasi torrens vitorum cupiebat totis adinventionibus suis appropinquare cordi Mariæ, sed nunquam ad aliquod quantumcunque minimum peccatum valuit inclinare animum ejus, quia clausum erat contra tentationes; nam torrens Spiritus Dei influxerat cor ejus, et spirituali gratia replevit eam. — Eadem, lib. v Revelationum, Revelat. 13, in lib. quæst.

Vas conclusum, in quod incomprehensibilitas divinitatis Dei absque violatione descendit. — Eadem lib. v Revelation., interrogat. 12.

Vas luminosum et non luminosum; luminosum quia omnis anima pulchra a Deo creata est, sed anima Mariæ crevit ad omnem perfectionem luminis, in tantum, quod Filius Patris fixit se in anima ejus, ex cuius pulchritudine gaudebat cœlum et terra; sed vas istud non luminosum fuit apud homines, quia mundi honores et divitias contemnebat. — Eadem, lib. v Revelation., revelat. 13, in lib. quæst.

Vas mundum et non mundum; mundum quia tota pulchra, et tanta immunditia non inveniebatur in ea ubi cuspis acus infigeretur; sed non mundum, quia de radice Adæ processit, et de peccatoribus nata est, licet sine peccato concepta. — Ibid.

Vas parvum et non parvum; parvum et modicum in humilitatis suæ contemptu; magnum et non parvum in charitate Deitatis. — Ibid.

Vas purissimum, mundissimum et electissimum præ omnibus angelis et hominibus.—Eadem, lib. i *Revelat.*, cap. 31.

Vas puritatis, in quo jacuit panis angelorum, et in quo est omnis dulcedo et pulchritudo.—Ibid.

Vas repletum et replens gratia.—Eadem, lib. viii *Revelat.*, cap. 47.

Vas vacuum et non vacuum; vacuum ab omni voluptate et peccato; non vacuum, sed plenum cœlesti dulcedine et omni bonitate.—Eadem, lib. v *Revelat.*, revel. 13, in lib. quæstion.

Vas aptum suscipiendo consubstantiali Patri, coetero illi Verbo, quod ex Patre quidem sine tempore, ex ea vero in tempore, et ex utroque prodiit sine ulla læsione.—Emmanuel. Pal. imp. in orat. *de Dormit.* B. M. V.

Vas donorum omnium divinorum plenum.—Ibid.

Vas plenum benedictionis, de qua prima parens exciderat.—Ibid.

Vas humilitatis, in quo vase viget et ardet lumen veræ cognitionis.—S. Catharina Sen. in 11 suarum orat. quam orationem Romæ habuit in die Annunt. B. M. V. anno 1379.

Vas, in quo repositus est thesaurus divinus.—Idem in orat. 46

Vas domorum.—Barth. de Pisis lib. i, *De laud. sanctiss.* V., fructu 2.

Vas, qnja electa præ cunctis in Dei Matrem.—Idem, lib. i, *De laud. sanctiss.* V., fructu 8.

Vas gratia plenum: sicut enim vas liquore plenum, si movetur aliquatenus, liquorem effundit: sic beata Virgo, supplicum precibus mota, statim peccatoribus gratiam impetrat integræ conversionis, qua purificati non priventur ineffabili dono divinae fruitionis.—Antonius Pocq. serm. 7 *de Concept.* B. M. V.

Vas idoneum ad capiendum balsamum illud divinum, nempe Christum.—Ibid.

Vas Dei capax.—Isidorus Thessalonic. in orat. *de Nativ.* B. M. V.

Vas illustrissimum omni materia sublimius.—Idem orat. *de Annunt.* B. M. V.

Vas immaculatissimum.—Idem in orat. *de Præsentat.* B. V. M.

Vas nitidissimum.—Idem in orat. *de Annunt.* B. V. M.

Vas novissimum, quod eum comprehendit, qui incomprehensibilis est.—Idem orat. *de Assumpt.* B. V. M.

Vas quod vitam largitur.—Ibid.

Vas saceratissimum animatumque.—Idem in orat. *de Præsentat.* B. V. M.

Vas plenissimum odoramentorum cœlestium.—D. Laurent. Justin. in lib. *De perfect. et discipl.* monast. convers., cap. 16.

Vas divinitatis, quia nulla creatura tantum amat nec tantum timet Deum, quantum Virgo gloriosa.—D. Bernardin. Sen. tom. IV, serm. 57.

Vas purissimum.—D. Antoninus in *Summa*,

part. iv, tit. 15, cap. 20.

Vas dilectissimum Spiritus sancti, quod idem Spiritus sanctus summe et singulariter adimplevit, prius omni dono gratiae ac virtutum, ac postmodum omni felicitate, donis ac dotibus gloriarum.—Dionys. Carth. lib. iii, *De laud. S. V.*, art. 9.

Vas electissimum Spiritus sancti.—Idem, lib. ii, *De laud. S. V.*, art. 26.

Vas fluido lignore repletum, quod quacunque ex parte motum, mox se diffundit, atque communicat; Maria enim misericordia miserationibusque exuberans, prece pulsata, repente succurrat, omnibusque se exandibilem ac propitabilem exhibet.—Idem lib. iii, *De præc. M.* art. 15.

Vas mundissimum, in quo Dei Filius personaliter habitavit.—Idem lib. i *De laud. S. V.*, art. 17.

Vas quo Christus carnem humanam assumpsit.—Paul. de Hæredia in tract. *de Concept.* B. V.

Vas Paracleti.—Joan. Mauburn. in Rosario *de præconiis* B. V., membr. 1.

Vas novum Elisei, cœli sale singulari more respersum prorsus superefficacissimum, non modo aquarum, sed et totius universi sanitatem conferens.—Arnold. Bostius cap. 1, § 1, lib. *De patron. et patrocinio Deip.* V. M. in sibi dicatum Carm. ord.

Vas admirandum.—Bernardin. de Bostis, serm. 4, *de virtutib. sanctiss.* V. M.

Vas aromaticum, continens species omnium aromatum, id est, omnium virtutum.—Idem serm. 4, *de assimilat.* B. V.

Vas continens unguentum contra omnes infirmitates.—Ibid.

Vas Dei gratia plenum.—Idem serm. 7, *de Annuntiat.* B. M.

Vas Deitatis.—Idem in suo *Mariati*, serm. 8 *de Concept.* B. M.

Vas divinum, omni puritate repletissimum.—Idem, serm. 4, *de assimilat.* B. M.

Vas integrum, per carnis integratatem et virginitatem.—Idem, serm. 4, *de virtutibus Mariæ.*

Vas mirabilissimum et stupendissimum, quia illud, quod in se continuat, majus se et infinitum fuit.—Idem, serm. 4 *de assimilat.* B. M.

Vas misericordie Dei, perpetuum et aeternum.—Idem in suo *Mariati*, serm. 7, *de Concept.* B. M.

Vas mundum.—Idem serm. 4, *de virtutib.* M.

Vas novum, id est, virginitatis gloria decoratum.—Ibid.

Vas novum, in quo sal sapientiae missum fuit, quando Christus, qui est Dei sapientia, in uterum ejus intravit.—Idem serm. 1 *de assimilat.* B. M.

Vas plenum balsamo divinæ sapientiae.—Idem serm. 4.

Vas profundum per profundam humilitatem.—Ibid.

Vas purissimum.—Ibid.

Vas solidum, quia in suo conceptu habuit integratatem, in partu jucunditatem, in vita virtutis stabilitatem, in obitu vero induit immortalitatem.

— *Idem, serm. 4, de Assimilat. B. M.*

Vas Spiritus sancti. — Idem, in suo Mariali, serm. 2 de Coronat. B. M.

Vas virgineum continens Deum. — Idem, serm. 4 de assimilat. B. M.

Vas plenum internæ consolationis. — Jo. Thirth. lib. 1, De miraculis B. V. in Urticeto, cap. 6.

Vas omnium bonorum. — Philippus de Greve, serm. 126, in Psal. LXIV.

Vas universale, quidquid alii particulariter boni habent, perfecte continens. — Ibid.

Vas admirabile opus Excelsi. — Maurit. de Villa Probata, serm. 24 Coronæ novæ B. M.

Vas continens, quem cœlum et cœli cœlorum capere nequeunt. — Ibid.

Vas, in quo fuit species omnium aromatum, id est, virtutum. — Ibid.

Vas, in quo fuit vinum divinitatis, et aqua humanitatis, sine commixtione naturarum. — Ibid.

Vas integrum per carnis integratatem et virginitatem. — Ibid., serm. 25.

Vas novum, id est, virginitatis gloria decoratum. — Ibid.

Vas ornatum omni lapide pretioso; in conceptu enim habuit integratatem, in partu jucunditatem, in vita virtutis stabilitatem, in obitu immortalitatem. — Ibid. serm. 24.

Vas plenum balsamo sapientiae. — Ibid. in serm. 3.

Vas thesauri Spiritus sancti. — Ibid. in serm. 4.

Vas eximum Spiritus sancti. — Jo. Picus lib. III in Cantic., cap. 13.

Vas admirabile, admirabilem habens novitatem, puritatem et pretiositatem. — Petrus Bard. de Concept. B. M. V.

Vas admirabile, quia opus Excelsi, et figuli artificiosissimi, qui secundum totam industriam suæ artis operatus est opus istud, ex speciali gratia producendo opus istud ex sterili matre et frigido patre. — Ibid.

Vas argenteum, admirabilem habens puritatem, de quo Prov. xxv: «Aufer rubiginem de argento, et egredietur vas purissimum.» Fuit autem ab hoc vase ablata rubigo peccati originalis, quæ infusisset, si per gratiam intemerata Virgo præservata non fuisset. — Ibid.

Vas aureum et pretiosum, de quo Eccl. L, «quasi vas auri solidum;» aliaenam vasa similia, ut mulieres, franguntur, et concipiendo per virginitatis amissionem, et pariendo per dolorem et afflictionem, et vivendo per peccatum, et moriendo per corruptionem: vas autem istud tam solidum fuit, quod nullo modo est fractum, quia in conceptu habuit integratatem, in partu habuit jucunditatem, in vita habuit impeccabilitatem, et in morte immortalitatem. — Ibid.

Vas novum, habens admirabilem novitatem, cum nunquam talis visa sit novitas in terris; unde Jeremias: «Novum faciet Dominus super terram, inulier circumdabit virum;» admirabilis est enim novitas, quod mulier parvula circumdet, in utero claudat, et ex omni parte contineat virum, et gigantem, et Deum quem cœli capere non possunt.

— *Ibid.*

Vas novum, nam nunquam sigulus tale signum vel vas fabricavit, neque fabricaturus est; primum est et secundum non habet. — Ibid.

Vas per quod cœlestis Jerusalem, quæ fuit per Luciferum et suos destructa, est reparata et reformata. — Ibid.

Vas purissimum, quia ab omni specie peccati mortalisi, et venialis, et originalis semper purum.

— *Ibid.*

Vas, quod in suo utero parvulo Deum infinite magnum clausit, et clausum infractis claustris sue virginitatis effudit. — Ibid.

Vas, quod vinum divinitatis, et aquam humanitatis in se recepit sine confusione vel mistione naturæ. — Ibid.

Vas solidum, fabricatum ex auro charitatis [quam perfectius et excellentius habuit quam alia quæcumque pura creatura] et lapidibus pretiosis omnium virtutum aliarum. — Ibid.

Vas terreum, non de terra maledicta, sed de ea, quam benedixit Dominus Psal. LXXXIV: «Benedixisti, Domine, terram tuam.» — Ibid.

Vas admirabile, divino plenum balsamo. — Dionysius Fab. tract. 4, de Concept. B. M. V.

Vas auri fulvi, solidum virtute charitatis. — Ibid.

Vas cœlestis gloriae. — Ibid.

Vas electionis, opus summi artificis, nihil nabis cum terra communie. — Ibid.

Vas honoris et gratiae. — Ibid.

Vas intus purum, foris clarum, nobile per omnia. — Ibid.

Vas non aquæ, sed omnium gratiarum liquorem continens, cœlesti plenum nectare, balsamo et ambrosia. — Ibid.

Vas non humanis et terrenis, sed divinis tantum usibus ab eterno præordinatum, ac cœlestibus sacramentis recondendis penitus consecratum, adeo ut nihil aliud quam sanctum, sacrum, ac divinum continere posset, aut ad alium sensum convertere. — Ibid.

Vas non solum vini et olei, sed omnium gratiarum liquoribus contentivum. — Ibid.

Vas omni lapide pretioso ac virtutum floribus decoratum. — Ibid.

Vas totius sanctitatis et sinceræ puritatis. — Ibid.

Vas purissimum, omni amaritudine carens. — Ludov. Blosius in Eudologia 4, ad B. V.

Vas amplissimum et capacissimum, omni vanitate vacuum, et gratia usque ad summum repletum. — Robert. Bellarm. conc. 2, super Missus est.

Vasculum pretiosissimum virginitatis. — S. Andr. Cret. orat. 1, *de Dormit. B. M. V.*

Vasculum puræ virginitatis. — Anonym. in *Euch.* seu *Rit. Græc.* in offic. in pestilentialis morbi periculo.

Vasculum gratia plenum. — Georgius Nicomed., orat. 3, *de Præsentat. B. M. V.*

Vasculum Spiritus sancti, suscipiendo Verbo Dei aptatum. — Idem orat. 4, *de Præsent. B. V. M.*

Vasculum Dei capax. — S. German. Const., orat. 4, *de Assumpt. B. V.*

Vasculum, ipsum utero complexa, qui in omnibus incomprehensus exsistit. — S. Joan. Damasc., orat. 4, *de Nativit. B. V.*

Vasculum præelectum et dignissimum a primo artifice fabricatum essentiae Dei capax. — D. Bernard. Sen. tom. I, serm. 61.

Vasculum præelectum et dignissimum a primo artifice fabricatum, essentiae Dei capax. — Maur. de Villa Probat. serm. 25 *Coronæ novæ B. M.*

VATES Dei. — D. Antoninus in *Summa*, part. iv, tit. 15, cap. 29.

Vates excellentissima, ut in his præsertim, quæ in cantico suo mirificissime prædixit, luculentè apparet, interquæ sic de ipsa cecinit: « Quia respexit humilitatem ancillæ suæ, ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. » — Petrus Galat., lib. vii *De arcan.*, cap. 7.

VEHICULUM perspicuissimum lucis spiritalis. — S. Andr. Cret. orat. 1, *de Dorm. B. M. V.*

Vehiculum sanctum, in quod Rex regum tanquam in thronum ascendit, indutus purpura, ex ejus purissimis sanguinibus confecta. — Id., can. 1, in parta B. V.

Vehiculum splendidissimum luminis intelligibilis. — Idem, orat. *de Dormit. B. V. M.*

Vehiculum divinitatis valde purum. — Anonymus in *Menæis Græcorum*, die 24 Martii.

Vehiculum numinis irreprehensum, et omni captu nitidius. — Idem in *Menæis Græcorum*, die 7 Aprilis.

Vehiculum solis inaccessi, et radiorum loco, ipsummet solem emittens, cunctarum mentium captu majorem. — Id. in *Menæis Græcorum* die 7 Martii.

Vehiculum regium, quo vectum Verbum cum carne in terram advenit. — Georg. Nicomed. in orat. *de exitu S. Dei Parentis, quando fuit oblata in Templo.*

Vehiculum numinis. — S. Jo. Damasc. in *Menæis Græcorum*, die 15 Januarii.

Vehiculum sapiens, et animatum divinæ sapientiæ. — Idem in *Menæis Græcor.*, die 27 Januarii.

Vehiculum inociduum soliformis, quæ solem superintellectualem produxit. — S. Jo. Damasc. can. in *SS. martyr. Eul. et Eulamp.*

Vehiculum ipsis Cherubim præcellentius. — Idem can. in *Nativit. B. V.*

Vehiculum lucis. — Idem in can. *sanctiss. Dei paræ.*

Vehiculum Cherubicum. — S. Joseph. Hymn. in *Mariæ.*

Vehiculum divinum Regis Christi. — Ibid.

Vehiculum luciferum solis illius, qui ex ejus visceribus refulsit, et rigidissimas fraudis tenebras dissolvit. — Ibid.

Vehiculum luciferum solis spiritualis, per quem illi qui in tenebris sedebant, viderunt lumen scientiæ. — Ibid.

Vehiculum regale ac sanctum. — Ibid.

Vehiculum clarissimum veræ lucis vitæ. — Jo. episc. Aretinus in tract. *de Dormit. S. V. M.*

Vehiculum nobis a Deo provisum. — D. Bern., serm. in *Nativ. V. de aquæductu.*

Vehiculum lucis. — Albert. Magn. in *Biblia Mariæ super lib. Regum.*

Vehiculum Christi, de peccato regnantis. — Matth. Cantacuzenus in cap. i *Cant.*

Vehiculum purissimum, eximiumque Filii Dei. — Idem, in cap. v *Cant.*

Vehiculum igneum incarnationis Verbi. — Jacobus monachus in *Mariæ*, orat. 5.

Vehiculum regale, in quo Verbum inventum cum carne ad nos accessit. — Idem in *Mariæ*, orat. 5,

Vehiculum Solis justitiae. — Idem in *Mariæ*, orat. 2.

VELA tuta ratis. — Jo. Geom. in B. V. hymn. 4.

VELAMENTUM intellectuale corporis universalis Cherubim transcendens: illa enim avertuntur, cum nequeant spiritualem ignem divinitatis fixis oculis intueri, hæc autem apertis oculis fixe intuens incomprehensibilem et somni expertem oculum Christi, cum desiderio et osculo salutabat. — D. Epiphan. in serm. *de laud. sanctiss. V.*

Velamentum secundum sanctorum, in quo mundi propitiatorium et obumbratio, ipsis Cherubim excellentior, quod et ipsum penetralium Dominum ventre, tanquam velamine obtexerit, utero gestatum. — S. Germ. Constant. serm. in *Nativ. B. V. M.*

VELLUS imperceptibilis roris. — S. Method. in hom. in festo *Purific. B. M. V.*

Vellus, de cuius fructu salutaria populis vestimenta texuntur. — S. Ambros. serm. 2, *de Nativ. Domini.*

Vellus, de cuius molli sinu agnus egressus est, qui et ipse matris lanicinium, hoc est, carnem gestans, molli vellere cunetorum operit vulnera populorum. — Ibid.

Vellus, quia ita concepit Dominum, ut toto eum hauriret corpore, nec ejus discussuram corporis pateretur, sed esset mollis ad obsequium, et solida ad sanctimoniam; quid enim tam silenter, et sine strepitu fit, quam cum imber in lanæ vellus infunditur; nullius aures sono verberat, nullius corpus humore repercussionis aspergit, sed sine

inquietudine ovium, totum imbre per multipli-
ces effusum partes, toto corpore in se trahat, unius
meatus scissuram nesciens, solida mollitie plures
præbens meatus, et quod clausum videtur per
densitatem, est patulum per tenuitatem. — Ibid.

Vellus Gedeonis. — D. Ephrem. in serm. de laud.
B. M. V.

Vellus virginem, in quod cœlestis imber placido
se infundit illapsu. — D. Hieron. in epistola, sive
serm. de Assumpt. B. M. V. ad Paulam et Eustochium.

Vellus mundissimum, cœlesti pluvia madens, ex
quo pastor induit oves. — S. Proclus in orat. 1,
de laude S. V.

Vellus incontaminatum, in mundi area positum,
super quam ubi salutis pluvia e cœlo descendit,
immensa malorum illuvies ab universa terra exaruit;
rursusque vellus exsiccatum a subsidente
affectuum humore, terram incorruptibili replevit
munere bonorum. Judic. vi. — Id. in orat. 6 quæ
est de laud. B. V.

Vellus salutare et spiritale. — S. Amphil. Sydæ
episc. orat. in S. Deiparam.

Vellus virgineum, in quod cœlestis imber pla-
cido se fundit illapsu, et tota divinitatis unda, bi-
bulo se nostræ carnis celavit in vellere, donec per
patibulum crucis expressum, terris omnibus in
pluviam salutis effunderet. — S. Petrus Chrys.
serm. 143.

Vellus, exorta et detonsa ex ovibus Israel, id est,
ex justissimis parentibus, qui quasi oves erant, id
est, innocui et simplices, mansueti et mites, in se
benigni et aliis proficiui. — Cassiodorus apud Ri-
chard. de S. Laur. de S. V. lib. xn.

Vellus divinum. Judic. vi. — S. Andr. Cret.
can. in Concept. B. V.

Vellus mundissimum roris cœlestis. — Idem
orat. 1, de Dormit. B. M. V.

Vellus, quod imbre, quem de cœlo exceptit in
utero, ita duleem peperit, ut ille omnibus ambro-
siam seu nectar quoddam exhiberet; omnibus, in-
quam, qui et illum adorant, et ipsam Genitricem
illius divinam omnium linguis collaudatam ma-
gnificant. — Anonymus in Menæis Græcor. die 3
Aprilis.

Vellus, de quo Psal. lxxi: « Descendet sicut
pluvia in vellus, et sicut stillicidia stillantia super
terram. » — S. Germ. Constant. serm. in Nat.
B. V.

Vellus Gedeonis, quod ille madefactum symbo-
licè guttis cœlestibus sine ullo strepitu videns, et
rem miraculo tribuens, humorem illum futuræ plu-
viæ signum, animadvertisit. — Ibid.

Vellus plenum aqua lacrymarum in passione
Filii, cum seccitas esset in universa terra; susti-
nuit enim, qui simul contristaretur, ac conlacry-
maretur, et non fuit, Psalm. LXVIII. — Idem in
suo Mariali, feagm. 16.

Vellus, quod delabentem cœlo divinum imbre

primo suscepit, ut arcanioribus remediis toto orbe
diffusam seccitatem curaret. — Idem in orat. in
Annunt. B. M. V.

Vellus Davidicum, in quo Regis omnium, ac Dei
Filius, qui ejusdem cum Patre suo aeternitas est,
una cum eo regnat, pluviae instar deseendit. — S.
Joan. Damasc. orat. 1, de Assumpt. B. V. M.

Vellus Gedeonis, victoriae symbolum, ex qua
figurate res immortalis defluxit, qui scilicet con-
ceptis verbis, ait: « Confidite, ego vici mundum. »
Joan. XVI. — Idem orat. 4, de Nat. B. M. V.

Vellus, divino rore perfusum. — S. Joseph.
Hymn. in Mariali.

Vellus, in quod sicut pluvia descendit sapientia
Dei Patris, et incarnata etira mutationem vias
vitæ ostendit nobis. — Ibid.

Vellus roscidum, a Gedeone prævisum, ex quo
ille ros distillavit, qui idolatriæ incendium extin-
xit. — Ibid.

Vellus puritatis, in quo Deus majestatis inun-
dans, tanquam pluvia distillavit in gratia. — D. Au-
selm. in Psalterio B. V. parte ii.

Vellus complutum. — Hugo de S. Victore, lib. iv
De proprietatibus et epithetis rerum, cap. 2.

Vellus rore, id est gratia, perfusum. — Id. ibid.,
c. 4 allegoriarum in lib. Judic. cap. xi.

Vellus, in quod sicut pluvia descendit Verbum
Dei, fidelibus gehennæ regnum extinguens. —
Theoleptus in canone sive cantico compunct.

Vellus Gedeonis. — D. Bernard. serm. 3, super
Salve Regina.

Vellus Gedeonis, rore ditans vasculum. — Ri-
chard. a S. Victor. Exposit. in Cant. cap. 42.

Vellus, de cuius fecunditate, quidquid spiritualis
gratiæ Ecclesia, in toto orbe diffusa, in membris
suis majoribus sive minoribus percipit, totum sibi
provenire, et suæ capacitatibus concham expresso
vellere rore completri humiliiter recognoscit, et sic
quidem velut hæreditati suæ pluviam hanc volumi-
tariam segregavit ille, qui sicut pluvia in vellus
descendit, et suo descensu vellus ab omni humore
carnalis concupiscentiæ lavit, purgavit et desicca-
vit, ut aream tali humore aridam seccitatem vel-
leris detergeret et mundaret, portans in se iniqui-
tates omnium nostrum, et afflictus propter scelera
nostra. — Henric. Clareval. tract. 12, De peregrinante Dei civit.

Vellus Gedeonis, quæ humanæ naturæ, velut ovi
centesimæ, quæ errando perierat, ad tegumentum
et ornatum data esse cognoscitur. — Ibid.

Vellus, in quam ros divinæ gratiæ, cum tanta
plenitudine, placido se infudit illapsu, ut merito
gratia plena dieta sit ab angelo, et de ejus pleniu-
tudine tota humanæ naturæ area, quæ usque ad
illud tempus secca, et absque humore charitatis
arida perstiterat, inveniretur perfusa. — Ibid.

Vellus complutum et madefactum incarnatione.
— Petrus abbas Cell. lib. vi Epistolar. epist. ult.

Vellus animatum. — Theodor. Lasc. imperator in can. *ad sanctiss. Deiparam.*

Vellus, cuius pili sublimes, subtiles, longius extensi, suaves et recurvi, sunt virginis cogitatus, et affectus, ex quo omnis ornatus virtutis, cumulus omnis gratiae et gloriae universae. — Rich. a S. Laur. *De laud. sanctiss. V.*, lib. xii.

Vellus Gedeonis, Judic. vi, madefactum rore gratiarum, quod compressione levissima devotae salutationis et orationis, larga distillabit stillicidia super terram cordis humani. — Idem, *De laud. S. M. V.* lib. i.

Vellus, quia sicut de vellere sumitur portio, ut inde fiat vestimentum; sic de substantia Virginis, velut de vellere lanam, modicam portionem sumpsit Spiritus sanctus, de qua ineffabili artificio tunicam texuit, qua induitus est Filius Dei. — Idem *De laud. sanctiss. V.*, lib. xii.

Vellus, quia sicut sine ovis lesionе sumitur ab ea vellus, ut inde fiat vestimentum, sic sine lesionе sumе virginitatis concepit Maria Christum in utero, ex causa intrinseca, et ipsum sine dolore peperit, virginitatis gloria permanente. — Ibid.

Vellus, quia si lana velleris, imo ipsum vellus, valde bibulum est, et in magna quantitate de pluvia, vel aqua, et quod receperat, facillima compressione refundit; sic Mariæ humilitas valde siti-bunda, et bibula per desiderium gratiae, de quanto amplius hausit, quanto magis se humiliavit, et sine detimento suæ plenitudinis ipsam gratiam facillime refundit omnibus, quoties comprimitur oratione devota. — Ibid.

Vellus, quia si vellus est suavissimum ad tangendum, Maria suavissima est per pietatem et benignitatem quam non inveniunt peccatores scrupulosam. — Ibid.

Vellus, quia si vellus vestit et circumdat ovem, Maria non solum Christum, qui Isa. lxi, dicitur ovis, vestivit carne virginea, ipsumque circumdedit, ut dicitur Jerem. xxxi, sed vestit virtutibus, et circumdat protectione oves, id est, simplices et innocentes. — Ibid.

Vellus quo tegitur quicunque non vestitur pilis carnalibus, sordidis et caprinis ignominiose. — Ibid.

Vellus Gedeonis, rore infusum. — Hildebert. in proœm. *de Nativit. Dom.*

Vellus, ex quo facta est a Spiritu sancto vestis Filii Dei, id est caro, frigora pellens infidelitatis. — Hugo Carensis in *Psalm. LXXI.*

Vellus clari Gedeonis. — D. Bonav. in *Psalterio minori B. V.*, quinquagena 2.

Vellus roris divini, Judic. vi, quod per invocationem, et per devotam salutationem expressum, concham cordis rore gratiae adimpleret. — Albert. Magn. in *Bibl. Mariæ* super lib. Judic.

Vellus ad vestimenti Christi præparationem valde idonum. — Jacob. de Vorag. in *Mariali*, serm. 5, V.

Vellus cœlesti pluvia madidum. — Ibid.

Vellus incorruptum, impollutum et illibatum. — Ibid.

Vellus purpureum. — Ibid.

Vellus rore Spiritus sancti perfusum. — Ibid.

Vellus virginum tantæ virtutis, ut non possit tam levi desiderio tangi, quin statim impletat concham marinam, id est, animam nostram. — Ibid.

Vellus, de cuius molli sinu egressus est Agnus cœlestis, qui imbre placido virginem vellus perfundit, et tota divinitatis unda in carne se contulit, ac deinde per patibulum crucis expressus, omnibus terris pluviam salutarem effundit, et humanis mentibus stillicidia gratiae contulit. — Ern. Prag. in *Mariali*, cap. 81.

Vellus, de quo mulier fortis Mater nostra Ecclesia quotidie domesticis suis vestes præparat. — Ibid.

Vellus Gedeonis aureum, quod factum est purpureum, quando non tantum intinctum est, imo totum immersum est in carnalibus, id est, in Jesu Christi vulneribus. — Idem in *Mariali*, cap. 6.

Vellus marinum: sicut enim velleris marini colorcm nullus adhuc, qui diversis succis obducunt vellera, arte quacunque penitus potuit imitari; ita Marie speciem et decorum nullus eorum qui sanctorum laudes variis extulerunt præconiis, sufficienter exprimere potuit. — Idem in *Mariali*, cap. 71.

Vellus, quia nulli unquam onerosa ad portandum, et levis admodum ad tractandum, ad instar velleris, quod facillime potes dilatare, extendere, coarctare, comprimere in fila, coloribus variis obducere, et quoconque placet modo ducere. — Ibid.

Vellus, quia sicut vellus, ut natura est omnibus, de carne naturaliter oritur, et carnis nescit passiones, et crescendo leviter, ipsius carnis operimentum et munimentum efficitur: ita beata Virgo secundum communem modum naturæ orta est, de tribu Iuda, secundum carnem, et de carnali populo nata, nec legem carnaliter observabat, nec, quæ carnis sunt, sapiebat; imo passiones carnis, quæ in membris nostris operantur, penitus ignorabat; non solum autem secundum corpus, sed et secundum spiritum ambulans, ad instar velleris, per patientiam omnimodam omnimode impassibilis erat, et proficiendo jugiter ipsi carnali populo, a quo nutriebatur, facta est in ornatum, operimentum et nutrimentum. — Ibid.

Vellus, rore coeli plenum, quando tota area mundi a rore gratiae sicca fuit, quo expresso, utinam ille bonus et verus Gedeon Jesus Christus conchulam cordis nostri sterilis et aridi rore suo implere dignetur. Judic. vii. — Ibid.

Vellus salamandrinum in virtuositate; sicut enim salamandra, quæ non modo in igne vivit, sed ut glacias, ignem extinguere dicitur, lanam quamdam profert, de qua lanæ vestes contextæ comburi non possunt: ita beata Virgo in fornace succensa hujus mundi, quasi salamandra exstitit, quia non tantum ab igne illæsa fuit, sed et ignem libi-

dinis in aliis extinxit. — Ern. Prag. in *Mariali*, cap. 71.

Vellus tantæ utilitatis ut per illud salvati et liberati simus. — Ibid.

Vellus nostrum, calefactione ad Dei amoreum. — Barth. de Pisis lib. 1, *De laud. sanctiss.* V. fructu 8.

Vellus per misericordiam. — Idem lib. 1, *De laud. sanctiss.* V., fructu 2.

Vellus ad vestimenti Christi præparationem, et fabricationem valde idoneum. — Bernard. de Bust. serm. 4, *de assimilat.* B. M.

Vellus cœlesti pluvia madidum. — Ibid.

Vellus magni Gedeonis. — Id. in Officio Concept. B. M. V.

Vellus, quo cœlestis Agnus cooperatus est. — Idem serm. 9, *de Annunt.* B. M.

Vellus, rore gratiae et divinitatis plenum. — Idem serm. 4, *de assimilat.* B. V. M.

Vellus Virgineum, rore originalis justitiae repletum. — Ibid.

Vellus cœlesti pluvia madidum. — Maurit. de Villa Probata, serm. 16 *Coronæ novæ* B. M.

Vellus Gedeonis, sine carne plenum rore. — Ibid. serm. 25.

Vellus, idoneum valde ad vestimenti Christi præparationem et fabricationem. — Ibid. serm. 46.

Vellus rectissime, quia vellus est de carne exscissum, sed sine carnis corruptione. — Ibid.

Vellus repletum rore originalis justitiae, area, id est, Judaica gente in siccitate peccati remanente. Judic. vi. — Ibid.

Vellus rore Spiritus sancti perfusum. Judic. vi. — Ibid.

Vellus, in quo silenter se infudit Ros ille Dei, id est, Verbum æternum, dum medium silentium tenerent omnia. — S. Thom. de Villa Nova in conc. 4, *de Nativit.* B. M. V.

Vellus madidum in area sieca, cui se placidus e cœlo imber infudit. — Idem conc. 2, *de Assumpt.* B. M. V.

Vellus, quod totum Spiritus sanctus perfudit, et purpura excellenti tinxit, ut ex illa fieret purpura Regis, caro illa Christi sanctissima. — Idem in conc. 4, *de Nativ.* B. M. V.

Vellus candidissimum et tenuissimum, merito sue puritatis et innocentiae, cui tota se infudit plenitudo divinitatis. — Robert. Bellarm. conc. 2 super *Missus est*.

VELUM cœlestis Sponsi. — D. Cyrillus Hierosol. in orat. *de occurso Dom.*

Velum animatum Verbi, quod in se celavit divinitatem, et ejus igne non fuit combusta essentia materialis. — Georg. Nicomed. in orat. *De exitu S. Deiparentis*, quando fuit oblata in templo.

Velum, nos in hujus mundi mari deduceens et obumbrans. — S. Anselmus Luc. super *Salve Regina*.

Velum templi, quia si in velo illo quatuor colores, in beata Virgine quatuor virtutum perfectio-nes, nempe perfectio contemplationis, designata in hyacintho coloris cœlestis; perfectio charitatis,

designata in purpura coloris sanguinei; geminus dilectionis affectus ad Deum et proximum, designatus in coco bis tinteto; et perfectio virginalis castitatis, designata in byssو retorta, quæ est linum Ægyptiacum candidissimum. — Richard. a S. Laurent. *De laud. sanctiss.* V., lib. x.

Velum templi, quia si velum illud includebat Sancta sanctorum: Maria gremio uteri sui circumdedit illum qui est Sanctus sanctorum. Daniel. ix. — Ibid.

Velum hyacinthinum, quo velatus fuit Filius Dei, et nos velamur a diabolo et peccato et ira Dei, Exod. xxvi. — Albert. Mag. in *Biblia Mariæ* super lib. Exodi.

Velum animatum Verbi, quod in se divinitatem oculavit, enjus ignis materialem substantiam illius non combussit. — Jac. monach. in *Mariali*, orat. 3.

Velum templi, quia sicut hoc velum, ut dicit Iosephus, erat contextum ex universis floribus quos dignit humus, et Maria dicit: « In me omnis gratia viæ, » etc., Eccl. xxiv, id est, omnis creaturæ quæ est via ad cognoscendum Deum. — Ern. Prag. in *Mariali*, cap. 117.

Velum templi, quod scissum fuit in passione Domini, a summo usque deorsum, quando gladius pertransivit animam ejus, pertingens usque ad divisionem animæ et spiritus, compagum quoque aenædularum, cogitationum cordis et intentionum. — Ibid.

Velum: quia sicut velo involvebatur area, de Maria dicitur, Jer. xxx: « Mulier circumdabit virum, » gremio uteri sui; et sicut velum dividebat inter Sanctum et Sanctum sanctorum, ita Maria absecondit nos a vultu iræ ipsius, qui dicitur Sanctus sanctorum. Daniel. ix. — Ibid.

Velum per protectionem. — Barth. de Pisis lib. 1 *De laud. sanctiss.* V., fructu 8.

VENA aquarum viventium, quia quidquid venit beatitudinis ab illo magno mari, id est, ab illa infinita Dei bonitate Trinitatis, ad genus humanum totum per hanc venam, id est, beatissimam Virginem Mariam, defluxit, et defluxit omni die. — Idiota, *De B. V. parte XIV*, *contempl. 54*.

Vena aquæ vivæ per quam pervenire possumus ad fontem vivum, et ab hoc recipere perpetuam salutarem. — Ibid.

Vena concava per veram cordis humilitatem. — Ibid.

Vena misericordiae, per quam venit ille fons æternus ad nos abluendum a peccatis, irrigandum virtutibus, et secundandum bonis operibus et exemplis. — Ibid.

Vena occulta per sacratissimam conversationem, unde in thalamo clausa inventa fuit a Gabriele angelo. — Ibid.

Vena subtilis ad declarandas nobis fallaces astutias inimici, quia tanta est pietas B. Virginis, et amor ad salutem nostram, quod semper vigilat ad

custodiam populi Christiani, quem suis sanctissimis precibus et exemplis defendit. — Idiota, *De B. V. parte xv*, contempl. 54.

Vena tenuis per voluntariam paupertatem. — Ibid.

Vena vitae ad obtainendam nobis vitam sempiternam. — Ibid.

Vena vitae, id est dilectionis. — Idem *De B. V. part. xiv*, contempl. 28.

Vena vitae, sicut est sanguis, quia sicut vita carnis occulte decurrit per venam, sic benedictus Filius ejus, qui est vita animarum nostrarum, occulte venit ad nos per Virginem Mariam; ideo haec de se ipsa dicit, « In me est omnis spes vitae et virtutis. » — Idem *De B. M. V. parte xiv*, contempl. 54.

Vena veniae. — Rich. a S. Laur. exposit. in *Cant. cap. 42*.

Vena vitae amœna. — B. Joseph. Steinfeld, opusc. 4.

Vena occulta, per secretissimam conversationem, gracilis per voluntariam paupertatem, concava per veram cordis humilitatem, subtilis ad repellendas ex nobis fallaces astutias inimici, maxime vigens ad custodiam populi Christiani, longa valde per finalem perseverantium, distributa per corpus Filii, quod est Ecclesia Catholica. — Rich. a S. Laur. *De laud. sanctiss. Virginis lib. ix*.

Vena per quam defluit quidquid beatitudinis defluit ab illo magno mari, id est, ab illa infinita bonitate Dei Trinitatis, ad genus humanum pervenit. — Idem, *De laud. sanctiss. V. lib. i*.

Vena, quia quidquid beatitudinis ab illo mari magno, id est ab infinita bonitate Dei Trinitatis, ad genus humanum pervenit, totum per hanc venam refluxit. — Idem *De laud. S. V. lib. ix*.

Vena, quia si vena est via sanguinis, in quo vita omnis viventis, Levit. xvii, Maria est via vitae nostræ spiritualis a Christo, qui se dicit viam, Joan. xiv, in cuius sanguine, id est, in fide passionis, vita est animarum nostrarum. — Ibid.

Vena vitae, plangens se cum Filio de peccatoribus, Jeremiæ xvii, unde me dereliquerunt venam aquarum viventium. — Ibid.

Vena vitae; sicut enim sanguis, qui est vita carnis, occulte decurrit per venam, sic Christus, qui est vita animarum nostrarum, occulte venit ad nos per Mariam; unde dicitur ei Isaïæ xl: « Vere tu es Deus absconditus, » in utero scilicet virginali — Ibid.

Vena benedicta. — D. Bonav. in *Spec. B. V. cap. 15*.

Vena Ecclesiæ bendicta, per quam Ecclesiæ magna affluunt bona. — Ibid.

Vena fontis vitae. — Ibid.

Vena in temporalibus plus quam larga, quia large et perfecte omnia contempsit. — Ibid.

Vena misericordiæ. — Idem in cantic. Psalterij B. M. V.

Vena munda, per quam vivi fontis unda nobis irroratur. — Idem in *Psalterio minori B. V.*, quinquagena 1.

Vena, per quam fons vitae Christus ad nos venit, et per quam ad fontem vitae Jesum Christum etiam nos venimus. — Ibid.

Vena, per quam gratiæ innumeræ ad homines defluxerunt. — Ibid.

Vena salutis nostræ. — Ibid.

Vena Spiritu sancto plena. — Ibid.

Vena, fundens fontem misericordiæ. — Aloert. Mag. in *Postillis super cap. i Lucæ*.

Vena benedicta, in qua non communicat alienus. — Ern. Prag. in *Mariali*, cap. 30.

Vena nostræ salutis. — Bernard. de Bust. in *Mariali*, serm. 2, *de Coronat. B. V. M.*

VENATRIX animarum. — S. Anselm. Lucensis super *Ave Maria*.

VENERATIO summe decora mundi universi. — S. German. in suo *Mariali*, fragm. 15.

VENIA multorum errantium. — S. Andr. Cret. orat. 2, in *Annunt. S. V.*

Venia peccantibus. — S. Jo. Damasc., orat. 1, *de Assumpt. B. M. V.*

Venia peccatorum. — D. Bernardus serm. 1, super *Salve Regina*.

Venia damnatorum. — D. Bonavent. in exposit. super *Salve Regina*.

Venia peccatoribus. — Barthol. de Pisis, lib. 1, *De laud. sanctiss. V., fructu 10*.

Venia reorum. — Thom. a Kempis in *Sotilioquii* cap. 24.

VENTER divinæ incarnationis. — S. Andr. Cret. orat. 2, in *Annunt. Deip.*

VENUS, quæ in circulo intemerati uteri sui illum, qui est voluptas et gaudium omnium beatorum, novem mensibus continuit, et hospitata fuit; in circulo enim Veneris, teste Martiano, omnes dicuntur consistere voluptates. — Albertus Magn. serm. 3, in *Annunt. B. M. V.*

Venus, in quantum homines in Dei amorem inflamat. — Jacobus de Vorag. in *Mariali*, serm. 105.

Venus, in quantum homines inflamat ad Dei amorem. — Bernard. de Bust. serm. 6, *de Nominat. sanctiss. Mariæ*.

VENUSTAS speciosa, ornans Jerusalem sanctam. — Venantius Fortun. elegia in *laudem S. M. V.*

Venustas humanæ naturæ. — S. Jo. Damas. orat. 1, *de Nativ. B. M. V.*

Venustas angelorum. — S. Joseph. Hymn. in *Mariali*.

VER gratiæ, per Annam, ut spiritualem hirundinem manifestatum. — S. Sabbas in *Menulis Graecorum*, die 23 Julii.

VERITAS prophetarum. — D. Bonav. in cantic. *Psalterii B. V.*

VERNACULA felix Spiritus sancti. — D. Althelmus in lib. *De laud. S. V.*, cap. 22.

VERNACULA quietis. — Philipp. abbas lib. v in *Cant.*, cap. 12.

VERRICULUM nihil errans immutabilis Deitatis.—
S. Jo. Chrys. hom. in *Christi Natalem*.

VERTEX Syona sanctior, quem non fumus, non caligo, non procella, non terrorem incatiens ignis contegit, sed sanctissimi Spiritus vis illuminatrix: nam illuc quidem Dei Verbum, tanquam digito, lapideis tabulis spiritu legem inscripsit; in hac autem ex Spiritu sancto, ac ejus sanguinibus idem ipsum Verbum incarnatum est, seque humanae naturae efficacissimum ad salutem remedium concessit. — S. Jo. Damasc. in orat. 4, de *Nativit. B. V.*

Vertex, ex quo torrens vitæ exortus eos, qui jam siti rerum ad salutem pertinentium morituri erant, non solum vitali potu in viam restituit, sed et omnes sordes, quas ex via inter passiones contraxerant, abluit. — Leo imperator in orat. de *Annunt. B. V.*

Vertex sanctorum utriusque Testamenti. — Rich. a S. Laur. *De laud. S. V.* lib. viii.

Vertex sanctorum Patrum. — Albert. Magnus serm. 25, de *Euchar.*

Vertex bonitatis. — Emman. Pal. imper. in can. ad *S. Deiparam*

VESPER, ratione imitationis ad Christum, quem secuta est operibus, virtutibus, gratiis et præmiis. — Barth. de Pisis lib. 1, *De laud. S. V.*, fructu 8.

VESPERUS, quia semper solem, id est Christum, comitata fuit. — Jacob. de Vorag. in *Mariali*, serm. 2, D.

VESTIARIA, ex qua indutus fuit Filius Dei carne, peccator venia, justus gratia, perfectus gloria. — Albert. Magn. in *Biblia Mariæ* super lib. Esther.

VESTIBULUM regni cœlorum, plane dignum. — S. Sophronius in *Menæis Græcor.* die 14 Februarii.

Vestibulum Filii Dei regis summi. — Albert. Magn. in *Postillis* super cap. 1 *Lucæ*.

VESTIMENTUM Dei sicut nix, album per puritatem, Daniel. vii. — Bernardin. de Bustis serm. 2 de *asimilat. B. M.*

VESTIS absque macula ejus, qui induit lumen sicut vestimentum. — S. Methodius in hom. in festo *Purificat. B. M. V.*

Vestis regia. — S. Andreas Cret. orat. 3, de *Dormit. B. M. V.*

Vestis sine macula, ovis pariter et pastoris. — Idem, orat. 4, de *Dormit.*

Vestis purpurea Regis terribilissima. — Theodorus Lasc. imper. in can. ad *S. Deipar.*

Vestis ovis, id est, protectio simplicium et innocentium. — Hugo Carenensis in *Psal. LXXI.*

Vestis Christi deaurata, integra semper reservata. — Jacob. de Vorag. in *Mariali*, serm. 13 A.

Vestis purpurea, nulli alteri nisi imperatori cœlesti idonea. — Idem in *Mariali*, serm. 9 P.

Vestis regia ac purpurea, quæ dum in conceptione contexitur, omnium regum præsentia prænuntiatur. Arrhabones etenim primo proponuntur, et innupta

sponsa præfertur. — Jacob. monach. in *Mariali*, orat. 1.

Vestis purpurea summi Regis. — Idem in *Mariali*, orat. 4.

Vestis, qua Christus induitur, id est, carne humana. — Barth. de Pisis lib. 1, *De laud. sanctiss V.*, fructu 6.

Vestis candida. — Bernardin. de Bust, in suc *Mariali*, serm. 6, de *Concept. B. M. V.*

Vestis Christi deaurata. — Idem serm. 1, de *Asumpt. B. M. V.*

Vestis ovium, id est protectio simplicium et innocentium. — Maurit. de Villa Probata, serm. 16. *Coronæ novæ B. M. V.*

VEXILLIFERA virginum. — D. Bern. serm. 4, super *Salve Regina*.

VIA, quam Dominus suo itineri præparavit. — D. August. in orat. de *quinque hæresibus*, cap. 5.

Via ad cœles humano generi, sub Tartara lapsa. — Venant. Fortun. eleg. in *laud. B. M. V.*

Via salutis nostræ. — Anastas. Antiochen. in orat. 1, in *Annuntiat. B. M. V.*

Via Dei. — Georg. Nicomed. in orat. *De exitu S. Dei Parentis*, quando fuit *oblata in templo*.

Via ab omni errore libera. — S. Joseph. Hymn. in *Mariali*.

Via deducens nos quotidie errore ma. o prolabentes, in semitas salutares. — Ibid.

Via pœnitentiæ nobis, deducens nos ad portas salutis. — Ibid.

Via recta nobis, quæ viam ipsam peperit. — Ibid.

Via redeundi iterum erranti. — Jo. Geometra serm. in *Annunt. S. Dei Genitricis*.

Via reconciliationis. — S. Anselin. in orat. ad B. V.

Via in mari. — D. Bern. serm. 3, super *Salve Regina*.

Via, per quam Salvator advenit. — Idem serm. 2, de *Adventu Dom.*

Via consilii. — Petr. Bles. serm. 38.

Via communis salutis, expers iniquitatis et malitiæ, expers molestiæ et laboris, in qua pax et justitia osculatæ sunt. — Adam de Persenia in *Mariali*, fragm. 4.

Via expers asperitatis et duritiæ, expers ignorantiae et erroris, in qua misericordia et veritas obviaverunt sibi. — Ibid.

Via felix, quam quæ tenuerit, non errabit, et quam qui perseveranter amaverit, non peribit. — Idem serm. 1, in partu B. M. V.

Via, per quam speciosus forma præ filiis hominum venit ad nos. — Ibid.

Via, quam facit æquitas rectam, veritas certainam, virginitas mundam, fecunditas fructuosam, pietas accessibilem, charitas communem, humilitas facilis, singularitas admirabilem, pax amabilem, æternitas tutam. — Ibid.

Via virtutis, per quam Dei virtus et Dei sapientia

tia Christus ad infirmos et fatus venit. — Adam de Persenia serm. 1, in partu B. M. V.

Via vitae per quam ad nos venit Rex virtutum, ad virtutum Regem nos reducens. — Ibid.

Via nectaris. — Theodorus Lasc. imp, in can. ad S. Deiparam.

Via aquæ immensæ, id est, gratiæ abundantis, per eam ad homines derivatæ. — Richard, a S. Laur. *De laud. S. V.* lib. ix.

Via ad patriam redeuntium. — Ibid.

Via in iuvio peccatorum. — Ibid.

Via viro invia, quia sine adjutorio viri, sola operatione Spiritus sancti, vestivit Deum carne virginea. — Idem *De laud. S. V.*, lib. iv.

Via recta, per quam aquæ gratiæ fluunt in Ecclesiam. — Hugo Carens. in cap. xxiv *Ecclesiæ*.

Via recta ad æterna gaudia. — S. Simon Stock in hymno *de Deipara V.*

Via ad patriam sanctitatis. — D. Bonavent. in *Psalterio B. M. V.*

Via nostræ reconciliationis. — Ibid.

Via, per quam nos salus de supernis sedibus visitavit. — Ibid.

Via vitæ. — Idem in *Psalterio minori B. M. V.*, quinquagena 4.

Via veritatis. — Jac. de Vorag. in *Mariali*, serm. 7, M.

Via oberrantibus. — Barth. de Pisis lib. 1, *De laud. sanctiss. V.*, fructu 10.

Via, per quam ad cœlestem Patrem acceditur, quandoquidem nemo ad illum, nisi per novum Virginis partum, ad hunc vero venit nemo sine Matre. — Isidor. Thessal. in orat. *de Annunt. B. M. V.*

Via erranti. — D. Laur. Just. in lib. *De casto connubio Verbi et Animæ*, cap. 9.

Via, per quam spargitur lux, et dividitur æstus super terram; Job xxxviii : lux enim æterna est super tenebrosum mundum per ipsam sparsa, id est, manifestata, et æstus, id est, calor charitatis Spiritus sancti partitus est super terram, ut non sit jam, qui se abscondat a calore ejus. — D. Bernardin. Senens. tom. III, serm. 1, *de gloriose Nom. Mariæ*.

Via aberrantibus. — Bernardin. de Bustis serm. 3, *de Nativit. B. M. V.*

Via, per quam spargitur lux æterna, et dividitur æstus, id est, calor charitatis Spiritus sancti, super terram, Job xxxviii. — Id. serm. 6 *de Nominat. M.*

Via, qua pervenitur ad Deum. — Idem serm. 2, *de Nominat. M.*

Via Filii Dei. — Maurit. de Villa Probata, serm. 5 *Coronæ novæ B. M. V.*

Via omnium securissima cœlestis habitationis. — Ibid. serm. 31.

Via, per quam spargitur lux et æstus super terram, id est, calor charitatis Spiritus sancti. — Idem serm. 41.

Via, qua pervenitur ad Deum. — Ibid. serm. 42.

serm. 40.

Via regia intrandi ad gloriam. — Ibid. serm. 4.

VIATRIX simpliciter, dom erat in terra, et comprehendens, et fruens secundum quid. — Albert. Magn. super *Missus est*, cap. 78.

Viatrix simpliciter, et comprehensor secundum quid in hac vita. — D. Antoninus in *Summa*, part. iv, tit. xv, cap. 20.

VICINUS noster, domui nostræ, id est familie Christianæ, per fidem propinquus et conjunctus, quem assumere nobis debemus, quando non sufficiimus ad esum Agni, id est, quando mysterium eucharisticum penetrare non valemus; eadem fide immolando et comedendo Agnum Dei, in qua ipsa Virgo concepit et peperit. — Rupert. abb., lib. ii, *Comment. in Exod.* cap. vii.

VICTIMA immaculata in templo oblata. — Georgius Nicomed. in fest. *Præsent. B. M. V.*

VICTORIA piorum. — S. Gregor. Thaum. orat. 2, *de Annuntiat. B. M. V.*

VICTRIX diaboli. — S. Jacobus apostol. Minor. serm. in *Transitu B. M. V.* apud Amadeum rapt. 8.

Victrix mundi, cuius victoria talis fuit, quod cunetas hæreses interermit. — Ibid.

Victrix dignitatis angelicæ, meritorum virtutibus. — D. Hieronym. in epist. sive serm. *de Assumpt. B. M. V. ad Paulam et Eustochium*.

Victrix sexus sui, dolorem gemitumque ne-scindo. — D. Augustin. serm. 20, *de Nativit. Domini*, qui est 24 *De tempore*.

Victrix diaboli. — Idiota in sua contempl. *de V. M.*

Victrix omnis peccati. — Petr. abb. Cellens. lib. vi *Epistolar.*, epist. ult.

Victrix diaboli per humilitatem. — Albert. Magn. super *Missus est*, cap. 53.

Victrix in holocaustum Creatori consecrata. — Jacobus monachus in *Mariali*, orat. 6.

Victrix pura a servitute libera. — Idem in *Mariali*, orat. 4.

Victrix serpentis antiqui et draconis rufi. — D. Antoninus in *Summa*, part. iv, tit. xv, cap. 44.

Victrix superbiae. — Ibid.

Victrix fortissima diabolice fraudis, atque nequitiae. — Dion, Carth. lib. 1, *De prec. Mariæ*, art. 31.

Victrix potentissima cunctorum spirituum malignorum. — Idem lib. iii, *De laud. sanctiss. V.* art. xx.

Victrix hæreseon. — Fridericus Fornerus in *Epist. Dedicat. Palmæ triumph.*

Victrix, cordium pulchritudo, cepisti et traxisti ad te omnia corda nobilia, quorum preda gloriatur Filius tuus, non ferro, vel metu, sed placidissimo aspectu tuo, in uno scilicet oculorum tuorum et in uno crine colli tui. — Jo. a Jesu Maria tom. II oper. suor. in tract. *Theolog. myst.* pag. 62.

Vidua designata per illam viduam quæ vasa vacua implevit oleo ad præceptum Elisæi, IV Reg. iv; ista enim vasa vacua fuerunt cogitationes ejus, et opera ejus, quæ vacua fuerunt amore terrenorum, et immunditia mortalis et venialis peccati. Ista vasa clausa fuerunt inferius per contemptum temporalium, aperta superius per appetitum cœlestium, hiantia per gratiæ desiderium, et capacia per profunditatem humilitatis, et latitudinem charitatis. Ista vasa implevit ad præceptum Elisæi, id est Christi, oleo, scilicet pietatis et misericordiæ, quod viviscat peccatorem. — Idiota *De B. V. part. xiv, contempl. 6.*

Vidua designata per viduam illam evangelicam quæ tantum duo minuta misit in gazophylacium et plus cunctis divitibus posuit juxta Dominicam sententiam, Luc. xxi; unum enim minutum quod obtulit, fuit ejus admirabilis humilitas, quæ in reputatione sui ipsius summe minutam eam fecit; aliud minutum fuit ejus fides comparata grano sinapis: quæ duo minuta ipsa posuit, quia in gazophylacio, id est in Christo, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ et scientiæ Dei, hæc abscondit. Primum minutum fuit cum dixit: « Ecce ancilla Domini; » secundum minutum fuit cum dixit: « Fiat mihi secundum verbum tuum: » et quia plus cæteris obtulit, benedicta fuit, nam omnibus aliis humilior et fidelior fuit, et ideo plus mernit; nam Dominus non considerat quantum datur ei, sed ex quanto; plus enim dantis attendit charitatem quam muneris quantitatem, et secundum charitatis intentionem retribuit gloriam vel coronam. — Ibid.

Vidua designata per illam viduam evangelicam quæ tantum duo minuta misit in gazophylacium, Luc. xvi, quæ plus cunctis dantibus posuit juxta Dominicam sententiam: unum enim minutum fuit ejus humilitas, quæ valde minutam faciebat eam in reputatione sua; aliud minutum fides quæ comparatur grano sinapis, Luc. xvii. Hæc duo minuta posuit Maria, quasi in gazophylacio, quod est Christus, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ et scientiæ Dei absconditi, quando dixit: « Ecce ancilla Domini, » et « fiat mihi, » quibus plus omnibus obtulit, quia omnibus humilior et omnibus fidelior. — Rich. a S. Laur. *De laud. S. V. lib. vi.*

Vidua signata per viduam Sareptanam quæ pavit Eliam, id est Christum, III Reg. xvi, de cuius hydria non defecit farina, nec oleum de Icocytho. — Ibid.

Vidua pauper, sed ditatrix largissima totius Ecclesiæ; nullus enim hominum, vel angelorum tantum dedit quantum ipsa, Marc. xii. *Vidua* hæc, pauper scilicet rebus, id est Maria, plus omnibus misit, plus in quantitate, pretiositate, utilitate, quia misit Jesum filium suum in lætitiam desolatorum, in illuminationem cœorum, in liberationem captivorum. — Albert. Magu in *Biblia M.* super Evangel. Marc.

Vidua sine sollicitudine. — Ern. *Prag. in Maria li.* cap. 78.

Vidua viduarum. — D. Bernardin. *Sen. tom IV, serm. 56.*

Vidua non desolata, sed filio naturali associata. — D. Antonin. *in Sum. part. iv, tit. 15, cap. 13.*

VIGIL, ad quæ de cœlo missus est vigil, id est, angelus. *Daniel iv.* — D. Bernardinus Sen. *serm. 1, de Consensu virginali.*

VIGOR noster. — Joan. *Geometr. in B. V. hymn. 4.*

VILLA designata per Capharnaum, quod interpretatur *Villa consolationis*; nam sicut Deus et Pater Domini nostri Jesu Christi, est Pater misericordiarum, et Deus totius consolationis, sic et Maria, non tamen sicut ipse, est Mater misericordiarum et totius consolationis, quæ consolatur nos in omni tribulatione nostra. — II Cor. i. — Rich. a S. Laur. *De laud. sanctiss. V., lib. xi.*

Villa in qua habuit Dominus quasi duplice villicum, scilicet Joseph et Iesum: sed uterque injuste diffamatus est, quasi de dissipatione bonorum hujus villæ: Joseph, unus villicus, cui despontata est, ut custodiret eam, quod et legitime fecit, diffamatus est a Judæo, dicente, quod cognoverat eam; sed erubescat Judæus infelix, qui dicit Christum ex Joseph semine esse natum. Alius villicus, Jesus filius ejus, qui optime custodivit eam, sicut filius matrem charissimam: hanc diffamavit haereticus, dicens, quod nascendo corruperat eam: contra quod dicit B. Anselmus, Jesus namque salvat, non violat, disjuncta solidat, non confringit solida. Sanctum nomen ejus, ita et opus ejus: fuerunt ergo bona hujus villæ, conceptus Virginis salvo pudore, et partus sine dolore, hoc est, sine natura- lium læsione. — Ibid.

Villa sita in monte virtutum, quia virtutes ejus excellunt virtutes omnium sanctorum, unde dicit Eccli. xxiv: « Ego in altissimis, » scilicet virtutibus habitavi; virtutes enim aliorum altæ sunt, sed virtutes ejus altissimæ. — Ibid.

Villa tria in se habens, quæ habent villæ sitæ in montibus, scilicet, quod est mundissima, clarissima et sanissima; fuit enim Maria mundissima in intentione, sanissima in Filii conceptione, clarissima in Dei cognitione. — Ibid.

VINCTRIX Dei et hominis, quæ attingit a fine misericordiarum Dei usque ad finem misericordiarum hominis peccatoris. *Sap. viii.* — Albert. Magu in *Biblia Mariae* super lib. Sapientiæ.

VINCULUM firmissimum cœlestium terrestriumque. — S. German. orat. *in Anunt. B. V.*

VINDEX innocentium. — Justus Lipsius in D. Viug. Hallensi, cap. 51.

VINEA minime rigata uvæ immortalitatis. — S. Joan. Damasc. orat. 2, *de Assumpt. sive Dorm. B. V.*

Vinea uberrima, quæ ex Anna pullulavit, atque uvam suavissimam protulit, nectar mortalibus fun-

dentem in vitam æternam. — S. Joan. Damasc. orat. 4, de Nativ. B. M. V.

Vinea enjus spirituales cultores fuerunt inspiratio divina, Patris potentia, Filii sapientia, Spiritus sancti disciplina, monitio angelica, propria diligentia, et Patris ac Matris doctrina. — Idiota De B. V. parte iii, contempl. 2.

Vinea facta et electa a Domino, qui eam primum plantavit in radicibus, id est, in antiquis patribus virtutum ipsorum imitatione, quia præceptum B. Virginis fuerat a Domino: « In electis meis mitte radices: » Eccli. xxiv. In Abraham fides et obedientia, in Isaac spes et patientia, in Jacob charitas, et in Davide humilitas, istae fuerunt radices B. Virginis, et ex ipsis radicibus incepit ipsa pullulare medianibus parentibus ejus Anna et Joachim. — Ibid.

Vinea fossa veræ paupertatis et humilitatis dilectione. Humilitas enim profundavit mentem B. Virginis, ut capax fieret totius bonitatis; paupertatis amor exclusit ab ea appetitum totius terrenitatis, et ultra virtus fecit eam capaciorem totius divinæ largitatis. — Ibid.

Vinea, quia sicut vinea crescit quotidiana melioratione, sic beata Virgo crevit in vineam latiorem et fructificavit in palmites, et emisit propagines, id est, crevit de virtute in virtutem, et de bono in melius cum magna constantia et simplicitate. — Ibid.

Vinea, quia sicut vinea vili discolori cortice tegitur: sic beata Virgo non habuit in sui exterioris habitus qualitate mutatoria pretiosa bene colorata, sed magis exemplo benedicti Filii sui fuit pannosa, et natum suum Filium involvit vilibus panniculis, quod non fecisset, si pretiosos habuisset. — Ibid.

Vinea visitata in angelica missione, ideo ipsa beata Virgo orabat dicens: « Respic de cœlo, et visita vineam istam, et perfice eam quam plantavit dextera tua: Psal. LXXIX. » — Ibid.

Vinea nostra, quæ floruit, quando Salvatorem concepit; fronduit, quando obumbrans ei Altissimi virtus et angelis et hominibus mysterium occultavit; fructificavit, quando quem sine contagione conceperat, sine dolore partu edidit. — Adam Persen. serm. in Annunt. B. V.

Vinea florens, digne cultori suo respondens. — Philip. abbas lib. vi, in Cant. cap. xi.

Vinea non palmitibus, sed populis dives. — Idem, lib. vi, in Cant. cap. xvi.

Vinea Christi, coram Christo, id est, in gloria Christi. — Honor. Augustod. in Sigillo B. M.

Vinea Domini, ab eo tradita custodibus, cum pendens in cruce dixit: « Ecce mater tua, » quia, et alii apostoli impenderunt ei necessaria. — Ibid

Vinea nostra, quæ floruit pariendo Christum. — Ibid.

Vinea pacifico, id est, Christo, qui vera vitis, voluit in ea germinari beatorum propago. — Ibid.

Vinea pro cuius fructu vir assert mille argenteos, hoc est, quisque fideli omnia, quæ habet, dat, ut fructum hujus vineæ Christum lucifaciatur. — Ibid.

Vinea de qua vitis vera processit, quæ in conceptione Filii Dei floruit. — Hugo Caren. in cap. vi Cant.

Vinea in qua tot sunt vites, quot virtutes, in qua quidam colunt, sive operantur, humilitatem, alii virginitatem, alii pietatem, et sic de aliis. — Idem, in cap. xxiv Ecclesiast.

Vinea nostra, quæ floruit Cant. ii, quia vulpes parvulae, hoc est, peccati motus, nihil in ea demolitæ sunt. — Albert. Magn. in Postillis super cap. xi Lucæ.

Vinea vera, quæ botrum nobis protulit Christum. — Matth. Cantacuz. in cap. vii Cant.

Vinea electa, quam pacificus verus Salomon, Jesus Christus, tradidit custodibus, angelis scilicet, excolandam et custodiendam. — Ern. Prag. in Matriali, cap. 53.

Vinea propria et peculiaris pacifico vero Salomoni, Jesu Christo. — Ibid.

Vinea quam plantavit Noe, id est Deus, bibensque vinum devotionis ejus inebriatus est, et nudatus, jacuit in tabernaculo uteri virginalis. Gen. ix. — Ibid.

Vinea electa Domini Sabaoth, quæ protulit balsamum, Christum, quo liquore affluentis Spiritus inungimur, et a mentis corruptione servamur. — Barth. de Pisis lib. III De Laud. sanctiss. V., fructu 2.

Vinea de qua Cant. viii: « Vinea mea coram me est, » nam beata Virgo ab æterno valde specialiter fuit in prædestinatione, et in luce sapientiae atque in bonitate complacentiæ Dei, et gratiosissime fuit cum ea, specialissimam habens curam ipsius, in assumpta quoque humanitate filialiter ac familiariissime est conversatus cum ipsa. — Dion. Carth. in Cant., articulo 27.

Vinea secundissima et pulcherrima nimis, eminentissime deputata et consecrata Deo pacifico Christo altissimo, omnes populos sibi habens subditos et commissos, præsentim credentes. — Ibid.

Vinea quam tradidit Deus custodibus, id est, angelis sanctis custodiendam; non, ne peccaret, quia confirmata fuit in bono, in tantum quod nec veniamliter potest peccare: sed ad reverentiam ejus, et ad consolationem ejus, profectum, atque obsequium: sub cruce quoque eam tradidit sancto Joanni apostolo custodiendam, similiter principi apostolorum, tanquam totius Ecclesiæ præsuli ac prælato fuit humillime subdita. — Ibid.

Vinea Dei electa, a Deo ipso plantata. — Bernardin. de Bustis serm. I, de Assimilat. B. M.

Vinea Domini, cuius operatio suavis, labor dulcis, cultura melliflua. — Ibid.

Vinea Domini fertilissima. — Ibid.

Vinea Engaddi, quæ optimum et perfectissimum

balsamum produxit, scilicet Dominum nostrum Iesum Christum. — Ibid.

Vinea in qua nata est vitis vera, scilicet Christus. — Ibid.

Vinea optima, quæ igne Spiritus sancti calefacta, fructum suavissimum produxit. — Ibid.

Vinea Dei, cuius operatio suavis, labor dulcis, cultura melliflua. — Maurit. de Villa Probata serm. 23 *Corone novæ B. M.*

Vinea Dei fertilissima. — Ibid.

Vinea Engaddi, quæ optimum et perfectissimum balsamum produxit Dominum nostrum Jesum Christum. — Ibid.

Vinea facta a Domino. — Ibid. serm. 2.

Vinea florens virtutibus. — Ibid. serm. 33.

Vinea in qua nata est vitis vera. — Ibid.

Vinea coram Deo. — Joan. Picus lib. iii, *De Cant. cap. xv.*

Vinea cuius fructus pretiosus, ac dignus omnino, pro quo vadimonium simul et patrimonium deseratur. — Ibid.

Vinea Dei, ex singulari virtutum dignitate. — Ibid.

Vinea Deo custode tuta. — Ibid.

Vinea Domini Sabaoth, quæ illud semen verum viviradicemque, ac vitem veram, Christum concepit, ut gemmis abundantioribus insignita, palmitibus densaretur, et a mari usque ad finem orbis terræ propensas mitteret propagines suas, ac demum ut flore odorifero nequicias eliminaret serpentinas atque enecaret, et fructu immarcescibili per infinita saecula copiosius redundaret. — Ibid.

Vinea ex qua nobis pacificus Christus, viviradix et vitis vera, per sanguinem torcularis suæ crucis, et quæ in cœlis sunt, et quæ in terris pacificaturus prodiit. — Ibid.

Vinea quæ malleolum, caputque, et totius Ecclesiæ principium in primis edidit; et ejusdem capitatis membra quoadusque caput Christus in illis formetur, pietatis maternæ impensismissimis studiis jugiter parturit. — Ibid.

Vinea quando illum angelo nuntiante viviradicem acceptit, quando illum flore odoriferò de radice Jesse ascendeante salutiferuni vitæ fructum pariens edidit, quando editum fovit, et maturum ad torcular usque produxit. — Ibid.

VINETUM gratiæ, in quo semperne vinum crevit lætitiae, de quo cœlestis beatitudinis inebriantur convivæ. — Joan. Trith. lib. i, *De miraculis B. V. in Urticeto, cap. 6.*

VINUM super omnia post Christum lætificans cor hominis. — Idiota de B. V., part. viii, contempl. 14.

Vinum cuncta replens cœli cellaria, quod cœlicolæ universi, quanto bibunt copiosius, tanto sicut amplius, unde ipsa dicit Eccli. xxiv: « Qui bibunt me, adhuc sient. » — Rich. a S. Laur. *De laud. V., lib. x.*

Vinum quod est potus divitum, de se ipsa dicens,

Ecli. xlvi: « Qui bibunt me, adhuc sient. » —

Idem, *De laud. sanctiss. V., lib. v.*

VIOLA, quia si viola ante omnes flores apparens serenitatem temporis venientem designat, quia nascitur incipiente tempore vernali de terra inculta; beata Virgo similiter prima votum emisit perpetuae virginitatis, et quasi in principio nascentis Ecclesiæ apparuit in tempore vernali, quando omnia e terra nascentia quodammodo renovantur, nam ab ea incepit reparatio mundi. — Idem, *De B. V., part. xiv, contempl. 44.*

Viola, quia si viola ardorem febrium refrigerat, beata Virgo ardores vitiorum et quarumeunque tentationum hostilium refrigerat, incentiva somnis domat, calorem iracundiæ, avaritiae ac cœterorum vitiorum tollit, et aufert de cordibus sibi devote famulantium. — Ibid.

Viola, quia si viola est flos parvulus et inclinis, beata Virgo parvula fuit per humilitatem et inclinis per obedientiam. — Ibid.

Viola, quia si ex viola componitur syrupus violaceus, qui singulis ægritudinibus est medicinalis ac suum inæstimabilis pretii medicamentum, beata Virgo ægros sanat, debiles juvat, sanos conservat, et ab omni infirmitate liberat. — Ibid.

Viola, quia si viola membra desiccata et arida humectat, beata Virgo corda, et membra arida, et frigida tempore, pigritia et desidia ad bene operandum humectat et emollit ad exercitium bonorum operum et devotionis et charitatis pinguedinem subministrat. — Ibid.

Viola, quia si viola miri odoris dicitur; beata Virgo redolent et fragrat propter multitudinem unguentorum suorum, id est, virtutum et gratiarum suarum et charismatum, quæ redolent inter universos fideles Christianos, et maxime inter ejus servatores devotos. — Ibid.

Viola, quia si viola noxios et corruptos purgat humores, beata Virgo malos humores, scilicet peccata, quæ corrumpunt animam, suis sanctis orationibus et exemplis purgat, et evellit a mentibus spiritualiter languentem infirmum. — Ibid.

Viola, quia si viola solidam radicem habet, et nihil aliud habet durum, radix beatae Virginis fuit fides, cuius solidissima constantia apparuit in passione benedicti Filii ejus. — Ibid.

Viola quia si viola temperatæ proprietatis est, beata Virgo temperatæ complexionis fuit per omnitudinem modestiam, quæ regebatur cum moderatione rationis. — Ibid.

Viola, quia si viola terræ adhæret, beata Virgo pariter terræ adhæret, id est, terrenis peccatoribus per compassionem et pietatem et affectum misericordiæ. — Ibid.

Viola humilitate. — Hugo de S. Vict. serm. in Nativ. vel Assumpt. B. M. V., qui est in ord. 34.

Viola odorifera, cuius odor non tantum homines respersit, sed et angelos in admirationem sui convertit, non solum terram, sed etiam cœlum impletivit. — Hugo de S. Vict., serm. in *Assumpt. B. M. V.*, qui est in ordine 46.

Viola purpurea. — Ibid.

Viola quæ vere caput ad ima deflexit, dum in eo, quod major exstitit, semetipsam amplius humiliavit, eligens non alta de se sapere, sed magis humilibus consentire. Omnis enim *viola* naturaliter caput, id est, flosculum suum ad ima deflectit, ac per hoc humilitatem convenienter exprimit. — Ibid.

Viola parva per humilitatem, inclinis per obedientiam, terræ adhærens per compassionem et pietatem et affectum misericordiae erga terrenos peccatores, subtilis et suavis odoris, per suaveolentem opinionem, Deum, angelos et homines delecentem, et temperatæ complexionis per omnino-dam modestiam. — Rich. a S. Laur. *De laud. S. V.*, lib. XII.

Viola, quia si *viola* ardores febrium reprimit, Maria reprimit ardores vitiorum tentantium, maxime in familiaribus suis; ardor, tentatio carnis, vel iracundia mentis. — Ibid.

Viola, quia si *viola* noxios et corruptos purgat humores, et desiccata et arida membra humectat: Maria orationibus et exemplis suis malos eliminat, et egregios format mores, et amatoribus suis devotionis et charitatis pinguedinem subministrat. — Ibid.

Viola: si enim *viola* flos, ante omnes alios flores apparens, serenitatem temporis venientem designat, quia nascitur incipiente tempore vernali, Maria prima votum emittens perpetuæ virginitatis, quasi in principio nascentis Ecclesie apparuit, et in tempore vernali, quando omnia terræ nascentia quodammodo innovantur: nam ab ipsa incepit reparatio mundi. — Ibid.

Viola castitatis speciosissima. — Jo. Trith. lib. I, *De miraculis B. M. V. in Urticeto*, cap. 6.

Viola fragrantissima divinæ suavitatis. — Ludo-vicus Blosius in *salut. ad B. V.*

Viola redolens altissimæ humilitatis. — Idem in *Endolog. 5*, ad *B. M. V.*

Vir fortis per constantiam et magnanimitatem.

— Bernardin. de Bustis serm. 4, *de Nomin. Mariæ.*

VIRAGO Psalmographi plectro cantata. — Venantius Fortunatus, elegia in *laud. B. M. V.*

Virago, id est, virum agens, vel viriliter agens; viriliter enim egit, vovens prima virginitatem, absque omni humano praecepto, consilio et exemplo, sola inspiratione Spiritus sancti. — Rich. a S. Laur. *De laud. sanctiss. V.*, lib. vi.

Virago, quæ fecit viriliter vincendo diabolum, sicut predictum erat Gen. II: « Inimicitias ponam inter te, et mulierem, ipsa conteret caput tuum; » et in ejus figura dictum est, Judith XIII: « Fecisti viriliter. » — Ibid.

Virago, quia egit virum suum, id est Christum,

qui toties vocat eam sponsam in Cautico, quando ex magnitudine Filii consensit, ut de ejus substantia fieret Christus homo, unde ad Gal. IV dicit Apostolus, ipsum factum ex muliere, » unde etiam potest dicere de Christo illud Gen. II: « Hoc nunc os ex ossibus meis. » Eva enim dicta est *virago*, quia de viro suo sumpta est. Gen. II. Maria *virago*, quia de ipsa sumptus est vir suus, quod tunc factum est, quando consensum suum expressit dicens: « Ecce ancilla Domini, fiat mihi. » — Ibid.

Virago, quia viriliter egit per temperantiam, integritatem mentis et corporis custodiendo; viriliter fecit per justitiam soli Deo adhærendo, duleiter, fortiter, sapienter, ita ut nec illecta, nec abstracta, nec decepta, ab ejus amore perfecto aliquatenus declinaret; fecit et viriliter per prudentiam, per quam evaevaverat, quæ erant parvuli, cogitando viriliter. Item fecit viriliter per fortitudinem, terribilia aggrediendo, mirabilia operando, horribilia sustinendo. — Ern. Prag. in *Mariali*, cap. 421.

Virago, quia virum egit, id est, opera virilia fecit, unde licet omnes tales mulieres fortes, quæ semineæ cogitationi masculum animum inferunt, sicut de una harum dicitur, II Machab. VII, dicantur communi nomine *viraginiæ*, quales sunt illæ *amazones*, quæ dicuntur esse in Oriente, nulli tamen propriissime convenit nisi Mariæ, de qua dicitur Judith XV: « Tu gloria Jerusalem, tu lætitia Israel, tu honoriscentia populi tui, quia fecisti viriliter. » — Ibid.

Virago singularis, sicut a *viragine*, *virgo singularis* per syncopen nominatur, de qua Isa. VII: « Ecce virgo concipiet; » illud enim, Ecce rem virilem, venerabilem, venientem, novamque et mirabilem demonstrat. — Ibid.

Virago sola, quia in conceptione carnis Christi quodammodo virum egit, dum ex Spiritu sancto, et virtute Altissimi, non solum accepit virtutem conceptivam passivam, verum etiam, et generativam activam. — Idem in *Mariali*, cap. 422.

Virago dænoeibus. — Barth. de Pisis lib. I, *De laud. sanctiss. V.*, fructu 8.

Virago ratione fortitudinis. — Idem lib. I, *De laud. sanctiss. V.*, fructu 2.

Virago fortissima, de qua in Genesi, Dominus dixit serpenti: « Inimicitias ponam inter te et mulierem, ipsa conteret caput tuum. » — Dion. Carth. in cap. XXXI *Prov.*

VIRGA de radice Jesse, tota gracilis, tota recta, non curva, sine nodo, et sine cortice. — S. Andr. apost. serm. in *Transitu B. M. V.* apud Amad., rapt. 8.

Virga de radice Jesse, cuius flos et fructus, Jesus Christus. — Tertul. in lib. *De carne Christi*.

Virga ex Jesse admirabiliter atque ineffabiliter germinans. — D. Gregorius Thaum. orat. I, in *Annunt. B. M. V.*

Virga, quæ pulcherrimi fructus florem germinavit. — Ibid.

Virga Aaron, nullo humore germinans. — D. Anastasius orat. in Domini occursum, seu in Purificat. B. M. V.

Virga, cuius flos Christus, qui bonum odorem fidei toto sparsurus orbe, virginali ex utero germinavit. — S. Ambros. lib. ii, De Spiritu sancto.

Virga germinans florem. — Idem lib. De viduis, part. ii.

Virga, in qua nec nodus originalis, nec cortex actualis culpæ fuit. — Idem in cap. ii Isa. apud Clitoveum lib. i, De con. cap. 15 et alias.

Virga regis, ad salutem electa. — Idem lib. ii Epistolarum, epistola 7 ad Syriacum.

Virga Aaronis viridans. — D. Ephrem. in serm. de laud. B. M. V.

Virga vere, cuius flos Filius ejus. — Ibid.

Virga, cuius flos Christus. — D. Hieron. in epist. ad Eustoch. De custodia virginit., tom. I.

Virga de radice Jesse exorta. — Idem in epist. Assumpt. B. M. V. ad Paulam et Eustoch.

Virga Domini, ex qua baculus fesso jam per aetatem mundo, qui eum sustentaret, exiit. — Idem in epist. ad amicum ægrot. quæ tom. IX est in ord. 7.

Virga simplex, pura, sincera, nullo extrinsecus germine cohærente, et ad similitudinem Dei, unio ne secunda. — Idem in epist. ad Eustochium De custodia virginit., tom. I.

Virga Aaron arida, quæ folia fructusque momento germinavit, Num. cap. xvii; non enim illam Moyses mandarat terræ, non imbris rigarat, non tempus radices aluerat, aetatem non viderat, aut ver, non hieinem autumnumve habuerat, nec aeternum temporumque mutationibus servierat, sed divino obsequens sermoni, naturam calcaverat, et contra naturam fructum dedit, ut et pro nature ratione et contra Opificis optimi voluntati serviret: quemadmodum ergo virga Aaron contra naturam edidit fructum, ut Judæa crederet, sic et viva illa virga regia, nimirum Virgo, absque coniubii legibus peperit, ut orbis terrarum salutem consequeretur. — S. Jo. Chrys. orat. in Theophania et in sanctum Joan. Præcursorem.

Virga Moysis, quia sicut Moysis virga per naturam quidem virga erat, per dispensationem antem siebat serpens; sic et Maria per naturam quidem virgo exsistens, per dispensationem facta est mater, quo Chaldaeorum magi crederent, quemadmodum etiam, ut terreretur Ægyptus, virga facta est serpens. — Ibid.

Virga quæ florem germinavit, et radicem in profundum emisit. — Idem, orat. 7 in S. Deipar.

Virga Aaron frondens, et fructum faciens. — D. August. serm. 19, ad fratr. in eremo.

Virga de radice Jesse, de qua flos Christus per nativitatem ascendit. — Idem lib. iii, De symbolo ad Catechum., cap. 4.

Virga virtutis Dei. — Idem serm. 5, de tempore.

Virga de radice Jesse, cum novum florem carnis humanæ utero quidem materno, sed partu enixa sit virgineo. — D. Leo serm. 4, de Nat. Dom.

Virga Aaron, que absque opere et subsidio terreni cultus, absque consuetis et legitimis ruralis ministeriis alimentis, in tabernaculo fœderis posita germinavit; nam absque terreni, id est, humani seminis officio Christum Dominum peperit. — B. Vigilius lib. iii Adversus Eutychium.

Virga, quæ de Jesse orta radice, novo miraculi genere, Christum Dominum germinavit. — Ibid.

Virga radicis Jesseicæ, quæ naturæ suæ germen, id est Dominum Jesum, et suæ carnis materia protulit. — Ibid.

Virga Aaron, que præ cæteris floruit, id est, præ cæteris virginitate digna resplenduit. — D. Eleuther. serm. in fest. Annuntiat. B. M. V.

Virga de radice Jesse. — Ibid.

Virga quæ florem parturivit. — Idem in serm. de Natali Domini.

Virga de qua flos Christus abortus, cuius odor vivax membra sepulta levat. — Venant. Fortunat. Elegia in laudem B. M. V.

Virga, quæ fructum edidit. — Idem in hymn. de Nativ. Domini.

Virga Aaron, ex radice David nascens. — S. Andr. Cret. in Can. de Nat. B. V.

Virga Aaron, semper virens. — Idem orat. de Nativ. B. M. V.

Virga divina, quæ mysticum germinavit florem, Christum, conditorem omnium. — Idem Can. in Concept. B. M. V.

Virga ex David familia et semine prodiens, quæ Dominum Redemptoremque universi florem gestavit. — Idem can. in Nativit. B. M. V.

Virga, ex qua germinavit flos Christus, ex radice David. — Ibid.

Virga, ex radice Jesse intemerata, quæ Christum florem germinare meruit. — Ibid.

Virga Levitica. — Idem orat. 3, de Dormit.

Virga, quæ florem Christum, Adæ unicum Redemptorem germinavit. — Idem can. in Nativit. B. M. V.

Virga sancta, a Deo producta, germinans ex David ipsummet Deum, florem, Sátorem. — Ibid.

Virga semper florens, ex qua vitæ nostra flos, Christus germinavit. — Ibid.

Virga virtutis, quæ Christum florem gestavit. — Ibid.

Virga Jesse ob virginitatem, quæ nullo modo vulnerari aut incurvari potuerit. — Hesychius serm. 2, de laud. sanctiss. V.

Virga Jesse semper virens, que cuncto generi humano vitam pro fructu atulit. — Ibid.

Virga de radice Jesse, de ejus radice flos Christus ascendiit. — D. Gregor. Magn. in lib. I Reg. cap. i.

Virga Aaron, quæ sine humore florem protulit,

id est, sine coitu, edidit Verbum Dei. — D. Isidorus in *Comment. super Numer.*, cap. xv.

Virga Aaronis, de radice Jesse germinans. — Sergius in orat. *de Nativit. V.*

Virga Aaron, quæ in tabernaculo Domini posita, tertia die inventa est germinasse; nam neque sata, neque radicata, sine ullo cultore, tertia die, hoc est, tertio saeculi tempore, Spiritu sancto secunda, nobis Deum genuit, et hominem Christum. — D. Hildephons. serm. 6, *de Assumpt. B. M.*

Virga de radice Jesse, de stirpe enim David regis, qui filius fuit Jesse, nobilissima prosapia et regali stemmate exorta processit, de cuius radice flos ascendit, quia verus ille Nazareus, et flos munditiae, Christus per eam, ex ea incarnatus, in mundum venit. — Ibid.

Virga, quæ florem Christum spirituali tantum infusione, sine hominis corruptionis accessu produxit. — Idem in lib. *De virginit. S. M. V.*, cap. 3.

Virga, quæ operante Providentia divina, ex radice vitiata prodiit sine vitio, attestante Isa. propheta, qui dixit : « Exiit virga de radice Jesse, et flos de radice ejus ascendet. » Iujus enim gloriosæ Virginis figuram tenuit virga illa, quæ fuit in mysterio Aaron sacerdotis, jubente Domino, a sancto Moyse in tabernaculo posita, quæ altera die sola fronduit, nucesque protulit, quia procul dubio sola Virgo Maria fuit, quæ Dominum peperit, et post partum virgo permansit. — Idem serm. de B. M., apud Nierembergium in exceptionibus, cap. 2.

Virga præflorida, et omni prædicatione major, quæ ex se attulit florem, qui nunquam marcescit. — Anonym. in *Menæis Græcor.*, die 25 Jul.

Virga, quæ florem protulit Dominum, id est, Verbum divinum. — Ibid.

Virga ex infuscidis lumbis enata. — Georg. Nicomed. orat. 1 *de Præsent. B. M. V.*

Virga regalis, quæ ex regalibus plantis succedit. — Idem orat. 1, in *Conceptione Deip. V. M.*

Virga sacerdotalis, quæ absque irrigatione produxit florem, qui non marcescit, nempe Dominum. — Idem in orat. *de Exitu S. Dei Parentis quando fuit oblata in templo.*

Virga vegeta, orta ex radice Jesse, quæ mundo salutis florem produxit. — Ibid.

Virga, de qua Isaia cap. 11 : « Egredietur virga de radice Jesse, et flos de radice ejus ascendet. » — Ibid.

Virga ex radice Jesse, de qua flos Christus natus est. — Cosm. Hierosol. in *Theogoniam hymn. 1.*

Virga Aaronica, quæ non effloruit nucibus, sed Christo. — S. Jo. Dam. in *Menæis Græc.*, die 27 Jan.

Virga de radice Jesse, ex qua integro deoore muliebri floridus perennisque flos, Christus surgit. — Idem in orat. 4, *de Nativit. B. M. V.*

Virga, divinæ plantationis ramus, quæ nullo

suscepto semine, universorum Deum atque hierarcham Filium flore germinavit. — Ibid.

Virga honorata, quæ nobis vitæ lignum, Dominum germinavit. — Id. in *Parac. B. M. V.*

Virga infirmam animam nostram sustentans. — Ibid.

Virga orta de radice Jesse, ex qua mundo flos divinitus existens ascendit. — Idem orat. 1 *de Nativit. B. M. V.*

Virga Aaronitica, quæ nou nuces, sed Christum florem peperit. — S. Jo. Dam. in *can. sanctiss. Deiparæ*.

Virga de radice Jesse fructum proferens salutarem iis qui cum fide Filio suo clamant : « Benedictus est Deus patrum nostrorum. » — Idem in *Octoe. Greco*rum.

Virga de radice Jesse, quæ sine ullius irrigationis ope florem speciosissimum, Christum peperit. — Idem can. in *S. Deip.*

Virga germinans de radice Jesse, quæ prius mystice atque arcane in germine virgæ aromaticæ designata est; ut enim illa nuces, sic ista Christum florem peperit. — Ibid.

Virga de radice Jesse, quæ per recti operis intentionem ad supernam enituit, et vitiositatis nodis funditus carens, flexibilis per humilitatem effusit; inde non immerito florem protulit, qui totius orbis campos sacris floribus decoravit. — Paulus diaconus serm. 2, *de Assumpt. B. M. V.*

Virga Aaron, quia, quemadmodum virga Aaron protulit absque telluris subministratione et humoris irrigatione, nativas tamen per semitas germen, flores et fructum, sic Mater Virgo non de voluptatis rivo, nec de maritali commercio, genitalem tamen per semitam genuit carnem Verbum factum. — Ratramnus Corbeiens. in *Opusculo De partu B. M. V.*, cap. 4.

Virga divini status germinans florem semper vivum Christum. — Ibid.

Virga, ex qua flos divinus productus est, et quæ se ductorem arefecit. — Ibid.

Virga ex radice Jesse, quæ florem protulit universæ creaturæ satorem, qui infrugiferæ scientiæ plantas arefecit, fidem autem verissimam nobis cum devotione plantavit. — Ibid.

Virga germinans ex radice Jesse, et inviolata proferens florem Christum. — Ibid.

Virga honorabilis ac pretiosa, quæ ramum incorruptibile germinavit. — Ibid.

Virga honorabilis, que immarcescibilem ramum produxit. — Ibid.

Virga Jesse, ex qua Christus exortus est flos, qui vitam protulit terrigenis. — Ibid.

Virga mystica, ex qua flos immarcescibilis effluit. — Ibid.

Virga venerabilis, ex qua nobis lignum vitæ, Dominus germinavit. — Ibid.

Virga virginitatis, ex qua flos effloruit sator

noster Deus, qui mala germina rescindit propter sumnam bonitatem suam. — Ibid.

Virga Christum florem immareescibilem producens. — Nicetas David in hom. *De Nat. B. V.*

Virga Aaron, quæ fronduit, ac nucem protulit, Num. xvii. — Ambrosius Ausbert. hom. *in festo Purificat. B. M. V.*

Virga, quæ de radice Jesse surrexit ac floruit, Isa. ii. — Ibid.

Virga egressa de radice Jesse, Isa. ii, id est, de supra humilitate, quia non dicitur egredi de stipite, sed de radice Jesse, quæ latet in humo, quia humilitas dicitur quasi humi latens; nam sicut totum quod habet arbor, de radice procedit, sic tota virtus et excellentia beatæ Virginis ab ejus humilitate processit, quam Deus respexit; respexit namque humilitatem ancillæ suæ, quasi radium, et, Ex hoc beatam eam dicunt omnes generationes. — Idiota *De B. V. parte III, contempl. 3.*

Virga egressa de radice Jesse; quia sicut virga de radice egrediens, altior, rectior, subtilior, humidor, flexibilior, viridior et pulchrior est, quam egrediens de stipite: sic beata Virgo altior fuit virtus sauitate, rectior charitate, subtilior humilitate, humidor pietate, flexibilior obedientia et compassione, viridior fidelitate, pulchrior castitate, et planior simplicitate omnibus aliis sanctis. — Ibid.

Virga egressa de radice Jesse, quod interpretatur *incendium*, quia beata Virgo ex incendio ferventissimæ charitatis, quam Deus Pater habuit ad genus humanum, data est nobis ad salvationem et ad exemplum. — Ibid.

Virga florida; quia sicut virga florida, si deorsum flectatur, secum inclinat florem suum, ita beata Virgo Maria inclinat se ad orationes nostras, et secum flectit florem suum, scilicet Unigenitum suum orando, ut nobis miseris indulgeat, et misereatur. — Id. *De B. V., part XIV, contempl. 51.*

Virga, quia, si virga de terra modicum occupat, beata Virgo modicam terram occupavit, quia in paupertate semper vixit. — Ibid.

Virga, quia, si virga, ex quo crescere incipit, jupiter crescit, donec perveniat ad perfectum crementum, beata Virgo semper erexit de virtute in virtutem ex multitudine charismatum et gratiarum, et ideo dicta est gratia plena. Nunquam tamquam crescere desinet quoad reverentiam, laudem et amorem ex memoria beneficiorum suorum. — Ibid.

Virga, quia, si virga levis est et sursum erecta, beata Virgo levis fuit per contemptum temporalium. **O**mnis enim res quanto magis terrenorum quantitatem participat, tanto ad terram facilius se inclinat, et ideo amor terrenorum reddit ponderosum; sed quanto minus terrenus est, tanto facilius se in altum levat; amor enim Dei *ignis* appellatur, qui naturaliter tendit sursum, sed mundanus amor velut terrenus amor tendit deorsum. Propter hoc

beatissima Virgo levis erat, et ad ea quæ sursum sunt, jugiter se erigebat per dilectionem Dei et proximi. — Ibid.

Virga, quia, si virga levi statu auræ movetur et agitatur, beata Virgo levi aura devote orationis flectitur, et levi tactu bonæ operationis, et ad nos miseros peccatores. — Ibid.

Virga, quia, si virga, quasi mediatrix est inter radicem et fructum, beata Virgo mediatrix est inter nos et Filium suum; quia sicut Filius ejus est mediator Dei et hominum, scilicet inter nos et Patrem, sic beata Virgo inter nos et Unigenitum suum, ipsa Mater Regis et Mater servi, ipsa Mater Dei et Mater hominis, ipsa Mater rei et Mater judicis, et sic Mater utriusque, scilicet Dei et hominis per gratiam. — Ibid.

Virga, quia, si virga semper tremula est, beata Virgo tremula fuit, id est, Deum timuit filialiter et caste, ideo de ea scribitur: « Malier timens Dominum, ipsa laudabitur, » Prov. xxxi; timuit etiam audiens Salutationem angelicam, ideo dictum ei fuit: « Ne timeas, Maria. » — Ibid.

Virga, quia, si virga tenuissimo cortice tegitur, beata Virgo tecta fuit subtiliter per amorem secretæ et solitariae vitae, designata per Sarum exorem Abrahæ latitantem in tabernaculo. — Ibid.

Virga, ex qua, cum tanquam vitalis flos, benedictio effloruerisset, mox maledictio, interitus effectrix, interiit. — Leo imperator in orat. *De Assumpt. B. M. V.*

Virga, qui assumpta secundus Moyses, vel potius antiquo illo antiquior, et Dominus, submergit persecutores, servat vero eos, quos labor luti, et laterum attriverat. — Idem in orat. *de Annuntiat. B. V. M.*

Virga floris vice suavem odorem, gloriam nostri generis proferens. — Jo. Geometra, serm. *in Annuntiat. S. Bei Genitricis.*

Virga Aaron, quæ sine radice, sine quolibet naturæ vel artis adiumento fructificavit, id est, sine conjugali opere Filium procreavit, Filium sane flore designatum, et fructu; flore proprie speciem, fructu propter utilitatem; est enim et speciosus forma præ filiis hominum, et vitalis refectio non solum angelorum, sed etiam hominum. — Fulbertus Carnot. serm. I *de Nativit. B. V. M.*

Virga, cuius flos Filius ejus. — Idem in versiculo de *B. M. V.*

Virga de radice Jesse ab omni nodo vitiorum plana, virens omni virore virtutum, recta rectitudine intentionis, rotunda rotunditate perfectio- nis. — Radulphus Ardens, hom. I, *in Annuntiat. B. V. M.*

Virga Aaron fecunda. — D. Petr. Damase. in carminibus *de Assumpt. B. M. V.*

Virga Aaron, per quam sunt signa et miracula. — Idem, serm. *de Assumpt. B. M. V.*

Virga de radice Jesse, germinans de tortuosa radice generis humani, et de patriarcharum aurore

in altitudinem et rectitudinem erumpens, omnem ignorans nodositatem, foliorum tenebras nesciens, infructuosa quæque non habens. — D. Petr. Damascenus, serm. de Annuntiatione B. M. V.

Virga directionis, *virga regni Dei*, quia nihil virgine rectius, nihil subtilius. — Idem, serm. 4, de *Exaltat. sanctæ Crucis*.

Virga Jesse, veri prævia lumenis, quæ in illa inaccessibili luce prælucens sic utrorumque spirituum hebetat dignitatem, ut in comparatione virginis nec possint nec debeant apparere. — Idem, serm. de *Assumpt. B. M. V.*

Virga, in qua miserorum spes et consolatio continentur. — Ibid.

Virga nostra, ex aromatibus myrræ et thuris et universis pulveris pigmentarii, quia in ea carnis integritas per myrrham, et mentis devotionem per thus designata, semper indivisa manuerunt, et ideo fuit donis Spiritus sancti referata, ut audire mereuerit. « Ave, gratia plena, Dominus tecum. » — Idem, serm. de *Epiphan. Domini*.

Virga, qua retunditur impetus adversantium demoniorum. — Idem, serm. de *Assumpt. B. V. M.*

Virga, quia per intentionem desiderii ad superna emicuit, per sinceritatem boni operis distortæ nodositatis vitium non incurrit. — Idem, hom. in *Nati. it. B. V. M.*

Virga Virgo, ex qua Jesus Christus mirabiliter est generatus. — Idem, in serm. 4, de *Exalt. sanctæ Crucis*.

Virga pulcherrima quæ florem purissimum protulit. — D. Anselmus in lib. sive tractat. de *Concep. V.*

Virga Aaron, quæ sieca peperit florem, et incorrupta peperit Salvatorem. — D. Bruno Carthusian. lib. de *Laude Ecclesiæ*, cap. 5.

Virga de radice Jesse, quæ gennit florem, id est Christum, qui est flos campi, id est, mundi, et lily convallium secundum Salomonem, et eum non ex æstu mentis, sed ex superveniente Spiritu sancto concepit. — Idem, serm. 4, de *Laud. B. V. M.*

Virga de radice Jesse egressa, quia præminens et sine exemplo in toto humano genere ostensa, et quia singularis et unica paritatis omnimodæ subtilitate porrecta. — Guibertus abbas in tract. contra *Judæos*, lib. ii, cap. 4.

Virga Aaron, de qua sine omni lesione prodiit nascendo flos Christus. — Hugo de S. Vict. in *Annotationib. elucidatoriis sancti Joan.*

Virga aurea et *virga Aaron*, quæ floruit et nucem protulit amygdalinam, Christum concipiendo et pariendo. — Idem, lib. v *Erudition. theologicarum ex 2 Miscellaneor. tit. 53.*

Virga, cuius flos filius ejus. — Idem, lib. iv *Erudition. theologicar. ex Miscellan. 2, tit. 27.*

Virga erecta per spem. — Idem, lib. v, *Erudition. theologicarum ex Miscellaneor. 2, tit. 27.*

Virga flexibilis per mansuetudinem, et omnem passionem proximi. — Ibid.

Virga florigera per gratiam virginitatis. — Ibid.

Virga florigera, per virginalem conceptionem. — Ibid.

Virga fragilis, per objectionem sui, et despectio nem mundi. — Ibid.

Virga frondosa per gratiam devotionis. — Ibid.

Virga fructifera per partum salutis. — Ibid.

Virga fructifera per prærogativam secunditatis. — Ibid.

Virga gracilis per humilitatem. — Ibid.

Virga in cœlum usque porrecta per longanimitatem. — Ibid.

Virga recta per fidem. — Ibid.

Virga Aaron, quæ neque plantata, neque rigata, germinavit, floruit, fructum fecit. — Rupertus abbas, lib. ii, Comment. in *Num. cap. iv.*

Virga, de qua flos ascendit, quando de ipsa natus est Christus. — Idem, lib. i, Comment. in *Cant.*

Virga de radice Jesse, gracilis et pulchra, humili quidem, sed recta, cuius flos fructus ventris ejus Christus, Dei Filius. — Idem, lib. ii, *De Victor., Verbi Dei*, cap. 48.

Virga de radice Jesse, quæ nullum habuit sibi fruticem cohaerentem. — Idem, lib. ii Comment. in *Isaiam*, cap. vi.

Virga egrossa de radice Jesse, quia de domo David nata, quæ tanto humilior exstitit hominibus hujus sæculi, quanto virginæ quævis minor et gracilior est, grandibus cedris, et queribus magnis. — Idem, lib. i, Comment. in *Cant.*

Virga gratie. — Idem, lib. ii, Comment. in *Isaiam cap. vi.*

Virga Moysis et *Aaron*. Sieut enim virga illa virgas maleficorum et incautatorum devoravit, et omnem superbiam Ægyptiacam obtrivit, ac deinde germinavit, fronduit, floruit ac fructum protulit, non plantata, non succo terræ animata, sed virtute cœlesti, supra usum naturæ, proiecta, sic pulcherrima mulierum amica Dei Maria, enetam pravitatem hæreticam intererit, superbiam diaboli dejectit, conceptu florida, partu fructifera, virgo in conceptu, incorrupta in partu, virgo ante partum. — Idem, lib. i, Comment. in *Cant.*

Virga, quæ cum flore Filii sui, ascendit contra altitudinem Assur, id est, diaboli. — Idem, lib. ii, *De vict. Verbi Dei*, cap. 51.

Virga, quæ juxta fidem Evangelii, sine virili semine Christum nobis protulit, verum florem, verumque deus generis humani, in quo corporaliter inhabitat omnis plenitudo divinitatis. — Idem, lib. ii, Comment. in *Num. cap. 4.*

Virga regia, quæ instar virgæ illius quondam item dirimentis, querimoniasque filiorum Israel removentis, qui contra Moysen murmurabant et Aaron, tanquam ille sacerdotium traxisset magis fraterno amore, quam arbitrio cœlesti; judaicam

superbiam conpeccuit, percussa gente, dejecta gloria templi manufacti, palamque fecit, quia non carnale, sed spirituale sacerdotium Deo est eura; quia solus Christus sacerdos in æternum est, non secundum taurorum, aut hircorum cædes, sed secundum ordinem Melchisedech. — Ibid.

Virga requiei Domini, in cuius flore requiescit omnis plenitudo divinitatis. — Idem, lib. II, Comment. in *Isaiam*, cap. vi.

Virga sensibilis, quæ superbiam diaboli percussit, superbiæ culpam de toto genere humano correxit, et iram Dei, quæ proinde supervenerat, avertit, placatumque Deum nobis reddidit. — Idem, lib. II, *De Vict. Verbi Dei*, cap. 50.

Virga speciosæ novitatis, in qua vetus Èvæ genus reviruit et in flore, quem peperit, carnis nostræ silva resroruit. — Idem, lib. II, Comment. in *Numer.* cap. IV.

Virga virginea. — Idem, lib. II, Comment. in *Isaiam*, cap. VII.

Virga electa. — Bern. serm. 2, *de Adventu Domini*.

Virga floris Dominici. — Idem, in orat. Rhyth. ad Dominum Jesum Christum, ejusque Matrem intemeratam Virginem.

Virga hami divini. — Idem, serm. in *Concept. V. M.*

Virga Jesse, de qua german Domini virore Virgineo pullulavit. — Id., serm. 2, *in die Pentecostes*.

Virga Jesse, quæ de tortuosa radice generis humani, et patriarcharum arbore, in altitudinem et rectitudinem erupit. — Idem, serm. in *Concept. V. M.*

Virga sublimis. — Idem, serm. 2, *de Adventu Domini*.

Virga de radice Jesse, quam in Spiritu prævidit Isaias. — Petr. Comest. in serm. *de Concept. B. V.*

Virga de radice Jesse, de qua signanter ait Isaias, florem non de summitate ejus procedere, sed de radice ipsius ascendere, ut in beatæ Virginis conceptione nullius intelligatur origo culpe, sed sicut singulariter Deum concepit, sic singulariter concipi a Deo sibi datum fuit. — Ibid.

Virga directionis et regni Dei, quia nihil virgine rectius, nihil subtilius dici potest. — Ibid.

Virga virtutis, non infirmitatis, quam emitit Dominus ex Sion. — Ibid.

Virga gracilis et recta, fortitudinis ignara, egressa de radice Jesse, scilicet vitiata et terræ infossa. — Ibid.

Virga, cuius flos filius ejus. — Rich. a S. Vict. in tract. *De comparat. Christi ad florem, et Marie ad Virgam*.

Virga erecta, in cœlum usque porrecta per spem. — Ibid.

Virga flexibilis per compassionem. — Ibid.

Virga florigera per virginalem conceptionem. — Ibid.

Virga fructifera per partum salutis. — Ibid.

Virga gracilis per humilitatem. — Ibid.

Virga Jesse, quam fert Isaias de radice natam esse, cuius flos Messias. — Idem, expositione in *Cant. cap. 42*.

Virga procera per longanimitatem. — Idem in tractat. *De comparat. Christi ad florem, et Marie ad virgam*.

Virga recta per fidem. — Ibid.

Virga sustentationis; senex namque ille antiquus dierum, cuius egressus a diebus æternitatis, quem vidit Daniel, cano capite et pedibus metallicis, qui in lingua sua loqui non poterat, neque ambulare, sitiare non poterat, aut esurire, neque caetera nostri defectus argumenta poterat prosequi, innexus huic virgæ defectus nostros prosecutus est, quos oportuit et decuit. — Petr. Bles. serm. 1, *de Advent.*

Virga Aaron, sicut enim virga illa, sine aliquo succo humoris protulit fructum, sic beata Virgo sine viri semine protulit Christum. — Serlo abbas, serm. 2, *de Nativit. B. M. V.*

Virga, quæ protulit florem, qui sparsit in mundo suavem salutis odorem: odore siquidem Christi repletus est mundus, de quo dictum est Gen. xxvii: « Ecce odor filii mei, sicut odor agri pleni. » — Idem, serm. 1, *de Assumpt. B. M. V.*

Virga aurea, cuius summitatem Ecclesia velut altera Esther in altari quotidie osculatur, et osculando promeretur, ut Aman in Antichristo, adversus populum sanctorum, non diu prævaleat, et ut Mardochæus, imo in Mardochæo Petrus, vel in Petro Ecclesiæ Romanæ Pontifex patruelis ejus, qui solus ante Aman genua non curvabit, honore regio dignus inveniatur. — Henricus Clæravall. *De peregrin. civitat. Dei*, tract. 12.

Virga aurea, vel quia atavis edita regilus, vel quia aurea Virga, primæ matris Èvæ florens rosa processit, vel quia gratia plena, et inter mulieres benedicta, mediante benedicto fructu ventris sui, in carne Filii sui est divinitati conjuncta, ita ut illud quod dictum est ei ab angelo, « Dominus tecum » sicut est omnibus fidelibus commune, ita ei fuerit speciale. In aliis enim Deus dicitur esse per gratiam, ei autem ita divinitatis sue infudit essentiam, ut ex ea etiam humanam sibi univerit naturam. — Ibid.

Virga ferrea, non in miserando, sed in sustentando, non in subveniendo, sed in subvehendo. Non enim est baculus arundinens tantum, imo plusquam lignens, quia quantum ferrum ligno præeminet in fortitudine, tantum beata Maria supra omnem humanum modum virtute est induita exalto, Spiritu sancto superveniente in eam, id est, supra solitum veniendi in homines modum, in eam

descendente, et virtute ei Altissimi obumbrante.
— Henricus Claraevall. *De peregrin. civit. Dei, tract. 12.*

Virga Moysi, fide recta, flexibilis humilitate, integra virginitate, de qua egressus est ille serpens, qui exaltatus in cruce lysis a serpente antiquo suæ visionis medicinam paravit, qui tandem morte superata, velut canda mortalitatis constricta per resurrectionem suam naturam humanam multis miseriis et corruptionibus distortam, in virgæ rectitudinem reparavit. — Ibid.

Virga Moysi, per quam aquæ maris divisæ, aquæ maris dulcoratæ, aquæ de silice reperiuntur ex-cussæ, ad ictum siquidem hujus virgæ temptationum impetus dividuntur, cum parvuli tenentur cogitantes, et ad petram Christum alliduntur. Aquæ etiam sacri eloquii dulcorantur, cum in manu hominis involutus liber in ore comedentis efficitur mel dulce, aquæ quoque de silice producuntur, cum Christo respiciente induratum quilibet in peccato, compunctionis lacrymæ proferuntur. — Ibid.

Virga Aaron, quæ sine succo floruit, fronduit, et nubes protulit, quia beata Dei Mater, sine viro Salvatorem concepit et peperit.—Adam de Persenia, serm. in Annunt. B. V.

Virga, de qua processura promittitur securis, nempe Deus homo, Virginis Filius, qui est securis. *Virga* enim cedit, ut corripiat, securis excidit, ut destruat, *virga* corripit, ut corrigit; securis destruit, ut in ignem mittat, et *virga* utimur in correctione parvolorum, securi in exterminatione spinarum; *virgæ* correptione est in misericordia, sicut scriptum est Psal. xiv: « Corripit me justus in misericordia. » Securis excisio in furore et ira, *virga* corripiens corrigit ad virtutem; securis exterminans, percudit ad consumptionem. Quem non correxerit *virga* in spiritu veritatis, securum exspectet necesse est in spiritu judicii et spiritu ardoris. Qui ad Matris misericordiae exemplum se non corrigit, terribilem ejus Filium in judicio sentit. — Ibid.

Virga de radice Jesse, inter bonas arbores incomparabiliter optima, ex qua vita fructus processit. — Ibid.

Virga de radice Jesse, operi divinæ incarnationis necessaria, ex qua natus est fructus, qui gus-tatus non intulit mortem, sed reformavit ad vitam. — Ibid.

Virga de radice Jesse, quæ in antidotum prioris arboris suo fructu mortem inferentis, de virgulto Davidicæ stirpis processit, cuius fructus fuit ejus partus, veram vitam fructificans. — Ibid.

Virga directionis, quam flexibilem facit immensa pietas, forte incorrupta potestas, fertilem divini partus secunditas.—ibid.

Virga ferrea, qua mundus regitur, mundi pri-

ceps prosteratur, confactus infernus aperitur. — Ibid

Virga flexibilis per misericordiam, recta per judicium, porrecta per virginitatis excellentiam, fructifera per Unigeniti conceptionem. — Ibid.

Virga fortis, qua fortem armatum in pace atrium possidentem, fortior illo superveniens Rex virtutum percussit et attrivit. — Ibid.

Virga, in qua zelus Domini exercituum visitat iniquitates orbis, et tot verberibus atterit peccata hominum, quot virtutibus illustrat Virginis partum. — Ibid.

Virga Moysi, quæ virgas Magorum Ægypti legitur devorasse, quia virginei partus veritas totius mundi haereses rexit et intermit. — Ibid.

Virga nostræ correctionis, flexibilis per misericordiam, et recta per judicij veritatem. — Ibid.

Virga per misericordiam reum corrigens, et redicens ad gratiam. — Ibid.

Virga, qua corripitur iniquitas orbis.—Idem in Mariali, fragm. 5.

Virga, qua primo corripitur et corrigitur mundus, de qua ipse mundi conditor per Prophetam dicit: « Visitabo in virga iniquitates eorum, Psal. lxxxviii; » mundus quippe in virga corripitur, dum ei per exemplum et partum Virginis, in quo sit reprehensibilis et condemnabilis, demonstratur.—Idem, serm. in Annunt. B. V. M.

Virga, quæ quando florem suum, nempe Christum Filium suum produxit, ver nostrum incepit, hiems pertransiit, imber abiit; dum insolentiam criminum, et senium vetustatis tempus misericordie redivivum detersit. — Ibid.

Virga, quæ in tantam arborem crevit, ut communis salutis fructum proferens, dum Mater Omnipotentis efficitur, et angelorum Regina, et sæculorum Domina prædictetur. — Ibid.

Virga, quæ tot ictus dorso imprudentium dedit, quot virtutibus ostensis, in se mundi insipientis vitia debellavit. — Ibid.

Virga, quæ tunc floruit, cum interveniente ope et opere Spiritus sancti, de mundissima carne sua carnem creando partui ministravit; de ea autem flos ascendit, cum Dei Filius de conceptu ad partum venit. — Ibid.

Virga, quæ virginem extrudit a virga; per hanc enim virginem virtutis effectum est, ut non relinqueret Dominus virginem peccatorum, hoc est, virginem divinæ hereditatis, de qua per Psalmistam dicitur: « Redemisti virginem hereditatis tuæ. » — Ibid.

Virga reductionis, per quam emendatur reus, ne pereat. — Ibid.

Virga virtutis, de qua si virtutum flores decerpimus, timeamus perdere; si non, dum decerpimus, timeamus perire. — Ibid.

Virga virtutis divinæ, quia ejus fide, vita, partu,

exspirans vitiis, ad virtutem sacerdotum inspiravit. — Adam de Persenia, serm. *in Annunt. B. V.*

Virga virtutis, quam emisit Dominus ex Sion, quia, sicut dicit Isa.: « Egressa de radice Jesse, orta est virgo de stirpe David : » qui sicut ipse de se in Psal. ii testatur « constitutus super Sion montem sanctum ejus, prædicans præceptum ejus. » — Ibid.

*Virga Aaron, quæ fronduit erdens angelo, floruit concipiens in utero, germinavit pariens ex utero, nubes protulit, fugiens in Agyptum cum Filio, vel videns eum pendente in patibulo. — Petrus abbas Cellens, in lib. *De panibus*, cap. 31.*

*Virga Aaron frondens, et fountis naturalibus non adjuta nubes novitatem mirabili producens, stupente natura, virum nesciens ad pariendum filium promota est. — Philippus abbas, lib. i, in *Cant. cap. 16.**

*Virga Aarou, sine cultura humani auxilii florens, et fructum faciens, quando absque contactu hominis Filium Dei de Spiritu sancto concepit et peperit. — Idem, tom. VI *Moralitat.* in *Cant.**

*Virga de radice Jesse, quia de radice incendii : radix enim totius fervoris et charitatis. — Garner. Lingon. serm. 2, *de Assumpt. B. M. V.**

Virga exaltata et elevata, ut quæ exaltata est in se, exaltata sit in nobis, exaltata sit nobis, exaltata sit a nobis, exaltata sit in nobis, quæ exaltata est pro nobis. — Ibid.

Virga ex aromatibus myrræ et thuris, quia in omni disciplina se semper exercuit. — Ibid.

Virga flexibilis, quia misericors. — Ibid.

Virga secunda prole, virgo corpore et mente, plena justitiae et simplicitatis. — Ibid.

Virga levis, quia carens pondere peccatorum. — Ibid.

Virga myrræ, propter disciplinam vitæ activæ. — Ibid.

*Virga nata de Jesse, quæ Christum protulit, tanquam florem, unde et in typum hujus mysterii virga Aaron repente floruit. — Idem, serm. 4, in *Adventu Domini.**

*Virga, quam quicunque est Dei Pastor, quicunque officium Jacob implet, si Laban occurrit, si mundus deprimit, si labores suos et luctas derideat, quorum iniquitas prodit ex aliœ, tenere debet in carnalibus cordis sui, quæ habeat in se amygdalinum fecunditatis, populeum virginitatis, et platanicum justitiae et sanctitatis vel simplicitatis. — Idem, serm. 2, *de Assumpt. B. M. V.**

Virga thuris, propter disciplinam vitæ contemplativæ. — Ibid.

Virga, vocata fumulus, Zach. xi; quia in altum se elevans odorem suavitatis emisit. — Ibid.

*Virga, cuius proceritas inattinabilis. — Innocent. Papa III, in encomio *de beatissima V. M.**

Virga, erecta per devotionem et spem. — Ibid.

Virga flexibilis per mansuetudinem et compassionem proximi. — Ibid.

Virga florigera per virginalem Conceptionem et gloriam virginitatis. — Ibid.

Virga fragilis per abjectionem sui, et per pudorem. — Ibid.

Virga frondosa per sanctissimam conversationem, et per bonorum operum execrationem. — Ibid.

Virga fructifera per partum vitæ æternæ, et per prærogativam secunditatis. — Ibid.

Virga gracilis per humilitatem et despectionem mundi. — Ibid.

Virga procera per longanimitatem et charitatem. — Ibid.

Virga virginalis, quæ florem Christum produxit. — Ibid.

*Virga Jesse, per quam Ecclesia a diabolo est liberata, sicut populus Dei a Pharaone per virgam Moysis. — Honor. Augustodun. in *Sigillo B. M. V.**

*Virga Aaron, quæ in tabernaculo posita, inter cæteras tribum Israel virgas floruit, et germinavit amygdala, Num. xvii. Floruit plane pariendo Christum, germinavit amygdala, quando multa justorum millia suo exemplo ad vitæ novitatem convertit. — Absalon abbas in serm. 1, *in Annunt. B. M.**

*Virga, de qua processit flos ille campi, fructu, odore, pulchritudine singularis. — Absalon abbas in serm. 1, *in Annunt. B. M. V.**

Virga gracilis per innocentiae puritatem, flexibilis per obedientiae virtutem, recta per operationem justitiae, eminens per perseverantium virtutis, uniformis per morum concordiam. — Ibid.

*Virga inter virgulta paradisi exorta, ad quam fluvius spiritualium charismatum abundantius quam ad cætera derivavit, utpote quæ fructum meliorem et sublimiorem cæteris erat productura, quo et in terris homines, et in celo spiritus pascuntur. Quid enim aliud fuerunt Spiritus sancti obumbratio, plenitudo gratiae, fervor fidei, castitas virginalis, quam stillicidia quædam gratiarum in ipsam descendentium, ut cresceret et facheret fructum? — Idem, serm. 3, *de Assumpt. B. M. V.**

*Virga Moysi, per quam Deus fecit miracula in mundo, e quibus unum de maximis est, quod versa in colubrum, dracones Agyptiorum devoravit, quia cum de se Christum in similitudine carpis peccati genuit, omnia crimina, omnes haereses impiorum, quæ Agypto hujus mundi illudebant, tum virtute prolixi, tum exemplo sue sanctitatis delevit. — Idem, serm. 1, *de Assumpt. B. M. V.**

*Virga Moysis, quæ dracones Agyptiorum devoravit. Exod. ix. Quatenus venena peccatorum, et tenebras hujus mundi per solem justitiae, de se procedentem illuminavit. — Idem, serm. 1, *de Annunt. B. M. V.**

Virga, quæ omni potenti patriam proponitur imitanda. — Ibid.

Virga virtutis Dei. Psal. cix. Quia Filius, qui est Dei virtus et Dei sapientia sicut flos de virga,

sic de beatæ Virginis natura, secundum carnem processit. — Absalon abbas, in serm. 1, *Annum. B. V. M.*

Virga virtutis Dei, quia in humanitate, quam Deus assumpsit, de illa hostem illum antiquum potenter prostravit. — Ibid.

Virga de radice Jesse, cuius flos et fructus Salvator. — Cæsar. Cisterc. in hom. de Visitat. *B. M. V.*

Virga de radice Jesse exorta, quæ florem nobis protulit, super quem Spiritus septiformis gratia requievit. — Idem in Prologo libri *De miracul. B. M. V.*

Virga divina, quæ passionum pelagum divisit. — Theod. Lasch. imp. in can. ad S. Deipar.

Virga victoriam præbeus omniumque adversariorum elationem intercessione sua fortiter confringens. — Ibid.

Virga nunquam arenæ. — B. Joseph. Steinfeld. Opusc. 4.

Virga Aaron, quæ peperit amygdalas, quæ sunt eibus infirmantium: quia Maria pietatis opera Christo, qui dicit: « Infirmitate est in paupertate virtus mea. » Psal. xxx. De propria substantia exhibuit, nec cessat unquam membris ejus hujusmodi opera misericorditer exhibere. — Richard. a S. Laur. *De laud. S. V. lib. xii.*

Virga Aaron, quæ peperit supra naturam et contra naturam, id est contra solidum eursum naturæ, et non simpliciter contra naturam, quia nūn naturalius est naturæ, quam obedire ordinationi Creatoris sui. Peperit autem amygdalas, vel nuces, sicut dicit alia translatio, per quæ videlicet amygdalas, vel nuces significantur multorum iustorum millia, quos ad vitæ novitatem, suo quotidie convertit exemplo; vel per nucem, aut amygdalam Christus, in cuius persona triplex substantia: cortex amarus, caro quæ passa est amaritudines passionis, nucleus dulcis anima, in qua fuit dulcedo fruitionis; nam fuit simul in unum viator et comprehensor: testa divinitas utrique uita, in qua fortitudo insuperabilis, quæ abscondita fuit in passione. Habac. iii. — Ibid.

Virga Aaron, quia instar illius virgæ arida sine humore virilis seminis peperit amygdalam, id est, genuit Christum, quæ scilicet virga floruit consentiendo, fronduit gignendo, fructificavit pariendo. — Ibid.

Virga aurea angelis et beatis qui Reginam vident in decore suo. — Ibid.

Virga aurea Assueri, fabricata manu cœlestis sapientiae, quasi de triplici auro, id est, de auro Ophir virginitatis, de auro Arabiæ humilitatis, de auro Hevilat charitatis. — Ibid.

Virga aurea Assueri, in cuius conductu ad Christum ingredimur, et qua mediante videtur Esther iv, quæ non dicitur fuisse deaurata quasi per exteriorem apparentiam, sed aurea per veram virtutum existentiam. — Ibid.

Virga consolationis, de qua in Psal. xxii; sicut

enim Dens Pater Domini nostri Jesu Christi Pater est misericordiarum, et Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra II Cor. 1; sic et Maria Mater est misericordiae, et consolatur nos in tribulationibus nostris, nisi peccata nostra prohibeant bonum istud a nobis. Jerem. v. — Ibid.

Virga consumptionis, cuius summitate tetigit angelus panes, et carnes Gedeonis, et ascendit ignis de petra totum consumens holocaustum; sicut legitur Judicum vi: nam si aliquis hanc virgam, id est, Mariam, manu tenuerit per similitudinem operum, et per disciplinam, quæ virga est, tetigerit carnes suas, id est, se carnalem: exibit ignis charitatis de petra, qui Christus est, et consumet in eo quidquid invenerit consumendum, per adjutorium hujus virgæ. — Ibid.

Virga defensionis, qua se debent fideles defendere a canibus, hoc est, a morsibus temptationum, scilicet invocando nomen ejus, quia ipsa est virga virtutis, sed si tantummodo habeatur in ore, sicut illi habent, qui eam tantummodo laudent, vel salutant nihil operantes ad honorem ejus, non bene defendant se per eam. Accipiatur ergo tricliniter in corde per meditationem, et amorem, in ore per laudem et salutationem, in manu per operationem, et operum conformitatem; et ita erit utilissima ad omnimodam defensionem. Propter hoc dicitur Marc. vi: « Nihil tuleritis in via, nisi virgam tantum, id est, Mariam, per jugem meditationem ad defensionem nostram. — Ibid.

Virga directionis et virga regni Domini, Psal. cix, quæ dirigit meritis, orationibus et exemplis quotquot ingreduntur in regnum Filii sui, et at ipsa querenda est per orationem directio, et conductus, ut ei dicatur, sicut dicitur filio Psal. xxiv. « Dirige me, » o Domina, « in veritate tua, » doce me, » o quoniam tu es salus et salvatrix mea — Ibid.

Virga ferrea malignis hominibus, et ipsis demonibus, quia per eam infringuntur capita iniquorum, unde dicitur Christo in Psal. ii, « in virga ferrea tanquam vas sigilli confinges eos. » — Ibid.

Virga gracillima per summam humilitatem, quæ flatu auræ tenuis, vel humili salutationis, vel orationis facile poterit incluari; inclinata vero secum afferet florem, et fructum suum. — Idem *de laud. S. V. lib. i.*

Virga impugnationis, qua mediatrie proicit Dominus beneficia sua ad nos tanquam lapides vivos, ut sibi capiat, et vindicet humani cordis arcam, et animi nostræ civitatem. — Idem *de laud. S. V. lib. xii.*

Virga Jonathæ, in cuius summitate gustavit mel, et illuminati sunt oculi ejus, I Reg. xiv, Maria enim virga mellea, mellita pietate, charitate,

benignitate, quam si s̄epius ori nostro apponamus, ipsam orando, laudando, benedicendo, confitendo, ejus magnalia prædicando, sentire poterimus mellem ejus dulcedinem, et illuminabuntur oculi nostri interiores, id est, intellectus, ad cognoscendum; affectus, ad diligendum Matrem et Filium. — Ibid.

Virga irritationis: cum virga enim solent irritari canes, et provocari ad ictum, et latratum, et illi qui devote beatæ Virgini servint, diabolum ad iram provocant, et incitant ad tentandum. — Ibid.

Virga lignea hominibus mundanis, quibus attulit fructum vitæ, quia lignorum est ferre fructum. — Ibid.

Virga mensurationis, quæ data est Joanni Apoc. ii; unde dicit: « Datus est mihi calamus similis virgæ, et dictum est mihi: Surge et metire templum Dei et altare. » Si enim volumus pertinere ad templum et altare Dominicum, necesse est nobis hac virga per imitationem mensurari. — Ibid.

Virga Moysis, per quam fecit signa in Ægypto, et ad quam in omni necessitate decurrebat. Exod. iv, quia Christus per Mariam mirabilia fecit in mundo. — Ibid.

Virga Moysis, per quam interruptum Dominus petram, id est, humani cordis duritiam in eremo, id est, in peccatore infructuoso, pleno feris, id est, monstris peccatorum; qua duritia interrupta, adaquat peccatores, id est, reficit aquis lacrymarum, quæ provocant agnas gratiarum. — Ibid.

Virga Moysis, quæ, ore aperto, ad Filium exorandum devorat et annihilat serpentes, id est, astutias dæmonum et temptationum, animas venenantes, unde dictum est serpenti Genes. iii: « Ipsa conteret caput tuum. » — Ibid.

Virga Moysis, quæ versa in colubrum dracones Ægyptiorum devoravit, Exod. vii, quia cum Maria Christum induit carne, quæ similis erat peccatri, hæreses quibus impii Ægypto, id est, mundo illuminabant, cum virtute suæ proli, cum exemplo suæ sanctitatis delevit, quod impletum est, quando ipsa cum Filio ingredienti Ægyptum omnia idola corruerunt sicut prædixerat Isaías xix. — Ibid.

Virga Moysis, qua percussa est petra. Exod. xvii, et fluxerunt aquæ, ita ut biberet populus et jumenta. Petra enim Christus nunquam ita severus, aut durus est erga peccatores, quin effundat aquas gratiarum vel indulgentiæ; si hæc virga ipsam tetigerit pia oratione; propter hoc dicitur Num. xx, quod cum Moyses elevasset manum percutiens virga bis silicem, egressæ sunt aquæ largissimæ, id est, copiosa fluenta misericordiæ, ita ut biberet populus, id est, rationabiles et jumenta. id est, brutes. — Ibid.

Virga Moysis, qua tunc humani cordis duritia,

tanquam petra percuditur, cum peccator induratus respectu gratiæ misericorditer ab ea tangitur, ut ab ipso fluant rivuli lacrymarum. — Rich. a S. Laur. *De laud. S. V.* lib. xii.

Virga Moysis, quam Moyses tenebat in manu Exod. iv; teneri enim debet in manu per similitudinem operum, non in ore tantum per invocationem et laudem, vel in corde per fidem quæ sine operibus mortua est. — Ibid.

Virga Moysis, tunc devorans serpentes, id est, astutias dæmonum tentantium, quando facit cum tentatione proventum, juxta illud Psal. cxi: « Omnis sapientia eorum devorata est. » — Ibid.

Virga odorationis, id est, virga odorifera, quæ quoscunque per gratiam tangit, odoriferos reddit; de qua dicitur Cant. iii, « Quæ est ista, quæ ascendit per desertum, sicut virgula fumi ex aromatibus. » Ideo dicitur Eccli. xxiv, « quasi Libanus non incisus, » quod est thus integrum, vaporavi habitationem meam, id est, illos quos inhabito per gratiam. — Ibid.

Virga pastoralis, quia Moyses gregem suum manavit ad interiora deserti Exod. iii; quia sicut oves regente virga minantur, sic exemplo Mariæ corrigitur mores fidelium, et quasi quadam ordine componuntur. — Ibid.

Virga perensationis, de qua dicitur Isa. xi, percutiet terram, id est, qui nimio affectu uniti sunt terræ, et quasi terra effecti: virga oris sui, id est, Maria, quæ ait Eccli. xxiv: « Ego ex ore Altissimi prodivi; » qua scilicet mediante, percussit Julianum Apostolam, qui fidem catholicaem reliquerat pro acquirendo principatu Romano. — Ibid.

Virga perussionis de qua Isa. xxx: « Pavebit Assur virga percessus. Diabolus enim pavit nomen et imitationem Virginis quibus percuditur et vincitur, sicut canis baculo læsus, cum videt baculum levari, fugit. »

Virga punctionis, qua mediante extrahunter pisces, id est, homines de luto aquarum multarum, id est, mundanarum et carnalium voluptatum, quæ multæ sunt, et quicunque peccatores de profundo peccatorum, et de mari, id est, de amara dulcedine mundi: quando scilicet exemplo Mariæ contemnentes divitias, paupertatem amplexantur, linea qui ferrum virgæ adhæret, totus processus vitæ ejus hamus aduncus oratio ejus, inescatio, universa bona, quæ nobis per eum misericordiam ministrantur. — Ibid.

Virga prædicationis, quæ sola datur prædictoris ad portandum in via, unde Matth. vi: « Dixit Dominus duodecim apostolis, Nihil tulenteris in via, nisi virgam tantum; qui enim habere posset hanc virgam comitem in via vitæ presentis, non deesset ei gratia, non doctrina, vel aliquid necessarium. » — Ibid.

Virga, qua in cœlum extensa a Moyse. Exod. ix,

dedit Dominus tonitrua, et grandinem, ac discurreria fulgura super terram Ægypti. Maria enim incutit timorem quibusdam superbis, qui Denim non timent, nisi quando tonat et fulgurat et eos exterrit, dans gratiam cogitandi mala sua; quod præcipue sit, quando considerant, quam graviter ipsa punita sit in Filio, licet nunquam peccaverit. — Richard. a S. Laur. *De laud. S. V. lib. xii.*

Virga, qua percussit Moyses aquam fluminis coram Pharaone et servis ejus, et versa est aqua in sanguinem, et pisces qui erant in flumine mortui sunt. *Exod. vii.* Maria enim precibus suis, meritis et exemplis, conversis peccatoribus et maxime dilectoribus suis, mundanas et carnales delectationes quæ cito preterfluunt, ut aqua, convertit in abominationem et amaritudinem quasi in sanguinem, quem nemo potest bibere, et sic moriuntur pisces fluviales, id est, vanæ curiositates. — Ibid.

Virga regiminis, vel confraktionis, de qua Pater Filio: « Reges eos, » id est, bonos, « in virga ferrea, » id est, inflexibili justitia, quæ manifeste reperitur in exemplis Mariæ; « et tanquam vas sigilli confringes eos *Psalm. ii.*, » id est, quidquid in eis luteum et testaceum est, purgabis. — Ibid.

Virga, sicut enim mediante virga vel adjutorio virgæ conservat, pastor regit, et dirigit gregem suum; ita Christus, mediante Maria, populum christianum; ideo orabat Michæas in fine: « Domine Deus noster, pasce populum tuum in virga tua, gregem hereditatis tue. » — Ibid.

Virga sustentationis, quam senes deferunt ad se sustentandos, ut quod non possunt propria virtute, faciant adminiculæ virgæ; nam « Antiquus dierum » *Daniel. vii.*, cuius egressus ab initio, a diebus æternitatis, Michæas v., non poterat per se stare, ambulare, discurrere, esurire, sitiare, aut hujusmodi quæ non competit deitati; et ideo innixus est huic virgæ, et in ea incarnatus, et ab ipsa portatus, ut in carne, quam de ipsa accepit, crucifigi posset et mori, et sic redimere mundum. — Ibid.

Virga vigilans, id est, ad vigiliæ excitans, si quidem cum virga solent excitari clerici somnolenti ad eundum ad scholas, vel in ipsis scholis dormitantes, unde *Prov. xvii.*: « Stultitia colligata est in corde pueri, » id est, in corde puerili, et virga disciplinæ fugabit eam. Videns enim Deus infantile esse totum genus humanum, et quod « moram faciente sposo, dormitaverunt omnes et dormierunt, » *Matth. xxv.*: dormitant enim frequenter peccantes et resurgentem dormiunt, peccata continuantes, obdormiunt obstinati, et in peccatis morientes; videns, inquam, hoc Deus, misit nobis virgam vigilantem, id est, beatam Virginem, ut precibus suis, meritis et exemplis, excitaret nos a somno peccati, quod sœpe fit meditando de ea, ipsam amando, orando et ei serviendo. Nullus enim per alicujus sancti meritum excitabitur, nisi

per eam excitetur: ipsa enim illis quos diligit, virga est disciplinæ, hoc est, evigilationis, procurans nobis quandoque per Filium disciplinam præsentium flagellorum, ne perpetua incurramus. — Ibid.

Virga virtutis divinæ, de qua Propheta dicit Filio Dei: « Virgam virtutis suæ emittet Dominus ex Sion, dominare in medio inimicorum tuorum. » *Psalm. cix*: quod sic exponitur, o Christe, Dominus, id est Pater, emittet, id est, extra mittet, hec est, nasci faciet ex Sion, hoc est, ex gente Judæorum, virgam virtutis tuæ, id est, Mariam, in qua et per quam multis modis manifestabitar virtus tua. — Ibid.

Virga virtutis, id est, divinæ misericordiæ, quæ maxime est virtus Dei; unde in Collecta, « Deus qui omnipotentiam tuam parcendo maxime et misericordia manifestas; quia in Mariæ fecit nobis Deus misericordiam, sumendo carnem ex eo, in qua pro nobis mortuus est, et dando etiam ipsam nobis in Advocatam et Matrem misericordiæ ad impetrandum nobis misericordiam. — Ibid.

Virga virtutis, id est, divinæ potentiae, quia in ipsa virtus et potentia Dei mirabilia operata sunt, scilicet quod Deus homo, Verbum caro, Mater Virgo, et hujusmodi. — Ibid.

Virga sumi; quia, si sumus agilis est, et de ignis calore est et procedit, et ascendens, ab humanis disparat aspectibus: beata virgo per efficiositatem agilis fuit, et quæ ad B. Elisabeth se transtulit, ascendens in montana, ut ei ministraret, et filio de ipsa nascituro; agilis fuit, quia levi versu, levi saltu, velut Idithum, id est, transiliens, omnes vitiorum spinas et foveas transilivit. Haec ardore Spiritus sancti accensa, sic ascendendo profecit in gratia, sic ascendit in gloria, quod velut disprens ommem humanam cogitationem excedit. — Jo. Hailgrin, in cap. iii. *Cant.*

Virga Dei, quæ consolatur nos in omni tribulatione nostra. — Hugo Carenensis in *Psalm. xxii.*

Virga virtutis Dei, quia in ipsa virtus Dei, id est, potentia mirabilia operata est. — Idem in *Psalm. cix.*

Virga elegantissima, orta de radice Jesse, quæ ramorum suorum mirabil extensione sese ubique terrarum expandit, ut dispersos filios Adæ ab æstu, et turbine, et a pluvia umbra desiderabili protegeret, fructuque saluberrimo aleret esurientes. — D. Amadeus hom. 6, *De laud. B. V. M.*

Virga gratiosissima, et recta, subtilis et porrecta, grata per verecundiam, et formositatem, recta per judicium et æquitatem, subtilis per contemplationis ingenium, porrecta per vitæ meritum. — Idem, hom. 4, *de laud. S. V.*

Virga sublimata super omnia ligna paradisi, et super altissimorum montium præcellos vertices exaltata. — Idem, hom. 8, *de laud. B. V.*

Virga Jesse, in qua Deus fecit esse Aaron

amygdalum, mundi tollens scandalum. — S. Simon Stock in hymno de *Decipara V.*

Virga Aaron, florida per virginitatem, fructifera per secunditatem. — D. Bonavent. in *Speculo B. V.* cap. 3.

Virga Aaron, recta, florida et fructifera; recta, immo rectissima per justitiam et æquitatem; florida per virginitatem; fructifera per secunditatem. — Idem in *Speculo B. V.* cap. 8.

Virga aurea charitate, munditia, incorruptione et integritate virginali. — Idem in *Speculo B. V.* cap. 10.

Virga aurea hominibus. — Ibid.

Virga aurea in nostra contemplatione. — Ibid.

Virga aurea perfectis, et contemplativis. — Ibid.

Virga dura dæmonibus, arcens dæmones a nobis. — Ibid.

Virga felix, quæ ad animam contemplativam confortandum clementer extenditur, quando contemplationi et devotioni ejusdem animæ tam pia, et tam dulcis ingeritur, quod ex hoc ipsa anima contra terrorem divinæ justitiae et ad splendorem divinæ gloriæ confortatur. — Ibid.

Virga ferrea dæmonibus, et incorrigibilibus. — Ibid.

Virga ferrea duris. — Ibid.

Virga ferrea in nostra detensione. — Ibid.

Virga fertilior universis arboribus. — Idem in *Laud. B. V. M.*

Virga flexibilis pietate. — Ibid.

Virga florem æternum, florem misericordiæ proferens. — Idem in *Speculo B. V.* cap. 11.

Virga florem, omnibus floribus pretiosiorem, mirabilissima emissione produceus. — Idem in *Speculo B. V.* cap. 9.

Virga fumea incipientibus et pœnitentibus. — Ibid.

Virga fumea in nostra conversione. — Ibid.

Virga Jesse sublimis, quæ se usque ad sedentem in throno dilatavit. — Id. in *Psalterio B. V.*

Virga lignea, florida et fructifera proficiens. — Idem in *Speculo B. V.* cap. 10.

Virga, per quam pervenimus ad florem, id est, accedimus ad Christum. — Idem in *Speculo B. V.* cap. 6.

Virga, quæ sic in sublime excrevit, quod frumentum angelis ferre altiore meruit. — Idem in *Speculo B. V.* cap. 15.

Virga regia, in qua flores pretiosæ virginitatis, virtuosæ honestatis, miraculosæ secunditatis et gloriosæ immortalitatis. — Idem in *Speculo B. V.* cap. 10.

Virga regia nobilitate, justitia, dominatione et potestate regali. — Ibid.

Virga virtutis Domini contra inimicos fideles. — Idem in *Speculo B. V.* cap. 3.

Virga directionis, Psal. XLIV. — D. Tho. Aquin. serm. in *Annunt. S. V. M.* ex Epist.

Virga gloriosa, quia a Magis prophetata, ab hominibus prædicata, et ab omnibus generationibus beatificata. — Ibid.

Virga gloriosa, quia floruit sine humore, fronduit sine corruptione, parturivit sine lesione; de his tribus Num. xvii: « Inuenta est virga Aaron. » — Ibid.

Virga, per quam de manibus inimicorum omnium liberarum, Psal. c: « Virgam virtutis tue emittet Dominus. » — Ibid.

Virga, per quam diabolum superamus, II Reg. xxii, Cumque descendisset ad eum in virga, vi extorsit hastam de manu Ægyptii, id est, diaboli. — Ibid.

Virga, per quam divinam clementiam impetravimus, Esther. iv: « At ille ostendit ei virgam, in qua signum clementiæ monstrabatur. » — Ibid.

Virga, quæ de Israel consurrexit, et percussit duces Moab. Num. xxiv. — Idem, serm. 2 in *Annunt. B. V. M.*

Virga, quæ de Petra, id est, de Christo nobis produxit aquam gratiæ, ut bibamus, Num. xx: « Tolle virgam, et loquere ad Petram. » — Idem, serm. in *Annunt. B. M.* ex Epist.

Virga, quæ mare nobis divisit, id est, mundum, ut transeamus, Exod. xiv, « Tu leva virgam, et percuties. » — Ibid.

Virga quæ mel dat nobis devotionis, ut reficiamus, I Reg. xiii, « Extendit summitem virgæ, et intingit in favum mellis. » — Ibid.

Virga Aaron, Num. xvii, quæ floruit virtute justitiae, fronduit justitiae sermone, fructificavit in omni virtutis opere. — Albert. Magn. in *Postillis* super cap. ii Lucæ.

Virga Aaron, quæ virtute viruit, fronduit benedictione, floruit gravitatione cordis, quo nos concepit, et corporis quo Filium Verbum incarnatum suscepit, fructificavit in partu salutis eibum, et refectionem salutarem. — Idem in *Postillis* super cap. 10 Lucæ.

Virga aurea, signum vitæ æternæ. — Idem in *Biblia Mariæ* super librum Esther.

Virga concessionis, quæ gratiam nobis apud Christum impetrat. — Exod. xvii. — Idem in *Biblia Mariæ* super librum Exodi.

Virga florens, Numer. xvii. — Idem in *Biblia Mariæ* super librum Numerorum.

Virga floris, Isai. xvii. — Idem in *Biblia Mariæ* super prophetam Isaiam.

Virga, longa contemplatione, recta justitiae perfectione, solida mentis stabilitate, gracilis paupertate, flexibilis humilitate. — Idem in serm. de B. V. qui est 56 inter sermones de sanctiss. V.

Virga percutiens dæmones, corrègens peccatores, et vigilans super electos. — Idem in *Biblia Mariæ* super Jeremiam prophetam.

Virga rectitudinis virtutis, quæ ascendit de ra-

dice Jesse, hoc est, de ineendio charitatis super quam stetit flos divinæ lucis. — Idem in *Postillis* super cap. x *Lucæ*.

Virga a Deo creata. — Jacob. de *Vorag.* in *Mariali*, serm. 6 *V.*

Virga, ad nos flexibilis per compassionem; nam modo fleetitur ad justos impetrando eis gratiam: modo ad peccatores, impetrando veniam: modo ad morientes, expellendo ab eis fallaciam: modo ad mortuos, eorum animas deducendo ad gloriam. — Idem in *Mariali*, serm. 7 *V.*

Virga aromatica. — Ibid.

Virga aurea. — Ibid.

Virga, cui Deus hamum apposuit, quando deitatem suam sub esca carnis velavit, et sic dæmoni malum pisces coepit. — Idem in *Mariali*, serm. 6 *V.*

Virga, cui Deus laqueum sive viscum apposuit, quando sapientiam suam in humana carne de Virgine assumpta occultavit, et sic ovem dæmonis irretivit, et coepit. — Ibid.

Virga, cui Deus stimulum apposuit, quando carni Virginis se univit et sic bovem, id est, diabolum, de cordibus avarorum ejecit. — Ibid.

Virga directionis, quia omnia opera sua semper in Deum direxit. — Idem in *Mariali*, serm. 7 *V.*

Virga flexibilis ad pietatem ex aromatibus, quia plena odoribus omnium gratiarum, et universi pulveris pigmentarii, quia omnes glorias quas alii sancti habent particulariter, ipsa habet universaliter. — Idem, serm. 5, de *Assumpt. B. V.*

Virga gracilis, sed illius fructus portatrix, qui totum mundum satiavit, imo qui totum mundum suo robore sustentavit. — Idem in *Mariali*, serm. 6 *V.*

Virga gracilis per humilitatem, flexibilis per pietatem, utilis per officiorum multiplicationem. — Idem, serm. 3, de *Annunt. B. V.*

Virga in se, et in flore commendabilis. — Idem in *Mariali*, serm. 6 *V.*

Virga nobis data ad dominandum, et ad dæmones percutiendum. — Idem, serm. 3 de *Annunt. B. V.*

Virga nostræ defensionis a dæmonibus nos defendens et eos percutiens. — Idem in *Mariali*, serm. 6 *V.*

Virga nostræ directionis, in præsenti vita nos dirigens, et ad pascua æterna deducens. — Ibid.

Virga nostræ sustentationis, nostras infirmitates sustentans et regens. — Ibid.

Virga prophetarum. — Idem, serm. 6, de *Assumpt. B. V.*

Virga, quæ habuit flores redolentium cogitationum, quoad Deum, folia verborum sanativorum, quoad proximum, fructus operum purorum et mundorum quoad se. — Idem in *Mariali*, serm. 7 *V.*

Virga, quæ genuit florem et amygdalom, id est, Christum. — Idem, serm. 3, de *Nativit. B. V.*

Virga, quæ germinavit non operatione humana, sed virtute divina. Num. xviii. — Idem in *Mariali*, serm. 6 *V.*

Virga recta per intentionis puritatem. — Idem in *Mariali*, serm. 7 *V.*

Virga regni Dei, quia Deus per ipsam regnum, quod diabolus occupaverat, acquisivit. — Ibid.

Virga Aaron germinans sine pluvia. — Aegidius Columna in *exposit. in Salutat. angel.*

Virga Aaron, quia sicut virga Aaron sine omni exteriore beneficio fronduit, floruit, fructum fecit; sic ipsa sine virili adminiculo floruit Christum concipiendo, fructum fecit pariendo. — Alan. de *Insul.* serm. de *S. M.*

Virga, de qua flos est egressus, id est, Christus natus. — Ibid.

Virga de radice Jesse, id est, de antiquorum patrum genere egressa, quæ sui fructus suavitatem redemit amaritudinem radicis antiquæ. Vitium enim, quod erat in trunco, redemit in sureculo. — Ibid.

Virga de radice Jesse, ratione directionis, ratione correctionis, ratione parturitionis. Sicut enim virga in altum dirigitur, sic beata Virgo ad æternam erigitur; sicut virga excessus corriguntur, sic per Virginem peccata remittuntur, sicut virga parturit fructum, sic Virgo parturit panem angelorum. — Idem in serm. de *Annuntiat. B. M. V.*

Virga non solum ratione muneris, sed etiam ratione nominis. Facta enim unius litteræ mutatione in vocabulo, de virga fit virgo; et dum ex Evæ matris floribus velut aurea Rosa processit Virgo Maria, virga facta est Virgo. — Ibid.

Virga, quia sicut virga, dum in altum erigitur, recta linea dirigitur, sic Virgo Maria in altum beatitudinis fuit erecta, et tramite virtutum directa, unde et de ipsa dicitur Cant. iii, « quæ est ista quæ ascendit per desertum, etc. » — Idem, in serm. de *B. M.*

Virga ratione nominis, ratione significationis, ratione proprietatis. Ratione nominis, quoniam mutatione *a* in *o* de virga est virgo; ratione significationis, quia per virginem Aaron figurata est Virgo Maria; quia sicut virga illa sine omni exteriore beneficio fronduit, floruit, fructum fecit, sic Virgo Maria sine virili adminiculo floruit, Christum concipiendo, fructum fecit, pariendo; ratione proprietatis, quia sicut virga instrumentum est regis, instrumentum est corrigentis, instrumentum est mensurantis, sic gloriosa Virgo Maria instrumentum fuit cœlestis Regis, quo scilicet usus est ad regendum populum suum; instrumentum corrigentis, quia eo usus est ad corrigendum genus humanum; instrumentum mensurantis, quo usus est ad claudendum se sub mensura humanitatis. — Ibid.

Virga solida, quæ ex tribu Juda germinavit. — Matth. Cantacuzenus in cap. vi *Cant.*

Virga virginea, florem gignens, quo florescunt

regna siderea. — Jo. Hondemius in hymn. *de Assumpt. B. V.*

Virga, ex infecundis lumbis enata. — Jac. Monach. orat. *de Nativit. B. M. V.*

Virga ex infecundis lumbis exorta. — Jac. Monach. in *Mariali*, orat. 2.

Virga ex lumbis David enata. — Ibid.

Virga regalis, ex regiis plantationibus producta. — Idem in *Mariali*, orat. 1.

Virga sacerdotalis, quæ sine irrigatione incorruptibilem florem Dominum germinavit. — Idem in *Mariali*, orat. 3.

Virga vigens ex radice Jesse, quæ mundo salutis florem emisit. — Ibid.

Virga Aaron, rore gratie secunda, que germinavit, floruit, ac fructum protulit, attulit pretiosum, dum Maria, gaudia matris habens cum virginitatis honore, Salvatorem mundo protulit, per quam nobis Virginitatis insignia pulularunt. — Joan. de Malinis cap. 5, *Speculi Historial. Ord. Fratrum B. M. V. de monte Carmelo.*

Virga admirabilis utilitatis in fructu. — Ern. Prag. in *Mariali*, cap. 43.

Virga amabilis atque admirabilis. — Ibid.

Virga amygdalina, quam vidi Jeremias vigilantem super peccatores, ad excitandum eos et castigandum, ut per disciplinam quæ in nuce intelligitur, sic corriganter per virgam in praesenti, ne cadant in ollam succensam a facie aquilonis in futuro. — Idem in *Mariali*, cap. 58.

Virga amygdalina; quia sicut inter multas virgas in tabernaculo positas, una sola inventa est germinare, Num. xvii, ita inter multas puellas educatas in templo, sola Maria Deum genuit. — Ibid.

Virga corrigens errantes in via morum. — Idem in *Mariali*, cap. 45.

Virga deducens homines in via pœnitentiae, sicut per virgam deducti sunt filii Israel inter medios fluctus maris Rubri. Exod. xiv. — Ibid.

Virga egrediens de radice Jesse, id est exiens, et recedens a natura radicis; nam radix ad ima, virga ad alta tendit; radix in terra, virga in aere proficit; radix terræ humore, virga cœli rore solisque calore gaudet, et crescit: similiter populus ille judaicus, unde originem duxit, terrena quærebat, in terrenis gaudebat: ipsa vero ad superna tendebat, et quæ sursum sunt, sapiebat. — Ibid.

Virga egressa de radice Jesse, id est, orta de stirpe David, regalique progenie. — Ibid.

Virga egressa de radice Jesse, id est, orta nobis, et data nobis est immensitate incendii, charitatis divinæ, Jesse enim interpretatur *incendium*. — Ibid.

Virga lacrymas contritionis de corde peccatoris educens, sicut per virgam educta est aqua de Petra, Exod. xvii. — Ibid.

Virga magnæ dignitatis in suo ortu. — Ibid.

Virga mirabilis gratositatis in progressu. — Ibid.

Virga, quæ crevit in lignum vitæ, quæ, quod in ultraque ripa fluminis, id est, in hac vita, et in superna patria fructus assert. — Ibid.

Virga, protegens in tentatione afflictos, reficiens in labore lassatos, consumens in bene proficiens omnem carnales affectiones, illuminans in contemplatione, et introducens in regnum cœlestis. — Ibid.

Virga vigilans, quæ custodivit vigilias noctis super gregem suum, id est, super nos miseris, qui ab oriente, id est, ab innocentia baptismali recessimus peregre in regionem dissimilitudinis, et habitamus in hac regione umbræ mortis, in frigoribus borealibus, in lateribus aquilonis. — Idem in *Mariali*, cap. 8.

Virga vigilans super peccantes, ne ipsi statim damnentur. — Idem in *Mariali*, cap. 45.

Virga virtutis Dei, id est, misericordiae, quæ est propria Dei virtus, « Dei enim proprium est misericordia semper, et parcere. » — Ibid.

Virga ineffabilis, quæ dum in Annæ utero crecebat, medulla ejus in cœlo gloriosius permanebat. — D. Birgitt. in serm. Angelic. *de excellentia V. Patris*, cap. 11.

Virga Aaron, quæ non humano semine, sed divino munere fructum subito fecit, quia in instanti fructum nostræ germinavit salutis. — Barthol. de Pisis lib. II, *De laud. S. V. fructu* 5.

Virga Assueri aurea, id est, tota charitate referta, per quam clementiae signa misericordia et afflictis ostenduntur. — Ibid.

Virga expellens a nobis diabolum. — Idem, lib. I, *De laud. sanctiss. V. fructu* 8.

Virga Jonathæ, per quam mel divinæ gustatur dulcedinis. — Idem, lib. II, *De laud. sanctiss. V. fructu* 5.

Virga Israel, per quam duces Moab, id est, dæmones, alienigenarum, id est, perfidorum hæreticorum dogmata exterminari debebant. — Ibid.

Virga, per quam ignavia sancta disciplina pueriliter viventium propellitur. — Ibid.

Virga, quæ afflicti solantur et moesti. — Ibid.

Virga, qua si peccator percutitur, sua virtute, ejus anima ab inferno per emendationem vitæ, gratiae et gloriæ collatione liberatur. — Ibid.

Virga vigilans, quæ morti et somno peccati nunquam obnoxia fuit. — Ibid.

Virga virtutis, non solum efficacia misericordiarum, sed exemplaritate virtutum et morum. — Ibid.

Virga Aaron quæ floruit, et flos de radice ejus ascendit, super quem requievit « Spiritus sapientiae et intellectus, spiritus consilii et fortitudinis, spiritus scientiae et pietatis, atque timoris Domini. » — D. Laurent. Justin. in serm. *de Annuntiat. B. M. V.*

Virga, ad cuius elevationem preparatur via

populo Dei, cuius patrocinio omnis pene amaritudo
Dei populo dulcoratur. Exod. ix. — D. Bernardin.
Senens. tom. III, serm. de Assumpt. B. V.

Virga Aaron, quæ absque humano opere fronduit, floruit et fructum fecit. Non minus enim de semine Aaron, quam de semine Iudeæ originem trahens, non amittens virginitatis florem in obumbratione Spiritus sancti, quasi frondium umbra nucleum illam amygdalinam produxit, in qua testa humanae nucleus divinitatis absconditum continebat. — Idem, tom. I, serm. 59.

Virga Moysis, qua unda maris Rabri percutitur, et per consequens dividitur, et inter fluctus Dei populus transiturus desertum ingreditur. — Id. tom. III, serm. 1, de gloriose nomine Mariæ.

Virga Aaron, quæ arida in tabernaculo Domini posita cum aliis virgis sola inventa est viruisse, floruisse et fructum fecisse. Descendens enim ipsa non solum ex tribu regali, sed et sacerdotali, dedicata ab infantia in templo Domini cum aliis virginibus, ipsa arida, id est, Virgine permanente, non humectata humano semine virnit, virtutem generandi a Spiritu sancto suscepit, floruit Christum concipiendo, fructum fecit benedictum ventris sui ipsum parturiendo. — D. Anton. in *Summa*, part. iv, tit. 45, cap. 24.

Virga Aaron, quæ fronduit, floruit et fructificavit sine opere humano. — Idem in *Summa*, part. III, tit. 31, cap. 3.

Virga, de qua Isaías eecinit, pavebat Assur, id est, diabolus, virga percussus, suffragii scilicet virginalis. — Idem in *Summa*, part. iv, tit. 45, cap. 24.

Virga figurata per virgam Aaron, quæ in tabernaculo posita miraculose floruit, et fructum fecit, cum tamen sicca esset. Num. xviii. Quia beata Virgo in templo dedicata floruit, Christum concipiendo, fructum fecit pariendo eum, ipsa tamen sicca, id est, virgine permanente. — Ibid.

Virga fixa in aere per aviditatem cœlestium. — Ibid.

Virga tota calore charitatis. — Ibid.

Virga Joseph, quam adoravit Jacob moriens, et debet revereri quilibet moriens, ut ab ea tueatur. — Idem in *Summa*, parte iv, tit. 45, cap. 24.

Virga Moysis, qua facta sunt tot miracula. — Idem in *Summa*, in part. tit. 31.

Virga Moysis, quæ extensa super mare Rubrum hujus sæculi, peccatis rubricati, submergit Ægyptios dæmones et Hebreos, id est, electos, latos educit. — Id. in *Summa*, parte iv, tit. 45, cap. 24.

Virga Moysis, quæ percutiens petram, cor scilicet durum et obstinatum precibus et meritis ejus aquas lacrymarum affluenter emittit. — Ibid.

Virga Moysis, quæ versa in serpentem suminæ prudentie in mysterio incarnationis Filii sui et instructionis apostolorum devoravit serpentes magnorum, id est, confutavit sapientiam sapientum hujus mundi, et prudentiam prudentum reprobarvit, ac haereses cunctas interemit. — Ibid.

Virga multipliciter benedicta in figuris sacrae Paginæ. — Ibid

Virga, qua percussus pavit Assur, id est, diabolus. — Idem in *Summa*, iii part. tit. 31, cap. 3.

Virga, quam portare jussi sunt apostoli ad prædicandum missi. — Ibid.

Virga, quia semper recta fuit, nunquam inclinata ad terram, sed semper erecta ad cœlum. — Idem in *Summa*, part. iv, tit. 45, cap. 24.

Virga regis Assueri, qua tangitur anima in signum clementiae Dei. — Idem in *Summa*, iii part. tit. 31, cap. 5.

Virga regis Assueri, qui interpretatur *beatitudo*, quæ extensa super illum, qui ingrediebatur ad eum, salvis erat, et qui non tangebatur ab ea, occidens ejiciebatur. Accedentes enim ad Deum oratione, vel in morte, tot sunt demerita nostra, quot nisi interveniant preces Virginis, reprobantur, ut præsumptuosæ orationes nostræ, et rei mortis judicantur, nisi ipsa subveniat. — Idem in *Summa*, part. iv, tit. 45, cap. 24.

Virga sublimia virtutum et cœlorum petens. — Idem in *Summa*, part. iv, tit. xv, cap. 5.

Virga, a Deo nobis data ad defensionem nostram et percussionem diaboli. — D. Bernardin. de Bust. serm. 3, de Nativit. B. M. V.

Virga alta generositate, altissima pulchritudine. — Idem, serm. 4, de virtutibus M.

Virga Aaron pullulans a veneno serpentis Pharaonis illæsa. — Id. in suo *Mariali*, serm. 6, de Concept. B. M. V.

Virga data nobis, ut nos in præsenti vita regat, et ad pascua æterna deducat. — Idem, serm. 3, de Nativit. B. M. V.

Virga de radice Jessæ, ex qua prodiit flos florum, et fructus fructuum, benedictus Jesus Filius Dei. — Idem serm. 4, de Nativit. B. M. V.

Virga directionis, quia opera sua semper in Deum direxit. — Idem serm. 3, de Nativit. B. M.

Virga divina, recta per intentionis puritatem. — Ibid.

Virga ferrea dæmonibus effugandis. — Ibid.

Virga flexibilis per compassionem. — Ibid.

Virga gracilis, et fructus illius portatrix, qui totum genus humanum sativavit. — Ibid.

Virga nos dirigens ad æterna gaudia. — Ibid.

Virga nostram infirmitatem sustentans. — Idem, serm. 3, de Nativit. B. M.

Virga, quia fructum protulit angelorum. — Idem, serm. 6, de nominat. B. M.

Virga regni Dei, quia per ipsam Deus regnum suum, quod diabolus occupaverat, acquisivit. — Idem, serm. 3, de Nativ. B. M.

Virga senectutis patriarcharum. — Id. serm. 2, de Assumpt. B. M.

Virga totum mundum sustentans. — Idem, serm. 3, de Nativ. B. M.

Virga vigilans super devotos suos, ut eos custodiat. — Idem, serm. 2, *de Nativ. B. M.*

Virga Jesse nobilissima, quæ florem salutis proficerens, semper manet intacta. — Jo. Trith. *De mirac. B. M. V. prope Dettelbach.* lib. 1, cap. 10.

Virga data nobis a Deo ad desecationem nostram, et pereussionem dæmonum. — Maurit. de Villa Probata, serm. 7, *Coronæ novæ B. M.*

Virga de radice Jesse. — Ibid., serm. 3.

Virga directionis, Psal. xliv, quia opera sua semper direxit in Deum. — Ibid. serm. 7.

Virga erga nos flexibilis per compassionem. — Ibid.

Virga nobis data, ut in præsenti vita nos regat, et ad pascha æterna deducat. — Ibid.

Virga nobis data, ut nostram infirmitatem sustentet. — Ibid.

Virga, quæ protulit florem, in quo est caro humanitatis. — Idem, serm. 13, *Coronæ novæ B. M.*

Virga, quia data nobis tanquam domina et regina; ponitur enim virga quandocunque pro imperio. — Idem, serm. 7, *Coronæ novæ B. M.*

Virga regni Dei, Psal. xliv, quia per ipsam regnum suum Deus, quod diabolus occupaverat, acquisivit. — Ibid.

Virga vigilans ex Jeremia; etenim vigilat super devotos suos, ut custodiat eos. — Ibid. serm. 4.

Virga virtutis Dei. — Idem, serm. 5, *Coronæ novæ B. M.*

Irga æquitatis et totius rectitudinis, de radice Jesse egressa, de qua flos Christus ascendit. — Marcus Vigerius in *Decachordo christiano* lib. 1, cap. 1.

Virga de radice Jesse ab ortu recta, et nullis pluviarum, ventorum, tempestatumve lexa injuris. — Jo. Pius lib. 1 in *Cant.* cap. 45.

Virga Davidica, quæ sine terreno humore, aut virili semine, enī candore virginali floruit, fronduit et fructificavit edendo Christum mundi Salvatorem. — Dionys. Fab. tract. 1, *De Concept. B. M. V.*

Virga, ex qua ortus est flos virginalis, flos gratiæ, flos salutis et gloriae; virga enim florem, virgo edidit Salvatorem. — Ibid.

Virga florens flores angelicæ pulchritudinis, perfectæ bonitatis et aeternæ beatitudinis. — Ibid.

Virga florigera, quæ in spiritu humilitatis enixa, sic placuit Altissimo, ut de flore ventris sui virginalis tam fructum produceret propter quem posset dicere: Visum mihi fecit Deus, quia talis Filius mihi risus est aeternus. — Ibid.

Virga gratiæ. — Ibid.

Virga radicis Jesse, quæ cœlestem concepit flos, et virgo peperit Deum et hominem, in quo habitat plenitudo divinitatis, et qui ait in Canticis

canticorum: « Ego flos campi, et lily convallium. » — Ibid.

Virga recta per fidem, flexibilis per compassionem, gracilis per humilitatem, florigera per virginalem conceptionem, et per salutarem divini partus editionem fructuosa. — Ibid.

Virga virginalis, de qua supra naturam, et ad naturæ gloriam productus est flos speciosus pre filii hominum, flos mirabilis, utilitate singularis, formosus in exemplis, fragrans in prouissis, fructuosus in præmiis. — Ibid.

Virga Aaron nullo humano opere florida, super cuius florem spiritus Domini requievit. — S. Thom. de Villa Nova in conc. 2, *de Assumpt. B. M. V.*

Virga de radice Jesse, in sanctis Patribus seminata, de qua natus est flos, quo medicatus est orbis. — Idem in conc. 2, *de Nativ. B. M. V.*

Virga Jesse florida universum orbem exhibens. — Ludov. Blos. in *Endologia* 2, *ad B. M. V.*

Virga florens, quæ sine ullo virginitatis detimento Christum quasi uvam suavissimam peperit. — Robert. Beltar. conc. 11, quæ est *de Nativ. Dom.*

Virga Jesse, quæ floruit in Nazareth, quæ interpretatur florida, et mensis Martio, qui est mensis florum. — Id. conc. in *festo Annuntiat. B. M. V.*

VIRGINITAS incorrupta, quæ tanquam navigio, aut curru aliquo, Dens noster in humanam vitam trajicit. — D. Greg. Nyss. orat. in *Christi. Nativ.*

Virginitas secunda. — D. Hieron. in *Epist. sive serm. de Assumpt.* tom. IX.

Virginitas inviolata, ignara concupiscentiæ. — D. Leo, serm. 2 *de Nativ. Dom.*

Virginitas immaculata. — Sergius in *orat. de Nativ. V.*

Virginitas beata et intemerata, immaculata et incorrupta, nullis coquinata sorbis, nullis vexata Eveæ cruciatibus. — D. Iudephons. lib. *De perpetua virginitate S. M.*

Virginitas bene secunda, que novo inauditoque genere et mater dici potest et virgo. — Idem, serm. 2, *in Nativ. B. M. V.*

Virginitas Domino consecrata. — Id., serm. 2, *in Nativ. B. M. V.*

Virginitas inviolata, quæ concepit tanquam femina, et peperit tanquam mater, ne Genitrix divinitatis de conceptu fieret gloria, et de partu redideretur in honora. — Ratramnus Corbeiensis in *Opuse de partu B. M. V.* cap. 4.

Virginitas mirabiliter secunda, que novo et inaudito miraculo, et mater dici potuit et virgo. — D. Petrus Dam. hom. *in Nativ. B. M. V.*

Virginitas, cui nec angelica puritas valet comparari. — D. Bernard. serm. 4, *in Assumpt. B. M. V.*

Virginitas secunda, quæ virum non cognovit, et

Deum hominem peperit. — Petrus Celleensis, serm. in *Vigilia Nativ. Domini*.

Virginitas secundissima, in æternum benedicta, per quam fructum vitæ et gaudium salutis æternæ percipere meruimus. — Albert. Magn. in orat. ad B. V. incipiente: *Salve in utero virginati*.

Virginitas illibata, exaltata super omnes choros angelorum. — Ibid.

Virgo gloria — D. Petrus apostolus in sua *Liturgia*.

Virgo, in qua fervor divini honoris, et zelus divinæ venerationis super omnia effulsiit. — Idem in serm. habito de *Transitu B. M. V.* apud Amadeum, rapt. 8.

Virgo, in qua omnes sunt collectæ virtutes, omninaque collecta dona. — Ibid.

Virgo, in qua omnia sunt laude digna. — Ibid.

Virgo semper. — Ibid.

Virgo humillima, eujus humilitatem supra omnia alia respexit Deus. — D. Paulus apost. serm. de *Transitu B. V.* apud Amadeum, rapt. 8.

Virgo, ex qua natus est Jesus Christus. — D. Andreas apost. in *Symbolo apostolor.* apud D. August. serm. 115, *De tempore*.

Virgo immaculata, ex qua formatus est secundus Adam. — Idem in ejus passione ab Achæiæ presbyteris descripta.

Virgo immaculata, quæ concepit, et peperit peccatorum omnium Redemptorem, et inviolata semper fuit. — Idem, serm. de *Transitu B. V.* apud Amadeum, rapt. 8.

Virgo omni laude dignissima, in qua omnia splendida, omnia pulchra, omnia decora. — S. Jo. apost. serm. in *transitu B. M. V.* apud Amadeum, rapt. 8.

Virgo gloria, quam prono vertice omnes veneramur. — S. Jacob. Minor. apost. serm. in *transitu B. V.* apud Amadeum, rapt. 8.

Virgo semper, ex qua unigenitus Dei Filius dignatus est propter nostram salutem, carnem indnere. — Idem in sua *Liturgia sive divina Missa*.

Virgo, de qua Verbum æternum voluit ab æterno, in tali et tali tempore, carnem assumere. — S. Thom. apost. serm. in *transitu B. M. V.* apud Amadeum, rapt. 8.

Virgo, per cuius uterum Filius Dei dignatus est nasci cum homine, ita ut homo in ea conceptus secum haberet Deum, « qui fecit coelum et terram, mare, et omnia, quæ in eis sunt. » S. Barth. apost. in orat. ad Polimium regem apud Abdiam Babylonum lib. viii *Hist. apost.*

Virgo Genitrix Dei. — S. Matthæus apost. in *Liturgia Æthiopum*.

Virgo immaculata. — Ibid.

Virgo, in quam non credens, anathema est. — Ibid.

Virgo Mater Dei et Christi. — Ibid.

Virgo sponsata Joseph. — S. Lucas in suo *Evangel.* cap. 1.

Virgo sola ante partum, et post partum. — Idem,

serm. in *Transitu B. V.* apud Amadeum, rapt. 8.

Virgo laudatissima, in enjus lande omnes deficiunt. — S. Marcus, serm. in *Transitu B. V.* apud Amadeum, rapt. 8.

Virgo, ex cuius sanguinibus corpus sibi fabricavit Deus, nulla viri consuetudine intercedente. — D. Ignatius in Epist. ad Trallianos.

Virgo, ex qua Christus, qui ante omnia sæcula natus est ex Patre, natus est sine viri commercio. — Idem in Epist. ad Magnesianos.

Virgo, ex qua revera natus est nobis Deus Verbum, vestitus corpore, obnoxio iisidem passionibus nobis. — Idem in Epist. ad Trallianos.

Virgo, ex qua sola insolens admirandusque partus ille Domini confectus est, non quod detestanda sit legitima commissio, sed quod ejusmodi partus decebat Deum: Decebat namque Creatorem non consueto, sed peregrino, et admirando uti partu, utpote omnium opificem. — Idem in Epist. ad Neuronem.

Virgo altissima, cuius præsentia Deiformis. — S. Dion. in Epist. ad Paulum præcept.

Virgo Deiformis. — Ibid.

Virgo divina. — Ibid.

Virgo de genere David. — D. Irenæus lib. iii, *Adversus hæreses*, cap. 27.

Virgo, ex qua natus est Emmanuel. — Idem, lib. iii, *Adversus hæreses*, cap. 25.

Virgo obaudiens, sive *obediens*. — Idem, lib. iii, *Adversus hæreses*, cap. 53.

Virgo prenuntiata ab Isaia, Genitrix Emmanuelis. — Idem, lib. iv, *Adversus hæreses*, cap. 40.

Virgo immaculata, ex qua Dominus noster Jesus Christus secundum carnem advenit. — S. Hippol. in orat. *De consummat. mundi*.

Virgo sancta, in quam Deus Verbum de cœlis descendit, ut ex ea incarnatus, sumpta anima humana, rationis participe, factus omnia quæcumque homo est, excep:o peccato, salvaret Adam qui ceciderat, et immortalitatem hominis largiretur iis qui crederent in nomine ejus. — Idem, in *hom. contra hæresin Noeti*.

Virgo sanctissima, quæ carnigerum vere genuit Salvatorem. — Idem in orat. *de consummatione mundi*.

Virgo Dei Genitrix. — S. Method. M. hom. in *festo Purific. B. V.*

Virgo sancta, cuius memoria longe superat omnem seruouem. — Ibid.

Virgo et Mater prorsus sancta, quæ etiam antequam pareret, ea, quæ mulieribus propria sunt, effugit. Sine viri quippe congressu, cum concepisset Spiritu sancto sibi eam jam antea desponsante et sanctificante, peperit primogenitum et unigenitum Patris Filium eum, qui in supernis unigene absque Matre ex paterna substantia eluxit, virginitatemque naturalis unitatis indivisam, inseparabilemque conservavit, quippe hic in terris ex virginis matiali thalamo sponsi instar, Adami naturam sibi

firmiter adunans, consociansque indivisam atque incorruptam Matris puritatem custodivit, cum, inquam, qui in supernis incorruptibiliter genitus, in inferioribus hincet ineffabiliter natus est. — Ibid.

Virgo sponsata, non tamen in concepuscentia juncta. — Origenes, hom. 1, *In diversos*.

Virgo et Mater Domini. — Ibid.

Virgo, ex qua Patris unigenitus Filius generatus est, ut illam virginem priorem Eram, quae cecidereat, iterum renovaret atque erigeret. — Ibid.

Virgo neque persuasione serpentis decepta, neque ejus flatibus venenosis infecta. — Idem, hom. 1, *In diversos*.

Virgo, quae Deum dignanter incarnatum, ad mundi peperit salutem. — Ibid.

Virgo, quae genuit, permanens virgo. — Ibid.

Virgo, quae intemerata permansit. — Idem, hom. 8, *In Leviticum*.

Virgo, quae in utero accepit, prædicationem angelii suscipiens, prophetarum testimonia assumens. — Idem, hom. 1, *In diversos*.

Virgo, quae Mater Filii facta est, et castitatis sigillum non perdidit. — Ibid.

Virgo, quae peperit Filium ad colligendum fortē armatum, et conueandum serpentis impii caput, ad conterendas vires ejus, et prædam ejus diripiendam, atque captivitatem papuli sui convertendam, ad denouo reparandum Adam, ad erigendum jacentium genus, quod per mulieris temerariam credulitatem fuerat antea dejectum. — Ibid.

Virgo sancta, quae genuit Deum, et intacta permansit. — Ibid.

Virgo, cui gloria abundantior debita erat. — D. Cyprianus in serm. *de Nativit. Christi*.

Virgo, cujus obsequium tradidit Dominus Virginis discipulo. — Idem in serm. *de Pass. Dom.*

Virgo, in cuius partu nulla est intelligenda corruptio. — Idem in Exposit. Symb. apostol.

Virgo, ex qua Jesus Christus, heri, et hodie, et ante luciferum genitus, initium carnis sumpsit. — Idem in serm. *de Nativit. Christi*.

Virgo capiens eum, quem mundus mundique non capit magnitudo. — D. Zeno in *Nativit. Christi*.

Virgo prædestinata, in cuius templo Deus Dei Filius, tempore constituto, dissimulata interim maiestate, ab ætherea sede profectus, sibinet castrametur, quibus latenter infunditur in hominem gigniturus, ibidemque, salvo quod erat; meditatur esse, quod non erat. — Ibid.

Virgo sacra, in cuius visceribus corpus sibi Dominus comparavit, suo iudicio nasciturus. — Idem, serm. 5, *in Nativit. Christi*.

Virgo, Christum enixa. — Tertullianus in lib. *De Monogamia*.

Virgo et Mater, in signum disposita. — Idem in lib. *in Adversus Marcionem*.

Virgo, in quam introductum fuit Dei Verbum, exstructorum vite. — Idem in lib. *De Carne Christi*.

Virgo quæ juxta Isaiam concepit, et peperit Emmanuel, Nobiscum Deum. — Ibid.

Virgo quantum a viro; non enim peperit ex viri semine. — Ibid.

Virgo beata, omni gloria atque virtute resplendens. — D. Greg. Thaumat. orat. 2, *in Annunt. B. M. V.*

Virgo castissima, gratia plena. — Idem, orat. 4, *in Annunt. B. M. V.*

Virgo castissima, quæ in corpore vitam transigit incorruptam, in castitate ac virtutibus vivens. — Idem, orat. 2, *in Annunt. B. M. V.*

Virgo, despontata quidem Joseph, sed Jesu Filio Dei servata. — Idem, serm. 5, *in Annunt. B. M. V.*

Virgo despontata viro, sed non conjuncta; despontata, sed servata; despontata ne citius latro mysterium cognosceret. — Ibid.

Virgo inviolata, atque immaculata. — Ibid.

Virgo Mater, quæ eum parit, qui omnem nutrit, vivumque producit spiritum, fasciis involvit eum, qui verbo omnem ligat creaturam, in praesepio reclinavit eum, qui in cathedra super Chernibim vehitur. — Idem, orat. 2, *in Annunt. B. M. V.*

Virgo, omnino immaculata. — D. Gregorius, serm. 5, *in Annunt. B. M. V.*

Virgo pura, casta et impolluta, ex qua Dominus noster Jesus Christus inconfuse et immutabiliter progressus est in deitate et humanitate perfectus: Patri per omnia similis, et nobis per omnia consubstantialis, sicut margarita ex duabus naturis, ex fulgere nimirum et aqua, occultis quibusdam indicis ac signis matris, provenit. — Idem, orat. 4, *in Annunt. B. M. V.*

Virgo, quæ didicit ea, quæ angelis etiam fuerunt abscondita. — Ibid.

Virgo, quæ manibus gestavit eum, qui verbo res omnes creatas gestat. — Idem, orat. 2, *in Annunt. B. M. V.*

Virgo, quæ sola ex omnibus generationibus sancta corpore et spiritu exstitit, solaque tulit eum, qui verbo omnia portat. — Idem, orat. 1, *in Annunt. B. M. V.*

Virgo sancta, cum qua totus gratiae thesaurus reconditus fuit. — Ibid.

Virgo sancta, in qua sola Evæ lapsus reparatus est. — Ibid.

Virgo sancta, quam cunctæ per Gabrielem cœlestes potestates salutarunt. — Idem, orat. 2, *in Annunt. B. M. V.*

Virgo sanctissima, cujus laus omnem prorsus laudem propter Deum ex illa incarnatam, ac hominem natum excedit, cui omnis creatura in cœlis, et in terris et apud inferos, reverentiam ac cultum convenientem offert. — Ibid.

Virgo sanctissima, quæ canticum Deo gratiarum actionis, bonique odoris, ac theologie plenam retribuit. — Ibid.

Virgo sanctissima, quæ patriarchicam superavavit perfectionem. — Ibid.

Virgo sanctissima, quæ studiose lampadem virginitatis conservavit, et ne extingueretur, aut commacularetur, provide diligenterque curavit. — De Gregorius, orat. 1, in *Annunt. B. V. M.*

Virgo, sola sancta, ad quam Gabriel archangelus claro lumine venit, Are, gratia plena, ei annuntians, et sic ipsa Verbum suscepit et in tempore corporeæ completionis pretiosam Margaritam produxit. — Idem, orat. 1 in *Annuntiat. B. M. V.*

Virgo, Davidis veniens origine. — *Juvencus in Histor. evangelic., lib. II.*

Virgo lectissima. — Idem in *Historio evangelic., lib. I.*

Virgo, Genitrix Dei amabilis et dilecta, pura et sancta, viatrix et triumphans, gloriosa et perfecta, quæ genuit Filium virginitate sua salva et illæsa. — Jacobus Nisibensis in *Cantic. in Laud. B. V.*

Virgo beata, quæ eum claritatis et gloriae cunctum consequentia est, ut omnem prorsus terrigenarum naturam liquido superarit. — D. Athanasius in orat. in *Purificat. B. V.*

Virgo, casta ante partum, in partu, et post partum. — Idem in *Questionibus seriis, quæst. 19.*

Virgo, cuius virginalis flos intactus permanuit. — Idem, serm. in *Descript. S. Deiparae.*

Virgo, ex qua Deus mirabiliter contra rerum naturam, et incorruptibiliter creditur natus. — Idem in *Disputat. Laodiceæ habita contra Arium.*

Virgo, ex qua Deus sibi ipsi corpus formavit, ut nobis non tenue argumentum sue divinitatis exhiberet eum, qui hoc sibi corpus formaverat, aliorum quoque conditorem et formatorem esse; quis enim videns sine viro ex virginie sola corpus prodire, non secum cogitet eum, qui sub tali corpore appareat, esse quoque cæterorum corporum et conditorem et dominum. Idem in lib. de *Incarnat. Verbi, ejusque corporali ad nos Advent.*

Virgo illibata, impolluta ac viri nescia. — Idem in lib. de *Incarnat. Verbi ejusque corporali ad nos Advent.*

Virgo incorrupta atque ab omni labe pura. — Idem serm. in *Descript. S. Deiparae.*

Virgo, in qua rerum Conditor sibi corpus, hoc est, templum ædificavit in peculiare instrumentum, quo se cognitum redderet, eique ut domicilio inhabitavit, atque ita a nobis simili corpore mutantato, eo quod omnes mortis corruptioni obnoxii essentius, pro omnibus ipsi in mortem deditum Patri suo sacrificavit. — Idem in lib. de *Incarnat. Verbi ejusque corporali ad nos Adventu.*

Virgo, in quam Spiritus sanctus descendit, cum omnibus suis essentialibus virtutibus, quæ illi per rationem divini principatus adsunt, imbuens eam in gratia. — Idem, serm. in *Evangelio de sanctissima nostra Deipara.*

Virgo naturæ corruptibilis, quæ intemerata pudoris integritate, et infractis virginibus claustris, incurabili incorruptionis integritate, Filium genuit.

— Idem in *disputat.* Laodiceæ habita contra Arium.

Virgo pariens quidem, sed nihil corum quæ parturientes pati solent, sentiens. Idem, serm. in *descript. Sanctiss. Deiparae.*

Virgo perpetua, ex qua Dominus noster, et Deus Jesus Christus, per Spiritum sanctum sumpsit incarnationem atque humanam formam. — Idem in *Dictis et interpellationibus sacrae Scripturæ, quæst. 43.*

Virgo, quæ superventu Spiritus sancti sanctificata et corroborata, et virtute Altissimi gravida, eum gestavit, qui ex sua propria essentia Dei erat Filius, pro unica ejus divinitatis natura et genuit eumdem incarnatum, et hominem factum, secundum duarum naturarum proprietatem, eumdemque duplum, et unum ex duobus constantem inconfuse, immutabiliter. — Idem, serm. in *Evangel. de Sanctiss. nostra Deipara.*

Virgo sancta, in quam adveniens Verbum in Spiritu fixit et concinnavit sibi corpus, volens consociare et offerre per se creaturam Patri et reconciliare omnia in se pacificans, quæ in cœlis sunt et in terra. — Idem, Epist. ad *Serapionem contra eos qui dicunt Spiritum sanctum creaturam esse.*

Virgo sanctissima, in cuius utero conceptus, gestatus est Rex cœlestis. — Idem, serm. in *Descript. Sanctiss. Deiparae.*

Virgo sanctissima, quæ etiam a partu Virgo permanuit. — Idem, serm. in *Evang. de SS. nostra Deip.*

Virgo verissime, ante partum, et post partum. — Idem, orat. in *Purificat. B. V.*

Virgo virtute, et spiritu impleta, ut salutarem foetum concipere posset. — Idem, serm. in *Evang. de SS. nostra Deipara.*

Virgo immaculata. — Titus Bostr. in *comment. super cap. II Lucæ.*

Virgo, quæ præpotentis Dei voluntate, naturæ fines supergressa, concepit, nulliusque viri coniugio usa, digna effecta est, quæ non cuiusvis promisue, sed unigeniti Filii Dei Mater fieret. — Ibid.

Virgo sanctissima, quæ virgineo quadam pudore tenta, hominum conspectum decipiabat. — Ibid.

Virgo sapientissima, cui plurima de Filii sui divinitate patefacta compertaque erant. — Idem in *Comment. super cap. II Lucæ.*

Virgo beata, cuius corpus divinæ existit dispensationis officina. — D. Basilius hom. *De humana Christi generatione*, qui est 25 in ordine reliquarum.

Virgo legi purificationis nequaquam obnoxia, cum citra copulam seminis facta sit Mater Emmanuelis. — Idem in *cap. VI Isaiae.*

Virgo et Mater. — Idem, hom. *de humana Christi generatione.*

Virgo perpetua, de qua unigenitus Filius, et Ver-

dum Dei dignatus est immutabiliter humanari. — Idem in sua *Liturgia sive Missa*.

Virgo, quæ seminis viri expers salva virginitate peperit. — Idem, orat. de *Providentia*.

Virgo sancta, ex qua exortus est Emmanuel. — Idem in cap. vii *Isaiæ*.

Virgo a prophetis descripta. — D. Epiphan. in serm. de *laud. S. V.*

Virgo apud Deum honorata. — Idem lib. iii, *Adversus hæres.*, hæres. 38.

Virgo beata, quæ gloriari cœlestem portavit, et ex multis floribus paradisi mundum odore replevit. — Idem in serm. de *Laud. sanctiss. V.*

Virgo, de qua velut de terra plastes seipsum efformavit. — Idem lib. iii, *Adversus hæres.*, hæres. 79.

Virgo, habita a Deo in honore, tanquam ancilla digna, et Mater. — Idem serm. de *Laud. S. V.*

Virgo honorata, sed non ad adorationem (nempe latræ) nobis data, sed ipsa adorans eum, qui ex ipsa carne genitus est, de cœlis vero e sinibus Paternis accessit. — Idem lib. iii, *Adversus hæres.*, hæres. 79.

Virgo impolluta, quæ digna facta est habitaculum fieri Filii Dei, et ad hoc delecta, est ex multis millibus Israel, quo vas et habitaculum dignum esset, in signum solum partus. — Idem lib. iii, *Adversus hæreses*, hæresi 18.

Virgo incomprehensi mysterii ferens miraculum, quæ fidem ter optatam orbi prædicavit. — Idem in serm. de *Laud. S. V.*

Virgo multis virtutibus exornata, in lampade gestans lucem inexstinguibilem, sole splendidiorum. — Ibid.

Virgo per quam obedientiæ gratia facta est annuntiatio Dei adventus in carne de cœlo, et vita æterna. — Idem lib. iii, *Adversus hæreses*, hæres. 78.

Virgo placens Christo Regi. — Ibid.

Virgo plurim nominum. — Ibid.

Virgo post partum, quæ geminam produxit, et coronam regiam plexuit. — Ibid.

Virgo post partum purior (si liceat dicere) quam antea. — Ibid.

Virgo proprie, cum citra virum, conceptionem Dei Verbi in veritate habuerit. — Idem lib. i *Contra hæreses*, hæresi. 30.

Virgo, quæ cœli circulum præ se ferens, Deum incomprehensum gestavit. — Ibid.

Virgo, quæ digna facta est suscipere in propriis sinibus universorum Regem, Deum, cœlestem Filium Dei, cuius uterus templum factum est, ac domicilium ad Domini in carne dispensationem per Dei benignitatem, et admirandum mysterium præparatus est. — Idem lib. iii *Adversus hæreses*, hæres. 79.

Virgo, quæ in spelunca citra laborem prægnans, cœli et terræ Dominum posuit in præsepio. — Idem in serm. de *Laud. S. V.*

Virgo, quæ mari, id est, mundo universo, serenitatem et tranquillitatem contulit, dum portum peperit Christum. — Ibid.

Virgo sancta, cuius immensa est gratia. — Ibid.

Virgo sancta, de qua Deus Verbum carnem induit. — Idem lib. iii *Adversus hæreses*, hæresi. 79.

Virgo sancta, per quam medius obstructio-nis paries inimicitias dissolvit, per quam pax cœlestis donata est mundo, per quam illuminati sunt fines terræ, per quam homines facti sunt angeli, per quam homines appellati sunt amici, servi, et filii Dei, per quam homines mernerunt esse conservi angelorum, et cum eis familiariter conuersari; per quam notitia cœlestis a terra transmittitur in cœlos: per quam homines fiduciam habent in cœlo erga Altissimum, per quam crux resplenduit per universam terram: per quam mors conculcatur, et spoliatur infernus: per quam cederunt idola, et excitata est notitia cœlestis: per quam cognovimus unigenitum Filium Dei, quem ipsa peperit. — Idem in serm. de *Laudib. S. V.*

Virgo sanctissima, quæ Deum habitantem in cœlis, concepit in terra, ut hac ratione exercitum angelorum traheret in terram, et versaretur cum hominibus. — Ibid.

Virgo sanctissima, quæ exercitus angelorum in stuporem deduxit. — Ibid.

Virgo sanctissima, quæ Verbum verum Deum ipsum Christum Dominum nostrum peperit. — Ibid.

Virgo unigenito Filio a cœlesti Sponso præpara-ta: quam Pater dilexit, Filius inhabitavit, Spiritus sanctus percupivit. — Ibid.

Virgo sacratissima, ac semper intemerata, cuius uterum sibi Deus Filius præparavit ad despousan-dam sibi humanam carnem. — Philipp. Ep. Carpathiorum in Commentariis *super Cant.*

Virgo expers virilis consortii. — S. Ambros. lib. ii, *Super Luc.*

Virgo, in qua omnes emicant virtutum species, secretum verecundiae, vexillum fidei, devotionis obsequium. — Idem, lib. ii, *De Virg.*

Virgo moribus, verecundia, oraculo, mysterio. — Idem, lib. ii, *Super Luc.*

Virgo non solum corpore, sed etiam mente, quæ nullo doli ambitu sincerum adulteravit affectum, corde humilis, verbis gravis, animi prudens, loquendi parcior, legendi studiosior, non in incerto divitiarum, sed in prece pauperis spem reponens. — Idem, lib. ii, *De Virg.*

Virgo per gratiam ab omni integra labe peccati. — Idem in *Psal. cxviii.*

Virgo, quæ nec corruptionem de viro, nec corruptionem sensit ex partu. — Idem in *Symb. apost.*, cap. 12.

Virgo, quæ in utero concepit et peperit Filium, Isa. vii. — Idem, lib. i *Epistolar.*, epist. ad Syriac.

Virgo, quæ meruit habitare in cœlo, quia cœlestem vitam vixit in sæculo. — Idem, lib. ii, *De Virg.*

Virgo incorrupta, quæ nesciam illam corruptio-

nis lucernam corporali ratione concepit. — Amplius loch. in orat. *de Nativit. Domini.*

Virgo intemerata, cuius partus novus et castissimus. — Ibid.

Virgo Mater, in qua Salvator noster nulla præente viri cognitione, sine virginitatis illius corruptione ortus est. — Idem, orat. *de Occursu Domini.*

Virgo ante partum, virgo in partu, virgo post partum. — D. Ephrem. in serm. *de Laud. B. M. V.*

Virgo beata, quæ ob promptam obedientiam, mercedem accepit, ut sine labore atque dolore fetus gestaret ac parceret. — Idem in serm. sive tractatu *de Margarita pretiosa.*

Virgo beatissima, quæ Deum Verbum tota suscepit corpore, simplicitateque naturæ, et non curioso, ac redundanti motu, Deitate impleta est. — Ibid.

Virgo, cuius natura non perdidit sigillum Christo conceptio, et ob id, neque eo genito, reserata est, ut partum in lucem ederet, neque vero rupta est dum gigneret, nam neque rupta erat, dum conciperet. — Ibid.

Virgo gratia plena. — Ibid.

Virgo inviolata, integra, planeque pura ac casta. — Ibid.

Virgo lucifera. — Ibid.

Virgo, quam pro Filii generatione nou adhucuit homo, sed Deus. — Ibid.

Virgo, quæ instar cochleæ naturaliter, id est, vere et realiter peperit pretiosam margaritam, nempe Christum. — Ibid.

Virgo, quæ naturæ ministravit Divinitatis, ac propterea naturam ei incorruptibilem præbuit Deus. — Ibid.

Virgo, quæ non ex superinducto semine, quod absit cogitare, suam ipsius substantiam genuit, sed sine carnali motu concepit, atque inviolata mysterium peregit. — Ibid.

Virgo innupta, cuius partus superat omne miraculum. — D. Gregor. Nyssen. in orat. *in Baptismum.*

Virgo lucem pariens sine corruptione, quemadmodum olim rubus ignem accendit sine combustione. — Idem, orat. *in Christi Nativit.*

Virgo, a qua deitatis lux assumpta carne illuxit hominibus. — Idem in lib. *De vita Moysis.*

Virgo, a qua Deus veram carnem habuit. — D. Cyrilus Hierosolym. *Catech. 4.*

Virgo, de qua natus est ille, qui virginis efficit animas. — Ibid.

Virgo, de qua operæ pretium fuit apparere vitam. — Ibid.

Virgo, quæ verum et sumnum peperit Sacerdotem. — Ibid.

Virgo, ex qua Verbum vere humanitatem assumpsit. — Ibid.

Virgo sancta, ex qua unigenitus Dei Filius natus est. — Idem, *Catech. 4.*

Virgo sancta, quæ ex David processit. — Idem, *Catech. 12.*

Virgo sine viro pariens. — Ibid.

Virgo anima et corpore a Spiritu sancto purgata. — D. Gregor. Nazianz. *in Christi Nativit. et orat. 2, in Pascha.*

Virgo beata omnium seminarum, quæ præit sexum et genus. — Idem in tragœdia *De Christo paciente.*

Virgo supra omnes decora virgines, et maxima. — Ibid.

Virgo veneranda, casta, felicissima. — Ibid.

Virgo viri nesciens thorum, quæ se parituram Deum audivit angeli verbis. — Ibid.

Virgo domans omnia venena. — Aurel. Prudent. hymn. 3, ante cibum.

Virgo innuba Spiritui nupta. — Idem *in Apotheosi.*

Virgo de qua Deus jungens naturam suam humanæ, homo natus est. — Joan. episc. Hierosol. in lib. *De institut. monachor.* cap. 32.

Virgo beatissima, per quam Deus natus homo humani generis redintegravit imaginem, venenato serpentis morsu corruptam, ut sicut Opifex mundi a principio fuerat, sic esset usque in consummationem sæculi reparator. — D. Gaudent. tract. 13, *Contra avaritiam Judæ.*

Virgo Mater, quæ Christum velut apem virginem permansurum dedit. — Idem, tract. 19 et ult.

Virgo sacra, cuius partus inusitatus. — Idem, tract. 12, in illud *Nunc judicium est mundi.*

Virgo abscondita. — D. Hieron. in lib. 1, *Adversus Jovin.*

Virgo, quæ sola sine exemplo, sine macula, sine corruptione, sine virili commissione genuit Filium, gratia, nomine et opere, mundi Salvatorem. — Idem in Epist. *de Nativit. S. M. ad Chromatium et Heliodorum*, tom. IX.

Virgo semper beata et gloriosa de stirpe regia et familia David oriunda, in civitate Nazareth nata. — Ibid.

Virgo incorrupta. — Timotheus presbyter Hierosolym. in orat. *de propheta Simeone Dei susceptore.*

Virgo multo ac divino lumine circumfusa. — Ibid.

Virgo supra omnes inculpata et omnibus modis sancta, per illum qui habuit domicilium in ea. — Ibid.

Virgo expers nuptialis consuetudinis, de qua unigenitus Dei Filius absque semine corpus assumpsit. — Cæsar. *Dialogo 3.*

Virgo ex qua Deus sine aliqua commissione et conjunctione viri incarnatus, naturaliter factus est homo, manens Deus, quemadmodum vermis ex terra sine aliqua conjugatione carnem accipit et invitam producitur. — Ibid.

Virgo perpetua. — Idem, *Dialogo 4.*

Virgo absque maledicti acerbitate pariens fetus virgineum a veteris culpæ ægritudine liberum. — D. Basil. Seleuc. orat. *de Adamo.*

Virgo et Deipara, ex qua natus omnium Conditor et Dominus, in humanæ naturæ communicationem venit. — Idem, orat. *in Annunt. Deip.*

Virgo quæ nixum iul. non a natura ortum: sed a gratia et partu dispensationis, non consuetudinis. — Idem, orat. *in illud Matth. xx: Dic ut sedeant hi duo filii mei.*

Virgo sanctissima, sive ter sacrosancta, de qua qui cum laude graviterque dixerit, non ille quidem a veritate aberrabit, sed pro merito haud fecerit satis. — Idem, orat. *in Annunt. Deip.*

Virgo ab angelis enutrita, aucta, custodita, sanctificata, desponsata, ac in Dei domum, ac propria recensita. — S. Joan. Chrysost. tract. 7, in *S. Deip.*

Virgo cœlestibus potentiis præstantior; illæ enim eum timore et tremore assistunt, faciem velantes suam; humanum hæc genus illi offert, quem genuit. — Idem, orat. *in Hypap.*

Virgo desponsata quidem Joseph, sed reservata Iesu Dei Filio. — Idem, orat. *de Annuntiat. B. M. V.*

Virgo gignens, sed post partum virgo inventa: genuisse enim arguit natus infans, mansisse autem post partum virginem propria ejus corporis natura docuit. — Idem, hom. *in Christi diem Natal.*

Virgo ignota viro, et sola post partum virgo perpetua. — Idem orat. 7 in *S. Deiparam.*

Virgo intemerata, corruptionis omnis expers. — Ibid.

Virgo Mater virginis Infantis. — Idem, hom. *in Christi diem Natal.*

Virgo multioculis, et sex aligeris spiritibus splendidior, quæ vitæ rescriptionem nobis attulit, et per quod dissolutus est paries intermedium matriæ. — Idem, orat. *in Nativit. B. M. V.*

Virgo non de cœlo descendens, sed ex Davidis orta semine; non ex spiritu existens, sed corpore, et anima constans, quæ in utero accepit, ut uteri tumor rei argumento esset, nec tamen infantis intus positi sator appareret. — Idem, hom. *in Christi Natal. diem.*

Virgo, quæ incomprehensibilem in ulnis suscipiens, sine fatigione comprehendit. — Idem orat. 7 in *S. Deiparam.*

Virgo, quæ infantem genuit, nec generando corrupta fuit. — Idem hom. *in Christi Natal. diem.*

Virgo sacra, cuius infinita gratia — Ibid.

Virgo innocens, sine macula, omni culpa vacans, intemerata, impolluta, sancta anima et corpore; sicut lîlum inter spinas germinans; non docta Evæ mala, non muliebri vanitate foedata, non animalibus instituta fabulis, non malo auditu aures sorridata, non in honesto sermone polluta lingnam, non visu illico infecta oculos, quæ nativum colorem luxuriæ adductis coloribus non deturparit, non fucis genas obduxerit, non collo efformatis in torques lapis fulgorem asciverit, non manus armillis, pedesque aureis torquibus vinxerit, non unguentorum speciebus emollita sit, non splendi-

dam vestem ab hominibus sponsa acceperit, non erroris simulacra cordi insculpscerit; longe hæc facessant et similia [neque enim tenebris ad lucem ulla communio est], sed quæ needum nata, auctori Deo consecrata sit, nata vero grati animi monumentum sacra alumna, ut in sacrario ac templo moraretur, oblata fuerit, legis discipula Spiritu sancto delibata, divina gratia, ut palliolo amicta, animo divina sapiens, Deo corde nupta, sanctitatis splendores oculis spirans, auribus cantica insonans, lingua melliflua, labiis favum stillantibus, pulchra gressibus, moribus pulchrior; sermone venerabilis, actione venerabilior, mansueta moribus, mansuetior motibus, bona in hominum oculis, Dei obtutibus melior, quæ Deum ventre suscepit, vereque Deum partu ediderit, atque ut verbo dicam, tota pulchra ut propensa voluntas, totaque suavis ut cella unguentaria. — Idem orat. *in B. M. V.*

Virgo intemerata, ex qua splendor gloriae et figura occultioris Paternæ substantiæ carnem voluit assumere. — Ibid.

Virgo in vitæ obsequium electa pro ea quæ ad mortem ministra exsisterat virgo Eva. — Ibid.

Virgo manens virgo, etiamsi vere matris nomen obtinuerit. — Idem, orat. *in Natalem Domini.*

Virgo muliebri comprehensa sexu, at muliebris exors nequitiae. — Idem, orat. *in B. M. V.*

Virgo paradiso gloriosior: ille enim Dei cultura factus est. Hæc autem secundum carnem Deum ipsum excoluit, ubi voluit hominis copulari naturæ. — Idem, hom. 1, *de Nativit. Salvat. lecta in conc. Ephes. tom. I Conc.*

Virgo, per quam cessarunt Evæ tristia, per quam perierunt mala, per quam obsessit error, per quam maledictio abolita, per quam Eva redempta. Sanctum enim quod ex ea natum est. Sanctum, ac omnium sanctorum Sanctum, ac cuius sit, ut sanctitatem impertiat. — Idem in orat. *ad B. M. V.*

Virgo, quæ ipsum vicit deliciarum paradisum; ille namque sine semine genus omne plantatarum stirpium protulit, ex virgine terra exortis plantis; hæc autem Virgo melior est illa terra, non enim pomorum tulit arbores, sed virgam Jesse fructum salutarem hominibus afferentem. Et illa terra virgo erat, et ista virgo; sed ibi quidem arbores nasci præcepit Deus, hujus autem virginis ipse Creator secundum carnem factus est germen; neque illa terra ante arbores plantaria suscepit; neque hæc ex parte virginitatem læsit. — Idem, hom. 1, *de Nativit. Salvat. in concil. Ephes. tom. I Concil.*

Virgo, quæ peperit principium, principii expers; infantem temporibus superiorem, sæculis anteriores; Virginis prolem sempiternum ubera sugentem, matre seniorem, lactaneum omnia alentem, humana indutum forma, Dei splendorem, pauperem visu; regem nullum qui succedat, habentem. — Idem, orat. *in B. M. V.*

Virgo, quæ virginitatis integritate retenta, effecta est mater. — Idem, orat. 2, *de Nativit. Salvat.*

Virgo tota venerabilis, tota gloria, tota bona, omnem charitatem superans, tota lucis fulgoribus concreta veneranda, incomparabilis, celsissima, Deo digna, beatificanda. — Idem, orat. in *B. M. V.*

Virgo venerabilis, in cuius utero subsistens Spiritus, sapientia templum sibi non manufactum aedificavit, et habitavit in nobis. — Ibid.

Virgo Verbum edens, hominem factum, quæ eum, qui ex se natus est, hominem ostendit, et Verbum hominem enim ostendit effecta mater, sed et Verbum eumdem prodidit virgo perseverans, quod et prius fuit; neque enim illud amisit, hocque assumpsit, sed mansit virgo, quod erat, ac mater effecta est, quod non erat, quippe eum erat paritura, qui homo factus Deus perseveravit. — Idem, orat. in *Natalem Domini.*

Virgo virginitate divinæ ordinationi servans. — Ibid.

Virgo cui terra, et mare satellitum more subserviunt; hoc quidem placida sua navigantibus dorsa substernens; illa vero viatorum vestigia expedite deferens. — S. Proclus in orat. 1, de *Laud. S. V.*

Virgo habens uterum, mundo ipso ampliorem: quem enim ille claudere in se non poterat, iste circumplexus est ample. — Idem in orat. 4, quæ est in *diem Natalem Domini.*

Virgo innupta, nec unquam experta virum. — Ibid.

Virgo Mater, quæ contumacæ lignum, vitæ ligno reparavit. — Ibid.

Virgo pariens, virginitate minime vitiata. — Idem in orat. 18.

Virgo a profanis nuptiis, clamorosaque pompa immixtis, aliena et exsors. — Idem in orat. 4, quæ est in *diem Natalem Domini.*

Virgo pudica, casta, irreprehensa, inculpata, illibata, pia, Deoque chara, pura, impolluta. — Idem in orat. 6, quæ est de *Laud. B. M. V.*

Virgo quæ paradisum Adamo reservavit, imo et quæ paradi splendoris exstitit, quandoquidem ille a Deo fuit excultus, at ista Deum ipsum excoluit in carne. — Idem in orat. 4, quæ est in *diem Natalem Domini.*

Virgo, quæ virginitate non violata, imo integritate obsignata, peperit. — Ibid.

Virgo sacra et Deipara. — Idem in orat. 1, de *Laud. S. V.*

Virgo diva divini Spiritus sanctimonio omni parte delibuta. — S. Amphil. Sydæ episc. orat. in *S. Deip.*

Virgo Mater diva, summeque laudabilis. — Ibid.

Virgo, quæ mire excellenti divineque decenti ratione intemeratis ulnis gestavit eum, qui verbo omnia portat. Ad Hebr. 1. — Ibid.

Virgo secunda, quam Deus sine nota et crimine fabricatus est, sicut antiquam illam virginem, nempe quam sine probro condidit. — Ibid.

Virgo ubique laudatissima. — Ibid.

Virgo æterna. — D. August. serm. 18 de *Nativit. Domini*, qui est 22 *De tempore.*

Virgo ante partum, in partu et post partum. — Idem, serm. 19 ad *Fratres in eremo.*

Virgo a Spiritu sancto secundata. — Idem, lib. II, *De Symbol. ad catechum.*, cap. 5.

Virgo beata ac venerabilis. — Idem, serm. 2 in *Annunt. V. M.*

Virgo beatissima. — Idem, serm. de *Assumpt. B. V. M.*, tom. X.

Virgo de toto mundo electa. — Idem, serm. 10, de *Nativit. Domini*, qui est 14, *De tempore.*

Virgo habens filium nesciens virum. — Idem, serm. 9, de *Nativit. Domini*, qui est 17 *De tempore.*

Virgo illibata post partum. — Idem, serm. 13, de *Nativit. Domini*, qui est 15 *De tempore.*

Virgo lactans, angelorum et hominum cibum nutriens. — Idem in serm. de *Assumpt. B. V. M.*, tom. X.

Virgo sed Mater, sterilitate enim caruit, non pudore. — Idem serm. 20 de *Nativ. Dom.* et 24 *De tempore.*

Virgo, quæ partu suo recepit, et virginitatem, dum pareret, duplicavit. — Idem serm. 6 de *Nativit. Dom.* qui est 10 *De tempore.*

Virgo in æternum. — Idem serm. 18 de *Nativ. Dom.* qui est 22 *De tempore.*

Virgo in conceptu. — Idem serm. 2 in *Annunt. S. V.*

Virgo in conjugio. — Idem serm. 21 de *Nativ. Dom.* et 25 *De tempore.*

Virgo in libro Isaiae præfigurata, quæ concipiens in utero, non de viro, sed de Spiritu sancto, et gravida fuit, et incorrupta permanxit. — Id. serm. 2 in *Annunt. sanctiss. V.*

Virgo in partu. — Idem serm. 15 de *Nativit. Dom.* qui est 19 *De tempore.*

Virgo, per quam mundo reddita est salus. — Idem serm. 13 de *tempore*, qui est 17 *De tempore. Nativit. Dom.*

Virgo perpetua. — Idem in lib. de *Assumpt. B. M. V.* tom. IX Operum ejus.

Virgo post partum. — Idem serm. 6 de *Nativ. Dom.* qui est 1 *De tempore.*

Virgo puerpera in partu. — Idem serm. 2 de *Annunt. B. M. V.*

Virgo sacratissima. — Idem in serm. de *Assumpt. B. V. M.*, tom. X.

Virgo semper clausa, sed non insecunda, — Idem serm. 9 de *Nativ. Dom.* qui est 13 *De tempore.*

Virgo sine corruptione imprægnata. — Idem serm. 41 de *Nativit. Dom.* qui est 18 *De tempore.*

Virgo sine viro gravida. — Idem serm. 9 de *Nativit. Dom.* qui est 13 *De tempore.*

Virgo tam casta, ut esse potuerit virgo post partum. — Idem in serm. de *Assumpt. B. V. M.*, tom. X.

Virgo tam speciosa, ut eam Deus sibi elegerit in sponsam. — Ibid.

Virgo tam sancta, ut ad eam venire dignatus sit Spiritus sanctus. — Ibid.

Virgo tanti meriti, ut Dei Filium in semetipsam susciperet, et post partum omni modo Virgo permaneret. — Idem serm. 10 de Nativit. Dom. qui est 14 De tempore.

Virgo virilis ignara consortii. — Idem serm. 6 de Nativit. Dom. qui est 10 De tempore.

Virgo beata, cujus virginitas sic non est violata partu, ut non fuerat temerata conceptu. — D. Leo serm. 3 de Nativit. Dom.

Virgo electa de semine Abrabæ, ac de radice Jesse, per propheticas voces, et mystica signa promissa. — Idem serm. 10 de Nativit. Domini.

Virgo in Sacramentum pietatis, scilicet incarnationis electa, in qua et ex qua ædificavit sibi Sapientia domum, et formam sibi servi in similitudinem carnis peccati incommutabilis Verbi Deitas coaptavit. — Id. serm. de Nativit. Domini.

Virgo Regia Davidicæ stirpis a Deo electa. — Idem serm. 1, de Nativit. Domini.

Virgo Spiritu secunda. — Idem serm. 2 de Nativit. Domini.

Virgo concipiens, sed de Spiritu pariens, sed eum quem prædictis Isaías vii: « Ecce Virgo in utero accipiet, et pariet filium, et vocabitur nomen ejus Emmanuel, quod interpretatur Nobiscum Deus. » — S. Petrus Chrysogonus serm. 145.

Virgo, cui salva sunt omnia. — Ibid., serm. 142.

Virgo, cujus, qui mentem non stupet, animum non miratur, ignorat satis quantus sit Deus. — Idem, serm. 140.

Virgo, in cuius conceptu, in cuius partu crevit pudor, aucta est castitas, integritas roborata est, est solidata virginitas, omnes perseveravere. — Idem serm. 142.

Virgo, quæ omnium genuit Salvatorem. — Idem serm. 144.

Virgo, quæ peperit Deum cœli, Regem terræ, orbis Dominum, Reparatorem mundi, Mortificatorem mortis, Redditorem vitæ, perpetuitatis Auctorem. — Idem serm. 146.

Virgo, quam Deus sibi vertit in Matrem. — Idem serm. 140.

Virgo, quam Genitricem dici pietas voluit, quam non sinebat integritas. — Idem serm. 142.

Virgo, quam gratia Matrem præstitit, non natura. — Ibid.

Virgo vere benedicta, quæ et divini germinis suscepit gloriam, et Regina totius exstigit castitatis. — Idem, serm. 143.

Virgo vere benedicta, quæ et superni conceptus meruit gratiam, et sustulit integratatis coronam. — Ibid.

Virgo vere benedicta, quæ et virginitatis possidet deus, matris et protulit dignitatem. — Ibid.

Virgo vere benedicta, quæ fuit major cœlo, for-

tior terra, orbe latior : nam Deum quem mundus non capit, sola cepit, portavit enim qui portat orbem, genuit Genitorem suum nutritivit omnium viventium Nutritorem. — Ibid.

Virgo innuba, quæ suum peperit Parentem. — Sedulius lib. ii Carminum.

Virgo post partum nitens nullo temerante pudorem. — Idem in hymno de Christo, qui incipit Cantemus socii.

Virgo nova, quæ facinus antiquæ Virginis piavit. — Ibid.

Virgo Deipara, ex qua natus est Deus verus, et homerationabiliter animatus. — D. Cyrillus homil. i de Incarnat.

Virgo in omni genere sanctitatis perfecta. — S. Sabbas in Menæis Græcorum, die 24 Martii.

Virgo sacrosancta, ab omni nævo intacta. — Idem in Menæis Græcorum, die 5 Januarii.

Virgo sanctissima, quæ universi Nutritorem latavit überibus. — Idem in Menæis Græcorum, die 17 Januarii.

Virgo gratia repleta. — D. Fulgentius de fide ad Petrum diac., cap. 2.

Virgo incorrupta, cujus uterum Deus, ex ea nasciturus, implevit. — Idem lib. De fide ad Petrum diac. cap. 2.

Virgo inviolata, per cujus partum peccatum, et poena peccati, quæ per seclus corruptæ mulieris intravit in mundum, aufertur a mundo. — Ibid.

Virgo quam Deus, qui de ea fuerat nasciturus, ita singulari gratia prævenit atque replevit, ut ipsum haberet ventrissui fructum, quem ex initio habuit universitas Dominum, et ipsum sibi videret nascendi solemnitate subditum, quem in unitate Paternæ substantiæ, non solum humana, sed etiam angelica creatura cognoscit et adorat Altissimum. — Ibid.

Virgo quæ Deum cœli ineffabiliter concepit, ac peperit. — Idem de Incarnat. et gratia Jesu Christi, cap. 6.

Virgo quæ secundum hominem, incorrupta virginitate, concedit. — Idem serm. de duplice Nativit. Christi.

Virgo sancta, quæ Deum Verbum, secundum quod caro factum est, concepit. — Idem De Incarnat. et gratia, cap. 6.

Virgo a Conditore mundi præelecta, quæ illum, qui ante omnia sæcula genitus est, absque Matre ab aeterno Patre concepit. — D. Eleutherius serm. in festum Annunt. B. V.

Virgo a nobis merito laudanda. — Ibid.

Virgo illibata, de qua Deus verus, idem Dominus noster Jesus Christus, juxta humanitatem genitus est. — Idem in orat. ad Deum pro fide et ecclesiæ Tornacensi.

Virgo quæ absque virili semine concepit, et absque aliqua carnis infestatione parturivit. — Ibid.

Virgo quæ Deum hominem absque homine produxit. — Ibid.

Virgo quæ Domino illibatam exhibuit castitatem.
— S. Eleutherius serm. *in festum Annunt. B. V.*

Virgo quæ illum concipiens, quem Pater ab initio invisibilem generat, nobis visibilem produxit virgo permanens post partum. — Idem serm. *de Incarnat. Dom.*

Virgo quæ lumen, quod cillumina omniem hominem venientem in hunc mundum, i. Joan. v., parturivit. — Idem in serm. *de Natali Dom.*

Virgo quæ permanens in castitate, Dei Filium terris edidit, et post admirabilem partum in virginitate consistens, Christum Jesum divino lacte nutrita. — Idem in orat. *ad Deum pro fide et Ecclesia Tornaceusi.*

Virgo post partum a nobis veneranda. — Idem serm. *in festum Annunt. B. V.*

Virgo tanti existens meriti, ut non tantum meruit Salutatione angelica visitari, sed intra claustra virginalis uteri illum comprehendere, qui nullo modo poterat comprehendendi. — Ibid.

Virgo innupta et sancta, quæ non ex viri semine, sed de Spiritu sancto concepit. — Leontius orat. *in Purificat. B. M. V.*

Virgo sanctissima, omni munditia ac sanctitate plena. — Idem orat. *in Purificat. B. M. V.*

Virgo de cuius alvo Dei Filius emicavit. — Auctor subdiacon. lib. ii *Historiæ apostolicæ.*

Virgo sacra, ad partum generalia novum. — Idem lib. ii, *Histor. apost.*

Virgo secunda, fugans mala criminis Evæ, restituens, quæ prima tulit. — Idem lib. i *Historiæ apostol.*

Virgo parens Joannis absque partu. — Nonnus *in Paraphrasi 5 secund. Joan. Evangelii.*

Virgo partu felix. — Ibid.

Virgo sancta, ex qua Dei Filius processit ad sanitatem generis humani. — Entychianus in *Vita S. Theophili.*

Virgo immaculata, ex qua magnus ille pastor agnus natus est. — S. Andreas Cret. in can. *de Nativit. B. M. V.*

Virgo immaculatissima, ac viri nescia, ex qua gentium salus et exspectatio. — Idem orat. *de Nativit. B. M. V.*

Virgo ipsorum Seraphin vincens naturam, miraculo Dei generationis. — Idem orat. *1 de Dormit. B. V.*

Virgo munda, atque immaculatissima, e tota natura electa. — Idem orat. *de Nativit. B. V.*

Virgo munificentissima, maxima reddens proximis. — Idem orat. *3 de Dormit. B. V.*

Virgo omni prorsus macula carens. — Idem orat. *de Nativit. B. V.*

Virgo, quæ sine viri copula peperit omnium nutritorem. — Idem can. *in Isaiam. proph.*

Virgo quæ sola post partum incorrupta apparuit, et pura, quippe quæ sola sine passione et corruptione secundum carnem Deum nostrum concepit. — Idem can. *in Exaltat. sanctæ crucis.*

MARLÆ SCRIPTA, ACTA, ETC.

Virgo quæ sola præter naturam fuit electa ad naturam renovandam et quæ sola serviit Opifici universæ naturæ. — Idem orat. *3 de Dormit. B. V.*

Virgo, quam ante omnes generationes naturæ totius Creator elegit. — Idem orat. *de Nativit. B. V.*

Virgo semper florens, ex qua Deus carnem assumpsit. — Idem in can. *de Nativit. B. V.*

Virgo, supra quam dici possit, omni labore carens et viri nescia, de qua Christus, ipsa salus, exspectatio gentium. — Idem orat. *de Nativit. B. V.*

Virgo divina ac beata. — Anastasius Antiochen. in orat. *2 in Annunt. B. V.*

Virgo cui prophetæ tribunnt laudes. — Isychius serm. *2 de Laud. sanctiss. V.*

Virgo Deipara, cuius talis ac tanta extitit dignitas, ut unigenitus Dei Filius, mundi Conditor, velut infans gestaretur ab ea. — Ibid.

Virgo quæ usque adeo omnibus antecellit, ut ipsum Deum Verbum volentem suscepit, quem ipsa citra ullam loci angustiam comprehendit. — Idem serm. *1 de Laud. sanctiss. V.*

Virgo secunda virginis primæ, scilicet Evæ, omnino contraria, nam cum Eva concluderetur molestiis, per sententiam condemnatoriam ob transgressionem, inflictis, et ab ea gemitus plurimi prodirent, omnisque mulier illius causa in dolore esset constituta, et partus omnis propter eam acerbitatem pareretur, Maria miseriam omnem semini sexus repulit, omnemque tristitiae fontem, qui inter pariendum adesse solet, obstruxit, et numerum desperationis, qua premuntur mulieres in partu, dissipavit, et lumina lætitiae apud contribules coruscare fecit. — Ibid.

Virgo beatissima. — D. Gregorius Magn. in lib. I *Regum cap. 1.*

Virgo casta, in qua Verbum Patris per Spiritum sanctum inhabitavit, et ortum ex ea, qui omnem rationem excedit, sumpsit. — S. Sophronius in orat. *de Angelor. excellentia.*

Virgo cuius utero Deus, salutis nostræ causa, nobis per omnia assimilatus, se circumscribi sustinuit. — Idem orat. *in Christi natalitia.*

Virgo ex qua Deus prodiens, in manifestissimum omnipotentis Divinitatis suæ judicium, et argumentum integrum incorruptamque conservavit, ipsamque nihilominus Deiparam esse palam ostendit. — Ibid.

Virgo immaculata, ex cuius virginali sanguine Verbum vere factum est incarnatum. — Idem in epistola *ad Sergium Constantinopolit.*

Virgo quæ Deum in lucem edidit. — Idem orat. *in Christi natalitia.*

Virgo sanctissima, in sacra Bethlehem cisterna, cuius aquam desideravit David, mystice designata. — Ibid.

Virgo Dei Mater. — S. Alcimus Avitus in libello *De consolatoria castitatis laude ad Fuscinam sororem.*

- Virgo Spiritu sancto secunda.* — Ibid.
- Virgo ante partum.* — D. Isidorus, *De vita et morte sanctorum.* cap. 68.
- Virgo in partu.* — Ibid.
- Virgo post partum.* — Ibid.
- Virgo pura et unica, quæ sine peccato concepit Iesum, et peperit Creatorem et Redemptorem mundi.* — D. Severus Alexandr. in lib. *de Ritibus baptismi.*
- Virgo sanctissima, et laudatissima, ex qua unigenitus Dei Filius incorporatus est.* — Ibid.
- Virgo ad quam non veniens, properat ad gehennam.* — D. Ildephons. in lib. *De virginit. S. Marie,* cap. 4.
- Virgo ante conjugium, virgo in conjugio, virgo prægnans, virgo pariens, virgo lactans.* — Id. serm. 2 in *Nativit. B. V. M.*
- Virgo ante Filii adventum.* — Idem in lib. *de Virginit. S. M.* cap. 1.
- Virgo augustissima.* — Ibid.
- Virgo beata et venerabilis.* — Idem serm. 2 de *Assumpt. B. M.*
- Virgo beatissima quæ mundum pugillo continentem pannis involvit.* — Idem serm. 4 de *Assumpt. B. M.*
- Virgo benedicta et gloriosissima, quæ non dico quod non ex communi lege naturæ, sed etiam nec ex natura primæ originis, Filium, neque ex semine viri, sed de Spiritu sancto, ex sua carne divinitus procreatum, sine ulla vitiorum colluvione Deum et hominem protulit.* — Idem lib. *De perpetua virginit. Mariae et de ejus parturit.*
- Virgo castitate concipiens, non ex viro, sed de Spiritu sancto pariens, non dolore, sed gaudio.* — Idem serm. 4 in *Nativit. B. M. V.*
- Virgo clarissima, stirpe David progenita.* — Idem serm. 1 de *Assumpt. B. M.*
- Virgo concipiens sine viro.* — Idem in lib. *De virginit. S. M.* cap. 3.
- Virgo cujus gloria transiit in Genitricem.* — Idem in lib. *de virginit. M.* cap. 2.
- Virgo cum Filii nativitate.* — Ibid.
- Virgo cum Filio nascituro.* — Ibid.
- Virgo cum Genitricis officio.* — Ibid.
- Virgo Dei Genitrix.* — Idem lib. *De perpetua virginit. S. M. et de ejus parturit.*
- Virgo et Mater ineffabilis, donis munerata, et privilegiis sublimata divinis.* — Idem serm. 2 de *Assumpt. B. M. V.*
- Virgo ex Deo.* — Idem in lib. *De virginit. S. M.* cap. 1.
- Virgo generans incorrupta.* — Idem in lib. *De virginit. S. M.* cap. 3.
- Virgo genere Abrahæ orta, in cuius semine benefiebant omnes gentes de tribu Juda.* — Idem serm. 1 de *Assumpt. B. M.*
- Virgo gloriosa, cuius ineffabile meritum longe ante, et figuris legalibus, et prophetarum oraculis praenuntiabatur.* — Idem serm. 6 de *Assumpt. B. M.*
- Virgo gloriosa, cuius uberibus Conditor mundi insans nutritur.* — Idem sermone 4 de *Assumpt. B. M.*
- Virgo immaculata, quæ clavis concepit visceribus, et clavis et incorruptis peperit sine dolore, sine gemitu et sine tristitia et ærumna.* — Idem lib. *De perpetua virginit. S. M. et de ejus parturit.*
- Virgo in cuius utero omnis Ecclesia subbarhatur, conjuncta Deo fædere sempiterno.* — Idem serm. 2 de *Assumpt. B. M.*
- Virgo indubitate, etiam dubitante sponso.* — Idem in lib. *de virginit. S. M.* cap. 4.
- Virgo innupta ex Filio, beta fide concipiens, gaudio pariens, virgo ante partum, virgo in partu, virgo post partum.* — Idem serm. 4 de *Assumpt.*
- Virgo integra cui fecunditas matris data est.* — Idem serm. 1 in *Nativit. B. M.*
- Virgo judice sponso.* — Idem in lib. *de Virginit. S. M., cap. 1.*
- Virgo lactans Dominum cœli, angelorum cibum et hominum nutriendis.* — Idem serm. 7 de *Assumpt. B. M.*
- Virgo maternam accipiens veritatem.* — Idem lib. *De virginit. S. M. cap. 2.*
- Virgo Mater visceribus secundis, et genitalibus integris.* — Idem serm. 1 in *Nativit. B. M.*
- Virgo mirabilis.* — Idem serm. 1 de *Assumpt. B. M.*
- Virgo non qualiscunque, sed una ex numero prudentium, et prima omnium inter primos, quæ vadit post Agnum proximior, quoque ierit.* — Idem serm. 1 de *Assumpt. B. M.*
- Virgo nostra ex fide, ex honoriscentia, ex laude, ex glorificatione, ex dilectione, ex prædicatione.* — Idem in lib. *De virginit. M., cap. 3.*
- Virgo parturiens integra.* — Ibid
- Virgo perennis cum conuge simul et prole.* — Ibid.
- Virgo per quam cognoverunt omnes a parvo usque ad magnum Deum vivum.* — Idem in libro *De virginit. S. M., cap. 4.*
- Virgo per quam conversi sunt ad Dominum omnes fines terræ.* — Ibid.
- Virgo per quam Dominus notum fecit salutare suum, et ante conspectum nostrum revelavit justitiam suam.* — Ibid.
- Virgo per quam invenerunt Deum, qui per ob-servantium legis invenire non potuerunt.* — Ibid.
- Virgo per quam terra omnis impleta est gloria Dei.* — Ibid.
- Virgo per quam viderunt omnes salutare Dei.* — Ibid.
- Virgo per conceptum.* — Idem in lib. *De virginit. S. M. cap. 1.*
- Virgo post Filii generationem.* — Ibid.
- Virgo post Filium natum.* — Ibid.

Virgo prudens, et una ex numero prudentium virginum. — Id. serm. 4 de Assumpt. B. M.

Virgo pudica, corpore decora, animo fulgida, fide perspicua, mente praelata, amore virginitatis devota, ad obediendum parata, ministerio sibi credito cauta, in persecutione pacifica, in Passione Christi mente compassa, a prophetis Dei predicta, a philosophis sanctis praetata, ab archangelo salutata, a Spiritu sancto fundata, atque ab eodem adumbrata, seminis viri ignara, prole Filii secunda. — Ibid.

Virgo quæ pro maledictione primæ originis, benedictionem attulit mundo. — Idem in lib. *De perpetua virginit. S. M. et de ejus parturit.*

Virgo quam assignat generatio. — Idem in lib. *De virginit. S. M. cap. 2.*

Virgo quam Deus sine corruptione adiit. — Idem in lib. *de virginit. S. M. cap. 1.*

Virgo quam evidenter, et persona, et natura diuitiatis aggressa est. — Idem in lib. *de virginit. S. M. cap. 8.*

Virgo, quam gravitas Matris honorat. — Idem in lib. *de virginit. S. M. cap. 2.*

Virgo quam maternus non impedivit partus. — Ibid.

Virgo, quam nobilitat fetus. — Ibid.

Virgo, quam non violavit fetus. — Ibid.

Virgo sacra, quæ sacrato ubere Matris aluit acte eum, qui præsentia majestatis sue in cœlis angelos pascit. — Idem serm. 4 de Assumpt. B. M.

Virgo sancta quæ sola resulxit inter filias ac lillum inter spinas. — Idem serm. 1 de Assumpt. B. M.

Virgo sanctissima, quæ cum qui cuncta pascit, cœlestia et terrestria simul et regit, lacte carnis aluit et nutritivit. — Ibid.

Virgo simul et sponsa. — Idem serm. 3 de Assumpt. B. M.

Virgo sola Mater Dei. — Idem in lib. *De virginit. S. M. cap. 12 et ultim.*

Virgo tam sancta, ut ad eam venire Spiritus sanctus sit dignatus; tam speciosa, ut eam Deus elegerit sponsam, tam casta, ut potuerit esse virgo post partum. — Id. serm. 1 in Nativit. S. M.

Virgo vere, quia integra et incorrupta — Idem, in hom. contra eos qui mendose affirmant: *Virginem contra legem Dominum peperisse.*

Virgo æterna. — *Anonymous* in *Menæis Græcorum*, die 5 Julii.

Virgo Dominipara, quæ ipsissimum Deum nostrum ac Dominum, sola nostra miseratione incarnatum, dedit in lucem. — Idem in *Menæis Græcorum*, die 7 Februarii.

Virgo innocentissima, quæ generis humani naturam, in limum terræ conversam, ad indolem plane cœlestem reduxit. — Idem in *Menæis Græcorum*, die 18 Martii.

Virgo nœvus omnibus libera. — Idem in *Menæis Græcorum*, die 4 Januarii.

MARLÆ SCRIPTA, ACTA, ETC.

Virgo quæ nuptiarum expers, peperit, et virgo permanxit. — Idem in *Euchologio seu Rituali Græcorum* in Officio aquæ benedictæ minoris.

Virgo quæ Salvatorem et Dominatorem mundi et Dominum peperit. — Ibid.

Virgo quæ supra naturæ modum, ac morem in immaculato utero suo Dei Verbum concepit. — Idem in *Menæis Græcorum*, die 25 Martii.

Virgo Salvatorem et Deum enixa. — Idem in *Euchologio seu Rituali Græcorum* in Officio communis supplicationis.

Virgo sola pura et illibata. — Idem in *Euchologio seu rituali Græcorum* in Officio funereo in sacerdotem vita functum.

Virgo ad se attrahens Deum. — Georgius Nicomed. in orat. de S. Dei Parentis exitu, quando fuit oblata in templo.

Virgo a naturæ inquinamentis exempta. — Idem orat. 3 de Præsentat. B. M. V.

Virgo omni pretio major. — Ibid.

Virgo per quam lapsus facta est reparatio. — Idem in orat. de exitu S. Dei Parentis, quando fuit oblata in templo.

Virgo unguentifera. — Idem in orat. in S. M. assentiam in sepulcro.

Virgo beata, cœlestibus culminibus omnino excelsior, atque angelis omnibus, forma licet divina præstantibus, specie sua longe antecellens. — S. Germanus Constant. orat. in Annuntiat. B. M. V.

Virgo, de qua scriptum Isaï. vii: « Ecce virgo concipiet et pariet filium, et vocabitur nomen ejus Emmanuel. » — Idem serm. in Nativit. B. M. V.

Virgo immaculata atque impolluta. — Idem in suo Mariali, fragm. 15.

Virgo immaculatissima, in quam si quis innumerata dicat elegia, nunquam sequetur scopum: tantum abest, ut illum attingat, et propositum in ea laudanda assequatur, cum illa supereret omnem dissertationam linguam, et omnem mentis aciem prætergrediatur. Etenim ejus magnalia vastissimum perlagus fecit gutta illa cœlestis, quæ ab ipsa manavit. — Idem orat. in Præsent. B. M. V.

Virgo landatissima et gloriosissima, omni ex parte intemerata et nulli culpæ obnoxia. — Idem in Zon. Deiparæ.

Virgo nesciens thalamum ac carnalis voluptatis dedecore carens. — Idem in suo Mariali, fragm. 15.

Virgo omnium purissima. — Id. orat. in Annuntiat. B. M. V.

Virgo purissima, et omni celebratione et veneratione digna. — Ibid.

Virgo, cuius ventrem non ussit ignis divinitatis, sicut nec fornax pueros. — Cosmas Hicrosolymit. in *Theogoniam*, hymn. 1.

Virgo, ex qua Conditor perditum hominem substantificavit, veritate incarnatus. — Ibid.

Virgo, ex qua sine sorde incarnatur Christus,

natus sine semine ex Deo, et Patre. — Idem in *Theogoniam*, hymn. 2.

Virgo in qua incorrupte habitavit Deus Verbum. — Idem in *Theogoniam*, hymn. 15.

Virgo, quæ in ventre concipiens, peperit Deum hominem factum, manens virgo. — Idem in *Theogoniam*, hymn. 4.

Virgo a Deo magnificata ac preordinata, atque in maximam nostram utilitatem creata. — S. Jo. Damase. orat. in *Annunt.* B. M. V.

Virgo carens omni macula. — Idem can. in *S. Julianum*.

Virgo, cuius laudatione sinceris fidelibus omnino non adnascitur satietas; semper enim desideriis divinis et spiritualibus cumulantibus velut Dei Matrem illam magnificant. — Idem in *Octoecc. Græcorum*.

Virgo Dominipara. — Idem can. in *SS. apostol. Petrum et Paul.*

Virgo maritalis thalami nescia. — Id. can. 1 *Dorm.* B. M. V.

Virgo nuptias non experta, quæ in utero suo habuit eum, qui est Deus super omnia, et peperit Filium temporis expertem omnibus eum laudantibus pacem largientem. — Id. in *Octoecc. Græcorum*.

Virgo tota sancta, quæ angelis superior apparuit, quippe quæ omnium Salvatorem peperit. — Idem can. in *S. Leontium*.

Virgo ab omni culpa immunis. — S. Jo. Dam. in *parad.* B. M. V.

Virgo ab omni labe mundissima. — Ibid.

Virgo ab omni labe pura. — Ibid.

Virgo ab omni macula immunis. — Ibid.

Virgo alma, quæ unum e Trinitate peperit Filium prædivinum, et propter nos incarnatum. — Idem in *Canticis ecclesiast.* Græcor. sono 1.

Virgo ante partum, in partu et post partum. — Idem orat. 2 de *Assumpt.* B. M. V.

Virgo a partu, et semper virgo, ut quæ ad extremum usque spiritum nunquam cum viro consuetudinem habuerit; quonam enim modo ea quæ Deum genuerat, atque ex eorum quæ postea sequuta erant, experimento miraculum cognoverat, viri complexum admisisset? — Idem lib. iv de *fide orthodoxa*, cap. 15.

Virgo beata, ex qua ineffabiliter Deus homo factus est, et hominem modis omnibus induit. — Idem in *ecclesiast. canticis Græcor.* sono 2.

Virgo beatissima, quæ gentium expectationem Christum Dei, inno ipsummet Deum ac Dominum virginio modo in virgineo utero peperit. — Idem orat. 2 de *Nativ.* B. M. V.

Virgo casta, in eujus sinu habitat is qui sinu Parentis æterni non abscedit. — Idem in *cantic. Græcor.* sono 1.

Virgo casta, per eujus uteri januam inviam, atque clausam Sol justitiae transivit, atque mun-

do illuxit. — Id. in *Cantic. ecclesiastic.* Græcor. sono 2.

Virgo castissima Deique Sponsa. — Idem in *cantic. ecclesiastic.* Græcor., sono 1.

Virgo, cuius conceptum monstrabat scala non fabricata, et mire indurata per mare via. — Idem in *cantic. ecclesiast.* Græcor., sono 2.

Virgo, cuius gloriæ excellentia omni laudum lege est major. — Idem in *Canticis Græcorum* sono 1.

Virgo, cuius incomprehensa Conceptionis imensa est abyssus. — Ibid.

Virgo, cuius partui adsunt servorum more ordinis cœlici obstupescentes merito, quod ejus virginitas puerperio duret. — Ibid.

Virgo, cuius partus captum antecellit humanæ mentis. — Idem in *Carminz de Epiph.*

Virgo, cuius utero, mirando modo, contentum est essentia sua ipsius Verbum Dei, continens omnia sæcula. — Idem in *ecclesiast.* Græcorum *canticis*, sono 2.

Virgo, cuius uterum virgineum omnium Rex habitavit. — Idem in *canticis ecclesiasticis*, sono 1.

Virgo Deipara, ex qua unigenitus Filius et Verbum Dei et Deus, ob viscera misericordiae suæ salutemque nostram benigna Patris voluntate, Spiritusque sanctissimi cooperatione, absque semine conceptus, citra corruptionem natus est homo. — Id. lib. i de *fide orthodoxa*, cap. 2.

Virgo Deiparens, ex qua Verbum caro absque ulla mutatione factum est. — Idem lib. iii de *fide orthodoxa*, cap. 1.

Virgo divinitus gratia donata. — Idem orat. 1 de *Nativ.* B. M.

Virgo et Mater Dei. — Ibid.

Virgo et Virginum amans. — Idem orat. 2 de *Assumpt.* B. M.

Virgo exceedens omnes terminos mortalium. — Idem in *carm. de Christi Nativ.*

Virgo, ex qua corpus assumens Virtus Altissimi, hypostasis perfecta, Dei Sophia inter nos versata est. — Idem in *cantic. eccles.* Græcor. sono 2.

Virgo, ex qua Deus modo essentiam superante, in temporalem existentiam venit. — Idem orat. 2 in *Nativ.* B. M.

Virgo, ex qua incarnatum est, quod ante carne carebat, Verbum. — Idem in *canticis Græcorum*, sono 1.

Virgo ex qua, qui est ante sæcula ut sæculi factor, volens carnem puer assumpsit. — Idem in *canticis ecclesiast.* Græcor., sono 2.

Virgo, ex qua sine semine Dei Filius incarnatus est. — Idem in *Cantic. Græcor.*, sono 1.

Virgo, ex qua sub mundi finem, sine viro, in carnatus est Altissimus. — Idem in *cantic. eccles.* Græcor., sono 2.

Virgo immaculata, quæ cum terrenis affectionibus commune nihil habuit, sed coelestibus cogita-

tionibus educata est. — Idem orat. 2 de *Assumpt.*
B. M. V.

Virgo inculpatissima, quæ unam duabus in naturis hypostasim, Deum incarnatum peperit. — Idem in canone de *SS. Trinitate*.

Virgo, in cuius ventre immensa bonitate esse voluit, qui antea essentiam omni dedit creaturæ. — Idem in *canticis ecclesiast.* *Græcor.*, sono 2.

Virgo innocentissima. — Idem in *Paracl.* *B. M. V.*

Virgo, in qua ad vocem angeli incarnatus est universi Dominus. — Idem in *canticis eccles.* *Græcor.*, sono 4.

Virgo, in qua Spiritus sanctus sacram Verbo carnem condidit. — Ibid.

Virgo intacta, cuius partum mysticum omnes prædixerunt vates. — Ibid.

Virgo intacta, in qua hominum primi parents exhibilarantur Eden ejus auspiciis recepta, quam a transgressione amiserant. — Ibid.

Virgo intemerata, inculpatissima. — Idem in canone de *SS. Trinitate*.

Virgo laudabilissima a dæmonum vexatione ac tyraunide, atque ab omni poena liberans nos. — Idem in *Paracl.* *B. M. V.*

Virgo laudatissima, quæ lumen, quod est ex lumine, nobis oriri fecit. — Ibid.

Virgo laudibus omnibus celebranda. — Ibid.

Virgo Mater effecta. — Idem orat. 3 de *Nativit.*
B. M. V.

Virgo Mater immaculata. — Idem in *Paracl.* *B. M. V.*

Virgo materna libertate apud Filium prævalens. — Idem in *canticis ecclesiasticis Græcorum*, sono 2.

Virgo nescia viri. — Idem in *Paracl.* *B. M. V.*

Virgo omni labore carens. — Ibid.

Virgo orta ex Davide, et præparata Deo. — Idem orat. 2 de *Nativit.* *B. M. V.*

Virgo perpetua, quæ Deum in lucem edidit. — Idem orat. 4 de *Assumpt.* *B. M. V.*

Virgo perspicue glorificans eos qui pie ejus laudant miracula. — Idem in *canticis Græcorum*, sono 4.

Virgo priscae fornicationis adversaria. — Idem orat. 4 de *Nativ.* *B. M. V.*

Virgo prolem enixa, sola inter virgines puerpera, matrumque more gestans, quæ sunt virginum propria, quæ res stuporis immensitate omne longe portentum supererat. — Idem orat. 4 de *Nativ.* *B. M. V.*

Virgo pura et thalami nescia, quæ Deum utero suo ineffabiliter concepit, et peperit Filium ante principium, sine principio exsistentem. — Idem in *Paracl.* *B. M. V.*

Virgo purissima ac divina gratia beatitudine amplissime cumulata. — Ibid.

Virgo, quæ hominibus partu Deum dedit. — Idem in *cantic. ecclesiastic.* *Græcor.*, sono 2.

Virgo, quæ partu suo immaculato Evam a doloribus solvit. — Idem in *Paracl.* *B. M. V.*

Virgo, quæ sine nuptiali congressu concepit, et post partum iterum *Virgo* apparuit. — Idem in canone de *SS. Trinitate*.

Virgo, quæ sine semine concepit, atque *Virgo* semper mansit, ita demonstrans germanæ Divinitatis Filii, Deique sui symbola. — Idem in *cantic. ecclesiastic.* *Græcor.*, sono 2.

Virgo, quæ sine semine ex fulgore divino peperit Christum, gemmam omnium pulcherrimam. — Idem in *cantic. Græcor.*, sono 4.

Virgo, quæ vitam incorruptibilem concepit, et mundi Redemptorem Regemque peperit. — Idem in *Paracl.* *B. M. V.*

Virgo, quam Isaias propheticò Spiritu filium concepturam ac paritum prædictit, hoc est, eum, qui vere nobiscum Deus est, id est, post assumptam humanitatem, Deus quoque esse non destitit. — Idem orat. 4 de *Assumpt.* *B. M. V.*

Virgo sancta, quam si quis Dei Genitricem non confitetur, a Deitate remotus est. — Idem orat. 4 de *Nativ.* *B. M. V.*

Virgo sola omni laude dignissima. — Idem in *Paracl.* *B. M. V.*

Virgo summe immaculata. — Ibid.

Virgo tota immaculata. — Ibid.

Virgo tota lucida, quæ lucis datorem Deum peperit, oculos cordium nostrorum luce cognitionis divinæ illuminans. — Ibid.

Virgo tota sine macula. — Ibid.

Virgo unica, quæ sine naturæ lege peperit Dominum universi mundi. — Idem in *cantic. ecclesiastic.* *Græcor.*, sono 2.

Virgo prætnera, quæ Deum et regem angelorum procreavit. — Joan. Euchaita in *Menœis Græcor.*, die 30 Januarii.

Virgo omni ex parte purissima et incontaminata — Joannes Eubechus orat. in *Concept. S. Dei Genitricis.*

Virgo cœlesti pignore facta, edens ex alvo salvantem sæcula Regem. — Althelm. de *Laud.* *V.*

Virgo favorabilis ante sacri sermonis receptaculum, et favorabilior post cœlestis puerperii præconium. — Idem in lib. de *Laudib.* *V.*, cap. 22.

Virgo gloria, sanctissima, beatissima, quæ suis in laudibus humanæ vocis modos exsuperat. — Paulus Diac. serm. 2 de *Assumpt.*

Virgo singularis gloriæ, quæ universo mundo peccati labore tabido, generaliter salutem invexit. — Ibid.

Virgo beata, quæ salva sui integritate corporis Deum edidit et hominem. — Albinus Flaccus lib. 3 de *SS. Trinitate*, cap. 14.

Virgo beata, ex qua corpore contracto Deus et Verbum homini se devinxit. — D. Theod. Studites in serm. *Catech.* 65

Virgo, ex qua Deus regiam gestans stolam, hominibus apparuit in hominum forma. — Idem

in Canone qui canebatur in erectione sanctorum imaginum.

Virgo purissima a Deo glorificata. — Ibid.

Virgo castitatis consummatissimæ. — Theoph. Nicænus in *Menœis Gracor.*, die 7 Januar.

Virgo cujus Conceptionis modus inenarrabilis. — Idem hymn. in *Annuut. S. Deiparæ.*

Virgo immaculata, et omnium sacratissima, ex qua donorum nobis cœlestium, quæ mentem humanam excedunt, scaturigo promanat. — Idem in *Menœis Gracor.*, die 17 Januarii.

Virgo semper immaculata, quæ inviolata manente virginitate Verbum peperit cum carne incorporeum. — Ibid.

Virgo ab omni nævo mundissima. — S. Joseph. hymn. in suo *Mariali.*

Virgo ab omni prorsus labe pura. — Ibid.

Virgo ab omni prorsus macula immunitis. — Ibid.

Virgo ab omnibus laudata. — Ibid.

Virgo amatrix benignitatis, haurire faciens effuse omnes de suarum flumine misericordiarum. — Ibid.

Virgo amatrix bonorum, bonas efficiens animas nostras peccati malitia depravatas, dum bonum Deum ac Dominum peperit. — Ibid.

Virgo amica bonorum, quæ bona Dominum ac Dominatorem peperit, animam nostram multitudine malorum vitiatam, tanquam bona efficiens bonam. — Ibid.

Virgo a nævis omnibus intacta. — Ibid.

Virgo angelis honorabilior, pariens illum, qui ipsos angelos creavit. — Ibid.

Virgo animarum nostrarum vires quadam multiplicium peccatorum paralysi dissolutas, quasi nervis quibusdam corroborans. — Ibid.

Virgo apud Deum gratiosissima, parieus carne Deum, qui solvit mortis vincula, et corruptione omnes liberavit. — Ibid.

Virgo beatissima, illibata puritate, in qua naturæ leges innovatæ sunt, quia supra naturam Verbum peperit. — Ibid.

Virgo carens omni macula, tota casta ac benedicta. — Ibid.

Virgo castissima, ex qua Dominus altissimus, cum esset verus Deus, humanam formam suscepit, atque hominem deificavit, eumque a corruptione erectum incorruptione donavit. — Ibid.

Virgo castissima, quæ sola unum Trinitatis peperit in duabus substantiis, unaque hypostasi conspicuum. — Ibid.

Virgo castissima, quæ Verbum, quod ante a carne erat immune, ex se incarnatum, eo modo quo Deo dignum ac decens erat, concepit, et supra naturæ ordinem peperit. — Ibid.

Virgo celeberrima, ex qua tanquam Sol exortus est Deus, et eos qui in tenebris versabantur, divinæ cognitionis luce illustravit. — Ibid.

Virgo Christum legislatorem enixa. — Ibid.

Virgo cœlî latior, cum continuerit in utero Deum. — Ibid.

Virgo concipiens sine semine eum, qui universa creavit, Verbum Dei absque voluntate carnis, absque corruptione pariens, et absque dolobribus qui cæteras matres invadunt. — Ibid.

Virgo compassionē ornata, quæ Verbum summa compassione plenum peperit. — Ibid.

Virgo Dei Sponsa, quæ absque nuptialis thalami experimento, et absque seminis corruptione Unigenitum Patris concepit, et in carne peperit ex immaculatis sanguinibus suis. — Ibid.

Virgo Deo gratissima, cui magnalia fecit Christus. — Ibid.

Virgo Deum gignens, et incorrupta permanens. — Ibid.

Virgo divina gratia cumulatissima. — Ibid.

Virgo divina gratia plenissima. — Ibid.

Virgo divinorum splendorum circumdata varietatibus. — Ibid.

Virgo Dominipara. — Ibid.

Virgo expers omnis macule. — Ibid.

Virgo, ex qua exspectatio gentium processit. — Ibid.

Virgo, ex qua nata est illuminatio scientiæ, quæ erroris tenebras dissolvit. — Ibid.

Virgo, ex sterili nata, quæ mœrem eliminavit, et principium dedit lætitiae iis, qui divinam illius Nativitatem concelebrant. — Ibid.

Virgo extra omnem reprehensionis aleam collata. — Ibid.

Virgo ferens manibus suis ferentem universum, et lacte nutriendis ut infantem, lactis datorem. — Ibid.

Virgo genitrix lucis, a periculis liberans animas nostras. — Ibid

Virgo Genitrix, omnibus creaturis sublimior. — Ibid.

Virgo gloria, quæ genus nostrum gratia replevit. — Ibid.

Virgo immaculata, Deo despousata. — Ibid.

Virgo immaculata, quæ Agnum, ac Dominum in carne peperit. — Ibid.

Virgo immaculatissima, quæ in utero suo concepit Verbum Patri coæternum, et incarnatum peperit, a quo universis ex Adam natis jam collapsis donatur reparatio. — Ibid.

Virgo incorrupta ante partum, et post partum, supra naturæ ordinem. — Ibid.

Virgo inculpatissima, ex qua Deus factus est homo, ut deificaret humanum genus. — Ibid.

Virgo intacta. — Ibid.

Virgo intemerata, omni laude celebranda. — Ibid.

Virgo intemerata, robore divino clementer nos circumdans et accingens. — Ibid.

Virgo intemeratissima, ex qua, propter excessum benignitatis, exortus est ille, qui est totus desiderabilis, totus dulcedo ac vita. — Ibid.

Virgo inter omnes mulieres Deo gratissima. —
S. Joseph Hymn. in suo *Mariali*.

Virgo inviolata, cuius vivisico partu peremptus est hostis, et ad vitam revocatus est Adam olim ob inobedientiam peremptus. — Ibid.

Virgo inviolata, ex cuius utero sponsus Dominus, cum splendore procedens, sanctorum populos attraxit. — Ibid.

Virgo inviolata, quæ corpore amictum peperit, et ulnis gestavit Dominum Jesum, qui portat universa nutu suo omnipotenti. — Ibid.

Virgo inviolata, quæ Salvatori ac Deo ex castis sanguinibus suis corpus dedit. — Ibid.

Virgo inviolata, quæ sapientiam Dei subsistente genuit. — Ibid.

Virgo inviolata, quæ vitam genuit, quæ per mortem et passionem suam omnes mortis vires dissolvit. — Ibid.

Virgo inviolatissima, in qua Dominus habitavit. — Ibid.

Virgo lacte nutriens illum, qui omnibus dat alimento. — Ibid.

Virgo latior cœlis, continens in se ineffabiliter Deum. — Ibid.

Virgo lucis Genitrix. — Ibid.

Virgo Mater a qua Deus carnem mendicavit. — Ibid.

Virgo Mater immaculatissima, ex cuius utero efflornit botrus ille, qui cultoris operam nullam habuit. — Ibid.

Virgo Mater incorrupta. — Ibid.

Virgo Mater, quæ modo inexplicabili in suo utero Deum universorum concepit, et supra mentis captum verborumque conceptum, eundem peperit. — Ibid.

Virgo miseratrix. — Ibid.

Virgo nullis subjecta maculis. — Ibid.

Virgo nunquam sordidata. — Ibid.

Virgo nuptialis thalami nescia, quæ vitam nostram Christum ineffabiliter peperit. — Ibid.

Virgo omni beatitudine cumulatissima. — Ibid.

Virgo omni ex parte illibata. — Ibid.

Virgo omni laude superior, salvans laudatores suos in se confidentes ab omni circumstanti periculo ac tribulatione. — Ibid.

Virgo omni sanctitate prædita, quæ Deum incarnatum peperit. — Ibid.

Virgo omnibus creaturis purior demonstrata, quia peperit eum qui tollit peccata. — Ibid.

Virgo omnibus laudibus celebranda. — Ibid.

Virgo parens, soia sine conceptione concipiens, sola lactans infantem, partus sordium nescia, sola edens in lucem Creatorem, et Dominum suum. — Ibid.

Virgo pariens ineffabiliter, et naturæ innovans leges. — Ibid.

Virgo pariens infantem novum, qui Adamo est antiquior et æqualis considet Patri. — Ibid.

Virgo pereunis in quam salutiferum Verbum de-

scendit, tanquam imber qui infidelitatis pluvias exsiccavit. — Ibid.

Virgo perpetua, ex tribu Juda, e cuius ventre lignum vitæ germinauit, quod liberavit a mortifero cibo eos qui per escam subiere ruinam, et fraude serpentis decepti sunt.

Virgo per quam Deus apparuit mortalibus, factus homo. — Ibid.

Virgo plurimis dignissima laudibus. — Ibid.

Virgo præconiis universorum decantata. — Ibid.

Virgo primæ matris Eve maledictionem manifeste solvens. — Ibid.

Virgo puella cuius conceptionem omni cogitatione superiore non potest humana mens assequi, Deum enim peperit. — Ibid.

Virgo puella in cuius utero S. Dominus habitavit. — Ibid.

Virgo puella, quæ naturæ leges innovavit, enixa Deum immortalem mortali carne indutum, ut mortalem ob suam bonitatem deificaret. — Ibid.

Virgo puella, sola benedicta, sola omnibus laudibus celebranda. — Ibid.

Virgo purissima, in qua naturæ leges revera innovatæ. — Ibid.

Virgo purissima luce, quam peperit, illuminans oculos animæ nostræ, ne deprehendant nos profundissime peccatorum tenebrae, neque desperationis abyssus cooperiat nos. — Ibid.

Virgo purissima, quæ amatorem misericordiae Deum in carne peperit. — Ibid.

Virgo purissima, quæ Verbum ineffabile illum concepit et peperit, qui mundo salutem attulit. — Ibid.

Virgo purissima sanctis omnibus superior. — Ibid.

Virgo quæ absque viri experientia Deum peperit, factum similem nobis. — Ibid.

Virgo quæ datorem lactis lactavit, cor nostrum famescens, ac gemens satiens omni cogitatione ac compunctione divina. — Ibid.

Virgo quæ expers naturæ legum et matrum usum nesciens, peperit sine dolore filium, qui eam manu sua in matris utero formavit. — Ibid.

Virgo quæ ignem intolerabilem peperit. — Ibid.

Virgo quæ incarnatum Deum in utero habuit. — Ibid.

Virgo quæ ipsis Cherubim superior apparuit. — Ibid.

Virgo quæ naturæ novas leges indidit, quando supra naturæ ordinem peperit: Deus enim et homo fuit ille, qui ex ea modo ineffabili incarnatus est. — Ibid.

Virgo quæ novum peperit infantem, qui mundum jam diu senio confectum divina scientia renovavit. — Ibid.

Virgo quæ omnium Dominum Emmanuel sine viri opera peperit. — Ibid.

Virgo quæ per suum sanctissimum puerperium

omnia omnino quadam benedictione sancta exilaravit. — Ibid.

Virgo quæ sine virili commercio Deum incircumscripibilem peperit in carne. — Ibid.

Virgo quæ singulari privilegio cœlestem Regem peperit. — Ibid.

Virgo speciosa facta ornamentis virtutum, et aurearum simbriarum varietate circumdata, speciosum super omnes homines Verbum peperit. — Ibid.

Virgo quæ subsistentem Dei sapientiam peperit. — Ibid.

Virgo quæ virginitatem incorruptam conservavit, ex qua Deus Verbum incarnatus est, conservans illam virginem post partum ineffabilem. — Ibid.

Virgo quam Verbum ex ea ineffabiliter incarnatum in ligno crucis pendens, discipulo virgini commendavit. — Ibid.

Virgo sancta, cœlis capacior, comprehensio corporaliter Deum incircumscripsum. — Ibid.

Virgo sancta, quæ Deum supersanctum peperit. — Ibid.

Virgo sanctior ipsis Cherubim, quippe quæ Deum omni sanctitate superiorem peperit. — Ibid.

Virgo sanctissima, cœlis excelsior, Cherubim superior, pretiosiorque mundo toto. — Ibid.

Virgo sanctissima, quæ mediante voce angeli peperit Verbum carens principio, quod carnem accepit, mente atque animæ præditam, ex ejus puris sanguinibus, hostesque carnis expertes devicit. — Ibid.

Virgo sanctissima sponsa Dei. — Ibid.

Virgo semper gloriosa, quam Deus sanctificavit et elegit. — Ibid.

Virgo singulari apud Deum gratia pollens. — Ibid.

Virgo singularis, quam Verbum purum, puram et incorruptam dilexit, et ex ea incarnatum reformatum omnem hominem. — Ibid.

Virgo sola omni laude dignissima, quoniam Deum ex pretiosis sanguinibus suis corporavit, et supra rationis conceptum formidabili ratione peperit. — Ibid.

Virgo sola pura ac benedicta. — Ibid.

Virgo sola pura et gratia plena. — Ibid.

Virgo sola sine ulla macula. — Ibid.

Virgo spatiösior cœlis, dum illum in utero sine ulla contractione concepit, qui nullo termino concludi aut definiri potest. — Theodor. Aucyr. orat. de S. V. M.

Virgo speciosa, quæ peperit speciosum formam, Christum Dominum, divinis splendoribus fideles illustrantem. — Ibid.

Virgo sublimior Cherubim atque omnibus creaturis. — Ibid.

Virgo summe intacta, præripiens nos ac liberans

ab omni insidiantium nobis cupiditatum amicitia, et ab inimici temptationibus quotidianis, quibus ille nos per peccata gravia abripere violenter in captivitatem nititur. — Ibid.

Virgo summe pura, casta et immaculata. — Ibid.

Virgo superior supernis potestatibus. — Ibid.

Virgo superlaudabilis, quæ superlaudabilem Deum peperit eos, qui eam collaudant, efficiens participes lucis, et liberans eos intercessionibus suis a gehenna et flamma et ab omni læsione inimici. — Ibid.

Virgo supra omnis cogitationis captum enixa Christum Deum nostrum. — Ibid.

Virgo tota immaculata, quæ in duabus substantiis, divina, humana, notificatum, unum Trinitatis peperit Deum simul et hominem. — Ibid.

Virgo tota immaculata, quæ suscepit in visceribus suis Deum Verbum, qui naturam nostram peccatorum excessibus inquinatam purificavit. — Ibid.

Virgo tota lucida, illuminans nos peccatorum tenebris involutos. — Ibid.

Virgo tota lucida, quæ lucis splendorem Deum in lucem edidit, illuminans oculos cordis nostri lumine divinæ cognitionis. — Ibid.

Virgo vere benignissima, ditans omnes Spiritus sancti donis, multisque miraculorum ostensionibus. — Ibid.

Virgo vere post partum, quemadmodum fuerat ante partum. — Ibid.

Virgo viri nescia. — Ibid.

Virgo unica, quam puram et incorruptam Verbum illud purum direxit, et ex ea incarnatum hominem reformavit. — Ibid.

Virgo universis celebranda laudibus. — Ibid.

Virgo usque ad quam mors perduravit; vitam enim Christum genuit, qui pure in se credentibus immortalem ac divinam redemptionem donavit. — Ibid.

Virgo Mater ex sterili Matre nata. — Photius Constantinop. orat. in S. M. Nativ.

Virgo beatissima, sacratissima, beata. — Ambrosius Ausbertus in festo Purificat. B. V

Virgo Mater non cuiuslibet, sed Dei. — Ibid.

Virgo beatissima. — Idiota in contemplat. de S. V. M.

Virgo gloriosissima, per quam et in qua et cum qua et a qua habet mundus, et habiturus est omne bonum. — Ibid.

Virgo beatissima, semper laudabilis, semper extollenda, semper glorificanda, semper magnificanda, semper veneranda et semper timenda. — Idiota de B. V. part. xiv, Contempl. 10.

Virgo constans, et in proposito animi perseverans, quia sicut accepit, sic semper in bono proposito perseveravit, signata per Annam Matrem Samuelis, cujus cultus non sunt in diversa

muntati, I Reg. i. — Idem de B. M. part. xiv, contempl. 8.

Virgo Deifica donis cœlestibus repleta in terris manens corpore, et in cœlis mente. — Idem de B. M. part. ix, contempl. 9.

Virgo disciplinata in cogitatu, in auditu, in respectu, in oltactu, in gustu, in risu, in loquela, in tactu, in incessu, et in omni motu, ut de ea dicatur, Eccli. xxvi: « Disciplina tua donum Dei est. » — Idem de B. M. V. part. xiv, contempl. 8.

Virgo fidelissima cui debemus fidem signiferam omnium virtutum. — Idem de B. M. V. part. xiv, contempl. 1.

Virgo glorioissima in omni profecto proposito et bona operatione firmata. — Idem de B. M. V. part. xiv, contempl. 12.

Virgo humillima, et omni humilitate plena. — Idem de B. M. V. part. xvii, contempl. 4.

Virgo illustrissima ex clara stirpe procreata, quæ regium statum sprevit et paupertatem dilexit, in qua nihil fuit sublime, vel altum, nisi mens, quæ semper fuit elevata in Deum. — Idem de B. M. V. part. ix, contempl. 10.

Virgo immaculata, quæ ferum contra nos monocerotem seu unicornem mansuescere fecit in suo utero virginali : sicut enim unicornis est animal sœvissimum et tantæ fortitudinis, quod nulla arte venatorum capi potest; imo unico cornu quod gestat in fronte, quæque disrumpit obstantia, sed per virginem tantum mitescit quod a venatoribus capi potest: inest ei enim naturaliter, quod visa virgine in sinu illius se reclinat et suæ ferocitatis oblitus cum mansuetudine requiescit: sic Filius Dei Patris, cuius potestati quæ per cornu designatur, nemo resistit, sœvus et indomitus videbatur, cum pro sola cogitatione superbiae Luciferum cum suis de cœlo, et pro morsu pomi Adamum et Eam expulit a paradiiso, mundum delevit diluvio, Sodomitas igne et sulphure demersit in infernum; sed hunc beata *Virgo* in hujus mundi castellum intrantem suscepit in domum suam, hoc est in gremium uteri sui virginalis, velut unicornem in sinu, et ipsum vestivit carne virginea, in qua incomprehensibilis secundum divinitatem capi dignatus est a venatoribus gentilibus, et Judæis et addictus spontaneæ occisioni, sed passus est crucifigi. — Idem de B. M. V. part. xiv, contempl. 7.

Virgo modesta, cuius modestia fuit nota omnibus hominibus in superfluis resecandis per temperantiam, in sensibus refrenandis per prudentiam, in rationabiliter se habendo ad proximum per iustitiam, in æquanimiter tolerando adversa per fortitudinem. — Idem de B. M. V. part. xiv, contempl. 8.

Virgo mundissima, cuius mundi et immaculati esse debent servi et laudatores, quia ipsa est hortus conclusus, et fons signatus: nam in hortum floridum et delicosum nou est intrandum pedibus immundis, et aqua purissimi fontis non est hau-

rienda sordidis manibus. — Idem de B. M. V. part. xvii, contempl. 1.

Virgo non solum de numero prudentum, sed omnium prudentissima, habens oleum misericordiae in omnibus vasis suis, in vase cordis per affectum, in vase manuum per effectum, et in vase oris per beniguitatem orationum. — Idem de B. M. V. part. ii, contempl. 14.

Virgo parem non habens. — Idem de B. M. V. part. ix, contempl. 2.

Virgo potentissima. — Idem de B. M. V. part. xiv, contempl. 37.

Virgo pretiosissima, cui timor et reverentia debetur, ne coram oculis ejus aliquid indecens cogitare, considerare, consentire aut facere aliquis audeat, et illos misericordes oculos qui non possunt respicere iniquitatem, avertat a nobis. — Idem de B. M. V. part. xvi, contempl. 4.

Virgo prudens, quæ olem, id est nitorem bonæ conscientiæ, pietatis et misericordiae habuit in vase triplici, scilicet oris, cordis et operis cum lampade integerrimæ virginitatis. — Idem de B. M. V. part. xiv, contempl. 4.

Virgo prudentissima, quæ non tantum habuit unum vas oleo gratiæ repletum, quo lampadem suam extinguibilem nutriret, sed aliud vas habuit redundans, et indeficiens, ex quo effuso oleo misericordiae, omnium lampades illuminaret, ut vas omnium usque ad summum repleret et in eo nihil desicere inveniret; prudens igitur *Virgo* fuit, ut sibi provideret, nec timida fuit, ut aliis subveniret; nec dixit, Ne forte non sufficiat, scilicet mihi et vobis; sed sciens, quod sufficeret sibi et nobis, sufficienter retinuit, et sufficienter tribuit, ut ex illius plenitudine effunderetur, quo lampades nostræ extinctæ illuminarentur. — Idem de B. M. V. part. v, contempl. 5.

Virgo salutifera. — Idem de B. M. V. part. xv, contempl. 22.

Virgo virginitate singularissima pollens. — Idem de B. V. part. vi, contempl. 6.

Virgo virtuosissima, cuius servus debet esse aromaticus per fragrantiam bonæ opinionis et per exemplum castitatis et pietatis et humilitatis. — Idem de B. V. part. xvii, contempl. 11.

Virgo plusquam beata, nullo genere vacans virtutum, quodcumque enim donum, alicui sanctorum unquam datum fuit, illi non fuit negatum, sed omnium sanctorum privilegia omnia habuit in se congesta. — Ibid.

Virgo plusquam gloriosa. — Ibid.

Virgo præbenedicta, conbenedicta et postbenedicta. — Ibid.

Virgo pura. — S. Gregor. Taurom. archiepisc. orat. de Annunt. B. M. V.

Virgo de qua salutis nostræ anchora pendet. — Leo imperat. in orat. de Præsent. B. M. V.

Virgo Mater, quæ virginitatem et partum, tam

valde inter se diversa, in se conjuncta monstrat.
— Ibid.

Virgo carens crimine vitii nostri.—*Jo. Geometra in B. V. hymn. 3.*

Virgo conservans zonam virorum virginitatis amantium. Vigil. Trident.—*Idem in B. V. hymn. 4.*

Virgo data, Dei munere, utrique parenti.—*Idem in B. M. V. hymn. 2.*

Virgo edens miracula magna, sacra, alta, una concipiens Dei natum. — Ibid.

Virgo exterius atque interius. — Ibid.

Virgo innupta, Dei numine, condens in terræ viscera dæmonia. — Ibid.

Virgo quæ soholem peperit supremam, mundi fabrum mundo, celsithronumque solo. — Ibid.

Virgo sideribus circumdata claris. — *Idem in B. M. V. hymn. 3.*

Virgo beatissima, cui nulla defuit virtus. — *D. Fulbertus Carnot. serm. 1 de Nativit. S. V. M.*

Virgo beatissima, de qua natus est Christus. — *Idem, serm. de Purific. B. M. V.*

Virgo ex cuius secretis natus est Juvenis speciosus præ natis hominum, de cuius labiis diffusa est omnis gratia, perlata per quadripartita mundi clima. — *Idem, serm. 3 de Nativit. S. V.*

Virgo nimis superque beata, quæ nulli comparanda est merito, nec coæquanda castitatis titulo. — *Idem, serm. 3 de Nativit. B. M. V.*

Virgo per quam venit Dominus omnium potestatum et virtutum et dominationum. — *Idem, serm. 3 de Nativit. S. V.*

Virgo quæ veteras parentum sustulit offensas. — Ibid.

Virgo sacratissima, sine viro grava. — Ibid.

Virgo sacratissima, et ultra quam dici possit dilecta. — Ibid.

Virgo secunda in cuius benedictionem Dominus maledictionis notam primæ Virginis transmutavit. — Ibid.

Virgo venerabilis ipsis quoque sanctorum ordinibus angelorum, ex dignitate divinæ maternitatis; quod opere manifesto declaravit ille magnus atque fortis archangelus Gabriel, qui eam antequam Dei Mater fieret, quia futuram noverat, tanta veneratione salutando prævenit. — *Idem, serm. 1 de Nativit. S. V. M.*

Virgo immaculatissima, quam omnibus, omnes omnium hominum generationes vocibus nunquam cessantibus beatissimam prædicant, quia totius mundi peperit Salvatorem. — *Psellus in cap. vi Canticor.*

Virgo Mater. — Ibid.

Virgo admirabilis, quia quamvis de regia stirpe nata esset, quamvis ab angelo salutata, quamvis gratia et benedictione expleta, quamvis Mater Dei electa, tamen in tanta sublimitate, nescit elevari, sed potius se ancillam profitetur, et subjectam. — *Rudolph. Ardens, hom. 2, in Annunt. B. M. V.*

Virgo beata, quæ sine semine de Spiritu sancto

concepit. — *Idem, hom. 2, in Purific. B. M. V.*

Virgo Mater, de qua temporaliter Dominus noster natus est sine Patre. — *Idem, hom. 2 in Nativit. B. M. V.*

Virgo plena gratia, quantum nihil virtutis, nihil meriti, nihil honoris est, quod in ea non abundet, et gratiæ quæ singulis sanctis sigillatim distribuuntur, Mariæ universaliter conferuntur.—*Idem, hom. 2, in Annunt. B. M. V.*

Virgo sacratissima, quæ absque viri consortio genuit, non qualemcumque, sed ipsum Dei Filium, Deum et Creatorem suum. — *Idem homil. 2, in Nativit. B. M. V.*

Virgo perpetua, et singularis, quæ sola spiritus obumbratione Deum concepit. — *Guarricus abbas, serm. 4, de Purific. B. M. V.*

Virgo purissima et pauperrima. — Ibid.

Virgo Mater beatissima.—*Idem serm. 1, in Nativit. B. M. V.*

Virgo regali ex progenie electa, ut æterno Regi Filio Regis, materna quoque nobilitas regium honorem deferret. — *Idem serm. 1 de Annuntiat. S. V.*

Virgo clemens, pia et dulcis. — *Hermannus Contractus in Antiph. Salve Regina.*

Virgo prius ac posterius. — *Idem in Antiph. Alma Redemptoris.*

Virgo cunctis prælucens virtutibus, ac creaturis omnibus præcellens. — *Theophylactus in orat. de Præsentat. B. M. V.*

Virgo beatissima, ante constitutionem mundi in consilio æternæ sapientiæ electa, et præelecta. — *D. Petrus Damian. serm. 2 de Nat. B. M. V.*

Virgo beatissima, cui non excellentissimus ille patriarcharum chorus, non providus prophetarum numerus, non judex apostolorum senatus, non martyrum victor exercitus, non aliquis antiquorum, non quisquam sequentium patrum potuit comparari. — *Idem hom. in Nativit. B. M. V.*

Virgo beatissima et intemerata, per quam non solum amissa olim vita hominibus redditur, sed etiam beatitudo angelicæ sublimitatis augetur. — Ibid.

Virgo, cujus caro ex Adam assumpta maculas Adæ non admisit. — *Idem serm. de Assumpt. B. M. V.*

Virgo, cum qua habitat Deus, quia cum illa unius naturæ habet identitatem. — *Idem serm. 1 de Nativit. B. M. V.*

Virgo Dei Filio singulariter consecranda, et specialiter sancto conjugata Spiritui. — *Idem serm. de Assumpt. B. M. V.*

Virgo Dei Genitrix, cujus pulchritudinem sol et luna mirantur. — *Idem serm. 1 de Nativ. B. M. V.*

Virgo gratiosis cumulata munera. — *Idem serm. de Assumpt. B. M. V.*

Virgo ineffabilis, modum in suis laudibus humanae vocis exsuperans. — Idem in hom. *in Nativit. B. M. V.*

Virgo in qua, et quæ in cœlis, et quæ in terris fuerunt refabricata. — Idem serm. *de Assumpt. B. M. V.*

Virgo, in qua universus pulvis pigmentarius conjectus est, quia in ea virtutum conuentus reverendum sibi thalamum consecravit. — Ibid.

Virgo intemerata et gloriosa, in lege præfigurata, in patriarcharum et prophetarum oraculis prænuntiata, et ab angelo singulari honorificatiæ privilegio salutata. — Idem serm. 2 *de Nativit. B. M. V.*

Virgo puerperea, Verbum verbo conciens absque viro. — Idem in carminib. *de Assumpt. B. M. V.*

Virgo, quæ inter animas sanctorum et angelorum choros supereminens et evecta merita singulorum, et omnium titulos antecedit. — Idem serm. *de Assumpt. B. M. V.*

Virgo quæ magnitudinem summæ Divinitatis infra sui ventris conclusit Arcanum. — Idem serm. 1 *de Nativit. B. M. V.*

Virgo, qua quidquid majus est, minus est. — Ibid.

Virgo, quam tali modo Deus induit, et in ea indutus est, ut meliori non posset. — Ibid.

Virgo, quam tota Divinitatis plenitudo, sine mensuræ discretione perfudit, ut totam caperet, qui fecit totum. — Idem serm. 1 *de Nativit. S. Joan. Bapt.*

Virgo, quam totam tota indivisibilis Dei natura largiori gratia superfudit. — Idem serm. 1 *de Nativit. B. M. V.*

Virgo regalis, ad thronum Dei Patris vecta, et in ipsius Trinitatis sede reposita. — Idem serm. *de Assumpt. B. M. V.*

Virgo singularis, cui nihil defuit sanctitatis, nihil justitiae, nihil religionis, nihil perfectionis. — Idem hom. *in Nativit. B. M. V.*

Virgo singularis et incomparabilis. — Idem serm. 2 *de Nativit. B. M. V.*

Virgo singularis, maternis circumsepta visceribus, sublimiori quam Jeremias et Joannes Baptista sanctificationis genere mundata. — Idem serm. 1 *de Nativit. S. Joan. Bapt.*

Virgo singularis, utramque naturam exsuperans, et immensitate gratiæ, et fulgore virtutum. — Idem serm. *de Assumpt. B. M. V.*

Virgo splendidissima, ex qua processit et speciosus forma præ filiis hominum, tanquam sponsus de thalamo suo. — Idem hom. *in Nativit. B. M. V.*

Virgo virginum. — Idem in carminib. *de Assumpt. B. M.*

Virgo amabilis secunditatis, quæ Filium Altissimi genuit, et perditum humano generi Salvato-

rem peperit. — D. Anselmus in *Invocat. ad V.*

Virgo beata, in qua magna multitudo dulcedinis Dei, et onnes thesauri sapientiae et scientiae. — Idem in homolog. Evangelii secundum Lucam: *Intravit Jesus in quoddam castellum.*

Virgo beata, quæ de carne sua mundissima peperit illum, qui decorem primæ creationis omnium cunctis restituit. — Idem in libro *De excellent. V. M. cap. 11.*

Virgo beata, quæ in se Dei Filium incorporavit. — Idem in lib. *De excellent. B. M. V. cap. 19.*

Virgo benedicta et superbenedicta, per cujus benedictionem benedicitur omnis natura, non solum creata a Creatore, sed et Creator a creatura. — Idem in orat. *ad B. M. V.*

Virgo castissima, per quam Deus venit in hunc mundum, et humanum genus suo sanguine salvavit. — Ibid.

Virgo ea puritate nitens, quæ major sub Deo intelligi nequit. — Idem in lib. *De concept. Virginati. cap. 18.*

Virgo in conceptu, in partu, et post partum. — Idem lib. *De excellent. S. V. M., cap. 5.*

Virgo per quam inæstimabilia bona habet rerum natura. — Id. in lib. *De excell. V. M., cap. 11.*

Virgo quæ altissimi Patris Filium ex virginali utero edidit nobis. — Ibid.

Virgo ante partum, in partu et post partum. — D. Bruno Carthus. serm. *de Purificat. B. M. V.*

Virgo beatissima, de qua Dominus, et Salvator noster secundum carnem factus est. — Idem in serm. *de Nativit. V. M.*

Virgo virginum, quia cunctis virginibus major est. — Idem serm. 2 *de SS. Trinit.*

Virgo viri salutationis ignara. — Zacharias Chrysopolit. lib. 1 *in unum ex quatuor, cap. 3.*

Virgo Filio Dei desponsata, cui in officina Spiritus sancti, industria summi Artificis preparata fuerunt ornamenta. — Franco abbas lib. vi, *De gratia Dei.*

Virgo specialis, specialiter digna, singulariter pulehra. — Ibid.

Virgo tam speciosa, ut Regem cœlorum oculis ceperit, Filium Dei de sinu Patris allexerit, et in amplexus suos cum ulnis charitatis pia violentia captivum traxerit. — Ibid.

Virgo beata, et semper laudanda. — Euthym. Encomio in *adorat. venerandæ zonæ S. Deiparæ et fasciarum Domini.*

Virgo castissima, et nulli culpæ affinis, quam extimescent intelligentes omnes hierarchiæ, quæ habuit in utero eum qui pugno omnia continet, et eum in utero gestavit, qui nec contineri nec adiungi potest ab universa creatura, Deum perfectum, et

hominem perfectum, duplarem naturam, una autem consistentem personam. — Ibid.

Virgo gloria, et plusquam benedicta, potens omnia. — Ibid.

Virgo incomparabilis in bonitate, et benignitate, convenienter, et qui ex ea natus est, Deus et homo. — Ibid.

Virgo intemerata et impolluta, quae Verbum illud quod cœlos constituit, habuit in utero. — Ibid.

Virgo perpetua, super quam dici potest benedicta et gloria. — Ibid.

Virgo casta, in cuius uterum de cœlo descendens Dominus, et carnem assumens, mentis participem, atque animatam, nostram salvavit naturam. — Jo. Zonaras in canone de sanctiss. V. contra heres.

Virgo Dominica, cujus supplicationibus Deus habavit in nobis. — Ibid.

Virgo immaculata, quam Spiritus Dei increatus obumbravit. — Ibid.

Virgo omnium Regina. — Ibid.

Virgo immaculata, et pura ab omni peccato. — Odo episcop. Camerac. In exposit. Canticis.

Virgo omni creatura excellentior, quae quanto copiosior apud se merito coronatur, tanto sibi indignior ex sua quasi inutilitate putatur. — Guibertus abb. in lib. De laud. B. M. V., cap. 5.

Virgo puerpera, per quam fit nobis aditus divinae agnitionis : a nemine enim scitur, a quo non dilitur. — Idem, cap. 4.

Virgo unica sine exemplo Deifera. — Idem in tract. contra Judæos, lib. i, cap. 1.

Virgo beatissima, ad quam Deus Pater ex se genuit Filium misit, ut ipse Dei Filius Virginis etiam Filius fieret et Sponsus. — Goffridus abbas, serm. in omni festivit. B. M. V.

Virgo beatissima et incomparabilis. — Ibid.

Virgo cui partus Deificus fecunditatem quidem attulit, sed salvam fecit ejus virginitatem; et sicut voluit, ut veraciter in ea fieret una persona, ipse Deus et homo, ita voluit, ut ipsa fieret una persona, Mater et virgo. — Ibid.

Virgo, cui serviunt angeli, famulantur archangeli, quam omnis etiam militia cœlestis exercitus laudat et veneratur. — Ibid.

Virgo digna Deo. — Id. serm. 4 in Nativ. Dom.

Virgo humilis, compatiens, misericors et pia. — Ibid.

Virgo incomparabilis. — Idem serm. 4 in Nativ. Domini.

Virgo ineffabilis, quae verum Dei Filium, verum hominem ineffabiliter concepit et peperit. — Idem serm. in omni festivit. B. M.

Virgo laudabilis, atque sautissima, in qua Creator ipse factus est creatura. — Ibid.

Virgo mente et corpore inviolata. — Idem serm. in omni festivit. B. M.

Virgo sancta ante partum, virgo sanctior in par-

SUMMA AUREA DE B. V. MARIA. X.

tu, virgo sanctissima post partum ; quæ sola lœtiā matris simul obtinere meruit, et gloriam virginitatis. — Idem serm. 4 in Nativ. Dom.

Virgo sancta, gloria, honorata, a Deo sublimata. — Idem serm. in omni festivit. B. M.

Virgo venerabilis, quæ verbo concepit angelico, et clauso utero natum mundo edidit Salvatorem. — Idem serm. in Nativ. Dom.

Virgo vera, in qua verus Dei Filius Christus Dominus, vere totum hominem assumpsit, animam scilicet et carnem. — Idem serm. in omni festivit. B. M.

Virgo beata, pauper, humilis, obediens, quieta, modesta, simplex, sapiens. — Hugo de S. Vict. lib. iv De proprietatibus et epithetis rerum, cap. 2.

Virgo floribus honoris et honestatis ornata. — Idem serm. in quolibet festo sanctæ Mariæ, qui est in ordine SS.

Virgo gloria, semper nominanda, et nulla obli- vione tacenda. — Ibid.

Virgo virginum singularis integritate, unica ca- stitate, excellens dignitate. — Ibid.

Virgo beata, cujus vita integerrima non habuit cur gemit, nisi vulnus charitatis propter dilatio- nem plenæ atque perfectæ beatitudinis, in tempore hujus peregrinationis. — Rupert. abbas, lib. viii De glorificat. SS. Trinit., et process. Spiritus sancti, cap. 43.

Virgo dilecta, de cuius utero processit dilectus, tanquam sponsus de thalamo suo. — Idem lib. iii Comment. in Cant.

Virgo felix, cujus ubera suxit is qui angelos suæ visionis dulcedine pascit. — Idem lib. i Comment. in Cant.

Virgo incorrupta, quæ essentialiter sanctum de Spiritu sancto concepit. — Idem lib. i De operib. Spiritus sancti, cap. 10.

Virgo in cuius sinum, imo uterum, Deus, rhino- ceros fortissimus, atque omnipotentissimus, incomprehensibilis cunctis venatoribus, singulare deponens omnipotentiæ cornu, comprehendendi et occidi potuit a venatoribus, a Judæis insidiantibus. — Idem lib. ii Comment. in Deuteronom., cap. 45.

Virgo sacra, de qua natus est Christus, novus Adam. — Idem lib. vi in Oseam prophetam.

Virgo solitaria, nullique viro pervia. — Idem lib. i Comment. in Matthæum.

Virgo vere fidelis et veraciter magnæ fidei. — Idem lib. i Comment. in Cant.

Virgo valde fidelis, quæ per fidem Deum castis visceribus suscepit. — Idem lib. viii Glorificat. SS. Trinit., et process. Spiritus saucti, cap. 9.

Virgo immaculata, ad cuius opem cœu ad petram, tutamque anchoram, confugiendum. — Theoleptus in Canone sive Canticō compuncto.

Virgo intacta, cujus roris aspersione ardor libi- dinis extinguitur. — Ibid.

Virgo admiranda, et omni honore dignissima. —

D. Bernardus hom. 2 de laudib. V. M. super *Missus est.*

Virgo Mater piissima, sanctissima ac beatissima. — *Idem in Lamentat. V. M.*

Virgo natura pavida, simplex, verecunda, venerabilis, humilis, sancta, sobria, devota. — *Idem hom. 1 de laud. V. M. super Missus est.*

Virgo, per quam omnis mortalitas emersit ad vitam. — *Idem epist. 174, ad canonicos Lugd.*

Virgo prudens, lampadem habens, et in vase oleum portans. — *Idem serm. 2 in Assumpt. B. M.*

Virgo, quam sibi sancta Trinitas sanctificavit. — *Idem serm. de B. M. cuius initium est Ave Maria.*

Virgo regia, genninis ornata virtutum, geminoque mentis pariter et corporis decore præfulgido, specie sua et pulchritudine sua in coelestibus cognita. *Idem hom. 2 de laudib. V. M. super Missus est.*

Virgo sacerdotalis. — *Idem serm. in Nativ. SS. V. de Aqueductu.*

Virgo Deum enixa. — S. Petrus Cluniae. prosa in honorem *Matris Domini.*

Virgo plena gratia, plena Deo, plena Spiritu sancto, et virtute Alissimi. — *Idem lib. in Epistolari., epist. ultim.*

Virgo semper nominanda. — *Ibid.*

Virgo sublimis et supercœlestis. — *Ibid.*

Virgo summa, ac supercœlestis Christi Mater. — *Idem in prolog. tract. contra Judaos.*

Virgo singularis, quam de Spiritu suo Deus Pater gloriose secundavit. — Nicol. mon. in ep. de *Concept. B. V. ad Petrum Cellensem.*

Virgo glorioissima, de qua nihil nisi virgineum exegitari potest; quod autem aliter præsumitur ex corruptione mentis progreditur, et ex cogitationis vitio proficietur. — Petrus Comest. in serm. *De Concept. B. V.*

Virgo glorioissima, non solum in Conceptione sua, verum etiam ante omnem conceptionem benedicta. — *Ibid.*

Virgo plena Deo, major mundo, celsior cœlo, secundior paradiso. — B. Aelredus serm. in *Annunt. B. V.*

Virgo Genitrix Dei. — Richard. a S. Vict. in tract. *Comparat. Christi ad florem et Mariæ ad Virg. m.*

Virgo exaltata, sicuti cedrus in Libano, obumbrans angelice excellentiæ cacumen. — Arnold. Carnot. de laudib. *S. M.*

Virgo puerpa, in supernis et infernis admirabilis. — *Ibid.*

Virgo sancta, in qua antiquum consilium de incarnato Verbo palam factum est mundo. — *Ibid.*

Virgo solitaria, vacans meditationibus sanctis. — *Ibid.*

Virgo ante partum, in partu et post partum. — Petrus Blesensis serm. 2 in *Adv. Dom.*

Virgo beata, in qua nil terribile est; nam in ipsa

est plenitudo gratiæ, et puritas humanæ vitæ. — Petrus Bles. serm. 42.

Virgo sapiens, quæ, fatuis virginibus remanentibus foris, cum Spouso ingressa est ad gaudium nuptiale. — *Idem serm. 54.*

Virgo præ cunctis mulieribus cœlesti atque invisibili oleo singulariter uncta. — Adam de Pers. in *Mariali*, fragm. 3.

Virgo prudentissima, quæ oleum in lampade habuit, cum gratiæ plenitudinem in spiritu puritatis suscepit. — *Ibid.*

Virgo cœlestis. — Petrus abbas Cell. in lib. *De panibus*, cap. 2.

Virgo de cuius fructu tota simul nutritur Ecclesia. — *Ibid.*

Virgo in qua omnium virtutum chorus adunatur, ut Rex virtutum suscipiat. — *Ibid.*

Virgo nostra beatissima, in æterna prædestinatione singulari privilegio munita, nec a sua Conceptione in aliquo violata. — *Idem lib. ix Epistolari., epist. 10.*

Virgo adolescentula quæsita ex omnibus finibus Israel, ut staret coram Rege in castitate et humilitate, et foveret eum ineffabili de Spiritu sancto Conceptione, dormiretque Rex in sinu ejus, vel ipsa in sinu Regis, quieta ab omnium vitiorum infestatione et Deum continens uteri integerrimi consecratione, et calefaciens cum singularis charitatis illustratione. — Petrus Cellensis serm. 6 in *synodo.*

Virgo cuius singulare ac speciale privilegium præ angelis, præ omnibus sanctis, præ omnibus Dei donis est, quod virgo concipiet et pariet Filium. — *Idem serm. 6 de Adventu.*

Virgo Genitrix in umbilico suo confringens virtutem serpentis antiqui, Christum Dei virtutem et Dei sapientiam in utero concipiens, non ex concupiscentia viri, sed ex gratia Dei. — *Idem serm. 2 in Annunt.*

Virgo Æquinum singulariter amans, et a Domino præamata, qua nihil amabilius in universis creaturis. — *Id. serm. in Vigilia Nativ. Dom.*

Virgo ex qua mundo apparuit lux vera, sanitas æterna, redemptio copiosa. — *Idem serm. 4 de Assumpt. B. V.*

Virgo immaculata, inviolata, soli Deo apta, carne incorrupta, fide integra, pulchra ut luna, electa ut sol. — *Idem serm. 5 de Pentec.*

Virgo non divisa, sed una virtute, virginitate, Conceptione, prole, dignitate, protestatione, propitiacione et salvatione. — *Id. in serm. 6 de Adv.*

Virgo nostra cui Deus confortum et coagitatum omnium gratiarum cumulum reservavit, ut haberet proprium fontem, cui nec angelus nisi cum gratiarum actione communicaret. — *Ibid.*

Virgo ore, oculis, labiis, digito, pede, manu, corde, mente, carne. — *Ibid.*

Virgo per quam reperimus Deum et hominem. — *Idem serm. 4 de Assumpt. B. M. V.*

Virgo pia ad infirmos, sancta ad justos, herba sullonum ad immundos, sal ad putridos, scala ad claudos, reconciliatrix ad reos, misericordia ad miseros, portus ad naufragos, turris ad pavidos, Domina ad suos, singularis bonitas ad cunctos. — Idem serm. 6 de Adventu.

Virgo prudentissima in cuius uteri vestibulo tres doctissimae puellae de Israel in omni varietate et pulchritudine texentes, scilicet prædestinatio, sapientia et gratia divina, simul et similiter in præparanda tunica Verbi Dei cooperatae sunt. — Idem serm. 1 de Adventu.

Virgo sapiens, quæ habuit oleum effusum in ventre suo, cum lampade mirabilium operum, quæ introivit cum sponso, imo in quam introeunt sponsus et filius ejus Jesus. — Idem serm. 6 de Assumpt. B. M. V.

Virgo singularis sola omnibus sufficiens, quæ singulos odore unguentorum suorum ad amorem suum trahit. — Idem serm. 1 de Assumpt. B. M. V.

Virgo virginum, de qua splendor gloriae de Patre luminum ante tempora sæcularia æterna procedens genitura, carne sumpta in plenitudine temporis in humana verus Deus et verus homo apparuit sine peccato natura. — Idem serm. 5 de Assumpt. B. M. V.

Virgo virginum quæ carnem et sanguinem de intactis et sacrosanctis visceribus incarnando Verbo pro nostra reparatione præparavit. — Idem serm. 4 in Annuntiat.

Virgo virginum, singulari et quodam modo inæstimabili pene immediate accedens ipsi Trinitati, ut si ullo modo Trinitas quaternitatem externam admitteret, sola *Virgo* quaternitatem compleret; sed est Trinitas, nec aliquatenus sibi fieri potuit, aut poterit quaternitas. — Idem serm. de Purificat. B. M. V.

Virgo certa fide, spe robusta, fervens spiritu, vel amore. — Philippus abbas lib. 1 Cant. cap. 5.

Virgo Dei Filio desponsata. — Ibid.

Virgo diligens et dilecta. — Idem lib. III in Cant. cap. 16.

Virgo docta, dives, prudens, studiosa. — Idem lib. V in Cant. lib. III.

Virgo electa. — Idem lib. VI in Cant. cap. 15.

Virgo floridæ pulchritudinis et mundæ ac secundæ rectitudinis. — Idem lib. I in Cant. cap. 16.

Virgo secunda Spiritu, quæ Deum peperit incarnatum, et invisibilem deitatem, ad homines protulit calceatum. — Idem lib. III in Cant. cap. 25.

Virgo genere nobilis, insignis moribus, præ filiabus hominum speciosa, litteris sapiens, humili spiritu, meritis gloriosa. — Idem in Explicat. tituli Cant.

Virgo incorrupta, cui ille Spiritus obumbrans, in ea Deo, Dei Filio, gratum umbraculum præparavit. — Idem lib. I in Cant. cap. 25.

Virgo in qua Verbum Patri coæternum, Dei sa-

pientia carne voluit sic vestiri, ut quod erat permanens, dignaretur habitu ut homo inveniri. — Idem lib. II in Cant. cap. 7.

Virgo insignis virtutibus, et venusta excellentia meritorum. — Idem lib. VI in Cant., cap. 28.

Virgo inter cæteras, hoc est, præ cæteris mulieribus speciosa. — Idem lib. II in Cant., cap. 1.

Virgo mira et miranda. — Idem lib. VI in Cant., cap. 9.

Virgo non tam melle quam dulcedine plena mentis; dives non pecunia, sed spiritualibus documentis. — Idem lib. IV in Cant., cap. 24.

Virgo plena Deo, dives dono gratiæ plenioris. — Idem lib. II in Cant. cap. 23.

Virgo præ cunctis virginibus digne læta, et dignis muneribus totius gratiæ repleta. — Idem lib. I in Cant., cap. 1.

Virgo prudens et in omnibus prudenter erudita. — Idem lib. II in Cant., cap. 25.

Virgo quæ hominem, salutem hominum, parturivit, virginali partu. — Idem lib. IV in Cant., cap. 25.

Virgo, quam Dens sibi assumpsit fœdere nuptiali, sed supra legem nuptiarum conservavit integrum mente et corpore virginali. — Idem Proæmio in Cant.

Virgo, quam sibi ab æterno in Matrem Dei Filius præelegit, in qua tempore congruo sumens carnem membris contractioribus se coegit, de qua nasci voluit, sepe carnis novo genere non abrupta, cuius factus est Filius, ante partum et post partum virginitate penitus incorrupta. — Idem lib. II in Cant. cap. 4.

Virgo sanctissima, atque millies benedicta. — Idem, tom. II Moralitatum in Cant.

Virgo ad quam venit Deus, et quam prævenit, ut, cum ea esset, et in ea, et ex ea, et esset per eam in nobis. — Balduin. Devon. in tract. de Salutat. angelic.

Virgo, eujus tanta fuit integritas, et mentis et corporis castitas, ut tota virgo fuerit, tota impolluta, tota immaculata, nullo sensu corrupta, nullo sensu contaminata; totum erubuit quod turpe est, totum reprobavit quod malum est; totum voluit quod pudicum est, totum devovit quod in honestum est. — Ibid.

Virgo sine macula peccati, sine ruga duplicitatis, sine cerusa deceptionis. — Garnerius Lingon. serm. 2 de Nativit. B. V.

Virgo pariens virum. — Innocent. Papa III, serm. 2 in Nativ. Domini.

Virgo augusta, non despiciens nos jactatos procella fluctuum mundanorum, sed dans nobis manum auxilii, ægritudine vitæ dilassatis. — Theodorus Lase. imperat. in Proæm. B. V.

Virgo sancta, cui similis non est nata in mundo in mulieribus. — D. Franciscus, orat. 2 ad sanctiss. V. M.

Virgo pura, pulchra nimis, intus, foris. — B. Joseph. Steinfeld. Opusculo 4.

Virgo verecunda, rubicunda, latabunda, cuius vultum is, qui videt, de ea gaudet, ad eam ridet, nam formas vineit omnium. — Ibid.

Virgo et mater, quod nulla alia; unde in figura ejus dicitur de Judith. cap. ii ejusdem : « Non est talis mulier super terram. » — Rich. a S. Laur. De laud. V. lib. iii.

Virgo non solum una de numero prudentium virginum, sed omnium prudentissima, habens lampadem integerrimæ virginitatis, et oleum misericordiæ in omnibus vasis suis, in vase cordis per affectum, in vase manuum per effectum, in vase oris per benignitatem orationis. — Idem De laud. S. V. lib. iv.

Virgo per antonomasiam seu antonomastice. — Ibid.

Virgo propter integratatem intentionis, et muniditatem mentis quam præstat diligentibus se. — Idem De laud. S. V. lib. ii.

Virgo prudens, quæ oleum, id est, nitorem bone conscientiæ, vel pietatis et misericordiæ habuit in vase triplex, scilicet cordis, oris et operis, cum lampade integerrimæ virginitatis. — Idem De laud. S. V. lib. vi.

Virgo, quæ sævum rhinocerotem mansuescere fecit in suo gremio virginali; dicunt enim qui scripserunt naturas animalium, quod rhinoceros, vel unicornis, animal est sævissimum et tantæ fortitudinis, quod nulla venatorum arte capi potest, sed per virginem tantum mitescit; est enim naturale unicori, vel rhinoceroti, quod, visa virgine, in sinu illius se reclinat, et suæ ferocitatis oblitus mansuetissime requiescit. — Ibid.

Virgo, quia præstat mentis constantiam et muniditatem, et quasi revirginat corpora dissoluta, conferens gratiam castitatis. — Idem De laud. sanctiss. V. lib. iv.

Virgo regia geminis ornata virtutum, geminoque mentis pariter et corporis decore præfulgida, specie sua et pulchritudine sua in cœlestibus cognita, quæ cœli civium in se provocavit aspectus: ita ut regis animum in sui concupiscentiam inclinaret, et cœlestem nuntium ad se de supernis educeret. — Idem De laud. S. V. lib. i.

Virgo sapiens, quæ accepta lampade, id est, exteriori conversatione honesta, sumpsit secum oleum, id est, bonæ conscientiæ testimonium. Matth. xxv. — Idem De laud. sanctiss. V. lib. xii.

Virgo ab angelo salutata, a Deo despontata, quæ de Spiritu sancto concipiens, Deum verum et hominem genuit. — D. Amedeus hom. 1. De laud. S. V.

Virgo gloriosa, quæ in carne degens, extulit se extra carnem, et carnis passiones mactavit robore Spiritus, instar velleris, quod, cum sit de carne, exerescit extra carnem, et carnis passiones ignorat. — Idem hom. 3, De laud. sanctiss. V.

Virgo humilis, ad thronum gloriae coronata condescens. — Ibid.

Virgo Mater, omnium in se charismatum commercia deferens: prima namque visione seintillans, sacri amoris ignibus proximorum pectora suaviter exurebat, animi fidem suggerebat, verecundiam suadebat, honestatem vennstabat, inflectens ad pietatem, spirabat florem virginitatis, serebat novale castitatis, depingens oculis habitum humilitatis, et præferens indicium veritatis. — Idem, hom. 7 de laud. sanctiss. V.

Virgo pulcherrima, quæ strictis amplexibus auctori pulchritudinis hærens, effecta est plus virgo, imo, plusquam virgo, quia mater et virgo. — Idem hom. 4 de laud. sanctiss. V.

Virgo, quæ Christum salva virginitate peperit, quia salvo pudore concepit, peperit inviolata, quia illibata suscepit; et quia in delictis non concepit, absque dolore peperit, nullum habens in conceptione contagium, nullum passa in partu dissidium. — Idem hom. 4 de laud. sanctiss. V.

Virgo quæ sola Emmanueli ineruit suspicere, sola parere, sola lactare. — Idem hom. 4 de laud. sanctiss. V.

Virgo virginum, vernans in floribus, et in fructuum suavitate delicians. — Ibid.

Virgo puerpa. — S. Simon Stock in preicatione ad Deip. V.

Virgo sola digna dici, area compluta cœlestique rore imbuta. — Idem in hymno de Deipara V.

Virgo admiranda. — Bonavent. in Psalterio minori B. V. Quinquagen. 2.

Virgo casta, quæ Deum parere, et sic parere meruit, quod virginitatem non amisit. — Idem in Speculo B. M. V. cap. 15.

Virgo Deo chara, pulchra nimis, suavis, prudens, clara. — Idem in Psalt. minori. B. M. V. Quinquagen. 4.

Virgo Deo digna. — Ibid.

Virgo Deo juncta. — Idem in Psalt. minori B. M. V. Quinquag. 2.

Virgo digna coli. — Idem in Psalt. minori B. M. V. Quinquagen. 4.

Virgo diligenda, laude cunctis præfrenda. — Ibid.

Virgo formæ raræ. — Idem in Psalt. minori B. M. V. Quinquag. 4.

Virgo fructifera. — Idem in Speculo B. M. V. cap. 16 et ultimo.

Virgo Genitrix Dei. — Idem in Psalt. B. M. V.

Virgo gloriosissima. — Ibid.

Virgo gratiosissima. — Ibid.

Virgo gratissima. — Idem in Speculo. B. M. V. cap. 5.

Virgo lucidissima. — Idem in Speculo B. M. V. cap. 9.

Virgo palmæ coequata. — Ibid.

Virgo par argento. — Ibid.

- Virgo pia sine pare.* — Ibid.
- Virgo plena bonis.* — Idem in *Psalt. minori B. M. V.* Quinquag. 1.
- Virgo plena gratia et clementia.* — Idem in *Litanie Psalterii B. M. V.*
- Virgo plenissima.* — Idem in *Speculo B. M. V.* cap. 7.
- Virgo pollens laude multa.* — Idem in *Psalt. B. M. V.* Quinquag. 3.
- Virgo primitiva.* — Idem in *Psalt. minori B. M. V.* Quinquag. 2.
- Virgo prudentissima.* — Idem in *exposit. super Salve Regina.*
- Virgo recti cordis.* — Idem in *Psalt. minori B. M. V.* Quinquag. 2.
- Virgo regia ex Davidica stirpe nata.* — Idem in *serm. de B. M. V.*
- Virgo Regina.* — Idem in *Psalt. B. M. V.*
- Virgo sacratissima.* — Idem in *præfat. Psalterii B. M. V.*
- Virgo sanctissima, dulcissima ac dignissima.* — Idem in *Speculo B. M. V.* cap. 3.
- Virgo semper castissima et mundissimā.* — Idem in *laud. B. M. V.*
- Virgo sine dolo.* — Idem in *Psalt. minori B. M. V.* Quinquag. 2.
- Virgo sublimissima.* — Idem in *Speculo B. M. V.* cap. 11.
- Virgo super omnia benedicta.* — Idem in *Canticis Psalterii B. M. V.*
- Virgo tota lenis.* — Idem in *Psalt. minori B. M. V.* Quinquag. 3.
- Virgo tota pia.* — Ibid.
- Virgo vernans flore.* — Idem in *Psalt. minori B. M. V.* Quinquag. 1.
- Virgo vincens solem.* — Idem in *Psalt. minori B. M. V.* Quinquag. 2.
- Virgo beata.* — D. Thomas Aquinas serm. 2 in *Annuntiat. B. M. V.*
- Virgo beatificata ab omnibus generationibus.* — Idem serm. in *Annunt. B. M.*
- Virgo benedicta ab angelis,* quia eorum vitam in terris inchoavit, instituendo vitam virginum; eorum ruinam reparavit, gignendo eum qui reparavit, eorum se allocutionibus humiliavit, dicendo: « Ecce Ancilla Domini. » — Idem serm. 2 in *Annuntiat. B. M.*
- Virgo benedicta ab omnibus creaturis,* quia eas a coinquinatione liberat, quia earum Creatorem latet, quia eas in statum pristinum renovat; Filius enim, quem genuit, creaturem omnes creavit, eas emundavit, ipsas renovavit. — Ibid.
- Virgo benedicta a Deo Patre,* quia in eodem Filio secum communicat. — Ibid.
- Virgo benedicta a Filio,* quia dignum habitaculum ei præparavit. — Ibid.
- Virgo benedicta a justis,* quia eos exaudit in precebus, liberat in tentationibus, augmentat gratiam in virtutibus. — Ibid.
- Virgo benedicta a mulieribus,* quia eas ab inimicis liberat, quoad virum excusat, quoad Deum honorat; mulieres enim per peccatum a diabolo tenebantur, a Deo aspernabantur; sed beata Virgo ab inimicis liberavit, quia Christus Filius ejus diabolum destruxit; quoad virum excusat; si dicit vir: « Propter te damnor, » mulier potest respondere: « Per me salvaris; » item honoravit quoad Deum, quia idem est Filius Dei, et Filius mulieris. — Ibid.
- Virgo benedicta a peccatoribus,* quia eos de angustia liberat, in periculis adjuvat, et de peccatis veniam impetrat. — Ibid.
- Virgo benedicta a Spiritu sancto,* enjus operatio ne Salvatorem mundi gennit. — Ibid.
- Virgo exaltata sicut angeli, patriarchæ et prophetae, apostoli, martyres, confessores et virgines.* — Idem serm. in *Assumpt. B. M.*
- Virgo exaltata super choros angelorum,* et super omnes sanctos. — Ibid.
- Virgo gloriosa,* a qua in omni periculo possumus salutem obtainere, cum ab ea mille clypei, id est, remedia contra pericula pendeant. — Idem in *exposit. Salut. angelic.*
- Virgo grata et gloriosa.* — Idem serm. in *Annunt. B. M. V.*
- Virgo speciosa propter candorem virginitatis, ruborem charitatis, et rectitudinem sanctitatis, benignitatem humilitatis;* propter flores desiderabilium morum, propter pulcherrima folia dulcium verborum. — Ibid.
- Virgo antonomastice,* quia sola virginitatem vere in summo habuit. — Albert. Magn. super *Missus est*, cap. 34.
- Virgo beata,* igne Spiritus sancti totaliter succensa. — Idem super *Missus est*, cap. 41.
- Virgo beata,* omni laude dignissima. — Idem super *Missus est*, cap. 59.
- Virgo beatissima,* benedictiones singulorum singulariter et universorum universaliter, singulas et universas possidens in supremo. — Idem super *Missus est*, cap. 228.
- Virgo beatissima,* cui Deus tantum dedit, quantum puræ creaturæ potuit. — Idem super *Missus est*, cap. 38.
- Virgo beatissima,* in substantia ad summam propinquitatem cum Deo elevata: non enim poterat altius elevari, quam quod esset Mater Dei. — Idem super *Missus est*, cap. 56.
- Virgo beatissima,* omnibus creaturis optima et pulcherrima. — Idem super *Missus est*, cap. 59.
- Virgo beatissima,* per insitam sibi naturaliter misericordiam peccatores ad cœlum trahens. — Idem super *Missus est*, cap. 184.
- Virgo beatissima,* quæ super omnium virtutum apicem sublimata, de congruo, et singulari suo merito, mundo subvenit perditio, Salvatorem gignendo. — Idem super *Missus est*, cap. 39.
- Virgo beatissima,* supremam in Ecclesia continens dignitatem. — Idem super *Missus est*, cap. 68.

Virgo benedictissima. — Albert. Magr., super *Missus est*, cap. 54.

Virgo Davidicæ stirpis, ex eujus Ave, etiam alii de posteritate Evæ a vœ purgati sunt. — Idem in *Postillis*, super cap. i Lucæ.

Virgo Deo charissima. — Idem super *Missus est*, cap. 50.

Virgo douis Spiritus sancti plenissima. — Idem super *Missus est*, cap. 40.

Virgo et mater soluta, et uxor, et vidua, voto serviens et libera, in quo omnis spes vitæ, et omnis spes virtutis secundum quilibet statum: omnis enim status exemplum habet in ea. — Idem in *Postillis*, super cap. x Lucæ.

Virgo et mater, virgo et matrona sancto matrimonio juncta. — Idem in *Postillis* super cap. xi Lucæ.

Virgo eximie pietatis et misericordiæ. — Idem serm. 2 in *Annuntiat.* B. M. V.

Virgo fidelissima. — Idem super *Missus est*, cap. 228.

Virgo gratiæsa, id est, gratiis plena. — Idem in *Dominic.* 5 post *Trinit.*

Virgo habens coronam regni Ecclesiæ militantis, et Ecclesiæ triumphantis. — Idem super *Missus est*, cap. 71.

Virgo in qua nihil fulsit nisi divinum. — Idem in *Postillis*, super cap. i Lucæ.

Virgo inter omnes virgines singularis, utpote nec primam habens ullam similem, nec sequentem. — Idem super *Missus est*, cap. 54.

Virgo misericordissima. — Idem super *Missus est*, cap. 228.

Virgo mundissima, humillima, castissima. — Idem serm. 2 in *Natirit. Dom.*

Virgo mundissimæ naturæ. — Idem serm. 3 in *Nativit. B. M.*

Virgo nobilissima et dignissima in summo. — Idem super *Missus est*, cap. 50.

Virgo sapientissima. — Idem serm. 2, in *Annuntiat.* B. M. V.

Virgo profundissimæ humilitatis, et summæ nobilitatis et dignitatis. — Idem super *Missus est*, cap. 50.

Virgo prudentissima. — Idem super *Missus est*, cap. 228.

Virgo pulcherrima et incognita viro. — Id. in *Postillis*, super cap. i Lucæ..

Virgo quæ habuit omnes aureolas, et omnia dona gratuita omnium aliorum sanctorum. — Idem super *Missus est*, cap. 117.

Virgo quæ mulieris peccata abolevit. — Idem super *Missus est*, cap. 54.

Virgo quæ non cedit in numerum cum aliis, quia non est una de omnibus, sed super omnes. — Idem super *Missus est*, cap. 117.

Virgo quæ opprobrium virginitatis abstulit, et virginitatem conseruavit. — Idem super *Missus est*, cap. 54.

Virgo quieta, non vaga, non garrula, non quietis impatiens. — Idem in *Postillis* super cap. i Lucæ.

Virgo Regia, Davidica, puerpera. — Idem in *Postillis*, super cap. i Lucæ.

Virgo singularis inter omnes, et multis privilegiata. — Idem super *Missus est*, cap. 54.

Virgo summe odorifera. — Idem serm. 3, in *Assumpt. B. M. V.*

Virgo tardiloqua, multiloqua. — Idem serm. 2, in *Annuntiat. B. M. V.*

Virgo verax, et veritatem in omni verbo et facto servans. — Ibid.

Virgo virginum, in cuius virginea carne beata Deitas almæ humanitati se voluit sociare. — Idem in orat. ad B. V. incipiente *Salve in utero virginati.*

Virgo virginum, quæ sine præcepto, sine consilio, sine exemplo, gloriosum munus virginitatis Deo obtulit et per sui imitationem omnes virgines virgo generavit. — Idem super *Missus est*, cap. 54.

Virgo prudens, quæ lampades suas, id est, corpus suum et animam ornavit oleo puritatis, lychno pietatis, lumine veritatis, et igne charitatis. — Jacobus de Voragine in *Mariati*, serm. 9. V.

Virgo gloriæssima, quæ de antiquo serpente victoriam reportavit. — Aegidius Columna ex *exposit. in Salwat. angelic.*

Virgo mentis et corporis integratæ. — Alanus de Insul. in cap. i *Cant.*

Virgo quæ proprium pariendo lege pudorem non perdens, Matris meruit cum Virgine nomen, in qua concordant duo nomina rite se juncta, quæ secum pugnare solent, litesque movere, nec jam discordant, Mater Virgoque, sed ipsis litibus exclusi, se pacis ad oscula vertunt. — Idem in *Anticlaud.* lib. v.

Virgo dulcissima, gloriæsa, beata, præclara. — S. Mechtildis lib. i *Gratiæ spiritualis*, cap. 13.

Virgo excellentissima, sanctissima, nobilissima, amantissima, dignissima. — Eadem, lib. i *Gratiæ spiritualis*, cap. 57.

Virgo gratiosissima. — Eadem lib. i *Gratiæ spiritualis*, cap. 55.

Virgo intacta. — Eadem lib. i *Gratiæ spiritualis*, cap. 45.

Virgo serenissima, beatissima. — Eadem lib. i *Gratiæ spiritualis*, cap. 56.

Virgo non modo anima, verum etiam oculis et auribus, quæ nec viderit, nec audierit quidquam in honestum. — Nicephorus Gregoras, orat. in *S. Deiparam.*

Virgo beata, in qua omnis virtus, et operatio sanctissimi Spiritus habitavit. — Matthæus Canticuzenus in cap. iv *Cant.*

Virgo cuius forma divina, inviolata ac firmata

super fundamenta divina. — Idem in cap. vii *Cant.*

Virgo omni ex parte inculpata. — Idem in cap. i *Cant.*

Virgo omni ex parte labis expers. — Idem in cap. ii *Cant.*

Virgo ineffabilis. — Ibid.

Virgo innoceutissima. — Ibid.

Virgo integerimma. — Id. in *Mariali*, orat. 5.

Virgo intemeratissima. — Ibid.

Virgo inter omnes alios homines sapiens, et intellectu præeminenſ. — Ibid.

Virgo laudabilissima. — Id. in *Mariali*, orat. 6.

Virgo per repremisiones Deo desponsata. — Idem in *Mariali*, orat. 4.

Virgo purissima. — Idem in *Mariali*, orat. 6.

Virgo quæ proprie permansit virgo, quæ solamtem illibata ab illecebrarum insidiis semper servavit, quæ sola ab omnibus mulierum legibus fuit immunis, et divinæ dispositionis verbo reservata. — Ibid.

Virgo sapientissima. — Ibid.

Virgo uterum gestans. — Ibid.

Virgo veneranda. — Idem in cap. ii *Cant.*

Virgo amabilissima. — Jacobus mon. in *Mariali*, orat. 6.

Virgo cuius dignitatem intellectus nullus capere potest. — Idem in *Mariali*, orat. 4.

Virgo immaculatissima. — Idem in *Mariali*, orat. 6.

Virgo impolluta. — Idem in *Mariali*, orat. 4.

Virgo incorrupta. — Idem in *Mariali*, orat. 5.

Virgo victrix. — Jo. Hondemius in hymn. de *Assumpt.* B. M.

Virgo viui naturæ transgrediens. — Idem hymn. 2 de partu virgineo et laudat. pueri Jesu.

Virgo cœlestis, cuius cella fuit cœlum, in quo cum universis desideriis suis tota inclusa fuit. — Jo. Tauler. serm. in festo Nativit. B. V. M.

Virgo dignissima supra mortales omnes. — Idem serm. in festo Purificat. B. M.

Virgo divinissima. — Ibid.

Virgo Mater dulcissima. — Idem in Tract. de decem Cœcitatibus, cap. 11.

Virgo Mater speciosissima splendidissimaque. — Ibid.

Virgo perpetua omni ornata puritate. — Idem serm. in festo Purificat. B. M.

Virgo præclarissima. — Ibid.

Virgo prorsus divina et intemerata. — Idem serm. in festo Nativit. B. M.

Virgo saceratissima. — Idem in tract. de decem Cœcitatibus, cap. 11.

Virgo sanctissima, beatissima. — Idem serm. in festo Nativit. B. M. V.

Virgo tota pulchra, et deificata, in corpore naturalique complexione, et sensibus suis sanctissima. — Idem in tract. de decem Cœcitatibus, cap. 11.

Virgo benignissima. — Henricus Suso, cap. 20 *Dialogi Sapientiæ et ministri ejus.*

Virgo integerimma, quæ cepit insuperabilem unicorem. — Idem cap. 16 *Dialogi Sapientiæ et ministri ejus.*

Virgo saceratissima, quam salutant corda omnia, et linguae omnibus laudibus vehunt, quandoquidem quidquid in nos beneficii conferre voluit benignitas Dei, per ejus manus in nos derivatum est. — Idem cap. 20 *Dialogi Sapientiæ et ministri ejus.*

Virgo sine sterilitate. — Ern. Prag. in *Mariali*, cap. 78.

Virgo vere Nazarena et florida, candidior nive per castitatem; nitidior lacte, quia cum pudicitia habuit innocentiam; rubicundior ebore antiquo, quia cum innocentia habuit verecundiam; sapphiri pulchrior, quia cum verecundia habuit sanctimoniam et vitam perfecte cœlibem. — Idem in *Mariali*, cap. 98.

Virgo ab angelo salutata. — D. Birgitta in serm. angel. de *Excellent.* Virg. cap. 14.

Virgo beatissima, in qua Deus magnus factus est puer parvus: antiquissimus Dominus; factus est pusillus filius: sempiternus Deus et Creator invisibilis, creatura. — Eadem, lib. iii *Revelat.*, cap. 29.

Virgo desiderabilis. — Eadem, in serm. de *Excellent.* V. cap. 15.

Virgo dignissima et honestissima, in Dei Matrem electa. — Eadem in orat. 4 *Revelat.*

Virgo et Mater gloria. — Eadem, in serm. angel. de *Excellent.* V., cap. 1.

Virgo secundissima et virginissima. — Eadem in orat. 4 *Revelat.*

Virgo gloriosa ab omni peccato immunis. — Eadem in serm. angel. de *Excellent.* V., cap. 16.

Virgo incomparabilis. — Eadem in serm. angel. de *Excellent.* V., cap. 3.

Virgo in corpore et anima, Spiritu sancto plena. — Eadem in serm. angel. de *Excellent.* V, cap. 15.

Virgo in cuius uterum Filius Dei venire dignatus est, exclusa quacunque carnis contagiosa volutate. — Eadem, lib. iii *Revelat.*, cap. 10.

Virgo indubitata, dubitante sponso. — Eadem, lib. iv *Revelat.*, cap. 18.

Virgo Mater, impleta omni divina sapientia cum Deo. — Eadem, lib. i *Revelat.* cap. 31.

Virgo mundissima, in qua Deus mundissimus quievit. — Eadem, lib. v *Revelat.*, interrogat. 12.

Virgo omnis peccati expers. — Eadem in serm. angel. de *Excellent.* V., cap. 5.

Virgo præelecta in Dei Matrem. — Eadem in serm. angel. de *Excellent.* V., cap. 5.

Virgo pretiosa. — Eadem, lib. iv *Revelat.*, cap. 140.

Virgo purissima et immaculata. — Eadem, lib. i *Revelat.*, cap. 31.

Virgo sanctissima. — Eadem in serm. angel. de *Excellent.* V., cap. 4.

Virgo summae Trinitati gratissima. — D. Birgitta
in serm. angel. de *Excellent.* V. cap. 1.

*Virgo purissima, cuius et anima et corpus omni
labe carebant.* — Emmanuel. Pal. imperat. in orat.
de Dormit. V.

*Virgo quæ coeli, terræque et omnium quæ in eis
sunt, Conditorem, omnisque carnis moderatorem
secundum carnem peperit.* — Idem in can. ad S.
Deip.

Virgo integerrima, sacratissima ac beatissima. —
D. Joannes Rosbroch. in *Speculo æternæ salutis,*
cap. 19.

Virgo intemerata, præstantissima, gloriosa. —
Idem in prefat. lib. 1 *De ornato spirituali nuptiar.*

Virgo mater beatissima. — Idem in libello *De
septem amoris gradibus,* cap. 8.

*Virgo sacratissima præ creaturis omnibus in Dei
Genitricem electa.* — Idem in *Speculo æternæ salutis,*
cap. 12.

Virgo candidissima. — Isidorus Thessalonice. orat.
de Nativit. B. V.

Virgo celeberrima, sublimissima et divina. —
Idem in orat. *de Annunt.* B. V.

*Virgo cunctis hominibus, et hierarchiis vicinior
Deo.* — Idem in orat. *de Præsent.* B. V.

Virgo cunctorum hymnis decantatissima. — Idem
in orat. *de Annunt.* B. V.

*Virgo Deo simillima, decantatissima, laudatis-
sima, gloriosissima, immaculatissima.* — Ibid.

*Virgo immaculatissima, qua neque sol, neque
aliud præclarum corpus, jucundiores, aut copio-
siores, aut lucidiores, utilioresque radios emisit.*
— Idem in orat. *de Nativit.* B. V.

Virgo incomparabilis. — Idem in orat. *de Pra-
sentat.* B. V.

*Virgo inculpatissima, purissima, honorabilis-
sima.* — Idem in orat. *de Annunt.* B. V.

*Virgo irreprehensibilissima, superimmaculata et
penitus purissima.* — Ibid.

Virgo laudatissima. — Idem in orat. *de Nativit.*
B. V.

Virgo laudibus omnium cumulata. — Ibid.

*Virgo purissima, nullius criminis labe, Christo
simillima.* — Ibid.

*Virgo purissima, per quam vera creationis re-
integratio et vita effloruit, una angelis sanctior, et
communi infortunio superior.* — Ibid.

*Virgo purissima, quæ sua lucida nativitate terræ
affulsi, suaque luce creaturam superiorem et infe-
riorem implevit.* — Ibid.

*Virgo purissima, sacra, intemeratissima, imma-
culata, spectatissima, summe laudanda.* — Idem,
orat. *de Assumpt.* B. M.

Virgo, qua nihil similius, nihil vicinus Deo. —
Ibid.

Virgo incorrupta, et habens Filium Dei. —
S. Vincent. Ferr. serm. 3, *de Nativit.* B. V.

Virgo sanctissima, gloriosissima. — Idem in
serm. *de Concept.* B. M.

Virgo bene ignita. — Joannes Gerson. tract. 9
super *Magnificat.*

Virgo benignissima. — Idem, serm. *de Concept.*
B. V.

Virgo dignissima. — Ibid.

Virgo dulcissima. — Ibid.

Virgo Verbigena. — Idem in *Josephina.*

Virgo beata, referta cumulo omnium gratiarum.
— D. Laurent. Justin. in serm. *de Nativit.* B.
M. V.

*Virgo, cui nullus plane mortalium, quamvis
donorum cœlestium numerositate sit prædictus,
valet coæquari.* — Ibid.

*Virgo elevata supra omnem principatum et po-
testatem et virtutem.* — Idem in serm. *de Assumpt.*
B. M. V.

Virgo gloriosissima Domini Mater. — Idem *de
triumphantis Christi agone,* cap. 7.

*Virgo, in qua sola exuberavit, quidquid honoris,
quidquid felicitatis habebatur in singulis.* — Idem
in serm. *de Assumpt.* B. M.

*Virgo prærogativa sanctitatis ornata, et gratiæ
plenitudine secundata.* — Ibid.

*Virgo pudicissima, quæ chirographum abo'evit
decreti, et protoparentum abstulit opprobrium,
quæ arenti sœculo stillicidia gratiæ irroravit, et
ipsum secunda ditavit fruge: quæ pereunti mundo,
et aquarum diluvio inundanti, portum salutis ape-
ruit.* — Idem in lib. *De casto connubio Verbi et
Animæ,* cap. 8.

*Virgo, quæ non semen suscepit, sed Spiritu se-
cunda Redemptorem concepit, et ideo purificari
non eguit, quæ purificantem hominum sordes ge-
nuit.* — Idem in serm. *de Purificat.* B. M. V.

*Virgo sanctissima, quæ virtutum omnium or-
nata decore, et gratiarum plenitudine, atque do-
norum cœlestium irradiata fulgore, Regem suo ad
se traxit odore.* — Idem in lib. *De casto connubio
Verbi et Animæ,* cap. 9.

Virgo alma. — D. Bernardin. Sen. tom. I,
serm. 55, qui est *de Pass. Dom.*

Virgo amorosissima. — Idem, serm. *de Purific.*
B. V.

*Virgo benedicta, sine vœ pudoris in conceptione
Filii, sine vœ laboris in gestatione, sine vœ doloris
in parturitione.* — Idem, tom. I, serm. 57.

*Virgo dilecta, in cellam viuariam ad Regem
sponsum suum introducta, et ab ubertate domus
ejus inebriata.* — Idem, serm. *de septem verbis.* B. V.

*Virgo gloria, cuius hæreditas est salutatio sua,
quam apud homines devotione hæreditavit.* —
Idem, tom. I, serm. 52.

*Virgo gloria, quæ plus meruit in uno suo con-
sensu, scilicet Conceptionis Filii Dei, quam omnes
creaturæ, sive angeli, sive homines in cunctis suis
actibus, motibus et cogitationibus.* — Idem, tom. I,
serm. 61.

Virgo humilis et verecunda. — Idem, tom. IV,
serm. 37.

Virgo inæstimabilis. — Idem, tom. III, serm. de Assumpt. B. V.

Virgo intacta et intemerata. — Idem, tom. IV, in sermon. extra ord., serm. de septem flammis amoris in B. V.

Virgo saceratissima, quæ Dominum et hominem, sicut vera Mater vere possedit. — Idem, serm. de Purific. B. V.

Virgo salutifera. — Idem, tom. IV, in sermon. extra ord., serm. de septem flammis amoris in B. V.

Virgo sanctissima et purissima. — Idem, tom. IV, serm. 37.

Virgo sapientissima et prudentissima. — Idem, tom. I, serm. 61.

Virgo alma. — D. Anton. in *Summa*, part. iv, tit. 15, cap. 23.

Virgo amicissima Deo. — Idem in *Summa*, part. iv, tit. 15, cap. 13.

Virgo ante partum, in partu et post partum. — Idem in *Summa*, part. iv, tit. 15, cap. 21.

Virgo capacissima. — Idem in *Summa*, part. iv, tit. 15, cap. 22.

Virgo corpore et mente. — Idem in *Summa*, part. iv, tit. 15, cap. 12.

Virgo cum fecunditate divinae prolis. — Idem in *Summa*, part. iv, tit. 15, cap. 13.

Virgo excellentissimi meriti. — Idem in *Summa*, part. iv, tit. 15, cap. 16.

Virgo gloriosissime beata. — Idem in *Summa*, part. iv, tit. 15, cap. 17.

Virgo gravida Dei. — Idem in *Summa*, part. iii, tit. 31, cap. 3.

Virgo in spiritu et corpore. — Idem in *Summa*, part. iv, tit. 15, cap. 17.

Virgo maxima. — Idem in *Summa*, part. iv, tit. 15, cap. 22.

Virgo maxime victoriosa. — Idem in *Summa*, part. iii, tit. 31, cap. 3.

Virgo plena Deo. — Ibid.

Virgo pulcherrima mente et corpore. — Idem in *Summa*, part. iv, tit. 15, cap. 14.

Virgo regia. — Idem in *Summa*, part. iii, tit. 31, cap. 3.

Virgo sanctissima, quæ innumerabiles sententias terribilium flagellorum, quæ meruit mundus propter peccata sua, misericorditer revocavit. — Idem in *Summa*, part. iii, tit. 31, cap. 4.

Virgo semper intacta. — Id. in *Summa*, part. i, tit. 8, cap. 3.

Virgo verecundissima. — Idem in *Summa*, part. iv, tit. 15, cap. 35.

Virgo virginum, quia prima Virginis per imitationem generavit. — Idem in *Summa*, part. iv, tit. 15, cap. 22.

Virgo virginum, quia virgines omnes in somnis extinctione, in puritate, et in fecunditate excellit, quia nulla virgo fecunda nisi ipsa. — Ibid.

Virgo voto. — Id. in *Summa*, part. iv, tit. 15, c. 12.

Virgo regia, intemerata, felicissima, clarissima,

*sanc*tissima.** — Jo. Turrecr. in Proœmio sui tract. de Concept. B. V.

Virgo integrerrima, completissima, et perfectissima, et per consequens sordibus originalis criminis nullatenus maculata, sed ab omni contagione penitus incontaminata; quia cuiuscunque aliqua pars perfectionis sue deest, non debet dici integrum vel completum; constat autem, quod Virgo gloriosa ab universa Ecclesia asseritur, et prædicatur perfectissima et completissima, et hoc semper in gradu supremo: ergo sequitur, quod nullus gradus perfectionis ei desit, et per consequens, quod ab omni labore peccati prorsus fuerit aliena. — Guilielm. Vinc. Cœlestin., serm. de Concept. B. V.

Virgo mundissima et purissima, et per consequens sordibus originalis criminis nullatenus fœdata, sed ab omni contagione penitus impolluta, quia summus gradus munditiae nihil secum patitur admissum contrarietatis, ut astruunt naturales. — Ibid.

Virgo summe beata, et per consequens sordibus originalis criminis nullatenus inquinata, sed ab omni labe penitus segregata, quia turpes, deformes et maculati non sunt usquequo beati. — Ibid.

Virgo admirabilissima. — Dionys. Carthus. lib. i, de laud. S. V. art. 14.

Virgo aliissima. — Idem lib. i, de laud. S. V. art. 2.

Virgo amabilissima. — Id. de laud. S. V. lib. i, art. 1.

Virgo benedictissima. — Idem de laud. sanctiss. V. lib. i, art. 2.

Virgo benignissima. — Ibid.

Virgo Deificatissima. — Idem lib. i, de laud. S. V. art. 16.

Virgo divinissima. — Idem lib. i, de laud. S. V. art. 34.

Virgo dulcissima. — Idem lib. i, de laud. S. V. art. 4.

Virgo electissima. — Idem lib. ii, de laud. S. V. art. 3.

Virgo excellentissima. — Idem lib. i, de laud. S. V. art. 27.

Virgo incomparabilis, quæ quo in seipsa melior, sanctior honorabiliorque consistit, eo justius atque decentius est ejus præconiis immorari. — Idem de laud. B. V. lib. i, art. 1.

Virgo inviolatissima. — Idem de laud. sanctiss. V. lib. i, art. 1.

Virgo morigeratissima. — Idem lib. ii, de laud. S. V. art. 25.

Virgo inundissima, ex qua Unigenitus Dei nasci voluit. — Idem lib. i, de laud. sanctiss. V. art. 6.

Virgo nobilissima, ex qua incarnatum est Dei Verbum. — Id. lib. i, de laud. S. V. art. 5.

Virgo præelectissima, in qua, ex qua et per quam impleta sunt excellentissima Christi mysteria. — Idem lib. i, de laud. S. V. art. 11.

Virgo prorsus mundissima, in cuius gremium omnipotens ille rhinoceros caput suum, ac verti-

cēm reclinavit, seque ab ea potentissima capi permisit. — Dionys. Carthus., lib. iii, *de laud. B. V.* art. 22.

Virgo serenissima. — Idem lib. i, *de laud. B. V.* art. 9.

Virgo sincerissima. — Idem lib. i, *de laud. B. V.* art. 10.

Virgo suavissima. — Idem lib. i, *de laud. B. V.* art. 12.

Virgo tantæ perfectionis ac puritatis, quod puræ creaturæ subsistenti in esse creato, non decuit ampliorem conferri. — Idem lib. i, *de laud. S. V.* art. 14.

Virgo verecundissima. — Idem lib. i, *de laud. S. V.* art. 25.

Virgo virginum antonomastice. — Id. lib. i, *de laud. B. V.* art. 4.

Virgo unica, quæ innocentiae vestem immunem omnino servavit, imo quotidie, omniq[ue] hora, puriorem, splendidiorem ac cœliformiorem exhibuit Deo. — Idem *de laud. sanctiss. V.* lib. iii, art. 6.

Virgo incomparabilis, omnibus amabilis et venerabilis. — Thomas a Kempis in *Soliloquiis* cap. 24.

Virgo a peccato originali immunis. — Paulus de Hæredia. in tract. *de Concept.* B. M. V.

Virgo concepta absque effrenata libidine et delectatione corporeæ. — Ibid.

Virgo immaculata, sine peccato originali concepta. — Ibid.

Virgo intemerata, gloriosa, immaculata, piissima, gloriosa, inclyta, incorrupta, excellentissima, beata, intacta, munda, impolluta, clementissima, sancta, sanctissima. — Ibid.

Virgo munda ab omni peccato. — Ibid.

Virgo singularis in præminentia bonitatis et justitiae. — Ibid.

Virgo singularis, quia sola absque peccato originali concepta. — Ibid.

Virgo enthea. — Bapt. Mantuan. lib. vii, *De sacris diebus de Visitat.* B. M. V.

Virgo angelicis prælata choris et dignior omni agmine spirituum. — Idem lib. ii *Parthen. Marianæ.*

Virgo, cui cœlum militat, quam trepidant Erebi sedes, cui terra fretumque vota precesque ferunt. — Idem lib. i *Parthen. Marianæ.*

Virgo incorruptissima. — Bernardin. de Bustis serm. 6 *de nominat.* B. M. V.

Virgo Mater æterni Verbi. — Idem in suo *Mariali*, serm. 2 *de Coronat.* B. M. V.

Virgo sine sterilitate. — Idem serm. 8, *de Annuntiat.* B. M.

Virgo super omnes amans, amabilis et amata. — Arnoldus Bostius lib. *de patronatu B. V. Mariæ in dicatum sibi Carmeli ordinem*, cap. 4.

Virgo secunda, sole amicta, veri solis imago expressissima, inter millia astrorum Deo assistentium longe præfulgentior. — Arnold. Bostius lib. *de Patron. Deip. V. in sibi dicatum Carmeli Ord.*, cap. 11, § 2.

Virgo perfecti decoris ab æterno Domini Jesu Mater præelecta (cujus portio modica a Verbo æterno assumpta ad redimendum totum genus humanum fuit idonea); illam originali sorditie aliquando deturpatam, filiamque diabolii fuisse, tantæ ejus sanctitati, tantæ aulae Dei prærogativæ minime convenire, etiam maximus ille gurges errorum et heresium, atque atrocissimus totius orbis turba Mahometes, Agarenorum legislator, procurator orci, primusque diabolii satelles, in Alcorano, quanquam spuriissimus asseverat: prævalet enim in tantum, ut ab hoste mereatur habere laudes, cuius clarissima virtus etiam perfidiorum invidiam superavit. — Ibid. cap. 13, paragraph. 2.

Virgo ab omni vitiorum contagio prorsus libera, adeo moderata, et splendens, et virtutum gemmis decorata, ut nullam prorsus legem haberet in membris, quæ legi mentis, vel ad momentum repugnaret; et sic in omni gratia consummata, in omni dono, tam corporali quam spirituali confirmata, ac etiam in omni bono solidata, ut nullus omnino defectus, aut boni parentia in eam incidere posset, nec ulla etiam venialis culpæ macula. — Claudius Rap. Cœlestin. serm. 2, *de Concept.* B. V.

Virgo beata, auro obryzo purior, gemmis pretiosior, balsamo suavior, margaritis nitidior, nectare et ambrosia dulcior, et omni harmonia delectabilior, tota mitis, tota suavis, tota delectabilis. — Ibid.

Virgo beata, quæ, ut multæ filiæ virgines sanctæ, et animæ devote congregaverint divitias variarum virtutum et meritorum ac bonorum operum, supergressa est universas puritate Conceptionis, excellentia humilitatis et secunditate virginitatis. — Ibid.

Virgo beata, quæ omnibus hominibus cœlestem et æternam peperit vitam, vitalem cunctis generationibus gratiam, et universis gentibus et nationibus gloriam sempiternam. — Ibid.

Virgo Christifera, a peccati inquinamento tota munda et libera, innocentiae et sanctitatis veste induta, et in omni dono per donum gratiæ et gloriæ omnino confirmata, ubique tuta, ubique secura. — Ibid.

Virgo Deipara nunquam sine præfatione honoris nominanda, quæ sancta antequam nata genuit mundi Salvatorem, cuius sacrosancta, pura et immaculata Conceptione fuit cœlitus ab omni originali culpæ, et humanæ pruriginis colluvie præservata, perfectaque gratiarum omnium ac donorum spiritualium plenitudine præventa. — Ibid.

Virgo Deipara, tota puritate nitida, tota circumquaque virtutum gemmis irradiata, tota spiritualium gratiarum, cœlestiumque donorum, ac divinorum charismatum fulgore respersa. — Ibid.

Virgo, Deum et hominem paritura, quæ sic diuina præventa est benedictione, ut, præter sortem et conditionem generis humani, nullam prorsus, nec minimam originalis culpæ maculam, ex originis suæ propagatione, contraxerit. — Ibid.

Virgo gloria, ante Deo cognita, quam concepta, prius sanctificata, quam nata, in carne degens præter carnem, et ab omni labe peccati prorsus extranea, et ab antiquo damnationis chirographo libera, nec ullas carnis virginalis sentiens molestias, vitam in terris ducens angelicam, Deo conjuncta, Verbo propinquæ, divinis imbuta mysteriis, angelorum servato consortio, et a Spiritu sancto absque ullo temporis intervallo possessa, ac cœlesti ab initio gratia præventa, divini amoris, toto cursu vitæ suæ, cremata incendio, mortua mundo, et soli vivens Christo. — Ibid.

Virgo gloria, cuius sublimis dignitas et digna sublimitas, excellens gloria, et gloria excellentia, decus eximium, et singularis honor. — Ibid.

Virgo gloria, per quam divinus reparatus est honor, qui primo homine cadente disperierat. — Ibid.

Virgo humili, quam innatae Dei bonitati visum est tibi prævidere, prævidendo conservare, conservando præparare, novo, mirandoque et inaudito seminis ortu concepta, atque ab omni culpe ori-ginalis prurigine prorsus aliena. — Ibid.

Virgo illibata et ditata, cœlesti progenie gravi-data, nec fraudata flore pudicitia. — B. Casimirus Poloniæ princeps in hymn. de B. V.

Virgo omni laude digna et præconio. — Ibid.

Virgo, per quam valvæ cœli patent miseris. — Ibid.

Virgo puerpera, semper munda et secunda. — Ibid.

Virgo beatissima, ac semper intemerata. — Joan. Trith. de miraculis B. V. prope Dittelbach. lib. 1, cap. 2.

Virgo, cœlestis pluviae gratia semper infusa dulciter. — Idem de miraculis B. V. prope Dittelbach. lib. 1, cap. 10.

Virgo gloriosissima, castissima, sanctissima. — Idem de miraculis B. V. prope Dittelbach. lib. 1, cap. 2.

Virgo innocentissima, ac omni laude dignissima. — Idem de miraculis B. V. prope Dittelbach. lib. 1, cap. 10.

Virgo, luce Spiritus sancti circumfusa, semper innocentissima. — Idem lib. III, de Miraculis B. V. in Urticeto.

Virgo post partum inviolata : quia nulla sanctior creatura unquam in mundo fuit. — Idem lib. 1, de miraculis B. V. in Urticeto.

Virgo pudicarum omnium pudicissima. — Idem in orat. ad B. V. quæ incipit : *Ave, sole splen-didior.*

Virgo, quæ mundi Salvatorem innocens et ca-stissima peperit. — Idem lib. 1 de miraculis B. V. in Urticeto, cap. 9.

Virgo semper castissima. Idem lib. 1, de miracu-lis B. V. in Urticeto, cap. 7.

Virgo semper immaculata. — Idem lib. III, de miraculis B. V. in Urticeto in præfat.

Virgo semper innocens, Deoque placens, mente et corpore integerrima. — Idem lib. III, de miraculis B. V. in Urticeto.

Virgo semper innocentissima. — Idem lib. 1, de miraculis B. V. in Urticeto, cap. 4.

Virgo semper intacta, quæ de Spiritu sancto sine pollutione concepit Filium, et pariens, inviola-ta castis lactavit uberibus Deum. — Idem de miracul, B. V. prope Dittelbach. lib. 1, cap. 10.

Virgo semper intemerata. — Idem lib. III de miraculis B. V. in Urticeto.

Virgo semper sacrosancta. Idem lib. 1, de miraculis B. V. in Urticeto, cap. 2.

Virgo beatissima, fecunda. — Philippus de Greve serm. 129, in Psalm. LXIV.

Virgo de qua Virgo processit. — Idem serm. 148, in Psalm. LXXI.

Virgo maxima. — Idem serm. 132, in Psalm. LXVI.

Virgo benignissima. — Maurit. de Villa Probata serm. 20 *Coronæ novæ B. M.*

Virgo clarissima. — Ibid. serm. 50.

Virgo cœlestis et æterna. — Ibid. serm. 17.

Virgo dignissima. — Ibid. serm. 45.

Virgo duleissima. — Ibid.

Virgo excellentissima. — Ibid. serm. 52.

Virgo ex omnibus electa. — Ibid. serm. 51.

Virgo fulgentissima. — Ibid. serm. 10.

Virgo gloriosissima. — Ibid. serm. 33.

Virgo imperialis. — Ibid. serm. 28.

Virgo incomparabilis. — Ibid. serm. 51.

Virgo innocentissima. — Ibid. serm. 14.

Virgo pretiosissima. — Ibid. serm. 26.

Virgo prudens, que lampades suas, id est, cor-pus et animam ornavit oleo pietatis, lychno puri-tatis, lumine veritatis, et igne charitatis. — Ibid. serm. 25.

Virgo super omnes alias benedicta. — Ibid. serm. 27.

Virgo virtuosissima. — Idem serm. 14.

Virgo tota pulchra, in qua macula nunquam fuit, aspectu decora modestis, terribilis adversariis hon-estatis. — Marcus Vigerius in *Decachordo Chri-stiano* lib. 1, cap. 16.

Virgo mente et actu. — Petrus Gal. lib. VII de Arcan. cap. 13.

Virgo alacris, sacrata, devota. — Joan. Pieus lib. II in Cantic., cap. 4.

Virgo a prima origine illibata. — Idem lib. I in Cantic., cap. 15.

Virgo Cherubica. — Idem lib. II in Cantic., cap. 13.

Virgo Christiformis patientissima, fide plena et virtutum omnium gloria insignita. — Idem lib. II in Cantic., cap. 6.

Virgo circumspectissima, perbenedicta. — Idem lib. I in Cantic., cap. 17.

Virgo cordatissima. — Idem lib. I in Cantic., cap. 2.

Virgo eximia, omnigenae sordis expers, et paternae nescia labis. — Joan. Picus, lib. iii in *Cant.*, cap. 10.

Virgo facie decora, et intentione rectissima, quam nulla labes fuscavit originis. — Idem lib. ii in *Cant.*, cap. 4.

Virgo gratiarum, virtutisque plenitudine locuples. — Idem lib. i in *Cantic.*, cap. 8.

Virgo incontaminatissima. — Idem lib. i in *Cantic.*, cap. 13.

Virgo in omnes benefica. — Idem lib. iii in *Cant.*, cap. 16.

Virgo integra, illibata, divina. — Idem lib. i in *Cantic.*, cap. 2.

Virgo mediatrix. — Idem lib. iii in *Cant.*, cap. 8.

Virgo omniformi, naturalis, et personalis integritatis, decore florens. — Idem lib. i in *Cant.*, cap. 5.

Virgo pientissima. — Idem lib. i in *Cant.*, cap. 10.

Virgo pigmentaria. — Idem lib. iii in *Cant.*, cap. 4.

Virgo præstantissima, strenuissima. — Idem lib. iii in *Cant.*, cap. 14.

Virgo pudicissima, humilis, prudens, sobria, præ omnibus eruditissima. — Idem lib. i in *Cant.*, cap. 2.

Virgo puerpera, sed in partu doloris expers, ut in conceptu omnis prorsus inquinamenti exors. — Idem lib. i in *Cant.*, cap. 6.

Virgo pura, et primævi contagii immunissima. — Idem lib. i in *Cant.*, cap. 6.

Virgo Seraphica. — Idem lib. ii in *Cant.*, cap. 13.

Virgo Seraphicæ charitatis igne ambusta. — Idem lib. ii in *Cant.*, cap. 20.

Virgo solitaria, et ab onerosæ mortalium turbæ tumultuoso comitatu aliena. — Idem lib. ii in *Cant.*, cap. 1.

Virgo spectatissima, quæ ex divinis muneribus, cœlestibus prærogativis, superna munificentia copiosius, dum conciperetur, deceptis, et assiduis per sanctarum virtutum exercitamenta gradibus aucta, eo pervenit, ut reliquas omnes sibi composas longo latoque intervallo anteiret. — Idem lib. i in *Cant.*, cap. 5.

Virgo studiosa. — Idem lib. i in *Cant.*, cap. 18.

Virgo superbenedicta, sacrata. — Idem lib. ii in *Cant.*, cap. 12.

Virgo veneranda, ac virtutibus omnibus præpolens. — Idem lib. i in *Cant.*, cap. 4.

Virgo immaculata, quam Rex cœlestis concupivit, et in sponsam elegit: quæ non fuit sicut cœteri hominum in sua conceptione, quæ est mundior cœteris, et in sua conversione, quæ est sanctior cœteris, et in sua coronatione, quæ est gloriosior cœteris. — Petrus Bardus, serm. 7, de *Concept.* B. M. V.

Virgo, super omnem creaturam puram purissima, nec per tempus, nec per instans temporis et

labe et macula peccati originalis maculata. — Idem serm. 6 *Concept.* B. M. V.

Virgo Deipara, tota formosa, tota speciosa, nullius unquam peccati, nec originalis quidem culpe rea, nec obligationi Adæ obnoxia, imo nec morti temporali, nisi volens subjecta, sed ab universis naturæ humanæ incommodis mere libera instar primorum parentum in statu innocentiae adhuc degentium. — Dion. Fab., tract. 1, de *Concept.* B. M. V.

Virgo et Mater mirabilissima, ac prorsus incomparabilis, phœniceque rario tam in cœlo, quam in terris. — Ibid.

Virgo in cunctis mirabilis et præ cunctis amabilis ab omnibus invocanda, et ab universis honoranda, cuius singularis gratia conceptionis, cuius decor puritatis, cuius honor dignitatis, cuius odor sanctitatis dæmones exterminat, morbos sanat et languores, et mœstos latifundat; cui sub Deo nihil comparari potest, conferri, aut æquari, nec in cœlo, nec in terra, nec in omnibus abyssis, quantumvis spiritualium charismatum copiosa varietate floreat, quippe que sanctorum omnium, beatorumque spirituum universa transcendit merita, virtutes, gratiamque et gloriam superat et transcendet, non minus quam mons sublimis terræ circumiacentis superficiem. — Ibid.

Virgo argentea, sine omni macula et concupiscentia. — S. Thom. de Villa Nova in conc. de *Nativ.* B. M. V.

Virgo pudicissima, regia, sacra, sacerrima. — Idem, serm. 4, de *Annuntiat.* B. M. V.

Virgo purissima, prudentissima, pulcherrima, devotissima, humillima, mitissima, omni gratia plena, omni sanctitate pollens, omnibus virtutibus ornata, omnibus charismatibus decorata, Deo grattissima. — Id. in serm. 2 de *Nativ.* B. M. V.

Virgo regia inter virgines primatum tenens. — Idem serm. de *Annuntiat.* B. M. V.

Virgo regia, nobilissima. — Idem in conc. 2, de *Nativ.* B. M. V.

Virgo tota, carne, mente, aspectu, contactu, cogitatu, affectu, sermone, opere, spiritu, sensu. — Idem serm. 2, de *Annuntiat.* B. M. V.

Virgo vere singularis, vere unica, ad quam nulla est alia virgo, ad cuius comparationem omnis alia virginitas corruptio videri potest. — Ibid.

Virgo decoris stupendi. — Ludovic. Blosius in *Endologia 3 ad B. M. V.*

Virgo Deipara incorrupta, et ab omni illuvie imminis. — Idem in *Endologia 2.*

Virgo Deo gratissima. — Idem in *Endologia 3.*

Virgo electa inter filias Jersalem speciosissima. — Ibid.

Virgo melle dulcior, et balsamo suavior. — Ibid.

Virgo ornatissima. — Ibid.

Virgo præclara, serena, purissima, elegantissima, gratiosissima. — Ibid.

Virgo purissima, dulcissima; tenerissima. — Idem in *canone vitae spiritualis*, cap. 20.

Virgo puritatis plusquam angelicæ. — Idem in *Endologia 3 ad B. M. V.*

Virgo rosis rubicundior, et liliis candidior. — Idem in *Endologia 4.*

Virgo sacratissima, et inter mulieres benedictas peculiariter benedictione singulariter insignis. — Idem in *Endologia 2.*

Virgo sole serenior, et astris lucidior. — Idem in *Endologia 1.*

Virgo speciosissima, pariter et incorruptibilis, inconcupiscibilisque, cuius purissima, perfectissimaque conversatio corda aspicientium cœlesti quadam luce penetrabat, castioraque reddebat. — Ibid.

Virgo taciturna. — Id. in *Endologia 5 ad B. M. V.*

Virgo tota mitis, tota amœna, tota fulgens, tota benigna. — Id. in *Endolog. 2.*

Virgo ultra omnem pulchritudinem decora. — Idem in *Endolog. 1.*

Virgo auxiliatrix. — Justus Lipsius in *Diva V. in Hall.* cap. 15.

Virgo suprema. — Idem in *Diva V. Aspicollis*, cap. 53.

Virgo speciosissima, et purissima voluptas animæ meæ. — Joannes a Jesu Maria tom. II Oper. suor., tract. de *Theolog. mystic.* pag. 62.

Virgo pulcherrima et exspectatissimum refrigerium servitutis meæ, in quam me conjectit Eva mater mea. — Ibid.

Virgo venustissima, et speculum lucidissimum oculorum meorum, omnibus diebus vita meæ. — Ibid. pag. 63.

Virgo speciosissima et amœnitas paradisi. — Ibid.

Virgo purissima et Mater suavissima. — Ibid. pag. 64.

Virgo dilectissima et pulchra nimis. — Ibid.

Virgo prudentissima et vita animæ meæ optatissima. — Ibid. pag. 65.

Virgo generosissima, et ad fundendas delectationes castas propensissima. — Ibid.

Virgo supra astra matutina splendidissima. — Ibid. pag. 65.

Virgo castissima et splendor illustrissime cordis mei. — Ibid. pag. 68.

Virgo suavissima et nobilissima præda mea. — Ibid.

Virgo et princeps serenissima, quæ decore tuo corda rapis et quasi mancipia trahis. — Ibid. pag. 66.

Virgo dulcissima et super omnes mitis mater. — Ibid. pag. 67.

Virgo pulchritudine coronata, et speciosa valde. — Ibid.

Virgo suavissima, et cœlestis decor domus Dei. — Ibid.

Virgo super omnes speciosa, sicut aurora valde rutilans. — Ibid. pag. 268.

Virgo nive candidior, splendidior sole, et desiderabilis super omnia pretiosa mundi. — Idem tom. IV Operum suorum, cap. 266.

Virgo cœlorum regina prædestinata. — Ibid.

Virgo amabilissima, fons inexhaustibilis misericordia. — Ibid. pag. 269.

Virgo una et præcipua de numero prudentum. — Ibid.

Virgo castissima, de thesauro virginitatis suæ vehementer sollicita. — Robertus Bellarm. conc. 5, super *Missus est.*

Virgo integerrima. — Idem conc. 4, super *Missus est.*

Virgo sapientissima. — Idem conc. 3, super *Missus est.*

VIRGULA sumi ex aromatibus, nimirum, quia multis repleta est virtutum odoribus. — D. Hieron. in epist. sive serm. de *Assumpt. B. M. V. ad Paulam et Eustochium.*

Virgula sumi, quia gracilis et delicata, quia divinis extenuata disciplinis, et concremata intus in holocaustum, incendio pii amoris et desiderio charitatis. — Ibid.

Virgula sumi ex aromatibus : quia delicata, et divinis extenuata disciplinis : multis virtutum erat impleta odoribus, per quas quotidie se in holocaustum Domino concremabat incendio pii amoris, et desiderio charitatis. — D. Ildephons. serm. 6, de *Assumpt. B. M. V.*

Virgula radicis. — D. Althelmus in lib. *de laud. Virginit.* cap. 22.

Virgula sumi ex aromatibus, scilicet per bonam operationem, per devotionem Dei et proximi, unde *Virgula* sumi deinde procedit, quia desiderium ex amore venit. — Idem de *B. M. V. part. xiv, contempl. 56.*

Virgula sumi ex aromatibus, quia sicut *virgula* sumi gracilis est, sic beata *Virgo* gracilis fuit per paupertatem, quia omnia temporalia contempsit, vel si ea aliquando habuit, largiter erogavit ; gracilis etiam fuit per carnis extenuationem, quia, licet nunquam peccaverit, semper in pœnitentia permanxit : gracilis insuper fuit, quia cœlestibus extenuata disciplinis, et subtilis vita contemplativa, ut sine obstaculo transiret per arcam viam, et intraret portam angustam quæ dicit ad vitam. — Ibid.

Virgula sumi, quia, sicut *virgula* sumi agilis, ita beata *Virgo* agilis fuit ; levi enim cursu, et levi saltu omnes vitiorum spinas et foveas transiliit. — Ibid.

Virgula sumi, quia si *virgula* sumi flexibilis est, beata *Virgo* flexibilis fuit per humilitatem quoad se, per obedientiam quoad Deum, et per compassionem et pietatem quoad proximum. — Ibid.

Virgula sumi, quia, si *virgula* sumi levis est, beata *Virgo* levis fuit, id est, sine ponderositate

peccati, et ideo continuo ferebatur desiderio aeternorum. — D. Althelmus de B. V. M., part. xiv, contempl. 56.

Virgula fumi, quia, si *virgula fumi* libere alta petit, beata Virgo alta petiit per subtilem contemplationem, et rectitudinem intentionis. — Ibid.

Virgula fumi, quia, si *virgula fumi* obscura est, beata Virgo obscura fuit per tribulationum multitudinem, quas passa fuit amore benedicti Filii sui, et ideo dicebat : « Nolite me considerare quod fusca sim, quia decoloravit me sol » (*Cant.* i, 5), id est, gloriissimus Filius meus. — Ibid.

Virgula fumi ex aromatibus per desertum ascendens, quia ex vita suae virtutibus in interni semper incensi rectitudinem proficere studuit : nec sparsa per cogitationes defluit, sed sese intra arcana cordis in rigoris virga constrinxit. — S. Petrus Damjan. homil. in *Nativit.* B. V. M.

Virgula fumi : nam si *virgula fumi* recta est, subtilis, odorifera, et quanto magis in aera extenditur, tanto amplius dilatatur : ipsa recta fuit in sublimitate conversationis, subtilis in Deitatis contemplatione, odorifera in virtutum opinione, angusta in temporalibus, in spiritualibus dilatata. — Idem serm. de *Assumpt.* B. V. M.

Virgula fumi, suavem odorem spirans Altissimo, coelestibus disciplinis erudita, atque extenuata. — Rupert. abb. lib. iii, *Comment. in Cant.*

Virgula fumi, vere mirabilis, ascendens per desertum, id est, animam habens valde solitariam, et illi multum dissimilis, quae descendit per paradi- sum, cecidit parado, non gracilis per humilitatem, sed nimis grossa, et rigida per mentis tumorem. — Ibid.

Virgula fumi ex aromatibus. — Petrus Bles., serm. 58.

Virgula fumi ex aromatibus, longe lateque suavissimum dans odorem, doctrinam justitiae, disciplinæ formam gratiorem : largitur suffragia, gaudet benevolentiam exhibere, quæ digne considerantibus, tanquam aroma videtur redolere. — Philip. abb., lib. iv in *Cant.*, cap. 4.

Virgula fumi, per desertum ascendens, quia deserens quæ infra sunt, in superiora liberius se extendit, retroque proposito terram calcans cœlum desideriis apprehendit. — Idem lib. i in *Cant.*, cap. 16.

Virgula fumi, quæ cum subtilis et gracilis ab inferioribus oriatur, attollens se in auras tenues, et ipsa tenuatur : sic in altum proficiens ut secreto nubium se committat, et velut se exinaniens oculos intuentium non admittat : Virgo enim, quamvis de terrenis parentibus procreata, terrenis tamen abrasis fecibus disciplinæ studio tenuata, ad tantam meritorum altitudinem supra homines est progressa, ut recte asseratur capacitatem admirantium supergressa. — Idem lib. iv in *Cant.*, cap. 4.

Virgula fumi ex aromatibus, recta per actionem, fragrans per bonam estimationis famam, sursum

erecta per mentis sinceram intentionem. — Gulielmus Parvus in cap. iii *Cant.*

Virgula fumi, ex aromatibus myrræ et thuris. — Honorius Augustod. in *Sigillo B. M.*

Virgula non ligni insensibilis et duri, sed fumi, qui speciem habet, sed substantiam non habet : cum enim cernitur, aliquid esse videtur : cum manus apponitur, nihil invenitur : sic Maria videbatur hic esse per carnis speciem, sed hic non erat per dilectionem. — Rich. a S. Laur. *de laud. sanctiss. V. lib. xii.*

Virgula fumi, quæ habens omnia aromata virtutum, omnium odore profudit Ecclesiam. — Joan. Hailgrin. in cap. iii *Cant.*

Virgula per rectitudinem intentionis et operis, propter gratiam humilitatis, propter perseverantie soliditatem, et propter extenuationem carnis suæ, qua ascendit de virtute in virtutem, per desertum, id est, per mundum quem pro deserto habuit, nam contemnens mundum, et ejus concupiscentias, spiritualibus adhæsit deliciis. — Ibid.

Virgula fumi. *Cantic. iii.* — D. Thomas Aquin. serm. in *Annum. B. M.* ex epist.

Virgula fumi, quia concremata per charitatem. — Jacob. de Vorag. in *Mariali. serm. 7. V.*

Virgula fumi, nigra et obscura amaritudine propriae afflictionis, agilis tamen et erecta ad divina. — Ægidius Columna in *exposit. in Salut. angelic.*

Virgula fumi ex aromatibus, quia multis fuit repleta virtutum odoribus. — Alan. de Insul. in cap. iii *Cant.*

Virgula fumi, quia gracilis et delicata, quia divinis extenuata disciplinis, et concremata intus in holocaustum incendio pii amoris et desiderio charitatis. — Ibid.

Virgula flore fulgens. — Joan. Hondeni. hynin. 1 de Partu V.

Virgula fumi, ascendens ex aromatibus myrræ et thuris, *Cant.* iii. Dicitur *virgula fumi*, non ligni, nam virga ligni paulatim ascendit, tarde et pedentim de die in diem proficit : et quanto plus ascendit, tanto fragilior, gracilioque efficitur : e contra est videre in *virgula fumi* ascende de thuribulo, pleno prunis accensis, et pulveribus aromaticis superpositis, quando non est ibi nisi unica apertura ; ascendit enim cum impetu fortiter et velociter, per virtutem ignis, in modum columnæ : ascendit etiam cum fervore et ardore, et quanto plus ascendit, tanto plus dilatatur, et odorem suavitatis circumquaque diffundit : et talis tantique odoris, quod omnium aromatum, id est, virtutum et gratiarum quæ cogitari possunt, in se contineat fragrantiam et virtutem, quod notatur, cum dicitur et universi pulveris pigmentarii. Solent autem pigmentarii multis modis confidere pulveres, certarum specierum recipientes numerum et mensuram : ita gratiæ cæterorum sanctorum, quasi in certo numero datae sunt et mensura, in Maria

autem omnium gratiarum plenitudo tanquam universi pulveris pigmentarii cumulus aromatizans incomparabilem spargebat odorem. — Ern. Prag. in *Marioli*, cap. 45.

Virgula benedicta. — D. Birgitta in serm. angel. de *Excellentia Virg.* cap. 2.

Virgula de qua processit flos ille quem reges et prophetæ desiderabant. — Eadem lib. vi *Revelat.* cap. 56.

Virgula sumans. — D. Laur. Just. in lib. de *casto connubio Verbi et Animæ*, cap. 5.

Virgula sumi, ex aromatibus myrræ et thuris et universi pulveris pigmentarii. — Idem in serm. de *Assumpt.* B. M. V.

Virgula sumi, cuius profectui non sicut admista aliqua curvitas culpæ, nec negligentia ulla, sed linea-
liter prorsus rectissime progrediebatur in omni bono,
similis vaporis resoluto ex incensione thymiamatis
optimi, ex omni aromaticæ specie confecti, quia in
profundo prætacto Virginis excellentissimæ con-
currebant plurimarum actus, et ordinatissimæ
contemperationes virtutum, suavissime redolentes
apud Altissimum. — Dionys. Carth. in *Cant.*
art. 12.

Virgula pigmenti. — Arn. Bostius in prolog. lib.
De patronatu Deiparæ V. in sibi dicatum *Carm.*
Ord.

Virgula sumi ex aromatibus myrræ et thuris et universi pulveris pigmentarii. — Joan. Picus lib. ii
in *Cant.*, cap. 6.

Virgula, in qua fructus advenit, et formosiores flores non recesserunt, et sic fructus vitæ suavis in ea maturuit, ut flores fragrantissimi non marce-
rint. — Dionys. Fab. tract. 4 de *Concept.* B. V.

VIRGULTUM, ex quo radix perfectorum processit.
— D. August. serm. 19, *ad fratres in eremo*.

Virgultum de quo nata est radix omnium. —
Idem serm. 5, *de Nativ. Dom.*, *De tempore*.

Virgultum, id est viridarium ad Dominum spa-
tiandum et recreandum, ubi ipse posset flores et
fructus colligere, in quibus seipsum posset et pa-
scere, et in ipsis suavissime pausare. — Rich. a S.
Laur. *de laud. S. V.* lib. xii.

Virgultum floridum, ad quod debemus frequenter descendere, ut flores colligamus, qui erunt et fructus eximii honoris et honestatis et utilitatis. — Ern. Prag. in *Marioli*, cap. 49.

VIRCUNCULA nostra singulariter casta : excellenter speciosa, unice munda. — Hugo de S. Vict. lib. de *perpetua Virginit.* S. M.

Virguncula humilis. — D. Bernard. in orat. *De B. Maria*, cuius initium est *Ave Maria*.

Virguncula pudicissima. — Dionys. Carthus. lib. i, *de laud. S. V.* art. 24.

Virguncula perfectæ innocentiae. — Ludovicus Blœsius in *Endologia 1 ad B. V.*

VIRIDARIUM ad Dominum spatiandum et recrean-
dum, ubi ipse posset flores et fructus colligere, in
quibus posset seipsum pascere, et in ipsis suavis-

sime pausare. — Rich. a S. Laur. *De laud. sanctiss. V.* lib. xii.

Viridarium amœnum arborum diversitate ; in eo enim fuerunt cedrus contemplationis excelsæ, cu-
pressus odoriferæ famæ, palma gloriose victoriæ,
rosa patientiæ, oliva misericordie, platanus filiei
perfectæ et lignum vite. — Bernardin. de Bustis serm. 1 *de assimilat.* B. M.

VIROR virginalis, de quo pullulatum est viride
lignum Filius Dei. — D. Petrus Damasc. serm. de
S. Victore confessore.

VIRTUS hospitalitatis. — S. Petrus Chrysost. serm. 146.

Virtus ex alto, per quam reges Christiani acci-
guntur ad bellum. — S. Sabba in *Menœis Græcorum*
die 2 Julii.

Virtus populi. — Anonym. in *canone ad S. Deipar.* qui exstat in *Rituali Græcorum*, pag. 813.

Virtus fidelium ab omnibus periculis custodiens
servos suos fideles. — S. Joan. Damasc. in *Parac.* B. M.

Virtus nostra. — S. Joseph. Hym. in *Mariati*.

Virtus nostra. — D. Bernard. serm. 5 super
Salve Regina.

Virtus ope destitutorum. — Theodorus Lasc.
imperator in *Poem. B. M.*

Virtus nostra potentior, conterens inimicum. —
D. Bonav. in *Psalt.* B. V.

Virtus in Dei fortissimorum actuum perfectione.
— Albert. Magn. in *Biblia Mariæ* super librum
Apocal.

Virtus misericordiæ, in qua peccatores portan-
tur ad conversionem. Isai. xlvi. — Idem in *Biblia M.* super Isaiam prophetam.

Virtus suprema virtutum. — Bernardin. de Bustis
in suo *Marioli*, serm. 2 *de Coron.* B. M.

VIRTUTES in Dei fortissimorum actuum per-
fectione. — Albert. Magn. super *Missus est*,
cap. 193.

Vis consilii inexcoigitabilis ante sœcula dispositæ
administrationis circa hominem. — S. Andr. Cret.
orat. 3, *de Dormit.* B. V.

Vis aliae Sophiæ, melior Seraphim. — Jo. Geom.
in B. V. hymn. 4.

Vis ignea genio pravo. — Id. in B. V. hymn. 4.

Vis robustis fortior, virtute antestans mentibus
æthereis. — Idem in B. V. hymn. 4.

VISCERA Dei. — S. German. orat. 1 *in Dormit.* B. V.

VISIO magna prophetarum, quam multifarie
multisque modis sancti imaginantes, sacraiores
divinas imagines symbolice docebantur, magnum-
que dispensationis sacramentum figuraliter in-
telligebant. — S. Andreas Cret. orat. 1, *de*
Dorm.

Visio nova ex dispensatione, atque horrenda,
quam præviderunt veraces prophetæ, cum Dei-
para Virgo conceptu partuque sine semine,

casta a partu transierit. — S. Andreas Cret. can. in *S. Lazarum.*

Visio, de qua scriptum Ezech. i, 27, 28 : « Vidi aspectum ignis splendentis in circuitu, velut aspectum arcus, cum fuerit in nube in die pluviae, ita erit extensio splendoris per gyrum : » haec visio similitudinis gloriae Domini. — S. Germ. Constantino., serm. in *Nat. B. V.*

Visio magna Exod. iii, quam desiderabat videre Moyses, quasi de prope dicens : « Vadam, et videbo visionem hanc magnam, quare non comburatur rubus. » — Rich. a S. Laur. de laud. *S. V.* lib. xii.

Visio omnium prophetarum. — Ern. Prag. in *Mariali*, cap. 85.

VISITATIO ægrotantium, nos graviter animo ægrotantes curans, ac salutem nobis conferens. — S. Joan. Damasc. in *Psal. B. V.*

Visitatio velox ægrotantium. — S. Joseph. Hymn., in *Mariali*.

VISITATRIX ægrotantis animæ nostræ. — Cosmas Hierosolymit. in *Theogoniam*, hymn. 6.

VITA viventium. — S. Andr. Cret. orat. 3, de *Dormit. sanctiss. V.*

Vita vere, quia vitam attulit, et peperit vitam Ecclesiæ. — Anast. Sinaita lib. ii *Anagog. contemplat.* in *Hexamer.*

Vita projectorum. — Anonym. in *Eucholog.* seu *Rituali Græc.* in *can. funereo pro pueris vita functis.*

Vita nostra. — S. German. Constant. orat. 2 in *Present. B. V.*

Vita Christianorum. — Idem orat. in *zonam Deiparæ.*

Vita cordis nostri. — S. Jo. Damasc. in *Parac. B. V.*

Vita omnium. — S. Joseph. Hymn. in *Mariali*.

Vita amabilis, desiderabilis, delectabilis. — S. Anselmus Lucensis super *Salve Regina.*

Vita, carnales vitas ad nihilum reducens. — Ibid.

Vita, contraria mundi vitæ, quam qui habere vult, se affligat, delicias respuat, delicata quæque contemnat; et qui amplius mortificaverit se, eamdem amplius possidebit. — Ibid.

Vita divina fortificans potestate, impetracione divinam sapientiam exhalans, et divina vegetans bonitate. — Ibid.

Vita mirabilis, mortuos vivificans, per quam est regressus de privatione ad habitum. — Ibid.

Vita, mortem non timens, mortem expellens, mortales immortales constituens. — Ibid.

Vita non senescens, sed potius senes ad juventutem reducens. — Ibid.

Vita vere, quæ mortem superbæ humilitate vicit, quæ nobis vitam gratiæ impetravit, quæ vitam gloriæ genuit. — Ibid.

Vita vere, quæ vitam nostram naturalem a mul-

tis periculis liberat, seipsam ut vitam morti opponens cum viderit expedire. — Ibid.

Vita viventium. — D. Amedeus hom. 8, de laud. *B. V.*

Vita mundi. — D. Bonavent. in *Psalt. minori B. V.* Quinquag. 2.

Vita mortuorum. — Ern. Prag. in *Mariali*, cap. 46.

Vita nostra, per quam cum emortui sumus, mortis et sentimus et detestamur horrorem, et confecto lacrymis suspirisque medicamine mortis pondus excutimus. — Martinus de Magistris in exposit. super Cant. *Salve Regina.*

Vita nostra, qua hostium non morimur insultibus. — Ibid.

Vita nostra, qua semel mortui, ne iterum quidem atque iterum occidimur. — Ibid.

Vita, qua nostra mors enecta deperit. — Ibid.

Vita, qua sursum vitæ potiri spiritibus incipimus. — Ibid.

Vita mundi. — Bernardin. de Bustis in suo *Mariali*, serm. 2, *Coron. B. M.*

Vita dulcis. — Mauritus de Villa Probata, serm. 8 *Coronæ novæ B. M.*

Vita optatissima cordis mei. — Joan. a Jesu Maria, tom. II, tract. *Theol. Myst.* pag. 64.

Vitis semper vigens, quæ animas glorificantum latificat. — D. Gregor. Thaum. orat. 1, in *Annum. B. M.*

Vitis veritatis fertilissima, et quoad virginitatem minime vindemiata, quæ licet non fossa, uvaram tamen feracissima, nempe quæ maturam uvam germinavit Christum. — D. Epiphan. in serm. de laud. *S. V.*

Vitis, quæ protulit botrum, et lætitia vini ejus bibitur, et non deficit. — S. Joan. Chrys. orat. 7, in *S. Deiparam.*

Vitis evangelica, salutis botrum, qui nec satietatem, nec fastidium ingerit, ferens. — S. Proclus in orat. 6 quæ est de laud. *B. V.*

Vitis non effossa, ex qua botrus ad maturitatem progressus est. — Ibid.

Vitis, quæ nullo hominum excolente botrum speciosissimum ex seipsa dedit, fontis ritu, vino salutari fluentem, quo quidem vino omnium mentes et corpora exhilarantur. — S. Roman. Diac. in *Menœis Græcor.* die 15 Januarii.

Vitis vitam ferens Ecclesiæ Christum, lætificans universos. — S. Andr. Cret., can. in 7 *Machab.*

Vitis uvarum ferax valde florens intacta. — Isyphius, serm. 2 de laud. *V.*

Vitis uvas pulchras pròducens. — Chrysippus in serm. de *S. M. Deipara.*

Vitis, quæ botrum inter omnes excoctissimum, absque ullo vinitore peperit. — Anonym. in *Menœis Græcorum* 26 Januarii.

Vitis generosissima, e generoso lumbo exorta.

— Georgius Nicomed. orat. 5, *de Concept. Beip.*
Vitis abundans pulchris pampinis. — S. Germ.
 Constant. orat. 1 *in Præsent. B. V.*

Vitis mystica, a Deo plantata, que uberes protulit pampinos in Ecclesiæ finibus, et matura nobis de vulva uvam incorruptionis florentissimam procreavit. — Id. *serm. in Nativ. B. V.*

Vitis divina, que florescens botrum speciosum protulit, tribuentem omnibus divinum animæ fervorem. — S. Jo. Damase. in *Paracel. B. V.*

Vitis, que cultoris manu non experta botrum vitæ fructificavit. — S. Jean. Damase. in *can. SS. Deiparæ.*

Vitis florens, que fructificavit nobis botrum incorruptibilem, afferentein vinum letitiae universis finibus terræ. — S. Joseph. *Hymn. in Mariæ.*

Vitis fructifera, que botrum produxit, ex quo illis, qui eam fideliter beatificant, divinum mustum exprimitur. — Ibid.

Vitis, que sine cultoris opere ventre concepit Christum, incorruptionis botrum, ex quo immortalitatis fontes, ut vīnum, nobis fundunt aeternam vitam. — Ibid.

Vitis salutifera, ex qua botrus ille incorruptibilis effluit, qui divinum mustum profundit, de quo, quisquis mystice bibit, divinæ ac salubris letitiae fructus percipiet. — Ibid.

Vitis vera, que botrum maturem protulit, ex quo effluit vinum, beatificant animas eorum qui eam cum fide glorificant. — Ibid.

Vitis beatissima, ex qua nata est uva, id est Christus, que uva pressa fuit in torculari crucis, et inde aliquatum est mustum nostræ redemptio-nis, de quo David dicebat psalm. xxii, « Calix meus inebrians quam præclarus est. » — Idiot. *De B. Virgine*, part. xv, *contempl. 1.*

Vitis extendens palmitos suos, id est, orationes suas, beneficia et exempla, usque ad mare, id est, usque ad existentes in qualibet amaritudine. — Idem, *De B. Virgine*, parte iii, *contempl. 2.*

Vitis fructificatione. — Hugo de S. Viet. *serm. in Nativ. vel Assumpt. B. M. V.* qui est in ordine 54.

Vitis per singularem secunditatem. — Idem *serm. in quolibet festo B. M.* qui est in ordine 55.

Vitis, que per florem sue virginitatis fructificavit Christum, botrum nostræ redemptionis, qui suos electos inebriat in mundo vino gratiae, in cœlo vino gloriae. — Ibid.

Vitis abundans, et fructificans suavitatem odoris, ex qua processit ille magnus botrus Cypri de vi-neis Engaddi, qui in torculari crueis pressus et expressus, totius vinum gratiae abundantissime propinavit. — Adam de Persenia *serm. in Annunt. B. M. V.*

Vitis, de qua exprimitur vinum libaninum, ut in Ecclesia legitur: « Ego quasi vitis fructificavi

suavitatem odoris. » Eccli. xxiv. — Petrus Cellensis *serm. 6, de Adventu.*

Vitis nostra, ad quam alligatum pullum, id est, Filium suum Pater ostendit. — Ibid.

Vitis, que germinavit vinum germinans virgines. — Ibid.

Vitis, quam putavit coelestis Agricola, cum purgavit illam ab omni tam originali quam actuali culpa; Paxillo alligavit, eum Joseph desponsavit; feenndavit eum per angelum salutavit, frondes et folia protulit, eum angelo respondit: « Fiat mihi secundum verbum tuum. » — Ibid.

Vitis, que botrum tulit Dominum gloriae. — Theodor. Læs. *imperator in can. ad S. Beip.*

Vitis assidue exculta operatione totius Trinitatis, enjus speciales excultores fuerunt inspiratio di-vina, Filiū sapientia, Sp̄ritus sancti disciplina, mo-nitio angelica, propria diligentia, patris et matris doctrina et hujusmodi. — Rich. a S. Laur. *de laud. S. V.* lib. xi.

Vitis, betro suo famelicos cibans, quia spiritua-liter esariantium fructus, quem peperit, plena est refectio. — Ibid.

Vitis cuius odor noctureus, id est, generalis opinio virginea beatitudinis, et omnimoda ejus virtutis, in his qui in ejus currunt odoribus, frangit superbiam, sistit luxuriam, frenat avaritiam, et generaliter pestes omnes suffocat vitiorum. — Ibid.

Vitis diligens montes, id est, sanctos, et ibi mel-lis crescens, præsertim si hi sint pretiosi, id est, super Christum fundati et luminosi a Sole justi-tiae, et ferueutes charitate. In hujusmodi enim locis solet haec vitis proferre vinum optimum, id est, dare talibus magnam devotionem. — Ibid.

Vitis eos qui sani sunt multimode delectans odore, virore, respectu, gustu, potu, umbra, protec-tione, absconzione, medicina et refrigerio, multis aliis modis quos lingua non sufficit enarrare. — Ibid.

Vitis, ex qua nata est uva mellita, et saporis dulcissimi contra uvam sellis, et botri amarissimi Deut. xxxii, et contra uvam acerbam, quam comi-derunt Adam et Eva, patres nostri; unde et adhuc obstupescunt dentes filiorum. Jerem. xxi et Ezech. xviii. — Ibid.

Vitis flexibilis obedientia quoad Deum, et pietate quoad proximum, quia Mater misericordiae. — Ibid.

Vitis fructificans suavitatem odoris, Eccli. xxiv; quia sicut sine læsione vitis procedit ab ea odoris suavitas, et idem odor longe lateque diffunditur; ita de beata Virgine sine læsione pudoris, proce-sit Filius Dei, cuius dulcis opinio replet mundum. Et sicut res odorifera et odorem a se emittit, et odorem in se plurimum retinet, sic beata Virgo emisit suavitatem odoris, fructum suum, qui Christus est, producendo, quem tamen excellenter in se retinuit; mansit siquidem in ea secundum divi-

nitatem, qui ex ea prodiit secundum humanitatem.
—Rieh. a S. Laur. *de laud. S. V.* lib. xii.

Vitis, in qua tot sunt propagines, quot virtutes, imitatores humilitatis ejus operantur in propagine humilitatis, imitatores misericordie ejus in propagine pietatis, et sic de aliis. —Ibid.

Vitis letitiae mater, quia botrus ejus, vel vinum, id est Christus, Deum seilicet Patrem letat, et homines, *Judic. ix.* —Ibid.

Vitis pastinata singulorum charismatum impinguatione, putata resecatione omnimodae superficiatis a corde ipsius, membris et sensibus, conclusa secretissima conversatione, fossa veræ paupertatis et humilitatis dilectione, a terra elevata jugi cœlestium contemplatione, dicens illud *Job vii.*: « *Suspendit elegit anima mea,* » et *Sap. xviii.*: « *Cœlos attingebat, stans in terra;* » item sedebat solitaria, et tacebat, et levabat se supra se *Thren. iii.*: et ideo vere dicere poterat *enim* *Apostolus:* « *Mea conversatio in cœlis est,* » ad *Philipp. iii.* —Ibid.

Vitis plantata a Domino in sua conceptione in montibus Samariæ, *Jerem. xxxi.*, id est, in eminentia Ecclesie; Samaria enim interpretatur *custodia*, et significat Ecclesiam quæ custodit Christianos. —Ibid.

Vitis, quæ præcisa fuit lacrymis, quando vulnerata est usque ad cor in Filii passione; tunc enim præscindebatur, quando sputis et colaphis et clavis et lancea Filius incidebatur, qui est *vitis* vera. —Ibid.

Vitis, quæ servum requirit, non Dominum; unde dicit de operariis suis *Ecli. xxiv.*: « *Qui operantur in me, non peccabunt.* » —Idem, *de laudib. sanctiss. V.* lib. ii.

Vitis, quia si *vitis* odore florum suorum serpentes et venenata fugat, Maria floribus suis principaliibus, nempe virginitate, paupertate, humilitate fugat et exterminat a suis amatoribus verbo et exemplo, et subsidio triplex genus serpentum, nempe superbiam, luxuriam et avaritiam. —Idem *de laudib. sanctiss. V.* lib. xii.

Vitis sanguine uvæ suæ, id est, Christi Filii sui, sicutientes potans, quia « *sanguis Christi vere est potus.* » *Joan. vi.* —Ibid.

Vitis, quæ de semetipsa dixit, *Ecli. xxiv.*: « *Ego quasi *vitis* fructificavi suavitatem odoris.* » —D. Antonius de Padua, *serm. in Dominic. 3 Quadrag.*

Vitis, quam ante se vidit pincerna regis Pharaonis, *Genes. xl.*: « *Videbam coram me vitem, in qua erant tres propagines, crescere panlatum in gemmas, et post flores uvas maturarescere.* » Tres enim propagines ejus fuerunt angelica *Salutatio*, *Spiritus sancti superventio*, et *Filius Dei inenarrabilis conceptio*; ex quibus propaginata proles fidelium quotidie per totum mundum sive propaginatur, id est, multiplicatur. *Gemmæ, humilitas et virginitas; flores, fecunditas sine corruptione, par-*

tus sine dolore: botri uvarum, paupertas, patientia et abstinentia. —Ibid.

Vitis, quæ præ cœteris citius et altius Dei amore fait radicata, et veræ vita, id est, *Filio suo*, qui dixit *Joan. xv.*, « *Ego sum *vitis* vera,* » inseparabiliter se innexnit. *Vitis* enim ideo dicitur, quod vim habeat etiùs radicandi, vel quod invicem se innectit. —Ibid.

Vitis ferens botrum, per quem pulsa est mundi sitis. —D. Bonavent. in *Psalt. minori B. M. V.*, quinq. 3.

Vitis frondens generosa. —Idem in *Litanus Psalterii B. M. V.*

Vitis cuius fructus, uva et vinum, id est, corpus Christi et sanguis. —Albert. Magn. *serm. 27, de Eucharist.*

Vitis, de eius flore, id est virginitate, ortum est vinum honoris, id est, sanguis Christi pretiosus. —Ibid.

Vitis fructificationis, habens bonas propagines, cuius fructus excellit omnes alios in quantitate et qualitate, sanctitatis suavitate. —Idem in *Biblia Mariae super Oseam prophetam x.*

Vitis jucunditatis et letitiae. —Idem, in *Biblia Mariae super librum Ecclesiast.*

Vitis vera. —Idem in *Biblia Mariae super Evang. Joan.*

Vitis a Dei Filio imbalsamata. —Jacob. de Vorag. in *Mariali*, *serm. 11, V.*

Vitis, amorem mundi, qui est aqua putrida in nobis, in amorem Dei, qui est tanquam vinum suavissimum et odoriferum, convertens. —Ibid.

Vitis a Patre æterno purgata. —Ibid.

Vitis calore Spiritus sancti excocta. —Ibid.

Vitis Christi deaurata. —Idem, *serm. 4 de Assumpt. B. M. V.*

Vitis, in qua fuerunt tres propagines, id est, tres personæ, scilicet persona Patris, qui in ea Christi incarnationem fecit: persona Spiritus sancti, qui eam similiter operatus est: et persona Filii, qui corpus humanum sibi induit, *Gen. cap. 1.* —Idem in *Mariali*, *serm. 11.*

Vitis, propter letitiam jucunditatis æternæ. —Ibid.

Vitis, quæ protulit fructum plurimum, fructum suavissimum, et fructum odoriferum. —Ibid.

Vitis sine irrigatione pullulans, *Spiritus sancti fulcimento munita, gratia impinguata, raeenum sine ulla culturæ opera fructificans, ex quo immortalitatis exprimitur mystum, ex quo mysticæ letitiae fluentum diffunditur, ex quo salutaris erater repletus incorruptione participes implet.* —Jac. Monach. in *Mariali*, orat. 6.

Vitis admirabilis, amicabilis, multiplicabilis in propagatione, « *extendens palmites suos usque ad mare, et usque ad flumen propagines,* » *Psal. lxxix.* —Ern. Prag. in *Mariali*, cap. 53.

Vitis de qua facit sibi umbraculum omnis vir sapiens et spiritualis. — *Ibid.*

Vitis secunda in fructu duplice, scilicet in fructu ventris et in fructu mentis. — *Ibid.*

Vitis lacrymosa et lugubris; sicut enim nulla arbor sic abundat in lacrymis sicut *vitis*: ita nec aliquis sanctorum, sive Maria, in compassione pro perdite humani generis. — *Ibid.*

Vitis optima, cuius vinum est ejus gratia et consolatio. — *Ibid.*

Vitis, sui ipsius diffusiva, quæ omnes approxinantes sibi amplecti, atque astringere nititur, et in omni corde per amorem radicare conatur. — *Ibid.*

Vitis virtuosa et desiderabilis in emissione floris, id est, in voto atque proposito virginitatis, et super omnia aromata odore aromatizans. — *Ibid.*

Vitis umbrosa et delectabilis in extensione palmitum, id est, virtutum gloriosarum: qua operuit montes, id est, sanctos omnes umbra ejus, et arbusta ejus cedros, id est, altitudinem angelorum. — *Ibid.*

Vitis, quia dulcis in conversatione. — Barth. de Pisis lib. i de laud. sanctiss. V., fructu 8.

Vitis sanctitudinis. — Idem lib. de laud. S. V., fructu 2.

Vitis electorum. — D. Antoninus in *Summa* part. iv, tit. 15, cap. 26.

Vitis producens palmites sibi hærentes, per devotionem. — *Ibid.*

Vitis, quæ fructificavit suavitatem odoris, scilicet Dominum Jesum. — Idem in *Summa* part. iv, tit. 15, cap. 25.

Vitis secundissima, quæ universæ suavitatis fontem protulit, et flores ejus fructus honoris et honestatis: quoniam sine tactu pudoris, honestatisque detimento, Christum regem perperit, qui flos est, cuneta reliciens atque adornans. — Dion. Carth. lib. i de prec. Mariæ, art. 24.

Vitis, quia sicut *vitis* in hieme arida est et desperta videtur, sed suo tempore viret, frondet et optimos parit fructus; ita B. Virgo in sæculo isto, præsertim tempore persecutionis et passionis Filii sui, fuit contempta, et extrinsecus despectibilis videbatur, sed intus coram Deo virentissima, suavissima et fructuosissima fuit, et sua compassione materna multis milibus iniquorum gratiam conversionis promeruit: cuius exemplo innumerablem personæ sanctam servaverunt virginitatem. — *Ibid.*

Vitis florigera. — Thom. Bradleyus in tract. de fundatione et confirmat. Ord. Carmeli, cap. 2.

Vitis circumviens fenestras et domos, id est, animas suorum devotorum sua protectione. — Bernardin. de Bustis serm. I de Assimilat. B. M. V.

Vitis celestis, quæ a Deo Patre in prima sua

plantatione, id est in sua conceptione, sanctificata, protulit fructum magnum, et pulchrum, immo maximum et pulcherrimum. — *Ibid.*

Vitis, cuius flores, id est virtutes, fuerunt coram Deo et hominibus valde odoriferi. — *Ibid.*

Vitis, cuius folia, id est verba, saluberrima sunt ad vulnera vitiorum nostrorum mundanda et sananda. — *Ibid.*

Vitis cuius palmes, id est animus, fuit ad consolendum per fidem flexibilis, cum dixit angelo: «Ecce ancilla Domini. » — *Ibid.*

Vitis dignissima, quæ non solum circuit universum orbem protegendo, sed etiam circuit cœlum illustrando. — *Ibid.*

Vitis dignissima quam cœlestis Agricola sanctificando et præservando ab omni imperfectione et superfluitate, fecit super omnes alias vites quæ pulatione indigent, fructificare. — *Ibid.*

Vitis divina, sub qua requiescere, requies est suavissima. — *Ibid.*

Vitis, in loco alto, id est, in altitudine contemplationis et sanctitatis radicata, et radiis et calore solis, id est, fervore charitatis, et divini amoris optime reverberata. — *Ibid.*

Vitis nunquam infirmata per peccatum, et semper plena uiris virtutum. — *Ibid.*

Vitis propter lætitiam jucunditatis internæ. — *Ibid.*

Vitis, quæ a Dei Filio imbalsamata, fecit fructum odoriferum. — *Ibid.*

Vitis, quæ aquam putrefactam, id est, amorem mundi convertit in nobis in vinum suavissimum et odoriferum, id est, in amorem Dei. — *Ibid.*

Vitis quæ calore Spiritus sancti excocta fuit, fecitque fructum suavissimum. — *Ibid.*

Vitis quæ capreolis brachiorum suorum dulciter strinxit ac tenuit Deum. — *Ibid.*

Vitis, quæ habuit serenitatem et claritatem aeris, id est, nitorem puritatis in mente, et dulcedinem terræ, id est, dulcorem benignitatis in conversatione, et suavitatem virginitatis in carne. — *Ibid.*

Vitis, quæ habuit tres propagines in se, id est, tres personas divinas. — *Ibid.*

Vitis, quæ illud dulcissimum vinum protulit, quod lætitiat Deum et homines. — *Ibid.*

Vitis, quæ inter omnes sanctorum et sanctarum arbores magis crevit in merito, et in gratia eu-mulo. — *Ibid.*

Vitis, quæ protulit fructum pulchrum, suavissimum et odoriferum. — *Ibid.*

Vitis, quæ veris tempore, propter Passionem Filii vulnerata amarissimas lacrymas emisit. — *Ibid.*

Vitis secundissima. — Joan. Trith. in orat. coram imagine B. Marie recitanda libro *De modo et forma quotidiani exercitii monachorum*.

Vitis fructifera. — Joan. Trith. lib. i *De miraculis B. V. in Urticeto*, cap. 6.

Vitis abundans, nobis continue proferens vinum suum dulcissimum, dicens : « Bibite, amici, et inebriamini, charissimi. » — Maurit. de Villa Probata, serm. 23 *Coronæ B. M.*

Vitis circumiens fenestras et domos, id est, animas suorum devotorum, sua protectione. — Ibid.

Vitis, cujus flores, id est mores, tanti odoris, id est tantæ honestatis, fuerunt, ut omnes serpentes, id est venenosas cogitationes et tentationes, a cordibus aspicientium effugant. — Ibid.

Vitis, cujus palmes, id est animus, fuit ad consentiendum per fidem flexibilis, cum dixit angelo : « Ecce ancilla Domini. » — Ibid.

Vitis dignissima, quæ non solum circuit universum orbem protegendo, sed et circuit cœlum illustrando. — Ibid.

Vitis divina, sub qua requiescere, requies est suavissima. — Ibid.

Vitis in loco alto, id est, in altitudine contemplationis et sanctitatis radicata, et radiis, et calore solis, id est fervore charitatis et divini amoris opime reverberata. — Ibid.

Vitis propter lætitiam jucunditatis internæ. — Ibid.

Vitis, quæ calore Spiritus sancti excocta fuit, et genuit fructum suavissimum per gratiam Dei. — Ibid.

Vitis, quæ fecit fructum odoriferum, eo quod fuit a Dei Filio imbalsamata; Filius enim Dei, qui est verum balsamum, novem mensibus in ejus utero habitavit, et de ipsa in nativitate exivit. — Ibid.

Vitis, quæ habuit tres propagines : personam Patris, quæ Christi incarnationem in ea fecit, personam quoque Spiritus sancti, quæ similiter per gratiam suam in tali generatione cooperatus est ; item personam Filii Dei qui in ejus utero humanatus est. — Ibid.

Vitis, quæ opera cœlestis Agricolæ super omnes vites fructificavit, proferens fructum pulcherimum, Filium Dei, Redemptorem mundi, Deum hominem. — Ibid.

Vitis, quæ propter Passionem Filii sui vulnerata amarissimas lacrymas emisit. — Ibid.

Vitis, quæ protulit illud vinum, quod lætificat Deum et hominem. — Ibid.

Vitis, quia sicut vitis aquam putrefactam convertit in vinum suavissimum et odoriferum : sic ipsa amorem mundi, qui est quasi aqua putrida, convertit in nobis in amorem Dei, qui est tanquam vinum suavissimum, et odoriferum : replens animam suavitatem devotionis, et ipsam incitans ad odorem suæ sanctæ imitationis. — Ibid.

Vitis, quia super omnes sanctos et sanctas ma-

gis erexit in merito, et in gratia cumulo ; vitis enim inter arbores multum crescit, unde supra domos et arbores, et circa fenestras domorum circumduci potest. — Ibid.

Vitis respectu Filii sui. — Ibid.

Vitis fecunda, quæ sine ullo virginitatis detrimento Christum quasi uvam suavissimam peperit. — Robert. Bellarm. conc. 41.

VITRUM mundissimum atque solidissimum per quod igneos radios transmisit Sol justitiae, ad effugandas tenebras gentium, ex quibus puritas virtutis, et claritatis augmentum concepit, et integritatis detrimentum non sustinuit. — Franc. abb. lib. vi *De gratia Dei*.

Vitrum : sicut enim vitrum, cum sit corpus diaphanum, solis luci non resistit, ita in Maria nihil existit opacitatis, ex parte sensualitatis et somnis, quod resisteret gratia Dei, aut deprimeret sensum mentis : et sicut vitrum solis radios sine sui læsura recipit, et transmittit, ita Maria ipsum Solem justitiae sine læsura, ant corruptione concepit et edidit. — Ern. Prag. in *Mariali*, cap. 86.

VITTA coccinea, quia minio sanguinis Filii per compassionem rubricata, ejusdem Passionis memoriam cordibus nostris inspirat. — Rich. a S. Laur. *de laudib. B. M. V.* lib. v.

Vitta, quæ dicitur a vinciendo, quia ex ea capilli, vel ipsum pectus vinciuntur, instar vittæ ligantis : Maria enim crines, id est justos, ne effluant capiti, et invicem suis orationibus constringit, et adunat, ne per errores et vitia dispergantur, et eos vinculo pacis et mutuae charitatis colligat. — Ibid.

VITULA primipara, nuptiale nondum experta jugum, et exusta, cuius cinis, Domini scilicet, corpus ex ea assumptum, inquinatos, ab impura peccatorum lue, emundat, Hebr. ix. — S. Proclus in orat. 6 quæ est *de laud. B. M. V.*

Vitula jugi expers, saginati vituli. — S. Andr. Cret. orat. 1, *de Dormit.*

Vitula triennis in Sancta sanctorum inducta. — Jae. mon. in *Mariali*, orat. 3.

VIVIFICATRIX posterorum. — D. Berward. hom. 2, *de laud. Virginis Matris super Missus est.*

Vivificatrix nostra, ex vinculis inferni ad vitam reducens nos, defluentes in terram. — Theodorus Lase. imperator in *Poem. B. M. V.*

Vivificatrix omnium ; per ipsam enim omnia mortua vitæ sunt restituta. — D. Bern. Sen. tom. III, serm. 4, *de glorio Nomine Mariae*.

Vivificatrix cunctorum. — D. Antoninus in *Sum. part. iv, tit. 15, cap. 15.*

Vivificatrix omnium. — Joan. de Meppis in tract. de *Immaculat. Concept. B. M. V.* pag. 86.

Vivificatrix ab æterna morte. — Bernard. de Bustis in suo *Mariali*, serm. 2 de *Coronat. B. M.*

VOLUMEN dovum Novi Testamenti, per quod ex templo dæmonum vastatum est imperium et homi-

num captivitas protinus dissoluta. — S. Proclus in orat. 6 quæ est de laud. B. M. V.

Volumen vere Novi Testamenti, a Deo scriptum, quod Deus ante fecit eum hominibus. — S. Andr. Cret. orat. 3, de *Dormit.* B. M. V.

Volumen, de quo scriptum est Ezech. ii : 4. Et ecce manus missa ad me, et in ipsa involutus liber expandit illum coram me, erat scriptus intus, et foris; et dixit ad me, Fili hominis, comedere volumen istud. — Germanus Const. serm. in *Nativ.* B. M. V.

Volumen novum Patris, in quo inscriptum substantiale Verbum. — Idem orat. in *Annunt.* B. V.

Volumen in quo verbum vitæ dígito Dei scriptum fuit, cuius deprecationibus in libro vitæ scribi possumus, resciro per eam pessimo libello peccatorum nostrorum. — S. Joan. Dam. in *Parac.* B. M. V.

Volumen, in quo Patris dígito descriptum est Verbum incarnatum, quod Adæ primi parentis chirographum lancea reseidit. — S. Joseph. Hymn. in *Mariali.*

Volumen, in quo scriptum est dígito Patris verbum, quod deprecatur, ut in libro vitæ describat servos suos. — Ibid.

Volumen maxime novum, quæ verbum in se scriptum habuit, quod in libro viventium divinos athletas suos descriptis, qui ea quæ scripta sunt, adimplerunt. — Ibid.

Volumen novum a propheta indicatum, in quo paterno dígito scriptum est verbum, quod in libro vitæ ascribit ex sua bonitate omnes obtemperantes imperio suo. — Ibid.

Volumen novum a propheta visum, in quo verbum Patris scriptum fuit, precibus Jesum renovatorem universi rogans, ut nos scribat in libro viventium. — Ibid.

Volumen novum et recentissimum. — Ibid.

Volumen novum, in quo verbum Patris scriptum fuit, precibus suis nos scribi faciens in libro viventium, ac delens scripturam multorum malorum nostrorum. — Ibid.

Volumen plane novum, in quo dignatum est Verbum divinum conscribi, idque conjunctione cum eo facta, sumine admiranda, ut nos omnes libro vita insereremur. — Ibid.

Volumen commodissimum, in quo Dei Verbum scriptis mandatum est, per quod gravi servitatis jugo oppressi, in perpetuam libertatem vindicati sumus. — Leo imperator in orat. de *Assumpt.* B. V.

Volumen, quod Dei sapientiam suscepit. — Theod. Lasc. imperat. in can. ad S. *Deiparam.*

VOLUNTAS bona Dei ad mortales. — S. Andr. Cret. orat. 2 in *Annunt.*

Voluntas Domini. — Guerrie. abb. serm. 1, de *Assumpt.* B. M.

Voluntas Patris æterni, quatenus ejus voluntatem perfectissime faciebat. — Idem serm. 4, de *Assumpt.* B. M.

VOLUNTAS. — D. Ephrem, in serm. de laude B. M. V.

Voluptas ipsa paradisi. — Anonym. in *Menæis Græcor.* die 4 Aprilis.

Voluptas animorum nostrorum. — S. Germ. Constant. orat. 2 in *Præsentat.* B. M. V.

Voluptas Dei. — Rupert. abb. lib. iv Comment. in *Cant.*

Voluptas animæ te medullitus amare, et in tuis optatissimis amplexibus a labore mundi requiescere cupientis. — Joan. a Jesu Maria tom. II Oper. suor. tract. de *Mystic. Theol.* pag. 62.

Voluptas abyssus. — Ibid. pag. 61.

Voluptas, qua perficitur castitas et amor suavis simus nutritur. — Ibid. pag. 66.

VOTUM genitale clarissimi, atque omni gentis cogitatione præstantioris Dei ad homines adventus.

— S. Joan. Damasc. orat. 2 de *Nativit.* B. M.

Vox prophetarum, ubique resonans. — S. Joseph. Hymnograph. in *Mariali.*

Vox gloriæ Dei, ac si aquarum multarum, Ezech. xlviij; quia cum una sit scientia, hanc semper esse Virginem et Dei Matrem, tamen pro diversis, et diligentium et aman'ium qualitatibus, quandiu præsens volvetur sæculum, non deerunt, qui ejus gratissimam et scriptis et verbis, promulgaturi sint laudem. — Guibertus abbas in lib. de laud. B. M. cap. 4.

Vox clamatris, non in deserto, ut Joan., sed in cœlo. — Albertus Magn. super *Missus est*, cap. 155.

Vox clamatris in cœlum. — D. Antoninus in *Summa* part. iv, tit. 45, cap. 19.

Vox prophetarum. — Bernard. de Bustis in suo *Mariali* serm. 2 de *Coron.* B. M.

VULNERATRIX divini cordis spiculo præaeuto humilitatis. — Rupert. abb. lib. iii Commentar. in *Cant.*

VULNUS divulgatum dæmonum. — S. Andr. Cret. orat. 2, in *Annunt.*

Vulnus dæmonum, cor nostrum peccatis vulneratum curatione divina dignans. — S. Joan. Damasc. in *Parac.* B. M. V.

Vulnus dæmonum. — S. Joseph. Hymn. in *Mariali.*

ZELATRIX internæ quietis, veræque pacis. — Dion. Carth. lib. i *De pree. Mariae*, art. 27.

Zelatrix maxima animarum. — Bernard. de Bust. de *virtutib.* B. M. V.

Zelatrix omnium bonorum affectuosissima, de qua nihil fulsit nisi divinum: quam Dens Pater Filio suo, quem de corde suo genitum, tanquam se ipsum diligebat, matrem præparaverat: quam Spiritus sanctus, qui de ipsis secundum divinitatem procedebat, in matrem sanctificavit: quam Filius, qui est speculum sine macula divinæ Majestatis, et imago bonitatis illius, sibi in Matrem elegit. — Arnold. Bost. lib. *De patron. et patroc.* B. V. *Mariæ in sibi dicatum Carmeli Ord.* cap. 4.

Zelatrix maxima donus Dei. — Ibid. cap. 9, § 2.

Zelatrix maxima animarum. — Maurit. de Villa ZOROBABEL fidelium in caput institutione. — Probata, serm. 23, *Corona novæ B. M. V.* Barth. de Pisis, lib. 1 *de laud. B. M. V.*, fructu 4.

SECTIO QUINTA.

FAMILIA MARIANA.

PONTIFICES MAXIMI MARIANI

SEU

DE ROMANORUM PONTIFICUM IN MARIAM DEIPARAM VIRGINEM
ARDENTI STUDIO AC PIETATE

LIBER UNUS

EX Scriptoribus antiquis recentibusque ipsorumque Pontificum vitis et rebus gestis, servato
temporum ordine, congestus

A P. HIPPOLYTO MARRACCIO, LUCENSI,

Ex congregatione Clericorum Regularium Matris Dei.

Pontificis æterni Matri Mariæ,

Cujus beatis pedibus Pontifices ipsi Maximi, Christi vicarii, Petri successores (quorum pedibus subduntur imperia), devotissima supplicatione provolvuntur;

Quæ Pontificis nomen officiumque implevit, Pontem se ipsam inter Deum et homines faciendo;

Quæ, summi Pontificis in morem, pro salute humani generis, in ara Crucis, Filium suum æterno Patri obtulit redemptionis hostiam;

Quæ, cum summo Pontifice, habet omnium Ecclesiarum sollicitudinem, potestatis spiritualis plenitudinem, privilegiorum actuum universitatem;

*Hoc de Romanorum Pontificum in ipsam ardenti studio ac pietate, qualemunque Opusculum,
Hippolytus MARRACCIUS,*

Servus immeritus et indignus congregationis suæ filius, votet dicatque.

PRÆFATIO AD LECTOREM.

Ut, summorum quoque Pontificum exemplo, eximius ille Deiparæ colendæ ardor magis ac magis in Christifidelium cordibus accendatur, Libellum hunc, quo, velut in tabella, eorumdem Pontificum ardens in Dei Matrem studium ac pietas legentium oculis exhibentur, e cellulæ meæ latebris et secreto meo, in publicum prodire permitto. Faxit Deus, ut prosit, et multos provocet ad imitandum. Licet autem verissime astrui possit, Pontifices omnes, quotquot a D. Petro, usque ad hæc nostra tempora, Romanæ Ecclesiæ gubernacula pertractarunt, Dei Matris cultu ac religione, insignes exstisset: quia tamen de multis, nihil in hoc genere posteriorum memorie traditum, vel saltem de ipsis, nihil mihi lectum, aut compertum: eos solum recensere valui, de quibus singularia quædam, apud probatae auctoritatis Scriptores, litteris consignata inveni. Sed quæ me fugerunt, diligentius vestigabunt alii, luculentiusque tra-

ctabunt. Interim haec ego tibi, candide Lector, qualiacunque a me collecta, et uteunque tractata offero, Cæsaresque Marianos, seu de Christianorum imperatorum in Mariam Deiparam Virginem pietate, deque ipsius alterna in eisdem imperatores munificentia librum, jam ad coronidem perductum, brevi me datum spondeo. Vale, mihiq[ue] Deiparæ præsidium tuis precibus implora.

PONTIFICES MARIANI.

CAPUT PRIMUM.

De sancto Petro Pontifice Maximo.

Licet de singulari sancti Petri apostoli in Mariam Deiparam Virginem pietate ex SS. Patrum aliorumque orthodoxorum monumentis in Apostolis meis Marianis fuse lateque disseruerim, ad hujus tamen complementum operis, majusque lectoris commodum, eadem omnino, quæ ibi a me disserta sunt, hic denuo (cum nova non suppetant) repetere, hand redundans supervacuumque existimavi. Beatissimus igitur apostolorum princeps Petrus, Iesu Christi Sacerdotis aeterni Vicarius, et Christianorum Pontifex summus, cum eximiam sanctissimæ Dei Genitricis dignitatem, atque præstantiam, purissimam quoque vitam, et sanctam actionem, neconon admirabilem et prædicabilem conversationem (ut Ildephonsus loquitur), probe cognitam atque perspectam haberet, magno et singulari quodam pietatis cultusque affectu in eam honoram propendebat. In tantæ autem amore Matris non poterat non vehementer accendi, cum se ejus precibus, velut piis manibus e profunda trinæ negationis fovea erutum recordabatur. Hinc Jacobus Bidermannus in *Heroum epistolis* lib. III, epist. 2, divum Petrum e spelunca, in qua se amarissime deflebat, ad beatam Virginem scribentem, ejusque patrocinium apud Filium offensum implorantem his verbis inducit :

*Accipe, Virgo mei Genitrix dilecta Magistri,
Mihiq[ue] latebris quæ tibi charta meis.
Illam oculo dignare pio licet impius auctor
Misericordia, auctoris nil habet illa sui.
Quid velit exspectas, quidque oret epistola ? ferre
Quam prope sola mihi tu potes orat opem.
Mater es, affer opem, læsi tua pignora, læsi,
Auxilio matris tam grave crimen eget.
Culpa suis lacrymis si digna perenibus ulla,
Dilueret totis quam neque Nilus aquis.
Illa fuit, fuit illa meæ (nil abnuo) lingua,
Illa fuit lingua culpa pudenda meæ.
Hæc lacrymas, hæc poscit aquas : satis esse nec Istri
Nec satis immensa Thetyos unda potes,
Non potes esse satis, scio, non potes, indiget omni
Quæque fuit, quæque est, quæque erit, auctor aqua.
Qualis, ait, tua culpa fuit ; pudor impedit illam
Prodere : sed pudeat prodere culpa fuit.
Interea, pia Mater, opem, quam flagilo, præsta,
Et veniam a Nato, quam rogo, posce tuo.
Hoc precibus dabit ille tuus, neque vota Parentis
Irrita abire sue Filius ulla sinet.*

Unde S. Gregorius Nazianzenus in Tragoedia de

Christo paciente, Deiparam Petri lacrymis precibusque exoratam, sic pro ejusdem peccati venia Jesu Christe Filio locutam tradit :

*O Nata chare, o Nata mi, o Verbum Dei,
Peccare cum sit insitum homini, ignoscito.
Quod Petrus in te admisit, admissum id metu
Turba ferventis et frementis turbidum.*

Cui statim Filius :

*Jubeo, nihil te hic anxiam, o Virgo Parenz,
Condono Petro quidquid est lapsus, tua
Vel unius gratia ; nam et ante etiam tibi
Es me obsequientem experta semper Filium.*

Augebatur in corde Petri virgineus amor, dum alia singularia Dei beneficia considerabat a Virginis in se benevolentia derivata : non enim ignorabat, tam benigna Matre precibus instantे cum cætera Ecclesia, se e carcere et vinculis mirabiliter liberatum, cum Jacobo Joannis fratre occiso ab Herode comprehensus, et quatuor quaternionibus militum custodiæ traditus post Paschæ celebritatem populo erat ad mortem producendus, ut apostolorum Gesta commemorant. Sicut autem Deipara non modico dolore affecta est, cum Petrum a Judæis custodiæ traditum percepit, sic summa perfusa est volupate, cum, disruptis catenarum laqueis, eum omnino liberum ad se redeuntem conspexit. Quod si fomentum amoris similitudo est, quoniam pacto mutuus in Virgine et Petro non regnaret amor, quos cum in aliis, tum vero in ipso baptimate Deus Opt. Max. similes efficerat ? Christus enim, ut in cap. III Joannis tradit Euthymius, non nisi Petrum et Virginem Mariam Matrem baptizavit. Ob ardentissimam autem devotionem, quam erga piissimam Virginem gerebat Petrus, ejus in saecis mysteriis memoriam recolens Genitricem Domini et Dei et Salvatoris nostri Iesu Christi et Deiparam Dominam nostram immaculatam et gloriosam nuncupabat, ut patet ex ejus Liturgia, quam studio et ex interpretatione Gulielmi Lyndani episcopi Gandavensis editam, ac tom. I Bibliothecæ magnæ veterum Patrum attextam habes. Quapropter vir pius, doctus atque eruditus in paucis Melchior Inchofer Austriae in sua conjectatione epistolæ beatæ Virginis Mariae ad Messanenses cap. 2, de eodem S. Petro, ac ejus Liturgia locutus scripsit. Quid hic commemorem Petrum apostolorum coryphaeum, qui divinitus injecta mente, quemadmodum in carne Dei viventis Filium excelsa quadam constantia pro-

nuntiavit, ita Virginis Matris angustum nomen, arrepto Salutationis angelicæ præconio, quod nihil eo sanctius efferre posset, non ipse sacravit modo, sed Liturgieis sacramentis inauguratū universo orbi Christiano præcipuo quodam sanctitatis cultu proposuit adorandum. » Idque credas velim non carne et sanguine revelante, sed Spiritu Patris æterni quem aliquando cœlo effudit, suggestente, quod uenit Virginis adorandæ partus salutis existit exordium, cuius in cruce peractæ memorandum in hac sacra functione recolitur mysterium, unde etiam de cœtero (quemadmodum pius ait Anonymus) in hac venerabili commemoratione sanctorum prima ponitur Virgo, per quam et ille, et nos meruimus Auctorem vitæ suscipere. Non nescio, subdubitare quosdam, an hæc Salutatio, magnis alioquin sc̄ta sacramentis, e Petri Liturgia rite saperet, ac plane aliis visum fuisse privata quorundam pietate, quemadmodum alia non pauca, fuisse Canoni immissam, cum et alieno loco posita esset, et cum præcedentibus apte minus cohaeret. Mihi tamen indistrieto meliora sapientis animo fidem fecit coniectura majorem, eandem Jacobi quoque Liturgiæ primum, deinde et Marci seorsim insertam, utrinque sanctitatem commendare, nec orationis contextu minus, quam significazione mysterii perapposite insidere, quando et in Jacobi Liturgia, inter ministrorum deprecationem, et ejusdem Deiparæ commemorationem, velut spiramentum quoddam evangelicæ gratiæ intercedat : *Are, Maria, gratia plena; Dominus tecum; benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui, quæ Salvatorem peperisti animarum nostrarum* : ut quemadmodum ista quondam Oratio flexit in reparandæ salutis sententiam, ita dinceps ad augendam immortalium animis Dei gratiam, blando quidem, sed forti conciliatu permoveat : eapropter, etsi non panca per consequentes actates pietate Pontificum ad eam accessere Liturgiam, eam tamen Salutationem, et repetitam nuntii celestis, dicam et Ecclesiæ totius appreciationem ab ipsomet Petro meditate fuisse interjectam, alienum a re non puto. Quia vero et Jacobum exemplo principis apostolorum, et Marcum Magistri imitatione suis quoque Liturgiis eam intulisse, idque pridem antequam ipse Romanum Sedem fundare incepisset. Enimvero cum (ut Lyndanus ait) « anno nimurum decimo Petrus a Christi passione, atque resurrectione, et in cœlum ascensione Romam tandem venerit, vero non est simile, ipsum totum hoc decennium, aut non fecisse officium Pontificis, aut Judaico usum ritu : nam Deo ingratum vixisse toto illo decennio, extra omne sacrificium, extremæ foret impietatis de eo vel suspicari. » Sic iste. Unde tandem concludit, alibi, quam Rome, hanc (ut ait) Missam compositam, pluribusque pro ejusdem germanitate stabilienda velitatur. Hactenus Inchofer. Sed neque his cancellis Petri in Virginem pietas conclusa est. Antiochiae enim degens plurimas sive a Luca, sive ab aliis

factas Deiparæ Virginis imagines procuravit, ut eas ad gentes secum exportaret, teste eodem Inchofer loco supra eit. cap. 57.

Dum in Syriae partibus moraretur, honori Deiparæ adhuc in terris agentis sacellum erexit, a Jacobo Vitriaco cardinali, qui obiit in Syria anno 1244, his verbis memoratum : « Antadaradensis civitas, sic dicta, quasi ante Aradum sita, vulgari autem appellatione hodie dicitur Tortosa, in qua beatus Petrus Phœnican circumiens, cum a partibus Hierosolymitanis transiret in Antiochiam, in honorem beatissimæ Virginis Mariæ modicam fundavit ecclesiam, in qua etiam divina celebravit mysteria, quæ usque hodie in magno habetur honore, et multorum populorum accessu frequentatur, eo quod beatissima Virgo in illa sibi ab infantia primitivæ Ecclesie consecrata multa operatur miracula, et infirmis illuc venientibus grata confert subsidia sanitatum. Dicitur autem a multis, quod inter omnes beatissimæ Marie ecclesias ista fuerit prima : non solum autem a Christianis, sed etiam a Saracenis in magna habetur reverentia. » Haec Vitriacus. Ejusdem sacelli a beato Petro in honorem Dei Genitricis positi Raphael Volaterranus lib. II Geographiæ in Syria, cum agit de Tripolitana regione in Phœnicia, meminit, scribens : « Antadaradum civitas ante Aradum sita, hodie Tortosa dicitur, in qua sacellum divæ Genitricis primus omnium exstruxit Princeps apostolorum ex ære Christianorum collato, in quo primum sacrificasse dicitur. » Sic ille.

Idem tanquam apostolorum caput, cæteris cooptantibus, virginalem domum, seu cubiculum, in quo Deipara genita et educata, et in quo Verbum caro factum est, et templum consecravit, et in templi fornacem rededit. Ad civitatem quoque Calaritanam appellens, templum ibidem in honorem beatæ Mariae Virginis edificavit, sub nomine Sancte Mariæ de Portu, in eoque multos hominum salvatori aqua tinxit, ac divina mysteria celebravit, teste Dionysio Bonifacio in *Triumpho SS. Regni Sardinæ* lib. I, cap. 5. Nec Libycum præteribo templum quod in ejusdem sanctæ Dei Genitricis honorem una cum aliis apostolis non sine miraculo dedicavit. De quo in Mariali manuseripto pergamenaceo Bibliothecæ Norbertinæ Tungerloensis, ut resert Augustinus Wichmans lib. I *Brabantæ Marianæ* cap. 5, hoc scriptum reperitur : « In Libyæ civitate, quæ proxima est civitati quæ vocatur Diopolis, est imago quædam sanctæ Dei Genitricis semper virginis Mariæ, quæ non est facta manu hominum, sed quasi picta super marmor in figura, quasi viva in corpore sit; vestimenta autem ejus quasi purpura sunt; quæ imago est in ecclesia, quam sancti apostoli enterunt pretio a Judeis, qua utebatur synagoga, et in honorem sanctæ Dei Genitricis dedicaverunt, quæ modo est domus episcopi. Invidentes autem Judæi, quod sancti apostoli de synagoga camdem dominum Dei fecissent, et Chri-

stum in ea prædicarent, venerunt ad Cæsarem, qui tunc illo tempore præerat, volentes reddere premium apostolis, et recipere illam domum, ut ædificarent synagogam. Vocatis autem apostolis ad Cæsarem, venerunt ante illum; et interrogavit eos, propter quam causam hoc fecissent. Post interrogationem vero dixerunt apostoli : « Nos bene fecimus ædificantes domum, quam emimus, in honorem Salvatoris nostri Jesu Christi. » Tunc prædictus Cæsar præcepit Judæis et apostolis, ut sigillarent utriusque hanc domum, et observarent dies quadriginta, ut Dens manifestaret, cuius esse deberet. Ascendentes autem apostoli in montem Sion, ubi heata Virgo Maria adhuc vivens in carne morabatur, rogaverunt eam dicentes : « Tu, beata Virgo Maria, obscura Dei Filium Dominum nostrum Jesum Christum, quem secundum carnem tu Mater genuisti, ut secundum suam misericordiam domum hanc, quam primam omnium in tuo nomine dedicare curavimus, ad prædicandum verbum ipsius, nobis concedere dignetur. » Respondens igitur beata Virgo Maria beato Petro, ait ; « Ite, et nolite turbari, quia ego vobiscum sum in ipsa Ecclesia in adjutoriis. » Transactis autem 40 diebus, venerunt apostoli ad prædictam ecclesiam, et Judæi, et invenerunt velut reliquerant, ipsam domum signatam. Statim cœpit beatus Petrus apostolus dominum hanc scopis mundare. Tunc unus ex Judæis aspiciens in parietem, vidi imaginem in occidente positam respiciensem ad orientem. Biu autem attentus conspiciebat ipse Judæus dixit. « Vere mulier est in hac domo. » Haec verba alii Judæi audientes, et ipsam imaginem respicientes dixerunt : « Vere haec est ipsa Maria. » Tunc beatus Petrus apostolus seorsum respiciens, vidi ipsam imaginem, et dixit : « Vere haec est ipsa Maria, et Dei Genitrix. » Quod audientes Judæi turbati sunt, et præ timore inde abierunt, dicentes : « Jam quia Maria est in hac domo, nequaquam intrare debemus. » Postea vero Julianus, qui persecutor Ecclesiarum fuit, inter cætera mala quæ faciebat, præcepit Judæis, ut venientes tollerent ipsam imaginem, et expellerent de ipso marmore, atque offerre sibi studerent : illique abeuntes voluerunt ipsam figuram de ipso marmore separare : sed videntes faciem ipsius imaginis, præ timore reliquerunt eam, et dimissa usque in hodiernum diem ibi perseverat. Hactenus præcitatns ms. Codex.

Cum autem apostolorum princeps Petrus Mariæ adhuc viventi ædes sacras aliquando excitarit, neminem fuisse apostolorum Inchofer existimat, qui ejusdem exemplo in sua quisque provincia pro Virginis honore idem præstare non sategerit.

Beatissimæ Virginis obitu instantे, non sine præsagitione divinitus injecta, convocatus adfuit etiam admirando spectaculo divus Petrus, qui post Deiparam omni affectu ac reverentia coram aliis apostolis, virisque apostolicis salutatam, ejusdem Deipare laudes (ut ex revelatione sancti Gabrielis

archangeli in sua *Apocalypsi* refert beatus Amadeus), emarrare cœpit in hunc modum :

« Scio, fratres mei dilectissimi, notum esse omnibus vobis, quantæ dignitatis sit haec, quam coram vobis cernitis, Virgo, in qua, etsi omnes sint collectæ virtutes omniaque collecta dona, fervor tamen divini honoris, et zelus divinæ venerationis in ea super omnia effulgit, quia, etsi vere Deo nihil majus sit, vel esse possit, homines tamen (etiam sancti) quadam familiaritate Dei assueti, ipsum tanquam amicum quendam, et familiarem existimant, et non tanti cum faciunt, quanti ipse est. Sed haec quanvis semper gratiam Dei habuerit, Deumque ipsum viderit, et ab eo super omnes exaltata fuerit, semper tamen quadam ineffabili humilitate se quotidie minorem existimans, et Deum, quo magis ei in dies appropinquabat, a se remotiorem existimabat : remotiorem dieo, quia semper ipsum digniorem judicabat. Haec est illa, quæ dum eligetur in Matrem Dei, dixit : *Ecce ancilla Domini; fiat mihi secundum verbum tuum.* Haec est illa, quæ jam electa in Matrem Dei, statim Filio dicebat : *Respxit Dominus humilitatem ancille sue.* Quo ergo magis crescebat, eo se minorem censebat : et quo minor erat in oculis suis, eo major coram Deo efficiebatur. Recte id egit, quia ounne bonum sibi collatum, dominum Dei fuit; et nihil habebat, quod non acceperit. Omnia in ea sunt laude digna; sed omnia vobis, fratribus meis, ne peritioribus non sunt recensenda. Cætera igitur omnia relinquens, hoc scilicet dicam, eo quod Magister noster Christus Jesus dixit : *Qui se humiliaverit, exaltabitur* (*Matth. xxiii, 42*); et qui plus se humiliaverit, major erit in regno cœlorum. Quia ergo Domina nostra Dei Genitrice nemo humilior fuit, justum est, ut in regno cœlorum nemo sit major, atque sublimior ea. Nos igitur, fratres charissimi, humilitatem Reginæ nostræ Virginis Mariæ imitemur, et quoad possumus, vestigia ejus sequamur, ut ille, qui eam super omnes sublimavit, nos quoque tantæ gloriae ac sublimitatis participes efficiat, qui cum Patre suo, et Spiritu sancto vivit et regnat in sæcula sæculorum. Amen. »

Postmodum, ut eodem sancto archangelo reve lante prosequitur jam fatus Amadeus, alios apostolos (ut ipsi quoque in Dei Matris commendationem aliquid dicerent) accersivit Petrus, omnesque secundum gratiam a Deo sibi collatam brevi eloquio tantam Matrem laudibus celebrarunt. Antequam vero Paulum vocaret ad dicendum, ei coram Dei Genitrice locum inter apostolos assignandum curavit, ut plenius in Paulo retulimus. Laudibus apostolorum expletis, Petrus a Virgine jussus sanetissimum Eucharistiae sacramentum consecrare, ut eo omnes una resicerentur; accepit ipse panem, et benedixit, et enī particulam unam accepisset, et Mariæ dare vellet, illa, voce aliquantulum elevata, in fervore spiritus dixit : « Ecce video Filium meum, ecce intuor Deum meum. » Deinde

dixit Petro (quem et Patrem honoris gratia appellabat) : « Particulam istam repone, communionem omnibus his prius dabis; ego vero ultima sumam, ut viaticum integrum mecum deferam. » Accepto itaque corpore et sanguine Domini ab omnibus, Maria dixit Petro : « Tu, Petre, cum omnibus his Christum per passiones multas sequeris, et hoc est, quod Filius meus Dominus Jesus tibi dixit, quando dixit, *Sequere me* (*Matth. viii, 22*), scilicet per mortem, et passionem, etc. Vale, Petre, Pastor etiam meus, qui, et ego Christi Domini ovicula sum, » saluteque singulis impertita, « Da mihi, inquit, Petre Pastor ovium Christi particulam repositam, ubi manet et stat situs totus Filius meus dilectus. » Tunc Petrus suscipiens particulam illam, obtulit eam maximo cum tremore et reverentia sanctissimo ori ejus, et ipsa devotissime sacrum viaticum suscepit, eoque susceplo, mox anima ejus e corpore egressa est.

Cum divinum Marie corpus (quemadmodum ex Melitone, Damasceno, Metaphraste, Nicephoro, aliquis non paucis habemus) magna cum gloria ad sepulcrum apostolorum humeris portaretur, accedit, ut insanus quidam de genere sacerdotum furore atque ira percitus diceret : « Ecce tabernaculum illius, qui nos turbavit, et omne genus nostrum, quem gloriam nunc accipit. » Accedensque evertere pheretrum, et corpus ad terram dejicere tentabat : sed statim secuta vindicta divinitus est ; nam manus ejus a cibitis aruerunt, lectuloque adhæserunt, ita ut elevantibus apostolis pheretrum, pars ejus penderet, et pars ad pheretri lectulum adhæreret. Cumque ille vehementi supplicio torqueretur, ad Petrum conversus dixit : « Depreco te, dilecte Deo Petre, ne me despicias in tanta necessitate, quia tormentis magnis crucior valde. » Tunc respondens Petrus, ait : « Non est meum auxiliari tibi : si autem credideris toto corde in Dominum Jesum Christum, quem in suo utero sanctissimo haec, cui calumniatus es, Virgo portavit, et post partum Virgo permansit, clementia Domini, et larga ejus pietas, que salvat indignos, dabit tibi salutem. » Ad haec ille respondit : « Omnia credo, quae dicas; tantum precor, misericere, ne moriar. » Tunc Petrus fecit stare lectulum, et ait illi : « Si credideris toto corde in Dominum Jesum Christum, solventur a pheretro manus tuæ. » Et cum dixisset : « Hoc credo, » statim soluta sunt manus ejus a pheretro, et coepit stare pedibus suis : sed erant brachia ejus arida, et non discessit ab eo supplicium. Tunc Petrus ait illi : « Accede ad hoc corpus, et osculare lectulum, et loquere, et dic : Credo in Deum et in Dei Filium, quem ista portavit, Jesum Christum, et credo omnia quaecunque locutus est mihi Petrus apostolus. » Et accedens osculatus est lectulum, et statim omnis dolor abscessit ab eo, et sanatae sunt manus ejus, et coepit laudare et benedicere Deum largiter, et de libris Moys's te-

stimoniis reddere laudibus Christi, ita ut etiam ipsi apostoli mirarentur et flerent præ gaudio.

Corpore beatæ Virginis tumulato, Petrum de ejusdem beatæ Virginis pietate, quam erga se et alios ipsam ostendisse perspexerat, sermonem habuisse tradit Pisanus lib. v, *De laudibus Virginis*, fructu 8.

Nec verba dulcissima omittam, quæ Amadeo jam supra memorato, imo archangelo Gabriele auctore, Mariæ jam toti gloriosæ, ac fulgidæ post felicissimam animam corpori unitam, ac Filii ad eam adventum pro omnibus mortalibus locutus est Petrus, dicens :

« Oleum effusum est a Jesu nomen tuum ; ideo adolescentulæ te dilexerunt.

« Introduces ecce, o Rex, Mariam in cellaria tua, et exultabit, et lætabitur in te.

« Invenit, quem diligebat anima ejus : tenet, neque unquam dimittet.

« Introduxit enim eam in domum Matris, et in cubiculum Genitricis suæ.

« Inspicite Regem Christum in diademate suo, quo coronavit eum Mater sua.

« Fulciamus eam floribus, stipemus malis, quia amore Filii languet.

« Trahe nos quoque, o Maria, post te : curremus in odorem unguentorum tuorum. » Sic ille.

Refert etiam Cosmas cognomento Vestitor apud Pelbartum in *Stellario Coronae Virginis*, lib. x, part. v, art. 4, sanctum Petrum Deiparam Virginem in cœlum abeuntem his dictis compellasse : « Gaudete, cœlestium thalamorum Sponsa, Tetrarchici luminis candelabrum, per quam est æterna claritas manifestata. »

A tanto magistro pietatem erga Virginem didicernit ejus discipuli Marcus, Maternus, Martianus, Evodius, Savinianus, Potentianus, Georgius, Fronto, Trophimus, Prosdocius, Paulinus, ut alios brevitatis studio pretercam. Quot enim, et quanta in sacra sua Liturgia (quæ a card. Sirleto edita, atque e Græco sermone in Latinum conversa exstat, cum alibi, tum tom. I *Bibliotheca magnæ veterum Patrum*) de beata Virgine laudum ornamenta congerit Marcus evangelista ! vocat plenam gratia ; benedictam in mulieribus, quia peperit Salvatorem animarum nostrarum ; sanctissimam, intemeratam, illibatam, immaculatam, Dominam nostram, benedictam Genitricem Dei, et semper virginem. Tribuitur ab aliquibus sancto Marco Æthiopum Liturgia, quæ sanctæ Mariæ sapientia minuit, ejusdemque laudes luculentissime celebrat : in ea etenim haec interseruntur verba : *Salve, Virgo Maria Dei Genitrix : tu es thuribulum aureum, quæ carbonem ignitum portasti. Lætare, Domina, quia salutem sanctam deprecamur, o Virgo in omni tempore Mater Dei et Christi, effe sursum et in altum orationem nostram apud electos Filii tui, ut remittantur peccata nostra. Lætare, Domina, quia peperisti nobis lumen verum*

Jesum Christum Dominum nostrum. Ora pro nobis apud eum, ut misereatur animæ nostræ : ora pro nobis in conspectu throni Filii tui Jesu Christi. Lætare, immaculata, vere Regina, lætare, gloria nostrorum parentum, quia peperisti nobis Emmamuel. O vere mediatrix ante Deum nostrum Jesum Christum, te supplices exoramus, ut memor sis nostri; ora pro nobis, ut delean tur iniquitates nostre. Item : Servi tui hodie ministrantes sacerdos, et diaconus, et omnes ministri, populus et ego pauper servus tuus et peccator absolvamur per os Trinitatis sanctæ Patris, Filii et Spiritus sancti, et beate Mariae cœli secundi. Item : Recordare, Domine, Jesu Christe, in regno cœlorum omnium illorum, qui a nobis petierunt ut recordaremur eorum. O Domine, libera populum tuum, et benedic hæreditati tue, ac nutri eum, et exalta usque in sæculum : custodi eos in recta fide, et in gloria omni tempore, et fac ut serveant ineffabili et inexcogitabili charitate, per preces et intercessionem, quam pro nobis facit Domina nostra sancta et immaculata Virgo Maria. Item : Hoc est corpus, et hic est sanguis Domini ac Servatoris nostri Jesu Christi, quod et quem assumpsit ex Domina nostra sancta et immaculata Virginie Maria. Denique : Gloria sit Domino, qui dedit nobis corpus suum sanctum et pretiosum sanguinem suum : gloria sit divæ Mariæ, que est gloria nostra, et que parturiit nobis sacrificium.

Tribuitur eidem ordo baptismi secundum usum Aethiopum, qui Virginem Genitricem Dei Mariam plenam gratia, atque in omnibus sanctam appellat, ejusdemque intercessione Domino supplicat, dicens : *Custodi, Domine, populum tuum in rectitudine fidei omni tempore vitæ suæ, et sit in charitate, que superat omnem pacem intercessione plenæ gratia Virginis Genitricis Dei Mariæ, que in omnibus est sancta.*

Contendunt nonnulli sanctum Marcum e lingua patria, hoc est Galilæa Syriace transtulisse, non modo Evangelium suum, sed etiam cœteros omnes Novi Testamenti libros, ibique omnia Virginis festa, si unam Nativitatem adinas, sub variis sectionibus ac titulis adnotasse. De qua re optime omnino P. Ferdinandus Quirinus de Salaza in tract. *De Concept. B. Virg.* cap. 35, § 1, et Petrus de Oyeda in sua *Informatione ecclesiastica pro Conceptione immaculatae Virginis Mariæ*, cap. 2.

Sed sanctissimæ Virginis amatorem servidum ac laudatorem eximium se magis aperte declaravit Marcus in oratione illa, quam post apostolos in ejusdem Virginis dormitione habuit in hæc verba :

« Recessuræ a nobis corporali presentia Matri Dei, et ad æthereum thalamum accessuræ omnes nos commendemus. Laudatissimam ipsam Virginem omnes ample laudastis, omnesque procul dubio a laude defecistis. Si namque omnia grana arenæ maris, omnia folia herbarum, omnes guttae maris, omnes stelle cœli, omnia lilia, rosæ et alii flores, omnia animalia, artus et partes eorum,

omnes angelorum exercitus, et quæcumque alia excogitari possunt, in linguis converterentur, et mille annis loquerentur, quanta et qualis sit hæc Virgo, quam laudamus, nunquam exprimere possent. Laudavimus, non quantum debuimus, quia id impossibile est, sed quantum potuimus. Tu quoque nos Filio tuo, o piissima Dei Genitrix, etsi non quantum potes, saltem plus quam meremur, commendabis, ut una tecum tempore suo gaudia æterna possidere valeamus, præstante illud tuis obsecrationibus Patre, Filio et Spiritu sancto unico Deo, cui sit honor et gloria in sæcula sæculorum. Amen. » Sic ille, quem propterea Dei Mater a nobis corporali præsentia recedens, atque ad æthereum thalamum accedens hac salutatione honoratum dimisit : « Vale, Marce pastoris nostri discipule charissime, et Evangelii tui verba longe lateque diffunde, ut ex revelatione sancti Gabrielis archangeli in sua *Apocalypsi* refert B. Amadeus. »

Quid vero sanctus Maternus ? Hic postquam a morte mirabiliter ad vitam esset excitatus, in Germaniam missus Tungenses, Colonienses, Trevirenses, aliasque finitimos populos ad Christi fidem perduxit. Hasteriæ vero, quæ hodie in diœcesi Namurensi Benedictinorum abbatia est, ecclesiæ consecravit, ut scribit Richardus de Wassenburg, archidiaconus Virdunensis, lib. iii *Antiquitatum hisce verbis* : « Erat autem Hasteriensis ecclesia a priscis temporibus a S. Materno Petri apostoli discipulo consecrata. Cujus vero in honorem ? Certe non alterius, quam sanctissimæ Deiparæ, cuius ex magistri sui institutione fuit cultor eximius. » Sie nos docet ex *Historia ecclesiastica Belgii* Gulielmi Gazæi Heribertus Rosweidus in sua *Historia Belgica* ad annum 656. In urbe autem Tungrensi tunc frequentissima, ubi diligenti admodum superstitione habebatur collectum quidquid usquam fuerat vanis erroribus institutum, confutato dæmonum cultu, et sacrilegiorum impietate destructa, templum beatæ Mariæ semper virginis, Deique Genitrici exstruxit et consecravit, ut ab omni nationum genere coleretur, quæ in eadem urbe erant undequaque congregatæ. Atque ut res illa difficillima, de extirpanda nimis idolatria, et vexillo crucis Christi apud gentiles erigendo, quæ ipsis videbatur stultitia, optatum posset consequi effectum, probe sciens quæque ardua progressura feliciter, quibus beatæ Mariæ Virginis faveret gratia, et aspiraret auxilium, ejus cultui, et precibus putavit innitendum, quæ apud Ægyptios filium suum complexa idolatriæ extremam ruinam intulisset.

« Damnatur cultura Jovis, ait Ægidius, Junonisque et Veneris. Exstruitur templum beatæ Mariæ perpetuae virginis, emundantur delubra dæmonum, ecclesiae sanctorum dedicantur usque ad numerum septuaginta duarum congregationum. » Habet igitur Belgium in quo non modicum potest gloriariri, et gloriando sibi gratelari, quod nimis

sub ipsis Ecclesiae nascentis incunabilis, antequam pleraque aliae provinciae vix quidquam de beata Virgine intellexerant, primam infra Alpes, sive Cisalpinam Mariano titulo insignitam ecclesiam habere meruerit. Auctorem, qui id ipsum doceat, profero Thomam Bozium, Romanæ congregationis Oratorii a sancto Philippo Neri institutæ presbyterum, qui lib. ix *De signis Ecclesiæ*, cap. 9, ita ad rem nostram scribit : « Sed et apud Tungros volunt prisci Annales a Materno Petri discipulo ecclesiam de nomine Virginis conditam, quam primam dicunt infra Alpes ecclesiam fuisse. » Quibus verbis hæc sua subjicit Locrus : « Quid audio? Non beatæ Virginis modo, sed absolute primam. Ergo nulla alia quolibet titulo exstabat, quando ista primo comparuit : iis porro apicibus, ut facta cathedralis Virginis titulum circumferret. Ut ut sit, magna sane Belgarum conimendatio est, primas Cisalpes Mariano nomini meruisse, consecratam habere ecclesiam. » Quod id ipsum confirmant, præter citatos a Bozio, Annales Ecclesiae tum Coloniensis, tum Trevirensis, Joannes Carthagena lib. xviii, homil. 7, et Petrus Canisius lib. v, cap. 23, dum ait : « Sanctus Maternus etiam apud Tungros Deiparae Virgini aëdem, eamque infra Alpes, ut volunt, primam consecravit. » Sie enim veteres Ecclesiarum narrant Annales.

Neque ea tantum in hoc tractu a Belgis tunc per S. Maternum Mariano nomini ædificata et consecrata fuit ecclesia : sed, et in oppido Huyensi, ad Mosæ et Huy confluentem, medio fere itinere inter Leodium et Namureum, alias in ejusdem honorem construxit, de qua ita Ægidius monachus Aureæ Vallis ; sed, et per suos episcopatus plurimas fundavit ecclesias, inter quas eminet ecclesia beatæ Mariae Huyensis, ut testatur Theodoinus Leodiensis episcopus, qui in ea requiescit. Verba Theodoini ita habent : « Ego Theodoinus, Dei gratia Leodiensis episcopus, notum esse volo tam præsentibus, quam futuris, qualiter post libertatem Huyensis ecclesiæ, quam Maternus beatæ memorie episcopus consecrando primitiavit, etc. » Sunt ea desumpta ex Diplomate, quo idem in prædicta ecclesia quindecim canonicos instituit anno 1066, quando et eodem basilicam Marianam a fundamentis usque ad laquearia a se reædificatam et perfectam, præsente Lietberto Cameracensi episcopo consecravit.

Dionanti insuper in eademi ditione hand procul ab Huyo, et ad Mosam quoque vetusta plane inventitur Mariana basilica, quam itidem a beato Materno consecratam suspicio est, sed suspicio tantum, nam haec tenus certum testimonium non inventitur. Sed habemus firmiorem historicum sermonem de alia Mariana basilica, quam idem pontifex S. Maternus in Belgio Deiparae dedicavit. Est illa Walveriae, de qua Auctarium ad Jo. Molani Natales sanctorum Belgii auctore Arnoldo Rayssio canonico S. Petri Duaci. Ille igitur ad diem 28 Maii ex antiquis MSS. quæ cum instructione eidem commun-

nicavit Jo. a Chokier, Ecclesiae Walciensis præpositus, hæc subsequentia commemorat : « Walciæ commemoratione Deiparae Virginis miraculosæ, quæ cum processione solemni festive celebratur. » Subjungit deinde : « Est autem Walciæ, sive Valencurtium urbs perantiqua ad septimum a Namureo lapidem sita ad ripam Auriæ rivuli inter Mosam et Sabin, cujus prima basilica a beato Materno sancti Petri discipulo duxit initium, qui ad fidem converso Arbo horum locorum tyranno ecclesiam beatæ Mariæ dedicavit, in eaque sacram Virginis statuam suis, ut creditur, manibus delineatam collocavit, miraculis variisque prodigiis, et curationibus famosissimam, et peregrinorum concursu ab olim etiam frequentissimam : ex quo potissimum divinitus manifestari placuit locum hunc singulariter pro Deiparae cultu, et patrocinio eleatum. Cum enim miraculorum gloria jam longe lateque celebraretur, evenit fortuito igne templum absumi. Iconem autem dictam præeunte columba, cunctis qui aderant, plane videntibus, angelorum in sublime transportari ministerio, proculque in suburbano quoddam horto ab iisdem sisti. Unde cum nulla arte deferri posset, Theodoricus loci regulus voto concepto monasterium se in loco horuli exstructum, divina permissione imaginem Walciensem retulit, ad cuius adventum tanta brevi confluxit hominum frequentia, et peregrinorum liberalitas, ut templum nulli totius Namureesii facile cessurum sit exstructum. In quo etiam ultra collegium novem canonicorum, cum præposito sub annum Domini 1020, ab Eduino loci dynasta fundatum, viginti sacellani, aut amplius a diversis nobilibus sunt instituti. In quorum beneficiorum gratiam memoriam adhuc quotannis ipsa feria quarta Quatuor Temporum Pentecostes dieta imago maximo peregrinorum concursu honoratur, communique urbis latititia, ac solemni omnium processione defertur. » Haec tenus Auctarium præcipuum.

Constans et firma traditio est, ecclesiam Marianam in Gallo-Brabantia supra Geldoniam Namurcum versus sitam, vulgo *Notre Dame d'Aulre Eglise*, quasi dixeris, diva Virgo alterius Ecclesie, quod cognomen etiam pago, in quo sita est, adhaesit; vernacule, *Autre Eglise*, a D. Materno Tungensi episcopo, et Belgarum primo apostolo in honorem sanctissimæ Deiparae fuisse consecratam, prout etiam antiquæ ejus ecclesiæ tabulae, atque inscriptiones clare significant, inter cætera bina hæc disticha leguntur :

Creditur hoc templum Materni tempore structum.

Non magis antiquum Belgica terra tenet.

Hinc locus est (sic nos docuit non falsa vetustas)

In quo post Tungros altera sacra viget.

Itaque quod præter illam Marianam Tungensem nulla alia in iis partibus esset ecclesia, dicta fuit hæc altera, sive secunda ecclesia. Quibus confirmatis ipsa structura suffragatur, quæ suminam

præ se fert vetustatem, et longævæ ætatis nou
obscura vestigia.

De sancto antem Martiano quid loquar? Hujus singularem erga sacratissimam Dei Parentem devotionem R. P. Octavius Cajetanus societatis Jesu fausta proles, vir omni heroicarum virtutum genere conspicuus, in libro quem *Origines illustrium adium sanctissimæ Matris et Virginis Mariæ in insula Siciliae prænotavit*, ex Græcis Actis ipsius S. Martiani prosecutus est his verbis: « Quo tempore S. apostolus Petrus Antiochiae versabatur, cum ubique terrarum, ac præcipue apud Græcos populos quam celeberrimæ Syracusæ essent, satis agnosceret, multo maximo eas ornamento, ac longe præstantissima sanctæ fidei gloria cohonestare decrevit. Itaque anno 40 Martianum eo misit episcopum, qui non minorem inter apostoli discipulos, ob doctrinæ et sanctitatis specimen, tenebat locum. Hic quippe qui summa erat erga Virginem pietate præditus, illius imaginem secum tulit, cuius specie et pulchritudine cum divinum in se amorem fovebat, tum etiam populorum animos illustrabat, et ad Christum alluciebat. Illa tanquam cœlesti fulmine idolorum statuas abiecere, illa velut firmissimo clypeo abs Stygiis monstris sese defendere, illa tanquam ancipiuti gladio ex energumenis horrendas larvas depellere, illa tanquam cœlesti medicina cœcis visum, loquelam mutis, auditum surdis, claudis et paralyticis integras vires impertiri, leprosos mundare, ægros omnes morbis liberare consueverat: adeo ut jure optimo hæc imago ingens miraculum, seu miraculorum mirificum instrumentum, appellari possit. Eam collocavit in antris Pelopia quondam nuncupatis, nunc vero ab æde superexstructa divi Joannis apostoli dietis, ad inferiorem partem Acerinæ; nec enim sinebat tyranorum sævities templo ædificari, perinde ut fidelium Syracusanorum animi peroptabant. Eodem in loco D. Martianus morabatur, ibi docebat, ibi baptisterium habebat, et sacris operabatur veluti sub tutela et patrocinio sanctæ Dei Genitricis. » Sie ille.

Sanctus vero Evodius non solum Petri discipulus, sed ipsius in Antiochena cathedra successor, vir ob assiduam rerum divinarum contemplationem, Divinus appellatus, nonne ob Deiparæ amorem perpetuam virginitatem coluit, unde virgo beatissimus ab omnibus acclamatur? nonne in silva, seu solitudine montis Neroi, seu in Montanis nigris non longe ab Antiochena civitate monasterium Deiparæ Virgini dicatum a fundamentis erexit, atque Carmelitis monachis eximiis ejusdem Deiparæ cultoribus libentissime donavit? Quamdam epistolam scrispit, cui titulus, *Lumen*, ex qua Niceph. lib. II Hist. cap. 5, hujusmodi recitat fragmentum: « Trimula cum esset (loquitur Evodius de beata Virgine) in templum præsentata, ibi in Sanctis sanctorum traduxit annos undecim; deinde vero sacerdotum manibus Joseph ad custodiæ est

tradita, apud quem cum menses peregrisset quatuor, ab angelo latum illud accepit nuntium: peperit autem illius mundi Lumen annum agens 45, die vicesima quinta mensis Decembris. Deinceps annos peregit triginta tres, quos etiam æternum et antestœculare Verbum et Filius ejus in terris exegit. Post crucis autem supplicium illud in domo Joannis annos implevit undecim, » etc. In eadem epistola dicebat Evodius a Christo ex mulieribus solam Virginem Matrem suam fuisse baptizatam.

De sanctis Saviniano et Potentiano haec nobis suggerit Martyrologium Gallicanum sub die 31 Decembris: « Sanctus Savinianus beati Petri apostoli discipulus ab eodem S. Petro, una cum sancto Potentiano ad prædicandum Jesu Christi Evangelium in Galliam missus, dum ad metropolim urbium civitatem Senonensem contendere constitunnt, Vastiniensem agrum ingressi paulisper subsistunt eo in loco, qui Ferrariæ celebris cœnobii nomine postea inclaruit: dies enim Natalis Domini imminebat. Cui debito cultu transigendo dum intendunt vigiliis, jejunis et orationibus desixi, ipsa nocte, qua ortum Solis justitiae in sanctis meditationibus præstolabantur, repentina affulgente in tenebris lumine, ipsa hora qua Christus natus est, idem Dominus in præsepio positus, circumstante Matre sanctissima et beato Joseph, apparuit ea prorsus forma et situ ac statu quo cum natus est, in Bethleem existebat, angelica item melodia personuit, easdem laudes, quas tunc occinebant superni illi spiritus, replicans. Quo cœlesti viso et auditu ipsi animati, magni illius pietatis sacramenti nuntii a tam fausto auspicio divinum opus aggressi sunt, totoque ore et pectore effusi in præconia Deitatis, incolasque accolasque ad agnitionem divinæ Majestatis et misericordiæ vocaverunt et induxerunt. Præcelestium negotiatorum stationis fortunatus hic successus fuit, in cuius perpetuum monimentum ædicularum in honorem sancti Salvatoris nati, et beatissimæ Genitricis ejus ibidem extruxerunt, cui Bethleem nomen suavissimum et augustinissimum, quo hactenus nobilis illie, que succreavit moles, inscripta nitet, indidere. Hinc digressi ad civitatem Senoneensem, magni cum fausti progressus fiducia accedunt, ibique animabus prope infinitis ad Christi fidem et cultum conversis, ecclesiam sanctæ Dei Genitricis venerando nomini ac patrocinio dedicatam extruxerunt. Hinc Carnutum advolantes divini splendoris geruli, cum lustrarent totius civitatis aras, ut in sua *Parthenica* scribit Rouillardus, invenerunt aram, in qua scriptum erat, *Virgini parituræ*. Unde notandum, quod Druides in Gallia apud Carnotum et vicinas civitates erant homines peritissimi et insignes, qui centum et eo amplius annos ante beatæ Virginis nativitatem ei consecrarunt imaginem, et aram, quæ adhuc hodie exstant, titulum ponentes, *Virgini parituræ*. Mirum est, quod etiam diu ante Deiparæ Virginis nativitatem ad ipsius imaginem miracula

multa fierent : nam et filius reguli Monteleheriaci in aquis præfocatus oblationibus et precibus ante ipsam imaginem factis, redit ad vitam. Liberalitate reguli Monteleheriaci ad illum locum animatus Priscus, Carnotensium et Druidensium rex, cærens liberis, totius regni et dominationis suæ Virginem parituram fecit hæredem. Ex quo tempore ille principatus devolutus est ad alios sapientes Druidas. Cum autem prædicti sancti Savinianus et Potentianus venissent Carnotum, prædicarentque Christum Filium Dei esse natum ex Maria Virgine, quam illi ignorantes colebant : insuperque adderent visitataam fuisse a regibus Orientis, et munieribus affectam, magno gaudio affecti sine magno labore omnes ad Christi fidem conversi sunt. Et ne quis eos antecelleret in tantæ Dominæ veneratione, ipsi solemnes legatos ad beatam Deiparæ Virginem miserunt, quæ tunc morabatur Hierosolymis, cui cum narrarent qualiter dudum antequam nasceretur, concives ei imaginem et aram erexerant, et Priscus eam hæredem patriæ constituisset, eam suppliciter rogaverunt, Druidarum et totius populi nomine, quatenus principatum et hæreditatem, licet tantæ Majestatis indignam, dignaretur acceptare. Virgo autem gloriosa, legatos sereno vultu excipiens, eis gratias egit, et lumenti auino donum acceptavit, promisitque totius patriæ et civium perpetuam fore protectricem. His lætis nuntiis acceptis, legati redeuntes ad propria, civibus narraverunt omnia, qui, ineffabili gaudio repleti, multo amplius in beatæ Virginis amore et obsequio profererunt. »

Veniamus ad sanctum Georgium, de quo sic auctor Chronicus sanctissimæ Deiparæ ad annum Christi 60, ex Odone Gisso in *Historia beatæ Virginis Aniciensis*: « Sanctus Petrus apostolus, inquit, anno Domini 46 multos ex discipulis suis misit in Gallias ad prædicandum Christi Evangelium. Inter cæteros autem S. Georgium misit Anicium. Illic autem Georgius primus Aniciensis in Velavia episcopus magno cum labore civitatis prædictæ populum ad Christi fidem convertit. Cum autem beatissimæ Virginis Mariæ Dei Genitricis præconia auditoribus suis sæpiissime referret, erga beatam Virginem populi amor et devotione crescere cœpit. Quare, delecto per eum Apollinis simulacro, quod in vertice rupis Poliniacæ adorabatur, ecclesiam in honorem Deiparæ Virginis construxit : tunc magis ac magis cœpit populus affici ad beatam Virginem. Inter cæteros autem honesta quædam et devota matrena cuiusdam loci, cui nomen erat Villa, juxta fluvium Bornæ, cum quartana dudum laborasset, jamque esset morti proxima, apparuit ei beata Virgo dicens : « Surge e lecto, charissima filia, in quo tot meuses insomnes duxisti, et citius quam poteris, te ad montem et rupem Anicii conser ; ibi enim te ab infirmitate tua liberabo. » Non aures surdas ægrotæ mulier ad hanc continuuit vocem : nam summo mane deferri

a suis domesticis curans ad assignatum locum, largum et quadratum lapidem ibi annotavit altaris instar, et in eo quiescens obdormivit. Interim denuo iævisit eam Virgo, talibusque verbis est eam assata, nimirum : « Iste est locus, inquit, quem tibi constitueram, in quo evigilans pristinæ sanitati restitueris in signum tibi et posteritati electionis istius loci a me factæ, ut ibi deinceps me in ævum mortales colant, mihiique imposterum famulentur. » Ad hæc verba ægra mulier sanata et excitata ad sanctum Georgium accurrit, eique omnia quæ evenerant, enarravit. Tunc beatus Georgius absque mora locum miraculosum visitat, hac Dei famula aliisque viris ecclesiasticis comitatus. Qui cum ad hunc montis verticem ascendissent, adverterunt in extrema Cornelie rupis parte locum, ubi hodie visitur basilica Deiparæ, nive albicantem, licet undecima Julii dies esset, ferventibus tunc caniculæ æstibus. Ad clariorem autem hujus miraculi notitiam concito gressu accurrit cervus, qui in nivem insiliens demetus est longitudinem et latitudinem spatiumque ædificii, statimque disparuit. Quod prodigiosum factum attenta mentis acie sanctus Georgius considerans, jubet a cervo factum circuitum sepe ex virgultis cingi, partim ne pollueretur, partim ut hoc onus, quod a se tunc minime suscipi poterat, successoribus suis alia commodiiori tempestate faciendum servaretur. Interim prædicti miraculi fama ad aures sancti Martialis ejusdem sancti Petri discipuli, atque Aquitanorum apostoli pervenit, qui ad prædictum Anicii montem venire non distulit, atque in codem loco versus miraculosam rupem ad honorem Deiparæ erexit altare, atque ad perpetuam suæ peregrinationis memoriam huic loco calcum Deiparæ donavit, qui adhuc hodie ibidem religiose servatur. »

Nil de sancto Frontone Petragoricensium apostolo dicam, qui beatissimæ Virginis Mariæ templo ab Agabo in Carmeli vertice fundato extremam imposuit manum ; qui ad Petragoricenses concives episcopus destinatus monasterium in honorem beatæ Virginis in suburbis ejusdem civitatis primum exstruxit. Qui cum a Quirino præfecto infideli acriter divexaretur, erenum petiit, ut, impedimentis sublatis, Deo Deiparæque Virginis tutius inserviret.

Nihil de sancto Trophimo Asiano, primo Arelatensis urbis antistite, qui Arelate, in palatio amplio, quod sibi locum aliquem divino cultui destinandum postulanti ejusdem civitatis præfectus jam ad Christi fidem conversus ultro concesserat, ædem in honorem sanctæ Dei Genitricis, cuius eximius erat cultor, ædificavit, quicquid aliam juxta paludes struxit ædiculam, quam eidem Christiferæ Virgini consecravit, adjacente cœmeterio fidelium sepulturæ dedicato.

Nil de sancto Prosdocio Paduanæ civitatis

proepiscopo, qui oratorium, in eadem civitate ab Epiro Patrio Paduano excitatum, in honorem beatissimæ Mariæ semper virginis consecravit.

Nihil denique de sancto Paulino Antiocheno primo Lucensium præsule, qui templum Lucæ in honorem Dei Genitricis erexit, suæ erga tantam Virginem in corde conceptæ devotionis monumentum. Sed a discipulis ad magistrum revertens, ipsum utin vita, ita etiam post mortem ardentissimum Deiparæ Virginis cultorem, ac ejus gloriæ promovendæ cupidissimum contemplabor. Quis enim, nisi ipse Carthusianis Patribus varie a dæmone circa novum vitæ propositum divexatis, Horarias B. Virginis preces, tanquam malorum omnium remedium efficax proposuit?

Cum enim primi illi Patres Carthusiani quorundam malignorum hominum linguis fraudulentis deterriti, qui novitatis eos insinulantes, aiebant illos in mortis discrimen sese conjicere : effectum sane est ab illis, ut optimi Patres prorsus dubitarent, quidnam agendum ipsis esset, cum propter suscepitæ vitæ austерitatem, tum propter deserti horrorem et vastitatem, in qua illorum nequam hominum moti sermonibus in vitæ periculum se venturos etiam ipsi jam formidabant. Quare hæc de re perplexi cum essent et num illud vitæ genus prosequi deberent, inter se deliberarent, adfuit mox apostolorum princeps Petrus, qui blande eos consolatus, hæc verba protulit : « Perplexi estis, utrum hanc eremum incolere, an deserere debeatis : at ego vobis annuntio sanctam Dei Genitricem perpetuo suo patrocinio in hoc deserto vobis adfuturam, si in ejus honorem Horarias preces quotidie legere velitis. » His dictis, continuo ille disparuit, et fratres incredibili affecti gaudio illam sacrosanctam Virginem Patronam totius Carthusiani instituti sibi delegerunt, et mirifice confortati in arrepto vitæ proposito perstiterunt, dicendumque Horarum beatæ Virginis pensum se quotidie persoluturos unanimiter concluserunt.

Quoties autem suis devotis salutem a Deo Dei para mediante impetravit?

« Quidam religiosus (inquit Joannes Herolt) qui in monasterio Sancti Petri male vixerat, sine confessione et sacra communione defunctus est, cuius anima ducebatur a dæmonibus ad infernalia claustra. Quod cernens S. Petrus, cuius erat monachus, ad Dominum Jesum Christum accedens pro anima fratris deprecabatur. Cui Dominus : « Ignoras, inquit, quod propheta, me inspirante, dixit : Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo, etc. Qui ingreditur sine macula, et operatur justitiam. (Psal. xiv, 1, 2.) Quomodo hic potest salvus fieri, cum neque sine macula ingressus est, nec (ut debuit) justitiam operatus est ? » Hoc audiens S. Petrus venit ad B. Virginem Mariam, ut ipsa intercederet pro anima illa ; et cum surrexisset

sancta Dei Genitrix ante Filium suum cum sanctis virginibus, dixit ei Filius : « Quid me poscis, dulcissima Mater mea, cum meis charissimis sororibus ? » Cui cum sancta Maria respondisset, quod pro anima fratris defuncti rogaret, Christus ait illi : « Quia tibi placet, indulgentiam consequatur ; concedo propter preces tuas, ut anima fratris ad corpus revertatur, ut acta de malis poenitentia, demum æterna requie perficiatur. » Hoc cum S. Maria Virgo S. Petro innotuisset, confessim S. Petrus magna clave, quam tenebat, dæmones fugavit, et animam fratris de potestate eorum eripuit, et duobus angelis commendavit, ut ipsam animam ad corpus reducerent. At ille frater de morte resurgens, quæ sibi contigerant, vel quæ viderat, enarravit.

Exstatice quandam raptæ B. Birgitta, ut ipsa refert suarum *Revelationum* lib. vi, cap. 93, mulierem in fune sedentem, cuius alterum pedem sustentabat vir speciosus, alium vero virgo quedam pulchritudinis miræ, conspexit. Tunc vero B. Maria angelorum Regina ei apparens, dixit : « Haec domina tibi nota multis sollicitudinibus involuta carnis et mundi, mirabiliter ne caderet servata est : ipsa quoque multoties habuit voluntatem peccandi, sed nec locum, nec tempus : et hoc fecit oratio Petri apostoli, et Filii mei, quem ista mulier dilexit : quandoque habuit tempus, et locum, sed non voluntatem, et hoc fecit charitas mea, quæ sum Mater Dei : et ideo quia jam appropinquat tempus ejus, consultit ei B. Petrus, ut aliquam austéritatem assumat in habitu, deponendo vestimenta meliora ; quia ipse summus apostolus etiam nuditatem et carneum pertulit, et esuriem, quamvis potens in cœlis erat et in terris. Ego vero Mater Dei, quæ nullam horam sine tribulatione transivi in terris, consulio, ut ipsa non erubescat esse humiliis, et obediens amicis Dei. » Post hæc autem statim apparuit B. Petrus apostolus dicens Birgittæ : « Tu nova sponsa Domini et Dei nostri, vade, quare ab illa muliere, quam ego dilexi, et custodivi, si forte esse velit ex toto mea filia. » Et illa requisita consentiente, et dicente, « Volo toto corde, » respondit B. Petrus : « Ego providebo ei sicut filiæ meæ Petronillæ, et recipiam eam in custodiæ meam. » Et statim domina illa, his auditis, vitam suam mutavit, et non longe post toto vitæ suæ tempore infirmari cœpit, donec purgata cum maxima devotione tradidit spiritum.

Eadem Birgitta cum alias cœlestem Reginam sibi apparentem conspexisset, de beatissimo apostolorum principe sic loquentem percepit : « Petrus sic validus et fervens erat, ad proferendum verba Dei, quod si potuisset mori pro unoquoque homine, libenter fecisset : attamen timidus erat, ne a conspectibus illorum, quæ verbo consolationis et prædicationis sovebat, raperetur,

quia salutem eorum plus desiderabat quam vitam propriam et honorem. Tempore placito Petrus venit Romam cum humilitate, et alios elevavit in positivum gradum, alios in comparativum, alios in superlativum, id est, quosdam fecit bonos, quosdam meliores, et alios optimos. Illi enim, qui fidem receperunt veram, qui in conjugio, et alia dispositione laudabili steterunt, isti fuerunt in positivo gradu. Qui vero sua dimiserunt propter charitatem divinam, qui aliis exempla bona vivendi ostenderunt verbis, exemplis et operibus, necnon et qui nihil Christo preposuerunt, isti fuerunt in comparativo gradu. Qui vero carnem suam dederunt pro amore Dei, isti fnerunt in gradu superlativo. Sic Deipara.

Quæ et iterum dilectæ sibi famulæ se conspiciendam præbens, his eam verbis affata est : « Esto humilius, et ego ero tibi misericors, Petrus erit tibi mitis et dicet : O filia aperi os, et cibabo te cibo dulcedinis. Verumtamen, filia, istud potes etiam spiritualiter intelligere : nam in Petro notatur fides sanctæ Ecclesiae : sicut enim Petrus stabilis permansit usque in finem, sic et fides S. Ecclesiae sine fine stabilis permanebit. Ergo Petrus, id est fides sancta dicit : Aperi os, et habebis cibum optimum, id est, Aperi intellectum animæ tuæ, et in sancta Ecclesia invenies cibum dulcissimum, id est, ipsum corpus Dominicum in Sacramento altaris, novam quoque legem et veterem, explanationes doctorum, patientiam martyrum, humilitatem confessorum, virginum castitatem, omniumque virtutum fundamentum. Itaque fidem sanctam quære in Ecclesia sancti Petri, quæstionique memoriter retine, et operibus consumma. » Hactenus cœlorum Regina. Quæ et mortalibus se visendum præbens haud semel Petrum suum in comitatu assumpsit, ut sanctorum gesta legentibus perspicuum fiet. Vide, si libet, opus nostrum *De fundatoribus Marianis*, in S. Joanne Gualberto, et S. Francisca Romana. Neque hoc solum, sed in sacris suis imaginibus eundem Petrum socium habere voluit, ut in imagine sanctæ Mariae in Portico de Urbe angelorum manibus e cœlo delata liquet, in qua sanctorum principum apostolorum capita hiuc et inde super columnarum capitellis in angulis apparent : quæ quanvis ad ornatum posita videantur, non tamen sine mysterio posita videri debent, nimirum, ut quanti hos apostolos Dei Mater faceret, orbi innotesceret, quos et in ipsis imaginibus secum vellet, et ut cunctis pateret, hos ipsos prædicatores, et testes sui nominis exstisset, dum Filii nomen gentibus revelarent. Quemadmodum observat Josephus Matraria noster in Historia, quam Latine de hac ipsa imagine elucubravit, ac Ferdinando Austriaco serenissimo Hispaniarum infanti S. R. E. cardinali tituli S. Mariæ in Portico dedicavit. Sed de Petro hactenus ; ad ejus successores veniamus.

CAPUT II.

De Callisto I, Pontifice Maximo.

Innistrissimum martyrem, clarissimumque Pontificem Callistum hoc nomine primum ædificasse basilicam in Transtiberina regione in honorem beatae Virginis, auctor Vitarum Pontificum vetustus scribit; non tamen creditur illa esse, quæ hodie tam celebris et ampla cernitur, cum ea tempestate ob crebras persecutions occulta essent omnia, et saecula potius, atque eadem abdita, et plerumque subterranea, quam apertis in locis ac publicis fierent. Oratorium igitur, vel humile sacellum initio esse potuit, quod ad ministeria Christiani populi inserviret, non quod ad invidiam ethnicos irritaret. Et forsitan illud fuit templum, quod erigere Christiani Alexandri Severi imperatoris rescripto obtinuerunt adversus ganeones, qui popinas in eodem situ fabricare volebant, dicentis melius fore ut Deus, quomodounque illo loco coleretur, quam popinis manciparetur, ut Lampridius scribit. Religiosissimus Pontifex Callistus hanc ecclesiam pro votis construxit, Deiparae Virginis titulo, ubi tempore Augusti oleum magno miraculo terra erumpens copiose fluxit in signum Christi humani generis Redemptoris in mundum proximi adventus. Sacrum adhuc foramen exstat, ex quo olim oleum scaturit, dictantque qui hoc sunt experti, terram intus latitantem adhuc oleo esse madidam, quam erutam et effosam si quis comprimat, manum sentiat delibutam. Martyrii palmarum assecutus est anno Domini 227, 14 Octobris. Vide, si placet, Antistites nostros Marianos, cap. v, in S. Evodio Aniciensi episcopo, ubi aliud non leve hujus sanctissimi Pontificis in Deiparam affectus argumentum affertur.

CAPUT III.

De sancto Dionysio I, Pontifice Maximo.

Hie anno salutis 238 Antiochiae synodus 70 episcoporum adversus Pauli Samosateni episcopi Antiocheni heresim in Verbi incarnationem et B. Virginis puritatem debacehantem celebrari jussit, in qua uti ab ineunte ætate beatissimæ Virgini inter claustra addictus erat, ita ejus partes acerrime tutatus est. Obiit anno 272, vii Kal. Januarii.

CAPUT IV.

De sancto Silvestro I, Pontifice Maximo.

Sanctus Silvester, hujus nominis primus, beatissimæ Virginis amator egregius, eidem templum, quod cognominatur, *Libera nos a pœnis inferni*, in Urbe erexit, et in ejus ara multis repositis reliquiis dicavit, quod ab ejus conditore aliquando vocatur templum S. Silvestri in Lacu. Hoc templum nobilitatum est, propter draconem suo afflatu Urbi pestilentissimum ibi S. Silvestri precibus mirabiliter extinctum. Est autem id templum in foro Romano, ubi olim fuit fanum Jovis Statoris. In eo loco olim cum vasto et repantino hiato terra subsedisset, Curtius eques Romanus equum coescendit, et præ-

cipitem in illud profundum egit, adductus superstitione cuiusdam responsi quo vivens aliquis ad eam complendam deposcet; templum istud Deiparae Julius III, anno 1550, matribus venerabilibus Turris Speculorum attribuit, cum antea fuisse cœnobium monialium S. Benedicti ab iisdem ob loci insalubritatem desertum.

Idem Pontifex solemní ritu dedicavit S. Mariæ a Princípio oratorium, quod S. Aspremus primus episcopus Neapolitanus a S. Petro consecratus in suis ædibus ad usum Christianorum extruxerat.

Corporis autem vinculis solutus ad præmium evolvavit æternum anno salutis 335, pridie Kal. Januarii.

CAPUT V.

De sancto Libero I, Pontifice Maximo.

Hic ecclesiam Sanctæ Mariæ Majoris de Urbe olim dictam basilicam Liberii a Joanne Patricio Romano, ejusque conjugi in monte Esquilino ædificatam Deiparæ sacravít. Cum enim par istud conjugum prolixi expertum ambigerent, quemnam statuerent facultatum suarum, quas per amplias habebant, hæredem, precibus ad Deiparam contendere cœperunt, sibi divinitus id indicari. Audit Virgo clementissima, ac Nonis Augusti, quo tempore maximi in Urbe calores, Esquiline collem nivē operit, aitque utrisque in somniis, ac simul ipsi Pontifici, ibi ædem sibi comparent, ubi expansam nivem candere conpererint. A somno surgitur, visa conferuntur, locus inquiritur, reperitur, tunc lœtitiarum affatim ædis amplitudinem signare, fundamenta jacere, muris, basibus, columnis onerare, tectum inducere, templo tandem coronidem dare; unde mox basilica Liberii, mox Mariæ ad Nives ex prodigio nomen attributum. Deinde autem S. Maria ad Præsepe fuit appellata, quod sacratissimum illud Domini præsepe recepisset, ac tandem ob præstantiam S. Maria Major, quod nomen hodieque tenet, in titulum accepit. Obiit Liberius anno 367, 8 Kal. Octobris, quo die anniversaria celebritate natalis ejus in Ecclesia recolitur.

CAPUT VI.

De sancto Damaso I, Pontifice Maximo.

Liberii cathedram exceptit Damasus hujus nominis primus Pont. Max. qui tota vita Virginis devotissimus contra Apollinarem, ejusque sectatores hereticos Romæ concilium congregavit, in quo idem Apollinaris, et ejus discipulus Timotheus, et reliqui ejus sectatores damnati sunt. Dicebat autem Apollinaris, carnem Christi de cœlo allatam esse, et beatam Virginem post natum ex ea Christum, Josepho viro conjunctam esse, quam scelestissimam sententiam impius Elvidius in Occidente studuit propagare.

Idem Pontifex divinum Deiparæ Virginis conceptum pulchre extulit illis verbis:

Mox numine viso

Virginei tumuere sinus, innuptaque Mater
Arcano obstupuit completri viscera parti,

SUMMA AUREA DE B. V. MARIA. X.

Auctorem paritura suum, mortalia corda
Artificem tenuere poli, mundique repertor
Pars fuit humani generis, latuique sub imo
Pectore, qui totum late complectitur orbem,
Et qui non spatiis terræ, non æquoris undis,
Nec capitur cœlo, parvus confluxit in artus.

Obiit Romæ anno 384, 4 Idus Decembbris, quo die natalis ejus inter sanctos ascriptus, antiqua memoria perseverat.

CAPUT VII.

De Innocentio I, Pontifice Maximo.

Hic constituit, ut Sabbato jejunium servaretur, eo quod tali die Christus in sepulcro jacuisset, et quod ejus discipuli jejunassent, et maxime Deipara (quo etiam respexit Pontificem, verosimile est), omnium discipulorum Magistra, apostolorumque vice Christi Caput, et que in luctu mortis Christi principem locum tenebat. Diem obiit anno 417, 6 Kal. Augusti.

CAPUT VIII.

De Cœlestino I, Pontifice Maximo.

Omnium ore, scriptisque pervulgatum Cœlestini num hujus nominis primum invictum exstitisse defensorem altissimæ dignitatis Matris Dei contra impium detestandumque Nestorium, qui sanctissimam Virginem Dei esse Matrem inficiabatur. Vix enim hujusce hæresecos rumor ad ipsum pervenit, cum graviter ab eodem Nestorio per litteras contendit, ut jactarum atrociter in B. Virginem blasphemiarum petulantiam ad sanam rediens mentem debita sceleri poenitentia compensaret. Minabatur autem, nisi intra decem dies a susceptis litteris pontificiis sententiam hæreticam retractaret, et Mariam Virginem Theotocon, id est Matrem Dei confiteretur, excommunicatum fore, ac functione ecclesiastica privatum, Cyrillo episcopo Alexandrino imponens, ut prædictas litteras fideliter faceret notificari Nestorio. Ad multos præterea Orientis episcopos in eamdem rem scripsit, eisque cum Theodosio imperatore, ut synodus generalis Ephesi contra Deiparæ Virginis hostem Nestorium congregaretur: quod cum imperatori placuisset, ab eodem Cœlestino præscripta fuit forma hujusmodi synodi celebrandæ, quæ et celebrari cœpta est in æde sanctissimæ Dei Genitricis Mariæ, ob hoc Mariana appellata, multisque pro Deipara in medium adductis, tandem in portentose superstitionis auctorati Nestorium sententiam tulit S. synodus, eumque episcopali dignitate privavit, atque ab omni sacerdotum consilio et cœtu alienum esse decrevit; qui et in exsilium amandatus, procacissimæ linguae, quam toties in divæ Matris injuriam, contumeliamque vibrarat, pœnas moribundus meritas dedit, ac vitam miserrimo fine terminavit, siquidem horrendi vermes subito misceri, et scatere visti sunt, qui blasphemam, atque sacrilegam Nestorii linguam morientis, velut agmine facto roserunt, atque ita confecerunt, ut nihil omnino superesset. Corpus quoque in sepulturam illatum terra ipsa devoravit, ut apud inferos una cum sceleratissimo

illo animo torqueretur. Inde mira devotio in Mariam Virginem excitata, templo et basilicæ in honorem Deiparæ erecta pleraque, et tunc primum additum ad Salutationem angelicam, *Sancta Maria, Mater Dei, ora pro nobis*, etc. Porro de Virginis gloria ab impiissimi Nestorii blasphemis sarta tecta certior factus Coelestinus, incredibili gudio exultavit, laetusque jam diem ultimum exspectans, ad cœlestem patriam suspirabat, quam ex præsenti vita decedens feliciter consecutus est anno Domini 452, 8 Idus Aprilis.

CAPUT IX.

De Sexto III, Pontifice Maximo.

Cœlestini successor Sixtus III basilicam S. Dei Genitricis Mariæ cognomento Majoris jam labentem, præcipitatemque mira quadam liberalitate refecit, atque reposuit, et aureis imaginibus decoravit: plures quoque adjecit imagines specie per pulchras, mysterio venerandas, quæ sacrosanctæ Virginis divinas historias in memoriam revocabant. Quas nonnihil vetustate detrimenti passas Dominicus Pinellus cardinalis, ejus basilicæ archipresbyter, summa adhibita opificium diligentia, resarcendas, et jam collabentes conservandas curavit, additis majorum exemplo aliis desuper positis, et pictura hinc inde. Eidem basilicæ obtulit Sixtus, ut refert Anastasius Bibliothecarius, altare argenteum purissimum pensans libras 500, patenas argenteas tres pensantes libras 60, hamas argenteas quatuor pensantes libras 60, scyphum aureum purissimum pensantem libras 50, scyphos argenteos quinque pensantes libras 50, calices ministeriales argenteos decem pensantes singulos libras 5, aquamaniles argenteos pensantes singulos libras 8, coronam pharam ante altare argenteam pensantem libras 50, coronas argenteas farales 34, pensantes libras 10, candelabra argentea quatuor pensantia lib. 20, thymiamatorium argenteum pensans lib. 5, canthara cerostata aurochalca 24 pensantia lib. 15. Possessionem Scaurianam in territorio Gacitano præstantem omnia inibi cum adjacentibus a tignis solidos 512, et trimisium; possessionem marmoratam in territorio Praenestino præstantem solidos 152; possessionem Celeris in territorio Asilano præstantem solidos 112; domum Palmati intra Urbem, juxta inibi basilicam cum balneo, et pistrino præstantem solidos 154, cervum argenteum in fonte baptisterii fundenteum aquam, pensantem lib. 50, etc.

Hujus autem erigendæ seu in ampliorem formam restituendæ basilicæ, et tot tantisque ornamentiis decorandæ, Deique Genitricis titulo consecrandæ eidem Sexto Papæ ex concilio Ephesino occasio suppeditata esse videtur. Vindicata enim a Nestorii blasphemis Dei Genitricë Maria, de tanta victoria in hujusmodi Deiparæ Mariæ honorem placuit ipsi tantum erigi fornacem triumphalem. Idem Pontifex scriptis ad Orientales litteris, Ephesinam synodum, quæ ad tuendum Deiparæ honorem con-

tra blasphemum Nestorium congregata fuerat, in omnibus, teste Gennadio, stabilitam reddidit. Ex hac vita decessit anno Domini 440, 6 Kal. Aprilis.

CAPUT X.

De sancto Leone I, Pontifice Maximo.

Sixtum III consecutus est Leo I, cognomento Magnus, ter sanctus ab ipsa œcumena synodo acclamatus, qui cum videret Ecclesiam a Nestorianis et Eutychianis infestissimis Deiparæ adversariis exagitari, totum se ad eam propagandam, et in fide orthodoxa firmandam contulit. Quare concilium Chalcedonense indixit, ubi 650 coactis episcopis, Nestorius, Eutyches et Dioscorus hæretici damnati sunt, ejusque concilii decreta sua auctoritate firmavit. Ille in suis scriptis de beatissima Dei Genitrix Maria, quam, dum viveret, singulari studio coluit, magnifice omnino loquitur: « Virgo, inquit, Regia Davidicæ stirpis eligitur, quæ sacro gravida fœtu, divinam humanamque prolem prius conciperet mente quam corpore; et ne superni ignara consilii ad inusitatos paveret affatus, quod in ea operandum erat, a Spiritu sancto, colloquio discit angelico, nec damnum credit pudoris Dei Genitrix mox futura. » Legeundus est in sermonibus de Nativitate Domini, ac pluribus suis epistolis, ut in epistola sua dogmatica ad Flavianum episcopum Constantinopolitanum de Incarnatione Domini, et in epist. 13 quæ est ad Pulcheriam Augustam, et alibi, ubi Deiparæ honorem ac titulos propagnat. De hoc sanctissimo Pontifice a nonnullis scribitur, manum osculo mulieris quasi veneno tactam, priusquam libidinosa contagio pervaderet ad animalium sibi præscidisse, pro restitutione Virgine in exorasse, eaque a Virgine redditæ, Pontificis duplicitam suisse lætitiam; sed has nugas, aridasque fabulas censet esse Baronius. « Quod enim, inquit ille, Joanni Damasceno contigit, cum ab Iconoclasta Leone mutilatus est dextera, et sanctus a Virgine, inversa historiæ veritate Leo Papa præcensus manu jaetatur, et a Deipara restitutus asservatur. Sed facessant commenta isthæc, quorum imago picta jussu Clementis Papæ VIII, consultis viris doctis, abradi jussa est, quod nulla penitus reperta sit veritate subnixa vel saltem verisimilitudine colorata, sed levissime in vulgus sparsa. »

In pace quievit anno Domini 461, 3 Idus Aprilis.

CAPUT XI.

De sancto Hilario, Pontifice Maximo.

Leoni Magno substitutus est sanctus Hilarius beatissimæ Virginis cultu admodum celebrandus, in cuius basilica recondidit scyphum aureum ansatum pensantem lib. 8, scyphos per titulos 25 pensantes lib. 10, amas argenteas 25 pensantes lib. 10, calices ministeriales 10 pensantes singulos libras 2. Idem epistolas conscripsit de fide Catholica, tres synodos confirmantes, Nicenam, Ephesinam, et Chalcedonensem, quibus synodis astruitur,

et sancitur honor Deiparæ, ejusque eximius titulus
Theotocos contra hæreses defenditur.

Moritur Romæ anno 467, 16 Kal. Aug.

CAPUT XI.

De sancto Gelasio I, Pontifice Maximo.

Sanctus Gelasius hujus nominis primus Manichæorum codices ante fores basilice S. Marie Majoris de Urbe incendio concremavit. Idem basilicam S. Mariæ via Laurentina in fundo Crispini milliariorum ab Urbe vicesimo, dedicavit. Fecit etiam libros adversus Eutychetem et Nestorium, Deiparæ Virginis hostes. Hoc institutore, initium sumpsisse dicitur festum Purificationis beatæ Mariæ, ut nota Baronius in Notis ad Martyrol. 2 Febr.

Obiit anno Christi 496, Kal. Decembr.

Porro Paulus V, prudentissimus et religiosissimus Pontifex, in parva testudine ante mirum illius sacellum in basilica Sanctæ Mariæ ad Praeceptum Gelasium hunc penicillo exprimi jussit, quia ejus jussu apud eam basilicam pestilentes Manichæorum codices flamma combussit.

CAPUT XIII.

De Symmacho I, Pontifice Maximo.

Hic in Maria colenda haud segnem se fuisse monstravit, dum in ejus basilica, quæ S. Marie Majoris appellatur, nobile oratorium ædificandum curavit. In pace quievit anno 514, 19 Julii.

CAPUT XIV.

De Joanne I, Pontifice Maximo.

Sanctus Joannes hujus nominis I a S. Galla patricia Romana admonitus in domum suam delatam esse miraculose angelicis manibus Deiparæ Filium suum in uluis soventis imaginem, aureis lumenis in lapide pretioso sapphirino angelicis manibus efformatam, ac multa luce circumfusam, cum in domum venisset, fusis ad Deum precibus, campanis nullo impulsu, sed sponte sua tota urbe concrepantibus in aere suspensam imaginem admirabundus conspicit, quæ novo miraculo ab angelis in ejus est deposita manibus, atque eo ipso die Virginis sanctissimæ beneficio, quæ tota urbe grassabatur, pestis depulsa est. Cum autem S. Galla grati anni, et religionis ergo dominum suum B. Mariæ Virgini dedisset, eamque in ecclesiam sub ejus titulo consecrandam Joanni Pontifici tradidisset, ipse Gallæ pietate commendata, donum oblatum in honorem beatæ Mariæ Virginis libenter accepit, ac in ecclesiam sub ejus titulo consecravit. Ilæc est autem illa celebris ecclesia in Urbe, quæ vulgari sermone dicitur Sancta Maria in Portico, propter porticum Octaviae Marcelli matris, et Augusti sororis olim ibi sitam.

Excessit Joannes anno Christi 526, 6 Kal. Junii.

CAPUT XV.

De Joanne II, Pontifice Maximo.

Joannes II hujus nominis Pont. Max. se præcipuum divinæ in B. Virgine maternitatis assertorem, et vindicem demonstravit in libro quem *De duabus in Christo naturis* adversus Eutychianistas ad Avie-

num, et alios senatores conscripsit: ibi etenim questionem quamdam, de qua magnum certamen exortum erat, videlicet, an proprie, et veraciter Mater Domini Dei nostri Christi Maria semper virgo deberet appellari, his verbis resolvit: « Gloriosam, sanctam, semper virginem Mariam et proprie et veraciter Dei Genitricem, Matremque Verbi ex ea incarnati ab hominibus Catholicis confiteri recte esse docemus, proprie et veraciter, et idem ipse ultimis temporibus incarnatus, ex sancta et gloria Virgine Matre nasci dignatus est: propterea ergo, quia proprie et veraciter Dei Filius ex ea incarnatus est, ideo proprie, et veraciter Matrem Dei ex ea incarnati et nati esse confitemur, et ne Dominus Jesus propter honorificentiam, vel gratiam, Dei nomen acceperisse videatur, sicut Nestorius sentit insulsus. Veraciter autem dico, ne phantasma, aut aliquo modo non veram sumpsisse carnem credatur, ex Virgine, sicut asseruit impius Euthyches. » Sic ille, loc. cit., quæ omnia testimoniis Patrum Augustini, Leporii, Gelasii, et aliorum pergit evidenter ostendere, ut patet ex tom. V *Bibliothecæ veterum Patrum* editionis primæ.

Idem Pontifex Neapolitanum templum, cui S. Mariæ Majoris nomen est, a S. Pomponio ædificatum (cui erat consanguineus) consecravit, ut in lapide pro foribus templi incisum legitur.

Vita functus est anno 534, die 27 Maii.

CAPUT XVI.

De sancto Joanne III, Pontifice Maximo.

Sanctus Joannes hujus nominis III monasterio divæ Mariæ Suessionensis varia indulxit privilegia, exemit illud ab omni novo tributo, et decimis, a subsidio dando regibus titulo belli; item ab omni regum jurisdictione; denique illud sub sua protectione, ac Romanæ Sedis esse veluit. Obiit anno 574, 13 Julii.

CAPUT XVII.

De sancto Gregorio I, Pontifice Maximo.

Sanctus Gregorius I hujus nominis Pont. Max. Dei Genitricis studiosissimus, ejusque laudum præce insignis, ac mirus encomiastes fuit. De qua in suis Commentariis super libros Regum, explicans illa verba Regum I: *Fuit vir unus de Ramatha de monte Ephraim*: in hunc modum scribit: « Protest autem hujus montis nomine beatissima semper Virgo Maria Dei Genitrix designari. Mons quippe fuit, quæ omnem electæ creaturæ altitudinem electionis suæ dignitate transcendit. Annon mons sublimis Maria, quæ ut ad conceptionem æterni Verbi pertingeret, meritorum verticem supra omnes angelorum choros usque ad solium Deitatis erexit? Hujus enim montis præcellentissimam dignitatem Isaias vaticinans ait: *Erit in novissimis præparatus mons domus Domini in vertice montium* (*Isa. ii, 2*). Mons quippe in vertice montium fuit, quia altitudo Mariæ supra omnes sanctos resulsi; nam sicut mons altitudinem, ita domus designat habitationem. Mons quippe, et domus

apte dicitur, quæ dum incomparabilibus est illustrata meritis, Dei Unigenito, in quo recumberet, sacrum præparavit nterum : nam mons in vertice montium Maria non fieret, si supra angelorum altitudinem hanc divina secunditas non levaret, et dominus Domini non fieret, si in ejus ventre per assumptam humanitatem Verbi divinitas non jaceret. Sed recte mons frugifer dicitur, de qua optimus fructus, id est novus homo generatur ; quam certe in fecunditatibus suæ gloria pulchram, ornatamque propheta respiciens ait : *Egredietur virga de radice Jesse, et pos de radice ejus ascendet (Isa. ii, 1).* De hujus namque montis fructu David Deo exsultans ait : *Confiteantur tibi populi, Deus, confiteantur tibi populi omnes, terra dedit fructum suum (Psal. LXVI, 4),* terra quippe fructum suum dedit, quia quem Virgo parerit, non concepit materiali opere, sed sancti Spiritus obumbratione. Recte igitur mons Ephraim dicitur, quæ dum ineffabili dignitate divinæ generationis attollitur, in ejus fructu arida humanæ conditionis germina virescunt. Sic ille loco citato. Legendus est lib. ix *Registri* cap. 61, et lib. iv *Dialogorum*, cap. 17, ubi Deipara Virginis cum laude meniuit. Hujus est Antiphona illa, quam modo canit Ecclesia, *Beata es Maria, quæ Dominum portasti Creatorem mundi, genuisti qui te fecit, et in æternum permanes virgo.* Illa item : *Benedicta et venerabilis es, Virgo Maria, quæ sine tactu pudoris inventa es Mater Salvatoris,* ut ait Bustus in *Mariali*, parte vi, serm. 2. Hujus ex calamo a nonnullis prodiisse putatur hymnus illam cuivis Christianorum familiaris :

*Stabat Mater dolorosa,
Juxta crucem lacrymosa,
Dum pendebat Filius, etc.*

Hymnus item,

*Quem terra, pentus, æthera,
Colunt, adorant, predicant,
Trinam regentem machinam,
Clastrum Mariæ bajulat, etc.*

Neconon hymnus de Maria commendata discipulo, incipiens : *Sublime Rex in patibulo*, etc., quem affert P. Antonius de Balinghem in suo *Monte Myrræ*, seu *Calvariae*. Huic a Petro Canisio lib. v *De Deipara* cap. 16, ascribitur *Præfatio* de beata Virginie, qua Ecclesia Latina utitur in Missa de eadem beata Virgine, et quidem in ejus *Sacramentario* (quod antiqui simum Romæ asservatur in Bibliotheca Vaticana M. S.) de solemnitate Nativitatis beatæ Mariæ Virginis specialis ponitur *Præfatio*, teste Gerardo Vossio in *Notis super D. Ephrem. Salutationem angelicam*, Horreum divinæ misericordiæ, ex quo nutririuntur fideles animæ, appellabat. Citatur in sermone de Assumptione beatæ Mariæ a D. Antonino in *Summa*, iv p. tit. 45, cap. 45, § 5, et in sermone de beata Virgine citatur a Maurilio in *Corona beatæ Mariæ* sermone 5 ; citatur etiam in *Salutatione Virginis* a Bernardino Bustensi in suo *Mariali* serm. 6, de *Conceptione*, ut in *Mariana nostra diximus Bibliotheca*.

Romæ furente in dies acerius pestilentia, urbs assiduis funeribus exhausta exhauebatur ; itaque moestum ubique silentium, tristisque luctus passim universam civitatem tenebant, prementium malorum magnitudine jam prope animum despondentem. Qua re animadversa, Gregorius 4 Kal. Septembbris populum ad concionem in basilicam S. Sabinæ vocavit, et divino repletus Spiritu ad flagella flagellis avertenda plebem incitavit, in fine hæc adjiciens : E singulis autem ædibus in hunc modum egressi, in ædein beatæ Mariæ semper virginis Matris Jesu Christi Domini nostri conveniamus, ac longis ibi fletibus et gemitibus Domino supplicantes, peccatorum nostrorum veniam imploremus. Interim in dies magis pestilentia sæviebat ; ad cæteros autem casus, quibus homines fœde passim absuinebantur, hoc etiam mali accesserat, quod multi cum sternutarent, alii cum oscitarentur, repente spiritum emittebant ; quod cum sæpius eveniret, consuetudo inducta est, quæ nunc etiam observatur, ut sternutantibus salutem precando, oscitantibus signum crucis ori admovendo, præsidium quererent. Quibus rebus permotus Gregorius ad cætera cœlestis iræ piacula postero anno, qui fuit quingentesimus nonagesimus primus, religiosam in die Resurrectionis supplicationem instituit; atque solemnni in pompa sanctam Dei Genitricis imaginem extulit. Hæc ex ore ejus Lucæ evangeliæ manu affabre ad vivum expressa, jam tuni in æde divæ Mariæ ad Præsepe in Exequiis sita, eximia populi religione conservabatur. Factum est autem, ut imaginem ipsam quacunque ferretur, tetra pestilentis cœli gravitate cedente, optata salubritas sequeretur: qua de re gratulantibus omnibus, ecce angelus sanctam Virginem, his vocibus de cœlo alloquens est auditus : *Regina cœli latare, alleluia,* usque ad illud, *Resurrexit sicut dixit, alleluia,* quam ubi Gregorius auribus orationem exceptit, statim divino instructus Spiritu, in hunc modum explevit : *Ora pro nobis Deum, alleluia.* Exinde Antiphona solemnis Ecclesiæ Paschalis argumento lætitiae mansit. Neque ita multo post angelus super Hadriani molem astans, ac strictum mucronem vagina recondens conspectus est. Quo viso Gregorius exhilaratus, converso ad populum ore : « Bono omnes, inquit, animo estote, nam optatus divinæ iræ, ac furentis jampridem pestilentie finis Deo ipso annuente ostenditur ; » atque ita ut ille præsensit, ipse deinde morbus elanguit. Ab hac re Moli Sancti Angeli nomen est inditum. Eumdem Pontificem venerabilem imaginem Sanctæ Mariæ in Portico solemní ritu detulisse apud Sanctum Petrum tempore pestis, ex traditione, ex veteribus manuscriptis, et ex picturis ejusdem Ecclesiæ habetur. Vide Joseph. Martrar. in *prefata imaginis Hist.* lib. i, cap. ult.

Quam liberalis erga Deiparam fuerit sanctus Gregorius, ejus epistola ad Petrum subdiaconum missa declarat. Siquidem beatæ Mariæ oratorium dicatur ad convivium illud, quod Agapem veteres

Christiani dicebant, illa parari jubar his verbis : « Sed quia cellæ ipsius tenuitas exigit debere nos in ipsa diei festivitate concurrere : propterea volumus, ut ad celebrandam dedicationem dare debeat ad erogandum pauperibus, in auro solidos decem, vini amphoras triginta, annonæ modios ducentos, olei orcas duas, verveces duodecim, gallinas centum, quæ tuis possint rationibus postmodum imputari. » Noverat Gregorius liberalem se esse debere, sacellum ei Matri dicantem, cui et est, et semper fuit pergrata benignitas. Statuit benedictionem candelarum in ecclesia in die Purificationis beatæ Virginis Mariæ.

Fama, sine ullo certo auctore, vulgo inter Hispanos jactatur, regis legatos illam Virginis Matris sculptilem ex ligno imaginem ad Leaudrum Hispalensem episcopum attulisse, D. Gregorii (cui snum in Job Commentarium etiam nuncupavit) donum, esque illam, quæ longo post tempore in specu quodam reperta, præcipua totius Hispaniæ religione colitur, ad Guadalpeum oppidum templo dicato. Idem Gregorius alteram Divæ iconem ad Secundinum non vulgaris pietatis virum ex Urbe transmisit, ut patet ex lib. vii Registri, epist. 55. Confirmavit omnia privilegia concessa monasterio sanctæ Mariæ Suessionensis a sancto Joanne ejus prædecessore, aliaque nova adjecit, quæ tanta sunt, ut Ant. Iepez in Chronico Ordinis Divi Benedicti neget, se unquam simile uspiciat vidisse.

In ecclesia S. Mariæ Majoris de Urbe eodem Pontifice sacra Missarum solemnia peragente, cum forte, *Pax Domini sit semper vobiscum*, sonora voce protulisset, auditæ angeli symphoniacorum vicem excipientes, qui responderunt : *Et cum spiritu tuo*. In ejus rei memoriā, quoties ibi Romanus Pontifex sacræ operatur, iisdem verbis auditis, a clero responsi nihil datur. In hac basilica non semel S. Pontifex sacram fecit, et homilia ad populum habuit. Romæ in sacra æde Sanctæ Mariæ Imperatricis prope Hospitale sancti Joannis Lateranensis imago visitur Deiparæ, quæ S. Gregorium dicitur allocuta.

Tradit beatus Alanus Rupensis Dominicanus in suo *Psalterio beatæ Virginis* part. ii, cap. 2, hunc Gregorium (ut ter benedicta Dei Mater revelavit) Psalterii, seu Rosarii Marianæ sanctissimam scivisse dignitatem, idque in substantia, et quantitate et qualitate : *Et eum (subdit idem) quisnam de illa ejusdem orandi negligentia, et omissione suspectum habere, vel cogitatione poterit?*

Mortalem vitam reliquit anno Dominicæ Nativitatis 604, 4 Idus Martii.

CAPUT XVIII.

De Bonifacio IV, Pontifice Maximo.

Sanctissimus Pontifex Bonifacius IV, vir si quis aliis in Deiparam Virginem propensiissimæ voluntatis, cum videret Phocam imperatorem erga Romanos Pontifices propensioren (quod nemo Romanorum Pontificum hactenus tentasset), ab ipso

imperatore dari sibi Pantheon, nobile Romæ delubrum a Marco Agrippa ter consule tempore Augnsti imperatoris erectum, Jovique Vindici, vel Cybeli deorum matri consecratum, petiit, ut illud expurgatum ab antiquæ sordibus idolatriæ, in honorem Dei Genitricis Mariæ (quam sinceris affectibus adamabat) et sanctorum martyrum, Domino consecraret ; quod ipso liberaliter concedente, id quod optavit, absque mora felicissime præstít ; sieque Pantheon in ecclesiam mutato et consecrato, tituloque Dei Genitricis Mariæ nobilitato, sacrificisque martyrum reliquiis ex coemeteriis extra Urbem positis locupletato, nomen ipsi comparatum est, ut Dei Genitricis templum ad Martyres diceretur, quo decorum titulo hactenus perseverat. Scidebat anno 610.

CAPUT XIX.

De sancto Martino I, Pontifice Maximo.

Sanctus Martinus hujus nominis I cum de Domina nostra gloriosa semper virginē Mariæ, quæ Dominum, ac Deum nostrum peperit, quam omnes sancti et Catholicæ Patres Theotocon, id est Dei Genitricem, appellant; falso contra eum, imo contra suas ipsorum animas iniqui viri testificati fuissent, respondit : « Quisquis beatam super omnem creaturam et naturam humanam, absque eo qui nasci dignatus est ex ea, venerabilem semperque virginem Matrem Domini nostri non honorat, atque adorat, anathema sit et in praesenti et in futuro. » Initio pontificatus et litteris, et legationibus missis operam dedit, ut Paulum Constantiopolitanum patriarcham a nefaria haeresi ad Catholicæ fidei veritatem revocaret : qui Constante imperatore haeretico fretus, eo amentiae progressus est, ut Sedis apostolicæ legatos varie in Insulas relegarit, quo ejus scelere commotus Pontifex, coacto Romæ concilio centum quinque episcoporum, eum condemnavit, quæ causa fuit Constanti mittendi in Italianum Olympium exarchum, ut Martinum Pontificem interficiendum, aut ad se perducendum curaret. Igitur Olympius Romam veniens, lictori mandat, ut Pontificem dum in basilica Sanctæ Mariæ ad Præsepe Missarum solemnia celebraret, occideret, quod ubi lictor aggreditur, cæcus replete factus est. E vita decessit anno 653, prid. Idus Novembr.

Est autem gloriosum ejus sepulcrum, ubi præsanctitatis ejus magnitudine tumulatus est apud Chersonam Lyciæ in monasterio perpetuæ virginis Mariæ Matris Domini nostri Jesu Christi, quod magnifico constat decore ornatum.

CAPUT XX.

De Eugenio I, Pontifice Maximo.

Eugenius hujus nominis I in Martini locum suffectus pro ardentí suo erga sanctissimam Deiparam studio ejus basilicam Sanctæ Mariæ Majoris appellatam in deliciis habebat, in eaque incuruentum corporis et sanguinis Domini sacrificium frequenter offerebat. Quapropter cum Petrus patriarcha Con-

stantinopolitanus in fide claudus, ut obsequio Catholicos falleret, ad Sedem apostolicam (ut moris est) synodican de fide sua direxisset epistolam, verum obscuram adeo, atque perplexam, ut unamne, an duas voluntates in Christo assereret, judicari non posset, eam ut cleru Romanus legit, qui fuit semper in tuenda disciplina Catholica constantissimus, stomacho, atque iracundia sic exarsit, ut nec illam accipere voluerit, et Pontificem se in basilica sanctæ Dei Genitricis, semperque virginis Mariæ, quæ appellatur ad Præsepe, celebrare interdictum minatus sit, nisi promitteret, se nunquam illam approbatum. Obiit anno 657, Nonas Junii.

CAPUT XXI.

De sancto Agathone I, Pontifice Maximo.

Agathonis I Pontificis Maximi, et sanctitas exigua fuit, et devotio erga Divam Virginem singularis, cuius basilicæ Sanctæ Mariæ Majoris de Urbe peculiarem memoriam conservans hanc quoque suis donis affectit.

¶ Hic, inquit Anastasius S. R. E. bibliothecarius in ejus Vita, dimisit omni clero rugam unam, et ad luminaria apostolorum, et Sanctæ Mariæ ad Præsepe solidos duo mille centum et sexaginta. Sic ille. Obiit anno Christi 682, 4 Idus Januarii.

CAPUT XXII.

De sancto Benedicto II, Pontifice Maximo.

Sanctus Benedictus Pont. Max. hoc nomine II ecclesiam beatæ Mariæ Virginis ad Martyres (quondam Pantheon dictam) exornavit: in ea fecit copertorium porphyreum super altare, cum cruce ex gemmulis, quatuor Chrysoclavos, et in circuitu palergium holosericum pulcherrimum, etc. Migravit ad Domum anno 685, 7 Maii.

CAPUT XXIII.

De Sergio I, Pontifice Maximo.

Sergius I Pont. Max. Litanias jam ante usitatas recitari voluit etiam quatuor festis Deiparæ diebus Annuntiationis, Purificationis, Nativitatis, et Assumptionis. Idem Romæ ecclesiam sanctæ Mariæ in Via Lata dedicavit, qui locis quondam sicut hospitium S. Pauli et aliorum sanctorum.

Obiit anno 701, 6 Idus Septembri.

CAPUT XXIV.

De Joanne VII, Pontifice Maximo.

Joannes iujus nominis VII, Pont. Max. fecit oratorium sanctæ Dei Genitricis intra ecclesiam B. Petri apostoli, cuius parietes musivo depinxit, illieque aurum et argenti quantitatem multam expendit. Basilicam item sanctæ Dei Genitricis, quæ Antiqua vocatur, pictura decoravit, illieque ambonem noviter fecit, et super eamdem ecclesiam quantum ad se episcopium constituere maluit, illieque pontificatus sui tempus explevit. Putat autem Baronius, basilicam hanc Dei Genitricis, quæ vocabatur Antiqua, fuisse ecclesiam Sanctæ Mariæ Transtiberim positam, a Calixto Papa erectam, qua antiquior nulla: illieque sibi Joannem habitatio-

nem delegisse. Idem ecclesiam S. Mariae Nova restituit et exornavit. Obiit anno salutis 707, 17 Octobris, sepultusque est in D. Petri coram altari Deiparæ Virginis, cuius et statuam in medio variarum imaginum in Oratorio a se in eodem templo (ut diximus) exstructo opere tessellato collocauit, gravi vultu decoram, armillis et coronis ornatam, expansis manibus Græco ritu, habitu coloris castanei, staturæ palmorum quindecim. Ad ejus dexteram stabat erectus idem Joannes VII vestitus planeta, et ornatus pallio, habens in capite quadratum diadema, et sublatum manibus offerens Deiparæ ipsum oratorium cum hac inscriptione:

Joannes indignus episcopus fecit beatæ Dei Genitricis servus.

CAPUT XXV.

De Gregorio II, Pontifice Maximo.

Gregorius II Pont. Max. Gerocomium, quod post absidam S. Dei Genitricis situm erat, monasterium instituit, ut in eo monachi ad honorem ejusdem S. Dei Genitricis singulis diebus atque noctibus Deo laudes canerent. Scripsit inter alia multa ad Germanum tum temporis patriarcham Constantinopolitanum epistolam, lectam laudatamque in 2 synodo Nicæna, et 7 generali act. 4, singularibus Deiparæ Virginis encomiis plenam: in ea enim Germanum hisce verbis affatur S. Pontifex: « Propugnatrixis illius sanctæ, et omnium Christianorum Dominae miranda facta, quæ in te declarata sunt, per quæ tu quoque contra hostes servatus es, non sunt reticenda: illi enim cum insanis multa tumultarentur, tantum in se invenierunt adversitatis hostilis, quantum eorum causa iniquitatem habebat. Neque hoc tamen mirandum est; nam si Betulia per manum Israeliticæ mulieris servata est, cuius opus erat Holophernis sublatio, et per ea tempora ob id salus Israelis vocata est, quomodo non oportebat et tuam sanctitatem hujuscemodi propugnatrice Dei, ac Domini nostri Maitre utentem, hostibus civitatis prævalere, ipsamque victoria coronare? »

Plura in Dei Matris laudes Gregorius, quæ ex ejus epistola petere licebit in 7 synodo act. 4. Supremum vitæ diei expletum anno 731, 3 Idus Februarii.

CAPUT XXVI.

De Gregorio III, Pontifice Maximo.

Post Gregorium II pontificatum initit Gregorius III qui imagines sanctissimæ Dei Genitricis contra Iconomachos constantissime defendit. Idem oratorio basilicæ D. Petri a se constructo, inter alia dona, contulit imaginem sanctæ Dei Genitricis, diadema aureum habentem cum gemmis, et collare aureum cum gemmis pendentibus inaures habentes hyacinthinas sex. Idem fecit in ecclesia sanctæ Dei Genitricis ad Præsepe per circuitum super columnas regulare candelabrum, ad instar ecclesiæ B. Petri apostoli. Fecit et ibidem in oratorio sa-

eto, quod Præsepe dicitur, imaginem auream Dei Genitricis, amplectentem Salvatorem Dominum Deum nostrum, ornatam gemmis diversis, pensantem libras quinque. Item imaginem sanctæ Dei Genitricis antiquam deargentavit, ac investivit argento mundissimo, pensantem lib. 50. Item in basilica sanctæ Dei Genitricis, quæ ad Martyres dicitur, tectum vetus incuria demolitum, purgari fecit ad parum, et cum calce abundantissima, seu cartis plumbeis a novo restauravit, et quæque per circuitum ejusdem tecti fuerant dissipata, novo nitore construxit. Item basilicam sanctæ Dei Genitricis, quæ in Aquiro dicitur, in qua antea diaconia et parvum oratorium fuit, a fundamentis longiorrem et latiorem construxit atque depinxit. Item mutavit trabes in ecclesia sanctæ Dei Genitricis ad Præsepe numero quinque, et fecit vestes ad altaria ejus. Idem Deiparæ basilicam a sancto Calixto dedicatam pene a fundamentis dirutam, novis fabricis cum tecto construxit, ac totam depinxit, ubi contulit patenam argenteam, simul et calicem, et vestes altaris. Moritur anno Domini 741, 4 Kal. Decembris.

CAPUT XXVII.

De Stephano III, Pontifice Maximo.

Stephanus III Pont. Max. (quem cunctus Dei populus, congregatus intra venerabilem basilicam sanctæ Dei Genitricis ad Præsepe, post imploratum ipsius Dominæ nostræ sanctæ, semperque virginis Dei Genitricis Mariæ auxilium, bono animo, et consona voce sibi in Pontificem elegit) Longobardorum sævitia grassante, pro salute provinciæ, et omnium Christianorum, omni Sabbatorum die Litaniam, omni postposito neglectu, fieri statuit, et primo quidem Sabbato ad sanctam Dei Genitricem ad Præsepe. Idem in una dierum cum multa humilitate sollicite procedens in Litania cum sacra-tissima imagine Domini Dei, et Salvatoris nostri Iesu Christi, simulque cum ea, alia diversa sacra mysteria recipiens, proprioque humero ipsam sanctam imaginem, cum reliquis sacerdotibus idem sanctissimus Papa gestans, undisque pedibus enim universa plebe incedens, in præfatam ecclesiam sancte Dei Genitricis, quæ ad Præsepe nuncupatur, posito in omnium capitibus populorum cinere, cum maximo eorum ejulatu pergens, misericordissimum Dominum nostrum deprecatus est, alligans, connectensque adorandæ cruci Dei nostri pactum illud, quod nefandus rex Longobardorum disrupt. Obiit anno 757, 6 Kal. Maii.

CAPUT XXVIII.

De Paulo I, Pontifice Maximo.

Stephano III vita functo, ad pontificatus dignitatem promotus est Paulus hujus nominis I, qui Constantino, et Leoni Augustis obsecratorias, atque admonitorias litteras direxit, pro restituendis, confirmidisque in pristinum venerationis statum sacratissimis imaginibus sanctissimæ Dei Genitricis. Idem infra ecclesiam B. Petri apostoli foris muros civitatis Romanæ, noviter oraculum, id est oratorium, in

honorem sanctæ Dei Genitricis construxit, musivo et diversis metallis euro adornans, ubi et effigiem sanctæ Dei Genitricis in statua, ex argento deaurato quæ pensat libras centum, constitut : in quo oraculo, et sibi sepulturam construxit.

Obiit anno Domini 767, 4 Kal. Julii.

CAPUT XXIX.

De Adriano I, Pontifice Maximo.

Adrianus I Pont. Max. in medio presbyterii basilicæ Vaticanæ imaginem sanctissimæ Dei Genitricis de laminis argenteis nimis pulcherrime factam constituit. Idem in ecclesia beatæ Dei Genitricis ad Martyres, fecit vela de palliis sericis numero viginti, et linea viginti. Item ipse ter beatissimus præsul, in basilica majori, quæ appellatur Sanctæ Dei Genitricis, obtulit vela de stauraciu, seu quadropolio numero quindecim, et linea quindecim. Hic etiam coangelicus vir, divina inspiratione ignitus, constituit diaconias, ecclesiam sanctæ et glorirosæ semper virginis Dei Genitricis Mariæ Dominæ nostræ, quæ sita est in Adriano : et ecclesiam super scriptæ et intemeratæ Dominæ nostræ, quæ sita est foris portam beati Petri apostoli in caput Porticus. Quas diaconias hic alnificus vir, in abditis sine misericordiæ fructu reperiens, noviter restauravit, ubi et dona plurima mobilia atque immobilia pro remedio animæ suæ obtulit et constituit, ut per unamquamque hebdomadam, quintæ feriæ die, cum psallentio, id est cantu Psalmorum, a diaconia usque ad Balneum pergerent, et ibide dispensatione per ordinem pauperibus consolari, atque eleemosynam fieri. Diaconiam etiam sanctæ Dei Genitricis, semperque Virginis Mariæ scholæ Græcæ, quæ appellatur Cosmedin, dudum brevem in aedificiis existente sub rrinis positam restauravit ; nam maximum monumentum de Tiburtino tufo super eam dependens per anni circulum plurimam multitudinem populi congregans, multorumque lignorum struem incendens demolitus est, simulque collectionem ruderum mundans, a fundamentis ædificans, prædictamque basilicam ultro citroque spatiose largans, tresque absidas in ea constituens, præcipiuus antistes veram Cosmedin amplissimam a novo reparavit. Item basilicam sanctæ Dei Genitricis ad Præsepe, quæ a priscis temporibus tota marcuerat, ultro, citroque restauravit, et in sarta tecta ejusdem ecclesie posuit trabes majores viginti. Item titulum sanctæ Dei Genitricis semperque Virginis Mariæ, quæ vocatur Calixti Transtiberim, a novo in integrum ex omni restauravit parte, et in eodem titulo fecit canistra argentea quinque pensantia simul libras quindecim. In basilica vero sanctæ Dei Genitricis, quæ est ad Præsepe, in altare ipsius præsepii, fecit laminas ex auro purissimo historiis depictis, pensantes simul libras centum quinque. In eadem fecit delphinos argenteos per diversas coronas, pensantes libras viginti quatuor ; patenam item et calicem sanctum ex auro obrizo, pensantes libras viginti ; in qua-

et in cæteris monasteriis ibidem constitutis constituit, Deo, die, noctuque canentes solitas dicere laudes. Præterea in ecclesia semper Virginis Mariæ, quæ ad Martyres vocatur, renovavit ciborium de argento, quod ex vetustate consumptum erat, et addidit in eo argenti libras sexaginta, et in pristinum eum erexit noviter locum : sed et arcum in eadem venerabili ecclesia fecit de argento, pensantem libras duodecim. Sedebat anno Christi 772, sedit autem annos 23, menses decem, dies 17.

CAPUT XXX.

De Leone III, Pontifice Maximo.

Post Adrianum I, in Pontificia cathedra sedit Leo III, qui ob nimium amorem sanctissimæ Dei Genitricis, fecit in basilica ejus, quæ vocatur ad Præsepe, ciborium ex argento purissimo, quod pensat libras sexcentas et undecim : simul et rugas argenteas in ingressu presbyterii pensantes libras octuaginta, atque cortinam majorem sericam albam, habentem periclysim, et crucem de fundato; in o et in sacratissimo altari majori fecit vestem de chrysocavo, habentem historiam Nativitatis, et sancti Simeonis, et in medio cheritismon; simul etiam et in camera ejusdem ecclesie, et in quadriportico, necnon et coronas argenteas tres pensantes inibi libras centum quadraginta quinque, et uncias novem. In eadem basilica beate Dei Genitricis Mariæ ad Præsepe, obtulit siela argentea majora et fecit vestem albam chrysoclavam, habentem historiam sanctæ Resurrectionis; sed et aliam vestem in orbiculis chrysoclavis habentem historias Annuntiationis, et sanctorum Joachim et Annae. Item cortinam Alexandrinam cum periclysi de stauraci, et aliam albam cum periclysi de Blathin pendentes super altare, et ante Præsepe vela alba cum periclysi de Blathin; necnon et intro rugas majores, atque ante secretarium numero duodecim, et intus præsepe fecit vestem de Alythino, cum chrysocavo. In eadem basilica fecit gabathas quinque, ex auro purissimo, pensantes libras octo, et semis : atque crucem ex auro purissimo pensantem libras decem; necnon et coronam majorem, ex argento purissimo, pensantem libras triginta sex. Enimvero et inibi fecit vela alba holoserica, pendentes inter columnas majores dextra lævaque numero quadraginta duo : ex quibus undecim rosata : fecit et in circuitu altaris, ubi supra, alia vela alba holoserica rosata, quæ pendent in arcu de ciborio, numero quatuor, ex quibus unum cum chrysocavo, et margaritis, atque velum aliud majus album, quod pendet ante regias majores in introitu. In eadem Basilica sanctæ Dei genitricis ad Præsepe fecit vestem chrysoclavam, cum margaritis ornatam, habentem historiam Nativitatis Dominicæ, simul etiam, et arcus duos, ex argento, in presbyterio, cum columnis quatuor, et alias arcus quinque pensantes libras centum triginta et tres. Idem etiam præci-pus præsul fecit, in basilica sanctæ Dei Genitricis

ad Præsepe, vestem rubeam Alythinam, habentem in medio tabulam de chrysocavo cum historia D. N. Jesu Christi, et S. Simonis, quando in templo est præsentatus, et in circuitu listam de chrysocavo, necnon et aliam vestem chrysoclavam, habentem historiam transitus sanctæ Dei Genitricis, miræ magnitudinis, et pulchritudinis, decoratam ex gemmis pretiosis et margaritis ornatam, cum periclysi de chrysocavo, et in circuitu listam de chrysocavo. Hic etiam misericordissimus Pontifex, et in Deiparam munificentissimus, fecit in præfata basilica ejus ad Præsepe, super altare, vestem chrysoclavam miræ magnitudinis, et pulchritudinis decoratam, cum periclysi de chrysocavo undique ex margaritis ornatam. Hic etiam beatissimus Præsul divina inspiratione repletus, fecit in basilica Dei Genitricis ad Præsepe, in ingressu Præsepii, regias vestias ex argento purissimo pensantes simul libras centum viginti, et septem, et super ipsas regias velum modicum fundatum habens in circuitu listam de chrysocavo, necnon et alia vela tyria super regias majores tria in ingressu basilicæ cum periclysi de fundato. Hic etiam almificus præsul, investivit faciem altaris, sanctæ Dei Genitricis ad Præsepe, ex argento mundissimo deaurato, quod pensat libras octuaginta et sex : fecit etiam ibi coronas duas ex argento purissimo pensantes libras quinquaginta quatuor : cortinas majores Alexandrinas holosericas ornatas in circuitu de fundato : et coronam ex argento puro pensantem libras tredecim. In eadem basilica fecit rosata cum periclysi de fundato, canthara de argento purissimo duo pensantes inibi libras viginti tres, columnas duas pensantes libras viginti et unam, et uncias quinque : crucem cum Gabatha ex argento mundo pensantes simul libras quinque; et sarta tecta ejusdem basilicæ omnia noviter instauravit ; in eadem basilica fecit cortinam de fundato, et in circuitu ornatam de blathin, quæ pendet in portico, super sedem mirifice decoratam, vela promiscua tam de fundato, quam etiam de Stauraci, et quadruplo ornata in circuitu de blathin, numero quinquaginta. Fecit etiam, ubi supra, ante ingressum Præsepii pharum in inodum retis, ex argento purissimo cum canistris quinque pensantes simul libras triginta septem, et semis ; tetra vela alba holoserica rosata, mirifice decorata : et intra Præsepium fecit vestem albam holosericam rosatam ornatam in circuitu de chrysocavo, et in medio habentem crucem, cum orbiculis de chrysocavo, vela alba holoserica rosata numero quatuor, ornata in circuitu de tyrio. Ipse etiam a Deo protectus, venerabilis, et præclarus Pontifex, in eadem basilica sanctæ Dei genitricis, quæ appellatur ad Præsepe, ob nimium amorem ipsius Dominicæ nostræ, fecit pharum ex argento purissimo, cum lucerna, et cerapo suo pensantia simul libras quadraginta et semis et hoc constituit ejus beatitudine, ut Dominicorum diebus, vel in sanctis solem-

nitatibus, juxta lectorium consistenteret, et ad legendum sacras lectiones luminis splendore fulgeret. Fecit etiam coronas argenteas, et delphinos suos duodecim, quæ pensabant libras centum duas, et uncias novem, et phara canthara argentea cum delphinis suis; ibi fecit numero septem, pensantia libras octuaginta quinque et semis.

Hic etiam beatissimus Pontifex renovavit ecclesiam sanctæ Dei Genitricis, semperque virginis Mariæ Dominiæ nostræ, sitam in Fontieana, quæ per olitana marcererat. In diaconia sanctæ Mariæ, quæ vocatur Cosmida, fecit vestem tyram, habentem historiam Ascensionis Domini: coronam ex argento pensantem libras duodecim, et vestem albam holosericam, cum tabula de chrysocavo, habentem historiam Dominicæ resurrectionis, et in circuitu lista de chrysocavo. In ecclesia sanctæ Mariæ ad Martyres, fecit vestem tyram, ut supra coronam ex argento pensantem libras duodecim, et uncias tres, et vestem albam holosericam rosatam cum tabula de tyro habentem historiam Crucifixi, et rotam de chrysocavo ornatam in circuitu de tyro. In Diaconia sanctæ Dei Genitricis, quæ vocatur Dominica, fecit vestem de stauraci: vestem rubeam alythinam, habentem in medio tabulam de chrysocavo, cum historia ejusdem Dei Genitricis ex margaritis ornatam, et periclysim de chrysocavo: regnum ex auro mundissimo, pendens super altare majus, ex gemmis pretiosis ornatum pensans libras duas: coronam ex argento pensantem libras duodecim, et vestem albam holosericam rosatam, habentem in medio tabulam de tyro, cum historia Crucifixi. In titulo Calixti, ad honorem, sanctæ Dei Genitricis, semperque virginis Mariæ fecit ciborium ex argento, pensans libras quingenta quatuor, et semis: regnum ex auro purissimo, pendens super altare majus ex gemmis pretiosis ornatum, pensans libram unam, coronam ex argento pens. lib. tredecim, et uncias tres: vestem albam holosericam rosatam habentem in medio tabulam de chrysocavo, cum historia Præsentationis Domini nostri Jesu Christi, et S. Simeonis cum periclysi de tyro, tetravila rubea alythina quatuor habentia cruces cum gammadiis, et in circuitu periclysim de tyro, velum tyrium majus, quod pendet ante imaginem, cum periclysi de blatti unum: vela modica rubea alythina, cortinam majorem holosericam, et vestem chrysocavam ex blattin Bizanteo, habentem historiam Nativitatis Domini, et sancti Simeonis. Idem in oratorio sanctæ Dei Genitricis, sito in xenodochio Firmis, fecit vestem de stauraci pulcherrimam, et canistrum ex argento pens. libras duas et uncias septem. In diaconia ipsius Dei Genitricis, quæ appellatur Antiqua, super altare majus fecit ciborium ex argento purissimo pens. libras ducentas et duodecim: coronam ex argento pensantem libras tredecim, tetravila alythina ornata in circuitu de quadruplo. In diaconia sanctæ Dei Genitricis,

quæ ponitur in Via Lata, fecit coronam ex argento pens. libras novem. In diaconia sanctæ Mariæ in Cyro fecit coronam argenteam pens. libras octo. In diaconia B. Dei Genitricis, quæ ponitur foris portam B. Petri apostoli, fecit coronam ex argento pens. lib. quinque, et uncias tres, et vestem de tyro mirifice decoratam. In diaconia ipsius Dei Genitricis, quæ ponitur in Adrianio, eodem modo fecit coronam ex argento pens. libras quinque. In monasterio S. Mariæ, quod appellatur Ambrosii, fecit canistrum ex argento pens. libras duas; pari modo fecit, et in monasterio S. Mariæ, quod appellatur Juliae, ut supra. In oratorio S. Mariæ, quod ponitur in monasterio Michaelis fecit canistrum ex argento pens. lib. duas, et nnc. duas: in oratorio S. Mariæ, quod ponitur in monasterio Aquæ Salviæ, fecit similiter: neconon et in oratorio S. Mariæ, quod ponitur in monasterio de Lutara: in oratorio S. Dei Genitricis in Mediana, fecit vestem albam holosericam rosatam habentem in medio crucem de chrysocavo, et in circuitu ornatam de tyro, vestem item de fundato, cum periclysi de chrysocavo, habentem historiam Annuntiationis Domini: et in oratorio ipsius Dei Genitricis, quod dicitur domini Pauli Papæ, fecit vestem albam holosericam ornata in circuitu de mizilo.

Idem super altare B. Petri apostoli fecit vestem cum vite ex auro purissimo cum gemmis pretiosissimis et margaritis habentem in medio vultum sanctæ Dei Genitricis Mariæ. Idem constituit, ut ante tres dies Ascensionis Dominicæ, Litaniæ celebrentur, et quod feria secunda egrediens pontifex cum omni clero, et cuncto populo, cum hymnis, et cantici spiritualibus, ab ecclesia Dei Genitricis ad Præsepe, pergeret ad ecclesiam Salvatoris, quæ appellatur Constantiniana.

Hic idem mansuetus Leo in Germaniam venisse dicitur, et ad Caroli Magni preces, Dei Matris ecclesiam ad Aquisgrani consecrasse, peccatumque cbnoxios remissione donasse. Item supplicante Geraldo Leodiensi episcopo duas alias sancte Deiparae, Matrisque nostræ basilicas dedicasse. Obiit anno anno salutis 816, pridie Idus Junii.

CAPUT XXXI.

De Paschali I, Pontifice Maximo.

Paschalis hujus nominis I Pontifex Maximus, ecclesiam sanctæ Dei Genitricis semperque virginis Mariæ Dominiæ nostræ, que appellatur Dominicæ, olim constructam, et jam ruinæ proximam, solerti vigilantia ampliore melioreisque quam ante fuerat, a fundamentis ædificans renovavit, absidamque ejusdem ecclesie musivo mirifice decoravit, ubi etiam et plurima contulit dona, scilicet ciborium ex argento pensantem libras trecentas triginta et duas, propitiatorium sacri altaris ex laminis argenteis compte decoravit. Confessionem quoque ejus cum rugulis intus, et foris mirum in modum perficiens adornavit, pens. libras centum, et quindecim, et uncias tres. Item ubi supra fecit

Gabatham ex auro purissimo pensantem libras duas, et uncias octo : verum etiam et arcam ex argento, et columellas duas cum gammadiis duabus, imo et in sacro altari fecit vestem de chrysocavo, habentem historiam Dominicæ Nativitatis Domini nostri Jesu Christi, numeræ pulchritudinis exornatam. Iterum, ubi supra, fecit vestem de staurace pulcherrimam, cum periclysi de blathin ; item aliam vestem de blathin Bizantea, habentem tabulam de chrysocavo, cum vultu S. Dei Genitricis, et angeli obsequio stantes cum periclysi de staurace, pariterque aliam vestem de staurace habentem pavones, et in medio crucem de blathin. Porro et vestes duas de quadruplo habentes in medio crucem de blathin. Item ubi supra fecit vestem ex auro textam cum periclysi de blathin : coopertorium rubeum de serico unum ; fecit etiam in cirenu altaris vela rubea serica quatuor, cum gammadiis, et cruces de quadruplo. Ille venerabilis præsul obtulit in trabe ante vestibulum altaris vela tyria tria, et de quadruplo quinque. In arcus majores ejusdem ecclesiae fecit vela de quadruplo numero viginti, et per arcus presbyterii vela parva de staurace quatuor, simulque in ingressu presbyterii vela tyria duo, et in ingressu jam dictæ ecclesie fecit cortinas majores de quadruplo cum periclysi de fundato mirifice valde. Idem in oratorio beatissimorum martyrum Processi et Martiniani sito infra ecclesiam B. Petri Principis apostolorum, quod ipse construxit, obtulit imaginem ex auro purissimo, habentem vultum sanctæ Dei Genitricis pensantem lib. decem, et uncias quatuor. Præterea idem sumimus Pontifex et orthodoxus, divina inspiratione pulsatus, ecclesiam sanctæ et intemeratae Virginis Mariæ Dominæ nostræ ad Praepe cernens quandam tali more constructam, ut post Sedem Pontificis mulieres ad sacra Missarum solemnia stantes prope assistere juxta Pontificem viderentur : ita ut si aliquid colloqui Pontifex cum sibi assistantibus voluisse, ex propinquâ valde mulierum frequentatione, nequaquam ei sine illarum interventione licet : largum ibidem locum inesse, qualiter inde sedem mutare valeret, concerneret, dato operis studio, cœpit indesinenter agere, sedem inferius positam sursum ponere, ut eo familiarius Domino preces fundere posset, quo consortia populorum modeste declinare potuisset. Denique sedem optime quam dudum fuerat, pulcherrimis marmoribus decoratam condidit, et unidique ascensus, quibus ad eam gradiatur, construxit, pavimentumque altaris erigens pretiosissimis marmoribus stravit. Erexit sane sex inibi ante confessionem sacri altaris purpureo colore columnas, quas super et candidi marmoris trabem posuit, purpureis dextera, laevaque marmoribus nectens illas scilicet, cælaturisque exornans satis commode decoravit. Presbyterium quoque ipsius ecclesiae diversis marmoribus, quam pridem fuerat, in melius reparavit. Propitiatorium vero sacri alta-

ris, seu confessionem interius, exteriusque cum rugulis suis ex auro purissimo mirifice decoravit pensans libras centum septuaginta quatuor, et uncias sex : similiter et altare ipsius basilicæ ex argenteis laminis cum historiis diversis pulcherrime compsit, atque deauravit, pensans libras trecentas octuaginta et quinque. Benignissimus etiam, præclarusque præsul obtulit ibi Gabathas ex auro purissimo, cum diversis gemmis, numero sex, pensantes libras viginti et uncias sex : et hoc constituit, ut semper diebus ac noctibus ante sacrosanctum altare lucernæ ardere debeant. Ille divina inspiratione fultus, obtulit in jam dicta basilica arcus ex argento numero octo, cum columnis sexdecim, pensantes insimul libras ducentas decem et octo et uncias octo. Fecit etiam et ante vestibulum altaris rugas majores ex argento pensans libras septuaginta et octo. Obtulit etiam et cauthara ubi supra ex argento numero sex pensans insimul libras sexaginta et semis; pari modo et per arcus majores sepe dictæ ecclesiae fecit calices majores ex argento pendentes numero quadraginta et duos, qui omnes insimul pensant libras ducentas octuaginta et unam. Venerabilis etiam præsul ob amorem ejusdem Virginis Dominæ nostræ obtulit ibidem coronas ex argento numero quatuor pensantes libras sexaginta et duas, et semis, et uncias tres ; item ubi supra canistra ex argento numero duo pensantia libras tredecim ; fecit etiam ibidem imaginem ex argento deauratam cum vultu B. Dei Genitricis Mariæ pensantem libras decem et septen, et uncias tres. Christi quoque omnipotentis Domini famulus obtulit in sacrosaneto altaris sepe dictæ basilicæ, vestes de chrysocavo duas, habentes historiam Dominicæ Nativitatis Domini nostri Jesu Christi, cum periclysi de chrysocavo, diversis ornatis gemmis atque margaritis mirifice decoratas. Obtulit etiam ibi ipse aliam vestem de chrysocavo, habentem historiam, qualiter Dominus noster Jesus Christus a Joanne in Jordane baptizatus est, cum periclysi de chrysocavo mirifice ornatam ; item ubi supra compsit vestem de chrysocavo, habentem historiam Dominicæ Resurrectionis Domini nostri Jesu Christi, cum periclysi de chrysocavo, diversis ornatam margaritis. Fecit ibidem in jam præfato altari vestem similiter de chrysocavo habentem historiam, qualiter beata Dei Genitrix Maria corpore est assumpta, cum periclysi de chrysocavo, seu diversis margaritis comptam, atque decoratam ; item aliam vestem de chrysocavo habentem historiam Dominicæ Ascensionis Christi Domini nostri rite decoratam. Item ubi supra, ob amorem ejusdem Virginis, construxit aliam vestem de chrysocavo, habentem historiam, qualiter Spiritus sanctus venit super apostolos, diversis ornatam margaritis, et decoratam, imo ibidem aliam munivit vestem de chrysocavo cum historia palmarum, modeste comptam, atque decoratam ; nec non ubi supra aliam compsit jam nominatus Pon-

ifex vestem de olovero, cum periclysi de fundato; pariter quoque et pro quotidianis diebus obtulit vestes de fundato duas, cum periclypsi de quadruplo pulcherrime exornatas. Fecit etiam per arcus majores jam præfatae basilicæ vela de fundato quatuordecim et de quadruplo quatuordecim, similiter et de mizilo quatuordecim. Domini nostri Jesu Christi famulus ob amorem eidem Dominæ nostræ per arcus presbyterii jam dictæ ecclesiæ fecit vela de chrysocavo, habentia historiam Domini nostri Jesu Christi, atque Nativitatem, seu Assumptionem ejusdem intemeratæ Virginis, numero viginti et sex; pariter et per ipsos arcus obtulit vela de quadruplo, diversis historiis circumdata, numero viginti quatuor, et obtulit sursum in aspectu absidæ pannum Alexandrinum mirifice decoratum. Obtulit etiam in trabem majorem ipsius basilicæ velum majus de fundato, habens trabes de chrysocavo septem et periclysim de blathin Byzantea: fecit etiam ad ornatum ipsius basilicæ, in ipsam trabem, vela de quadruplo, numero sex et de mizilo vela numero quatuor. Ipse quoque Pontifex fecit juxta vestibulum altaris in absidam, vela de quadruplo, numero duodecim, ibidem de blathin vela numero sex. Venerabilis quoque præsul fecit in ingressu jam dictæ basilicæ cortinam majorem Alexandrinam, cum diversis historiis compte decoratam. Simili modo et pro quotidianis diebus aliam ibideum obtulit cortinam Alexandrinam mirifice exornatam. Item vela alba holoserica in trabem majorem, cum periclysi de fundato numero sex: vela alia quatuor de blathin Byzantea alba, ibidem constituit mirifice; item in absida ipsius basilicæ posuit vela alba cum periclysi de fundato numero sex: item altare præsepium jam dictæ basilicæ, seu venerabilem confessionem ultra, citroque ex auro purissimo, cum diversis historiis mirifice compsit, atque decoravit pensantem libras centum triginta quatuor, et uncias quatuor. Similiter ex argento deaurato cum variis historiis ibidem uncias decem pensantem libras ducentas quinquaginta quatuor et uncias quatuor. Item ibidem obtulit præfatus pontifex Gabathas ex auro purissimo, cum gemmis diversis, numero tres pensantes libras octo et uncias decem; porro et vela de alitino, cum periclysi de blathin Byzantea ibidem posuit. Benignissimus etiam præsul fecit in jam dicta basilica beatæ Dei Genitricis Virginis semper Maricæ dominæ nostræ ad Præsepe gabathas ex aro, diversis gemmis ornatas, numero duas, pensantes libras sex. Item ibi ipse obtulit gabatham apostolicam ex auro purissimo pensantem libras quinque: item ubi supra fecit fara cathara ex argento numero octo pensantia insimul libras octuaginta duas; ob amorem quoque ejusdem dominæ nostræ, obtulit in jam dicta basilica, columnas quatuor et arcum unum pensantes insimul libras sexaginta, fecit et in venerabili altari ipsius ecclesiæ vestem albam, habentem

in medio crucem de chrysocavo diversis gemmis circumdata et pulchritudine exornatam, aliam quoque ibidem adneetens vestem de blathin Byzantea, simili modo cum cruce de chrysocavo diversis lapidibus honestissime decoratam. Fecit etiam ad ornatum præfatae ecclesiæ vela de chrysocavo per arcus presbyterii habentia historiam dominicæ passionis, atque resurrectionis D. N. Jesu Christi, neconon et in trabem majorem sæpius dictæ ecclesiæ obtulit vela alia, cum periclysi de quadruplo, numero sex. Item in trabes ipsius basilicæ fecit vela de fundato, numero septem; obtulit etiam vela holoserica, in circuitu altaris, jam dictæ ecclesiæ, habentia periclysim de quadruplo numero quatuor. Venerabilis quoque præsul fecit in ecclesia B. Dei Genitricis, quam vocant dominicam, rugas ex argento pensantes libras sexaginta sex. Fecit etiam in ecclesia B. Dei Genitricis Maricæ dominæ nostræ sita Saviniis in episcopio, vestem de fundato, cum periclysi de blathin Byzantea, et in oratorio S. Archangeli fecit vestem de quadruplo circumdata cum historia Dei Genitricis pulcherrime comptam atque decoratam.

Obiit anno Domini 824, pridie Idus Maii.

CAPUT XXXII.

De Gregorio IV, Pontifice Maximo.

Gregorius IV Pontifex Maximus in ecclesia beatæ Dei Genitricis, semperque Virginis Maricæ dominæ nostræ ad Præsepe, fecit vestem auro textilem, habentem Nativitatem, Baptismum, Præsentationem et Resurrectionem, habentem in capite ipsius historiæ gæmmas albas trecentas et octuaginta, hyacinthinas quinquaginta, prasinas viginti duas, et in circuitu alvaviras legente de nomine domini Gregorii Papæ IV. Idem in basilica sanctæ intactæque Virginis Dei Genitricis dominæ nostræ Maricæ quæ cognominatur ad Martyres fecit ciborum ex argento purissimo simul libras quadringentas, simul et coronas ex argento purissimo pensantes libras decem et semis: vestem item fundatam cum gryphis. Idem in Diaconia beatæ Dei Genitricis in Via Lata fecit vestem de stauracim, cum periclysi de blathin, et in eadem diaconia obtulit vestem de fundato. Fecit etiam in diaconia beatæ semper Virginis Maricæ in Cosmedin, vestem de tyro, habentem historiam dominicæ Nativitatis, atque resurrectionis Christi veri Dei nostri. Idem pene totam Porticum super oratorium sanctæ Dei Genitricis Maricæ, quæ Mediana dicitur, noviter ex trabibus, cæterisque lignis ob decorum basilicæ decoravit. Hic etiam præclarus et venerabilis Pontifex obtulit, in basilica Dei Genitricis Maricæ Transtiberim, vestem de tyro, habentem historiam dominicæ Nativitatis, atque resurrectionis domini nostri Jesu Christi. Considerans autem, quod justum non esset, si amplius ecclesia hæc sanctæ Dei Genitricis, quæ more veterum

nunc usque Calixti Transtiberim dicitur, sine inonachorum officio constitisset, maxime cum in ea signorum non minima frequenter fiant miracula, et virtutes diversæ; divinitus compunctus corde et Dei omnipotentis roboratus ac fretus juvamine, juxta latus prænominatae basilicæ, monasterium a fundamentis statuit, et novis fabricis decoravit, in quo etiam monachos canonicos aggregavit, qui inibi officium facerent, et omnipotenti Domino grates et laudes diebus singulis et noctibus prosecutis intimo cordis spiramine decantarent. Eo tempore sæpe dicta ecclesia, quibusdam per circuitum locis longo senio erat prærupta, sed eam firmissimis undique munitionibus pastor eximus restauravit, et in ea sanctum fecit præsepium ad similitudinem præsepii sanctæ Dei Genitricis, quæ appellatur Major, quod videlicet laminis aureis et argenteis adornavit. In quo pro remedio a venia delictorum, hæc obtulit dona. Imaginem auream, habentem historiam Dominæ nostræ cum diversis et pretiosis gemmis, coronas argenteas duas per unquamque, delphinos duodecim pensantes insimul libras duodecim: canistra argentea quatuor pensantia libras viginti et quatuor, et in altari quoque ejusdem Ecclesiæ tabulas de argento pensantes libras centum et tredecim. Fecit idem venerabilis Pontifex in eodem sancto loco infra ambitum ipsius ecclesie operosam, decoramque Resurrectionem; nam prius altare in humili loco situm fuerat, pene in media testudine, circa quod plebs utriusque sexus conveniens, Pontifex cum clero plebi confuse immixto sacra mysteria celebrabat. Sed et sancta corpora beatorum Calixti et Cornelii et Calepodii, in mediana plaga ecclesiæ tumulata, post tergum populi jacentia non condigne honorificabantur, quod religiosissimus idem Papa non leve tulit, sed solerti, solitoque studio, cum infima industria operam adhibens, mirificum opus inchoans optime consummavit; nam effosso clandestino antro summa cum reverentia præfata sancta corpora elevans in occidentali plaga ejusdem ecclesiæ, hoc est in ambitu absidæ honorifice collocando oculuit, circa quæque maxiæ molis aggravans aggerem, comptum ministris lapidibus tribunal erigens decoravit, supraque confessionem respicientem ad ortum solis miri odoris cælaturas ornata compagine coaptavit. Infra consurgentem siquidem basim altaris miri metri, et ornatus modulo, ex argento perspicue in honorem sanctæ Dei Genitricis, semperque virginis Mariæ, elata scilicet priori, crexit inter consurgentes pulchri operis gradus. Ante quam presbyterium amplum operosi operis funditus construxit, cui ex septentrionali plaga lapidibus circa septum matroneum apposuit. Sed et decorem altari addens, et Matrem Domini meritis honorans muneribus, fecit ibidem vestem chrysoclavam, cum blatta Byzantea, habentem historiam Nativitatis et Resurrectionis Domini nostri Jesu Christi, et insuper imaginem Dei Genitricis

Mariæ, resoventem imaginem oblatoris sui. Obiit anno Domini 844, 8 Kal. Februarii.

CAPUT XXXIII.

De Sergio II Pontifice Maximo.

Mortuo Gregorio IV, in pontificio throno collatus est Sergius II, qui pro remedio, et futura animæ suæ retributione cameram præsepii Domini nostri Jesu Christi, quod basilicæ beatæ Dei Genitricis Dominæ nostræ connectitur, quæ Major ab omnibus nuncupatur, argenteis tabulis ac deauratis, habentibus historiam beatæ Dei Genitricis Mariæ magnifice atque præcipue perornavit. Obiit anno 847, pridie idus Aprilis.

CAPUT XXXIV.

De Leone IV Pontifice Maximo.

A Sergio II, Pontifex factus est Leo hujus nominis IV, qui in basilica sanctæ Dei Genitricis, quæ ponitur in vico, qui nuncupatur Sardorum, millario ab urbe Roma tricesimo, fecit vestem de fundato habentem historiam sanctæ Dei Genitricis de chrysoclawo cum prophetis. In eadem basilica quatuor catholicos libros obtulit, unum Evangeliorum, alium Regnorum, Psalmorum, atque Sermonum. Gobathas item cum canistro de argento exauratas, et calicem et patenam de argento exauratas, par unum legente de nomine Domini Leonis IV Papæ, pens. simul in unum libras quatuor et uncias quinque. In basilica Sanctorum quatuor coronatorum fecit vela, habentia historiam sanctæ Dei Genitricis, tria. Obtulit in oratorio sanctæ Dei Genitricis semper virginis Dominæ nostræ Mariæ, quod in Mediana consistit, vestem cum rotis, aquilisque et cruce de chrysoclawo cum gammadiis, unam. In oratorio beatæ Dei Genitricis, quæ ponitur ad ambonem, fecit vestem de fundato cum gammadiis, et crucem ex argento texto unam. In ecclesia beatæ Dei Genitricis semper virginis Mariæ Dominæ nostræ Transtiberim, absidam, quæ præ nimia vetustate ruitura eminebat, prænomiatus præsul restauravit. In Diaconia sanctæ Mariæ Virginis, quæ ponitur in Cyro, fecit regnum ex argento intrinsecus bullis aureis circumdatum. In ecclesia sanctæ Dei Genitricis semperque Virginis Mariæ Dominæ nostræ, quæ ponitur in Frascati, obtulit vestem de fundato unam, habentem in medio tabulam modicam exauratam interclusam et vela de fundato quatuor. In ecclesia sanctæ Genitricis Dei Mariæ, quæ ponitur in Morenicano, fecit vestem de fundato unam et vela similiter de fundato quatuor. In ecclesia Dei Genitricis Mariæ, quæ ponitur in civitate Portuensi, fecit vestem de spanisco unam, ornatam in circitu de fundato, et in medio crucem de argento: similiter vela de spanisco ornata in circuitu de fundato, numero tria. In ecclesia beatæ Dei Genitricis Mariæ Dominæ nostræ, quæ ponitur infra civitatem, quæ vocatur Anagnia, obtulit vestem de fundato cum gammadiis auro textis unam, et vela de fundato quatuor. In ecclesia sanctæ Genitricis Mariæ,

quam ipse beatissimus Pontifex a fundamentis super scholam Saxonum noviter construxit, obtulit vestes de fundato tres et vela similiter de fundato quatuor. In ecclesia sanctæ Dei Genitricis Mariæ in Aemilia, quæ via Aurelia nuncupatur, obtulit vestem de fundato unam.

In primo pontificatus sui anno juxta basilicam B. Luciae martyris, quæ in Orsea sita est, in quibusdam tetricis, abditisque cavernis diri generis serpens, qui *basiliscus* Græce, Latine *regulus* dicitur, ortus est : qui flatu suo ac visione omnes qui ad easdem properabant cavernas, celeriter necabat, mortisque tradebat periculo, ita ut omnes stupor ac timor invaderet, serpentis virtutem mirantes, et cladem. Ipse vero beatissimus et præclarus Pontifex hanc populi necem audiens, ad orationem se convertit, cum jejuniis Dominum deprecari non cessans, ut ab hujusmodi omnes interitu liberaret. Dum hec agerentur, præclarus et celeberrimus dies advenit, in quo beatæ Dei Genitricis, semperque virginis Mariæ Assumptio celebratur : tunc præfatus, et universalis Papa a patriarchio cum hymnis et canticis spiritualibus, sancta præcedente icone, ad basilicam S. Adriani martyris, sicut mos est, propriis pedibus, cum omni clero perrexit, de qua regressus cum omni fidelium cœtu ad basilicam beatæ Genitricis Dei, et Domini nostri Jesu Christi, quæ ad Præsepe dicitur, cum Dei laudibus, magna comitante caterva populi properabat ; qui cum pervenisset ad locum, in quo ipse sævissimus basiliscus tetricus, ut jam superius diximus, jacebat cavernis, omnem clerum et populum stare præcepit, atque juxta easdem cavernas properans super foramen ipsius, ubi pestiferi status egrediebatur serpentis, intrepidus stetit, et oculos ad cœlum pariter tetendit, et palmas, Christumque, qui est super omnia Deus, profusis lacrymis deprecatus est, ut ab eodem loco diri serpentis genus sua potentia effugaret, et data super populum oratione, Dei laudes ad basilicam quam superius memoravimus, profectus est, exhibere. Ab eodem vero die ipse pestifer basiliscus ita effugatus, atque ab ipsis projectus est antris, ut ultra in illis locis nulla lesionis ejus macula appareret : ob cuius rei memoriam, Octavam Assumptionis B. Virginis celebrari jussit. Hanc vero Octavam quæ minime Romæ antea celebatur, vigiliis sacris, matutinisque cum omni clero pernoctans laudibus in basilica ejusdem Virginis Dominae nostræ, quæ foris muros, juxta basilicam sancti Laurentii martyris sita est, primo celebrari præcepit. In quam etiam magna populi multitudo convenierat, novæ festivitatis cupiens celebrare solemnitatem. Illoc ipse magnanimus cum videret antistes, omnibus, qui aderant huic celebritati, plures argenteos erogavit. Fecit vero idem beatissimus in ejusdem Dei Genitricis, semperque virginis Mariæ ecclesia vestem de fundato unam : neconon fecit ibidem vela numero quadra-

ginta quinque. Item vestem unam habentem historiam Resurrectionis Domini nostri Jesu Christi, et imaginem almifaci prædicti Præsulis. Insuper fecit ibidem vestem de fundato unam, habentem in medio tabulam exauratam cum effigie Nativitatis Domini nostri Jesu Christi et ipsis almifaci Pontificis. In eadem ecclesia fecit cortinam lineam unam habentem in gyro listam de fundato, et in medio crucem similiter de fundato. Item vela de fundato numero viginti septem. Idem beatissimus Pontifex, Porticuni, quæ ante dictam basilicam sanctæ Dei Genitricis consistit, clarius ac firmius renovavit.

Villegas 14 Septembbris, memorat hunc Leonem adversus Saracenos, seu Mauritanos, Romam cogitantes, militares copias conscripsisse, et Ostiam usque in eorum occursum duxisse : prinsquam vero confligerent, jussisse, ut omnes sacra se exhomologesi expiarent, divinam Synaxim, munitissimum saluti clypeum sumerent, beatissimam Virginem in auxilium advocarent, singulisque una manu arma, altera Rosarium tenerent ; sicque eum, ex conflietu illo maximam victoriam reportasse.

Hujus sanctissimi viri imago, Pontificis summi habitu, imaginem divæ Virginis manibus tenentis, in arbore Benedictina conspicitur. Obiit anno salutis 855, 6 Kalend. Augusti.

CAPUT XXXV.

De Benedicto III, Pontifice Maximo.

Mortuo Leone IV, unus Pontificis dignus successor est habitus Benedictus III, natione Romanus, qui in basilica sanctæ Dei Genitricis, semperque virginis Dominae nostræ, quæ ad Præsepe nuncupatur, auream obtulit, pretiosissimamque coronam unam pens. libras quatuor. Præfatus beatissimus Papa nimio amore constrictus in ecclesia beatæ Dei Genitricis, semperque Virginis Mariae Dominae nostræ, quæ ponitur Traustiberim, fecit vestem in altari majori de chrysocavo habentem historiam Assumptionis ejusdem Dei Genitricis : item vestem unam in circuitu ornatam de olovero, habentem in medio crucem de chrysocavo. Ejusdem ecclesiæ absidam majorem in ruinis positam, noviter, atque a fundamentis faciens, ad meliorem erexit statum, fenestras vero vitreis coloribus ornavit, et pictura musivi decoravit : neconon et porticum, atque baptisterium cum secretario, omnia, et in omnibus sarta tecta noviter renovavit. In eadem ecclesia fecit amam unam ex argento purissimo pensantem libras decem : gabathas quatuor pens. libras novem, et semis, canistra novem pensantia insimul libras undecim : Evangelium argento, auroque perfusum unum pens. libras quindecim ; insuper cortinam unam, canistrum unum, arcum cum duabus gammadiis ex argento purissimo pens. insimul libras quadraginta. Idem in basilica Dei Genitricis, quæ vocatur Antiqua, quam a fundamentis Leo Papa, viam juxta sacram construxerat, fecit vela de fundato, cum periclysi de blattin numero tre-

decim, et vestem de chrysoelavo habentem historiam Nativitatis Domini nostri Iesu Christi secundum carnem. Sedebat anno 856.

CAPUT XXXVI.

De Nicolao I, Pontifice Maximo.

Benedicti III funere peracto, in Pontificem electus est Nicolaus I, qui in diaconia sanctæ Dei Genitricis Mariæ Dominae nostræ, quæ vocatur Cosmedim, fecit vestem holosericam unam de stauraci habentem historiam, leones maiores undecim. Ibi ipsum fecit velum album rosatum unum, ornatum in circuitu de tyrio miræ magnitudinis : obtulit vero in iam dicta Diaconia gabatham Saxiscam de argento purissimo unam deauratam, quæ pens. libras duas, et uncias quatuor. In eadem ecclesia fecit hospitium largum, ac spatiolum, satisque præcipuum, ad opem atque utilitatem Pontificum, et ibidem renovavit secretarium, ibique pulchri decoris fecit triclinium cum caminatis ad honorem et decorem ejus : pari modo juxta idem secretarium porticum renovans illuc construxit, atque edificavit oratorium, et plurima dona ibi contulit. Almus idem beatissimus Praesul in basilica semper Virginis Mariæ Dominæ nostræ, quæ vocatur ad Præsepe, fecit cantharum de argento sessilem parvum unum pens. libras octo, et uncias quatuor ; ibidem æternæ pro retributionis præmiis pannos optimos obtulit. In patriarchio Lateranensi domum pulcherrimam, nimisque decoram fieri jussit, et oratorium sanctæ Dei Genitricis illuc construens, vestes, et competentes ornatus pro æternæ vitae amore lucifluis votis ipse beatissimus Pontifex obtulit. Ecclesiam autem Dei Genitricis, semperque Virginis Mariæ, quæ primitus Antiqua, nunc autem Nova vocabatur, quam dominus Leo IV Papa a fundamentis construxerat, sed picturis eam minime decorarat, ipse beatissimus Praesul pulchris, ac variis fecit depingi coloribus, augens decorem, et plurimis corde puro ornavit speciebus. Obiit Romæ, Idib. Novembris anno Christi 867.

CAPUT XXXVII.

De Adriano II, Pontifice Maximo.

Post Nicolaum I ad pontificatus gloriam sublimatus Adrianus II Pont. Max. in Christi Genitricie, apud eujus basilicam, dictam de Præsepe, jugibus oationibus incumbebat, tantam inierat fiduciam, ut benefaciens non desiceret, nec quidquam discribinis, cuncta, quæ habere poterat, discretissime largiens, incurrire formidaret. Nam cum die quadam antequam Pontifex renuntiaretur, Sergio Pontifici familiaris, ab eo denarios quadraginta dono accepisset, domum rediens dispensatori mandavit, ut eos peregrinis et pauperibus, qui in vestibulo domus suæ stabant, erogaret, facere ille mandata conatus, cum videret, ne minimæ quidem parti tantula re satisfieri posse ad Adria-

num rediens rem ipsi exponit : tum Adrianus accepta pecunia, ad pauperes veniens, ternos denarios singulis præstítit, et totidem sibi, rei familiari satisfactorus, reservavit, admirante dispensatore, miraculo rei. Ab eadem basilica sanctæ Dei Genitricis, semperque Virginis Mariæ, quæ appellatur ad Præsepe, a procerum, ac plebis multitudine raptus, ac ad Lateranense patriarchum deductus, omnium ordinum votis et acclamationibus constantibus Pontifex creatus est. Obiit autem anno 872, Kat. Novembris.

CAPUT XXXVIII.

De Stephano VI, Pontifice Maximo.

Stephanus VI Pont. Max. cum consiperet nocturnis vigiliis in ecclesia majori, quæ vocatur sanctæ et superelexatae Dei Genitricis Mariæ ad Præsepe, lampades consuetudinarias deesse, gabathas argenteas cum lampadibus obtulit, et continuatim vigiliis ardore præcepit ; neenou idem mississimus Pontifex fecit in eadem prædicta basilica vela quatuor in circuitu altaris majoris, quorum duo sunt de serico pigacio, tertium pavonatile, quartum de Alexandrino ornatum totum in circuitu de olovero. Misit quoque in ecclesiam sanctæ Dei Genitricis, semperque virginis Mariæ sitam in Manturiano librum Regnum unum, vestem sericam super altare unam. Obiit anno 891, 12 Kal. Junii.

CAPUT XXXIX.

De Gregorio V, Pontifice Maximo.

Gregorius V Pont. Max. in honorem beatissimæ Virginis Mariæ, cui tota vita addictissimus fuit, Ulsimense monasterium pro piis, et Deo fideliter servientibus puellis condidit, ad cuius etiam honorem largas die Sabbati pauperibus eleemosynas erogavit. Hinc in ejus sepulcrali epitaphio, de eo legitur :

*Pauperibus dives per singula Sabbathæ vestes
Divisit, numero cautus apostolico.*

Obiit anno 998, 12 Kal. Martii.

CAPUT XL.

De Gregorio VII, Pontifice Maximo.

Gregorium VII Pont. Max. Mariano cultui propagando mirifice studuisse, vel ex eo potest probari, quod Mathildi filiæ Beaticis ducissæ Tusciae feminæ integerrimæ, et de Rom. Eccl. optime meritæ, devotionem Virginis Deiparæ hisce verbis commendavit : « De Matre vero Domini, cui te principaliter commisi, et committo, et nūquā committere, quousque illam videamus, ut cupimus, omittam, quid tibi dicam ? quam cœlum et terra laudare licet ut meretur, nequeant, tamen non cessant ; hoc tamen procul dubio teneas, quia quanto altior et melior et sanctior est omni matre, tanto clementior et dulcior circa conversos peccatores et peccatriceas : pone itaque finem in voluntate pecandi, et prostrata coram illa ex corde contrito et humilitate lacrymas effunde : invenies illam, in-

dubitanter promitto, promptiorem carnali matre, ac mitiore in tui dilectione.» Hæc ille.

Ante pontificatum ad Ecclesiarum directionem a summo Pontifice destinatus, cum inter multa opera quæ operatus est, antistitem quendam falsis criminibus impletum a malignantium calumniis, duce spiritu veritatis, eripuisset, Romam reversus, basilicam Petri apostoli causa orationis, et gratiarum actionis ingressus est. Erat ei familiare diverticulum ad B. Mariæ Dei Genitricis iconem, consistentem intra eamdem basilicam, ut ante eam orando procideret, et plorando cor suum effunderet. Igitur cum hac vice, secundum suam consuetudinem facturus, accessisset, vidit, quod dietu mirabile est, ipsam imaginem lacrymas stillare, et quasi dolorem suum pro aliqua dilecti sui molestia significare, ipse autem repletus stupore et extasi, postquam satis in admirationem defixus est, lacrymis lacrymas ubertim reddidit, et supplicatione completa, Lateranense Palatium, Pontificem salutarius revisit : qui mox perlati ad eum falsi rumoris excipiens indicium, quod videlicet pro muneribus prænotatum justificasset episcopum, patenter dedit intelligi, quid in sacra imagine significasset similitudo condolendi. Verum cum sapientia, quæ lucebat in vultu ejus rationem cepisset reddere, erubescabant omnes, qui in ea præsentia erant adversarii ejus, et juxta B. Hieronymum, falsus rumor cito opprimebatur, et mordax lingua cito confodiebatur, quippe vita ipsius voce et exemplo commendabatur. Inde cum prædicto more solito repeteret imaginem, converso miraculo, vidit eam arridere sibi tanquam triumphatori.

Quodam tempore cum maxima detineretur corporis infirmitate, quædam neptis ejus ad eum visitandi gratia venerat, et qualiter se haberet, inquirerat; tum ille, ut nepti super ægritudine sua animum levaret, monilia ejusdem manu tenens, an nubere vellet, requisivit : post recepta sanitatem, dum solitis orationibus incumberet, nec recordatione præteriorum malorum, nec spe futurorum bonorum, aut desiderio, et ut breviter concludamus, nullo modo ad hoc ut saltem unam lacrymulam exprimere valeret, pertingere potuit. Diu igitur moesto animo revolvens, quid egisset, quo delicto Deum offendisset, qua denique culpa datam sibi compensationis gratiam perdidisset, tandem temperato mœrore id consilii accepit, ut religiosos viros secum in jejuniis, et orationibus supplicari Domino deposceret, quatenus ei revelare dignaretur, pro qua noxa donum illi, quod pridem habuit, sublatum sit, quod congrua devotione peractum est. Completis itaque duarum hebdomadarum vigiliis, jejunio, et corporali disciplina, pius, et velox auditor desiderium cordis tribuit ei. Nam euidam innocentia, et simplici viro beata Dei Genitrix in visione apparuit, eique præcepit, dicens : «Vade, et die Gregorio, quod cum ego illum in chorum virginum elegerim, ipse e contrario aliter, quam de-

beret, egit.» novo autem permotus elogio, Gregorius magis hæsitare cœpit, intensiusque orare, ut apertius sibi Dei misericordia quid esset, ostenderet. Iterum eidem cui supra sancta Virgo Maria Mater Domini in somnis apparens, inquit : «Hæc dices Gregorio : Quoniam ipse contra gravitatem institutionis nostræ monilia tractavit neptis suæ, idecirco gratiam, quam habuit, amisit : sed nunc quia pœnitentiam de peccato suo peregit, donum lacrymarum recipiet.»

Quadam æstate, quæ Romæ humanis corporibus valde contraria est, dum ibidem vir Dei maximis per integrum hebdomadam æstnaret febribus, apparuit ei beata Dei Genitrix semper virgo Maria, atque ut indignationem ostenderet, ventrem ejus manu versa percutiens recessit : deinde per alteram septimanam adeo debilitatus est, ut respirare eum, qui exitum ejus præstolabantur, vix sentire possent. Finita hebdomada illa, rursus ad eum beata Dei Genitrix Maria, hora diei quasi sexta accessit; qualiter se haberet, et si adhuc satis pœnarum luisse sibi videretur, ab eo sciscitatur. Cui ille respondit: «Domina piissima, ut tibi videtur : » tum levi manu quasi corpus ejus perungens, ab oculis ejus evanuit. Mox illo, vestimenta sua quasi ad ecclesiam processurus esset, requirente, hi, qui aderant, prænimia infirmitate minus sanum sentire æstimabant ; at ille nihil mali se habere affirmans, extorquet, ut vestibus se induant, atque ad ecclesiam perducant : quo facto in tantum sanitatem recepta convaluit, ut etiam sacra Missarum solemnia publice in ecclesia Salvatoris sequenti die celebraret. Jussu beatæ Virginis, quæ ei in visione apparuerat, Henricum IV Romanorum regem excommunicavit. Templum Sanctæ Mariæ in Portico de Urbe, quod Galla Patricia in propriis ædibus ædificaverat, vetustate pene collapsum, restauravit, ut videre est in lapide, in summo altari collocato. Cujus etiam tempore nobile illud ciborium quod adhuc visitur, exstructum fuisse existimatur, in quo sacra imago Deipare Filium in ulnis soventis aureis lineis in lapide pretioso sapphirino angelorum manibus, ut pie creditur, efformata superne est reposita. Sancte decubuit anno Dominicæ Nativitatis 1085, 8 Kal. Junii.

CAPUT XLI.

De Urbano II, Pontifice Maximo.

Urbanus II Pont. Max. zelo Marianæ honoris promovendadi modum servens in concilio Claromontano pro recuperatione Terræ Sanctæ e Saracenorum tyrannide anno 1095 congregato, mandavit omnibus Christianis, nt singulis diebus Sabbatinis Officium B. Virginis recitaretur, prout habet scriptus Codex abbatiæ Dionysianæ. Urbanus namque Pontifex, ut res illa difficillima inchoanda optatum posset consequi effectum, Dei Genitricis precibus annitens, ut cœlesti Numen sibi redderet propitium, quod probe sciret experimento, quæque ardua progres-

sura feliciter, quibus B. Mariæ Virginis faveret gratia, et aspiraret auxilium, de Patrum statuit sententia, ut Horariae illæ preces, et laudes, quæ vulgo Officium Dei Genitricis appellari consueverunt, a clero potissimum, omnibusque Christianis, si non quotidie, saltem diebus Sabbatinis digne eidem Virginis persolverentur, ut nimirum ipsa apud Filium ageret, quo fidelis populus in tot ac tantis discriminibus subeundis ejus præsidio muniretur. De quo etiam statuto habetur mentio in Vita S. Brunonis apud Surium 6 Octobris. Quod quidem tunc a Claromontana synodo indictum, et a clericis pie susceptum, ad laicos etiam tam viros, quam feminas magno cum fœnore gratiarum fuit propagatum, quamvis ad summum pro laicis saltem, nou fuerit nisi temporale præceptum, durante scilicet hujus sacrae militiae expeditione : quæ nihilo minus constitutio apud tenerioris affectus Marianos clientes etiamnum hodie in usu est. Quod autem optabat, ejusdem Virginis cultu, ac subsidio, paulo ante mortem obtinuit Urbanus, capta nimirum Hierosolyma per Godefridum ducem Bullonium, et S. R. I. ad Sealdim Antuerpiam marchionem, anno 1099, die 15 Julii, ipsa crucifixi Christi feria, et dispersionis apostolicæ anniversaria die, quatuor scilicet supra decem diebus, antequam Urbanus II ex hac vita ad æternam discederet, ut nimis in cœlo posset triumphare, cui non erat in terris par laboribus honor, ut inquit Baronius, qui diem 14 ponit interceptæ Hierosolymæ, alii 15 : sed obvia, et nullius quasi discrepantia est conciliatio.

Præfatio illa Sabbatina : *Et te in veneratione B. Mariæ semper Virginis collaudare, etc.*, Urbano huic pontifici Maximo insigni Virginis Deiparæ cultori a Locrio, et aliis communiter tributur. Unde Carolus Sigonius de eodem Urbano agens (et citatur a citato Locrio in hanc comprobationem) : « Sanxit, inquit, hic idem Pontifex multa alia Ecclesiæ salubria. In primis autem novem Præfationibus decimam addidit : *Et te in veneratione B. Mariæ semper Virginis collaudare*, et quæ sequuntur ad Deiparam laudandam, et prædicandam aptissima. Idem asserit Honorius Augustodunensis presbyter in opere quo *De gemina animæ conscripsit lib. 1, cap. 120*, et in eamdem opinionem hactenus ego cum illis ; sed ab ea me revocat Petrus Canisius, qui lib. iv, cap. 21, sui *Marialis* ita scribit : « Consonat et Missa Gregoriana, in qua mille abhinc annis prope modum, quoties de Virgine solemnis memoria celebratur, præsentes omnes excitantur hac voce : *Gratias agamus Domino Deo nostro*, moxque causa hujus gratiarum actionis adnectitur : *Vere dignum, et justum est, æquum, et salutare* : *Et te in veneratione B. Mariæ semper Virginis collaudare*, benedicere et prædicare, quæ et Unigenitum tuum sancti Spiritus obumbratione concepit, et Virginitatis gloria permanente, lumen aeternum mundo effudit, Jesum Christum Dominum nostrum. Ex quibus liquido Gregorium illum re et cognomento

Magnum auctorem hujus Præfationis habemus. Puto autem, Urbanum tantummodo prædictam Præfationem Sabbatinam cæteris receptis addidisse, et nova Missa Mariana pro expeditione Terræ Sanctæ ordinata, eam legendam, vel cantandam statuisse ; neque amplius quidquam insinuare videntur Honoriūs, Sigonius, aliive, qui tantummodo dicunt, Urbanum II eam reliquias addidisse, sed composuisse nequaquam.

Volunt etiam Antoninus, et Genebrardus, hunc Urbanum, Sabbatinum B. Virginis Officium compo-suisse. Quibus hac in re cum aliis non ulterius assentior, quam quod in concilio Claromontano, Sabbato legendum id injunxerit, in novum forsan et meliorem ordinem redactum.

Idem Pontifex Urbanus II Ecclesiam monasterii Burgidolensis dioecesis Bituricensis ad fluvium Indrum in honorem B. Mariæ semper Virginis, cui devotissimus erat, solemniter dedicavit ; in cuius etiam honorem aliam dedicavit ecclesiam in Apulia, ac privilegiis munivit. Beato sine quievit anno 1099, 6 Kal. Augosti.

CAPUT XLII.

De Paschali II, Pontifice Maximo.

Mortuo Urbano II, pontificale officium suscepit Paschalis, hujus nominis pariter II, qui ecclesiam Sanctæ Marie in regione Ariolæ consecravit. Ecclesiam item Sanctæ Marie ad Monticulum, vulgo in Monticelli, cuius festum die Nativitatis Virginis solemniter celebratur. Hujus tempore erat Romæ juxta portam Flaminiam locus dæmonibus infestus, qui molestiis, et divexationibus variis, prætererunt iter præpediebant, spectris et umbris terribant, viam occludebant. Admonuit B. Virgo Maria hunc Paschalem locum illum adire, Neronis imperatoris cineres sub quadam nuce ibi latere, nendum esse malorum dæmonum, locum illum infestantium ; cineres illos extrahere, in Tiberim projicere, ecclesiam sibi in eodem loco fabricari : ita vero dæmones fugati sunt, et nova ecclesia B. Mariæ Virgini constructa est, quæ hodie dicitur S. Maria de Populo. Moritur Romæ apud Sanctam Mariam Transtiberim anno 1118, 21 Januarii.

CAPUT XLIII.

De Gelasio II, Pontifice Maximo.

Post Paschalem II in apostolica sede locatus est Gelasius II, qui diaconiam Romæ, quam S. Mariam in Cosmedimi vulgariter nuncupant, sibi tunc cardinali diacono a domino Papa Paschali II commissam ruinæ proximam restauravit, et in auro ac argento, in libriss ac paramentis, in dominibus innumeris, in fundis, atque casalibus, aliisque egregiis divitiis locupletavit. Ejus precibus suasus idem Paschalis Papa II Caietæ cathedralē ecclesiam solemniter consecravit, atque in honorem Dei Parentis Virginis Mariæ Deo Opt. Max. dedicavit. Cum eum jam Pontificem schismatiei persequerentur, in ecclesia quadam, quæ S. Mariæ in Cereo dicebatur,

refugium invenit. Anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi 1119, ad civitatem Pisanam veniens, ibi 6 Kal. Octobris novam ecclesiam in honorem gloriosissimæ semperque triumphatricis Virginis Mariæ maxima cum solemnitate consecravit, talique die omnibus vere pœnitentibus et confessis concessit de indulgentia quatuordecim mille annos, et ab Assumptione gloriosæ Virginis Mariæ usque ad Nativitatem Domini nostri Jesu Christi concessit viginti quatuor millia annorum indulgentiæ. Item in omnibus festivitatibus beatæ Mariæ semper virginis mille annos. Item in singulo die totius anni concessit quadraginta octo annos indulgentiæ, et centum quarantenas. Obiit sanctissime anno Dominicæ Nativitatis 1119, coronatus in Laterano (quantum conjectura asseQUI possit D. Constantinus Gaetus) 2 Februarii die Purificationis beatissimæ Virginis Mariæ.

CAPUT XLIV.

De Callisto II, Pontifice Maximo.

Cum Gelasius II Cluniaci excessisset, in Romanum Pontificem delectus est Callixtus II beatissimæ Virginis cultor singularis. Illic abbatiam S. Mariæ de Bonavalle suis sumptibus laboribusque fundavit, ut patet ex ejus diplomate dato Valentiae v Kal. Martii Indict. 13, Incarnationis Dominicæ anno 1120. Cum Pisas se contulisset, a Pisaniis rogatus majorem ecclesiam ad honorem beatae Mariæ, tota ibidem Tuscia concurrente, dedicavit solemniter, ut ex Pandulpho refert Baronius *Annal.* tom. XII. In abside oratorii S. Nicolai episcopi, in quo Lateranenses nunc celebrant Pœnitentiarii, intra septa quondam nunc diruti apostolici patriarchii etiamnum visitur effigies hujus Pontificis procumbentis ad pedes Deiparæ Virginis, certissimum ejus in tantam Matrem pietatis ac devotionis argumentum. Obiit anno 1124, Id. Decembri.

CAPUT XLV.

De Innocentio II, Pontifice Maximo.

Innocentius II Pont. Max. collabente vetustate basilicam S. Mariæ Transtiberim dejecit, et ea qua apparent hodie amplitudine, fortitudine atque decoro insigniter excitavit. Anno 1131, in Brabantiam profectus ibi Idib. Octobris ecclesiam Xenodochii Majoris in honorem Deiparæ solemnni ritu Bruxellis consecravit, cuius rei diploma Pontificium anno 1497 se vidisse testatur Henricus Bergius Cameracensis episcopus, cuius tenor est hujusmodi: «Anno ab Incarnatione Domini 1131, Idib. Octobris, regnante Ludovico seniore in Francia, dominus Papa Innocentius ecclesiam istam dedicat in honorem B. Mariæ Virginis, etc., » quæ ad longum recitat Albertus Miraeus in Codice piatum donationum cap. 86. Idem Pontifex cum esset Pis's, ordinem Canonorum Regularium Sancti Augustini in antiquissima canonica S. Mariæ de Rheno prope Bononiam reformavit atque firmavit. Ex hoc S. Mariæ monasterio Pontifices summi prodierunt Honorius II, Lucius II, cardinales, archiepiscopi,

SUMMA AUREA DE B. V. MARIA. X,

episcopi quamplurimi. Idem monasterium Undistorneuse in Bavaria ord. D. Aug. canonicorum in honorem B. M. V. ædificatum confirmavit, enjus etiam Bulha exstat. Ædem sacram et domicilium a Leopoldo Austriae marchione prope Viennam ædificatum in honorem Deiparæ, quod sæcularibus clericis largo censu dotatum assignarat, permisit, ut ab iis incuriosius rem suam agentibus in Regulares D. Aug. Canonicos transferretur, et ut id ratum perpetuo foret, idem pontifex diplomate sauxit. Obiit anno Dominicæ Nativitatis 1143, 8 Kal. Octobris, Romæ in ecclesia S. Mariæ Transtiberim sepultus cum hoc epitaphio:

Hic requiescent venerabilia ossa sanctissimæ memoriae D. Innocentii Papæ II, qui præsentem ecclesiam ad honorem Dei Genitricis Mariæ, sicut est, a fundamentis, sumptibus propriis renovavit.

CAPUT XLVI.

De Eugenio III, Pontifice Maximo.

Eugenius III Pont. Max. porticum ante basilicam S. Mariæ Majoris refecit, et picturis opere vermiculato, quod musivum vocant, exornavit, ut inscripitione capitalibus litteris adhuc ostendit :

*Tertius Eugenius Romanus Papa benignus
Obtulit hoc munus, Virgo Maria, tibi,
Quæ Mater Christi fieri merito meruisti
Salva perpetua virginitate tibi.
Et iæ, vita, salus, totius gloria mundi,
Da veniam culpis, virginitatis honoris.
E vita inigravit anno salutis 1155, 6 Idus Julii.*

CAPUT XLVII.

De Adriano IV, Pontifice Maximo.

Adrianus IV hujus nominis Pont. Max., Nicolaus antea vocatus, apud Anglos obscuris parentibus ortus, scripsit ante pontificatum de Conceptione beatissimæ Virginis ad Petrum Pontiniacum librum unum. Cum anno 1155, Soram cum 7 cardinalibus pervenisset, ibi Idibus Octobris ecclesiam S. Mariæ dedicavit, quæ adhuc perstat ecclesia cathedralis, ut refert Baronius tomo XII, ad annum Christi 1155. Obiit anno Dominicæ Nativitatis 1159, Kal. Septembri.

CAPUT XLVIII.

De Alexandro III, Pontifice Maximo.

Adriano IV successit Alexander III, qui æternæ Sapientiae Matrem Mariam Virginem summo devotionis affectu coluit. Parisiis existens basilicæ S. Mariæ primum lapidem imposuit. Secundo sui pontificatus anno ad Urbem reversus, ibi ecclesiam S. Mariæ Novæ, auctore Domino solemniter dedicavit, ut refert Baronius tomo XII ad annum Christi 1161. Ordinem Eremitarum Montis Virginis sub peculiari ejusdem Virginis protectione a Guilielmo Vercellensi institutum confirmavit. Beneventi ordinem Fratrum Cruciferorum S. Mariæ formavit. A rabic Federici profugus pro munere receptæ hospitalitatis, Venetorum nobile xenodochium S. Mariæ Charitatis nomine, inexhausto indulgentiarum thesauro ditavit. Vivere desit anno 1181. De quo haud prætermittenda est revelatio facta in Hi-

spania Marco viro pio et religioso, canonico regulari monasterii S. Isidori Legionensis, quo corpus S. Isidori translatum est, et requiescit, quam refert Lucas Tudensis historiographus Hispaniae lib. iii *De Miraculis et translatione corporis S. Isidori*, cap. 46. Cum in cubiculo per noctem Marcus jaceret, visus est sibi senex venerandus eum vocare, et ut post se veniret, indicatur ei magnalia divina, qui surgens, continuo secutus est eum, qui cum ad claustrum pervenisset monasterii, reperit totum magno splendore plenum, et turbis cœlestibus albis vestibus amictis, qui omnes laudes concinebant Altissimo suavi harmonia. In sacello regio aderat beatissima Dei Genitrix Maria, choro circumdata apostolorum. Quidam autem illorum sanctorum quæsiverunt ab aliis, nibi essent principes apostolorum Petrus et Paulus et egregii confessores Gregorius et Isidorus; quibus responsum, Romam adiisse, ad excipiendam animam Alexandri III Papæ, tunc vita defuncti, et ad subveniendum ei, et parva mora interjecta, ecce quantuor sancti, deferentes secum animam Alexandri III Papæ, post quos sequebatur magna caterva dæmonum magno strepitu, et clamore dicebant: « Alexandrum ad poenas expurgatorias damnandum, ob aliqua peccata quæ commiserat. » Accesserunt sancti illi ad Dei Genitricem Mariam, et annuerunt omnes beato Isido[ro], ut petitionem exponeret: ille precatus pro anima illa, memorans, quantas gratias et privilegia concesserat ille suo monastrio, et Ecclesiæ Filii sui unigeniti; proinde precari illam, ut animam illam liberam sineret ab igne expiatorio, et mox in nostram societatem recipiatur, cum hæc facilia sint tibi, quæ genuisti in tuis visceribus Christum conditorem cœli et terræ. Quibus Virgo respondit: « Indignum erit vobis præcipuis sanctis gloriæ cœlestis aliquid denegare; proinde confusa de misericordia Filii mei, annuo votis et petitioni vestrae. » Vix finierat sermo Virginis, cum vox de cœlo intonuit: « Fiat voluntas Matris, et sanctorum meorum, et Alexander continuo jingatur cœli civibus. » Ut audierunt eam vocem beati, omnes magna lætitia perfusi, Alleluia concinerunt, et caterva dæmoniorum confusa aufugit, et visio illa cœlestis disparuit. Marcus autem presbyter, prior et canonicis omnia quæ viderat, ordine retulit in capitulo congregatis, ipsi vero annotaverunt tempus visionis, et deprehenderunt eodem die, et hora Alexandrum III Romæ vita suisse defunctum.

CAPUT XLIX.

De Clemente III, Pontifice Maximo.

Clemens III Pont. Max. a teneris annis beatissimæ Virginis cultu clarus, in cuius domo, in canonica scilicet S. Mariae Majoris de Urbe, nutritus atque eductus fuerat, ac per omnes ejusdem Ecclesiæ dignitates pertransierat, ædes prefatae basilicæ canonorum usni députatas, propriis impensis fabricavit. Rebus humanis eximitur anno Dominicæ Nativitatis 1191, 8 Kal. Aprilis.

CAPUT L.

De Cœlestino III, Pontifice Maximo.

Post Clementis III mortem Romanus Pontifex designatus est Cœlestinus III, qui Sanctæ Mariæ Teutonicorum militum ordinem confirmavit, et S. Augustini regulam præscripsit, data lege, et sancta, ut in sodalitum istud nonnisi Teutones, iisque prosapia nobiles admitterentur, candidum habitum atra cruce signatum portarent, Orationem Dominiucam, cum Salutatione angelica et apostolorum Symbolo ducenties quotidie recitarent, in eminem eventum parati, pro secura custodia sepulcri Dominici certare strenue, hostium impetus, id affectantium, nihil formidare, vitam ubi necesse esset, gloriose profundere. Idem congregationem monachorum Montis Virginis approbavit. Vide Bull. tom. I, fol. 31. Idem Romæ propensiore studio, quo tenebatur erga cultum venerandæ imaginis Dei Genitricis Mariæ, quæ fuerat Gallæ Placidæ, verins Patriciæ, collocata in antiquo foro Romano in ecclesia S. Mariae in Portico, ædificavit, juxta ipsam, hospitalem domum infirmorum, quam et redditibus locupletavit.

Decessit anno Dominicæ Nativitatis 1198, 6 Idus Januarii.

CAPUT LI.

De Innocentio III, Pontifice Maximo.

Cœlestino III vita functo, ad pontificie dignitatis apicem promotus est Iunocentius III, qui (ut dixi in *Fundatoribus meis Marianis* cap. 17, hieque in complementum operis, ac legentis commodum repetere non gravabor) insigni devotionis cultu adversus illibatam Dei Matrem ferbuit, ac Mariæ totissimus fuit. Et vero ipsam in pervetusto illo ad Rosarii coronam precandi ritu libenter venerari, ac familiariter quotidie salutare consuevit. Neque solum sua illi sat ista fuerat devotio, verum etiam (quod in conciouibus ad frequentem populum habendis præcipuum nomen ferret, ac laudem) in hisce ad sanctum Dei Matrisque Dei cultum latius proferendum, quod ipse genus orandi deamabat, ac terebat Rosarium, idem ut laicis rudique vulgo propriuni impense pro suggestu commendare solebat. Neque Deus zelum viri tanti, tantum, vel in hoc vitæ pelago irremuneratum dimisit, sed ad summum denique pontificatum Romanum illum evocavit, ut dignum in terris Christi Vicarium ageret. Hic ut de fide perduceretur ad speciem, de stadio veniret ad bravium, de via transiret ad patriam, et facilius obtineret quod implorabat, gloriae Dei Genitricis Virginis Mariæ memoriam recolebat.

Idem pro defensione et tranquillitate catholicæ et orthodoxæ Ecclesie in hunc modum orabat: *A cunctis nos quæsumus, Domine, mentis et corporis defende periculis, et intercedente beata et gloriosa Virgine Dei Genitrice Maria, salutem nobis tribue benignus, et pacem, ut destructis adversitatibus, et erroribus universis, Ecclesia tua secura tibi serviat*

libertate. Item : Mundet et muniat nos, quæsumus, Domine, unigeniti Filii tui pretiosissimus sanguis effusus, et tibi oblatus in cruce, et intercedente beata Virgine Dei Genitrice Maria, a cunctis nos reddat, et perversitatibus expiatos, et adversitatibus expeditos.

Hymnum mire devotum de beatissima Virgine Maria composuit, certis et magnis remissionibus atque indulgentiis ab ipso datum, quem in Marianorum cultorum gratiam subjungere placet. Est autem hujusmodi :

Ave, mundi spes, Maria,
Ave, mitis, Ave, pia.
Ave, charitate plena,
Virgo dulcis et serena.
Sancta parens Iesu Christi,
Electa sola fuisti,
Esse mater sine viro,
Et lactare modo miro.
Angelorum Imperatrix,
Peccatorum Consolatrix,
Consolare me lugentem,
In peccatis jam fætem.
Me defende peccatorem,
Et ne tuum des honorum
Alieno et crudeli,
Precor te, Regina cœli.
Me habeto excusatum,
Apud Christum tuum natum,
Cujus iram peritisco,
Et furorem expavesco.
Nam peccavi illi soli;
O Maria Virgo, noli
Esse mihi aliena.
Omni gratia plena.
Esto custos cordis mei,
Signa me timore Dei.
Confer vita sanitatem,
Da et morum honestatem.
Da peccata me vitare,
Et quod justum est amare,
O dulcedo virginialis,
Nunquam fuit, nec est talis,
Inter natas mulierum.
Omnium Creator rerum,
Te elegit Genitricem,
Qui Mariam peccutricem
Emundaavit a reatu,
Ipse tuo me precatu
A peccatis cunctis tergit,
Ne infernus me demergat.
Eia, rosa sine spina,
Peccatorum medicina
Pro me Deum interpella,
Ut me salvet a procolla
Hujus mundi tam immundi
Cujus fluctus turbundi
Omni parte me impingunt,
Et peccati zona stringunt;
Christe Fili summi Patris
Per amorem tuæ Matris,
Cujus venter te portavit,
Et te dulci lacte pavit.
Te per ipsam oro supplex,
Quia tu es salus duplex,
Rerum dator mundanarum,
Atque salus animarum.
¶. Audi nos pia Mater Christi.
¶. Nam te Filius nihil negans honorat.

Oratio.

Interveniat pro nobis, quæsumus, Domine Iesu Christe, apud tuam clementiam gloriosissima Virgo

Maria, dignissima Mater tua, cuius sanctissimam animam in hora passionis et mortis tuae doloris gladius pertransivit. Qui viris, et regnas cum Dño Patre in unitate Spiritus sancti Deus per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Neque hic reticere possum hujus Innocentii, super illa Canticorum verba : Quæ est ista, quæ progreditur, quasi aurora consurgens, pulchra ut luna, electa ut sol, terribilis ut castrorum acies ordinata (Cant. vi, 9), de beatissimæ Virginis laudibus sermonem pulcherimum, seu jucundissimam meditationem, verbis hisce conscriptam :

¶ Cum aurora sit finis noctis et origo diei, merito per auroram designatur Virgo Maria, quæ finis damnationis et origo salutis fuit, finis vitiorum et origo virtutum. Oportebat enim, ut sicut per feminam mors intravit in orbem, ita per feminam vita rediret in orbem; et ideo quod damnavit Eva, salvavit Maria, ut unde mors oriebatur, inde vita resureret. Illa consensit diabolo, et vetitum pomum comedit, secundum illud, *Tulit de fructu, et comedit deditque viro* (Gen. iii, 6); ista credidit angelo, et filium promissu concepit, secundum illud : *Ecce concipies, et paries filium* (Luc. i, 31). Illa comedit pomum ad mortem, juxta quod fuerat illi prædictum : *Quacunque die comederis, morte morieris* (Gen. ii, 17); ista concepit filium ad salutem, sicut fuerat ei prænotatum : *Vocabis nomen ejus Iesum, ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum* (Matth. i, 21); illa peperit in dolore, secundum illud : *Multiplicabo ærumnas tuas, et conceptus tuos, et in dolore paries* (Gen. iii, 16); ista generavit in gaudio, secundum illud : *Annuntio vobis gaudium magnum, quod erit omni populo, quia natus est vobis hodie Salvator, qui est Christus Dominus, in civitate David* (Luc. ii, 10, 11). Illa fuit de solo viro producta, quoniam ædileavit Dominus Deus costam quam tulerat de Adam in mulierem, sed produxit virum et feminam : hæc autem producta fuit de viro et femina, sed solum virum produxit, quia novum fecit Dominus super terram, femina circumdubit virum (Jer. xxxi, 22) gremio uteri sui. Illa dicta est Eva, huic dictum est Ave, quia per hanc mutatum est nomen Evæ : Ave, inquit, gratia plena ; Dominus tecum (Luc. i, 28) : quasi diceret : Illa fuit plena peccato, sed tu plena gratia : illa fuit maledicta in mulieribus, sed benedicta tu in mulieribus : fructus ventris illius fuit maledictus Cain ; sed fructus ventris tui, erit benedictus Jesus : Cain invidiose fratrem occidit Abel, sed Jesus invidiose fuit occisus a fratribus. Aurora, fugatis tenebris, lumen mundo ostendit, tu vero destructis vitiis Salvatorem sæculo protulisti, quia per te populus gentium, qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam, habitantibus in regione umbræ mortis lux orta est eis (Isa. ix, 2), illa videlicet, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum (Joan. i, 9). Tu es igitur aurora

consurgens, finis vicielicit noctis et origo diei, finis damnationis et origo salutis.

¶ *Pulchra ut luna.* Sieut rationaliter asserunt, qui de rerum naturis edisserunt, luna frigida est et humida. Quia frigida, designat virginitatem; quia humida, designat humilitatem; ignis enim, de quo siccitas provenit, quasi levis naturaliter petit sublimia; aqua vero, de qua procedit humiditas, quasi gravis naturaliter petit humilia. Frigiditas ergo et humiditas lunæ, virginitas et humilitas Mariæ, quia frigida fuit contra æstum luxuriæ, humida vero contra fastum superbie. Luna vero tunc est plene pulchra, cum exsistit rotunda, et Maria tunc exsistit plene formosa, cum fuit prole secundata. Felix virginitas, quam ornavit humiliitas, felix humilitas quam honoravit virginitas: sed longe felicior utraque fecunditas, quam simul ornavit et honoravit virginitas et humiliitas. Ne ergo virginitas, maledictionem illam incurreret, de qua dicitur: Maledicta sterilis, quæ non parit (*Exod. xxviii, 26*), comitatur illam fecunditas, et ne fecunditas immunditiam illam contraheret, de qua legitur: *Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine* (*Job xiv, 4*), comitatur illam virginitas. Ne vero virginitas, vel fecunditas sententiam illarum acciperet, de qua legitur: *Omnis qui se exaltat, humiliabitur, utramque comitatur humiliitas.* Haec tria simul Evangelista commendat, et commenmorat in Maria: *Cum esset, inquit, desponsata Mater Iesu Maria Joseph, antequam convenientire, inventa est in utero habens de Spiritu sancto* (*Matth. i, 19*). Magna humilitas, quia Mater Iesu erat desponsata Joseph: sancta fecunditas, quia inventa est in utero habens de Spiritu sancto; pura virginitas, quoniam antequam convenientire, inventa est in utero habens: non quod post unquam carnali commissione, quia virgo fuit ante partum, virgo in partu, virgo post partum. Haec est enim porta in domo Domini clausa, et vir non est ingressus per eam (*Ezech. xliv, 2*), haec est hortus conclusus, et fons signatus (*Cant. iv, 12*): haec est rubus ardens, sed non consumptus (*Exod. iii, 3*). De fecunditate Gabriel angelus prædictit illi: *Ecce concipies, et paries filium.* Illa vero de virginitate respondit: *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco* (*Luc. i, 34*)? Cum autem audivit, quod nec virginitas impedire fecunditatem, nec fecunditas auferret virginitatem, *Spiritus sanctus*, inquit, superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi (*Ibid. 35*), statim de humiliitate subiunxit: *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum* (*Ibid. 59*). Fuit ergo Maria pulchra, ut luna, virgo scilicet humiliis et secunda.

¶ *Electa ut sol.* Duo præcipue commendantur in sole, splendor et calor: quia splendet, significat sapientiam: quia calet, significat charitatem. De sapientia namque legitur, quod ipsa est *candor lucis æternæ, et speculum sine macula Dei majestatis, et imago bonitatis illius* (*Sap. vii, 26*). De

charitate legitur, quod *ignis est in Son, et caminus in Jerusalem* (*Isa. xxxii, 9*). Aquæ multæ non poterunt extingere charitatem (*Cant. viii, 7*).

¶ *Electa est ergo Maria,* quatenus splenderet et caleret ut sol: splenderet per sapientiam, caleret per charitatem, quia *Spiritus sanctus supervenit in eam, et virtus Altissimi obumbravit eam.* *Spiritus sanctus* est charitas, de quo dicitur: *Deus charitas est* (*I Joan. iv, 16*), et virtus Altissimi sapientia de qua legitur, Christus est Dei virtus et Dei sapientia (*I Cor. i, 24*). Audi Mariam interrogantem ex sapientia: *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?* Audi respondentem ex charitate, *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum.* Audi sapientiam in Maria: *Maria, inquit, conservabat omnia verba hac conferens in corde suo.* Audi charitatem in ea: *Magnificat anima mea Dominum, et exultavit spiritus meus in Deo salutari meo.* Supervenit igitur in eam *Spiritus sanctus*, ut ad concipiendum in corpore daret ei charitatis effectum, propter quod legitur, quia *Christus natus est de Spiritu sancto ex Maria Virgine;* et virtus Altissimi obumbravit ei, ut ad concipiendum in corde, daret ei sapientię intellectum, propter quod legitur: *Beata quæ credidisti, quoniam omnia completa sunt tibi a Domino.* Concepit in corpore Verbum, quod caro factum est, et habitavit in ea. Concepit in corde Verbum, quod erat in principio apud Deum, et Deus erat Verbum. Electa igitur est ut sol, quatenus in sole posuit tabernaculum suum, et ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo (*Psal. xviii, 6*).

¶ *Terribilis ut castrorum acies ordinata.* Scriptum est enim, quia sapientia vincit malitiam (*Sap. vii, 30*), inter quas in hac vita mortali grandis, et gravis exercetur conflitus: pro sapientia namque pugnat, et expugnat chorus virtutum; pro malitia vero pugnat et repugnat exercitus vitiorum, quia nou est conventio lucis ad tenebras, neque Christi ad Belial (*II Cor. vi, 14, 15*). Castra vitiorum quasi ducem sequuntur superbiam, de qua dicit Scriptura: *Latiuum omnis peccati est superbiam* (*Eccli. x, 15*). Castra vero virtutum quasi ducem sequuntur humiliatem, de qua dicit Maria: *Respergit humiliatem ancillæ suæ: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.*

¶ *Acies ergo castrorum, id est plenitudo virtutum ita fuit in Virgine ordinata, ut de se vere dicere possit: Introduxit me Rex in cellam rinariam, ordinavit in me charitatem* (*Cant. ii, 4*). Ipsa est ergo aurora consurgens, pulchra ut luna, electa ut sol, terribilis ut castrorum acies ordinata. Luna lucet in nocte, aurora in diluculo, sol in die. Nox autem sit culpa, diluculum poenitentia, dies gratia. Qui ergo jacet in nocte culpæ respiciat lunam, deprecetur Mariam, ut ipsa per Filium cor ejus ad compunctionem illustret. Quis enim de nocte invocavit eam, et non est exauditus ab ea? Ipsa est

Mater pulchra dilectionis, et sanctæ spei. Qui vero ad diluculum poenitentiae surgit, respiciat auroram, deprecetur Mariam, ut ipsa per Filium, cor ejus ad satisfactionem illuminet. Quis enim devote invocavit eam, et non est exauditus ab ea? Ipsa est mater pulchra dilectionis et sanctæ spei. Quia vero *militia est vita hominis super terram* (*Job vii, 1*) (*nam mundus positus est in maligno* (*Joan, v, 19*), *caro concupiscit adversus spiritum* (*Galat. v, 17*), *œculus depredatur animam* (*Thren. iii, 51*), *mors ingreditur per fenestras* (*Jer. ix, 21*), *nec est nobis colluctatio tantum adversus carnem et sanguinem, sed adversus spiritualia nequitiae in cœlestibus, adversus rectores tenebrarum harum* (*Ephes. vi, 12*): *adversarius enim noster diabolus, tanquam leo rugiens, circuit querens quem devoret* (*I Petr. v, 8*). Quicunque sentit impugnationem ab hostibus, vel a mundo, vel a carne, vel a dæmonie, respiciat cœlerum aciem ordinatam, deprecetur Mariam, ut ipsa per Filium mittat auxilium de sancto et de Sion tueatur, ipso præstante, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula sæculorum. Amen. Hæc Innocentius.

In solemnitate Assumptionis gloriosissimæ semper Virginis Mariæ versans illa verba Evangelii *Lucæ cap. x*: *Intravit Jesus in quoddam castellum, ac per castellum Deiparam intelligens, hæc inter alia notata digna, ac a memoria nunquam excienda, fidelium auribus intonabat: « Ad munimentum castelli, duo sunt necessaria, murus exterior, et turris interior. Sane in hoc spirituali castello, quod est Dei Genitrix Virgo Maria, murus exterior est virginitas corporis, turris interior est humilitas cordis. Habet castellum istud murum virginitatis, contra insultum luxuriæ, habet turrim humilitatis, contra incursum superbiæ. Isti namque sunt hostes, qui miserum hominem frequenter et violenter infestant, videlicet luxuria carnis exterius, et superbia mentis interius. Si quando te luxuria carnis impugnat, ad hoc castellum procede, muro virginitatis adhære, deprecare Mariam. Quis unquam invocavit eam, et non est exauditus ab ea? Si quando te superbia mentis infestat, ad hoc castellum accede, turrim humilitatis ascende, deprecare Mariam. Quis unquam invocavit eam, et non est exauditus ab ea? Hæc est Mater pulchra dilectionis et sanctæ spei, quæ pro misericordia orat, pro afflictis supplicat, pro peccatoribus intercedit. Sic ille.*

Ejus est istud de beatissima Virgine encodium: « Virgo Dei Genitrix virga est, flos Filii ejus; mira floris summitas, et inattinabilis virgæ proceritas. Hæc est virga recta, virga erecta, procera, fragilis, gracilis, flexibilis, frondosa, florifera, fructifera; recta per justitiam, erecta per devotionem, procera per longanimitatem, fragilis per abjectionem sui, gracilis per humilitatem, flexibilis per mansuetudinem, frondosa per sanctissimam conversationem, florifera per virginalem conceptionem, per partum vitæ æternæ fructifera. Recta per fidem,

erecta per spem, procera per charitatem, fragilis per pudorem, gracilis per despectionem mundi, flexibilis per compassionem proximi, frondosa per honorum operum executionem, florifera per gloriam virginitatis, fructifera per prærogativam fecunditatis. »

Ejusdem est ista salutatio: « Ave gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus. Ave quia per te mutabitur nomen Evæ. Illa fuit plena peccato, sed tu plena gratia. Illa recessit a Deo, sed Dominus tecum. Illa fuit maledicta in mulieribus, sed tu benedicta in mulieribus: per illam mors intravit in orbem, sed per te vita redit ad orbem, » etc.

Ordinem militum de Avis, ab Alphonso Lusitanæ rege contra Mauros institutum, sub Deiparæ Virginis patrocinio militantem, sua auctoritate confirmavit Innocentius. Nec Albigensium hæreticorum, capitalium Deiparæ hostium pervicaciam ferre valens, quod neque miraculis a D. Dominico patratis, neque doctrinæ veritate, aut vite sanctitate moverentur, bellum sacrum in eos indixit, et cruce signatos multis præniis animavit. Porro quam impii essent, et quam horrendas evomerent in Deiparam blasphemias Albigenses, pudori casti lectoris consulens, prudens omitto: eas tamen suggerit Bzovius, tom. XIII.

De hoc Innocentio, a malevolis in ordinem Dominicanorum commoto, revelavit Deipara Ferdinandus Diaz, Dominicano, Pontificis fervorem desedit, et quæ contra libertatem, atque instituta religiosorum, ad impiorum suggestiones sanxerat, abrogasse; quam porro revelationem ejusdem Ferdinandi orationes, vigiliæ et lacrymæ, ut Deipara iratum Pontificem mitigaret, præcesserant.

Neque omitterendum, quomodo Deipara per quendam virum sanctum, qui ei a sacris confessionibus erat, eum a molestiis religiosis Cisterciensibus sibi devotis averterit; litteris suis mandaverat Ordini isti, ut quadragesimam partem omnium mobilium in succursum belli Terræ sanctæ transmitteret, ordo vero privilegiis sibi ab ejus antecessoribus datis innitens, non acquiviebat exactiō. Unde Innocentius in tantum commotus est, ut saecularibus principibus indulgere proponeret, ut ipsi possessiones ordinis usurparent. Abbes vero, qui in proximo generali conventu confluxerant, spem suam in Deipara ordinis patrona ponentes, speciales orationes indixere. Interim supradicto ejus confessario Deipara apprens in hac verba Innocentio mandavit: Tu ordinem Cisterciensem, cuius ego advocata sum, destruere conaris, at non prævalebis, et nisi cito resipiscas, ego te, et omnem potentiam tuam conteram. Territus Pontifex ulterius non perrexit, immo ordinis privilegia roboravit, hocque adjecit, ut negotia hujus ordinis primo omnium in curia expedirentur. Cumque hanc gratiam, et sua bulla, et cardinalium subscriptionibus firmaret, eique unus duntaxat cardinalis

contradicaret, ita in eum exarsit, ut statim eum amovere minaretur.

Humanis exemptus est anno a Virginis partu 1216, 16 Julii, de quo apud Surium in Vita S. Lutgardis hæc habentur timoris simul et consolacionis plena : Dominus Innocentius III Papa post celebratum Lateranense concilium, ex hac vita migravit, moxque apparet visibiliter S. Lutgardi. Illa ut vidit illum ingenti flamma cinctum, quisnam sit, perennetatur : respondit autem, « se esse Innocentium Papam. » Et illa cum gemitu : « Quid est hoc, inquit, communem nostrum Patrem tam dire cruciari ? » Respondit ille : « Tres ob causas ita crucior quæ etiam me æternis suppliciis justissime addixissent, nisi per intercessionem piissimæ Matris, cui monasterium condidi in extremis me pœnituisse. Quod autem ad te suffragia petiturus venire permisus sum, id mihi a Filio suo misericordiae Mater impetravit. »

CAPUT LII.

De Honorio III, Pontifice Maximo.

Honorius Papa III adolescens in ecclesia patriarchali Sanctæ Mariæ Majoris de Urbe educatus, ejusdem etiam canonicus primum fuit; Pontifex post Innocentium III creatus, pontificio decreto edixit, ut quotiescumque Virgineum Officium in templis caneretur, toties ejus, campanæ pulsu daretur indicium, teste Conrado a Lichtenau, abate Uspergensi, sicut notat Genebrardus.

Idem non absque miraculo præcedente, ordinem Carmelitarum sub regula B. Alberti patriarchæ Hierosolymitani hactenus viventem auctoritate apostolica anno Domini 1217 approbavit. Diutius distulerat postulationes ejus instituti Fratrum exaudire, quapropter sacratissima Dei Mater Maria tenebris noctis interruptis, aethereo cum lumine adveniens, summum Pontificem admonuit, dixitque : « Non est adversandum in his, dum jubeo, nez dissimulandum, dum promoveo ; » insinuavitque eidem Pontifici, duos ex Palatinis suis dictæ religiosis æmulos, Deo ultore, esse plexos, dispari exitu, sed discessu pari. Audivit haec omnia Honori, et dato diplomate, eam vivendi rationem, ex præscripto formulæ Alberti institutam approbavit.

Idem anno 1217, die 5 Aprilis, consecravit ecclesiam S. Mariæ in Campitello de Urbe, suisque sanctis manibus in ejusdem ecclesiæ altari recon-didit de lacte et capillis et vestimentis gloriosæ Virginis Mariæ partemque Coronæ de *Pater noster*, seu calculos, aut globulos precarios nonnullos, quibus augustissima cœlorum terrarumque Imperatrix, in Corona, seu Rosario persolvendo, Deo orationes suas Dominicæ annumerare consueverat. De quorum calculorum, seu precariorum globulorum veritate, quoniam apud aliquos non levis orta est dubitatio, pro ipsis dissertationem composui, quam in *tui gratiam*, candide lector, appono.

DISSERTATIO

Pro Marianæ Coronæ calculis Romæ in ecclesia Sanctæ Mariæ in Campitello ab Honorio III collatis.

Inter reliquias quæ in vetustissima, nunc a vetustate vindicata, ecclesia S. Mariæ in Campitello de Urbe, in marmoreo prisci operis tabernaculo, nobilissimæ familiae Capizucchæ insignibus insignito, ab an. inventæ per Christum in orbem salutis 1217 usque ad hunc an. 1641, summa cum religione asser-vantur et quotannis in Natali festo sanctissimæ Dei Genitricis, publico Christiani populi frequentissime concurrentis cultu ac venerationi exponuntur, quasi reliquiarum omnium Corona, exstat Corona quædam de *Pater noster*, beatissimæ Virginis Mariæ : seu calculi, aut globuli precarii nonnulli, quibus augustissima cœlorum terrarumque Imperatrix, in Corona, seu Rosario persolvendo, Deo Orationes suas Dominicæ annumerare consuevrat : sic enim legitur in antiquissimo earumdem reliquiarum syllabo, in eadem ecclesia asser-vato, et a Pio V Pont. Max. per visitatores suos apostolicos recognito atque approbato.

*In nomine Domini, Amen. Anno 1217, pontificatus D. Honorii III Papæ anno ejus 2 indictione 6 Mensis Aprilis die 5 consecrata est ecclesia hæc ab eodem summo Pontifice, et universali Papa, per cuius sanctas manus reconditæ sunt in hoc altari beate Mariæ Virginis multæ reliquiae sanctorum et sanctarum : videlicet de ligno sanctæ crucis, de lacte et capillis et vestimentis gloriose Virginis Mariæ, item pars Coronæ de *Pater noster* Virginis Mariæ, » etc.*

De hujus autem Coronæ veritate, quoniam dubium nonnullorum mentibus insedit, rem prædictæ ecclesiæ necessariam, Christianæ pietati utilem, ac beatissimæ Virgini gratam acceptamque me facturum existimavi, si illam ab omni falsitatis suspicione vindicarem. Quod ut facilius assequar, duo in primis, ex quibus omnis præfata Coronæ veritas constabit, breviter ostendere conabor. Primum est beatissimam Virginem in hac mortali vita degentem Orationem Dominicam sæpe recitasse : alterum, calculos seu precarios globulos in ejus recitatione adhibuisse. His vero ostensis, ad clariorem dictæ veritatis confirmationem, traditionem addam omni memoria superiorem, summorum Pontificum auctoritate stabilitam.

Et quidem quod Orationem Dominicam *Pater noster*, ntpote a Filio traditam sæpe recitarit cœlorum Regina nullus ex catholicis, quod sciām, hucusque negare ausus est. Cur etenim primam ad ubique orandum in spiritu et veritate instructiōnem divinam, frequenter non usurparet Deipara ? Cur eam non crebro repeteret orationem, quæ ut in *Rationali divinorum officiorum* Gulielmus loquitur Durandus, auctoritate Doctoris, brevitate sermonis, sufficientia petitionum, secunditate mysteriorum

exteras omnes orationes antecellit? Quod si semel atque iterum quod pulchrum, ut inquit Manutius in *Adagiis*, quid bac oratione pulchrius? illam igitur cerebro repetiit divarum Diva; coque cerebris, quo pulchrior est: præcipue cum cerebræ repetitioni, præter pulchritudinem, brevitas ipsa inserviret. Nam, ut Theophylactus in cap. vi Matthæi de hac oratione commentatur, « Non sunt longæ orationes faciendæ, sed breves quidem et cerebræ; oportet enim pauca loquentes perseverare in precibus; non enim, ut doceamus, petimus, sed ut nos a temporibus et sæcularibus curis abstrahamus. » Sic ille. Quis autem frequenter divine istius orationis repetitionem in Deipara, vel in alio quovis justæ culpationi patere posse affirmet? An perse, et ex genere suo culpanda est hujus orationis repetitio, an vero per accidens ratione numeri, quod ea certo numero fiat, ut sacrilegi hujus tempestatis hæretici contra nos petulanter insultant? Nentro sane modo: nam de sola repetitione precis ita jam olim fluvius ille lactis Lactantius Firmianus lib. iv *Divinarum Institutionum* cap. 28: « Quid causæ est, cur precari pro filiorum salute semel, religiosi; et idem decies facere sit superstitiosi? Si enim semel facere optimum est, quanto magis sæpius? Si hora prima, ergo et tota die. » Hec Lactantius. Non igitur nuda ejusdem Orationis Dominicæ, quæ non tantum bona, sed optima est, repetitio culpari potest: multo vero minus ea potest, quæ est mysteriosa repetitio, qualis evadit per mysteriosi numeri accessionem. Quis enim B. Virginem in aliquam vocare culpam audeat, si ipsa in orando ter, verbi gratia, vel decies, vel centies et quinquagies Orationem Dominicam fudisset? nonne tres sunt Personæ divinæ; decem legis præcepta; centum et quinquaginta psalmi Davidici, ad quos illam poterat referre? Non vacant mysterio numeri Biblici, atque Catholici, ideoque non sacrilege superstitioni, ut ab hæreticis sit, sed sinceræ religioni eorum est a nobis usus ascribendus. Possem quidem ad id non paucos locupletissimos auctores in medium afferre, qui hoc ipsum sensere; sed mihi nunc instar omnium sit auctoritas sancti et magni Patris Augustini, qui in lib. II *Civitatis Dei* hæc scripsit: « Numeri ratio contempnenda nequaquam est: quæ in multis sacrarum Scripturarum locis, quam magni sit æstimanda eluet diligenter intuentibus. Nec frustra in laudibus Dei dictum est: Omnia in mensura, et numero, et pondere dispositi. »

Sed dicit aliquis, Quid beatam Virginem sæpe Orationem Dominicam, eamque ad certum numerum fudisse jactas: cum nec semel in omni vita sua hujusmodi oratione usam possit evidenti ratione convinci? Quomodo enim purissima creaturarum, vere et ex animo dicere poterat, et orare: *Dimitte nobis debita nostra*, cum certissime sciret, se nullum debitum, id est peccatum, habere, sibi dimittendum? Nonne veritas est de fide, in concilio Claromontano sub Urbano II definita, ut refert

Vega lib. xiv in *Tridentinum* cap. 18, beatam Virginem nullum unquam habuisse actuale peccatum? Verum facili negotio solvitur hic nolus. Asserunt enim nonnulli, beatam Virginem, licet nunquam peccaverit, non tamen semper et in omni actu suo, hoc certo cognovisse, sed dubitasse interdum; ideoque, *Dimitte nobis debita nostra*, dicere potuisse. Sed hoc, cum Suarez, falsum, et contra excellentem beatissimæ Virginis perfectionem existimo: suis enim omnibus actibus perfectissime dominabatur Deipara, perfectissimeque cognoscebat, considerabatque, in omni opere suo, quid secundum rectam rationem fieri posset, et oporteret, atque idcirco quale unumquodque opus summum exsistet, perspicue clareque videbat: neque aliiquid operata unquam est quod Deo gratum acceptumque fore, non prius certo existimaret; alioquin si vel inconsiderate, vel cum aliqua practica dubitatione operata fuisset, ab omni culpa vel imperfectione formatis excusari non posset.

Respondendum igitur est, sanctissimam Dei Genitricem, quando Orationem Dominicam recitabat, illa verba, *Dimitte nobis debita nostra*, cum in se non caderent, pro universalis Ecclesia protulisse. Unde vir doctissimus, et cum aliis, tum vero theologicis litteris ornatissimus Franciscus S. R. E. cardinalis Toletus, in suis in sacrosanctum Lucæ Evangelium *Commentariis* cap. xi, cum tanquam certum fidei dogma statuisset B. Virginem Matrem nullum unquam habuisse peccatum, subtexxit: « Nec propter hoc existimes B. Virginem non fuisse in hoc sæculo usam Oratione Dominicæ; usa enim est, non quidem in hac parte, *Dimitte nobis debita nostra*, pro se, sed pro corpore fidelium: petitio-nes enim haec sunt communes, uti verba declarant: in quibus generaliter pro omnibus fidelibus petimus, et pro se, si quis etiam indiget, cum sit de corpore. » Sie Toletus.

Addit P. Joannes Baptista Novatus Mediolanensis, clari nominis hac nostra tempestate theologus, in suo Opere *De eminentia Deiparae Virginis Mariæ*, tom. I, cap. 3, quæst. 15: « Quod sicut eminens charitas Christum ad peccata nostra super humeros suos transferenda induxit, juxta illud Psalmi xii: *Supra dorsum meum fabricaverunt peccatores*, et Apostoli ad Galatas iii: *Factus est pro nobis maledictum*, et II ad Corinth. 5: *Qui non noverat peccatum, pro nobis peccatum fecit*; et sic coram æterno Patre ad satisfaciendum pro nobis est debitor constitutus: ita simili quadam ratione beatissima Dei Mater, ex vehementissima charitate erga universam Ecclesiam et fideles qui omnes, ipsa sola excepta, erant peccatores, super se ipsam quodammodo delicta et debita peccatorum suscepientes, pro illis velut debitrix constituta, veniam a Patre æterno deprecabatur, dicendo: *Dimitte nobis debita nostra*. Certum igitur, immotumque sit, B. Virginem in hoc sæculo degentem, sæpe orationem Dominicam recitasse. » An vero calcul-

Ios seu precarios globulos in ejus recitatione adhibuerit, modo est inquirendum:

Et quidem prima fronte non videtur. Nam Polydorus Virgilius Urbinas *De inventoribus rerum*, lib. v, cap. 9, modum orandi per calculos novicium putat, et circa annum salutis humanæ 1090, sub Urbano II, Pontifice Maximo, a Petro eremita Ambianensi inventum: hæc enim sunt ejus ipsissima verba: « Ut rationem cum Deo habere possemus, quoties Dominicam precem cum angelica Salutatione recitaremus, est modus orandi postremo inventus per calculos, ut ita dicam, ligneos quo vulgus modo preculas, modo patenṭes appellat. » Ejus rei auctor fertur Petrus eremita, homo Gallus, civis Ambianensis, qui abhinc annis 430, hoc est, circiter annum salutis humanæ 1090, sanctitate floruit, egitque cum Urbano Romano Pontifice, ut bellum Asiaticum a nostris susceptum fuerit, quo Hierosolyma recepta sunt. » Sie ille. Cui nonnulli favent hæreticorum, qui calculorum, seu globulorum precariorum usum, vel recentem inventionem, vel superstitionem esse Catholicis criminantur. At toto cœlo, cum suis errare convincitur Polydorus; si enim Palladium Helenopolitanum episcopum, qui floruit circa annum Domini 390, atque Aurelium Cassiodorum, qui sæculum a Christi Nativitate quintum suis virtutibus illustravit, attente legisset, nunquam modum orandi per calculos, novitiam vel recentem inventionem esse tam leviter pronuntiasset. Quid enim Palladius? Hic, in sua *Historia Lausiaca* cap. 23, loquens de Paulo quingentorum monachorum abbe in Monte Pherme habitante, hæc inter alia litteris consignavit: « Habebat Paulus 300 preces expressas, et præstititas, totidem habens in sūn calculos, et in unaquaque oratione jaciens unum calculum. » Sic ille. Quid vero Cassiodorus? De eodem et ipse loquens lib. viii, cap. 1, suæ *Historiæ Tripartitæ* sic scribit: « Orabat Paulus solummodo, et velut quoddam tributum habens impositum, trecentas orationes Deo unoquoque die reddebat, et ne numero forte delinqueret, trecentos lapides ponebat, et singulis orationibus lapides mittebat in sinum, expensis vero lapidibus orationes sciebat esse completas. » Hinc (inquit Heribertus Rosweidus in notis suis ad lib. viii, *De Vitis Patrum Orientis*, numero 58) probatur vetus usus calendarum Rosarii, ut frustranei siut hæretici, qui vel recentem inventionem, vel superstitionem calumniantur.

Neque vero ab hoc Paulo, qui anno a virginale partu 570 superstes erat, ritum orandi per calculos incepisse existimandum est, cum certo certius constet, hujusmodi ritum ad apostolica usque tempora esse referendum. Tunc enim in Ecclesia Dei calculorum seu precariorum globulorum usus incepit, quando in ea incepit Corona, seu Rosarium (cum quia Corona, seu Rosarium, sine calculis, seu precariis globulis persolvi non potest; cum quia idem est Corona, seu Rosarium, ac pro-

cess Coronariæ, seu calculi, aut globuli precarii, ut videre est apud Jo. Andream Coppensteinum lib. i *De Institutione Rosarii*, cap. 2); sed Corona, seu Rosarium incepit apostolica ætate, quando adhuc Deipara in vivis erat, igitur et calculorum seu precariorum globulorum usus.

Duplex autem Corona, seu Rosarium inde usque ab ipsis Evangelii primordiis incepit, Rosarium scilicet Christi et Rosarium B. Virginis: illud ex 150 Orationibus Dominicis, istud vero ex 150 Salutationibus angelicis constans. Mirum fortasse, novumque hoc alicui videri poterit, sed nihil dico, quod evidentissimo doctissimorum, ac omni exceptione majorum virorum testimonio, non afferam confirmatum. Ut enim de Christi Rosario a Deipara frequentissime orato primum loquar beatus Alanus de Rupe, sacri Ordinis Prædicatorum, vir (teste Trithemio Spanheimensi abbate Benedictino) in divinis Scripturis eruditus, in declamandis sermonibus ad populum excellentissimæ opinionis, vita et conversatione Deo devotus, et beatæ Mariæ semper virginis amator præcipuus, a qua etiam singulari dono supernæ consolationis aliquoties meruit recreari, et jam in æterna felicitate resoverti: is, inquam, Deiparae magistræ suæ pene familiaris, qui plurima, ut ipsius ex ore acceperat, ita consignavit scripto, in *Apologia sua ad Ferricum de Cluniaco episcopum Tornacensem*, cap. 8, inquit: « In primitiva Ecclesia, communitas fidelium, cùpiens imitari exemplum orandi in Synagoga, in qua erant 150 psalmi, accepit numerum euudem, per *Pater noster*, hocque appellabatur Psalterium, seu Rosarium Christi. » Ejus etiam ista sunt verba: « Dominicam Orationem Christus docuit discipulos ac in eis, Ecclesiæ toti præscripsit. Inde porro S. Bartholomæus apostolus, quaque eam et die centies, et centies nocte frequentasse præditur, cum totidem ad geniculationibus, quo in numero quatuor insunt quinquagena quaram tres sic oratae Psalterium Jesu Christi constituant, ex centum et quinquaginta Dominicis Orationibus constans: quartam vero quinquagena adjunxit apostolus ob devotionis causam, ipsi Deoque notam. » Haec Alanus. Certe, ut Jo. Andreas Coppenstein Mandalensis ordinis Prædicatorum theologus in suo Opere *De Institutione Fraternitatis Rosarii* lib. i, cap. 24, ratiocinatur: « In clero inde a primæva Ecclesia, Horarum viguisse canonicarum usum, seu Psalmorum Davidis, Deo psallendorum, dubitari non debet. Ut igitur populus imitator est cleri factus in moribus, inque doctrina, ita quoque, et vel maxime in Dei cultu, et in ipsum orandi religione: ut quot clerus Deo psalmos Davidicos, tot eidem populus offerret Orationes Dominicæ. » Unde in primitiva Ecclesia, quod clero erat Davidis Psalterium, hoc vulgo erat Christi Rosarium.

Nec solam Christi, ex 150 Orationibus Dominicis, sed beatissimæ quoque Genitricis ejus, ex 150 angelicis Salutationibus constans Rosarium,

in isdem Ecclesiae Christianae incunabulis pullulavit. Sic enim plurimi, fama et doctrina celebres scriptores, inter quos est praefatus Alanus, Hieronymus Taxus, Albertus Castellanus, Balthasar Arias, Joannes Andreas Coppensteinius, aliqui quo sciens libensque prætereo, in suis quæ editi derunt operibus aperte testantur. Unum hic loquenter faciam Judocum Beysselium, regiæ urbis Aquensis patritum, et unicum decus, virum tam in Scripturis sanctis, quam in sacerdotalibus litteris eruditissimum, philosophum, oratorem et poetam insignem, et juris utriusque professorem et interpretem celeberrimum, in libro, quem ad imperatorem Augustum Maximilianum Seniorem, de Corona Rosacea conscripsit, ita erudite disserentem : « Coronariorum salutandæ Mariæ ritus novitiis inventis nequam ascribitur : siquidem cum ipsa pene Ecclesia pullulavit ; nam cum inter ipsa nascentis Ecclesiae primordia, perfectiores quique fideles, tribus illis Davidicorum psalmorum quinquagenis divinas laudes assidue celebrarent, ad rudiore quoque, qui modo arctius divinis vacabant, pii moris æmulatio est derivata, ut tamen non psalmos ipsos canerent, quippe quos nec legere satis, nec intelligere possent ; sed ad mysticum illum numerum angelici concentus carmine uterentur, rati, id quod erat, cuncta illorum psalmorum sacramenta cœlesti hoc elogio delitescere. Siquidem eum, quem Psalmi ventrum concinunt, hunc jam adesse hæc formula nuntiavit ; sieque trinas Salutationum quinquagenas (quod justi Psalterii vicem vi et numero compensarent) Mariæ Psalterium appellare coepertunt, Oratione utique Dominica in singulas decades ubique præposita, prout a Psalmidicis observari ante adverterant. » Hæc sapientissimus Aquensis.

Nec omittam multis et eximiis virtutum, gratiarum et miraculorum donis a Domino illustratum virum, quem Paulus V Pontifex Maximus ob ejus excellentia merita in beatorum numerum retulit, beatum Paschalem Baylon ex Discalceatis ordinis Minorum Regularis Observantiæ, provincie S. Joannis Baptiste regni Valentini, in divino Opere, quod mirifice conscriptum reliquit, nullis aliis quam ab alto eruditus doctrinis (fuerat namque pastor ovium, et de gregibus, a Deo in statum humilium laicorum ad religionem sublatus) inter alia de Rosario beatissimæ Virginis sanctem :

« Invenitur quod Virgo sanctissima Maria Domina nostra, antequam ex hoc mundo discederet, per revelationem a Spiritu sancto habitam, sanctum ordinavit Rosarium ; et quod cum omni cœlesti curia pro eis orat in cœlo, qui illud cum devotione persolvunt in terra. » Sic ille, ut inter alios refert Barezzius Cremonensis, tom. IV *Chronicæ Franciscanæ* lib. ix, cap. 53, et P. Ximenez cap. 34 *Chronicæ Vitæ ipsius Beati* de anno 1601. Quis autem horum virorum oraculis testimoniisque inficias ibit ?

An incredibile alicui apparet, viva adhuc Dei Genitricë, Salutationem angelicam in ejus Rosario recitando a Christi fidelibus usurpatam ? At incredibile apparere non debet, quod testimonio Deiparæ revelantis, et ratione quoque theologica, vir scientia, sanctitate et divinis revelationibus clarus, quem ante memoravimus, docet B. Alanus. Quod accepit, tradidit ; acceptum autem sic prodidit in *Apologia superius allegata* cap. 15 : « Revelavit aliquoties gloria veritatis amica Virgo Maria, quod angelica Salutatio in maxima semper fuerit reverentia, idque vel in incunabulis Ecclesiae Christianæ : hoc ita docebat. Apostoli Dominicæ Annuntiationis virtutem, accepto Spiritu sancto, multo præclarius quibuscumque posteris pernoverunt ; simul et agnoverunt, se per ipsam primitias Spiritus accepisse : quippe fonti veritatis propinquiores ac luminis. Addo, cognoverunt etiam, quod divorum diva Deipara, in Testamento Novo causa rerum sacrarum fuerit secunda, Filius prima. Ex quibus clarissime perspicerunt nihil sese donorum gratiae habere, nisi Virgine Maria mediante. Addebatque Maria : « Apostoli utebantur hac oratione, » scilicet utraque, Dominicæ et angelica Salutatione, hac inquam, vel ipsa adhuc viante, verum sic ut eam referrent ad Mariam sub esse gratiae et futurae gloriae ac divinæ providentiae prout ab æterno B. Maria in Deo ideam sui habuit existentem, quæ ratio est mundi reparati. » Sic ille. At vero quis illam Mariæ et gratiam tunc præsentem, qua plena erat, et gloriam futuram, enjus certa erat, et ideam præcedentem, honore dignissima fuisse neget ? præsertim cum, ut Alanus ipse subdit, hæc idea, secundum D. Thomam, quæ est Maria Deifica, non sit aliud a divina essentia re, sed tantum ratione. Nec solum apostoli, viva adhuc Matre vitæ Salutationem angelicam usurparunt : sed ipsa Deipara sciens virtutem Annuntiationis Dominicæ, devotius illam dixit, et eadem secundum esse naturale humanum, Mariam secundum esse divinum et gratiae et gloriae oravit. Nec mirum : dignum etenim justumque erat, ut positam in sese a Deo gratiam honoraret. « Plane ingratius simus, subdit Coppensteinius, nisi et nos Virginis exemplo gratiam Dei in nobis honorificemus : nam etiam isto modo, Deus in nobis desiderat gloriari. Istiun ad modum, sed longe altiore, Christus ut homo, cum orabat Deum, suam quoque secundam in Deitate personam ipse orabat. Mater Christi mortalis immortalem in sese gratiam minime adorabat, sed verbis angelicis nuntiatam, ac declaratam recolebat, et rite gratias Deo persolvebat. »

Sed nec calenlorum, seu precariorum globulorum usus in Christi ac Christiparae Rosario recitando, primitivis Ecclesiae temporibus ita incepit, ut statim instar torrentis exaruerit, sed ita, ut inde incipiens, quasi fons perennis, usque ad hæc nostra tempora pereunnarit. Mentior, si de eodem Christi, ac Mariæ Rosario per calculos, seu pre-

carios globulos persoluta, in omnibus fere sæculis mili clarissima non suppetunt exempla. Nonne sæculo a Christi Nativitate & Christianæ eloquentiae flumen Ambrosius, Mediolanensis antistes (obiit hic anno tertio post excessum Theodosii, qui erat 397 ab Adventu Salvatoris, ex Cardinali Baronio) Rosarium Christi, ac beatissimam Virginis per calculos, seu precarios globulos devotissime oravit? Seimus (verba sunt beatissimi Alanii) ut ter benedicta Mater Dei revelavit, S. Ambrosium Psalterii seu Rosarii Christi, ac beatissimam Virginis sanctissimam scivisse dignitatem, idque in substantia, et quantitate et qualitate. Nonne sæculo ab eadem Nativitate quinto Catholicæ Ecclesiae jubar Hieronymus, qui junctus est superis anno 420, et totius mundi sanctitate, ingenio et sapientia prodigium, Augustinus qui anno 453 mortalem cum immortali vita commutavit, item ac Ambrosius pari animi pietate præstiterunt? « Scimus, inquit idem, ut B. Virgo Maria revelavit, S. Hieronymo orandi ritum, ad calculos, numero 150, singulare extitisse refugium, tum adversus haereticos, tum ut in omni scientiarum genere tantum præstaret stylo, quantum orbis admiratur. » Sanctus quoque Augustinus Ecclesiæ doctor incomparabilis Psalterium, seu Rosarium Christi et Mariæ usurpavit. Et quis enim dicere audeat, vel cogitare tantum virum, Psalterium tantum ignorasse, quod nos scimus, quod Ecclesia prædicat et frequentat? Nonne sæculo vi, id ipsum facilitavit gloriosus monachorum Pater Benedictus, teste ipsius Benedicti filio, Joanne de Prato? Idem loquatur Alanus: « S. Benedictus sacri ordinis amplissimi patriarcha dignissimus, ea cura et religione, sanctum in Psalterio Salutatorio, in Rosario scilicet Christi et B. Virginis, cultum Dei familiarem sibi, perpetuumque voluit, et observavit sic, ut eo, tam divinæ monastice institutionis fundator et auctor fieri mereretur. Nonne sæculo vii, id ipsum prosecutus est aureus augustissimusque Ecclesiæ doctor S. Gregorius Papa, hujus nominis primus, ut ter benedicta Dei Mater revelavit? Quis enim hunc de illa ejusdem Rosarii negligentia, vel omissione suspectum habere, vel cogitatione potest, cum ejusdem Rosarii sanctissimam sciret dignitatem, idque in substantia et quantitate et qualitate? Nonne sæculo viii, Venerabilis Beda, tota Anglia, Britannia et Francia, longe lateque Psalterii Marianii intermissam frequentationem prædicationibus suis instauravit? atque ex eo gentes illæ, in primis Anglicana, co Psalterium hoc amore et honore complexa est, ut passim in ecclesiis videre esset suspensa fixaque Rosaria compluria publicum ad usum, omnibusque communem, quibus templum ingressis ad ea suas fundere preces, Deoque libare placuisset. Nonne sæculo ix, Leo IV, Pontifex Maximus, cum adversus Saracenos, seu Mauritanos Röمام cogitantes, militares copias

conscriptisset, et Ostiam usque in eorum occursum duxisset, priusquam configerent, jussit, uti omnes beatissimam Virginem in auxilium advocarent, singulique Rosarium manu tenerent, sieque ex eo conflictu maximam victoram reportavit? Nonne sæculo xi, ut de Petro eremita Ambianensi, et Ottone Bambergensi episcopo sileam, specialis Mariæ sponsus Bernardus, mirifico zelo Rosarium Christi et Mariæ propagavit, et exemplo illustravit: indeq[ue] vir tantus, tantam apud Denin sibi gratiam adinvenit, ut vel in terra multis altior divis merito Rosarii esse mereretur? Nonne sæculo xii, beatissimus Pater Dominicus, incliti Prædicatorum ordinis patriarcha dignissimus, suum ipse in Jesu Mairem pietatis affectu, simul ac studium vixdum natu major decenni, et exinde continuo, sua in Rosario Mariæ, non in manibus versando solum delectatione, sed ad ipsum quoque sedula orandi devotione, luculente demonstravit? Quod præterea Rosarium, Deipara jubente atque adjuvante, cum tot signis et portentis mirabilius ubique prædicavit, ut ob id, ejus si non institutor, certe singularis restitutor et propagator recte ab omnibus habeatur? Quid de signiferillo stigmatum Christi cherubico, patriarcha Minorum fratrum humillimo, ejusdem Dominicæ coævo atque amicissimo, Francisco Assisiate dieau? Nonne hic Rosarium B. Virginis oravit, et inaudita, tum in se ipso, tum in ordine suo per idem designavit: ordinique pignus hoc devotionis præcipue reliquit usurpatum?

Succedentium sæculorum exempla, ne longior sim, tacitus prætereo, meamque assertionem sic premo: In primitiva Ecclesia, ut ex supradictis perspicuum est, Rosarium Christi, ex centum et quinquaginta Orationibus Dominicis constans, per calculos a Christifidelibus frequentabatur: igitur et a vera Christifidelium Matre Virgine Deipara. Quis enim adeo frontis effrontis est, ut affirmare audeat, orandi ritum a Christifidelibus usurpatum, ab illa quæ in omni virtutis actu eoruendi absolutissima forma fuit, prætermisum atque neglectum? Si vero Christi Rosarium prætermisum, aut neglectum a Christipara non fuit, sed ab ea usurpatum, frequentatum, immo in deliciis habitum est: cur de ejusdem Rosarii calculis, seu precariis globulis, assumpto ejus ac cœlis donato corpore, ad nostram usque ætatem aliquid pervenire non potuit? Quot quæso beatissimæ Virginis reliquiæ, sacraque pignora nunc extant, quæ in præcipuis Christiani orbis Ecclesiis summa cum religione asservata, pia fidelis populi veneratione coluntur? Lacteum illum uberrimum nive candidorem liquorem, multoties Christo propinatum, Assisium in B. Damiani Ordinis D. Claræ cœnobio; Mons Gerardi in Flandris, Duacum in templo B. Amati; Tungri Eburonum, Toletum et Ovetum in Hispaniis; Parisii tum in cathedrali templo, tum in sacro regis sacello,

aliaque orbis loca possident. Capillorum ejus purissimorum partem Roma iu D. Crucis, magna religione conservat, teste M. Attilio Serrano in libro, quem *De septem Urbis ecclesiis conscripsit*. Eorumdem aliquid habet Ovetum: participant, et Altimontum in Calabria, Aquisgranum in Germania, Mons Gerardi, Duacum, Audomaropolis; Mareolense asceterium, Atrebato mille passibus abjectum. Domo virginea gaudet Lauretum; ejusque partem se habere dicunt ascetæ Montis S. Eligii juxta Atrebatum. Lecti Virginei pars, eodem Attilio assertore, Romæ in basilica S. Mariae Majoris asservatur. Beatissimæ Virginis industia, seu interulæ Carnotii, et Aquisgrani in magna veneratione habentur. Taceo Deiparæ tunicas, zonas, vittas, vela, annulum atque alia, quæ sacratissimo ejus corpori, dum in terris vixit, proxima fuerunt, a Ferreolo Loerio Paulinate in libro S. Mariæ Augustæ, cum locis, in quibus eadem religiose asservantur, enumerata. Cur igitur de solis Rosariis calculis, seu coronariis preculis beatissimæ Virginis negetur, quod de aliis ejusdem reliquiis non negatur? Has vero cæterasque Mariæ reliquias, non articuli fidei loco nos Catholici habemus, aut tanquam tales facili populo, levique plebeculæ venditamus, ut falso vociferantur hæretici, sed modo traditionum (quas boni ipsi repudiant) auctoritati, modo veterum auctorum fidei, modo miraculorum ad eas patratorum splendori accedentes, Deiparæ reliquias eas esse, nihil aut vix nihil ambigimus, ideoque veneramur et colimus, nos earum præsentia beatos fatemur, et sumus: quanquam harum ab illis certitudo quandoque major, et ex ea honor habeatur.

Et quidem si pro nostris Marianæ Coronæ, seu Rosarii calculis aliud non staret, præter traditionem omni memoria superiore, summorum Pontificum auctoritate firmatam, nihil nobis esset de eorum veritate dubitandum; adeo enim ex traditione desumptum, firmum est argumentum, ut quamvis non perpetua, sed multorum annorum sit inveterata traditio, convincat intellectum, ut si multa ei aduersentur, non negetur, sed ei opposita corrigantur, quemadmodum in apparatu ad tomum I *Annalium ecclesiasticorum cardinalis* observavit Baronius: « Nihil opus argumentis, ingenio nihil, nihil testibus, in re pro qua traditio stat. » Totius orbis (verba sunt S. Hieronymi contra Luciferianos) in hanc partem consensus, instar præcepti obtinet. Nam et multa, quæ per traditionem in Ecclesiis observantur, auctoritatem sibi præscriptæ legis usurpant, et rationabilis observatione ea sibi vindicat, quoniam ita nostri tradidere majores. Sic ille. Pro nostris Marianis calculis stat traditio, eos nobis nostri tradidere majores, sanctæ Romanæ Ecclesiæ Pontifices summi, contitemur, veneramur, lætanter glorioseque possidemus atque prædicamus, quod traditum acceperimus, nihil amplius quærimus. « Traditio est,

inquit, homilia 4 in II ad Thessalonicenses Epistolam, S. Joannes Chrysostomus: nihil quæras amplius. An huic traditioni fidem ac vim adimere tentabis, quia ejus testem, scriptorem aliquem classicum, tibi assignare non valemus? At ideo traditum est, quia scriptum a nemine est. An ne scis, quia traditio ipsa sibi testis est? Quæ igitur sibi ipsa sufficit, quid scripturæ, quid testis, quid opis eget alienæ? Quæ ipsis rerum scriptoribus fidem tempore facit ac firmat, fidem ab iisdem sibi non quærerit. » Antiqua pleraque ipsius testimonium desiderant, nullius ipsa, ut egregie loquitur Coppsteinus lib. II *De Fraternitate Rosarii*, cap. 5: « Concedesne de his Deiparæ precariis globulis, seu calculis, traditionem quidem esse, sed eam probam, aut legitimam non esse? Non credo. Nam si proba aut legitima ex te non est, sed novitia et facta, assignare debes signimenti tempus, locum, modum, auctorem, occasionem; hoc autem nunquam poteris assignare, quamvis omnes tuas exseras ingenii vires. Quod si assignare non potes, traditioni acquiesce. Traditionis est, nihil quæras amplius. » Licet mihi pro Marianorum calculorum traditione hac usurpare, quod pro fide tradita, quondam Tertullianus, duu contra hæresiarcham, paternarum traditionum contemptorem, Marcionem ita scribit: « Si Christianus es, crede quod traditum est: si traditionem non recipias, multa quæ in Christi Ecclesia firmissima habentur, in dubium poteris revocare, cum non alio quam traditionis fundamento nitantur. » Excedes a vero, si altiora traditione quæsieris: nam, ut verissime D. Athanasius in lib. *De Verbo incarnato contra Paulum Samosatenum*, « Qui ea, quæ ultra vires sunt, indagat, in precipiti consistit: qui vero traditioni inhæret, extra periculum versatur. » Jam per quadringentos viginti et amplius annos Marianæ Coronæ globuli, quibus ipsa Orationes suas Dominicas Deo Optimo Maximo numerabat, in hac ecclesia S. Mariæ in Campitello religiose asservantur, et pia populorum fidelium veneratione coluntur, cum ibidem, ut hujus dissertationis initio diximus, anno salutis 1217 ab Honorio III Papa fidelibus fuerint ad venerationem expositi. Quis vero adeo demens est, ut eos antea alicubi cultos fuisse neget? quis tunc primo natos existimet? Certe vas, in quo asservantur, eam redoleat antiquitatem ut illud ante mille annos elaboratum promptum cuique iudicium præstet. Non enim minoris antiquitatis, quam altare portatile S. Gregorii Nazianzeni, quod ibidem pretiosissimis sanctorum ac sanctarum reliquiis refertum asservatur, intuentum oculis appetat. An Christi in terris Vicarius, hos calculos publicæ fidelium venerationi exposuisset, si eorum veritatem, antiquæ saltem traditionis vallo munitam, prius antea non cognovisset? tantam non suspicor in tanto Pontifice levitatem. Nec permisisset Deus suum in hoc errare Vicarium.

Hæc habui, Christiane lector, quæ pro Marianæ Coronæ globulis, Romæ in ecclesia jam dicta asservatis, in præsentia dissererem. Si tu hisce certiora habes, scribere ne dubita. Sentiam tecum, si his afferas meliora. Quousque autem aliud nescio, quod scio tenebo, illamque in mortali isto, et miserabili deserto positus, firma fide, humili corde, mente devota venerabor Coronam, qua Deipara vitæ hujus usura fruens, Deo orationes suas Dominicas annumeravit, quamque sacerissimo manuum suarum sanctificavit tactu.

Obiit autem præfatus Pontifex Honorius III (ut ad nostra tandem redeamus) anno salutis 1227, sepultus ante aram Præsepii, in Basilica S. Mariæ Majoris.

CAPUT LIII.

De Gregorio IX, Pontifice Maximo.

Gregorius IX Pont. Max. post Honorium III Pontifex designatus, gloriose Dei Matris Mariæ Virginis perpetuus cultor, dum armis Federici imperatoris exagitaretur, decrevit, ut hymnus *Salve Regina*, certis divinae rei Horis adderetur, et ut laudes beatæ Virginis speciali oratione in Matutinis celebrarentur, et Salutatio ejusdem tum mane, tum vesperi, dato signo campanæ, ab omnibus genu flexo repeteretur.

Imaginem Deiparæ a S. Luca depictam, ex loco, qui dicitur, Sancta sanctorum, perlata, cum omni clero ac populo in templo Sanctæ Mariæ de Populo reposuit.

Ordinem Sanctæ Mariæ de Redemptione captivorum, sive ut nonnulli vocant, de Mercede, a Jacobo Aragoniæ rege institutum ratum habuit, firmavitque anno 1230, exstatque diploma datum Perusii 16 Kal. Februarii. Alium item Ordinem, cui nomen Sanctæ Mariæ a Montesa, ab eodem rege erectum, sua auctoritate constabiliuit.

Idemque non procul a Reatina civitate, ecclesiam sub invocatione beatissimæ Virginis consecravit. Vita functus est anno 1241, ii Kal. Septembr.

CAPUT LIV.

De Innocentio IV, Pontifice Maximo.

Innocentius IV Pont. Max. præcipua quadam religione in beatissimam Dei Matrem vehementer propensus, festum Nativitatis ejus inter solemnia festa cum Octavis retulit, et universo Christiano orbi, solemniter celebrandum, Bullis editis, indixit: nam post mortem Coelestini IV, decursum fuit tempus sesquianni, et ultra, quo tempore non poterant concordare cardinales in electione Pontificis, unde succedebant in universa Ecclesia afflictiones, et multa mala, præsertim in Italia, siquidem Fridericus imperator, factus rebellis ipsi Ecclesiæ, sibi usurpabat terras Ecclesiæ subjectas. Desiderabant ergo cardinales, qui erant in Conclavi, electionem facere, et nunquam poterant inter se convenire et concordare; tractatum ergo fuit inter

eos, et propositum a quodam devotissimo bearcæ Virginis, ut fieret votum quod qui primus ex eis Papa electus esset, brevi tempore, mandaret in Ecclesia universa (nam antea in particularibus quidem Ecclesiis jam celebrabatur hujusmodi festum, a tempore apostolorum) celebrari festum Nativitatis beatissimæ Virginis, cum suis Octavis, per totum Christianismum.. Quo voto facto, statim successit electio Sinibaldi cardinalis, qui vocatus fuit Innocentius IV. Illic ergo instituit celebrari festum ab omnibus Christianis et Catholicis, in universa Ecclesia, Nativitatis B. Virginis die 8 mensis Septembri. Et quia hujusmodi electio Pontificis gaudium et jucunditatem maximam attulit universo mundo, propterea Pontifex ipse attribuens eam jucunditatem Nativitati, et meritis B. Virginis, instituit, ut diceretur ista Antiphona: *Nativitas tua, Dei Genitrix Virgo, gaudium annuntiavit universo mundo. Officium etiam, quod in ejusdem Nativitatis festo legi et cantari solet, ordinavit.*

Hujus tempore, Avenione, Arelate, et in aliis urbis Galliarum, non tam ab hereticis, quam ab invidis aliquibus clericis, multam calamitatem passæ sunt religiones Mendicantium. Causa fuit; quod in partem ministerii ecclesiasticæ hierarchiæ adjuncti, tum concionibus ad populum faciendis, tum confessionibus excipiendis operam majorem, quam illi negligentes, navarent. Inter hos Carmelitæ, cum Diva Dei Parentis Mariæ intercessionem implorarent, priori eorum generali Diva apparuit, dixitque: «Vade ad Innocentium IV intrepide, qui juxta nominis sui interpretationem, partem innocentium sovebit, atque promovebit.» Igitur ille, et a summo Pontifice quæcumque desiderasset, contra impugnatores obtinuit. Cum nescio quibus causis, esset in Ordinem Prædicatorum et Franciscanos, nulla eorum culpa incitatus, et quibusdam etiam edictis eorum privilegia et facultates impedisset, ii quidem ad cœlestis auxilium implorandum, inter alias preces Litanias etiam quotidianas indixerunt. Quæ dum Romæ a Fratribus Dominicanis in ecclesia recitarentur, uni ex ipsis contigit, ut ipsam Virginem videret stantem una cum Filio, ita ut, ipso vultu ejus familiae moerorem ac lacrymas, quas uberioris fundebant, misereri videretur, et ad Filium conversa hæc verba iterare: «Fili, exaudi eos.» Nec multo post, ipsum etiam Innocentium ferunt, morte jam imminenter graviter prænituisse, illaque verba ex psalmo protulisse: *Propter iniquitatem corripuisti hominem, et tabescere fecisti sicut araneam animum ejus (Psal. xxxviii, 12)*, statimque ex hac vita migrasse: tum denique in proverbium aulæ Palatinæ abiisse, *A Litaniis Prædicatorum libera nos, Domine.*

Hujus Pontificis iussu, cardinalis Petrus Capocius excitavit a fundamentis ædiculam beatæ Virginis Mariæ tali occasione. Cum imago quedam beatæ Virginis depicta in tegula, per imprudentiam

dejecta esset in puteum, qui pridem ad equorum stabulum, ac prope viam publicam (unde postea templum denominatum est) situs erat in aedibus cardinalis Capocii, nocte porro quadam exundantibus putei aquis, et equile ipsum inundantibus, equorum strepitu excitati famuli, eam imaginem aquis supernatantem (licet ex se gravem) conspexere; mox cardinalem docent, qui magna pietate primum domi suae imaginem reposuit, mox summi Pontificis jussu aediculam aedificavit, in qua imago est collocata; tandem eam Patres Servitiae in ampliorem formam extruxere. Puteus vero ille intra templum concluditur; ea ex aqua aegroti potissimum bibunt; vocatur autem templum S. Mariæ in Via. Obiit anno Dominicæ Nativitatis 1243, Idib. Decembris.

CAPUT LV.

De Alexandro IV, Pontifice Maximo.

Mortuo Innocentio IV, in Pontificem electus est Alexander IV, qui beatæ Mariæ Virginis monitu in somnis accepto, plurimis indultis, ordinem Servorum ejusdem B. Virginis approbavit: cujus propterea simulacrum Servitanæ familie alumnus, Florentiae, coram Dei Genitricis Annuntiatæ imagine apponi curarunt, ut cuius monitis, servorum suorum cœtum, in gratiam apostolicæ sedis, receperat et comprobaverat, ejusdem quoque imagini devote astare, illam perpetuo venerari, ab eaque vicissim honorem et gratiam præcipuosque favores accepisse videretur.

Idem anno salutis 1258, Viterbiæ eadem S. Mariæ ad Grados, a Raynaldo cardinali constructam, Deiparae propriam esse voluit, eidemque propriis manibus dedicavit. Eodem anno, eadem in urbe, Trinitariorum ecclesiam sub sanctæ Virginis patrocinio consecravit, datis trium annorum et ter 40 dierum indulgentiis. Obiit anno 1261, 8 Kal. Junii.

CAPUT LVI.

De Urbano IV, Pontifice Maximo.

Urbanus IV Pent. Max. post Alexandri IV decessum, Romanus Pontifex renuntiatus, novo ordini militiae beatæ Virginis Mariæ formam vivendi præscripsit, ut viduarum et pupillorum curam susciperent, ut paci componendæ servirent. Vibabant suis in aedibus cum uxoribus et liberis, tunica alba et subcinericia toga inducebantur, crucem purpuream in campo albo, supra positis stellis, præferebant.

Idem prolationem nominis Mariæ, sacris indulgentiis ditavit, ut ejus esset frequentior invocatio. Vita functus est anno 1264, 10 Octobris.

CAPUT LVII.

De Nicolao IV, Pontifice Maximo.

Nicolaus IV Pont. Max. ob amorem D. Virginis, habitare consuevit apud Sanctam Mariam Majorem; quam porro basilicam, una cum Jacobo Columba restituit, atque eidem cujusdam monasterii tunc extincti, nomine S. Bartholomæi in Suburra,

ordinis S. Benedicti, redditus concessit. Oveti in Tuscia, angelorum Reginæ aedificavit longe pulcherrimum templum, quod et consecravit anno 1290, 15 Novembris, illudque marmoreis statuis, a primis artificibus sculptis, decoravit. Qua autem erga aeternæ Sapientiae Matrem Mariam Virginem pietate viguerit, in Bulla quadam, quam sui Pont. anno primo edidit, ostendit, ibi inter cetera fatus: « Propter veritatem et mansuetudinem et justitiam, Verbum Patris, quod totus non capit orbis, ancillam humilem recognoscens in sua se clausit viscera factus homo, humilians semetipsum, ut nos Divinitatis suæ participes stabiliret. Haec est mulier amicta sole, et luna sub pedibus ejus, quæ cum virginitate secunda nobis genuit Salvatorem. Haec est illa quæ et Mater et Virgo, Deum habuit Filium, super choros angelorum ad cœlestia regna exaltata. Haec est utique Virgo S. Maria, Virgo virginum, Mater Christi, regali ex progenie orta, ex Abrahæ semine, ex generosa et Davidica stirpe concepta, divinitus mysticis præfigurata miraculis, et sola inter mulieres a virili commercio et dolore parturientium aliena. Felix namque et omni laude dignissima sancta Parens, ex qua in mundum Paterni luminis splendor venit, cuius humilitas Deo grata nostris delictis misericordiam impetravit, et advocata pro nobis sedula veniam reproximit. Dignum certe est, ut Christifideles loca, suis insignita vocabulis, condigna reverentia venerentur, ut a suo Filio Patre fidelium, qui mentes elevat, virtutem largitur et præmia, veniam consequantur, » etc. Obiit anno Dominicæ Nativitatis 1292, pridie Nonas Aprilis, in patriarchio S. Mariæ Majoris, eoque loco ad caput basilicæ, minorem portam versus, in choro sepultus est, ut ex hoc epitaphio circa ejus sepulcrum, emblemate ex porphyreticis lapidibus ornatum, in pavimento inciso constat:

*Hic tumulus tumulat humilem, qui fasciosus auctus,
Sic moriens statuit, ossa manere sua.
Hunc Franciscus alit, Cardo ut sit, almaque Petri
Sedes magnificat, gratia dia beat.
Quartus Papa fuit Nicolaus, Virginis ædem
Hanc lapsam reficit, fitque vetusta nova.
Petrus apostolicus socium, Franciscus alumnum
Protegat. Omnipotens, Matre rogante, beet.*

CAPUT LVIII.

De Cœlestino V, Pontifice Maximo.

Post Nicolaum IV, constitutus est summus Pontifex, Cœlestinus V, ita in pontificatu appellatus, quod cœlitus missus esse diceretur. Illic tres annos natus, cum in præactum lignum oculum dextrum illisisset, et lumen amisisset, a B. Virginе sanatus est, ut ne macula quidem, nec vulneris vestigium appareret, perfectumque lumen recepit. Grandiusculus factus, cum scholas frequentaret, saepè ab eadem S. Virgine et S. Joanne evangelista eruditabatur. Factus vir, solebat per singulos annos sex quadragesas, incredibili cum rigore, jejunare; quarum tertiam in honorem ipsius Deiparae jejunabat, in-

cipiens in festo apostolorum Petri et Pauli, usque ad ejusdem Virginis Assumptionem; multis quoque ad eum videndum confluentibus, ut eos ad Virginis amorem ae devotionem inflammaret, corollas precarias tribuebat. Cœlestinorum ordini a se instituto, vivendi modum præscribens, non contentus fuit divinæ laudis officio, sed considerans intemeratam Virginem esse peccatorum Scalam, Portam cœli, veniae Largitricem et gratiæ, misericordiæque Matrem, ordinariæ servitutis penso, præmisit quotidianum ipsius immaculatae Genitricis officium, ut conciliata prius Matre, facilior esset, per eam, ad Filium accessus. Cujus præterea Officium, ipse ab adolescentia devotissimo cordis affectu recitabat. Cum a concilio Lugdunensi, impetrata sui ordinis confirmatione, rediret et juxta urbem Aquilæ, in loco Collismadii, requiesceret, vidiit in somnis scalam erectam, necon angelos ascendentibus et descendentes, ac in scalæ summitate gloriosam Virginem Dei Genitricem Mariam, inter angelorum choros existentem, quæ ad beatum virum conversa, ut in eodem loco, ecclesiam in sui honorem construeret, præcepit. His auditis, ad monasterium Sancti Spiritus, conco gradu reversus, duos fratres sine mora Aquilam direxit, ut pro ædificanda ecclesia locum illum emerent. Quod ubi factum est, convocantur artifices, fundamenta jacintur, opus acceleratur, ecclesia construitur, et in eo loco quo scala illa mirabilis apparuerat, altare in honorem Virginis Deiparae erigitur. Beato sine quievit anno 1296, die 19 Maii, de quo vide etiam *Fundatores nostros Marianos*, cap. 23.

CAPUT LIX.

De Bonifacio VIII, Pontifice Maximo.

Post Cœlestini V abdicationem, in summum Pontificem delectus est Bonifacius VIII, qui imaginem Deiparae, ac suam, quam eidem Deiparae offert apostolorum Princeps, vermiculato opere ad D. Petri basilicam (quam et multum ornavit) collocavit. A morte insuper, inventa sunt in ejus sacris vestibus, anno 1406, cum ejus sepulcrum aperiretur (in quo post annos duos, et trecentos, eodem die, quo mortuus fuerat, repertum est corpus ejus integrum et incorruptum, in quo non nisi extremum nasi desideraretur), non levia ejus in Deiparam affectus argumenta: nam in fimbriis albae (quæ et camisium dicitur) visebantur, auro et serico acu pictæ infrascriptæ historiæ, Annuntiationis, Visitationis, Nativitatis, Inventionis Christi a Matre in medio doctorum, ut alias præteream.

Occasione Jubilæi, quod ipse indixit anno 1300, illustris accidit Deiparae apparitio, quam, quia parum cognita, lubet hoc loco subjicere. Clericus quidam, Jubilæi tempore, vidi per quietem sanctissimam Virginem, cum Filio in ulnis, in quodam thalamo residentem. Eam cum clericus genuflexo adorasset, ita ipsa ad eum: «Omnibus miserans

indulxit Deus. » Eo autem subjiciente, « Num et mihi? » subiecit Deipara: rursumque post morulam interjectam, repetit idem: «Omnibus miserans indulxit Deus, vivis et mortuis. » Prostratus iterum ille, « Num et mihi? » Cui nec tum dato responso, at paulo post ait: « Indulxit omnibus mortuis et vivis miserans Deus, atque etiam tibi. » Et ut de vivis sileam, certe tunc temporis dæmones per energumenos publice clamabant omnes animas purgatorii æternam gloriam consecutas.

Antiphona illa: *Ave gloria Dei Genitrix*, etc., ad primas Assumptæ Deiparæ Vespertas in ecclesia Atrebateni usurpari consueta, fertur ab hoc Pontifice fabricata, eaque opinione dicitur Genebrardus lib. iv *Chron.* ad annum 1294. Vide *Vitas Pontificum* novissime excusas in Vita hujus Bonifacii.

CAPUT LX.

De Clemente V, Pontifice Maximo.

Clemens V Pont. Max. maxima in Deiparam pietate fervens, contra Saracenos, ejusdem Deiparæ hostes, non semel tum in Syriam, tum in insulas Baleares, et in Hispanias, sacrum bellum edixit. Urestæ item in Gallia, Deiparæ templum erexit, in quo etiam conditus est anno 1314.

Exstant in *Parnasso Mariano*, Duaci per Bellem exuso, anno 1624, Hymni sacri Officii de Compassione beatæ Mariae Virginis ex *Hortulo animæ* deprompti, auctore Papa Clemente, suntque infra:

Ad Matutinum.

*Hora matutina Mariae nuntiatur,
Quod Jesus a Judæis falsis captivatur.
Domum Annæ petiit, illuc ducebatur,
Toto corde tremuit, male cum tractatur.*

Ad Primam.

*Hora prima Maria Jesum suum natum
Crebris suspiriis, sequitur ad Pilatum,
Falsos testes audiens, sputo maculatum
Cernens, ingemiscit acriter alapatum.*

Ad Tertiam.

*Audit hora tercia crucifixi natum,
Vidit tectum purpura, spinis coronatum,
Ad mortis sententiam eundem damnum,
Trabe magna graviter crucis oneratum.*

Ad Sextam.

*Hora sexta Maria videt conclave
Corpus Christi tenerum, in altum levari,
Jesum sitientem, felle saturari,
Et vestem proprio sanguine rubricari.*

Ad Nonam.

*Hora nona Maria Jesum exspirantem
Videns, audit eum magna voce clamantem,
Joanni Matrem, spiritum Patri commendantem,
Eusem Simeonis cor ejus perforantem.*

Ad Vesperas.

*Hora vespertina Maria dolorosa,
De cruce depositum voce querulosa
Continens in gremio dixit: O meorum
Vita, sustentatio, lumen oculorum.*

Ad Completorium.

*Hora completorii venit ad sepulcrum,
Uexit aromate Maria corpus pulchrum*

*Jesu, deformatum pallore mortis dura,
Redemptionis nostræ.*

Commendatio.

*Has Horas canonicas Maria Mater pia
Tuae laudi refero cordis symphoniam,
Sicut tu compassa es Nato in agone,
Sic huic me congregans, solum fac Coronæ. Amen.*

Porro quicunque pio adversus Deiparam affectu, et sensu, integrum de ejus Compassione Officium recitare volet, præmisso : *Domine labia, etc., ad Matutinum, et : Converte nos Deus salutaris noster, ad Completorium, et : Deus in adjutorium, etc., ad singulas Horas, pro Collecta subjiciat orationem istam, ei præponendo (dicto prius hymno, ut super, versum istum, cum suo responsorio) :*

¶. In omni tribulatione, et angustia nostra.

¶. Succurre nobis, piissima Virgo Maria.

Oremus.

Interveniat pro nobis, quæsumus, Domine Jesu Christe, nunc, et semper, et in hora mortis nostræ, opus tuam clementiam, piissima Virgo Maria, dulcissima Mater tua, cuius sacratissimam animam, in hora benedictæ passionis, et amaræ mortis tue, gladus doloris pertransivit. Qui cum Patre, et Spiritu sancto vivit, et regnat Deus in scula sæculorum. Amen.

Quoniam vero, octo fuerunt hujus nominis Clementis Papæ, nec in prædicto Parnasso, vel alibi, quod sciám, quisnam ille sit Clemens, qui hos hymnos de heatæ Virginis Compassione composuit, expressum reperitur, idcirco, donec proprius inventiatur auctor, huic Clementi eos ascribere visum est : quisquis autem ille fuit, absque dubio æternæ Sapientiæ Matris Mariæ Virginis amantis-simus fuit.

CAPUT LXI.

De Joanne XXII, Pontifice Maximo.

Clementi V suffectus est Joannes XXI, dictus XXII, religione erga Deiparam Virginem illustris. Hic instituit, ut ter, in singulos dies, tintinnabula ad vesperum pulsarentur, ac tum unusquisque ter Salutationem angelicam divæ Virginis sacram recitaret ; institutum ita manet, ut hodie ubique gentium sit in usu, atque auditu tintinnabuli sono, cuncti confessim in vestigio genua flectant atque orient.

Idem Pontifex singulis, canticum *Salve Regina* devote recitantibus, quadraginta dies indulgentiæ concessit. Prolationem etiam nominis Mariæ, ut ejus esset frequentior invocatio, sacris indulgentiis ditavit.

Avenione, capellam Dei Genitricis, titulo de Miraculis ædificavit, ac perpetuos ibidem capellaos fundavit, hac occasione : Duobus Avenione, ubi tum degebat Pontifex, pro crimine pessimo commisso, uno sene et altero juvne, igni adjudicatis, eisque ad columnam ligatis, igneque accenso, junior ad invocationem Deiparae, seniore exusto, illæsus exiit : quo in loco Joannes capellam Dei

Genitrici, titulo de Miraculis, ædificavit, et perpetuos ibidem capellaos, proventibus assignatis, instituit.

Huic sane Joanni beata Virgo jussit, ut non solum ordinem Carmelitarum confirmaret, verum etiam devotionem S. Scapularis adaugeret, propterea in utriusque favorem, sequentem Bullam, quam Sabbathinam vocant, concessit. Est autem hujusmodi :

¶ Joannes episcopus, servus servorum Dei, universis, et singulis Christifidelibus, etc. Sic mihi flexis genibus supplicanti Virgo visa fuit Carmelita, sequentem effata sermonem : O Joannes, o Joannes, Vicarie mei dilecti Filii, veluti te a tuo eripiam adversario (erat hic Ludovicus IV imperator), te Papam facio, solemní dono Vicarium mei juvantibus supplicationibus a dulcissimo Filio meo petens, quod gratiore obtinui, ita gratiam et amplam meo sancto ac devoto Carmelitarum ordini confirmationem habeas praconcedere, per Eliam et Elisæum in Monte Carmelo inchoato. Quod unusquisque professionem faciens, regulam a meo servo Alberto patriarcha ordinatam observabit, et per meum dilectum Innocentium approbatam, ut verus mei Filii Vicarius debeat in terris assentire quod in cœlis meus statuit, et ordinavit Filius, quod qui in sancta perseverabit obedientia, paupertate et castitate, vel qui sanctum intrabit ordinem, salvabitur. Et si alii devotionis causa in sanctam ingrediantur religionem, sancti habitus signum ferentes, appellantes se confratres et consorores mei ordinis prænominati, liberentur et absolvantur a tertia suorum peccatorum portione, a die quo præfatum ordinem intrabunt; castitatem, si vidua est, promittendo ; virginitatem, si virgo est, fidem præstando ; si conjugata, inviolatam matrimonii conservationem adhibendo, ut sancta Mater Ecclesia imperat. Fratres professi dicti ordinis, suppicio solvantur, et culpa, die, quo ab hoc sæculo isti recedunt, properato gradu accelerant purgatorium : Ego Mater gloria de-scendam Sabbatho post eorum obitum, et quas invenero in purgatorio, liberabo, et eas in Montem sanctum vitæ æternæ reducam. Verum quod isti confratres et consorores, teneantur dicere Horas canonicales, ut opus fuerit, secundum regulam datam ab Alberto ; illi, qui ignari sunt, debeant vitam jejunam ducere in diebus quos saera jubet Ecclesia (nisi necessitatibus jam traditæ impedimento) Mercurio, ac Sabbatho debeant se a carnis abstinere, præterquam in mei Filii Nativitate ; — et hoc dicto, evanuit ista sancta visio. Istan ergo sanctam indulgentiam accepto, roboro et in terris confirmo, sicut propter merita Virginis Matris gloriosæ Jesus Christus concessit in cœlis. Nulli ergo hominum liceat, hanc paginam nostræ indulgentiæ, seu statuti ordinationem irritare, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis

Dei, et beatorum apostolorum Petri et Pauli se noverit incursum. Datum Avenione tertia die Martii, pontificatus nostri anno sexto. »

Hanc confirmarunt Alexander V, Gregorius XIII et XIV, Sixtus V et Clemens VIII. Quapropter favori huic Mariano impetrando S. Ludovicus Galliarum IX et Eduardus I Angliae, reges, aliique innumerabiles omni sanctimonia ac dignitate conspicui, confraternitati sacri Scapularis se adnumerari procurarunt.

Obiit anno Domini 1334, sepultus Avenione cum magna funeris pompa, in cathedrali ecclesia Sanctae Mariæ de Donis, eique subrogatus est Benedictus XI, dictus XII.

CAPUT LXII.

De Benedicto XII, Pontifice Maximo.

Benedictus XII, Pont. Max. indulgentias peccatorum primus dedit, visitantibus sacram ædem beatæ Virginis Lauretanam: unde ad eam magnus factus concursus; cuncte Recinetenses (Recinetum abest tribus milliaribus Laureto) senes ac valitudinari eo pergere non possent, imagini ad Lauretanæ similitudinem, ara excitata, et sacello, ad id se conferebant, ab eodem Pontifice impetrata indulgentia, iis qui id præstarent. Vita functus est Avenione anno 1342, 25 Aprilis, sepultus in cathedrali sanctæ Mariæ de Donis, eique subrogatus est Clemens VI.

CAPUT LXIII.

De Clemente VI, Pontifice Maximo.

Clemens VI Pont. Max. qua erat in Dei Matrem, atque intemeratam Virginem Mariam, pietate, Ave nione in agro quem ipse emerat templum eidem Matri construi jussit, annuisque redditibus donavit. .

Hoc Pontifice Avenione sedente, unus aliquis reus, de nefario quodam crimine peractus, flammis adjudicatus fuerat; is autem beata Virgine in patrocinium advocata, visus est ab eadem Virgine pallio protegi; tertio autem, ab incenso rogo divina vi expulsus, a circumstante turba, quæ id coram geri viderat, ad Pontificem deductus est; isque re cognita, ecclesiam, sub nomine B. Mariæ, seu N. Dominæ a Miraculis, condi mandavit. Diploma Pontificis asservatur apud S. Agricolam, illudque se legisse testatur Valladierus serm. 6 de B. Virgine. Vide supra in Joanne XXII, cui prædicta ecclesia ab aliis ascribitur.

Obiit anno Dominicæ Nativitatis 1352, 8 Id. Decembbris, cuius imago adhuc cernitur Lutetiae Parisiorum in vitrea fenestra, quæ prima omnium occurrit ingredientibus ad templum Sorbonicæ domus, ubi flexo genu, et manus ad cœlum tendens supplicique habitu Virginem sacram, quam vivens unice post Deum dilexerat, veneratur. Hujus Bulla de Fratrum Servorum B. Mariæ reformat., exstat tom. I Bullariorum fol. 213.

CAPUT LXIV.

De Urbano V, Pontifice Maximo.

Urbanus V Pont. Max. apud Mimatenses D. Virginis episcopalem ædem augustissimam sumptibus suis instauravit, vasaque ex auro et argento purissimo, auratas vestes, et omnis generis instrumenta ecclesiastica donavit. Collegium canonorum in vico, cui Quesaco nomen est, ad Tarnem auriferum, instituit, dicavitque Virginis Dei Parenti. In Monte Pessulano de novo fundavit, construxit et dotavit basilicam Dei Genitricis. Quolibet Sabbato, toto anno, ut et feria 4 et 6 aqua et pane vitam tolerabat. Roma in Galliam profectus secum tulit capillum beatissimæ Virginis Mariae.

Inter plurimas a Dei Genitrice revelationes factas S. Birgittæ, una est de hoc Urbano. Antequam Urbanus V moreretur, S. Birgitta Romæ tune existens intellexit, Pontificem velle, Roma deserta, Avenionem omnino redire. Itaque in visione audiuit beatam Virginem Mariam sibi dicentem: « Papa vult relinquere Sedein Romanam, et Avenionem reverti; sed si fecerit, statim morietur, rationem obitus sui Deo redditurus. » Eain revelationem curavit per Pontificis confessarium ei renuntiari; ille tamen fatis et cardinalibus urgentibus, Avenionem reversus, defunctus est anno 1370, Kal. Januarii. In ægritudine autem statuit, quod quando ab hac luce migrasset, suum ipsius corpus sepeliretur, more pauperum, apud S. Mariam de Donis, in Avenioniensi cathedrali.

CAPUT LXV.

De Gregorio XI, Pontifice Maximo.

Post Urbani V obitum, anno Dominicæ Nativitatis 1371, 8 Idus Januarii, in cathedrali Avenionensi S. Mariae de Donis consecratus et coronatus est Gregorius XI, Pont. Max. Hunc beatissimam Dei Genitrix hortata est, ut Avenionem relinquens, Romanum veniret, eidemque obtemperanti, maternæ suæ pietatis viscera se exhibitaram promisit. Unde lib. iv, cap. 139, *Revelationum* S. Birgittæ legitur: « Una persona vigilans, et nondormiens, sed in oratione persistens, in spiritu rapta fuit, et tunc omnes ejus corporis vires desicere videbantur, scilicet, cor ipsius inflammabatur, et exultabat charitatis ardore, ejusque anima consolabatur et quodam divino robore confortabatur spiritus ejus, ac etiam tota conscientia ejus recolebatur spirituali intellectu: cui personæ tunc apparuit visio talis: audiebat enim tunc ipsa quondam vocem dulcissimam, eam taliter alloquenter: « Ego sum illa, quæ genui Dei Filium, verum Deum Jesum Christum: quoniam alias dixi tibi aliqua verba, quæ Urbano Papæ deberent nuntiari: nunc etiam dico tibi aliqua, quæ mittenda sunt Papæ Gregorio: sed ut melius intelligantur, dicam tibi ea, per quamdam similitudinem. Sicut enim pia mater dilectum videns filium nudum et frigidum, in terra jacentem,

et ad erigendum se, vires corporis nullas habentem, sed præ desiderio favoris, et lactis materni, querulis vocibus cum vagitu plorantem, tenera dilectione compassa, filio festine occurrit, et ne desiceret frigore, pia manu materna elevavit eumdem, quem statim leniter sovit, et materno calore sui pectoris mitissime ealefecit, eumque dulciter mammilarum suarum lacte cibavit: sic ego Mater misericordie volo facere Papæ Gregorio, si Romam, et in Italianam redire voluerit, animo permanendi; et voluntatem habuerit ibidem, ut pius Pastor, plangendi compassionis lacrymis gemebundis, animarum sibi ovium commissarum æternam perditionem, et earum damna, et dispendia dolorosa, et innovare pro posuerit statum Ecclesiae cum humilitate et pastorali debita charitate: tunc enim ego, sicut pia mater, elevabo eum de terra velut nudum, frigidum filium, id est, separabo eum, et totum ejus cor ab omni delectatione terrena, et ab omni mundano amore, quæ sunt contra Dei voluntatem; et ealesfaciam eum suaviter materno calore, scilicet charitatis meæ, quæ est in pectore meo; saturabo etiam ipsum lacte meo, id est oratione mea, quæ similis est lacti. O quam innumerable sunt illi, qui lacte orationis meæ sustentantur, et duleiter saturantur! isto enim lacte saturabo eum, id est oratione mea, quam faciam pro eo ad Dominum Deum meum, qui est Filius meus, ut ipse dignetur misereri, et unire Spiritum suum sanctum cum interno sanguine cordis ejusdem Papæ Gregorii. Tunc autem ipse saturabitur vera satietate perfecte, in tantum quod ulterius ad nihil aliud desiderabit in hoc sæculo vivere, nisi ut possit Dei honorem totis suis viribus augmentare. Ecce jam nunc ostendit ei maternam charitatem, quam sibi faciam, si obedierit, quia Dei voluntas est, ut transferat sedem suam ad Romanam, cum humilitate. Modo etiam re in posterum ipse ignorantia excusat, ego præcavens eum, materna charitate, annuntio ei ista quæ sequuntur: videlicet quod si ipse prædictis non obedierit, indubitanter sentiet justitiae virginem, id est Filii mei indignationem; quia tunc abbreviabitur vita ejus, et vocabitur ad judicium Dei. Nulla tunc ei temporalium potestas auxiliabit dominorum, nec etiam sapientia et scientia ei proderunt medicorum, nec flatus aeris suæ naturalis patriæ proficiet ei ad ejus vitam aliquatenus prorogandam: quasi dicat, quod si etiam veniret Romanam, et prædicta non fecerit, tunc abbreviabitur ejus vita, nec proderunt ei medici, nec revertetur ad Avenionem, ubi possit ei proficere aer naturalis patriæ, sed potius morietur. Sic ibi. Et ibid. cap. 140, hæc habentur: « Laus Deo sit pro omni sua dilectione, et servitium, et honor sanctissimæ Mariæ, pretiosæ Virgini suæ Matri pro compassionē quam habet super omnes quos Filius suus redemit sanguine suo pretioso. Pater sancte, hinc est, quod euidam personæ, quam vos bene nostis, vigilando in oratione existenti contigit, quæ sentiebat

cor suum totum inflammari divinæ charitatis ardore, et quadam visitatione Spiritus sancti: quæ quidem persona tunc audivit quamdam vocem sibi dicentem: « Audi tu, quæ vides spiritualia, et dico illud quod tibi modo præcipitur, et scribe Gregorio summo Pontifici hæc verba, quæ modo audies. Ego, quæ loquor tibi, sum illa, quain Deo placuit sibi in Matrem eligere, qui de carne mea sumpsit sibi corpus humanum. Ipse quidem Filius meus fecit cum Gregorio Papa magnum opus misericordiæ, quando scilicet fecit per me sibi dici sanctissimam suam voluntatem, quam in priori revelatione transmissam ei plenus intimavi, et hoc factum est potius propter orationes, et lacrymas amicorum Dei, quam propter merita ejus aliqua præcedentia. Ideo ego et diabolus inimicus ejus grave certamen habuimus super eum. Nam ego monui eumdem Gregorium Papam alia littera, ut se stinanter ad Romanam, seu Italianam, se transferret cum humilitate, et divina charitate; et ut ibidem sedem suam poneret, et usque ad mortem omnino permaneret. Diabolus vero, et aliqui consiliarii ejusdem, consuluerunt ei tardare, et in illis, ubi nunc est, partibus demorari, et hoc propter carnalem aniorem, et etiam propter parentum et amicorum mundanam delectationem et consolationem; et ideo diabolus majorem habet nunc justitiam et occasionem tentandi eum, quia magis obedivit consilio diaboli, et amicorum carnalium quam Dei et voluntati meæ. Verum quia ipse Papa desiderat de voluntate Dei adhuc plenus certificari: ideo justum est, ut tale suum desiderium impleatur. Noverit igitur certissime hoc quod infra sequitur, esse voluntatem Dei, videlicet quod sine dilatione quamcumque, ipse veniat ad Italianam, seu Romanam, et omnino taliter faciat, et acceleret iter suum, cum festinantia ad veniendum, quod in mense Martio, vel ad ultimum intrante Aprili proxime futuro, ipse personaliter in prædicta urbe, seu provincia Italæ, omnino sit ingressus, si ipse in matrem me unquam voluerit habere: si autem in prædictis inobediens fuerit, veraciter sciet, quod nunquam amplius tali consolatione, id est alia mea visitatione, seu revelatione visitabitur in hoc mundo; sed post mortem suam respondebit eoram divina justitia, cur mandatis Dei noluerit obedire: si vero in prædictis obedierit, tunc ego etiam complebo ea quæ promisi in revelatione illa a me sibi primitus destinata. Notum etiam eidem Papæ facio, quod nunquam sic erit firma et tranquilla pax in Francia, quod habitantes in ea, plena securitate et concordia possunt nullatenus congaudere, antequam populus regni placaverit Deum Filium meum per aliqua magna opera pietatis et humilitatis, quem suis multis pravis operibus et offensionibus ad indignationem et iram hactenus provocaverunt; propterea noverit quod iter seu passagium illorum armigerorum de ini quis societatibus iniquorum, quod ipsi facere volunt, ad sanctum sepulcrum Filii mei, non magis

placet Filio meo, vero Deo, quam aurum illud quod populus Israel projecit in ignem, de quo diabolus conflatile vitulum compaginavit, quia in eis est superbia et cupiditas; et si aliquam habent voluntatem eundi ad memoratum sepulcrum, magis est, propter superbiam et cupiditatem pecuniae, quam propter amorem et honorem Dei. » Et his dictis, haec visio disparuit. Post haec autem subjunxit et dixit mihi Mater Dei: « Item, dic episcopo meo eremitae, quod claudat istam litteram, et sigillet eam, et postea sigillet in alio papyro copiam ejus, et ostendat eamdem copiam apertam illi abbatii, nuntio Papæ, et Nolano comiti, ut ipsi legant eam, et sciant quid continetur in illa: postquam vero illi eam legerint, dimittat eis supradictam litteram clausam, sigillatam, quam ipsi statimmittant Papæ Gregorio, sine mora, sed copiam illam apertam postquam legerit, non dimittat eis, sed volo quod dilaceret et rumpat eam, coram oculis eorum in frusta, quia sicut littera, quæ est una, dilacerabitur in multa frusticula, sic, nisi Papa, tempore et anno venerit præfixo in Italiam, terræ Ecclesiæ, quæ sub una ejus obedientia et subjectione modo eidem obediunt, dividentur in plures partes in manus inimicorum, et firmissime scias quod, in augmentum tribulationis ipsius Papæ, non solum ipse audiet, sed et videbit oculus suis esse vera quæ dico, nec poterit cum tota manu potentiae suæ reducere terras prædictas Ecclesiæ ad pristinum statum suæ obedientiae et pacis. » Hactenus ibi cœlorum Regina. Apparens etiam Christi sponsæ suæ Birgittæ pro hoc Gregorio oranti dixit: « Attende, filia, ad verba quæ loquor; scias quod iste Papa Gregorius adjutorio orationis Virginis Mariæ Matris meæ, jam incipiet movere manus et pedes, scilicet faciendo voluntatem meam, et honorem meum in veniendo Romam. » Sic ille.

Porro Gregorius, singulari aliquo pietatis, cultusque officio sibi divam Virginem demereris studens, ordinem Olivetanorum, qui totus est eidem B. Virginis dicatus, vocaturque congregatio S. Mariae montis Oliveti, confirmavit. Ordinem Fratrum B. Marie de Mercede Redemptionis captivorum a solutione decimarum exemit. Instituit ut dies festus Nativitatis B. Virginis vigiliam haberet, quinadmodum tradit Radulphus Tungrensis *De canonum observatione*, proposit. 19. Maxima, dum viveret, basilicam S. Mariæ Majoris de Urbe reverentia prosecutus est: etenim dum Avenione esset, eis Sanctæ Lucia in Silice ecclesiam tunc temporis vacantem, redditusque concessit. Plenariam indulgentiam ad modum Jubilæi illis impertitus est, qui ejusdem Sanctæ Mariæ Majoris visitarent. Affirmant nonnulli, ut Platina, et Onuphrius, turrim campanarium ejusdem basilicæ, structura atque elegantia omnes alias Romanas antecellentem, ab hoc Gregorio conditam, in qua hujus Pontificis

etiam nunc insignia Pario marmore insculpta cernuntur.

Obiit anno Dominicæ Nativitatis 1378, Kal. Aprilis, in diaconia Sanctæ Mariæ in via Nova, cuius quidem diaconus cardinalis ante pontificatum extiterat, sepultus.

CAPUT LXVI.

De Urbano VI, Pontifice Maximo.

Mortuo Rome Gregorio XI, pontificali gradu insignitus est Urbanus VI, qui, dignum reputans et debitum, ut festum Visitationis B. Mariæ Virginis, quando visitavit Elisabeth, in Dei Ecclesia celebraretur, ac attendens quod laudes tantæ Virginis humana lingua non sufficit exprimere, nec etiam sancti et justi, eam, in cuius ille, quem cœli capere non poterant, se contulit aula virginali, dignis laudum præconiis ad plenum efferre poterunt; et considerans quod ex quo Dominum in sanctis suis laudare jubemur, quanto magis in veneratione B. Mariæ Virginis Matris ipsius exsultantibus animis collaudare, et ejus laudum angendo titulos, gratias referre, quem genuit Filio debeamus, quæ etiam exaltata super sidera, stellato consedit sui solio Genitoris, ne etiam divinæ visus fuisset resistere voluntati, quæ tam sibi, quam aliis viris devotis, ad hujusmodi sanctam festivitatem celebrandam, ut pie ipse Urbanus creditit, dignata fuit mentem inspirare, deliberatione etiam super hoc mature præhabita, de fratrum suorum S. R. E. cardinalium consilio, ad exaltationem fidei Catholice digne et rationabiliter, videlicet vi Idus Aprilis, pontificatus sui anno undecimo, statuit ut festum præfatum, videlicet Visitationis B. Mariæ Virginis, quando, ut præfertur, visitavit Elisabeth, vi Nonas Julii, annis singulis in Dei Ecclesia, cum laudum cantico, lætitiae jubilo, cordisque tripudio, sub duplice Officio, per orbem universum solemniter celebraretur. Suauit etiam et consuñit ut ipsius festi Vigilia, et Vigilia Nativitatis et Assumptionis prædictæ Virginis festivitatum, etiam in observatione jejunii devotins observaretur: et mandavit quod simile, non tanquam duplex, Officium absque alicuius sancti commemoratione, exceptis primis vesperis, ante Octavam apostolorum Petri et Pauli, et Officio totius dicti Octavæ, cum commemoratione tamen ejusdem novi festi, per septem sequentes dies in Dei Ecclesia, cum celebritate debita decantaretur. Ac etiam volens idem Urbanus Christifideles ad colendum tantæ festum Virginis, et etiam celebrandum donis spiritualibus animare, ipsosque mysticis de thesauris militantis Ecclesiæ benedictionum muneribus cupiens prævenire, et omnibus vere pœnitentibus et confessis, qui matutinali Officio festi ejusdem, in ecclesia, qua idem Officium celebraretur, interessent, centum; qui vero Missæ, totidem; qui autem primis festi Vesperis, similiter centum; qui autem secundis, totidem; illis vero, qui Primæ, Tertiæ, Sextæ, Nonæ, ac Completorii Officiis pro qualibet Horarum ipsarum, 40 dies; illis autem,

qui per Octavam festi prædicti Matutinalibus, Vesperarum, Missæ, ac prædictarum Horarum Officiis interessent, centum dies, singulis Octavarum ipsis diebus, de injunctis sibi pœnitentiis misericorditer relaxavit. Sed cum superveniente Urbani obitu, litteræ apostolicæ super præmissis confectæ minime exstisset, ejus in pontificali sede successor Bonifacius IX præmissa omnia rata ac firma esse, sua Constitutione declaravit, ut statim, de eodem Bonifacio IX agentes, dicemus.

Instituendi vero prædicti festi impulsus, seu causa fuit vicesimum septimum, quibusdam vicesimum primum, idque gravissimum, in Ecclesia Romana, schisma a Gregorii XI Pont. Max. morte, exortum in summi Pontificis electione. Etenim Gregorio eo sublato, Itali Italum Pontificem, Galli Gallum, quem Clementem VII appellarent, magnis utriusque animis expetebant, cui malo, in tempore, et quasi nascenti Urbanus occurrentum esse ratus, ad Divæ præsidium impetrandum sese transtulerat, instituta ejus Visitationis solemnitate.

Hic idem Urbanus, quamvis schismate et schismaticorum principum armis, atque insidiis exercitus agitatusque, tamen in tanta curarum et negotiorum mole ad Lauretanam Virginem ornandam curæ aliquid derivavit. Nam de cœlestibus flammis, v Idus Septembbris, supra ædem Lauretanam spectari solitis, certior factus, cœlesti Reginæ honestandæ animum adjecit, Natalemque Virginis lucem, cœlestibus a Deo prodigiis decorataum, pontificis a Dei Vicario muneribus decorandam, existimavit. Laurentanam igitur domum, ipso Natalis Virginis die, visentibus, cumulatissimam delictorum omnium indulgentiam impertivit. Romæ etiam celebre templum S. Mariæ Montis Serrati, nationis Aragonieæ, a celeberrimo illo in Hispania in Monte Serrato templo ita dictum, a fundamentis extruxit, ac Purificationi Deiparæ dicavit. Obiit Romæ, anno 1589, Id. Octobris.

CAPUT LXVII.

De Bonifacio IX, Pontifice Maximo.

Bonifacius IX Pont. Max. festivitatem Visitationis B. Mariæ Virginis ad Elisabeth, a prædecessore suo Urbano VI institutam, ad ejusdem B. Mariæ Virginis honorem, cultusque argumentum evulgavit et confirmavit, Constitutione edita tenoris sequentis :

«Superni benignitas Conditoris, humanam creataram ad similitudinem suam cretam, misericordi pietate respiciens, etiam collapsam fore primi parentis lapsu considerans, illam miro decrevit consilio relevandam, ut scilicet Verbum supernum, quod erat in principio, eam a mortis nexibus liberaret. Igitur pii Patris, qua nos dilexit charitas, temporis veniente plenitudine, Verbum ipsum æternum sub forma servi carnem nostræ mortalitatis assumere, ut eadem mortem nostram moriendo destrueret, ac damnationis sententiam, simul et maculam, quam per reatum primi hominis, generis humani poste-

ritas incurrisse noscebatur, clemens Verbi æterni bonitas aboleret. Quapropter de clara stirpe regia Davidica preolegit Virginem, in enjus utero, mystico spiramine, Verbum ipsum carnem susciperet, ut egrederetur, juxta verbum propheticum, virga de radice Jesse, et flos de radice ejus ascenderet, et requiesceret Spiritus Domini super eum : perfectam Reginam inclytam Matrem eligens, quæ tanto Regi digna fuit sui corporis thalamum præparare, de quo tanquam sponsus præ filiis hominum procederet speciosus, locum in Nazareth, quæ flos, sive sanctitas dicitur, ad suam conceptionem elegit, in quo per angelicæ Salutationis eloquia ipsius incarnati Verbi mysteria, miraque fuerunt solemnia celebrata. Ibi enim sumpsimus nostræ redempcionis exordia, ibique primum dies sanctificationis illuxit, qui nobis de salute spem intulit, et de æternitate lætiam. In hoc etenim tantæ secunditatis loco, Virgo regia, venustissima a Domino conservata, flos sanctitatis, vas cœlestis gratiæ mundissimum, omnium virtutum floribus redimita, cuius pulchritudinem sol et luna mirantur, Redemptorem gentium Virgo concepit, datura lucem gentibus sub mortis caligine constitutis, sane ipsa Regina cœlorum, in enjus se clausit viscera Dei Filius factus homo, ex tanti honoris fastigio sibi per angelum nuntiato nequam elationis assumpsit spiritum, sed tanquam ancilla humilis, quamvis Mater effecta Domini, humilitatis suæ, quam respexit Dominus exsequens officium, exsurgens abiit in montana ad Elisabeth cognatam suam, quæ vocabatur sterilis, jam semestri prægnantem, cum festinatione, et quemadmodum ab angelo humiliæ salutationis suscepserat oraculum, sic etiam ipsam Elisabeth humiliæ salutavit. Elisabeth vero, ut salutationem audivit Virginis gloriæ, repleta Spiritu sancto, et incarnati Verbi mysterium in utero sentiens virginali, voce magna exclamavit, et dixit : Benedicta tu inter mulieres, et benedictus fructus ventris tui. Et unde hoc mihi, ut veniat Mater Domini mei ad me? ecce enim, ut facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, exsultavit infans præ gaudio in utero meo, et beata, quæ credidisti, quoniam perficiuntur in te quæ dicta sunt tibi a Domino. (Luc. 1, 42 et seqq.) Ad quam Virgo veneranda, in humilitatis spiritu respondens, illud mirabile canticum decantavit ; Magnificat anima mea Dominum; et exsultavit spiritus meus in Deo salutari meo : quia respexit humilitatem ancillæ suæ, ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes : quia fecit mihi magna qui potens est, et sanctum nomen ejus. (Ibid. xlvi et seqq.) O magnum mysterium! o admirabile commercium! o ineffabile sacramentum! ut matres de pignoribus, quæ gestabant in uteris, in Spiritu præsentirent, et etiam prophetarent, et ut sacri Evangelii pandit historia, cœli Regina grava, partu consecranda divino, pro humilitatis amplioris signaculo, præcursoris sui, quem gestabat Filii, Genitrici gravidæ humanitatis impendit obsequium,

quo impenso, completoque hujusmodi Visitationis, quasi trium mensium, tempore, in domum suam est reversa. Haec est enim illa, de qua sacra canunt elogia, et qua, sole amicta, lunam habens sub pedibus, stellis coronari meruit duodenis. Haec est illa, quae in suis castis visceribus, cœli terræque gestavit Opificem, et sola cunctas hæreses intererit, et pro Christiano populo, ut Advocata strenua, et exoratrix pervigil ad Regem quem genuit, intercedit. Igitur felicis recordationis Urbanus Papa VI, prædecessor noster, dignum reputans et debitum, ut festum Visitationis ipsius bestæ Mariæ Virginis, quando, ut præfertur, visitavit Elisabeth, in Ecclesia Dei celebraretur, deliberatione super hoc matura præhabita, de fratum suorum S. R. E. cardinalium, de quo numero tunc eramus, consilio, ad exaltationem fidei Catholicæ, digne et rationabiliter, videlicet vi Idus Aprilis, pontificatus sui anno undecimo, statuit festum præfatum, vi Nonas Julii, annis singulis, in Dei Ecclesia cum laudum cantico, lætitiae jubilo, cordisque tripudio sub duplice Officio per orbem universum solemniter celebrari. Suasit etiam, et consuluit idem prædecessor noster, ut ipsius festi vigilia, ut vigilia Nativitatis et Assumptionis prædictæ Virginis festivitatum, etiam in observatione jejunii devotus observaretur, et mandavit quod simile, non tamen duplex, Officium absque alicujus sancti commemoratione, exceptis primis Vesperis, ante Octavam apostolorum Petri et Pauli, et Officio totius diei Octavæ, cum commemoratione tamen ejusdem novi festi, per septem sequentes dies, in Dei Ecclesia cum celebritate debita decantaretur. Ac etiam volens idem prædecessor Christifideles ad colendum tantæ Virginis festum, et etiam celebrandum donis spiritualibus animare, ipsosque de mysticis thesauris militantis Ecclesiæ, benedictionum muneribus cupiens prævenire, et omnibus vere pœnitentibus et confessis, qui matutinali Officio festi ejusdem, in Ecclesia, qua idem Officium celebraretur, interessent, centum; qui vero Missæ, totidem; qui autem primis festi Vesperis, similiter centum; qui autem secundis, totidem; illis vero, qui Primæ, Tertiæ, Sextæ, Nonæ ac Completorii Officiis, pro qualibet Horarum ipsarum, quadraginta dies; illis autem, qui per Octavas festi prædicti Matutinalibus, Vesperarum, Missæ ac prædictarum Horarum Oliciis interessent, centum dies, singulis Octavarum ipsarum diebus de omnipotenti Dei misericordia de injunctis sibi pœnitentiis misericorditer relaxavit. Ne autem pro eo quod ipsius prædecessoris superveniente obitu, litteræ apostolieæ super præmissis confectæ minime extiterint, hujusmodi Constitutio dicti prædecessoris frustretur effectu, volentes, et auctoritate apostolica decernentes, quod hujusmodi Constitutio a dicta die, videlicet vi Idus Aprilis, perinde sortiatur effectum, ac si super ea prædecessoris litteræ sub ipsius diei data, confectæ fuissent, prout superius evarratur:

quodque præsentes litteræ ad probandum plene Constitutionem hujusmodi ubique sufficient, nec ad id probationis alterius adminiculum requiratur. Universos patriarchas, archiepiscopos, episcopos et alios Ecclesiæ prælatos monemus, et hortamur in Domino, per apostolica eis scripta in virtute sanctæ obedientiæ districte præcipiendo, mandantes, et in remissionem peccaminum injungentes quatenus tam gloriosum festum et celebre, annis singulis vi Nonas Julii, ut præfertur, devote ac solemniter celebrent, ac jejunium Vigiliæ hujusmodi suadeant, in augmentum meriti observari, et faciant per universas ecclesiæ suarum civitatum et diocesum celebrari, ac Officium peragi supradictum, ut pia ejusdem Virginis Mariæ intercessione ipsi Christifideles, et hic a noxis protegi, et in futuro sempiterna gaudia consequi mereantur. » Sic ille. Obiit anno 1404, die 1 Octobris.

CAPUT LXVIII.

De Innocentio VII, Pontifice Maximo.

Innocentius VII, Pont. Max., ita erga sanctissimam Matrem Dei Mariam devotus exstitit, ac in particulari erga ejus absque originali peccato Conceptionem ita pie fuit affectus, ut doctorem quendam theologum, nomine Joannem Montesonem, qui in suis concionibus in peccato suis conceputam ausus est prædicare, instante ad hoc Parisiense gymnasio de Conceptionis articulo semper benemerito, et rigide punivit, et ut palinodium caneret, coercuit. Si ex Roberto Gaguino ordinis SS. Trinitatis generali ministro lib. ix *Histor. Francorum* in Carolo VI referunt Doctor Luzerus serm. primo de Conceptione, cap. 5; Frater Joannes Baptista Lezana in *Apologetico pro Conceptione*, cap. 13; Mauritus Hilaretus homil. de Concep., atque alii permulti. Obiit anno 1406, viii Idus Novembbris.

CAPUT LXIX.

De Alexandro V, Pontifice Maximo.

Alexander V, Pont. Max., ex sacro Minorum ordine ad summum Ecclesiæ culmen evectus, beatissimam Virginem intimo cordis affectu dilexit, pro cuius pura Conceptione, ante pontificatum, litterarum armis pugnavit, atque in Petri cathedra jam sedens, Constitutionem apostolicam in favorem ejusdem Conceptionis evulgavit. « Petrus de Candia (inquit Bustus) ex ordine Minorum ad pontificatum summum evectus, et Alexander V denominatus, immaculatam Virginis Conceptionem approbavit in 3 sentent., dist. 3, et existens in pontificatu hanc opinionem dicitur determinasse in civitate Pisarum, anno 1411, atque statuisse, ut ab omnibus teneri deberet. » Unde Magister Joannes Varzo in 3 sent., dist., 3, inquit: « Sanctissimus Dominus Papa Alexander V approbavit opinionem Minorum quoad Immaculatam Conceptionem attinet. » Ilæc Bustus. « Cæterum, ut inquit Salazar, existimandum non est, prædictum Pontificem piam opinionem definitivisse, aut determini-

nasse, sed tantummodo approbasse, ac sine injuria fidei defendi posse, pontificia auctoritate sanxisse. Vide Joannem Serranum episcopum Acernensem in tract. *De Immaculata Concepcione beatæ Virginis*, lib. II, cap. 8, et *Bibliothecam nostram Marianam*, lib. XIV, in Petró de Candia. Decessit optimus Pontifex anno 1410.

CAPUT LXXX.

De Martino V, Pontifice Maximo.

Martinus V, Pontifex Maximus, rediens ex concilio Constantiae habito, Mediolani XVII Kalend. Novembbris, templum solemniter sacravit ac Deiparæ dedicavit. Templum istud, inter Christianorum templa forte primatum tenet (illud extruxit Joannes Galeatius, Mediolanensis dux, sub annum 1588); seu magnitudo in eo spectetur, seu artificium, seu pretiosa marmora, plane excellit. Est enim foris et intus niveo marmore ad tectum usque incrustatum, atque statuis marmoreis sanctorum et patriarcharum Novi et Prisci Testamenti historiis, mira arte elaboratis, undique exornatum. In eo visitur organum quod quatuor aureorum millibus stetit, gaudetque uno e sacris Christi crucifixi clavis. Quæ omnia ad sanctissimæ Deiparæ decus faciunt.

Idem Pontifex, pace et otio Ecclesiæ parto, antiquissimum habuit, Lauretanam ædem miraculis ac prodigiis nobilem, suo aliquo munere insignem relinquere. Itaque multis magnisque indulgentiarum propositis præmiis, mortales omnes ad Lauretanum sacellum, Septembri potissimum mense visendum, colendumque invitavit. Porro anno ejus seculi ferme vicesimo, hoc beneficium novo beneficio cumulavit: solemnes Recineti nundinas ad laudem et gloriam et honorem Lauretanæ Virginis (ut ipse in Litteris apostolicis ait) instituit, ratus fore, id quod evenit, ut ob locorum propinquitatem, Recinatensis emporii celebritas celebritatem angeret Lauretanæ domus, quippe cum finitos populos, mercium illecebra, mercatores indulgentia delictorum ad Lauretanam ædem celebrandam alliceret. Lauretanæ porro indulgentias trimestres esse voluit, et Recinatensi mercatui pares, nimirum, ut Septembri, Octobri, Novembri mensibus, quibus Recinatensis mercatus celebratur, indulgentiae Laureti percipi ab adeuntibus rite beatam Virginem possent.

Eo tempore, quo Florentiæ hæsit, frequenter visitavit iconem sanctissimæ Deiparæ Annuntiatæ, in templo Servitarum nobilissimo, miraculis florentissimam. Cum autem eam imaginem suis ornamentis, argenteisque votis exutam, ob extremam fratribus inopiam conspexisset, sericis aulacis, auro intextis, et sacra supellectili tanto Pontifice digna exornavit. Deinde frequenter ad ejus altare sacra fecit. In cuius rei memoriam unum illud altare, cum nonnullas ob causas Florentiam aliquando sacris postea interdixisset, reservavit; ad quod tunc, omnes Florentini tanquam ad unicum animæ so-

latum recurrerent. Ibidem antequam Romanam concederet, basilicam Sanctæ Mariæ Floris metropolitanam a se effectam, neenon templum Sanctæ Mariæ Novellæ consecravit.

Hoc Pontifice Romanam Ecclesiam regente, quidam Tolosani studii rector determinare ausus est, beatam Virginem originali peccato fuisse corruptam. Qua de re in furore populi pulsus civitate. Romanam veniens, ad summum Pontificem de illata sibi injuria conquestus est, conclusionem suam asserens publica velle disputatione tutari. Audiens hæc memoratus antistes, diem faciendæ disputationis indixit, collectoquæ maximo doctorum conventu, cum frater ille nou veniret, missus est nuntius, qui eum advocaret; fratres autem, apud quos ille hospitatus fuerat, ad ejus cellam pergentes, ipsum mortuum reperere, interiora ventris non habentem.

Obiit anno 1431, die 12 Februarii.

CAPUT LXXI.

De Eugenio IV, Pontifice Maximo.

Martini V successor Eugenius IV, erga divæ Virginis cultum singulariter affectus, ejus ecclesiæ Sanctæ Mariæ Majoris et Sanctæ Mariæ Rotundæ in Urbe, ædificiis et sacellis exornavit. Florentiæ templum summum beatæ Mariæ Deiparæ appellatum ob regiam ejus et civitatis magnificentiam, exquisita pompa dedicavit. Ejus quippe causa pons ligneus egregio ornato apparatus, eductusque in altum, et ab ecclesia Sanctæ Mariæ Novellæ, ubi Pontifex agebat, ad hanc usque ecclesiæ productus est, ituris Pontifici Maximi cardinalibus, episcopis, ceterisque proceribus, qui alia, ob incredibilem populi concursum non poterant, viam præbiturus. Hie œcumenicum concilium, an. 1431, codem Eugenio præside, contra Græcos coactum est, ac tandem iisdem Romanæ Ecclesiæ consentientibus, 6 Julii conclusum.

Idem Pontifex congregationem Canonorum Regularium, ortam apud cœnobium sanctæ Mariæ Frigionaria, in diœcesi Lucensi an. 1401, auctoritate apostolica approbavit.

Idem dum Florentiæ ageret, postquam die octava Epiphaniæ aram sacratissimæ Dei Genitricis Annuntiatæ consecrari mandasset 1443 indulgentias quoque perpetuo valituras, visitantibus idem sacellum divæ Annuntiatæ, die eadem tertia decima Januarii, vivæ vocis oraculo primum, mox per apostolicas Litteras concessit. Rebus humanis excessit anno salutis 1447, VII Kal. Martii, post quem pontificium thronum adeptus est Nicolaus V.

CAPUT LXXII.

De Nicolao V, Pontifice Maximo.

Nicolaus V hujus nominis Pontifex Maximus in Deiparæ Virginis cultu fervens, Lauretanam ejus cellam pontificiis munieribus auxit. Videbat diem beatæ Virgini ab angelo salutatæ sacrum, maxime insignem illi domui, ac memorabilem esse: quippe cum Deus eo ipso die inibi naturam humanam

induisset. Lætissimam ergo illam lucem, qua jacta sunt fundamenta salutis humanæ, anniversaria indulgentia decoravit. Ex quo templum Lauretanum, ut tanti mysterii memoria dignum erat, quotannis illo die eximie celebrari est cœptum. Porro Nicolaus, Lauretana æde indulgentiis cohonestata, opulentæ quoque ædis consulendum putavit. Igitur magnopere cavit, ne Lauretana dona averterentur, neve divenderentur, arcens ingressu ecclesiæ antistitem Recinatensem. Si quid eorum imposterum distrahere, aliosve in usus convertere ausus foret, sin autem vendita jam ac distracta; intra unius mensis spatium, non recuperaret, episcopatu dejiciens, civitati insuper Recinatensi eodem diplomate negotium datum, vel recuperandi Lauretana dona, vel tuendi. Nec pace solum, sed bellico etiam tumultu, insignis Nicolai Pontificis pietas in Lauretanam sedem enituit. Sub id tempus Mahometes Turcarum rex, Constantino Palæologo Orientis imperatore cæso, Constantinopoli vi capta fœdeque direpta, Turcici sedem imperii transtulit in Europam anno post Christum natum 1452. Ergo ut Constantinopolim Christiani imperii arcem a Barbaris captam, imperatorem ipsum cum nobilitate cæsum, Turcarum regem tanta victoria inflatum ex propinquo insultare Græciæ, minitari exitium Italiam, fama tulit, tantus Christianis viris terror incersit, ut tota Italia trepidatum sit. Itaque Nicolans'satis memor ædis Lauretanæ, eam adversus Barbarorum incursionses satis firmo præsidio munivit, et simul in hostem omnibus viribus consurgere parat, ejus rabiem compressurus.

Sodalitatem beatæ Virginis Hallensis approbavit, ac indulgentiis illustravit.

Bullam edidit in favorem Conceptionis beatæ Virginis Mariæ, quam extare apud Augustinum Suarez ordinis Carmelitani in libro statutorum ejusdem ordinis, Hispali impresso anno 1573 asserit Petrus de Oieda in tract. *De Conceptione B. Mariae Virginis*, cap. 1.

Magna reverentia basilicam sanctæ Mariæ Majoris de Urbe prosecutus est, ubi splendide domiciliū summis Pontificibus exstruxit, quod etiam hodie intuemur, per multos annos pro capitulo, et hujus basilicæ clero, sic Pontificibus concedentibus. Obiit anno salutis 1455, ix Kal. Aprilis.

CAPUT LXXIII.

De Callisto III, Pontifice Maximo.

Nicolao V e vivis sublate, in potestatem pontificiam devenit Callistus hujus nominis III, cuius erga D. Virginem singularis devotione existit, quia fama erat, Turcas victoria usos, magna Peloponnesi, Ærycicique parte in suam ditionem redacta, in Dalmatiam, atque in ipsam Italiam furore ac rabie instinctos rapi, nihil habuit antiquius, quem ut Lauretanam domum tutaretur, haud dubius, quin illa salva, Deiparae præsidio cetera in Italia salva essent futura. Igitur Rodericum Borgiam fratris, et Joannem Milianum sororis filios,

cum legatorum pontificiorum munere ac nomine, copiis præficit; horum alterum in Picenum; Lauretana domo præcipue ejus curæ demandata, alterum Bononiæ vestigio destinat. Veniunt ambo legati cum suo utroque exercitu Lauretum: ibi pacem veniamque a Deo, Deique parente comprehensi, sacram ædem a muris et propugnaculis nudam, tumultuari opere aggeribus cingunt. Cæterum beata Virgo tametsi Pontificis, pontificiorumque ducum erga se voluntatem minime aspernata, suam ipsam cœlesti ope protexit domum, Turcarum rabie alio aversa domitaque. Quippe per id tempus pontificia classis non magna, duce patriarcha Aquileiensi Asiæ oras felici ausu, eventuque populata, effusum Barbaræ impetum fregit. Turcica classis acie victa, pleræque triremium captæ. Usumcassanus insuper Persarum rex, Callisti instinctu Turcarum fines infesto agmine ingressus, egregias reportavit de superbissimo hoste victories, non tam humana vi (ut ipsem litteris ad Pontificem datis, professus est) quam ope divina.

Idem Pontifex sacrum beatæ Virginis velum, ejusque cingulum in Ecclesia cathedrali Atrebantensi, ubi ea habentur, pie venerantibus indulgentias impertivit.

Nonnullorum sententia est, meridianum Salutationis angelicæ pulsum, non a Gregorio IX, sed ab hoc Callisto eadem de causa, qua matutinus et vespertinus ab Urbano II prius instituti fuerant, esse adinventum: scilicet ut eo excitatus populus Christianus orare recordaretur pro exercitu Christiano in Ungaria contra Turcas decertanti; id refert Petrus Messias, quidamque alii Neoterici.

Hic idem, ut habetur ex M. S. Sanctæ Mariæ in Porticu, ex picturis et ex traditione, ad sui temporis calamitates avertendas, venerabilem imaginem ejusdem B. Mariæ in Porticu, solemnni ritu in processione portavit.

Moritur anno Domini 1458, viii Idus Angusti.

CAPUT LXXIV.

De Pio II, Pontifice Maximo.

Sanctissimus Pontifex Pius hoc nomine II, in demortui Callisti III locum subrogatus, cum beatissimæ Virginis amore flagraret, Mantuam, ad illius templum invisendum, perrexit, ibique triduo in cœnobio B. Marie de Gratiis Fratrum Minorum commoratus, ac in ejusdem Deiparae sacello solemnii pompa sacris mysteriis operatus, omnibus Christi fidelibus templum illud prima Octobris Dominica venerantibus, perpetuam septem annorum, totidemque quadragenarum indulgentiam oretenus concessit. Quod tantæ munificentiae exemplum, cum in tabulas referri, perpetuoque in eodem cœnobio asservari præcepisset, id a fratribus oppido suis exsecutioni mandatum, hoc pacto: « Ad laudem, et gloriam Domini nostri Jesu Christi, ejusque gloriissimæ Genitricis Virginis Mariæ, Matris omnium gratiarum, et ad perpetuam rei memoriam, sanctissimus ac beatissimus in Christo Pater, et

Dominus D. Pius divina providentia Papa II, qui causa devotionis et spiritualis recreationis hanc basilicam cum loco visitavit, tribusque noctibus pernoctavit anno 1459, 19 Octobris, et 21 quae fuit Dominicæ, post Missarum solemnia, populo astante fideli, pro sua soñita clementia, omnibus Christifidelibus ipsam basilicam, sive ecclesiam visitantibus, in prima Dominica dicti meusis Octobris, et vere poenitentibus et confessis, misericorditer concessit septem annos, et totidem quarantenas de vera indulgentia, et hoc viva voce perpetuis temporibus duratura. Quamobrem in posterum adeo loci illius reverentia excrevit, ut quotannis prima Octobris Dominicæ, summa populi frequentia, solemnique divinorum Officiorum ritu celebretur.

Quin etiam idem Pontifex, ut magis ac magis illius se religiosissimi templi studiosum ostenderet, suum ibi simulacrum pontificis insignibus ornatum, e templi regione collocari, atque haec in ejus basi carmina Italico idiomate, sculpi mandavit :

*Dai sette colli, Madre alma di Dio,
Ove fui posto a dar al mondo esempio.
Ne vengo ad adorarti in questo tempio
Con le chiavi, e col manto humile e pio.*

Quæ Latino carmine ita reddi possunt :

*Collibus e septem, Genitrix o alma Tonantis,
Urbi ubi sum positus Romanæ exemplar et orbi,
Veni, ut in augusto recolam tua numina templo
Clavibus, et chlamyde insignis, supplexque pius-
[que].*

Idem innata sua quadam ac peculiari veneratione pariter et devotione semper accensus, supra predictum altare almæ Virginis et gloriosissimæ Matris, sexta decima die Januarii 1460, devotissime celebravit, et in hujus memoriam, quibuscumque ibidem celebraturis a die suæ celebrationis pro qualibet Missa trium annorum, et trium quadragenarum, audituris vero Missam devote in forma Ecclesiæ ibidem constitutis, unius anni ac unius quadragenæ indulgentiam dedit, perpetuis temporibus duraturam, hoc tamen semper servato, ut celebrans prius petat licentiam guardiani, vel ejus loco existentis, paratus autem ante altare dicat devote : *Miserere mei, Deus, et De profundis clamaui, ac ter Pater noster, cum Ave Maria. Assistentes vero cæteri pro ipsa indulgentia consequenda similiter genuflexi, ante Missam septies Pater noster cum Ave Maria devote persolvant, ut meritis ejusdem Virginis salutis auctor duleissimus Jesus Christus, Vicarii sui totam vitam ad suæ sanctissimæ dirigat beneplacitum majestatis, demumque animam admittat in gaudium æternitatis : quam indulgentiam viva voce concessit.*

Idem Pontifex, Christianis regibus ac principibus, non modo per litteras legatosque, sed etiam per se in concilio Mantuano sua præsentia ac voce, ad Turicum bellum incitat, ex itinerum labori-

bus, in longinquum periculosumque incidit morbum, alienissimo Christianæ reipublicæ tempore. Quippe magna sacrorum militum pars, qui cruce insignes sacrae militiæ dederant nomen, Anconam Pii Pontificis jussu convenerant; jamque Pontificis ipsius ex composito præstolabant adventum. Cæterum senile, laboribusque fractum Pii corpus, alienissimo tempore, ardens febris, molestissimaque tussis adeo afflixerant, ut non dicam ire, sed aspirare Anconam, uti constituerat, haudquam valeret. Damnata igitur spe, atque ope medicorum, B. Mariæ Lauretanæ, cuius egregiam vim in morbis divinitus curandis, fama accepérat, implorat opem, non tam urgentis morbi, quam Anconitani itineris remedium quærens. Nec dubius auditas preces, extemplo calicem aureum opere ac pondere insignem B. Virgini donat dicatque, addita votivo calici ab ipsomet Pontifice in voto nuncupando dictata inscriptio, pontificii voti, donique monumentum:

Pia Dei Genitrix, quamvis tua potestas nullis coartetur finibus, ac totum implet orbem miraculis, quia tamen pro voluntate sæpius uno loco magis quam alio delectaris ; et Laureti tibi placitam sedem per singulos dies innumeris signis et miraculis exornas : ego infelix peccator, mente et animo ad te recurro, supplex orans ut mili ardente febribus molestissimamque tussim auseras, læsisque membris sanitatem restituas, reipublicæ, ut credimus, salutarem. Interim hoc munus accipito meæ servitutis signum. Pius Papa II, anno humanæ salutis 1464. »

Et donum Virgini cordi fuit, nec sua spes Pium Pontificem ulla fefellit ex parte. Mirum dictu, voto nuncupato extemplo febris ardor refrigerescere cœpit, tussis remittere, redire vires affectis, ac pene consumptis morbo pariter et ætate membris. Pius ergo more impatiens, nondum satis confirmata valetudine, committit se viæ, Anconam iturus, et Lauretanæ Virgini ex itinere votum exsolitus. Lectica delatum complures cardinalium Romanorumque procerum prosecuti, quos partim Pontificis charitas ac reverentia, partim miraculi fama, partim etiam sacri exercitus visendi cupidio ab urbe exciverat. In itinere Pontifex, quo propius Lauretanam ædem accedebat, hoc melius habebat, ut facile appareret, inde vires augeri. Itaque ad B. Mariæ Patronæ suæ conspectum valens, et vegetus pervenit, et præsentis opis in urbe, atque in via expertæ memor, vota persolvit. Nunquam alias ante major Lauretanæ majestatis species visa. Uno tempore cardinalium primorumque Romanæ civitatis plurimos Pium prosecutos, satis etiam multos egregios bello duces ex Ancona Pontifici obviam progressos, ipsumque Pont. Max. ante Lauretanam Virginem supplices ac venerabundos videres. Pius ergo voti religione exsolitus, iisdem comitantibus pergit Anconam. Cæterum quominus voti, cuius compos a Lauretana Virgine factus erat, fructum

perciperet, impedimento fuit sociorum sacri belli mora, nam dum gravior jam ætate ac viribus Pontifex per æstivos calores Anconæ sedet, Venetæ classis ducem, aliosque belli socios exspectans, sive moræ tædio, sive senio affectum corpusculum urgente, languere cœpit. Inde in lentam ac pertinacem incidit febrim, cuius demum tabe consumptus, ad suorum laborum, egregiisque illius conatus præmia migravit in cœlum anno 1464, xvii Kal. Septembbris. Pontifex omnino cum cæteris egregiis animi dotibus, tum vero pietate ac religione memorabilis.

CAPUT LXXV.

De Paulo II, Pontifice Maximo.

Post Pii II Pontificis in Anconitana urbe decessum, cardinales Pium Anconam prosecuti, Romam ad comitia pontificia iter intendunt. Atrox per id tempus ex tanta hominum colluvione, ut fieri solet, Anconæ orta pestilentia erat, quæ intolerabili æstu per autunnum humana corpora movente, per vulgaria primum capita vagari cœpit, inde nobilitatem quoque, primoresque corripuit. Ergo præsentis periculi terror profactionem Patrum, aut fugam potius maturavit; et si quenamdam eorum ne fuga quidem eripuit morbo Lauretanæ gloriae materiam futurum. Petrus erat Barbus cardinalis S. Marci, ætate, prudentia, ac rerum usu inter cæteros eminens: hic pestilentia tactus æstuare animo cœpit, cum foeda impendentis mortis facies oculis obversaretur. Sed Pius II Pontifex Lauretanæ opis recens erat documentum. Itaque valetudinis Pio divinitus redditæ memor deferri se confestim ad templum Lauretanum jubet. Quo ut ventum est, ejectis arbitris, in Deiparæ cellam infertur, ibi venerabundus procumbere humili, omnem in B. Virginem, secundum Deum suæ curationis spem repouere, urgentis morbi mortisque impendentis remedium exposcere: rempublicam Pontifice orbatam Deo ac B. Virginis impensis commendare. Nec frustra, precibus insistenti levis quidam ac dulcis somnus obrepdit. Fama est, illi in quiete Deiparam Virginem cœlesti quadam specie oblatam, quæ bonum habere animum jussos, auditæ ejus preces nuntiaret: mox discussum iri morbum; insuper ipsum propediem Dei nutu Pontificem Maximum futurum. Haud vanum suis visum docuit eventus. Exemplo cum somno morbus abiit; ipse voti compos, animi corporisque vigorem omnium spe maturius recuperavit. Ipsius admodum lœtus multiplex Dei Deiparaque beneficium agnoscit, et gratiis utrique impense actis, sospes ac vegetus exit e sacrosancto sacello, cunctis, qui ejus morbi consciæ erant, attonitis, et ingenti admiratione deßixis. At ille B. Mariae promisso ad summi sacerdotii spem erectus, et simul accepti beneficij satis memor, Lauretanæ ædis præside protinus accersiri jubet. Huic proplalam enuntiat, sibi esse in animo magniscentissimum S. Mariae Lauretanæ templum condere: proinde primo quoque tempore

calcis, cæmentorum, materiæ, quod satis sit, comparet suo nomine, sumptuque, inde Romam ad comitia profectus Pontifex creatur, Pauli II inditum nomen. Vix dum pontificatu inito, haud immemor, cuius ope et valetudinem et summum illud fastigium adeptus esset, Laurentianum templum moliri instituit, ac præsagiente jam animo futuram olim amplitudinem ejus loci, veteri disturbato templo, ingentem circa aream insanis occupat fundamentis, inde opus cœptum strenue ædificare pergit. Bonam templi Laurentani partem a Paulo II exstructam, fidem facit Baptista Mantuanus, apud quem in Angelariorum carmine Antonium principem virum, præter Picæni oram navigantem sic gubernator navis affatur:

Quod cernis Picentia juxta
Littora, delubrum est illud venerabile Magnæ
Matris, ab Assyriis quod dii super æqua quon-
[dam]

Huc manibus vexere suis.

Et paulo post :

*Lauretæ delubra vocant ; neu crede superbam
Hanc ædem venisse fretis, superaddidit ista
Templa sacerdotum princeps ingentia Paulus.*

Ex quo profecto conjectari licet, Laurentianum templum ab eo plane ad fastigium esse perductum. Inter hæc dum templum summa ope exstruitur, Pontifex non ædificiis solum, sed litteris quoque ac muneribus pontificiis Deiparæ domum adornavit; nam visentibus ædem Laurentanam, diebus omnibus B. Mariæ sacris, ac præterea Dominicis diebus, peccatorum omnium veniam indulxit. Indulgencias etiam singulares immunitates adjectit: quippe Laurentanam ædem una cum ministris, cæterisque rebus ad eam pertinentibus, a Recinatensis episcopi jurisdictione exemptam, et in suam, Sedisque apostolicæ et apostolorum Petri et Pauli tutelam recepit; sacerdotibus Laurentanis, absolvendi peregrinos a sceleribus ac flagitiis, episcopo Sedique apostolicæ reservatis, satis amplam dedit facultatem.

Idem Pontifex, cum anno 1464, mala innumera in terrarum orbe invaluerint, festum Præsentationis B. Virginis approbavit, et solemniter celebrari imperavit, etiam indulgentiis (quod et Pius II ejus antecessor recens præstiterat) id pie colentibus impertitis, ut Usuardi Martyrologium a Joanne Molano auctum, verbis hisce confirmat; Hierosolymis, Præsentatio beatæ Dei Genitricis Virginis Mariæ quam Pius et Paulus Pontifices Romanii cum indulgentiis instituerint.

Idem studio colligendi res pretiosas et singulares, cum pietate tamen conjuncto, adductus, venerabilis imaginem sanctæ Mariæ in Portico de Urbe in gemmis et auro formatam, in manibus habere curavit; quod tamen secreto et caute per episcopum Foreensem fieri mandavit. Jure secreto fieri commisit; nam alioqui, non sine murmuratione, aut reclamatione canonicorum ipsius ecclesia, vicinorum, aut etiam tetius urbis, res illi ex sententia evenisset;

ergo discessit e palatio episcopus Forensis, accessit ad ecclesiam S. Mariæ in Porticu, et remotis arbitris, locum, ubi sacra imago custodiebatur, ascendit, seras apernit, imaginem adoravit; manibus accepit, in sinum clausit, et in palatium ad summum Pontificem asportavit, qui summus Pontifex hilari vultu, et ea qua decet reverentia et pietate, eam excepit, adoravit, et in suam capellam, super altare collocavit. Sequenti vero mane Pontifex in suam capellam, ad adorandam imaginem rediit, eam non invenit, custodem capellæ interrogat de imagine, percontatur num tota illa nocte capella clavibus obserata fuisse, atque ita animo plurima volvens, spesque, metusque varie illum afficiebant: cum tandem missis de palatio nuntiis ad ecclesiam S. Mariæ in Porticu, venerabilis imago in suo loco inventa est: atque ita divino compellente Numinе, magnoque miraculo venerabilem imaginem ipsam per se ad suam ecclesiam rediisse, summus Pontifex intellexit: quam deinde summo studio, magna pietate semper est prosecutus. Propterea vero indulgentias plurimas ejus ecclesiæ contulit, et voluit, ut suus nepos cardinalis Baptista Zeno acciperet titulum S. Mariæ in Porticu.

Pro victoria adipiscenda adversus Tureas, Christiani nominis hostes, solemnem supplicationem indixit, in qua imago sanctæ Mariæ de Populo gestabatur, Pontifice ipso cum cardinalibus nudis pedibus procedente.

Obiit anno 1471, v Kalend. Augusti, post quem Romanus Pontifex renuntiatus est Sixtus IV.

CAPUT LXXVI.

De Sexto IV, Pontifice Maximo.

Sixtus IV Pontifex Maximus, in servitio Dei Genitricis devotissimus, quanta cum devotione immunitatem Conceptionis ejus a peccato originali, amplexus sit, soverit, et fidelibus summo cum ardore snaserit, expresse convincunt plures illius Constitutiones, quarum duas, quæ habentur lib. III Extravagantium communium, *De reliquiis et veneratione Sanctorum* cap. 1, hic in legentium commodum exscribere operæ pretium existimavi.

Sixti Papæ IV, de Conceptione B. Virg. Constitutio.

Cum præexcelsa meritorum insignia, quibus Regina cœlorum Virgo Dei Genitrix gloriosa, sedibus prælata æthereis, sideribus quasi stella matutina prærutilans, devotæ considerationis indagine perscrutamur, et intra pectoris arcana revolvimus, quod ipsa, utpote via misericordiæ, et Mater gratiæ, et pietatis amica, humani generis consolatrix, pro salute fidelium qui delictorum onere gravantur, sedula oratrix, et pervigil ad Regem quem genuit, intercedit: dignum, quin potius debitum reputamus, universos Christifideles, ut omnipotenti Deo (cujus providentia ejusdem Virginis humilitatem ab æterno respiciens, pro reconcilianda

suo Auctori humana natura, lapsu princi hominis aeternæ morti obnoxia, eam sui Unigeniti habitaculum, sancti Spiritus præparatione constituit, ex qua carnem nostræ mortalitatis pro redemptione populi sui assumeret, et immaculata Virgo nihilominus post partum remaneret) de ipsis inmaculatae Virginis mira Conceptione gratias, et laudes referant, et instituta propterea in Dei Ecclesia, Missas, et alia divina Officia dicant, et illis intersint, indulgentiis, et peccatorum remissionibus invitare, ut exinde siant Virginis meritis et intercessione diuinæ gratiæ aptiores. Hac igitur consideratione inducti, omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus auctoritate confisi: auctoritate apostolica, hac in perpetuum valitura Constitutione, statuimus et ordinamus, quod omnes et singuli Christifideles utriusque sexus, qui Missam et Officium Conceptionis ejusdem Virginis gloriose juxta piam, devotam et laudabilem ordinationem dilecti filii Magistri Leonardi de Nogarolis, clerici Veronensis, notarii nostri, et quæ desuper a nobis emanavit Missæ, et Officii hujusmodi institutionem in die festivitatis Conceptionis ejusdem Virginis Mariae et per Octavas ejus devote celebraverint, et dixerint, aut illis Horis canonicas interfuerint, quoties id fecerint, eamdem prorsus indulgentiam, et peccatorum remissionem consequantur, quam juxta felicis recordationis Urbani IV in concilio Viennensi approbatas, ac Martini V, et aliorum Romanorum Pontificum predecessorum nostrorum Constitutiones, consequuntur illi, qui Missam et Horas canonicas in festo Corporis et Sanguinis Domini nostri Jesu Christi, a primis Vesperis, et per illius Octavas juxta Romanæ Ecclesiæ Constitutionem celebrant, dicunt, aut Missæ Officio, et Horis hujusmodi intersunt, praesentibus perpetuis temporibus valituri. Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominice 1476, in Kal. Martii, Pont. nostri anno sexto. »

Ejusdem de eadem materia Constitutio a. tera.

Grave nimis gerimus molestum, cum sinistra nobis de quibusdam ecclesiasticis personis referuntur, sed in eorum qui ad evangelizandum verbum Dei sunt deputati excessibus prædicando commisis, eo gravius provocamur, quo illi periculosius remanent incorrepti, cum facile deleri nequeant, qui multorum cordibus sic publice prædicando diffusius et damnabilius imprimuntur errores. Sane cum sancta Romana Ecclesia de intemeratæ semperque Virginis Mariæ Conceptione, publice festum solemniter celebret, et speciale ac proprium super hoc Officium ordinaverit: nonnulli (ut accepimus) diversorum Ordinum prædicatores in suis sermonibus ad populum, publice per diversas civitates et terras, affirmavere hactenus non erubuerint, et quotidie prædicare non cessent, omnes illos qui tenent aut asserunt eamdem gloriosam et immaculatam Dei Genitricem absque originalis peccati macula fuisse conceptam, mortaliter peccare, vel

esse hæreticos ; ejusdemque Immaculatae Conceptionis Officium celebrantes, audientesque sermones illorum, qui eam sine macula conceptam esse affirmant peccare graviter. Sed et præfatis prædicati- nibus non contenti, confectos super his suis assertionibus libros in publicum ediderunt, ex quorum assertionibus et prædicationibus non levia scandala in mentibus fidelium exorta sunt, et ma- jora merito exoriri formidantur in dies. Nos igitur temerarii ausibus, ac perversis assertionibus, ac scandalosis, et quæ exinde in Dei Ecclesia exoriri possunt (quantum nobis ex alto conceditur), ob- viare volentes, motu proprio, non ad alicujus nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera deliberatione et certa scientia hujusmodi asser- tiones predicatorum eorumdem, et aliorum quorumlibet, qui affirmare præsumerent, eos qui crederent aut tenerent eandem Dei Genitricem ab originalis peccati macula, sua Conceptione præser- vatau fuisse ; propterea alicujus hæresis labi pollu- tos fore, vel mortaliter peccare, aut hujusmodi Officium Conceptionis celebrantes, seu hujusmodi sermones audientes, alicujus peccati reatum incur- rere, utpote falsas et erroneas a veritate penitus alienas, editosque desuper libros prædictos id con- tinentes, quo ad hoc, auctoritate apostolica, tenore præsentium reprobamus et damnamus. Ac motu, scientia et auctoritate prædictis, statuimus et ordi- namus, quod prædicatores verbi Dei, et quicunque alii, cuiuscunq; status, gradus, aut ordinis, ac conditionis fuerint, qui de cætero, ausu temerario, præsumperint in eorum sermonibus ad populum, seu alias quomodo libet, affirmare, hujusmodi sic per nos improbatas et damnatas assertiones, veras esse, aut dictos libros pro veris, legere, tenere, vel habere, postquam de præsentibus scientiam ha- buerint, excommunicationis sententiam eo ipso in- currant, a qua ab alio, quam a Romano Pontifice (nisi in mortis articulo) nequeant absolutionis beneficium obtinere. Item motu, scientia, et aucto- ritate similibus, simili poenæ ac censuræ subjicien- tes eos qui ausi fuerint asserere, contrariam opinionem tenentes, videlicet gloriosam Virginem Mariam cum originali peccato fuisse conceptam, hæresis crimen, vel peccatum incurrere mortale, cum nondum sit a Romana Ecclesia, et apostolica Sede decisum.

Non obstantibus Constitutionibus et ordinationi- bus contrariis apostolicis quibuscumque, quibus communiter vel divisim, a Sede apostolica indultum exsistat, quod interdicere, suspendi, vel excommuni- cari non possint per litteras apostolicas, non facientes plenam ac expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Et ne de præmissis aliquando valeant ignorantiam allegare, volumus quod locorum ordinarii requisiti, præsen- tes litteras in ecclesiis consistentibus in eorum civi- tatis, et snarum diœcesum, et locis insignibus, dum major ibi multitudo populi ad divina conve-

nerit, sermonibus ad populum mandent, et faciant publicari. Præterea quia difficile foret præsentes litteras ad singula loca, in quibus expediens fuerit deferre : etiam volumus, et dicta auctoritate decernimus, quod earumdem litterarum transumpto, manu publici notarii confecto, et authentico, alicujus prælati Ecclesiastici sigillo munito, ubique stet- tur, prout staretur eisdem originalibus litteris, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ reprobationis, damnationis statuti, ordinationis, voluntatis et de- creti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignatio- nem omnipotens Dei, et beatorum Petri et Pauli apostolorum se noverit incursum. Datum Rome apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Domini- cae 1483, pridie Non. Septembr., pontificatus nostri anno 13. ,

Idem præcepit ut fieret Octava solemnis de festo Conceptionis, ita ut festivitates sanctorum, quæ infra illam venerint, post Octavam celebrentur. Constituit etiam, ut si festum Conceptionis in Do- minica venerit, Dominica transferatur, ut habetur in *Mari magno* fol. 68, concess. 134, anno 1488. Concessit etiam ut Officium Conceptionis compilatum per F. Bernardinum de Bustis celebrari possit, ut hoc modo devotionis illius festi fieret incremen- tum. Vide in *Mari magno* fol. 114, pag. 2. Jussit etiam, ut festum Conceptionis, quod Ecclesia Ro- mana celebrat, in tota Ecclesia solemniter celebra- retur in laudem B. Virginis. Romæ in ecclesia Sancti Petri in Vaticano capellam ædificavit, ut in ea Conceptione immaculatae Virginis celebraretur. Ante pontificatum librum de ejusdem immaculatae Virginis Conceptione scripsit. Salutationi angelicæ B. Virginis adjecit : « Et benedicta sit Anna Mater tua, de qua sine macula tua processit caro virginea, idque pie fundentibus apostolica præmia impertivit, » uti Judocus Clictovetus in *Virginis laudi- bus*, lucido stylo, signare nil dubitat.

Festum Nostra Dominae de Pietate, Missa, seu Liturgia a se confecta adornavit, quam expressam habet Missale novum Franciscanorum.

Approbavit antiquum ritum orandi, Psalterium B. Mariae Virginis, illudque orantibus indulgentias elargitus est.

Idem ut erat propensi animi erga Deiparam, in- stituit festum Oblationis, seu Præsentationis ejus- dem Deiparæ : præterea nobilem ædeni cum am- plissimo cœnobio Sanctæ Mariæ de Populo ord. S. Augustini a fundamentis erexit. Illic pace Italice magna ex parte confecta, quoddam templum Romæ a se exstructum Pacis titulo signavit, et sanctissimæ Virginis Mariæ dicavit. Cujus templi erigendi hæc fuit occasio. Erat eodem loco antea parochialis ecclesia S. Andreeæ, et in ejus portico imago Deiparæ in pariete extra ecclesiam. Ante hanc dum aleatores ludunt, unus omni amissas pecunias, hor- rende blasphemat beatissimam Virginem, postea

taxillos in imaginem jacit, et arrepto pugione, eam in pectore, in collo, in gena dextra, et in mento vulnerat : unde statim recens sanguis exsilit. Inde fama miraculi sparsa, ingens fit hominum ad imaginem concursus, succedunt miracula : unde quæ prius S. Andreæ ecclesia dicebatur, dieta est sanctissimæ Mariæ de Miraculis. Porro cum tota prope Italia bellorum motibus quateretur, et ipsa Roma a Calabriæ duce obsideretur, Sixtus ad dictam imaginem accedens, vovit, si Deus per beatissimæ Mariæ Virginis intercessionem, pacem Italiam daret, se templum sub titulo Dei Genitricis erecturum. Quare voti compos factus, et urbe liberata, in solo veteri ecclesiæ Sancti Andreæ ad honorem Virginis Mariæ templum ædificavit; dictam etiam imaginem in illud transtulit, et loco decentissimo supra aram maximam collocavit.

Idem indulgentias et immunitates ædi Lauretanæ a Paulo II (de quibus Tursell.) firmavit, novasque addidit, scilicet immunitatem decimaru[m], facultatem dispensandi vota, etc.

Egregium porro suum erga B. Virginem Lauretanam studium, pietatemque, in cuiusdam diplomatis sui protœmio testatum reliquit his verbis : « Cupientes ut ipsa ecclesia Lauretana, ad quam specialem gerimus devotionis affectum, congruis honoribus frequentetur, et ut fideles populi libentius eo devotionis causa consugiant, confirmamus, et quæ sequuntur. Ad hæc Sixtus Hieronymo Robureo, sororis filio, cardinali, cum episcopatu Recinatensi tutelam permisit ædis Lauretanæ, haud parvo ipsius ædis bono, quippe et avunculi instinctu, et sua voluntate, templum a Paulo II iunctoatum exædificavit, ejusque cultum sacra suppelletili, lectissimis sacerdotibus, cantoribusque adauxit.

Subnectere libet orationem in laudem beatissimæ Virginis ab eodem Sexto compositam, ut in Horis antiquis Parisiensibus videtur, quam devote recitantibus ipse Pontifex undecim milium annorum indulgentiam concessit. Est autem hujusmodi :

Ave, Sanctissima Maria, Mater Dei, Regina cœli, Porta paradisi, Domina mundi, tu es singularis Virgo purissima ; tu concepta sine peccato originali, et ideo immaculissima ; tu sine macula concepisti Jesum Salvatorem ; tu fuisti verissime ante partum, in partu, et post partum inviolata et illibata ; fac me tuis sanctis precibus pure, pie et sancte vivere, et ora pro nobis Jesum Filium tuum dilectum, et post mortem me suscipe, ab omnibus malis mentis et corporis libera me, et alios fae me liberare, opera misericordia acquirere, et in gloria paradisi in eternum tecum gaudere. Amen.

CAPUT LXXVII.

De Innocentio VIII, Pontifice Maximo.

Innocentius VIII Pont. Max. post Sixti IV funus a cardinalibus electus, eximia pulchritudine au-

ream Bullam cum gentilitis insignibus donum misit Lauretanæ Virgini suspendendam e collo, velut suæ erga eam religionis indicium. Pontificale insuper amiculum (*pluviale appellant*) ex holoserico villoso, auroque magnificis sane ac præclaris floribus pictum, et opere phrygio prætexto, margaritisque conspicuum. Ad hæc peripetasmata in texta ex auro sericoque.

Hunc Innocentium Sixti IV prædecessoris sui extravagantes pro immaculate Virginis Concepcione confirmasse ferunt, et sub eo religionem sanetimonialium Conceptionis incrementa suscepisse, quarum Constitutiones, sed sub Benedictinorum regula, confirmavit.

Huic intensissimis doloribus ægerrime laboranti, cum remedium ullum medicorum peritia adhibere non posset, cœlorum Regina suis favoribus opitulata est. Ipse enim audita perenni fama miraculorum et gratiarum Deiparæ Annuntiatæ de Florentia, vix eidem voverat, quando id idem experimento didicit, et de acerrima illa infirmitate convaluit. Quamobrem imaginem suam pro gratiarum actione, tholo suspendi, in templo D. Annuntiatæ curavit; ex sinceræ devotionis affectu, quem ad beatissimam Dei Genitricem gerebat, omnibus servorum ejusdem B. Virginis privilegiis ab origine examinatis, recognitis, et in compendium redactis, Bullam confici jussit, quæ magnitudine et numero privilegiorum jure optimo Mare magnum nuncupata fuit. Ad preces Antonii Alabanti ordinis Fratrum Servorum B. Mariæ Virginis generalis, speciale privilegium Galixti III de celebranda Missa in sero Sabbati sancti in honorem beatæ Dei Genitricis, ad insigniores ecclesias extendit eorumdem Fratrum Servorum.

De Confraternitate et Rosario beatæ Virginis Bullam edidit incipientem : *Splendor Paternæ gloriae.*

Obiit viii Kal. Aug. anno 1492, succedente Alexander VI.

CAPUT LXXVIII.

De Alexandro VI, Pontifice Maximo.

Alexander VI Pont. Max. cum imminentia sibi pericula maxima a Carolo VIII Gallorum rege videbat, ad humanam prudentiam adjecit et divinum perfugium ; nam ad Deiparam recursum habuit, et votis conceptis suam statuam in templo Deiparæ Annuntiatæ Florentiæ ante ejus imaginem suspendi jussit. Ea summo artificio ad vivum elaborata, solemní pompa præminentibus tubis excepta, et conspicuo in loco exposita ad hæc usque tempora visitur, monumentum perenne spei, quam Pontifex gravissimis in periculis in sacratissima Virgine reposuerat.

Propter suum in Immaculatæ Deiparæ Virginis Conceptionem affectum, extravagantem Sixti IV, *Gravenimis*, etc., secundam pro Ecclesia universalis, non illam particularem pro Longobardis editam

confirmavit, inseruitque suis litteris: *Illi⁹, qui se, etc., incipientibus, cuius executioni judices applicuit. Religioni insuper Conceptionis beatæ Virginis sub suis prædecessoribus Sixto IV et Innocentio inceptæ summopere savit, ita ut, sub illo non modice se dilataverit per Hispanie regiones, in quibus sub eodem etiam Pontifice plurima templa sunt ædificata, et fraternitates institutæ, præcipue in Lusitania et Catalonia in Conceptionis honorem.*

Bullam edidit de confraternitate et Rosario B. Virginis incipientem: *Illi⁹, qui perfecta est charitas, etc., a Coppensteinio in suis De Rosario Operibus relatam.*

Cœlum petiit anno 1503, xv Kal. Septembbris.

CAPUT LXXXIX.

De Julio II, Pontifice Maximo.

Julius II Pont. Max. maxima erga B. Virginem pietate affectus, anno 1511, die 10 Septembbris, instituit religionem monialium sub titulo Conceptionis beatissimæ Virginis Immaculatæ, cui etiam religioni regulam constituit propriam, in cuius cap. 1 declarat se illam religionem instituisse in honorem Conceptionis B. Virginis Immaculatæ, et præcipit ut moniales dum habitum suscipiant, expresse profiteantur se illum suscipere, ut ejusdem Dei Genitricis Conceptionem venerentur, ut patet ex illis verbis: «Ejusdem Genitricis Dei Conceptionem venerantes, etc.» Et statim in cap. 2, ut moniales his verbis professionem emittant: «Ego Soror N., ob amorem et servitium Domini nostri, et Immaculatae Conceptionis ejusdem Genitricis voveo, etc.» Cap. item 3, ita scribitur: «Ut pallium sit hyacinthini coloris propter mysticam significationem, quod scilicet gloriosæ Virginis anima a creatione sua tota sancta fuit, cœlestis et singularis Regis æterni thalamus.» Item, cap. 4, ita habetur: «Ut autem divinum servitium semper crescat, et gloriosæ Virginis piis in cordibus purissimæ Conceptionis devote augatur.» In cap. 14, præcipit idem Pontifex, «ut in singulis festis simplicibus et semiduplicibus Dominicisque recitent moniales Officium Conceptionis illis institutum.» Statuit etiam idem Julius II ut, quamvis hujus religionis moniales regulam S. Claræ non profiteantur, sed propriam a se illis datum, tamen subjectæ sint Fratribus Minoribus, ideo quia tam indefesso studio et vigilantia, puritatis et innocentiae Dei Genitricis defensores existunt. Denique plures indulgentias concessit illis qui in regno Castellæ imaginem Conceptionis, quam præstatæ moniales portant, secum portarent; quasi devotionem hanc in immaculatam B. Mariæ Conceptionem non solum voluerit intus in corde latere, sed et exterius in pectus prodire.

Hic idem Pontifex religione erga Lauretanam Virginem nullis secundus, anno 4 pontificatus sui, sive Sixti IV patrui exemplo, sive quod in pontificio di-

tione armis recipienda, imploratam Lauretanæ Virginis sensisset opem, Lauretanam ædem summa ope ornare cœpit. Omnium primum, rem ad augendam loci religionem efficacissimam, veterem ædis famam pontificia auctoritate altius in mortaliū pectoribus desigendam ratus est. Itaque, in primis diplomatis sui processio Urbani VI, Bonifacii IX, Martini V maximorum Pontificum decreta, ædi Lauretanæ per honorifica perstringit. Hiuc, Lauretanæ domus primordia exsequens, cubiculum esse ait (ut pie creditur, et fama est) B. Mariæ, ubi illa concepta, ubi educata, ubi ab angelo salutata, Christum conceperit, alueritque. Hanc deinde ædem ab apostolis consecratam, ac divinitus primum e Nazaretho, exinde e silva latrocinii infesta, in collem duorum fratrum; hinc ob fraternalia rixas in eum, ubi nunc sita est, collem demigrasse. Deinceps præfatus se non minore studio teneri Lauretanæ domus ornandæ, quam Paulum II, aut Sextum IV, quorum præclara in eam exstanter beneficia, confirmat illorum munera immunitatesque. Lauretanam insuper ædem denuo in tutelam Pontificis receptam, pontificium sacellum appellat, saera inibi officia solemnī ritu similiter, ut Rome in sacello Pontificis, peragi jubens. Porro Lauretani templi ministris omnibus indulxit, ut pontificii familiares, et convictores essent eo jure, quo qui optimo. Ad hæc prætorem Laureto præsidere jussit a pontifice deligendam, cui etiam mistum dedit imperium. Ex quo tempore oppidum Lauretum Recinetensium ditioni exemptum snijuris esse cœpit. Annonam quoque et alia venalia Lauretum deferentes, omni portorio ac vectigali immunes esse voluit. Interdixit etiam ne quisquam dona, seu pecunias beatæ Mariæ Lauretanæ oblatis averteret, cum excommunicationis latæ sententiae minis.

Julius porro alia multa beneficia, quæ longo explicata diplomate operæ pretium non est referre, superioribus adjecit. Aucta hisce immunitatibus æde Lauretana, ad ejus munimentum cura Pontificis versa. Igitur haud minore animo pacis opera aggressus, quam quanta mole gerebat bella, Lauretanum templum a Paulo II inchoatum, cuius absolutio variis casibus turbata fuerat, non extrinseco solum, sed etiam præmunire parat. Videbat quippe, ædem non minus sanctimoniaz, quam opulentiaz fama inclytam, in vico immunito expositam, seu militum, seu barbarorum avaritiæ fore. Bramantis ergo nobilis architecti consilio, atque opera usus, per Hieronymum Roburecum, Laureti patronum, rem urgere cœpit, et Hieronymus Lauretanam ædem omni ope ornare, munus ac decus Robureæ familie ratus, basilicam in arcis modum exstruxit munivitque. Quippe sacella ipsa propugnaculorum instar assurgent, additæ undique in summis muris pinnæ, aditusque sub tecto, ut ad propugnandum quoquoversns tuto discurrere milles possit. Omnino enim intuenti, arcis potius

quam ædis speciem præbet. Et adjuvat templi munitionem collis, cuius in vertice sita eminet, præsertim qua vergit ad mare. Basilicæ corpus ex pilis ingentibus columnarum instar duodecium constat, quarum utrinque senæ concameratum tectum sustinent. Huic corpori duæ velut alæ, hinc atque hinc adjectæ, cum senis sacellis minoribus, quæ intercolumniis utrinque respondent.

Alia porro majora circa templi caput, sacella disposita numero septem: his interjecta sacraria quatror, quibus sere Lauretanæ conduntur dona, sub tholo, quod est velut basilicæ caput sacro-sancta beatæ Virginis cella præcipuum obtinet sedem, et undeqnaque aspectabilem, multis circa, ut diximus, sacellis majoribus admirabili artificio excitatis. Inter hæc, evidenti miraenlo novus Pontifici injectus est ardor, Lauretanæ Virginis honestandæ. Bononiam pergens ad comprimendos Bentivolorum motus, Lauretum venit, et ipso Natali B. Virginis die in natali ejus cella sacrum fecit. Sub sacrum, solemni pompa in suggestum ad id fabricatum ascendit. Hinc populo, qui ad Pontificis adventum major solito confluxerat, bene precatus, amplissimam delictorum indulgentiam largitur omnibus, Lauretanam ædem eo die rite visentibus. Sunt qui scribant Julium eo tempore vota B. Virginis nuncupasse, pio justoque bello tyrannos persequi molientem. Certe id et belli eventus et Pontificis eò partam victoriæ dona testantur. Julius igitur Bononiam profectus, expulsis Bentivolis, urbem pacavit. Inde Faventia, Forolivio, Ravenna, aliisque pontificiæ ditionis urbibus oppidisque vi receptis, cum Mirandulæ obsidio ducum incuria traheretur, ipsemet Pontifex novo exemplo pergit in castra, duces, militesque sua præsentia excitatus. Ibi dum belli consilia cum cardinalibus agitat sub tentorio, manifestum periculum divina utique evasit ope. Qnipple globus ferreus instar humani capitis, repente ab hostibus æneo tormelto prægrandi excussus, dejecto prætorio, nihil ommino Pontificem ipsum, aut quemquam eorum, qui Pontifici in consilio aderant, læsil. Id enimvero Pontifex B. Mariæ Lauretanæ debere se professus est: sive quod ad bellum iturus, ei vota fecerat, sive quod ad primum bombardæ fragorem Lauretanam Virginem inclamarat. Ergo Mirandulæ expugnatione, aliisque victoriis clarus, Lauretum pergit, ad vota reddenda. Gratiis Deo Deiparae impense actis, globum illum in sacrosancto sacello pendit jubar, monumentum, quanta pestis esset a suo capite, Lauretanæ Virginis præsidio, depulsa. Suspensus est globus a latere sinistro aræ, quod vulgo cornu Epistole vocatur, ubi nunc quoque monstratur visiturque. Inde Pontifex ut gratis, non tantum pius in Virginem foret, Lauretanam basilicam impensis decorare cœpit: namque aram maximam sacra suppellectili angendam ratus, egregium aræ amictum, ex veste Attalica crispano, argenteam crucem pondo librarum 40 illusam auro, et antiquo

opere caelatam, bina item sesquicubitalia candelabra ejusdem materie atque operis, pondo 26, ab urbe misit, et exstat in turbinata crucis basi titulus, haud obseurum indicium partæ a Pontifice Deiparae Virginis ope, victoriae:

Julius II Pont. Max. Deiparae Virgini Lauretanæ dicavit anno 1510. In hoc signo vinces.

Neque his contentus Julius, binos insuper aræ ornatus (frontalia vocamus) ex holoserico villoso carruleo, insignes auro, margaritis, et opere phrygio, addidit. Altarium ornatum ornatum ministrorum adjecit, mitram egregio opere, aliaque pontificia ornamenta, quibus videlicet vel pontifices vel episcoli sacris operantes uterentur. Super hæc conchylia peristremata exornandis templi parietibus, aliaque complura dona Lauretanæ Virgini dedit dicavitque. Ceterum intentus perficiendo exornandoque templo Lauretano, augebatur ad impensis Pontificis animus.

Itaque sacrosancto sacello muris basilicæ communito, munimentum Lauretano vico adversus hostium impetus, incursionesque, addendum ratus est. Dudum Hieronymus Robureus Laureti patronus, vel maxime memorabilis, qui id operis suscepserat, excesserat vita, vix apertis primi aëdificii fundamentis. Proinde Julius Pontifex præclaræ coepit exequens, eodem Brabante (cujus ante mentionem fecimus) auctore, pontificias circa templum aedes, sane ingentes ac magnificas inchoavit, principum hospitio præcipue destinatas. Quarum forma talis: ædium sinus (ubi est aditus impluvii) basilicæ obversus eam duobus lateribus quasi brachiis cingitur. In quatuor angulis totidem prominent propugnacula, tota moles quadrati castelli speciem resert: templum habet pro arce, ejus hodie pars vix diuidia assiduo multorum annorum labore sumptuque absoluta. Nec vero dum pontificias aedes exstrueret Julius, templum adornare destitit. Ad ejus cultum cantorum chorus institutus: organa musica egregia magnifico opere, auroque conspicua; campanæ duæ eximia magnitudine ac specie fusæ, turris campanariæ fundamenta jacta, Julii II opera sunt. Ita ornato templo augustissimæ Virginis cellæ extrinsecus ornandæ, satis pretiosi marmoris comparat: quod utique opus fuissest operum ejus maximum, nisi jam matura ævo mors, cœptis ejus intervenisset, Deo tam insignem laudem alteri reservante. Illud autem non postremo habendum loco, quod hujus generis ultimum mortalium ejus operum fuit.

Petrus Antonius Perrottus, Sylvestrinorum præpositus generalis, D. Mariæ Lauretanæ studio accensus abbatiam S. Laurentii Laureto proximam (ea est in agro Castri Ficardi) cum universis villis, ædibus, pratis, agris, olivetis, silvis ad eam pertinentibus, Pontifice approbante, Lauretano concesserat templo, anno 1512. Julius ergo paucis ante mortem diebus abbatiam illam pontificali diplomate Lauretanæ attribuit domui; Perrottum ipsum Laureti gu-

bernatorem instituit, ratus (id quod erat) cui cordi fuisset Lauretanæ fortunas augere, eidem conservare ac tueri auctas cordi futurum.

Idem anno 1512, lampadem argenteam Virginis Hallensi obtulit.

Concessit indulgentiam plenariam recitantibus Coronam B. Virginis 72 Ave Maria, eo quod crederet Deiparam ætatis suæ anno 72 ex hac vita migrasse. Savonæ, ubi Justinianus Lygur cum natum esse refert, templum Virginis ampliavit.

Suam erga S. Mariæ Majoris ecclesiam de Urbe, egregie pietatem patefecit, dum eidem ecclesiæ insignem apparatum auro intertextum pro sacris faciendis largitus est, ut refert abbas Paulus de Angelis in Descriptione basilicæ S. Mariæ Majoris, pag. 132.

Decubuit Romæ anno 1513, ix Kalend. Martii.

CAPUT LXXX.

De Leone X, Pontifice Maximo.

Leo X, haud in pontificatu magis quam pietate in B. Virginem Julii II successor, nihil potius habuit, quam ut in Lauretanæ ejusdem B. Virginis aede amplificanda nemini cederet. Et hujuscem studi sui declarandi præclararam illi Deus materiam inter primum pontificatus rudimentum dedit. Per ea quippe tempora Lauretanæ religionis, ac celebritatis fama Neapolim perlata, duas Joannas Aragonias, seniorem et juniorem (reginas Neapolitanas, quia regia stirpe genitæ erant, vulgus appellabat) ad templum miraculis maxime inclytum visendum accedit. Itaque magnifico sane comitatu Neapolitani regni interiora penetrantes, per Samnites in Picenum transerunt, ingenti populorum quacunque transibant, gratulatione, cultuque exceptæ. Quo tempore Leonis præcipue magnificentia enituit. In omnibus pontificiae ditionis oppidis, quæ erant in via, reginas regio apparatu excipi jussit, non tam illarum cultui, quam Lauretanæ Virginis celebritati favens, cumulatissimam insuper delictorum veniam et ipsis reginis et cæteris Lauretum ad illarum adventum occurrentibus, eodemque die Lauretanam aedem rite venerantibus, impertivit. Exin Leo cunctas Julii II superiorumque Pontificum indulgentias, immunitates, beneficia Lauretanæ domini tributa luculento diplomate rata esse jussit: ac deinceps aliis super alia diplomaticis impense cumulavit. Lauretanam quippe ecclesiam collegiatam instituit: sigillo, cæterisque collegialibus insignibus ei attributis. Duodenos inibi canonicos (ex quorum numero archipresbyter, et almae domus custos forent) totidemque sacerdotes assidue, quos Mansionarios vocant: senos præterea clericos chori adjutores esse voluit: sui cuique amui redditus pro rata portione assignati. Omnes porro indulgentias, quibus in templorum stationibus Roma perfuerit, Lauretanæ concessit aedi, ut iisdem temporibus Laureti percipere advenæ possent in una aede, quæ Romæ perciperentur in pluribus. Inde Anconitano, Pisauensi, aliisque

autumnalibus fintimorum oppidorum mercatibus abrogatis, Recinatì duntaxat, Septembri mense (ornando scilicet diei Natali B. Mariæ) celebrari emporium jussit. Ad hæc Recinatensis emporii, immunitatimque nuntiis, ad barbaras quoque nationes, non tantum ad Christianos populos circummissis, evocavit undique mercium institoris. Ergo gentium generumque omnium mercatores hac fama exciti, Recinatum ad indictum mercatum conflunnt, Itali, Dalmatæ, Germani, Flandri, Græci, Armeni, Judæi denique Hispania nuper expulsi, Turcæque. Institutorum ergo complures cujusque generis seu religione, seu miraculo loci (et vicinitas invitabat) ad Lauretanam aedem venisse constat: nec quemquam aditu prohibitum, præter obstinatos in avita superstitione Turcas, Judæosque, ne videbilet projicerentur margaritæ ante porcos. Græcos vero, et Armenos (tametsi plerique eorum schismatici essent) religione erga beatam Virginem cum Latinis certasse accepimus: plures eorum detractis in ipso templi aditu sibi calecis, manibus et oculis sublati in cœlum ad sacrosanctam accessisse domum: quo ubi ventum esset, ad limen procubuisse venerabundos, ibique prostratis humi corporibus, Deum Deique Parentem adorasse, demum ad conspectum Virginis, aramque adrepsisse genibus, Jesu Mariæque nomina enixe invocantes. Hæc porro Recinatensis mercatus a Leone instituta celebritas plurimos deinceps duravit annos, ingenti cum Lauretanæ celebritatis incremento. At Leo, ne quam Lauretani cultus amplificandi omitteret viam, ad ultimum sanxit, ne vota adeundæ sanctæ Mariæ Lauretanæ ullo modo possent cum aliis pietatis operibus commutari: proinde votum hoc quinque illis vulgo excipi solitis aggregavit.

Nec apostolicis litteris magis Lauretanam aedem Leo Pontifex, quam pontificiis opibus auctam voluit. Interim ab eo, templi, domusque Lauretanæ ædificia strenue adjuta. Bina templi sacraria circundatis segmentato opere armariis adornata. Inde ad ipsam sacrosanctam cellam honestandam convertit animum. Ac sacros quidem parietes intrinsecus ornatos, ratus non est, ne quid in eis ornatus esset, præter ipsos, quos Christi ac B. Virginis habitat contactusque satis superque adornarant. Cæterum intentus sacello extrinsecus magnifice exornando (et materies ad id nuper ab Julio præparata stimulabat) eam ornatus amplitudinem concepit animo, quæ digna Deipara Virgine, digna Romano Pontifice Christi Vicario, digna ipsis loci majestate, religioneque quoad paterentur humanæ opes, foret. Ergo Sansovino, architecto simul ac statuario illis temporibus nobilissimo, formæ describendæ negotium dat, monito quid sui consilii sit. Sibi utique esse in animo tale moliri opus, quod in parva mole omnem illius sæculi magnificientiam vinceret. Nec defuit regio Pontifice animo sapientissimi architecti solertia: formam quippe talem descripti, quæ Leonis responderet optatis. Nec

Pontifici minus animi in perficiendo opere fuit, quam studii in forma optanda probandaque fuerat. Preciosi marmoris haudquaquam satis erat, et descripta forma requirebat ingentes marmoris geras. Igitur eas iude usque a Carraria (quæ candidi marmoris lapidicina in Liguribus est in primis nobilis) peti jussit, nullaque habita sumptus ratione Lybustica marmora navigiis imposita longissimo circuitu (quippe infero supero que mari, Italæ oram, pene quam longa est, circumvehiri necesse erat) subvehenda curavit. Quæ ad Anconam, sive ad Recimatensem portum demum exposita, Laurentum advehebantur planstris. Ibi ab eximiis fabris illius ætatis maxima mercede conductis, antiqua illa Græcorum Romanorumque arte perpoliebantur. Inter hæc auxit loci majestatem, religionemque haud exiguum Lauretanæ basilicæ additum decus.

Leo, ut augstiorem sedis Lauretanæ speciem faceret, Petrum Antonium Perottum præside in sacris operantem eum cætero habitu, tum vero episcopilibus insignibus venerabilem fecit, eidemque concessit ut sacris operatus populo bene precatetur episcopali ritu. Nec Leonis cura Lauretanum antistitem magis, quam aram pontificis muneribus honestavit. Candelabra argentea quatuor sesquicubitalia auro interlita, et præclaro opere cælata, pondo fere 50, umbella insuper quadrata egregia, Leonis dona sunt. Per idem tempus a Barbaroru*m* vi et ab avaritia Christianorum militum, Lauretanum domus cœlesti utique præsidio intacta remanserat: unde multiplices periculi Lauretani, divinique præsidii rumor Leonem Pontificem perpulit, ut humana etiam ope talia pericula arceret in posterum. Apparebat pontificiarum ædium molem, ædis munimento destinatam esse tantam, quantam vix assiduus plurimorum annorum absolvere posset labor. Ergo tam sera spe damnata adversus subitas hostium populationes, Laurentum fossis, aggeribus, mœnibus, propugnaculis cingit; satis etiam tormentorum æneorum adjectit ad propugnandum et procul arcendum hostem, et quo Laurentum templi, oppidique munitionibus septum, adjuvante collis situ, muniti castelli etiam eminus haud vanam speciem gerit. Hujus rei fama finitos ad incendendum, non tantum peregrinos ad videndum excivit; Barbaros vero, ac cæteros a conando imposterni scelere retardavit. Inter quæ cardinali Robureo Laureti patrono vita functo Bernardus cardinalis Bibiennensis, huic Julianus Rodulphus prior Capuanus a Pontifice suffectus est: qui Leonis jussu, quoniam jam paratum erat dynastis hospitium, domum hospitalem pauperibus peregrinis denuo extruxit. At Pontifex, perfectis Laurenti munimentis, campanam rarae magnitudinis fundendam curavit 20 millium pondo, eamque Laurentam, oppidi nomine appellavit. Exinde haud parum memor egregii monumenti, quod circa saeculum sacellum relinquere moliebatur, Sanxovinum, cæterosque artifices litteris, præmiis,

promissis impensius urgere institit, ut se vivo tam eximium opus absolverent. Verumtamen haud potuit Leone vivo suprema illi operi imponi manus. Et sane genus cœlaturæ, ac pulcherrimarum statuarum multiudo non unum requirebant pontificatum.

Idem Pontifex Leo anno 1518, pro victoria obtinenda contra Turcas, ordinavit tres solemnes processiones: primam a S. Augustino, usque ad S. Mariam in Ara cœli; secundam a Sancto Laurentio in Damaso, usque ad Sanctam Mariam de Populo; tertiam a S. Petro usque ad Sanctam Mariam super Minervam, in quibus portavit imaginem Salvatoris Christi, lanceam, caput S. Joannis Baptiste, et S. Andreae apostoli, reliquias etiam S. Crucis in Jerusalem, et aliarum ecclesiarum Urbis. In tertia vero processione, quæ fuit 14 Martii die Dominico, ipse Pontifex simul cum cardinalibus et clero nudis pedibus incessit a S. Petro usque ad Sanctam Mariam super Minervam, ubi fuit lecta Bulla concordiae principum Christianorum contra Turcas: et in hac tertia processione, ut habetur ex MSS. illius temporis, quæ servantur apud Patres S. Mariae in Porticu, portavit imaginem ejusdem S. Mariae in Porticu. Hujus rei meminit Rev. P. Anton. de Balinghem societatis Jesu in Kal. Mart. die 14 Martii, duu ait: « Anno 1518, Turcarum metu urbe undique perculta, ad impetrandam contra eos Christianorum principum concordiam, Leo X, miraculosam Deiparæ imaginem ex S. Maria in Porticu allatam in solemnni supplicatione deferri jussit, quam ipse cum Patribus purpuratis, nudis pedibus est prosecutus. Haec imago (ut obiter dicatur) ea est, quam ad B. Gallam illustrissimam et sanctissimam viduam Symmachi consulis et martyris filiam, angeli detulerunt, aureis lineis in lapide pretioso zapphirino, angelorum manibus (ut fertur) efformata, multa luce circumfusam: quare vehementer ipsa commota Joannem Pontificem, postea martyrem, tota de re commonefecit; qui cum prodigium visurus ad eam adiisset, repente campanæ tota urbe concreperunt suamet sponte, eas pulsante nemine, videntque ipse imaginem istam in aere suspensam, quam tunc angelii in manus Pontificis deposuerunt.

Idem Leo anno Incarnationis Dominicæ 1514, sexto Kal. Maii, aram et sacellum B. Virginis Annuntiatae de Florentia a majoribus domus, et familiae sue de Medicis, magnis auri copiis abunde fusis, a fundamentis erectuni, Bulla edita, amplissimis indulgentiarum muneribus decoravit. Ea in Bulla sanctissimam Dei Genitricem Mariam vocat pientissimam humani generis sospitricem, divinorum ærarii beneficiorum, atque thesauri fidissimam custodem, ac splendidissimam dispensatricem, pro universo populo Christiano sedulam apud Dominum exoratricem, quam superi colunt, venerantur mortales, observant inferi, etc.

Cum ea duceretur opinione, quæ asserit beatis-

si. nam Virginem aetatis suae anno 72 ex hac vita migrasse, concessit indulgentiam plenariam recitantibus Coronam 72 Ave Maria in venerationem annorum vite ejusdem. Concessit etiam omnibus Christifidelibus indulgentias mille dierum, dicentibus unum Ave Maria, quandocumque hora auditur.

Erga Immaculatae Deiparæ Virginis Conceptionis eximiam ostendit pietatem, plurima ædificando tempa in honorem hujus mysterii, magnas etiam elargiendo indulgentias non solum Fratribus Minoribus et monialibus Conceptionis hoc mysterium et festum tanto prosequentibus affectu, sed etiam aliis religionibus, ut constat ex Bulla : *Sane Religionis sinceritas*, in qua Fratribus Benedictinis indulxit facultatem interdictum suspendendi in festo, et per totam Octavam Conceptionis, quod postea omnibus Hispaniae Ecclesiis communicavit. Aëdem S. Marie in Campo Sancto a Leone IV constructam reædificavit in Conceptionis honorem, et aliis quamplurimis urbis ecclesiis, S. Marie de Populo, de Monte, de Ara cœli, Sanctorum Apostolorum, S. Francisci Transtiberim, S. Laurentii in Damaso, etc.; in ipso Conceptionis die, Jubileum concessit; hymnos insuper approbavit Zachariæ episcopi Gardiensis, quos ad ipsius Pontificis jussum in encomium composuit Conceptionis, et maximas concessit indulgentias utrinque sexus personis, imagines Conceptionis deferentibus.

Anno salutis 1518, pontificatus sui 6, Bullam edidit, qua dilectis filiis rectoribus et beneficiatis parochialium ecclesiarum oppidi Molinæ in Hispania, ut in nocte ante diem festum Conceptionis beatæ Marie Virginis post laudes annis singulis unam Missam in cantu cum presbytero, diacono et subdiacono solemniter celebrare libere et liceite valerent, anerioritate apostolica de specialis dono gratiae perpetuo indulxit. Bulla incipit : *Pia Christi fidelium*, ejusque exemplar authenticum vidi apud eruditissimum virum Bernardum de Toro Hispanensem.

Bullam edidit de confraternitate et Rosario beatæ Virginis incipientem : *Pastoris aeterni*, etc., quam habes apud Joannem Andream Coppensteinum in lib. III, de eadem fraternitate, cap. 6 et tom. I *Bullarii*, in appendice.

Animam efflavit anno a Virginis partu 1521, Kal. Decembris.

CAPUT LXXXI.

De Adriano VI, Pontifice Maximo.

Leone X e terris sublato, ad sacrum reipublicæ Christianæ fastigium ascendit Adrianus VI, qui edidit de fraternitate Rosarii beatissimæ Virginis Mariæ Bullam unam incipientem : *Illiis, qui Dominicum gregem*, etc., Pontificia etiam Bulla incipiente : *Romanus Pontifex*, data Tarragonæ anno Domini 1522, ultimo die mensis Iunii, et sui pontificatus anno primo, regiam et gravissimam ap-

probavit confraternitatem Toletanam, in obsequium et laudem Conceptionis beatissimæ Virginis Immaculatae fundatam, in qua œconomus et primus confrater erat Carolus V, imperator, cuius devotionem in Virginem imitati totius regni processores, se ejusdem sodalitii legibus subjecerunt, in quibus multoties profitebatur expresse, se omnia illa et magna, que exhibebantur obsequia, Deos obtulisse in honorem Immaculatae Conceptionis suæ Genitricis : et hanc sodalitatem concessit per omnes Hispaniae civitates fundari, quam per cunctas propagari præcepit prædictus imperator.

Idem Adrianus Belgis suis Romæ templum elegans ædificavit divæ Virgini sacrum, cui ab Anima cognomentum est factum. Adhuc, omnia superiorum Pontificum privilegia ædi Lauretanæ data, confirmavit, plura relietur versus Deiparam propensi animi monumenta, nisi pontificatus brevitas (quippe qui vix annus fuit) obstisset. In hujus sepulcro Romæ ante imaginem beatæ Virginis incisum legitur :

*Partus, et integritas discordes tempore longo
Virginis in gremio fædera pacis habent.*

Obiit anno Christi 1523, viii Kal. Octobris.

CAPUT LXXXII.

De Clemente VII, Pontifice Maximo.

Clemens VII hujus nominis Pont. Max. post Adrianum VI summam rerum sacrarum dignitatem adeptus, præcipuo quadam pietatis affectu in Dei paræ cultum incubuit : pontificatu enim inito, nihil ferme prius habuit, quam ut Lauretanam beatæ Virginis aëdem pontificis diplomatis honestaret, quibus et vetera firmaret beneficia, et adieceret nova. Inter beneficia Clementis fuit, quod Recinatensis jus omne, si quod reliquum esset in Lauretum, ademit. Nec parvum ejusdem beneficium, quod Joannem Matthæum Gibertum Veronæ antistitem Laureto præposuit, virum doctrina pariter et virtute clarum. Ab eo Lauretana ædes supellectili sacra, optimis canoniciis, solemnibus cæteris instructa, cultaque, Pontificiarum ædiuum portiens fornicate. Ceterum illa maxime cura intentum Clementis habebat animum, ut nobile illud a Leone X inchoatum augustissimi sacelli ornamentum pari magnificentia absolveret. Accendebatur domestica vel pietate vel gloria, ut cuius familiæ decus inchoata ædis Lauretanæ cælatura esset, ejusdem absoluta foret. Itaque Antonium Sangallum, Raphaelem Baccium, Nicolaum Tribulum, aliosque statuarios illa tempestate celeberrimos, ingenti pretio conductit. Raynerium Nerucium Pisanum Lauretanæ ædificationi, præcipue vero egregio illi operi pro dignitate perficiendo præssesse jubet. Jam pretiosa marmora erant maxima ex parte cælata ac perpolita. Nerucus ergo cum cætera elaborantur, disturbat lateritios muros, qui sacræ cellæ pro fulcimento astricti, ab eademque divinitus repulsi, subnotique spectaculo erant.

Inde pari interjecto spatio quod veteris miraculi monumentum foret, novos circumdari parietes placuit, qui cælato marmore convestiti extrinsecus adornarent sacellum, superstruendumque forniciem novum, dejecto lacunari tectoque veteri, sustinerent : ædem quippe lapide concamerari Pontifici placuerat, verito ne pervetustum tectum laqueatum, tot luminibus perpetuo ardentibus obnoxium, igne concepto, exitium sanctissimæ cellæ pararet : proinde ars postulabat ut altiora fundamenta jacerentur, quæ satis firmis substructionibus, tam insigne pretiosumque opus a terræ motibus tutum usqueaque præstarent. Igitur apriendis novorum parietum fundamentis, sacra domus (ne subducto solo, quid detrimenti caperet) stragulis, ut sit, funibusque constricta, ac validis suspensa rudentibus, tandiu sublimis peperit et machinis, quoad, expletis fossis, nova fundamenta extare cœperunt. Quo tempore satis constat (plurimorum enim oculis res comperta est), sub imis parietibus, dum circa eos ad fundamenta humus effoderetur, pulverulentum tritumque solum, et proximi ruris sepem oppressam, aliaque militaris viæ, quam sacra ædes occuparat, indicia inventa esse, nova veteris miraculi monumenta. Cæterum aucta per idem tempus loci celebritate, sanctissimam ædejanus augeri oportuit; una tum erat janua in medio fere pariete, qui vergit ad septentrionem. Hac ingredientibus omnibus et egredientibus aditus erat, pariter exitusque. Itaque in tanta advenarum multitudine, concursuque, aliis, ut sit, alias prementibus, nonnulli, quia recessum primis ultimi non dabant, coarctati, oppressique examinabantur. Proinde perviam fieri cellam placuit, binis ad angulos duorum parietum januis patefactis. Ut primum architecti consilium distulit rumor (enimvero nefas videri, non magis accolis, quam peregrinis, eos parietes ferro temerari, quos per tot ætates divina Providentia salvos intactosque servasset), multi palam fremere, quisquis id auderet, haud impune scilicet ausurum. Igitur cœlestis iræ metus fabros a conando absterritus, haud vanum fuisse metum, docuit eventus. Quippe Nerucio ipsi architecto rem aggredienti quiddam accidit visu dictuque mirabile: fabris tale ministerium detrectantibus, ipsem et sacram parietem perfodere aggressus est, majore artis fiducia, quam reverentia loci. Ergo ut malum in sacrum parietem adegit, repente manu obtorpescente, insolitus horror reliquum corpus invasit: pallor deinde suffusus ori, ingentis malum: mox linquente animo, qui circa erant, collabentem excipiunt, domumque inter manus deferunt exspiranti similem, et sensus omnis expertem. Exanimatus jacuit horas ferme octo, quoad scilicet ejus conjux, mulier pia et beatæ Mariæ Lauretanæ dedita, in paucis Deum Deiparamque precibus votisque placavit viro.

Tandem igitur, vitalis calor, qui totum prope-

SUMMA AUREA DE B. V. MARIA. X.

modum corpus reliquerat, artibus reddi, et spiritus liberius meare coepit; jamque allevans Nerucius oculos, redeunte statim animo, circumstantes noscitare, demum jani compos mentis audaciam incusare suam, veniam opeimque a B. Maria exponere. Nec frustra: animus religione exsolutus pariter corpus ægritudine levavit, ut morbi causam ipsam curatio aperiret. Postquam convuluit, Pontificem tota de re admonitum, quid facto opus sit, consultit. Ille haud ignarus, id nimia architecti confidentia, magis quam indignatione beatæ Virginis evenisse, miscens monitis imperia, urget Nerucium, ut Dei Vicario auctore, non dubitanter exsequatur inceptum, et simul impense monet, ut sacros parietes perfodiat, non tam malleo et audacia, quam jejunio et veneratione Virginis armatus: sic demum rem ex sententia successoram: neque enim timendum esse, ne Deipara Virgo suam domum perviam fieri nollet, quæ eam peregrinis vellet cum salute, non modo sine pernicie patere. At Nerucium recenti malo ex audacia timidiorum jam factum, ne Pontificis quidem auctoritas perpellere potuit, ut iterum ipsem experitur, quod tanto suo periculo paulo ante tentarat. Ad ultimum quia Pontificis imperium urgebat, et mora patefaciendi jannas ædificationem morabatur operis, inventus est adolescens minime timidus, qui auctoritate Pontificis fretus, et plenus amicorum vocibus rem auderet. Clericus is erat basilicæ Lauretanæ, Venturam Perinum vocabant. Hic triduano munitus jejunio ad sacrum parietem venerabundus cum malleo accedit. Circa Perinum erat, et advenarum turba, et clericorum, hæc sollicita ex adolescentis fiducia, illa rei exspectatione suspensa. At Perinus supplex ita præfatus dicitur: « Saera Virginis domus, ignosce innocentiae meæ, non ego te hoc malleo, sed Clemens Dei Vicarius ornamenti tui avidus fodit, ille te ornatam, ille te perviam cupit, placeat Dei Parenti, quod Dei Vicario placet. » Talia precatus, designatum parietis locum percussit impune; eum deinde ictus tuto iterantem fabri pari jejunio ac reverentia securi, jannas aperiunt tres, quarum duæ liberum populo ingressum egressumque prælerent, tertia sacerdotibus aditum daret ad sanctiorem sacelli partem, ubi est Virginis simulacrum. Eodem tempore parva fenestra, quæ una in anteriore pariete erat ferme e regione simulacri, amplior ad accipendum lumen facta, et clathris æreis inauratis pulcherrime communata, cæmentis inde erutis, vetus janua, quæ satis ampla in medio pariete patebat, obstructa. Exin novus paries duci, et insigni cælati operis crusta operiri, convestirique coepitus. Sub id tempus Clemens ædi Lauretanæ adornandæ intentus, ingens periculum Deiparæ Virginis præsidio evasit. Fraude doloque hostium capta urbe Roma, ipse in arcem molis Adrianæ receperat se. Ibi a Cæsarianis obsessus posteaquam hostium vim sustinere non poterat, non votis modo, sed etiam litteris, Laure-

tanae Virginis implorat auxilium. Nec missæ incassum preces. Pontifex haud ita multo post inter hostium tela elapsus in tutum est. Ad hoc, ex auro argentoque Lauretano tria circiter aureorum millia coacta, et Pontifici inopia laboranti per opportunitum subsidium missa. Ita Clemens B. Marie Lauretanæ beneficio, præsens periculum inopiamque vitavit, ac denum discussa inguente belli procella, pacem populis suis, atque otium peperit. Discrimine capitis belloque perfunctus, Lauretanæ Virgini gratiam non solum habendam, sed etiam quantum mortali fas esset, referendam existimavit. Igitur post Carolum V insignibus imperii ab se decoratum Bononiæ, Romam inde remigrans, ad Lauretanam divertit ædem, patronam, liberatricemque suam salutaturus. Gratiis rite actis, votisque Deo ac Virgini rite persolutis, ut tantorum erga se meritorum exstaret gratia, inchoata Lauretanæ aedificationis opera summa vi urgere statuit. Architecto igitur fabrisque instare cœpit, templum præcipue ad culmen perducere aliquando festinans. His operibus perficiendis pecuniam, quam mutuam a Virgine accepérat, reddidit. Itaque illo Pontifice, et pontificia tecta Laureti strenue aedificata, et templo fastigium impositum, cum egregio tholo, qui tantum se a fastigio attollit, quantum fastigium a terra. Inter haec haud ultima Clementis cura erat, de absolvenda præclara illa cælati operis crux, quam ut principia se dabant, haud falso augurabatur maxime inclytam toto orbe terrarum futuram.

Dum Lauretana domus egregiis operibus ornatiō in dies exsistit, et Lauretanum oppidum excisis circa silvis, exsiccatisque paludibus existere cœpit salubriss. Infame incolaram morbis mortibusque erat illa tempestate Lauretanum cœlum, quippe magna ex parte palustre ac noxiū multarum offendarum causas corporibus afferebat, ut incole bonam anni partem pituitosi essent oīnes, ac redundantis, plerique tenui imbecillaque uterentur valetudine : pueri vero maxime immatura morte extinguerentur, utpote qui propter corporum imbecillitatē proximi stagni halitum, locique ipsius gravitatem ægerrime ferrent. Perit igitur fauna ad Pontificem in oppido Laureto ob cœli inclemētiā, plerosque infantium ac puerorum, priusquam ætas adolesceret, interire : ita paulatim incolis metu orbitatis alio demigrantibus, in oppido solitudinem fieri. Itaque ille Lauretanæ Virgini pulchrum ratus, et oppidum quam frequentissimum, et locum quam saluberrimum esse, de architectorum sententia commodiissimum existimavit, vicinas lacunas siccare, nemora excidere, imminentes templo colles æquare, ut nebularum origine sublata, cœloque patesfacto, aer ventorum salubrium flatibus apertus, salubriorem faceret locum. Igitur Joanni Antouio a Statis Lauretano gubernatori, et Antonio Sansovino architecto scribit his verbis : « Accepimus aerem istic præsertim æstivo tempore

reddi insalubrem, partim ex eo quod quidam collis dictæ capellæ et ecclesiæ supereminens ventos montanos loco salubres excludit, partim quod in planicie dictæ ecclesiæ circumvicina, etiam ad quinque millia passuum plures paludes, et silvæ fere semper limosæ insolubritatem faciunt. Quamobrem nos illam ecclesiam toto orbe Christiano ob gloriosissimæ Virginis Mariae merita, et confluentum illuc populorum multitudinem celebrem, his causis sublati, salubrem reddere cupientes, jam ordinavimus, ut dictus collis supereminens complanetur : paludes factis fossis exsiccentur, silvæ exciduntur, » etc. Lauretanus ergo præses impensis etiam quam jubebatur tam salubre opus aggressus est anno ejus sæculi 33 ac strenue per architectum, ingenti operarum vi conducta, pauperibus etiā peregrinis corrogatis, silva in vicino proximam dejicere, lacunam ductis fossis in præterfluentem amnem, aut in mare proximum derivare ; inminen-tem oppido collem cædere institit. Longum erat, ac pene infinitum opus, proinde tum inchoatum magis quam perfectum. Cæterum illa ipsa inchoatio et salubritatis aliquid in præsentia, et spei plurimum in posterum procedente opere incolis fecit. Salubrior jam facta erat Laureti habitatio, cum Lauretanæ domus historia facta est explorator. Hieronymus Angelita, civis Recinetensis, domi suæ vel generis nobilitate, vel integritate vita clarus in paucis fuit. Is Virginis Lauretanæ historiam a se conscriptam Clementi Pontifici per id tempus dicavit. Scribendæ dicandæque Pontifici historiæ causa fuit, quod per eadem ferme tempora sacro-sanctæ domus e Galilæa in Dalmatiam, inde in Picenum asportatæ narrationem, ex Flumensibus Annalibus Dalmatæ quidam ad Recinetensem pertulerant civitatem. Itaque sive Angelitanæ historiæ admonitu, seu familiarium rogatu, seu potius cœlestis Numinis instinctu, Clementem cupidō cœpit, migrationem sanctæ domus e Galilæa intensius explorandi : haud erat ignarus id ipsum oīm et a Dalmatis, auctore Frangipano, et a communi Picentium, civitatis Recinetensis hortatu, satis esse perspectum. Cæterum præcipuas Pontificis partes esse ducebat, rem tam inusitatam ac pene incredibilem denuo per certos homines explorare, ut aliorum indieis accederet Pontificalis auctoritas, quæ ex mortalium pectoribus dubitationem omnem, si qua forte resideret, funditus tolleret. Proinde ex omnium familiarium numero tres cubicularios suos delegit expertæ in primis religionis ac fidei. Hos quid facto opus esset monitos, rebusque necessariis abunde instructos dimittit, faustum eis iter precatus. Ergo illi Lauretum profecti, sacramque domum intensiore cura contemplati, dimensique, condescendunt navim, Illyricum petituri. Quo ut ventum est, ædicularum Lauretanæ instar satis vestitam, et miraculorum monumentis satis insignem inveniunt. Porro parieti ejus ædiculari inscriptum, Lauretanam ibi domum oīm fuisse. Haec accolae

ipsi monstrabant : haud vana ab illis afferri, verae iacrymæ ubertim manantes ex desiderio testabantur. Confestim igitur legati, mensuris adnotis, deprehendunt prorsus omnia convenire. Protinus repetito cursu pergunt in Galilæam, Nazarethum veniunt : sacrae domus fundamenta monstrata ab incolis cernunt, quoquo versus metuntur, congruere cuncta comperiunt. Ex legatorum numero Joannes N. erat Senensis, qui novo aliquo indicio veteris miraculi fidem affirmandam ratus, duos inde attulit lapides ex iis quibus vulgo strui ædes Nazarethi solent. Lapis quidem laterem naturali forma imitatur (enjusmodi ex sectilibus lapidiciniis erni alienbi solet), cæterum flaventibus intermicat venis. Reversus igitur Joannes cum collegis ad ædem Lauretanam, cum ejus lapidibus Nazarenos illos lapides confert : reperit geminos eorum, ac simillimos esse. Ea quoque res auxit miraculi fidem, cum talem lapidicinam in Piceno nullam esse constaret, et omnia quamvis vetusta ædificia, ob cæmentorum taliumque lapidum inopiam, laterculo structa cernerentur. Illi igitur successu admodum læti pervolant Romam, Pontifice exspectati adeunt, comperta renuntiant. Joannes insuper Nazarenos lapides Lauretanis simillios profert tanti miraculi testes : res summa et Pontificis letitia, et asseclarum præcipue sermone celebratur. Explorata autem Lauretanæ domus ex Galilæa, et Dalmatia translatione mire laetus Pontifex, enixe instare Nerucio cœpit, ut præcipuum sacrosanctæ cellæ ornamentum quam primum absolveret. Sed Deo aliter visum, qui incepti tam eximii operis nomen Clementi dedit, absoluti deus alteri reservavit. Enimvero in illo tam insigni opere exstruendo, et ad culmen (quantum in ipso fuit) perducendo, adeo præclare Clementis non sedulitas modo, sed etiam magnificentia exstitit, ut haud inmerito eum auctorem fama ferat : etiam si Leonis Pontificis symbola, insigniaque voluntaria multis locis inserta cernantur. Clemens quippe nullum omnino inseruit sui monumentum, rarum usque exemplum, Deoque acceptum adeo ut ejus haud dubie nutu tam excellentis operis gloria sequentem fugeret, fugientem sequeretur.

Hic idem Clemens Officium Conceptionis B. Virginis immaculatæ a Francisco Quinnonio cardinali ordinatum approbavit, quod ab illo usque ad Pium V a plurimis recitabatur. Litteris etiam pontificiis satis favit religioni monialium Conceptionis, circa quam cuncta confirmavit quæ sui concesserant prædecessores.

Considerans, quam religioni nostræ salubre, ac fructuosum fuerit Rosarii institutum, quantaque exinde provenerint et quotidie proveniant bona, devotionis affectu erga Deiparam divinitus excitatus, ejusdem Rosarii confraternitatem, indulgentias et privilegia omnia per prædecessores suos Sextum IV, et Leonem X, eidem societati quomodo libet concessas et concessa approbavit, confirmata

vit et roboravit : quinimo extendit, et ampliavit, ut patet ex ejus Bulla edita Romæ anno 1554, viii Idus M. ii.

Gratias et privilegia Ordini Fratrum ac monachum B. Mariæ Virginis de Monte Carmelo a Joanne XXII et Alexandro V Romanis Pontificebus concessa, rata ac firma esse voluit, eidemque Ordini quæcumque alia indulcta omnibus aliis Ordinibus concessa, et concedenda attribuit, indulgentiasque elargitus est pro confratribus utriusque sexus confraternitatum institutarum in loco dicti Ordinis.

Decessit anno salutis 1554, vii Kal. Octob.

CAPUT LXXXIII.

De Paulo III, Pontifice maximo.

Paulus, hujus nominis III, post Clementis VII obitum, summus Ecclesiae Pastor salutatus, initio ferme pontificatus sui, ædem B. Virginis Lauretanam et indulgentiis et beneficiis cumulavit. Quippe indignum ratus, sacrae domus ministros ad usum domesticum vix pecunia emptum salem habere posse, vicenos eis quotannis salis saccos ex Cerviæ salinis assignavit gratuitos, non contumenduni beneficium, sive munieris perpetuitatem, sive necessitatem accipientium, sive dantis animum species. Porro haud ignarus, quantum boni sit in bono præside, id semper egit, ut optimos Laureto presides daret, donum omnium forte maximum. Gliscente Turcico bello, quod Solimannus Turcarum imperator, Tunetario regno per Ariadenum Aenobarbum subacto, Italie molebatur, Paulus, Carolo Cæsare ac Venetis in societatem asritis, in Turicum bellum omnes intenderat curas viresque. Ceterum illa tempestate Lauretano templo vel in primis consultum voluit. Et quoniam exhausto in apparatum bellicum ærario, pecuniae inopia piis ejus consiliis obstabat, occasione forte oblatam sibi e manibus elabi passus non est. Per idem tempus Recinetensium legati Romam ad Pontificem venerant, expostulantes, quod Lauretum avita ipsorum possessio a Julio Pontifice eruptum eis esset, ingenti cum damno, majore cum dedecore civitatis sue. Quem enim existinaturum a sacrorum Princeps, Christique Vicario sine gravi aliqua causa antiquissimam Laureti possessionem Recinetensibus invitatis ademptam? quo autem suo merito tam insignem optime meritæ civitati inustam infamia notam? An quia Lauretanæ Virginis sedem impense ab initio foverit, donis coluerit, templo ornaverit, frequenter tectis, per 250 propemodum annos juste sancteque rexerit? Quando a Recinetensium magistratibus avare, aut superbe esse imperatum? quando incolarum, peregrinorum, templi tutelam neglectam? Jam quoties latronum vias, obsidentium audaciam repressam? quoties ædem ipsam magnis armatorum præsidiis ab hostium injuria defensam? Eni Recinetenses libenter membra: Deipara Virgo natalem domum suam in

Italiam transferens, in nostra potissimum silva sedem elegit, ter intra paucos menses locum mutans, nostris finibus non excessit : tres in nostro agro locos suis vestigiis insignes fecit, nos illi sati spatii ad templum concessimus, nos templum, nos vicum circa eam condidimus, nos incolis magistratus et jura deditus. Multum vero ista eis profuisse, ut eum locum optimo jure possidere viderentur : siquidem in dicta causa sint de antiquissima possessione dejecti. Quod si æquum videatur munus a Deo, Deiparaque Recinetensibus datum, a Dei Vieario reddi, profecto ipsos datus operam, ut neque Pontificem, neque Lauretanos Recinetensis tutelæ ac regiminis pœniteret. Recinetenses porro, ut utrisque eautum foret, nullam conditionem, quam æquissimum Pontifex imponeret, recusaturos. Ergo Paulus, legatis benigne auditis, medium quiddam securus est, ut et Recinetensibus suum redderet, et tamen ædi Lauretanæ superiorum Pontificum beneficia conservaret. Igitur oppidum Lauretum (templo excepto, et salva præsidis jurisdictione inter oppidanos peregrinosque) Recinetensi civitati restituit, his conditionibus, ut Lanretanam domum adversus Turcam valido præsidio tueri, muros, ac munimenta, sieubi opus foret, reficere, peregrinis ultro eitroque commeantibus itinera a latronibus tuta præstare deberent ; ad hæc octo aureorum millia a Leone X, in Laureti munitiones insumpta, pontificali fiseo, unde erant deprompta, remunerarent ad usum Turcici belli.

Cæterum exinde Pontifex bello perfunctus Lauretanam ædem præsidis munitam, prædicti locupletavit : namque ejus jussu ex duumviris Castri Ficardi, vicina Laureto nemora cum adjacentibus vineis, pratis, olivetis coempta sunt ; in eam rem sex aureorum millia ex æario Pontificis erogata. Alia porro prædia cirea Musionem amnem a Pontifice empta, et Lauretanæ Virgini donata. Nec fortunis tantum Lauretanam ædem, sed etiam ministris per id tempus auxit : satis enim gnarus integræ pueritiae preces Deo, Deiparæque acceptissimas esse, collegium duodecim alumnorum instituit. Ibi lectissimos ex omni Piceno pueros ingenuos, impuberes institui jussit, ad laudes B. Virginis decantandas. In his porro legendis corporum animorumque integritatem spectari, in instituendis optimorum magistrorum rationem haberi voluit. Præcipua erat cura, ut non minus castitate morum, quam snavitate votum sanetissimam Virginem delinirent. Ergo hi ex præscripto Pontificis in opportuno loco, intensiore cura educatei, institutique, B. Mariae carmina in ejus sacello statis quotidie canebant horas, pacem ac veniam a Deo Deiparaque orantes, et opem Italiae contra Turcarum rabiem exposcentes. Nec puerilis pietas Pontificis spem, nec B. Virgo pueriles preces fecellit : etsi enim fœ-

deratorum principum classem ducum discordia inutilem fecit, tamen Deipara Virgo, et otium Italiae peperit, et Turcarum audaciam frexit. Quippe haud ita multo post, compositis inter Cæsarem Galliæque regem controversiis, ex tristi bello lata repente Italiae pax redditæ. Maxima instructissimaque Turcarum classis Ariadeni Ænobarbi ducti exitium Italæ ferens, ipso mense Augusto Acrocerannis illisa seopulis in conspectu prope modum ædis Lauretanæ fecit naufragium ; quo naufragio satis constat maximam classis partem amissam : viginti Barbarorum millia hausta fluctibus, totumque ferme Adriaticum sinum hostium cadaveribus, armis, tabulis, armamentis, aliisque naufragii indicis stratum. Quorum arma ad Lauretum fluitantia cognita in littore, prius fere, quam nuntiari posset, insignem fecerunt hostium cladem. Ibi enimvero exsultare Lauretani advenæque, auditas profecto a Deo Deique Parente preces puerorum piorumque, aperuisse aliquando oculos, ultiorem Turcicæ superbiam, Deum ; alias alium hortatione firmare, talem ut præsidem præcipuo colerent honore, cuius præsidio totam illam Italæ oram cernerent præsenti Turcarum formidine liberatam. Pontifex tali nuntio admodum latus, ne benignior in indigenas, quam in peregrinos foret, nosocomium Laureti eadem fere tempestate absolutum aperruit, ægris advenis præcipue curandis. Alius porro locus seabiosis leprosique extra mœnia, ne quid cæteros corum contagio iaderet, assignatus. Ab ægris inde ad sanos cura conversa, xenodochium pauperibus peregrinis excipiendis institutum, ubi benigne alebantur per triduum, et discedentes pane, vino, calceis, pecunia juvabantur. Hæc hospitætatis et christianæ charitatis fama, mirum quantum vel advenis religionis, vel Lauretano templo opum adjicerit, cunctis ferme exteris gentibus expertam in suis peregrinis Lauretanam benignitatem remunerantibus. Nec vero dum exardescunt hæc christianæ charitatis officia, Lauretana opera a Clemente VII inchoata interim refrixerunt. Nihilominus Pauli jussu silvae noxiæ cædebantur, nebulosæ siccabantur lacunæ, colles Lanretanæ sedi officientes ad solum dirrebantur : surgebant eodem tempore ædes pontificiæ, exstrebatur porticus, templi tholus plumbeis integrabatur laminis : magnifica illa sacrosanctæ domus cælata ernsta (quæ haud procul fastigio aberat) præcipue urgebatur. Inter hæc Paulus Pontifex ædis Lauretanæ celebritatem præclaras a se operibus adornatam sua præsentia coherestavit, ratus a se principibus viris prodendum exemplum non solum ornandi cunabula Virginis, sed etiam celebrandi. Itaque intra triennium ipse bis Lauretanam Virginem invisit : semel anno ejus sæculi 41, cum dissuasor Algerianæ expeditionis, ab urbe Luca, et congressu Cæsaris per Æmiliam ad Flaminiam urbem rediret : iterum

triennio feric post, cum Cæsari post Algerianum incommodum ad Belgicum bellum properanti occurreret Bononiam. Tum enim Pontifex maturata, ut in tempore occurreret, profectio, pontificiani ditionem obiens, venit Lauretum, utroque autem tempore, et immortalem hauis ex Lauretana æde letitiam, et pæclaræ B. Virginis dona attulit, Pontificales altarium, et sacerdotales vestes aureas, argumenta religionis ac munificentiae suæ. Ceterum haud mediocrem suæ magniscentiæ fructum cepit, cum ex ceterorum operum suorum aspetto, tum vero ex magniscentissimi operis, quo sanctissimum sacellum extrinsecus convestitur, insatiabili specie. Exinde obstantis favonio collis aquandi difficultatem contemplatus, ratusque id esse non sumptus tantum, sed etiam laboris infiniti, commodi autem labori minime paris, dixisse fertur: parcendum esse inani labori, insistendumque utilioribus verioribusque ædis Lauretanæ commodis, quæ exspectationi hominum responderent: proinde ab æquando colle ad exstruendas pontificias ædes principum virorum hospitio destinatas curam operamque convertit. Ergo brevi maxima ejus ædificii pars absoluta, expolita, instructaque adeo magnifice, ut in ea etiam reges ac Pontifices maximi laute diversari queant.

Idem Pontifex Paulus III sui pontificatus tempore venerabiles imagines S. Mariæ Majoris, et S. Mariæ in Porticu, bis solemní ritu per urbem deportavit, ad Turcarum impetus arcados, et ad pacem Christianæ reipublicæ obtainendam; prima vice anno 1557, secunda vero anno 1543, ut ex ms. illorum temporum, quæ in domo patrum Sanctæ Mariæ in Porticu custodiuntur, et nonnullorum traditione habetur. Privilegia omnia religionis Immaculatæ Conceptionis B. Virginis confirmavit, et concilium Tridentinum indixit, sub quo facta est illa declaratio decreti universalis de peccato originali sess. 5, adeo favorabilis piæ sententiæ Conceptionis absque peccato, ut eam liberaverit a magna molestia adversariorum quotidie obtrectantium Virginem comprehendi tam sub universalibus locutionibus sacrae Scripturæ, quam aliis aliorum conciliorum generalibus decretis. Unde et Pontificem hunc non minus suis prædecessoribus, imo euntes præstantius, sententiæ quæ Immaculatam Conceptionem tuerit, fuisse judicandum est.

Fraternitati etiam Rosarii beatissimæ Virginis Mariæ bullis editis favit, ut videre est apud Joannem Coppensteinium iu snis, quæ scripsit de eodem beatissimæ Virginis Rosario, monumentis.

Ex hominum vita demigravit anno salutis 1549, iv Idus Novembri.

CAPUT LXXXIV.

De Julio III, Pontifice maximo.

Paulo III in pontificiae dignitatis amplitudine successit Julius pariter III, qui Lauretanæ domus

B. Virginis indulgentias, immunitates, beneficia, sua firmavit auctoritate, ac memor divinæ illius vocis: *Domum tuam decet sanctitudo, Domine (Psal. xcii, 5)*, cleri populi Lauretani mores, legibus per cardinalem Carpensem latis, composuit ad sanctitatem. Exinde ab accolari disciplina ad ornatum loci cura Pontificis versa, saera ab eo supplex satis aueta, marmorei gradus in templi vestibulo excitati: atrium ad loci munditiem laterculo stratum: nonnullæ etiam privatæ ædes vel ad plateæ speciem, vel ad incolarum commoditatem e regione porticus exstructæ; ad ultimum summa, tectoque proxima pontificiæ domus contignatio, rufis antea, ac deserta, ad habitandum satis exculta, eaque societati Jesu attributa. Pontifex quippe probe gnarus pravorum morum emendationem ex bene instituta confessione fructum piæ peregrinationis esse vel maximum, Lauretano templo cunctarum gentium peregrinationibus celeberrimo, idoneos providere pœnitentiariorum statuit: etsi enim non deerant sacerdotes pii doctique, tamen eorum sive paucitate sive peregrinarum inscritia linguarum minus utique proficiebant quam opus erat. Itaque Pontifex omnia circumspectans, dum cardinalis Carpensis admonitu, optimum factu existimat, Patres societatis Jesu Lauretanis sacerdotibus adjungere, ut essent qui linguae commercio peregrinos allicerent ad expiationem animorum, et simul advenarum confessionibus assiduum sedulamque operam darent.

Idem Pontifex per vicarium suum Philippum Archintum sanxit, ut Diocletianæ Thermæ in templum sanctissimæ Virginis Mariæ et septem angelorum dicarentur. Itaque 15 Augusti Thermæ per episcopum Sebastenum in honorem sanctissimæ Mariæ angelorum et martyrum sunt dedicatæ, duæ aræ ibidem erectæ, et sacra quotidie celebrati copta.

Ob specialem devotionem erga beatam Virginem, eumdem anni sancti Jubilæum, quem consequenter adeentes ecclesiæ Romæ concessit anno 1550, in die Nativitatis S. Mariæ Virginis visitibus sacellum, et ecclesiam Annuntiatæ de Florentia.

Confirmavit euneta, quæ circa religionem monialium. Immaculatæ Conceptionis beatissimæ Virginis sui statuerant antecessores, approbavitque quidquid Patres concilii Tridentini sub Paulo III ordinaverant: unde et cum illis negavit esse sua intentionis Mariam Virginem sub communī regula de peccati originalis contractione comprehendere. Deiparae imagini in Sanctæ Marie Majoris de Urbe basilica observatæ auream rosam a se benedictam solemní pompa donum dedit, ut refert Paulus de Angelis in *Descriptione basilicæ Sanctæ Mariæ Majoris*, pag. 152.

Vita functus est anno 1555, die 10 Kal. Aprilis.

CAPUT LXXXV.

De Marcello II, Pontifice maximo.

Marellus Cervinus cardinalis, vir doctrina pariter et sanctitate clarus (qui nomen sibi antea impositum, ad supremum rei sacræ culmen, post Julii III obitum, evectus, Adriani Papæ VI exemplo retinuit), in oppido Lauretanæ domui satis vicino (montem Fanum appellant) domicilium statuerat, suum id natale solum serebat, revera locum intervisendæ natali beatæ Virginis cellæ peropportunum elegerat. Inde Lauretum incenso studio ventitabat in augustissimo orbis terræ sacello sacris operaturus. Itaque sub Julii III Pontificis decesum Marcello rem divinam ibi de more facienti, res evenit visu eventuque mirabilis. Eximio candore ac specie columba, multis inspectantibus supra ejus caput placide cum involasset, nunc in sacrificantis manibus, nunc in ipso Missali libro requiescebat. Ea res objecta oculis astantium plerosque animis immobiles stupore desfixit. Sacerdos, qui de more cardinali sacrificanti præsto erat, vulgarem aliquam columbam eo forte delapsam ratus, eam abigere conabatur. At cardinalis haud parum memor candidæ columbæ indicio divinitus olim designatos nonnunquam esse Pontifices, inhibit abigentem, ipse cœlestem columbam quiescere sinit, quoad sacrificio peracto sua sponte avolaret. Exinde cœleste visum homini affirmat fidem. Nuntio de morte Pontificis Marcellus Romam revocatus, non sustinuit viæ prius, et pontificiis comitiis committere se, quam veteri suo instituto Lauretanam Virginem salutaret. Et aderat dies Annuntiatae Virgini sacer, qui cæteroqui pium ejus animum invitabat. Venit ergo pridie Lauretum, festo ipso die exclusa incondita turba, sacrum in augustissima cella facere attentissime cœpit. Inter sacrificandum post initium canonis, ecclesiam Pontifice orbata memorans, Deo ac beatæ Virgini enixius commendabat. Effuse precanti B. Maria cœlesti specie, cœlitum septa comitatu se offert, animoque ejus divina luce ac dulcedine delibuto, ipsum fore Pontificem indicat: extemplo attonitæ mentis oculis subducit se. Marcello tam novæ rei ac subitæ admiratio tantum repente animi corporisque totius incussit horrorem, ut ad aram trepidans pedibus ægre subsisteret. Sensit sacerdos ejus administer aliiquid profecto cardinali objectum divinitus, utique cum ejus conspiceret faciem insolito quodam splendore fulgentem: mox etiam notaret totum ejus corpus nova circumdatum luce. Ergo quod ipsem viderat deinde cum aliis multis, tum Raphaeli Rieræ, qui rem litteris prodidit, pro familiaritate narravit. Quin etiam cardinalis ipse necessariorum, qui spectaculo adfuerant, precibus fatigatus, enuntiavit denique totam rem uti gesta erat: ac simul adjecit, tantum utique Pontificis munus longe altius esse fastigio suo: ac propterea Deum fortasse alium sibi Vicarium quæsiturum. Cæterum si Deo cordi esset ta-

lem in terris habere Vicarium; enimvero sibi antiquissimum fore, Christianam rem publicam conservare sartam teatamque, atque ædis Lauretanæ cultum longe ac late propagare. Itaque montem Fanum regressus, accersito tabellione, publicis consignari litteris jussit, quæ in B. Mariæ Lauretanæ gratiam destinarat animo: nimirum ut publicæ tabulæ suam Deiparæ obstringerent fidem, eademque si forte (quod accidit) mors interveniret, testes forent suæ erga illam egregiæ voluntatis. Exstant hodie, in eo quod dixi oppido, tabulæ Marcelli Cervini cardinalis, ex quibus satis appareret ei in animo fuisse canonicorum, cantorum, ministrorum, sacerdotum etiam societatis Jesu, numerum augere, ut sancta domus advenarum frequentia pietateque auctior foret. Ad hæc Laureti pomærio longe lateque prolato, muris propugnacisque circa excitatis novam urbem, novam condere civitatem, episcopali sede, mero, misto que imperio, et octo sinitimis oppidis attributis insignem. Condenda porro civitatis facilem hanc expeditamque excogitaverat viam, ut pauperes familiias ex omni pontificali ditione partim spe præmiorum, partim etiam beatæ Mariæ Lauretanæ religione, ad novam frequentandam civitatem pelliceret: novis colonis proximam silvam publico ære coemptam viritim divideret, ut excisa silva rupurgatisque saltibus, agros colerent suos: ita brevi et satis frugum, vini, olei novæ civitati fore, nec mercatores spe lucri ob loci celebritatem illectos defuturos. Hac demum ratione Lauretanæ Virgini, et dignitatis et cultus accessurum esse vel plurimum. Cæterum Deo, cuius inscrutabilia judicia sunt, aliter visum; quippe illum præclara sua de Lauretana æde consilia mandare litteris, quam factis exequi maluit. Ut Marcellus Romam attigit, facile quidem evenit quod Deo cordi erat, ut fieret pontifex, et exstitit beatæ Virginis fides: Pontificis tamen exstare non potuit. Is namque intra 22 diem, vix dum inito pontificatu excessit e vita. Pontifex egregiis consiliis magis quam operibus memorandus: salubria quippe ejus consilia plures deinde Pontificum secuti, multis ac magnis simul ecclesiam, simul Lauretanam ædem præsidiis ac muneribus adorarunt.

Obiit anno 1555, pridie Kal. Maii.

CAPUT LXXXVI.

De Paulo IV, Pontifice maximo.

Marcello II hominibus erpto, ad summum Ecclesiæ sacerdotium concendit Paulus hoc nomine IV, qui (ut in *Marianis nostris Fundatoribus* cap. 54, iam prosecuti sumus) materna adhuc alvo inclusus beatissimæ Virgini, quæ in Virgiliano, seu Virgineo monte prope Neapolim colitur, oblatus est, cumque ejus mater ad hunc montem pergeret, devotissimam ibi Deiparæ imaginem visitatura, ut caute sese in itinere gerezet, ab eremita quodam admonita fuit, cum Pontificem summum in utero gestaret. Mariæ Carasse

sorori suæ auctor fuit, ut ipsa Neapoli novum monasterium Sapientiæ, pro monialibus Dominicanis in honorem beatissimæ Virginis, quæ vera Sapientiæ Mater, ædificaret. Officium parvum beatissimæ Virginis cum sociis correxit, atque ad meliorem formam reduxit, ut patet ex diplomate Clementis VII sub datum Romæ die 20 Januarii anno 1529. Optans contra blasphemiam abusum, ut beatissimam Virginem Mariam Dei Matrem Dominam nostram, ejusque perpetuam virginitatem debito honore ac reverentia prosequerentur fideles, pœnalem legem statuit in eos omnes qui ipsam temere blasphemare ausi fuissent. Constitutionem quoque edidit anno 1555, qua monuit omnes, qui eo usque asservisset, vel credidissent, beatam Virginem non fuisse Dei Matrem, neque semper virginem extitisse, ut ab eorum assertione et credulitate infra certum terminum recedere, suumque errorem in manibus Inquisitorum abjurare deberent: ipsisque pœnitentibus et abjurantibus remissionem concessit, quatenus relapsi, aut inquisiti, vel delati non essent; imponitentibus autem, et aliis de cætero errantibus relapsorum pœnas irrogavit, quibuscumque non obstantibus.

Bellorum tempore urbem munire volens, ecclesiam S. Mariæ de Populo, ut quidam snadebant, demoliri non permisit, id consulentibus respondens, sanctissimam Virginem bonum urbis propugnaculum futuram. Primus auctor fuit Pontifici equitatus, qui hodie in die Annuntiationis beatissimæ Virginis a summis Pontificibus fieri solet ad ecclesiam beatæ Mariæ super Minervam, quam præterea ecclesiam singulæ semper devotione coluit, et cardinalis exsistens, suas in ea consuetas orationes peragere consuevit. Ordinavit, ut die 15 Augusti, quo die gloriæ Virginis Dominæ nostre Assumptionis festum celebratur, in patriarchali ecclesia S. Mariæ Majoris pontificia habereatur capella, quemadmodum ab eo pontificatu ad hæc usque tempora servatur. In qua etiam ecclesia, beatissimæ Virginis parientis figuram altricibus circumdataam prorsus abradi mandavit. Ecclesiæ S. Mariæ in Dominicæ, quæ in Navicula dicitur, Dominicæ secunda in Quadragesima stationes restituit. Statuerat ob suam devotionem Lauretum proficiisci, seque in ea sancta domo beatissimæ Virginis visitatione recreare: sed se ad iter accingens multo ad id scutorum millia necessaria esse animadvertisit: quibus cum careret, et cameram apostolicam gravare nollet, consilium mutavit. Hujus tamen sanctæ domus cultum amplificare non destitit: pontificatus namque initio vetera aliorum Pontificum beneficia novo sanxit diplomate, adefinitionem sedulo juvit, auxit numerum ministrorum: nihil denique prætermisit, quod ad ampliandam loci religionem pertinere existimaret. Ecclesiam B. Mariæ Virginis Antuerpiæ operis mirifici, et quadrati ad 466 pedes sursum eminentis gloriosissimam, in cathedralem crexit, cum

prius aliquot sæculis collegiata sub præpositis fuisset. In mysterium Immaculatæ Conceptionis beatissimæ Virginis nihil minus suis prædecessoribus propensus, varias elargitus est per specialia diplomata indulgentias, et gratias sanctimonialibus Conceptionis, negavitque cum Patribus concilii Tridentini suæ intentionis esse, Mariam Virginem sub communi regula de peccati originalis contractione comprehendere. Bullam edidit de beatissimæ Dei Genitricis Rosario incipientem: *Ex apostolicæ Sedis*, etc. Sancto sine quicvit anno salutis 1559, ætatis 83, die 18 Augusti.

CAPUT LXXXVII.

De Pio IV. Pontifice maximo.

Pius, hujus nominis IV, post Paulum IV summus totius Ecclesiæ Pontifex electus, Thermas Diocletiani in templum commutatas in honorem sanctæ Mariæ Angelorum consecravit, præsentibus cardinalibus universaque curia, et populo Romano: quod præterea templum in titulum cardinalitium erexit, variasque ei indulgentias donavit. Confraternitatem B. Mariæ Pietatis de Urbe ad pauperes advenas hospitandum, et ad egenos dementes charitable suscipiendum approbavit, pluraque eidem privilegia indulxit. Laureti superiorem dogmæ pontificie porticum magna exstruxit ex parte. Vetus xenodochium, novo adjecto ædificio, amplius et commodius fecit. Lauretanum oppidum Recinetensibus ademptum sui juris esse jussit. Nec minor in cultu B. Virginis, quam in re Lauretana amplificanda optimi Pontificis pietas enituit. Canonorum ministrorumque numerum non nihil immunitum supplicavit. Collegium societatis Jesu a Paulo IV amplificatum simul pontificali diplomate stabilivit, simul redditibus auxit. Inter quæ cardinali Carpensi humanis rebus exempto Laureti tutelam permisit cardinali Urbinati, qui nulli veterum patronorum pietate ac studio erga Lauretanam Virginem cessit. Sub hoc Pontifice conclusum est concilium Tridentinum, quod et ipse Pontifex confirmavit plenarie, et consequenter declaracionem illam decreti universalis de peccato originali, qua dicitur, non esse intentionis concilii Mariam Virginem sub communi regula de peccati originalis contractione comprehendere. Nec sat sibi in hoc fecisse in Virginis obsequium visus est, nisi et plures concederet gratias religionibus Minorum et Conceptionis pro eadem celebrandas, quas ad alias postea extendit, præcipue Hieronymianam, in qua tolli interdictum concessit in festo Conceptionis beatissimæ Virginis. Rosarium præcipua devotione coluit, pro quo et Bullam edidit: *Dum prælatura meritorum insignia.* Animam exhalavit anno salutis 1555, v Id. Decembris, post quem Ecclesiæ Dei gubernaculis summus Rector atque nauclerus admotus est Pius V.

CAPUT LXXXVIII.

De sancto Pio V. Pontifice maximo.

Pius V Pontifex maximus beatissimæ Virginis Del

Matri ita se devoverat, nullum ut ageret dies, quo vel dum summus esset Pontifex, tantisque rebus occupatus, sacri quod vocant Rosarii precatiōnem non adhiberet. Quem quidem precandi ritum a D. Dominico institutum et ab Ecclesia catholica receptum, maximoque cum animarum fructu iam ubique gentium apud Christianos usitatum gravi decreto renovavit, et amplissimis sacræ indulgentiæ donis illo pie utentes, vel publicam processio nem, quæ ab ejus sodalitii fratribus singulis mensibus fieri consuevit, devote comitantes exornavit. Atque hujusce sacri instituti societatem cum apostolicis suis decretis, et munieribus ubique locorum communicandi, et erigendi uni summo Dominicanī Ordinis amistiti pro tempore existenti, aliisve ab eo delegatis potestatem fecit. Cum (ut loquitur ipse in suo diplomate) adverteret Ecclesiam tot hæresibus et bellis agitatam, suorum prædecessorum vestigia sequens, oculos lacrymabundos, sed spe plenos convertit in montem illum (Deiparam intelligit) unde omne auxilium provenit, et singulos Christi fideles ad idem faciendum per Rosarii maxime recitationem exhortatur : ex quo sancti Pontificis ad Virginis cultum excitandum studio suus exstitit fructus. Cum enim tum in Belgio, tum in Gallia hæretici in Catholicos impia arma cepissent, ita ut in Gallia de religione actum videretur, idem Pontifex equitum et peditum co pias auxiliares, anno 1569, ad Carolum Galliarum regem misit, et eodem anno 3 Octobris hæretici a Catholicis profligati sunt. Edixit porro, ne in popularibus concionibus, aliisve publicis in conventibus ubi promiscua virorum ac mulierum multitudine convenire solet, de beatae Virginis Mariae Conceptione disputare, alterutram partem damnando, propriamque asserendo sententiam; vel de hac ipsa quæstione, cuiusvis pietatis, aut necessitatis prætextu vulgari sermone scribere, vel dictare deinceps quispiam auderet, sub gravibus poenis statim post factum subeundis. Ac Sixti IV Tridentinæque synodi super hac re decreta confirmavit. Cæterum quandiu per apostolicam Sedem res definita non fuerit, fas esset viris doctis in publicis Academiarum disputationibus de illa quæstione in utramque partem disserere, dum tamen neutra ut falsa reprobat, nec ulla offendiculi subsit occasio.

Certe Pius in hoc se exhibuit specialem Immaculatæ Conceptionis beatissimæ Virginis cultorem, quod cum multa in Romano Breviario reformatuerit, et aliquas festorum celebrationes abstulerit, festum tamen Conceptionis per universam Ecclesiam celebrari præcepit, Missaliique, Breviario et Kalendario Romanis a se publicatis, et observari præceptis inseruerit, solemnitatemque istam sacram, et Conceptionem beatæ Mariæ Virginis dignissimam in ecclesiastico Officio ab omnibus acclamari voluerit, ita ut virtute præcepti piissimi Pii V, necesse habeant universi fideles Romanum

Officium persolventes sub Conceptionis dignissimæ nomine, et professione illud celebrazione. Sancto certe Pontifici pia hæc debet opinio. Sed, et fratres Minores non parum se ei debere profitentur, quibus proprium et antiquum Conceptionis recitare Officium libenter indulxit.

Missalem librum, Breviarium, statas et arbitrarias preces, ac B. Mariæ Virginis Officium ordinavit atque restituit, hoc recitantibus apostolicæ indulgentiæ præmio concesso.

Beneficiarios, qui citra legitimū impedimentum statas preces, quas vocant Horas canonicas, non recitarent, ad omissionis ratam, quam ipse præscripsit, beneficiorum fructibus privari; qui vero pensionem, aut res alias ecclesiasticas, ut clericus perciperet, eum ad beatæ Mariæ Virginis Psalmiadā recitandam sub iisdem pœnis obnoxium esse statuit.

Victoria ad Echinadas de Turcis navali pælio devictis per nuntios auditæ, maximæ ille Deo gratias egit, per aliosque agi curavit, et ut tantum divinae clementie beneficium, qua par erat, pietate Christianus populus coleret, ad honorem Dei, eusque sanctissimæ Genitricis Virginis Mariæ, cuius potissimum precibus et auxilio tantam se victoriā adeptum esse profitebatur, instituit, ut deinceps in perpetuum Nonis Octobris commemo ratio sanctæ Mariæ de Victoria in Ecclesia catholica pie recoleretur, ut hoc videlicet eximio divinae benignitatis monumento posterorum animi ad agendas Deo ejusque Parenti gratias excitati, in eam spem erigerentur, posse nostræ religionis hostes (modo in unum Christianorum sensus viresque convenient) omnino vinciri, profligari, delerique: præsertim si non tam in armis, quam in ope divina (uti tunc factum est) spes reponatur, peccatorumque sordibus elutis, puræ ad Deum preces effundantur, atque Genitricis ejus Mariæ subsidium sedulis votis imploretur.

Idem anno 1565, Carmelitarum Ordinem (qui totus est B. Mariæ Virginis) secundum reformati onem S. Theresiæ approbavit.

Inlyta ejus in omnibus rebus pietas in dñvæ Mariæ Lauretanæ cultu satis enituit. Nihil quippe illi antiquius fuit, quam ut eam suo aliquo munere insignem faceret: proinde inter primum sui pontificatus rudimentum, illustrè in suo monumento testimonium ædi Lauretanæ dedit. Nam cereos agnos de more consecratus effigiem domus Lauretanæ angelorum humeris vectæ multis eorum imprimendam curavit, cum hoc titulo: *Vere domus florida, quæ fuit in Nazareth.* Quod quidem talis tantique Pontificis testimonium eo nobilius censem dum, quo plures orbis Christiani partes eum sacrorum agnorum imaginibus peragraviter. Neque eo contentus Pontifex cardinali Urbinati ædi Lauretanæ tutelam impensis commendavit, monito, nihil ut omnino prætermitteret, quod ad eam orrandam augendamque pertinere existimaret. Ita-

que optimus cardinalis ad id sua sponte pronus, impellente Pontifice in eam euram totus incepuit.

Nec nullam Pins Pontifex sui erga Lauretanam Virginem meriti- gratiam ac mercedem retulit. Michaelem Bonellum cardinalem Alexandrinum sororis filium gravi periculo soque implicitum morbo, jamque morti proximum dolens beatæ Virgini Lauretanæ pro illo vota fecit : haud frustra. Extemplo Pii Pontificis preces audite, moribundo cardinali salus reddita, et Pontifex voti compos celeritati divini muneris pari religionis celeritate respondit : ut primum Michael per valetudinem iter illud exequi potuit, eum ad Lauretanam Virginem misit, receptæ divinitus salutis testem votivo cum dono futurum. Donum fuit aræ et sacerdotis præclara vestis argentea opere criso : hoc insignius, quod et pro egregii cardinalis salute, et a pio Pontifice mittebatur : quem nunquam eujusquam gratia, aut preces flectere potuere, ut vota in Lauretanæ domus emolumendum cedentia, in alia pietatis opera converteret, adeo fixum habebat, unde accepta essent beneficia a voventibus inibi vota solvenda, nec uspiam melius votiva munera, quam in Lauretanæ domus ornamenti et hospitalitate collocari.

Bartholomæus Bolognettus, civis Bononiensis, ad inopiam redactus, quam filiarum augebat multitudine, ne male cum illis ageretur, in tutelam ac fidem sanctissimæ Deiparæ Virginis eas pie contulerat, quæ mox in quiete ei visa : « Noli, inquit, vereri, nam filias tuas in tempore juvabit frater Dominicanus. » Evenit deinde, ut ille Romanam profeatus in familiaritatem se daret Michaelis Ghislerii Dominicani (qui postea fuit Pius V, Pont. Max.) per eos dies sacri quæsitoris munere fungentis, qui de illius et integritate vitæ et rerum angustiis cognoscens, identidem ei pro viribus succurrens, Pontifex deinde creatus sex ejus filias nuptum honestas in familias collocavit, ejusdemque filio ampla dote præditam dedit uxorem, alterum vero sibi a cubiculis esse voluit ; atque ita visis facta responderunt.

Antequam sumimus Ecclesiæ Pontifex renuntiatur, in summo vitæ discrimine constitutus, de se ad felicem obitum componendo, deque parando sibi sepulcro cogitare cœpit, quod ejusmodi esse voluit, quale in medio templi solo S. Mariæ super Minervam hodie conspicitur cum hoc Epitaphio :

« Ad laudem D. O. M. Fr. Michael Ghislerius ex oppido Boschi, Agri Alexandrini, Ord. Prædic., D. mis. tt. S. Sabine presbyter card., noscens terram terræ se redditum, ob certam resurrectionis spem, in Virginis Dei Genitricis templo, eujus et sanctorum ac piorum viventium cupiens adjuvari suffragiis, locum nunc vivens sibi statuit, in quo cadaver, cum suum obierit diem poni euravit, annum agens ætatis suæ 60, et humanæ salutis an. 1564. »

Ad summum pontificatus apicem postea evectus statuit corpus suum post obitum ad Boschense coe-

nobium a se pontifica munificentia ædificatum asportari. Sed cum annis quindecim et amplius id nunquam curatum esset, factum plane videtur, non sine divino consilio, ut tanti Pontificis memoriam, et ossa non Boschum oppidum, non Alexandria in Cisalpinis, non aliud denique quamvis celeberrimus in orbe locus exciperet, aut conservaret, nisi una Roma, atque ibi præcipue in basilica S. Mariae Majoris et in sacello saeratissimis Christi Dei ac Domini nostri natalitiis ineunabulis consecrato; ut videlicet inde velut e frequentissimo terrarum orbis theatro, pontificalium ejus virtutum exempla spectatissima, tum ad Dei gloriam prædicandam, tum etiam ad prælara quoque edenda facinora posteriorum animos excitarent, atque omnium gentium mentes ad colendam virtutem erudirent. Et qui beatissimæ Virginis Dei Matris in omni vita fuit cultor egregius, is non nisi in ejusdem Virginis æde urbanarum omnium ei dicatarum longe augustissima post obitum conquiesceret.

Deo placidissime reddidit spiritum Kal. Maii sub vesperum anno post Christum natum 1572, ætatis vero suæ octavo et sexagesimo, cum pontificatum sanctissime administrasset annos sex, menses tres, dies quatuor et viginti.

Anno deinde a partu Virginis 1588, v Id. Januarii, Sixtus V, Pont. Max. eximio ac plane pontificia magnificentia digno apparatu e B. Petri in Exquinalnam S. Mariae Majoris basilicam pii corpus transferendum euravit.

CAPUT LXXXIX.

De Gregorio XIII, Pontifice maximo.

Pio V mortuo successit Gregorius XIII, qui præcipuo quodam pietatis affectu in Deiparæ cultum propensus, inito pontificatu, nihil habuit prius quam ut maxime inclito in terris Lauretanæ Virginis templo, si quid deesset, munifice adjiceret. Itaque indulgentias superiorum Pontificium non sua tantum firmavit auctoritate, sed prudentia etiam ampliavat, omnibusque promiscue Lauretanam ædem visentibus cunctorum indulxit veniam delictorum. Poenitentiariorum insuper auctoritatem auctiorem fecit, addita cœnobitarum quoque a delictis reservatis absolvendorum facultate. Illud vero insigne Gregorii donum. Indicta in annum 1575 Jubilæi celebritate, indulgentiisque toto orbe terrarum, ut fieri solet, in Urbis gratiam suspensis, unam exceptit ædem Lauretanam, quam nihilo secius, quam cæteris annis, illo quoque Romanae celebritatis anno jus suum obtinere voluit, ne Romana frequentia quidquam de Lauretana decerpere. Quin etiam Jubilæi anno circumacto, illam ipsam, quæ Romæ fuerat, Lauretano templo concessit indulgentiam, quam etiam Romæ adepti, denuo Laureti consequerentur, si præscripta fecissent. Inde orsus magnificentum opus et tali Pontifice ac Lauretanæ majestate dignum satis gñarus erat, vias quæ Lauretum ferebant, etiam in ipsa ponti-

sicia ditione multis locis esse a^cperas angustasque, vix ut equiti peditique expeditus pateret aditus, pulchrum fore B. Mariæ Lauretanæ ratus est, itinera adeo lata, ac munita esse, ut etiam quadrigis facile ac tuto adiri posset. Itaque præcipuas vias regio sumptu prope ad veterem illam Romanorum magnificientiam etiam per saxa ac rupes aperuit munitaque : nempe vel in ipsis Apennini jugis via tanta est amplitudine, ut quadrigæ inter se occurrentes sine periculo comenteent. Ita Pontifex perfecit (quod nisi factum videremus, fieri posse nemo crederet) ut essedis, quadrigisque expeditus per Apenninos montes, ac juga transitus pateret, ex Urbe non solum in Picenum, sed etiam in Aemiliam, in Galliam Cisalpinam, in Poloniam, ipsamque Germaniam. Ergo ex remotissimis quoque orbis Christiani partibus plurimi rhedis essedis ne vebuntur Lauretum, invitante itineris commoditate, quos difficultas antea deterrebat.

Memor ejus, quod initio pentiscatus imbibebat, Lauretanæ domus, reique Christianæ amplificandæ studii, ut Romæ, atque alibi diversarum nationum, ita Laureti Palmatarum collegium instituit, ingens affuetæ nationi vel auxilium, vel solatium. Qnippe tricenos ibi adolescentes litteris bonisque moribus instrui jussit, hand majori genti Illyricæ adjumento, quam ædi Lauretanæ ornamento futuros. His ex arca Lauretana stipendum, certasque ædes, ubi antea erat nosocomium assignavit, novo nosocomio alibi excitato. Illyrici alumni festis diebus in templo linteati sacris solemnibus adesse, ac ministrare jussit iidem Patribus societatis Jesu in disciplinam traditi. Porro in sacri cultus euram intentus Pontifex musicum organum alterum condidit sane multiplex, ac varium, et auro picturis que conspicuum. Ex eo tempore bina egregia organa in templo Lauretano esse cœperunt, Julianum et Gregorianum, quo major concentuum varietas solemnia sacra decoraret.

Lauretana domo cultu ac multis principum munieribus aucta admodum lætus, suum quoque proprium Pontificis donum extare voluit. Romani Pontifices Dominica Quadragesimæ jejunii quarta (ea ab Missæ Introitu Dominica *Lætare* dicitur) veteri solemnique more rosam auream consecrant. Ea stirps est, seu planta rosarum vernantium ex auro, quæ aureo inserta vasculo, et ex tripode emineus aureo, sesquicubitalem altitudinem facie excedit : aureis nummis æstimari fertur circiter mille. Pontificalē hoc donum, reginis plerumque mitti solitum Gregorius Lauretanæ Virginis, utpote Reginæ mortalium et coelestium misit : et exstat in medio vasculo titulus donantis monumentum.

Idem Rosarii beatæ Virginis devotissimus commemorationem S. Mariae de Victoria, quam Nonis Octobris Pius V Pont. Max. ob insigⁿam victoriam a Christianis bello navalی, ejusdem Dei Genitricis auxilio de Turcis reportatam, quotannis fieri instituerat, sub dupli majori Officio, et S. Rosarii

titulo, in tota Ecclesia fieri dedit in mandatis. Id planum faciat ejus diploma datum Kal. Aprilis an. 1573, quod sic habet : « Animadvertisentes quoque eadem die septima, que tunc fuit dies Dominica prima dicti mensis Octobris, fraternitates omnes sub dicti Rosarii nuncupatione militantes per universum orbem, juxta earum landabilia instituta, et consuetudines, processionaliter incidentes, pias ad Deum preces effudisse, quas per intercessionem beatissimæ Virginis ad dictam victoriam consequendam multum profuisse pie credendum est, opera pretium nos facturos esse existimavimus, si ad tantæ victoriae cœlitus procul dubio concessæ memoriam conservandam, et ad gratias Deo, et beatissimæ Virgini agendas, festum solemne sub nuncupatione Rosarii in prima Dominica mensis Octobris singulis annis celebrandum instituerimus. Quocirea motu proprio, et de apostolicæ potestatis plenitudine ad laudem Dei, et Domini nostri Jesu Christi, ejusque gloriosæ Virginis Matris, tenore præsentium decernimus de cætero perpetnis futuris temporibus, qualibet prima die Dominica mensis Octobris, per universi orbis partes, in his videlicet ecclesiis, in quibus altare, vel capella Rosarii fuerit, ab omnibus, et singulis utriusque sexus Christi fidelibus festum solemne sub nuncupatione Rosarii prædicti sub dupli majori Officio, ad instar aliarnm solemnum festivitatū celebretur, et sacrificetur, eademque die Officium de beatissima Virgine novem Lectionum more ecclesiastico persolvatur, etc. » Inde idem Gregorius sex fere post annostertia Aprilis Dominica eamdem solemnitatem servari præcepit, plenaria peccatorum remissione hac die pœnitentiibus Rosarii sodalibus indulta, ut ex altero diplomate constat, dato 3 Junii an. 1579, cuius initium est : *Cum sicut accepimus in Ecclesia, etc.*

Societatem Annuntiationis B. Virginis nuncupatam, anno 1584, Romæ erexit, multisque donariis nobilitavit, id præstare rogatus a reverendissimo Patre Claudio Aquaviva societatis Jesu præposito generali. Unde brevi post tempore in omnes fere orbis partes emanavit, adeo ut nulla studiorum universitas ullibi terrarum frequentetur, ejusque societatis titulo non insignita. Sed et singule nrbes, collegiis Patrum societatis Jesu donatae, eadem societate gloriatur, in quibus ab urbe orbis domina eminent Parisiensis, Coloniensis, Moguntina, Trevirensis, Spirensis, Heribopolensis, Paderbornensis, Heylingenstadiensis, Confluentiana, Molsheimensis, Monasteriensis, Embricensis, Monachiensis, Salmanticensis, Angrensis, Panormitana, Ambulensis, Medinensis, Lovaniensis, Antwerpensis, Tornacensis, Valencenensis, Duacensis, Andomarensis et Atrebatensis.

Idem Pontifex in templo S. Petri ad Vincula Romæ, altare sacratissimæ Virginis ditavit privilegio liberandi animas a purgatorio.

In Liberiana B. Virginis basilica Eugenii Papæ IV

porticum refecit, xenodochium S. Mariæ ampliavit, ecclesiam S. Mariæ Montium ædificari jussit.

Ut plura ædificantur monasteria Ordinis Conceptionis B. Virginis tam in Hispaniarum regionibus, quam in Indianarum remotissimis plagis, propriis diplomatis, in quibus non tepide fideles ad prædictæ Conceptionis devotionem incendit, liberaliter concessit.

Congregationem nostram Dei Matris, Lucæ, ordinarii tantum loci auctoritate a Joanne Leonardio erectam inter canonicas haberi voluit, eique ecclesiam S. Mariæ Curtis Orlandingorum perpetuo univit.

Confraternitatem Recommendatorum B. Mariæ Virginis, Confalonis postea nuneupatam, Romæ anno 1264, a nonnullis Romanis Patriciis institutam, ac modum orandi, sive Coronam a S. Bonaventura ejus confratribus præscriptam, indulgentiis privilegiisque illustravit.

Congregationem Fratrum etimonalium Ordinis B. Mariæ de monte Carmelo in regnis Hispaniæ sub denominatione Discalceatorum erectam approbavit.

Ad divæ Annæ, quæ peperit Mariam Virginem, ex qua natus est nobis Salvator mundi, devotionem, quam usque ab exordio nascientis Ecclesiæ, insignia quoque loca in ejus honorem toto orbe constructa testantur, in Christianorum cordibus excitandam, præcepit, ut perpetuis futuris temporibus ejus dies festus vii Kal. Augusti per totius orbis ecclesias duplici Officio quotannis recolereatur. Obiit anno Dominicæ Nativitatis 1583.

CAPUT XC.

De Sexto V, Pontifice maximo.

Sixtus V, Pont. Max. post Gregorii XIII obitum electus, a sua infanthia B. Virginem sibi advocatam de legit, ejusque patrocinio multa pericula evasit: ejus ideo ecclesias, et maxime basilicam S. Mariæ Majoris de Urbe devote admodum coluit. Quapropter Præsepis sacellum in ea minus decenter exstructum et ornatum esse videns, ipse dum cardinalis erat, beatæ Virginis ope fretus, insignem ibi capellam ædificavit, atque ædificio feliciter procedente, ejusdem beatæ Virginis precibus Pontifex creatus, eamdem capellam exornavit, perfecit et consecravit. Sed ipsummet Sextum in Bullæ, quam de hac eadem capella edidit loquentem audiamus: « Gloriose, et semper virginis Dei Genitricis Mariæ salutiferam secunditatem humiliter venerantes, intra cuius castissima viscera virtute Altissimi mirabiliter obumbrante, divina Sapientia sibi domum ædificavit, summas illius laudes, et præclara in universum genus humanum, sed in nos potissimum merita, et verbis, et factis quantum pro humana imbecillitate possumus, libenter prædicamus; hanc enim beatissimam Virginem, gratiae et misericordiae parentem, ab ipsa pene infanthia nobis advocatam delegimus, cujus patrocinio et intercessione multis periculis erepti fuimus, multa beneficia a bonorum omnium largitore Deo accepta. Itaque cum alias ejusdem sanctæ Virginis

nomine, et miraculorum splendore illustres ecclesias semper in honore habuimus, tum in primis erga celeberrimam ejus in alma Urbe basilicam ad Præsepe Domini, quæ S. Mariæ Majoris appellatur, præcipua quadam, et pia devotione affecti sumus. Cumque consideremus sanctum Dominici Præsepis sacellum in eadem basilica situm, ob sacras illius Præsepis reliquias, in quo Rex gloriæ nasci non abhorruit, et infans jacuit, magna in veneratione merito habitum, minus decenter pro loci dignitate et sanctitate ornatum et exstructum esse: nos cupientes tam eximium et religiosum monumentum debito cultu, decentique ornatu angere, ac nobili ædificio circumseptum communire, opus sane viribus nostris, et facultatum nostrarum, illo quidem tempore tenuitate majus, freti ope ejusdem Deiparæ semper Virginis, et animo suscepimus, et reipsa aggressi sumus; nam jampridem cum S. R. E. cardinalatus honore fungemur, loco a dilectis filiis capitulo ejusdem basilicæ, interveniente etiam auctoritate felicis recordationis Gregorii Papæ XIII, prædecessoris nostri, nobis concesso, insignem capellam et spatii amplitudine, et subtractionis magnificentia templi instar cœpimus a fundamentis ædificare. Cumque ædificatio feliciter procederet, ecce, divina sic disponente clementia, nullis nostris meritis, sed ipsius beatissimæ Virginis precibus in apostolice Sedis fastigio locati sumus. Quare inchoatum opus tanto impensis urgentes, nullisque quamvis maximis sumptibus parcentes, capellam ipsam testudine sublimi, plombi laminis extrinsecus tectam, et pretiosis crustis, et tegmentis marmorum, atque opere tectorio marmorato, egregiisque picturis, et sacris imaginibus, et loco ipso congruentibus exornatam, ita demum benedicente Domino perfectum, atque omni ex parte absolvimus. Cum igitur Deo favente, pium hujusmodi opus jam absolutum, et ad tectum perductum foret, compertum est tandem relatione, ac testimonio fide dignorum viorum, qui ex peregrinatione Terræ Sanctæ nuper in urbem advenerunt, nobis nihil tale unquam cogitantibus, non humano consilio, sed plane divino instinctu ita contigisse, ut haec nostra capelæ veteri capellæ ad Præsepe Domini, positæ in ecclesia Bethleemitica, quæ est in Palestina, ædificio, strunctione, ac præcipuis suis partibus admodum similis evaserit, ita ut ipsa gloriosa Virgo, quæ olim primis sanctæ hujus basilicæ fundatoribus certos fines et locum nivibus, quarum memoria in hodiernum usque diem religiose colitur, mirabiliter præscripsit, et designavit, nunc etiam in nostra capella quasi dictæ basilicæ appendice exstrnenda divinitus mentem nostram inspiravit: simulque suæ, ac divinæ voluntatis, et providentiae admirabilem, minimeque obscuram dederit significacionem. Demum vero nos ad Dei omnipotentis, et intemeratae Virginis partus gloriam, fidelisque populi erga cœlorum Reginam devotionem au-

gendam, eamdem capellam sotemni ritu consecrari, et dedicari curavimus. » Sic ille.

Ob singularem etiam erga eamdem Dei Genitricem devotionem, ad Dei gloriam, fideliumque ad illam pietatem adaugendam, festum diem sacrae ejus Praesentationis in templum cæteris ejus celebritatibus adjungi, perpetuoque observari voluit, sie suo in diplomate fatus: « Intemeratae Matris Dei Mariæ, ex cuius purissimis visceribus salva per Spiritus sancti virtutem integritate virginitatis, Auctor vitae nasci dignatus est, salutiferam secunditatem humiliter veneramus, et quæcumque ultimis orientis adhuc Ecclesiæ, aliiisque temporibus a sanctis Patribus in ejus honorem instituta fuerunt nostræ imbecillitatibus ope tueri, atque augere, et si quid fuerit prætermissum, ipsa adjuvante, quæ supra choros sedet angelorum, renovare studemus, ut spiritualium gaudiorum cœbritate devota nobiscum plebs læetur, et ejus splendorem angelici cœtus admirantur in ecclis, ejus in terris per sacræ festivitates recolenda, laudandæ, atque invocandæ pia memoria non prætermittatur. Aliis igitur celebritatibus perpetuae Virginis, quæ ab æterno præparata, et propheticis testificationibus prænuntiata, nondum tamen Mater Dei angelo mutante fuerat effecta, a catholica Ecclesia consecratis, ejusdem quoque quæ templum Dei futura erat, et sacrarium Spiritus sancti in templum Praesentationem ab antiquissimis usque temporibus summa ubique gentium eum veneratione observata ascribi volumus, et sieubi intermissa est restitui, ac jugiter custodiri. Quare hac perpetua Constitutione mandamus, ut Praesentationis B. Mariæ semper Virginis festus dies undecimo Kal. Decembri per omnes totius orbis Ecclesias dupli Officio, prout in Nativitatis die, sumpto Praesentationis vocabulo, peragatur, idemque in Kalendario cum duplicis adjectione inseratur. Præcipientes omnibus patriarchis, archiepiscopis, episcopis, cæterisque Ecclesiarum prælatis in universi orbis amoitu constitutis, ut in suis quisque ecclesiis, provinciis, civitatibus et diœcesis presentes nostras solemniter publicari faciant: ab omnibusque ecclesiasticis personis sæcularibus, et quorumvis Ordinum regularibus omnino observari, licet adnotatio hujus festivitatis in postremis Breviarii, et Missalis reformationibus fuerit prætermissa. » Sic ille.

Idem dum ineffabilia meritorum insignia, quibus Dei Genitrix beata Virgo Maria Regina cœlorum gloria sedibus prælata sidereis, tanquam stella matutina prærutilat, devotæ considerationis indagine perserutaretur, et intra areana pectoris revolveret, quod ipsa utpote mater misericordiæ, mater gratiæ et pietatis, humani generis amica et consolatrix, pro salute fidelium, qui delictorum culpa prægravantur, sedula exoratrix, et pervigil ad Regem quem genuit, et materiis lactavit uberibus, intercedit: dignum, quin potius debitum arbitra-

batur, ut ecclesias et capellas ac confraternitates in ejus honorem erectas et institutas, gratiis remissionum prosequeretur impendiis, ac indulgentiarum munere deoaret, ac per Romanos Pontifices prædecessores suos eisdem confratribus concessas indulgentias et privilegia, suæ approbationis munimine roboraret, easque inuovaret, prout salubrius cognosceret expedire. Attendens itaque, quam religioni nostræ fructuosum fuerit SS. Psalterii, Rosarii nuncupati, gloriæ semper Virginis Mariæ almæ Dei Genitricis, institutum per beatum Dominicum Ordinis fratrum Prædicatorum auctorem, Spiritus sancti, ut creditur, afflatu, excoquatum, quantaque exinde mundo provenerint, et in dies provenient bona, et quod propter ea utriusque sexus Christi fidelium confraternitates sub invocatione Rosarii ejusdem B. Marie Virginis in diversis orbis ecclesiis, ac capellis et altaribus canonice institutæ, earumque confratres ac sorores a quamplurimis Romanis Pontificibus prædecessoribus suis, ac nonnullis Sedi apostolice cum potestate legati de Latere nuntiis, nedum confirmationem et augmentum earumdem confraternitatum, sed etiam indulgentias ac privilegia et indulta merito obtinere meruerint, ipse dictorum prædecessorum vestigis inhærendo, ac codem quo ipso prædecessores sui devotionis affectu divinitus excitatus, omnia et singula privilegia, immunitates et exemptiones, concessiones, indulgentias etiam plenarias et peccatorum remissiones ac relaxationes omnibus et singulis confraternitatibus dicti Rosarii ubique terrarum canonice institutis, earumque confratribus et sororibus tam per prædecessores suos, et sedem prædictam, seu illius nuntios cum potestate legati de Latere coneessa, elargita et confirmata, auctoritate apostolica perpetuo confirmavit et approbavit, illaque omnia et singula perpetuae firmitatis robur obtinere, ac inviolabiliter observari debere deerevit, ut patet ex ejus Constitutione, quam Romæ edidit die 30 Januarii anno 1586.

Considerans oppidum Lauretanum in provincia Piceni situm nullius diœcesis Sedi apostolice immediate subjectum in toto orbe ecclæberrimum, et in eo unam insignem collegiatam ecclesiam sub invocatione beatæ Mariæ Virginis Dei Matris fundatam, excellere, in cuius medio inest illud saeculum cubiculum divinis mysteriis consereratum, in quo Virgo Maria nata fuit, et ibidem ipsa ab angelo salutata, Salvatorem mundi de Spiritu sancto concepit, ministerio angelorum illuc translatum et ad dictam ecclesiam ob miracula, quæ in dies omnipotens Dominus, intercessione et meritis ejusdem beatæ Mariæ Virginis in eodem cubiculo operari dignatur, Christi fideles ex omnibus mundi regionibus devotionis et peregrinationis gratia confluere, et propterea cupiens oppidum, et ecclesiam hujusmodi dignioribus titulis et nominibus decorare: ad ejusdem omnipotentis Dei laudem

et gloriam et ipsius beatæ Mariæ Virginis honorem, neconon Christi fidelium devotionis augmentum, oppidum in civitatem, Lauretanam nuncupandam, ecclesiam vero in cathedralem, sub eadem invocatione pro uno episcopo, Lauretano nuncupando, qui jurisdictionem episcopalem habeat, et exerceat in spiritualibus, perpetuo erexit et instituit. Ne vero Lauretanæ urbis nomen vanum aut tenue foret, collem Laureto proximum (montem Regalem incolæ appellant), coemptum æquare instituit, atque ita novæ urbi amplificandæ spatium ab ea parte fieri ceptum. Interim Pontifex Picenum, cæteramque pontificiam regionem latrociniis infestam non magis ferro, quam auro, salubri ratione pacavit, quippe latronibus ipsis atque exsulibus, impunitatis ac præmii spe in socios incitatis, duces eorum cæsi, cæteri partim interfecti a sociis, partim ob imperfectos socios restituti. Ergo Picentium civitates Picenti Pontifici et de sua gente, et de æde Lauretanæ optime merito egregiam ex ære statuam locavere. Cæterum illud maxime memorabile Sixti Pontificis munus (alii ad Gregorinum XIII trahunt) quod Lauretani templi valvas ex ære cælandas locavit aureorum millibus 40; et quod dum Lauretanæ ecclesia, primo episcopo extincto, vacaret, ex apparitione Virginis, cui devotissimus erat, successorem delegit.

Idem collegiatas ecclesias beatæ Mariæ Virginis oppidi Montis Altii, atque oppidi Tolentini, in cathedrales pro episcopis sub ejusdem beatæ Mariæ Virginis invocatione erexit. Ecclesiam item cathedralem civitatis Firnii beatæ Mariæ Virginis dicatam, ad ejusdem B. Mariæ Virginis honorem in archiepiscopalem sublimavit. Congregationem sub titulo Annuntiationis B. Mariæ Virginis in Urbe institutam pro scholaribus inconsistentibus studiis collegii societatis Jesu, ad quoscunque alias etiam non studentes ampliavit, et facultatem alias congregaciones aggregandi, eisque indulgentias communicandi concessit. Constitutione sua, *Expositum nobis*, etc., edita anno 1586, omnibus ac singulis Ordinis Immaculatae Virginis Conceptionis monialibus et utriusque sexus fidelibus visitantibus ecclesias monasteriorum prædictarum monialium in festo Conceptionis Virginis Mariæ indulgentiam plenariam, et omnium peccatorum suorum remissionem elargitus est in perpetuum. Multis etiam favoribus commendavit confraternitates in Indiis erectas in obsequium immaculatae Conceptionis, et pleraque alia tam exhibuit exteris sue in immaculatae Virginis Conceptionem devotionis indicia, quam reliquit domesticis in suis scriptis præclara vestigia. Rebus humanis excessit anno Christi 1590, 29 Augusti.

CAPUT XCI.

De Urbano VII, Pontifice maximo.

Post Sextum V Ecclesie imperium tenuit Urbanus VII, qui Deiparæ impense addictus bona sua etiam paterna ad estimationem 30 aureorum millionum,

veteri testamento firmato, sodalitati B. Virginis Annuntiatae pro maritandarum puellarum dotibus legavit. De vita migravit anno 1590, v Kal. Octobris.

CAPUT XCII.

De Clemente VII, Pontifice maximo.

Clemens VIII Pontifex maximus in universis suis actionibus ductricem et antesignanam Mariam sibi semper proponebat, cuius felicissimis auspiciis toto sui pontificatus tempore graviora negotia incepit, et incepta cum maximo totius Christiani orbis gaudio ad optatum effectum felicissime perduxit. Ab insita pietate erga Deiparam Virginem, Lauretanam ædem insigni indulgentiarum beneficio cumulavit, ut nihil jam adjici posse videatur. Haud ignarus erat, Lauretanum templum quovis anni tempore ab advenis celebrari, superiorum Pontificum indulgentias certis definitis temporibus videbat. Indignum rebatur complures peregrinorum per hiemem tot tantisque itinerum laboribus, periculisque perfunctos, a Virgine Lauretanæ discere indulgentiarum expertes, præsertim ita tradito more, ut nullum Lauretanæ peregrinationis munus tam solemine esset, quam animos saera confessione impensis expandi, novæque imposterum vitæ instituendæ. Itaque Clemens Pontifex optimum ratu, ad B. Mariæ decorum, neminem ab ea tristem discedere: omnibus quounque anni tempore Lauretanam Virginis cellam rite adeuntibus delictorum omnium veniam benignissime concedit; qui etiam permisit ut dies translatæ in Picenum sacrae domus quotannis Laureti celebraretur iv Idus Decembbris. Ferrariam pergens Lauretanam petiit, in miraque Virginis cella sacris non semel operatus est. Veste, quibus id egit, crucem argenteam insignem, candelabra sex, duo solida crura argentea, et mille nummos virgineæ donavit ædi. Ferraria rediens, eamdem Lauretanam dominum, misericordia Matrem, decus, præsidiumque suum singularē in ea iterum veneratus adiit, dono illic æterno Patri Filium ejus agnum innoxium a primordiis nascentis orbis mactatum, incremento sacrificio obtulit, et cardinales Aldobrandinum, et Cæsum sacerdotali consecratione initiauit. Ferrariæ ducatum beatæ Virgini Mariæ perpetuo consecravit. Eremum Servorum beatissimæ Virginis Dei Matris in Senario monte renovavit. Propter luctuosam Tiberis inundationem Romæ anno 1599, Bulla edita omnes hortatus est, ut redeentes ad Deum, auxilium a sanctissima Deipara postularent: «*He (inquit) ad Matrem gratiarum et Advocatam peccatorum, ad beatissimam semper Virginem Dei Genitricem Mariam, et illius opem atque auxilium implorate;* » ideoque solemnes supplications et processiones ad ejus basilicam sanctæ Mariae Majoris indixit, instituens in urbe domum, in cuius parte una, pie educantur virgines pauperes, in alia honestæ viduæ, in tertia vero impudicæ mulieres penitentiam agere volentes; hujusmodi domum ex propenso erga Deiparam studio monasterium

beatæ Virginis Mariæ Refugii nuncupari decrevit : « Quoniam vero (inquit) erectionis hujus, atque instituti fundamenta ita demum firma, et salutaria fore confidimus, si sanctissimæ Dei Genitricis ac Virginis Mariæ humani generis advocatæ præsidio ac patrocinio innitantur, in primis nos ejusdem beatissimæ Virginis, quam singulari semper pie-tatis cultu prosecuti sumus, intercessione ac meritis freti, eamdem domum B. Mariæ Refugii Urbis appellari debere statuimus : ex omnibus vero illius festivitatibus Assumptionis ejusdem in cœlum diem anniversaria celebritate ibi celebrandam esse decernimus. » Sic ille in Bulla anno 1595, hac de re evulgata. Congregationem nostram sub invocatione Deiparæ Virginis a P. Joanne Leonhardio Alexandri Guidiccionii Lucensis episcopi auctoritate Lucæ primitus erectam approbavit et de novo instituit, variis ei concessis privilegiis, ac eidem congregationi ecclesiam S. Mariæ in Portico de Urbe concessit, licentiamque nova ubique loca recipiendi de ordinariorum consensu relaxavit, archiconfraternitatem B. Mariæ de Suffragio in Urbe institutam ad orandum pro animabus in purgatorio existentibus approbavit. Ad propagandum ordinem Fratrum Discalceatorum beatæ Mariæ Virginis de monte Carmelo unam ejusdem ordinis domum in urbe apud ecclesiam Sanctæ Mariæ de Scala dictam erexit. Multa Deiparæ dicata loca, plenaris, ut vocant, indulgentiis ditavit. Jubilæum indicens, semper S. Mariæ Majoris basilicam visitandam præscripsit : in quam præterea basilicam, ob singularem in Divam effectum, plura variis temporibus beneficia contulit, velut anno 1594 in S. Lucia festo planetam tradidit, et anno 1595, pariter aliam planetam omnibus cum vestibus ad sacerdotem spectantibus, quibus ad beatæ Virginis altare celebravit : dedit etiam dalmaticam et alia. Anno 1596, die Nativitatis Virginis sericam planetam albam dedit auro undique splendidam, quam, dum celebraret, induit, et apparatum argento atque auro ornatum, et in vigilia Nativitatis Domini aliam planetam auro magnifice amplificatam, una cum pluviali. Anno Jubilæi 1600, cernens populi frequentiam, quatuor altaris apparatus ex auro et argento ditatos donum dedit. Taceo coronas ex auro, gemmis, pretiosisque lapidibus contextas, quas pro decoro et ornamento sacratissimæ imaginis Deiparæ, ejusque sanctissimi Filii anno 1595, in festivitate Visitationis beatæ Virginis in eadem basilica existens, zclo devotionis motus clargitus est. Galliae rege Henrico IV Ecclesiæ contumaci, bonus Pontifex Clemens ad ovem perditam reducendam, nudis pedibus ad templum Liberianum D. Mariæ Majoris antelucanis horis parvo comitatu, bis se contulit. Cui præterea Henrico jam resipiscenti, idem Pontifex pro pénitentia injunxit, ut singulis diebus, legitimo cessante impedimento, Coronam B. Mariæ Virginis recitaret : singulis vero diebus

Sabbati Rosarium ejusdem quam et sibi pro Al-locata in cœlis assumeret, ut lib. iv *Galliae Purpuræ* refert Petrus Frizon. Cœlum petiit an. 1605, 5 Martii.

CAPUT XCIII.

De Paulo V, Pontifice maximo.

Paulus V Pont. Max. dum præcelsa meritorum insignia, quibus Virgo Dei Genitrix gloriosa sedibus illata sidereis quasi stella matutina resulget, pia considerationis indagine perscrutaretur : dum etiam intra pectoris areana revolveret, quod ipsa uti mater misericordiæ pro Christiano populo sedula exoratrix, et pervigil ad Regem quem genuit, intercedit, quodque eamdem sacratissimam Virginem in omniū rerum difficultatibus ac operibus suis semper invenerit adjutricem, ac innumera, quæ Largitor altissimus ei contulit beneficia, piis illius precibus crederet accepisse, dignum, quin potius debitum arbitratus est, ut sicuti Redemptor noster, et Deus ipsam sacratissimam Virginem sublimavit in cœlis, ita eam ipse quantum posset honoret in terris. Atque ut religionem, quam semper erga ipsam Dei Genitricem animo inclusam tulit, externi quoque cultus insigni testimonio aperiret, cum alias ejusdem sacratissimæ Virginis nomine, et miraculorum splendore illustres ecclesiæ semper in honore habuerit, tum in primis erga celeberrimam ejus in alma Urbe basilicam S. Mariæ Majoris appellatam, et illius sacratissimam imaginem, quæ inibi venerabiliter asservatur, præcipua quadam, et pia devotione affectus fuit : etenim imaginem hanc Christi fideliū religione semper claruisse, pluraque, et insignia ex ea miracula prodidisse, antiqua monumenta testantur; ipsius vero basilicæ fundamenta ab eadem Virgine præclaro nivis miraculo designata fuisse, vetus traditio est. Itaque ubi primum ad apostolatus apicem evectus fuit, singulari erga eamdem glorioissimam Virginem, et illius sacratissimam imaginem prædictam, devotione, et divina quadam inspiratione permotus, in illius honorem insignem capellam a fundamentis exstruere, et ornare, ac eamdem imaginem, quæ in media dictæ basilicæ navi prope dextrum cornu altaris majoris in ligneo ciborio marmoreis columnis elato colebatur, ad capellam novam prædictam transferre, et supra altare ejusdem capellæ properea erigendam honoriscentius collocare deliberavit : ipsamque deliberationem ex animo amplectens, et omni studio prosequens, in primis locum opportunum pro capella hujusmodi ædificanda, scilicet in navi dextera ejusdem basilicæ, ubi antiqua illius sacristia exsistebat, e conspectu alterius insignis capellæ ad Præsepe Domini per felicis recordationis Sextum Papam V prædecessorem suum a fundamentis erectæ, et omnem illius ambitum circumstantem usque in vias publicas elegit, ac antiquam sacristiam prædictam demoliri, et loco illius aliam in extrema pene basilica sinistrorum, structuræ, ædificio ornataque

magnificentissimam et commodissimam magna sua impensa fieri curavit, jactisque capellæ altissimis fundamentis, validissimisque et firmissimis muris illius ambitum universum; complectentibus fabricatis, capellam novam prædictam ad sui formam erexit, ipsamque extrinsecus sublimi testudine plumbi laminis tegi, ac crustis, Tiburtinorumque lapidum tegmentis ad majorem illius roboris firmatatem undique vallari; intus vero sectis marmoribus, ac versicoloribus lapidibus, et columnis pretiosis de longinquis partibus advectis, egregiis quoque statuis marmoreis et picturis a primariis saeculi sculptoribus, pictoribusque delineatis atque confectis magnificentissime ornari sua itidem, et quidem maxima impensa etiam curavit. In præcipua vero parte ipsius capellæ novæ altare in honorem ipsius beatæ Mariæ Virginis, quatuor ex jaspide columnis aurata junctura contextis, ac statuis æneis superstantibus excultum erexit: medium autem qui prædictis columnis intercipientur, pariente, ubi locum sacrae imagini designavit, cæruleis lapidis lazuli crustis intexit, ibique locum instar fenestræ æneis angelorum figuris auro micantibus circumseptum, ac pretiosis gemmis undique exornatum pro ejusdem sacrae imaginis digna sede excidi ac aptari mandavit. Cum capellam prædictam ejusdem beatissimæ Virginis ope adjutus plurium annorum pontificatus sui curriculo omni adhibita diligentia, nullis parcens expensis absolvisset atque perfecisset, ad ejusdem gloriosissimæ Virginis laudem et honorem, ac erga eam fidelis populi devotionem augendam, solemní ritu vi Kal. Februarii pontificatus sui anno 8, sanctam imaginem prædictam omnium S. R. E. cardinalium cœtu, et prælatorum Romanæ curiæ, capitulique dictæ basilicæ, et fere totius Romani cleri interventu, ac fidelium utriusque sexus multitudine astante, ac etiam Paulo ipso in capella nova prædicta in una ex quatuor ad chori usum destinatis mansionibus, sacris cæremoniis præsente, pioque affectu cuncta inspiciente, debita cum reverentia et religione diligenter e loco, ubi prius asservabatur, amoveri, et solemnii processione extra ipsam basilicam per vias, et loca publica designata omnibus ostendenda, hymnis et laudibus decantandis, clero universo psallente circumferri, moxque in eamdem basilicam reportatam ad eamdem capellam novam transferri, et supra altare in loco, seu tabernaculo, ut præfertur, in muro alte exciso, et ad id decenter aptato inibi sub diligenti custodia, clausaque religiosissime servandam collocari etiam mandavit.

Quoniam vero maxime convenire censuit, ut in hac capella nova, ipsa beatissima Virgo, et illius imago prædicta non solum in marmoribus, lapidibus, figuris picturisque, imaginibus et ornamentis prædictis, sed etiam et multo magis in Missæ sacrificio, veraque et actuali corporis et Sanguinis Domini nostri Jesu Christi Filii sui oblatione, divi-

nisque Officiis jugiter honoretur, divinusque cultus non temporalibus modo, sed spiritualibus quoque ornamentis et rebus augeatur, in eadem capella nova unum prioratum pro uno priore, et duodecim capellanias pro duodecim capellanis perpetuis, necnon quatuor clericatus pro quatuor clericis erexit et instituit. Insper ad divinum cultum, et piorum devotionem in eadem capella quantum poterat augendum, singulis Sabbati diebus ac B. Mariæ festivitatibus illarumque Vigiliis, ac in festivitate Translationis primodiæ imaginis, quam ultima die Dominica mensis Januarii cuiuslibet anni in eadem capella celebrari jussit, singulis quibusque annis perpetuis futuris temporibus Litanias ejusdem B. Mariæ Virginis cum organo, harmonia et cantu figurato alternis choris decantandas instituit et ordinavit. Præterea statuit et ordinavit, quod lampades quinque ante primodiæ imaginem, diu noctuque perpetuo accensæ permaneant, ac in honorem et venerationem ejusdem imaginis, ultra dictas lampades, duæ sint cereæ albæ, singulæ librarium quatuor, semper et perpetuo de die ante altare in illius angulis, super altis candelabris ad eum usum confectis. In Vigiliis vero ac festivitatibus ejusdem beatæ Virginis cum octo diebus sequentibus dum primodiæ imago aperta ad populi conspectum permanebit, sex aliæ candelæ similes de die etiam perpetuo accensæ in altari, et super inibi existentibus candelabris retineantur.

Addidit sacello suppellectilem auream et argenteam, crucem scilicet magnam argenteam ponderis lib. 128 pretii 2150 aureorum, duodecim apostolorum statuas argenteas pretio 6000 aureorum, sex candelabra argentea inaurata cum argenteis æqualibus lib. 156 pretii 500 scutorum, duo magna candelabra argentea ad gradus aræ ad funalia sustinenda lib. 114 pretii 2050 aureorum, sex braschia SS. argentea cum parastadis lib. 23 pretii 500 nummorum, coronidem gemnis distinctam pretii 12 mill. aureorum, lampadem argenteam lib. 31 pretii 500 nummorum, calicem aureum cum patena adamantibus, rubinis, sapphiris et smaragdis ornatum lib. 3 unciarum 8 pretii 800 aureorum, duas aureas rosas 1000 aureorum pretii, duo diadema aurea gemmis distincta, angelorum par nobile ex auro, monilia aliquot pretiosissima, et torques aureos gemmis variegatos pro ornato imaginis sanctissimæ Virginis lamina argentea facie tenuis confectæ.

Super hæc aliam quoque suppellectilem innumerabilem, atque pretio inæstimabilem ad altarium, sacerdotum ac ministrorum altaris usum ornatumque eidem sacello contulit. Admirabile sacellum, triumphalem quasi arcum vietricis Deiparae triumphos inspectantium oculis subjacentem, estimablis. In hoc Paulus delicias habuit, in hoc sacriss operabatur: solemnibus, quæ suo jussu peragebantur, intererat. In hoc S. Carolus Borro-

museum, et S. Franciscam Romanam, quibus coelestes honores decreverat, excitatis primo aris, veneratus est. In hoc dum aliquando die 5 Augusti, qua festum sanctae Mariae ad Nives celebratur, pro salute reipublicæ, proque presentibus tunc Ecclesiæ necessitatibus Hostiam sacrosanctam litarer, in ipsa elevatione tam corporis, quam sanguinis Dominici, visus est pariter a terra in sublimi elevatus, et utraque Eucharistiae species, quam in altum pro more extulerat, solis instar apparuit, ac radiis illustrissimis circumfusa oculos admirantis perstrinxit. Amator autem humilitatis Paulus in marmorea prædicti sacelli fronte solem occidentem respiciente incidi jussit :

*Sanctæ Virginis
Dei Genitrici Mariæ
Paulus Papa V, humilis servus,
Sacellum obtulit an. sal. 1614,
Pontif. 6.*

Parum porro fuerat Paulo V Pontifici religiosissimo ædem hanc incomparabilem excitasse, marmore, gemmis, unionibus, monilibus, auro, argento, statuis picturisque exornasse, sacro instrumento instruxisse, et clero peculiari redditibus attributis, ad æternandum Dei et divæ Parentis cultum auxisse, nisi etiam æternitati vim inferre voluissest in erigenda statua colossæ ærea ejusdem Reginæ cœlorum, quæ universam Urbem ex Exequino prospexitaret potentissima omnium Sospitrix. In ruinis templi Pacis, quod omnium maximum ab imperatore Vespasiano ædificatum temporibus Commodi conflagravit, existabat columna striata marmorea admirandæ altitudinis, quæ fornicis latns annexum fulcire videbatur. Eam Paulus V inde eximi, atque in Exequinii montis aream, quæ ad meridiem spectat, ingentibus operis transferri, in plateæ medio basim excitari, anteq[ue] Liberianam basilicam, superimposita ei gloriose Virginis Salvatorem gestantis ærea inaurata imagine collocari præcepit, ut monumentum honoris, et cultus Dei Parentis sanctiore loco omnibus occurreret. Ut autem cunctos istud orbis miraculum aspicientes ad devotionem excitaret, omnibus, qui eamdem sacram imaginem venerantes genuflexi ante illam pias ad Deum preces effudissent, quibus diebus id egissent, tres annos, et totidem quadragenas indulgentiarum largitus est. Balthasar Ansiedus Perusinus Bibliothecæ Vaticanæ custos basi faciali titulu[m] inscripsit.

Paulus V Pont. Max. columnam veteris magnificientiae monumentum informi situ obductam, negligenter ex immaib[us] templi ruinis, quod Vespasianus Augustus acto de Judæis triumpho, et reipublicæ statu confirmato, Paci dicaverat, in hanc splendidissimam sedem ad basilicæ Liberianæ decorum augendum suo jussu exportatam, et pristino nitoru[m] restitutam beatissimæ Virginis; ex cuius visceribus Princeps veræ pacis genitus est, donum dedit, ænca[mque] ejusdem Virginis statuam fastigio imposuit anno salutis 1614, pontificatus 9.

Antonius Querengus V. S. R. lateribus basis iambos addidit,

Averso a basilica :

*Ignis columna prætulit lumen piis
Deserta noctu ut permearent invia
Securi, ad arcus huc recludit igneas,
Monstrante ab alta sede callem Virgine.*

Dextro :

*Impura falsi templo quondam Numinis
Jubente mæsta sustinebam Cæsare.
Nunc laeta veri praferens Matrem Dei,
Te, Paule, nullis obticebo sacerulis.*

Sinistro :

*Vasta columnam mole, quæ stetit diu
Pacis profana in æde, Paulus transtulit
In Eæquilibrium Quintus; et sanctissimæ,
Pax unde vera est, dedicavit Virgini.*

Ejusdem Liberianæ basilicæ turrim campanarium repetito ictu fulminis concussam instauravit, stabilitivit, plumbo operuit, campanam ingentis ponderis magnitudinisque eximiae vitiata[m], aucto pondere in honorem Dei Genitricis Mariæ reficiendam curavit. Sacrum vestiarium ad sinistram januæ maximæ ejusdem basilicæ amplissimum, ornatissimumque et huic adjunetur augustissima forma oœdum exstruxit, inque ejus parte superiore commodissima pro canonicis conclavia æstificavit, qui deinde singulare beneficium memorantes, magnæ ænæ statu[m] Paulum ipsum referentes perenne monumentum exerunt.

Non satis erat animo vere magno Pauli Pontificis Exequinum collem pietatis suæ monumentis occupasse, nisi etiam Quirinalem eidem divæ Deiparenti consecrasset. Itaque in amplissimo pontificali palatio, quod majore ex parte auxit, et in augustiorem commodioremque formam rededit, aliud augustissimum illustrissimumque sacellum, longitudine 180, latitudine 60 palmorum nullis æquandum laudibus, nullis imitandum fere principibus, eidem sacrosanctæ Virginis a fundamentis exstruxit, aula regia adjuncta amplificavit, inauravit, et lapidibus pretiosis, picturis, sculpturis, opere plastico, columnis inæstimabilibus aureis ornavit, in quo omnia oculis objecta venustatem majestati commistam tantopere spirant, ut ad regni siderei desiderium, et ad pietatem in virginum Primiceriam vel solo aspectu inflammet. In Vaticano templo iconem sanctissimæ Deiparæ Virginis, quæ (ut antiqua habet traditio) inter columnas porticus veteris basilicæ impia manu in faciem percussa sanguinem fuderat, cultui fidelium exposuit.

Lauretanam divæ Deiparentis ædem inæstimabilibus donaris locupletavit. Sodalitati primariae ejusdem Divæ, quæ a Rosario nomen habet privilegia a 17 Pontificibus concessa restituit, quamplurimis confraternitatibus illius ipsius Reginæ angelorum sive olim, sive recens institutis, indulgentias et gratias amplissimas concessit.

Peculiarem ritum Fratrum Ordinis Prædicatorum antiphonam illam : *Salve Reginæ*, etc., quoti-

die celebriter et in processionis modum accinendi, quod ex illo in populi ad Prædicatorum Salve concurrentis animis in Virginem ipsam succendantur amoris et pietatis ignes, ducentorum annorum indulgentiis ornavit.

Nihil non egit, ut suum erga Virginis Immaculatae Conceptionem affectum demonstraret. In Religione Minorum, aliasque ei subjectis, voluit quolibet Sabato alia festivitate non præpedito, memoriari fieri tanti mysterii proprium Officium recitando, et Missam celebrando, in quibus expresse hæc Virginis docetur excellentia. Fideles omnes invitavit ad hoc ipsum confitendum concessis indulgentiis, iis qui recitarent ejusdem Officij Antiphonam: *Hæc est virga, in qua nec nodus originalis, nec cortex actualis culpe fuit, et Orationem: Deus, qui per immaculatæ Virginis Conceptionem dignum Filio tuo habitaculum præparasti, præsta, quæsumus, ut sicut ex morte ejusdem Fili tui prævisa, eam ab omni labore præservasti, ita nos quoque mundos, ejus intercessione, ad te pervenire concedas.* Confirmavit suis litteris, gravissimis superadditis pœnis, Sixtinæ Constitutiones huic parti maxime favorabiles; nec his contentus, taceri aliam jussit, et e scholis et suggestis profligavit.

Postulante Henrico IV Galliæ rege, erexit Ordinem militarem sub regula et denominatione B. Virginis Mariæ de Monte Carmelo, pro nobilibus et ingenuis viris Gallicæ nationis, variaque ei Ordini privilegia concessit, eidem ascriptis injungens, ut quotidie Officium beatae Virginis, vel Coronam recitent, Sabbati diebus Missam audiant, festis beatæ Virginis Mariæ Eucharistiam sumant, die festivitatis B. Mariæ de Monte Carmelo ad ejus celebrationem convenient. Novum item equestrem Ordinem de sacra militia Christiana sub protectione beatissimæ Virginis præcipuo ejus auctore Carolo Gonzaga duce Nivernensi confirmavit.

Ob singularem devotionem erga beatissimam Virginem ejusdem servis concessit, ut diebus Sabbati aliquo festo duplici, aut semiduplici, vel vigilia de præcepto non impeditis, Officium solleme cum novem lectionibus de beatissima Virgine agere, et illo agendo, divini Officii obligationi satisfacere, perinde ac si Officium Sabbati agerent, libere ac licite valerent.

Congregationem nostram Dei Matris de cætero nuncupandam censuit, quam quantum dilexerit, quantisque eam favoribus et gratis prosecutus sit, constat ex ejus diplomatis Rōmæ expeditis anno 1609, 4 Junii; anno 1611, 10 Novemb. an.; 1614, 14 Januarii; anno 1615, 50 Julii; anno 1619, 14 Aug.

Post tractatulum *De amore cultaque Regiae cœli* sibi a Joanne, a Jesu et Maria Carmelita Discalceato oblatum, orationem hanc præcipuas summi Pontificis curas complectentem haud raro usurpare solitus erat:

« Clementissima cœli Regina, et spes firmissima
SUMMA AUREA DE B. V. MARIA. X.

saintis niæ, obsecro te, per immensi amoris incendium, quo flagras erga unigenitum Filium tuum, dirigas me illius Vicarium, ut ei tam in vita integritate, quam in creditæ mihi ab eo Ecclesiæ regimine, per omnia capita congruam, nec unquam ob ullam prosperitatem, sive adversitatem ab ejus mente dissentiam. Per te, Regina potentissima, Ecclesia militans protegatur, ut quidquid habet boni, alatur et crescat, et quidquid admistum est, vel imminent malum, procul arrebeat; tuere et promove, fidissima tutelaris nostra, ecclesiasticam hierarchiam, ut qui in partem apostolicæ sollicitudinis mihi adjuneti et subjecti sunt, mecum in opus quod a Filio tuo mihi commissum est, exemplo vitae et piis laboribus incumbant: atque adeo cardinales, patriarchæ, primates, archiepiscopi, episcopi eorumque vicarii et alii quovis nomine animalium curam gerentes, juxta officium quisque summi vitae puritate, ecclesiastice discipline studio, idoneo sacramentorum ministerio, et animalium eis subditarum cultura præcellant. Sacerdotes alii et clerus universus functiones suas legitime obeant et inculpete vivant: concionatores Jesum Christum crucifixum prædicent: monachorum sacrarumque virginum claustra florentia vigeant, et deformata reformatur, cunctusque populus Christianus divina et ecclesiasticarum legum præcepta custodiatur, et sacramentis ad ejus salutem institutis digne ac frequenter utatur. Pax multa per te, mitissima Regis pacis Mater, ætate nostra firmetur, ut omnes principes Christiani in veram concordiam, te animos conciliante, conspirent, et ubi adversus infideles bella gerunt, inter se foederati de hostibus Ecclesiæ victoriam reportent: schismaticique omnes jugo Filii tui suavi collum subdentes ad Ecclesiæ redeant unionem: per te, fortissima haeresum interempratrix, haeticorum conatus reprimantur, et in Christianis Academiis doctrina Catholica integra constet, ut vincat Veritas, unigenitus scilicet Filius tuus. Per te, dulcissima misericordiae Mater, convertantur non modo Christiani peccatores ad justitiam, sed infideles ad Catholicam Ecclesiæ Romanæ fidem, quæ per dilectionem operatur, ut siant e selecto numero populi, quem acquisivit Redemptor noster pretio sanguinis sui. Per te denique, liberalissima cœlestium bonorum dispensatrix, et suavissimum omnium ad te suspirantium refrigerium, reparentur dannata omnia nostris animis et corporibus illata, et abunde proveniat quidquid desideratur boni, ut confecto mortalibus vita cursu, ad optatissimam perveniamus Dei civitatem, quam inquirimus, et summo ac semper bono perfrauamur. »

Paulo ante obitum ad summum B. Virginis in Exequiis sacellum lectica vectus concessit, veterem et miram ibi cultam Deiparantis imaginem auri et gemmarum fulgore illustratam veneraturus angelorum Reginæ opem flagitavit: nobile donum virginis Pastor Virgini Maximæ addixit, et tuinulum

quem sibi extrui præceperat, attente inspexit. A Virgine sacrum auspicatus imperium, a Virgine felicem migrationem, quam adesse jam e cœlo forsan agnoverat, postulavit, jamjam moriturus, uno sacerdotum orationem: *Defende, quæsumus, Domine, beata Maria semper virgine intercedente, etc.*, recitante, ad finem respondit clara voce, Amen. Obiit Romæ anno 1621, 28 januarii.

CAPUT XCIV.

De Gregorio XV, Pontifice Maximo.

In Deiparæ obsequiis eximium se probavit Pauli V successor Gregorius XV, Pont. Max., eamque sibi omni ratione et cultu demereri studuit. Quam et tanto studio prosequebatur, ut non secus de illius gloria et splendore, quam de Matris ejusdam amantissimæ honore sollicitus esset. Primum ejus in pontificatu opus fuit Deiparæ Virginis laus: etenim cum Pontifex renuntiatus in Pontificias aedes se recepit, statim ante Deiparæ imaginem in genua procumbens Litanias Laurentianas maximo devotionis affectu persolvit.

Anno 1622, die 11 Maii summa cum veneratione et pietate recepit imaginem B. Mariæ de Victoria, quæ suffossis hæreticorum injurya oculis in oppido Bohemiæ Straconiz inventa est. A R. P. Dominico a Jesu et Maria Carmelita Discalceato in prælio contra hæreticos apud Pragam commisso die 8 Novembris anno 1620 deportata, ob securam repente B. Virginis auxilio insignem hostium debellationem, vocata est imago B. Virginis de Victoria. Eam postea a Ferdinando II Cæsare, et Maximiliano duce Bavariae, et aliis principibus pretiosis donis exornatam, et in urbem advectam, celeberrima totius cleri et eminentissimorum S. R. E. cardinalium pompa in ecclesia S. Pauli Carmelitarum Discalceatorum in monte Quirinali repositam, Gregorius, ut diximus, summa cum veneratione et pietate, die atque anno memoratis recepit.

Constitutionem Pauli V prædecessoris sui, ne in publicis actibus audeat quisquam asserere B. Virginem Mariam in originali peccato conceptam, ad privata etiam colloquia scriptaque extendit, vetuitque de hac opinione affirmativa aliquo modo agi, seu tractari. Præcepit item, ut in sacrosancto Missæ sacrificio, ac divino Officio celebrandis, tam publice quam privatim nemo alio quam Conceptionis nomine uti deberet, additis gravissimis peninis pro transgressoribus, ut patet ex ejus Constitutione edita Romæ an. 1622 die 2 Junii, quæ sic habet: «Sanctissimus Dominus noster, auditis votis illustrissimorum et reverendissimorum DD. cardinalium contra hæreticam pravitatem generalium inquisitorum, decretum alias editum a felicis recordationis Paulo V, ejus prædecessore tenoris sequentis, videlicet: Sanctissimus dominus noster post longam et maturam discussionem datis votis illustrissimorum et reverendissimorum DD. cardinalium contra hæreticam pravitatem generalium in-

quisitorum re accurate ac diligenter perpensa, provide considerans, quod quamvis in Constitutione felicis recordationis Sixti IV super Conceptione beatissimæ Virginis Mariæ pro submovendis inter Christifideles scandalis, rixis et contentionibus edita, a sancto Trident. synodo innovata, et deinde in alia Constit. sanctæ memoriae sancti Pii V super eadem re, quas similiter Sanctitas sua innovavit cum quibusdam provisionibus et adjectionibus pœnarum pro efficaci earum observatione, relinquatur unicuique libera facultas tenendi et etiam asserendi utramque partem, quod scilicet fuerit, vel non fuerit concepta cum peccato originali, et dum tamen neutra veluti erronea, aut hæretica damnetur; nihilominus ex occasione assertionis affirmativæ in publicis concessionibus, lectionibus, conclusionibus et actibus publicis, quod eadem beatissima Virgo fuerit cum peccato originali concepta, oriuntur in populo Christiano, cum magna Dei offensa, scandala, jurgia et dissensiones: propterea volens hujusmodi scandalis ex debito sui muneric providere, decrevit et præcepit, ac præsentis decreti virtute mandat et præcipit omnibus et singulis cuiusvis Ordinis, et instituti Regularibus et aliis quibuscunque tam ecclesiasticis, quam sæcularibus personis cuiusvis conditionis, status, gradus, ordinis, aut dignitatis tam ecclesiastice quam sæcularis: etiam si specialis, specifica et individua earum esset necessario mentio facienda, ut imposterum, donec articulus hujusmodi a sancta Sede apostolica fuerit definitus, vel per Sanctitatem suam et Sedem apostolicam fuerit aliter ordinatum, non audeant in publicis concessionibus, lectionibus, conclusionibus et aliis quibuscunque actibus publicis asserere, quod eadem beatissima Virgo fuerit concepta in peccato originali. Contra facientes autem eadem Sanctitas sua voluit et declaravit subjacere debere, et subjecit censuris et pœnis contentis in supradictis Constitutionibus suorum prædecessorum et sua, ipso facto incurriendis. Per hujusmodi tamen provisionem Sanctitas sua non intendit reprobare alteram opinionem, nec ei ullum prorsus præjudicium inferre, eam relinquens in eisdem statu et terminis, in quibus de præsenti reperitur, præterquam quoad supra disposita. Ulterius sub eisdem censuris et pœnis mandans, quod negativam opinionem, videlicet, quod non fuerit concepta cum peccato originali, in prædictis publicis actibus asserentes, aliam opinionem non impugnant, nec de ea aliquo modo agant, seu tractent. Insuper voluit et expresse mandavit, ut extra hos casus expressos publicorum actuum, in reliquis omnibus supradictæ constitutiones firmæ et illæsæ remaneant et exacte observentur, perinde ac si præsens decretum non emanasset, et ita decrevit et mandavit, ubique inviolabiliter observari, non obstantibus in hac parte supradictis Constitutionibus et aliis omnibus in contrarium facientibus, etc. » Hoc suo

præsenti decreto ex eisdem causis evitandi scandala, dissensiones atque discordias in populo Christiano, quæ pari ratione oriri possunt, et, ut accepit, in aliquibus regionibus jam ortæ sunt, ex sermonibus privatis occasione assertionis affirmativa, extendit et ampliavit ad privata colloquia et scripta: mandans et præcipiens omnibus et singulis supradictis, ne de cætero, donec articulus hujusmodi a Sede apostolica definitus, vel per Sanctitatem suam et Sedem apostolicam sicut aliter ordinatum, neque etiam in sermonibus et scriptis privatis andeant asserere, quod eadem beatissima Virgo fuerit concepta cum peccato originali, nec de hac opinione affirmativa aliquo modo agere, seu tractare: exceptis tamen quibus a sancta Sede apostolica fuerit super hoc specia-liter indultum; per hoc tamen Sanctitas sua non intendit reprobare hanc opinionem, nec ei ullum prorsus præjudicium inferre, eam relinquens in eisdem statu et terminis, in quibus reperitur, praeter quam quoad in supradicto felicis recordationis Pauli V et hoc suo decreto disposita. Eademque Sanctitas sua voluit et expresse man-davit, ut in reliquis omnibus, ubi hujusmodi decretis non adversantur Constitutiones Sixti IV, Alexandri VI et sancti Pii V, et Pauli V, ejus prædecessorum super Conceptione beatissimæ Virginis, firmæ et illibatae remaneant ac exacte observentur, perinde ac si hujusmodi decretum non emanasset. Et insuper eadem Sanctitas sua, cum S. R. Ecclesia de beatissimæ Virginis conceptione festum solemniter et officium celebret, omnibus et singulis personis ecclesiasticis tam sacerdotalibus, quam cuiusvis ordinis et instituti regularibus mandat ac præcipit, ut in sacrosancto Missæ sacrificio ac divino Officio celebrandis, tam publice quam priva-tim non alio quam Conceptionis nomine uti de-beant. Contravenientes autem Sanctitas sua voluit et declaravit subjacere debere, et subjecit censuris et poenitentia contentis in supradictis Constitutionibus ac præfato decreto suorum prædecessorum, ipso facto incurrendis, et ita decrevit et mandavit ubi-que inviolabiliter observari, non obstantibus in hac parte Constitutionibus suprascriptis decreto præ-fato Pauli V consuetudinibus etiam immemorabili-bus, necnon omnibus et singulis quæ prædecessores prædicti voluerunt non obstat, ac aliis quibus-cumque in contrarium facientibus. Volens et de-cernens pro observatione et executione præsentis decreti et omnium in eo contentorum, quod contra hujusmodi transgressores, etiam regulares cuiusvis Ordinis et instituti etiam quomodolibet exemptos, et alias quascunque ecclesiasticas et sacerdotalibus personas cuiuscunque status, conditionis, gradus, ordinis, aut dignitatis tam ecclesiasticæ, quam sacerdotalis, tam episcopi et prælati superiores, aliqui ordinarii locorum, quam haereticæ pravi-tatis ubique locorum deputati inquisitores proce-dant, et in eos severe animadvertant, tribuens eis,

et eorum cuiilibet liberam facultatem et auctorita-tem contra eosdem transgressores procedendi, ac poenitentia coercendi et puniendi. Hactenus Constitutio: cui adiectam duo Brevia, unum ad Philippum IV, Hispaniarum regem, alterum ad Hispalensem ci-vitatem datum, quibus pium suum erga Virginem Deiparam ejusque puram Conceptionem affectum haud obscura testificatione declaravit.

Gregorii Papæ XV Breve apostolicum ad Philip-pum IV, regem Hispaniarum, de Conceptione B. V.

« Philippo regi Hispaniarum Gregorius Papa XV.

« Chaiissime in Christo fili noster, saluteui. Catholice religionis decus, et Austriae pietatis argumentum est, regem potentissimum, cui utrin-que orbis provinciæ amplissimæ famulantur, tanto studio sanctorum laudibus et beatissimæ Virginis dignitati inservire. Benedicimus majestati tuæ (charissime fili) dignamque tibi a dominantium Domino regia pietate felicitatem precamur. Sane tibi et populorum filiem et hostium oppressionem polliceri haud temere possumus, cum ejus tibi Virginis patrocinium conciliare studeas, quam terribilem esse ut castrorum aciem ordinataam divina oracula testantur. Vix dici potest, quanto nos gaudio cumularint nuperæ litteræ majestatis tuæ de immaculatae Deiparæ Conceptione disseren-tes. O curam Catholicæ rege dignam, et Christi Vicario gratissimam! Ne quid tamen novi tanta in re decernatur in præsentia, monet tum negotii magnitudo, tum Romanorum Pontificum prædeces-sorum nostrorum exemplum; Spiritus sancti enim voci auscultare, non humanarum rationum pondé-ribus rem examinare debemus, qui in divinæ sapientiæ cathedra Christiano orbi a Deo præfecti sumus. Quare cum nondum aeterna Sapientia Ecclæsiae suæ tanti mystrii penetralia patefecerit, in Dei Romanorumque Pontificum auctoritate debent fideles populi conquiescere; magni tamen apud nos ponderis fuerunt preces majestatis tuæ, tan-tumque negotium iterum accuratiusque pensavimus, aliquod tibi regnisque tuis solatium afferre cupientes. Tum autem valde timimus, ne veterator ille serpens, qui boni malique scientiam primis parentibus pollicens, maximis humanum genus miseriis cumulavit, ipsius pietatis armis abutatur ad Christianæ plebis pacem dirimendam. Quæ enim opinionum dissensio est, fieri potest animorum contentio, dum magnificum victoriæ genus pleris-que videtur, ubi quid in controversiam venit, de aliorum ingenii triumphare. Quare dissidiorum semina extingue cupientes antequam asperior in istis provinciis pullule zizanii preventus, inge-niorum pervicaciam libertatemque disserendi pontificio decreto coercendam censuimus. Ex eo et ex dilectis filiis nobilibus viris oratoribus tuis, comite Montis Regii et duce Albquerque mentem nostram uberior cognoscet majestas tua. Cum enim nobis regiam petitionem elegantissime ex-

ponerent, luculenter intelligere potuerunt quam inviti refragemur, et quam alacriter semper gratificaturi sumus tanto regi, quem Europæ ornamen-tum et Catholice Ecclesiae gaudium esse arbitramur, ac majestati tuæ apostolicam benedictionem amantissime impartimur.

« Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris, die 4 Junii 1622, pontificatus nostri anno secundo. »

Eiusdem Pontificis Breve apostolicum ad Hispalensem civitatem de eadem Conceptione.

« Dilectis filiis senatus civitatis Hispalensis Grecoribus Papa XV.

« Dilecti filii, salutem et apostolicam benedictionem. Opulentæ Indiarum classes non tantum urbi vestræ decus afferre possunt, quantum Catholice religionis cultus et Christianæ pietatis studium. Magnum quidem est, alterius orbis divitias in vestrū portum convehi, sed profecto longe præclarius thesauris divinæ gratiæ animas vestras locupletari, præterquam quod ea opulentia multos exterarum nationum homines ad Hispalensia littora convocat: at enim pietas militiam cœlestis exercitus in vestras arcas introducit, et angelorum opem consuetudinemque piis fidelium cordibus conciliat. Beati profecto estis, dilecti filii, cum intelligatis, quanto perituriis divitias præstantiora sint eloquia Domini desiderabilia super aurum et lapidem pretiosum. Proinde nos, quorum felicitas Christianarum nationum salute continetur, paterno solatio litteræ vestræ cuimularunt, quas nobis non ita pridem reddiderunt dilecti filii Matthæus Vasquez et Bernardus de Toro; ex illarum enim sententia, et ex horum sermone intelleximus, quo studio beatissime Virginis gloria inserviatis. Ita sentire, ita loqui par est civitatem a dominantium Domino custoditam, et solidæ pietatis fundamen-tis innixam. Neque enim vera mortalium laus atque gratulatio a cœlestis aulæ gloria sejungitur. Vos autem scientiam salutis præclare didicisse ostenditis, cum beneficium vobis tributum esse profitemini, eo apostolico decreto, quo altercantiū theologorum dissidia tollere, et cœlestis Reginæ dignitati consulere nuper voluimus. Non decribt vobis remuneratio ab eo qui dives est in misericordia, et beneficentia illius Virginis perfruemini, quæ causa est nostræ lætitiae et divinæ ultiōnis flagella tam saepè a Catholice plebis capite averruncat. Nos autem paterna vos charitate in visceribus Jesu Christi complectimur, ac super urbem istam non minus virtutibus, quam divitias abundantem apostolicæ benedictionis thesauros liberaliter effundimus, Deum beatissimamque Deiparam orantes, ut Hispalensem civitatem illu-strioribus semper locupletent divinae benevolentie documentis. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem die 4 Novembris 1622, pontificatus secundo. »

Idem pro eo, quo sanctissimam Deiparam ejus-que puram Conceptionem studio prosequebatur,

anno 1623 novam instituit, vel saltem confirmavit sub ejusdem Conceptionis titulo, equitum (ne dicam principum) religionem, tantis ditatam pri-privilegiis, ut merito ab omnibus credatur (inquit Serranus) omnes antea equitum institutas religio-nes brevi superaturam.

Congregationem nostram sub invocatione sanctissimæ Virginis Dei Matris a venerabili viro Joanne Leonardio Lucæ primitus erectam, in reli-gionem trium votorum solemnium apostolica au-toritate approbat, et favoribus grātisque spe-cialibus ornavit.

Ex peculiari quoque in sanctissimam Dei Geni-tricem devotione incitatus, beatissimorum ejusdem parentum Joachimi scilicet et Annæ festa in uni-versali Dei Ecclesia amplius honoranda censuit. Unde suis perpetuo valituis Constitutionibus fe-stum divæ Annæ ab omnibus Christifidelibus, sicut alia festa de præcepto celebrari et observari, ab omnique illicito opere abstineri, et sub præ-cepto observationis festorum comprehendendi: fe-stum vero sancti Joachimi sub duplice Officio die 20 Martii quotannis celebrandum, et in Bre-viario, Missali et Kalendaris imposterum impri-mendis describendum voluit, præcepit et mandavit. Nummos etiam aureos argenteosque beatissime Virginis sole amictæ ac stellis coronatæ imagine eu-dendos ordinavit; qua de re Francisci Marrac-cii mei et carne et spiritu fratris hanc accipe clegam.

De nummis aureis argenteisque Gregorianis, quibus signum magnum, Virgo Deipara, insidet, septem caput cincta sideribus, elegia.

*Quartus ab undecimo, summo qui gessit honore,
Nominis Gregorius, pontificale decus :
Vixit ille liet jamdudum, rivet in avum,
Æternum pietas quem Mariana facit.
Virginis effigiem, cui dat victoria nomen
Impia quamque manus lasserat hæretici,
Monte Quirinali, sacro stipante senatu,
Collocat: hic illam Roma beata colit,
Infecto vetuit prognalam semine dici
Debet intacte quæ generare Deum,
Nec minus idcirco turmas instruxit equestres
Quo foret illius purius usque decus.
Eexit nostram Patrona Virgine cymbam
Ad ter votivas religionis opes.
Argento Æva formam commisit et auro
Illiud candor obit, vindicat istud amor.
Hic pede Virgineo calcantur cornua luna,
Hic vestis Marie quam bene sole micat!
Vos, heu! deficitis, que delueratis in orbem
Cingere bissemum Virginis astra caput.
Quinque recessistis. Quæ vos, quæ causa diremit
Cœlestes ignes? Causa moneta fuit.
Quippe locum nostris non præbuit illa pyropis,
Ipse monetalis campus avarus erat,
Dum nos certatim volumus pars esse coronæ,
Et socio bis sex agmine progredimur,
Depulit, acceptis septem de plebe sororum
Quinque reluctatus circulus ille miser.
Et cum sit Virgo tam larga, negavit avarus,
Æterni id nobis causa doloris erit.
Lugemus nostrasque vices charasque sorores
Non Hyades fratrem congreguere magis:
Talia luciferae deploravere sorores,
Causam mœroris stricta metalla dabant.*

*At quot in argento nequeunt splendescere flammæ
Gregorius flammæ tot Marianus alit.
Nil refert, an stella micet, seu sidera plura
Argentum capiat: dum Mariam capiat.
Hanc cupit ergo coli: nummosque insignit eadem
Cujus erat fixo dulcis imago sinu;
Seu quo cum nummis Divæ proferret honorem;
Seu quo abeat numinis aurea victa fames;
Seu quo tam firmo servetur pectore virgo
Quam faciles nummi mobilitate fluant;
Seu quo non studens perituris tempore gazis;
Seu quo dives opes hac tuearis ope;
Seu quo thesauros discas per flumina mille,
E Mariae diti posse referre mari;
Seu quo cognoscas per quam toto aethere aperto,
Divitiae terris enicuere Dei.
Et si Tartarea gaudes te peste redemptum,
In prelum agnoscas hanc peperisse Deum.
Obiit Romæ 1625, 7 Juli.*

CAPUT XCV.

De Urbano VIII, Pontifice Maximo.

Urbanus VIII, æternæ memorie Pontifex, qui hodie felicissime sanctam gubernat Ecclesiam, in laudem beatissimæ Virginis Dei Matris (quam sibi a teneris annis in cœlestem patronam delegit) multa elucubravit mellitissima, cedroque dignissima; e quibus aliqua, ad tanti Pontificis pictatem ingeniumque degustandum, expedire visum est hoc loco describere.

Urbani VIII paraphrasis in Canticum B. Mariæ Virginis.

*Ad astra Regem cœlum
Tollit meum cor laudibus,
Et in Deo, qui detulit
Mihi salutem, gestiens
Exsultat usque spiritus.*

*Placido suam nam lumine
Famulam benignus respicit;
Meam canent in sæcula
Beatitudinem posteri.*

*Me cuius est potens manus,
Sanctumque nomen unicæ
Felicitatis ultimum
Everxit ad fastigium.*

*Quotquot fideli pectore
Eum timent cum filiis,
Et filiorum filios
Dei sovet benignitas.*

*Sternit potenti brachio,
Et mente cordis intima
Quos spiritus superbie
Sublimiores evelunt.*

*Deturbat ex eburneis
Potentiores sedibus,
Humilesque in altum sublevat.*

*Bonis replevit pauperem,
Opesque ademit diviti.*

*Sue memor clementiae.
Suscepit Israel sacro
Puerum suum cum gaudio.*

*Ut est locutus Patribus
Nostris; Abramo, et illius
Perenne in ærum semini.*

Eiusdem Christi Domini mox morituri cum beatissima Maria Matre colloquium.

Chr. *Instat, sacra Parens, temporis ultimum
Momentum: rapiunt me tibi, que vocant
Summi iussa Patris jam
Optatam crucis ad necem.*

M. V. *Heu, Fili! miseram siccine deseris
Matrem? me miseram? Cor mihi saucias
Dura cuspidè vocis:
Sic me lux mea deseris?*

Chr. *Jam primis animam mors petit ictibus:
Non sic transadiget cor mihi lancea,
Ut morsu tuus angor
Carpens viscera dividit.*

M. V. *Per quod jam puero lac tibi præbui,
Ne me, qui cruciet linque superstitem
Tanto, Nata, dolori:
Ah pro te moriar precor.*

Chr. *Dum mors me rapiet, te manet acrior,
Qui dum me pareres, non tetigit dolor,
Orbi non tulit ortus
Vitam, mors mea deseret.*

M. V. *Heu saltem miseræ da mihi præmori.*

Chr. *Patris, dum moriar, vivere te jubet*

Non mutanda voluntas,

M. V. *Saltem da mihi commori.*

Chr. *Me complexa sat es, non licet amplius:*

Te jam (quid retinent me tua brachia?)

Mater linquere cogor.

Judæ me vocat osculum.

Eiusdem de pronubo Deipare Virginis annulo, qui Perusiae religiosissime asservatur, epigramma.

*Imbrisferis arcus fulgens in nubibus orbem
Effera diluvii damna timere vetat:
Sic Deus omnipotens voluit. Decns annule majus
Est tibi, quem supplex urbs Perusina colit,
Es gemino constans areu felicior index;
Nam peragit Virgo nupta salutis opus.
Virgineo terræ conjugens fœdere cœlum,
Hæc duce non pelagi, non Stygis unda nocet.*

Eiusdem in laudem B. Virginis hymnus Etrusco carmine modulatus.

Strofe 1.

*Lungi da me la favolosa lira
D' Anfione, e d'Orfeo
A dar col plettro tuo germe Jesseo
Suono al ciel grato la mia mano aspira.
Ma chi fia, che mi snudi
La lingua in sacri a lui conformi modi?
Gia d'Isaia purgo visibil fuoco
La bocca; io grazia chieggio
A te Regina dell' Empireo seggio,
Mentre il tuo nome invoco,
Che sgombri il sen d' ogni terreno affetto,
E del divino spirto impetri al core
Invisibil' ardore,
Che d' alni sensi colmi l' intelletto,
M' apra le labbra, e monde,
E se me l' avvalore,
Che di tua gloria sian nuntie faconde.*

Antistrofe 1.

*Del Re celeste all' aureo trono avante
Posto a pie la bilancia
Di zelo accessa l' una e l' altra quancia,
La spada alzando in rigido sembiante
Con voce, che parea
Quasi tuoni, la giustizia li chiedea
Vendetta memorabil dell' eccesso
Che a figli già trasfuse
Il primo padre, cui l' angue deluse;
Dall' altra parte spesso
Clemenza unil s' oppose, finche il ciglio
Con Maesta volgendo, ma sereno
De sensi suoi nel seno*

Racchiuso Iddio svelo l' alto consiglio,
Onde messo immortale,
Ratto come baleno,
Prese a fender in giù l' aria con l' ale.

Epodo 1.

Sgorrendoi Nabatei,
Non ferro prima le veloci penne,
Passando gl' Idumei,
Che alla città di Nazaret pervenne :
Qui genuflesso in atto umil s' inchina,
E in brevi note del Signor sovrano
Alta Vergin, che sia del ciel Regina,
Espone il grand' arcano
A tanto annuntio tu real Donzella
Consentii, et l' offri ossequiosa Ancella.

Strofe 2.

Questo fu in nodo marital, che a Dio
Ti fè diletta Sposa :
Quindi al candor di Vergine amorosa
Di Madre in te secondita s' unio.
Fosti ab eterno eletta,
E senza macchia original concecta.
La pietà, l' umiltàde e l' innocenza,
La speranza e la fede,
Con carità fervente in don ti diede
L' eterna Sapientia.
Onde il Verbo incarnato di te nace,
Per cui splendono le stelle, et moto ha il cielo.
Ed or eposto al gelo,
Giace nel fieno iuvolto infra le fascie
Mentre gl' angeli intorno
Al suo corporeo velo,
Con la lor luce fan di notte giorno.

Antistrofe 2.

O Come all' apparir dall' Oriente
De tre Regi, che il raggio
Di nuovo astro per guida hau del viaggio,
Di soave diletto empi la mente !
O quando a Simeone
La tua mano il bambin in braccio poue,
Vedendo lui, che adempiti i presagi
Lieto brama morire
Quanto nel sen s' accresce il tuo gioire !
Nou ti fu ne' disagi
Di povertà gravoso alcuno affanno :
Ben da reali ossequii scorger sento
Periglioso spavento
Di morte al figlio, a te d'estremo danno
Ma ponui a tempo inciampo
Angiol, che scende intento
Dal ciel, per aprir varco al vostro scampo.

Epodo 2.

Quegli, lo cui potere
Spazio nou ha, ne termine prescritto,
Fuor che del suo volere,
A te col figlio Juggir in Egitto
Da per difesa, mentre il crudo Herode.
Sangue innocente di fanciulli uccisi
Scorrer vedendo, si rallegra e gode.
Ahì, questi i primi avvisi
Son, che nota ti fan nel fiero oggetto
La spada, che passar ti deve il petto.

Strofe 3.

Nell' angustia s' affina, e negl' affanni
La virtù con la prova.
E tu, Maria, ben sai, che in ciel s' approva,
Che uon più udito strazio il fil degl' anni
Tronchi a Giesù, già parmi
Sentir, ohime ! lo strepito dell' armi,
Indarno ei sparge al Padre le preghiere,
Ahì, che d' angoscia langue,

Cadendo a terra, e gocce atre di sangue
Suda, e l' ostili schiere
Si fan vicine : ahì che d' intorno cinto
E con bacio ingannevole tradito,
Oltraggiato, e schernito
Prigione e tratto d' aspre funi avviuto,
E mentre e notte oscura
Per la tempe smarrito,
Ciascun de' suoi suggendo s' assicura.

Antistrofe 3.

Del miserabil caso alla carteza
Tosto spinta dal duolo
Maria tu corri, l' orme del Figliuolo
Cercando. Or qui t' e d'uopo la fortezza
D' animo invitto, ahì lasso.
Trave funesta porta a lento passo
Alla morte sen' va lacero e stanco,
Coronato di spine,
Pende trafitto di sua vita al fine
Al uno, e l' altro fianco
Con un ladron tu priva di conforto,
Sospirando il rimiri (ah dir pur l'oso)
Cadente e sanguinoso,
E lo piangi con viso afflitto e smorto,
Mentre di croce tolto,
Con officio pietoso
In cavo marmo è il corpo suo sepolto.

Epodo 3.

Tergi, o Vergine, il pianto,
Non sempre oscuro e il cielo, ecco risorge
In luminoso manto
Dalla tomba Giesu, che lieto porge
Agl' occhi tuoi di se vista gradita :
Ma in breve si dileguia, e al ciel sen' vola,
Onde in fiamme discese aura di vita
Celeste il cuor t'afforza e ti consola,
Or l' effetto conferma, e l' occhio vede
Quel che pria ti mostro la viva fede.

Strofe 4.

Mal dell' amato soffre amor l' assenza,
Ma tempra in te la brama
Il divino voler, che al fin ti chiama
A fruir di Giesù l' alma presenza,
Ed ecco alato stuolo
Al ciel t' innalza con felice volo,
Dove applauso ne fan d' angeli i cori;
Qui calcando le stelle,
Vengonti incontro vergini donzelle ;
Qui d' immortali onori,
Pompa il figlio t' appresta, e il sommo Padre
T' ammantia di splendor in regio trono :
Qui con musico suono,
E con la voce le celesti squadre
Mentre beata godi,
A gara intente sono
A cantari tuoi meriti e le tue lodi.

Antristrofe 4.

Salve del ciel supremo eburnea Porta,
Nunzia di vera pace,
D' amor divino inestinguibil face
A viatori desiata scorta,
Sacro di pietà nido,
Porto nelle tempeste amico, e fido,
Nelle miserie altri Consolatrice,
Nelle tenebre luce,
Degli spiriti eletti e scudo e duce,
Celeste Imperatrice,
Felicità dell' alme a te devote,
Madre di Dio che ogni languor risana
Con sua virtù sovrana,
Esser vittima ei volle, e sacerdote,
Per soltrar dall' atroce

*Scempio la stirpe umana,
A lui tempio tu fosti, altar la croce.*

Epodo 4.

*Fra gl' angelici canti
So che vil sembra il suon della mia cetra
A' tuoi supremi vanti,
Ma l'affetto perdon da te m' impetra
La tua gloria inumortal dal cielo scenda
Cinta di rai, qual è nel sommo coro
E in giri ampli veloce il volo stenda;
E sopra vanni d'oro
Portando di quest hinno le parole
Circondi il terren globo a par del sole. Sicille.*

Ut merito cecinerit Lucensis Virgilins, Lælius Guidiccionius, in Epigrammate quodam de hoc eodem ad Deiparam hymno :

*Tam bene divinæ rutilos Genitricis honores
Qui Tusco promat carmine, nullus erit.*

Et in capitulo vere aureo, quod nuper in laudem B. Virginis emisit, post creaturas omnes ad cœlestem Reginam laudandam invitatas, sic eundem alloquitur :

*Ma tu, che in terra hai di celesti some
Carchi gli Homeri, Urban, novello Atlante
Cinto il volto di rai, d'oro le chiome.
Tu caro a lei, per virtù tali e tante
Tu che talor, qual gemino Elicona
Fai il Vaticano, e' l'Quirinal sonante.
Che quanto unque in tua laude altri ragiona
Rendi minor del morto, e che cantando
Di lei, l'ergesti a singolar corona.
Che su l'Esquilie (ov' in suo onor già, quando
Fervea piu' l'Sol, diè neve il cielo aperto),
E l'adori, e vi mandi altri adorando,
Ch'indi a tua gran pietà degno remerto
Riporti allor ch' afflita Italia geme
Certo presidio al viver nostro incerto.
Ch' a Roma nel tuo ardor verde la speme
Serbi sì, ch' egra fame, e peste, o guerra
Non pur non soffre, ma soffrir non teme.
Che lungi scacci i non più uditi in terra
Danni, mercè del virginal ritegno,
Che ripara vendette, amor disserra.
Che lei sol celebrar fra noi sei degno
Fa col tuo plettro risuonar Maria
Per te, cui lieto ella propaga il regno,
Tornin le grazie al mar, d'ond' escon pria.*

Dum legatus cardinalis a Latere Bononiæ præsideret, anno 1612, pridie Nonas Maii, pontificibus indutus, Deiparae Virginis imaginem, cui nomen a Subsidio, altari ad fores D. Petronii constructo superpositam, et magnificentissimo apparatu circum posito, astantibus omnibus magistratis civitatis, confraternitatum et artium Ordinibus ad propria vexilla collectis, platea etiam universi populi concursu referta, et armato milite equestris pedestrisque militiae stipata, musicis interim undique modulantibus, argenteo diadema, auro gemmisque intexto coronavit : quam coronationem ad perpetuum præclare rei gestæ monumentum, egregiis versibus celebrarunt clarissimi nominis poetæ, quorum aliquos hoc loco producam.

De imagine B. Virginis a summo Pontifice Urbano VIII, dum legatus cardinalis a Latere Bononiæ præsideret, coronata : Bernardini Marescotti Ode.

*Dum clarus ostro dignus astris Felsinam
Urbem, Maffae, regebas,
Videte Bononides nostræ caput
Cingentem Virginis auro.
Regina superum sic tua fulsit manu,
Novam redimita coronam,
Fecunda venit hinc tibi laudum seges,
Numerosaque gloria crevit:
Urbanus orbem, urbemque jam imperio premis
Maffei nomine major:
Jam sceptra gestas, tam potens cingit caput
Populis diadema verendum.
Hæc pro Corona Virgo donat munera,
Hæc fœnora pandit honoris.*

Ad sanctiss. D. N. Urbanum VIII, de imagine B. Virginis olim ab ipso diadema insignita, Thomæ Dempsteri epigramma.

*Tu Divam celebras: hæc mutua dona rependit,
Nempe in cultores gratior illa suos.
Das sertum Matri: Mater tibi serta ministrat,
Proque uno, tripli cingit honore caput.
Legatus Divam revereris Felsina in urbe,
Et rursus Romam dat tibi Diva tuam.
Virginis historia hæc te secum semper habebit,
Te secum Virgo semper habere velit.
Tu memor in terris es semper Virginis alma;
Et Virgo in cœlis sit memor usque tui.
Nec dubium quin hæc, quæ summos cessit honores
In terra, cœli te regione locet.
Annuit, et pietas Petro similis tua spondet,
Te Petro æqualem post tua fata fore.*

Ad eundem, Joan. Dominici de Bassis.

*Debita quæ superum Reginæ sarta dedisti
Munere ter geminò reddere grata parat.
Per te Virgo caput redimita fulsit in orbem,
Orbis apostolici te dedit ipsa caput.*

Juliani Bezzii Carmen Italienum, quo introducitur B. Virgo cum Urbano VIII loquens.

*Già porporato Eroe d'api divine
Tu pria' insegnasti a correr mele il Reno,
E bastando sol gl'occhi a porli il freno,
La man volgesti a incoronarmi il crine.
Corona, che del tempo alle rapine
Tolta, sembra di stelle in ciel sereno,
E contrapeso al duol fa nel mio seno,
A quella, che il mio Figlio ebbe di spine.
O come il velo al vero apre e disserra!
Che se di stelle in ciel Dio m'incorona,
Briti'è che'l faccia il suo Vicario in terra
Quinci l'alta pietade al ciel risuona,
Ed ecco à cenni tuoi, ch'ei s'apre e serra,
E ti dà tre corone una corona.*

Antonii Aldrovandi in eodem argumento aliud.

*La man fatal di lui ch' onnipotente,
Le divine vicende or tien nel suolo
Alle cui note, ed al cui cenni solo
E l'Empireo, e l'abisso ubidente.*

*Merito in apprestar serto lucente
Alla Dea, che scacco la morte, e'l duolo
Che di nuovi splendori aprisse il polo
Alla porpora sua novo oriente.
E se di gloria in ciel corona intesse
Quel Dio, che sovra il ciel calea l'obbligio,
E Maria n'orua con sue mani stesse.*

*Decretato ab eterno in alto uscio,
Che qui l'imgo ancor diadema avesse
Da quel, che in terra esser dovea pur Dio.*

Joannis Baptiste Cavalcæ aliud.

*Mentre del picciol Reno al l'ampie sponde
D'Astrea ministro, il gran Maffeo sedeau,
E con giuste maniere altri gioconde
Il bel popol di Felsina reggea,*

*L'imagin di Maria che dal l'immonde
Piaghe di peste liberato avea
Cio, che bagnan del Ren le placid'onde,
Si volse ad honorar quanto potea.*

*Quindi con santo, e con devoto zelo
Con applauso commun, con pura mano
Lei corono che coronata è in cielo.*

*Ed ella opro, che in lui cadesse invano
Di peste rea l'immediabil telo,
E'l coronò nel ciel del Vaticano.*

Josephi Guenieri ad B. Virginem aliud.

*Quando peste crudel varcato il Reno
Qui sovra ogn'elemento empia la terra
La semivita gente in tanta guerra
A te ricorsa, ebbe soccorso apieno.*

*Alla morte barante ordine e freno
Pose il tuo amor, ch'ogni furore atterra;
Onde poi da ogn' bocca ognun disserra,
E sacra a te la lingua, e'l cor dul seno.*

*Poi coronata dal tuo grande Urbano,
Ch'esser base del mondo oggi risuona,
Come ne fu già cardine soprano.*

*Non sia (dicesti allor) tuo dono invano
Che se sul Ren mi porgi una corona,
Io tre gia te n'impetro in Vaticano.*

Non omittam hoc loco, Italico sermone in Romanum verso, Joannis Baptiste Rete Bononiensis, splendore ingenii generisque viri clarissimi, de hac ipsa re elogium, quod eruditio plane stylo in encomiis sacrum Coronarum, Bononiæ anno hujus saeculi tricesimo tertio prælo datis reliquit. Illud hujusmodi est.

« Restat, ut sacræ illius dextræ gloriam reputemus, quæ tam illustri facinore, quo priscam reverendamque effigiem D. Virg. de Succursu coronavit, suppeditavit nobis dicendi materiam, probavit præteritæ antiquitatis coronationes, auxit Virginis in celo gaudia, eidem in orbe reverentiam restauravit. Enimvero vel ab eo tempore indicia divinorum decretorum humana ingenia ex talibus gestis capessere poterant in magno Maffeo. Naturæ ordo insolubilis est, ut infima subsint sublimibus, influantque haec in illa. Ut Joannes quidem Baptista Christi capit manum injicret, debuit inter natos mulierum major appellari, dum Christus idem minimus inter filios hominum præseferebat. Extendit Maffeus noster manus super illius caput, quæ secundum Deum nihil Labet manus. Occuit igitur eum Dei personam induere. Ut imperatores inungantur, legitimeque coronentur, summo jure et Pontificis auctoritate opus est, cuius sunt partes partiri regna ac transferre. Ergo dum cœlum nil temere operans, Maffeum, qui universi Imperatricem coronaret, elegit, interea ante-

vertebat, devenerabaturque procul dubio Petri successorem. Fama est, ingresso Urbem Augusto, ut nomen imperatoris capesseret, aureis orbibus cinctum erupisse solem, quasi illius imperii amplitudinem Cæsari præcindendo, quod cum sole manus extendit. Ita equidem crediderim, Maffeo cum Romano fastigio Urbani nomen assumente, patuisse Vaticano in cœlo Virginis solem auræ illius coronamenti honestate, quod ille olim fronti adjecterat, ut inauraret tranquillitatis longissimam ætatem ad felicia apostolice navis itinera. Quin ex eo ipso die, quo in ortu patriæ meæ signum istud magnum Mariæ per nostrum principem coronatæ conspectum fuit, pepigit illa cœlesti usura, ut acceptam coronam triplicem redderet. Quot sane et sidera olim noverunt, et Rhenicolæ cecinere in oraculum cygni. Felix sæcum nostrum sub imperio ab ipso Empireo per Deiparentem demisso. Beatum Urbani imperium, cui non tam ex consilio erridet, quam inservit ex debito cœlum. En Josue noster, qui aureo circulo, perinde quam amico vinculo supra Bononienses in cursu gratiarum cœlesti Mariæ solem stitit, ut adoraremus perpetuo religionis ortu, nec aliquando vergentem in occasum intueremur. O, ut ille ad promissam felicitatis terram penetravit, quæ gloriosarum apium mel defluit, didicere hujusmodi apes mellificare regia ab ea Virginali alvo, quæ Emanuelle peperit, a quo propter orbem universum mellificati fuere cœli. Cedant vero jam tandem tot dolorum alluviones, quæ mundum involvant, melleis alluvionibus Urbanæ magnificentiae : simul Maria, ut iris inter hæc alluvia, fœdera percutiat pacis. Ne desperet quidem terra pacificam olivum in sinu viuentem suo conspicere. En sancti Spiritus columbam egressam de sinu Mariæ salutaris Deæ in altissimis oleis Urbanæ sapientiæ requieturam, oleis, ne quidem cultu Palladis vane de Jovis cerebro natae adultis, sed sub auspiciis Virginis sacratissimæ altissimæ Ideæ primogenitæ beatificatis. Exstitit, (ut ita loquar) Maria, Urbani studiorum Pallas : ipsa eum demisit e cœlo, ut Vaticani palladium. Audiat proinde e solio felicitatum suarum potentissima regnorum Patrona, novissima nostrorum mortalium vota. Praestet longissimum orbi æterna providentia Urbanum, ut sibi ipsi longissimus consistat orbis. » Sic ille.

Pro incredibili etiam, qua erga Deiparentem observantia ferebatur : eidem Deiparenti Romæ in Theatino divi Andreæ templo gentilitum sacellum dicavit magnificentissime exornatum.

Lauretanam ædem miraculis ac prodigiis nobilem non semel invisit, suisque muneribus auxit.

Florentiæ in patria, cœnobium S. Mariæ Angelorum pro monialibus B. Virginis de Monte Carmelo, magnis suæptibus ædificandam curavit. Celeberrimum templum S. Mariæ ad Martyres Pantheon, seu S. Mariæ Rotundæ vulgo appellatum, binis ad

campani æris usum turribus exornavit, et nova contagione munivit.

Ad suum quoque in Mariam Deiparam obsequium affectumque declarandum, pontificatus sui anno primo religiosum Christianæ militie ordinem, Conceptionis Deiparæ titulo insignitum instituit; in apostolica institutionis Bulla, pridie Idus Februarii ejusdem anni apud S. Petrum expedita, sic inter cætera fatus: « Inestimabili gaudio perfundimur, cum principes viri, vel ad veteres Ordines amplificandos, vel ad novos apostolica auctoritate instituendos, animos generose convertunt. Verum præcipue in Domino oblectamour, dum institutionem unius militaris Religionis sub invocatione Conceptionis Deiparæ Virginis immaculatae meditantur, quam Christifideles omnes propitiâ apud unigenitum Filium suum nacti sunt advocatam, utpote quæ Mater gratiæ et pietatis, pro humani generis salute sedula oratrix apud Regem quem genuit semper intercedat, sperantes hujusmodi institutionem, ejusdem Virginis cœlorum Reginae intercessione, Christianæ reipublicæ uberrimos fructus allaturam, » etc.

Hujus militie habitum, apostolica benedictione munitum, Catholicæ Hispaniarum reginæ Isabelle cum sequenti diplomate transmisit:

« Charissimæ in Christo filiæ nostræ Isabellæ, Hispaniarum reginæ Catholicæ, Urbanus Papa VIII.

« Charissima in Christo filia nostra, salutem et apostolicam benedictionem. Qua pietate Imperatrici angelorum majestas tua regalis imperii fasces submittat, jam diu famæ tibi plaudentis vox testatur, nuper autem nobilis viri ducis de Alcala declaravit oratio. Cum autem cupias, tuam erga immaculatam Deiparam illustri aliquo documento religionem significari, mittimus majestati tue munitionem apostolica benedictione, habitum militie Christianæ quæ ab ejusdem Virginis Conceptione petit sacram equestris familiæ nomen et auspicium. Sie quod insigne, Catholicæ regina, condis in corde, idem in regali pectore gestabis: videamus, quam felix sumere possit in Austriacis regnis incrementum nova hæc militia, enijs vota et instituta saluberrimos triumphos querunt Christianitatis. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem die 20 Septembris 1625, pontificatus nostri anno secundo. »

Cui præterea habitui militie Christianæ, Conceptionis B. Mariæ Virginis, eidem reginæ transmiso, impertitus est indulgentias omnes S. Caroli Borromæi; item indulgentias omnes canonizationis sanctorum quinque; item similiter omnes indulgentias comitis de Monterei, et insuper (ut ipse Sanctissimus dixit), post longam et plenam dierum vitam, in articulo mortis indulgentiam plenissimam et remissionem omnium suorum peccatorum.

Ne pestilentie Italianam atrociter devoranti urbs Roma pateret, B. Virginem protectricem elegit,

cujus ædem exquiline frequens ipse pedes invisit, plurimisque beneficiis populum ad eamdem invisendam permovit, ut non falso creditum sit B. Virginem, Urbani precibus exoratam foras ei furiæ oclusisse, ne Romanam urbem fœdaret.

Anno 1626, die S. Francisci festo, primum lapidem templi Fratrum Capuccinorum in urnæ, immaculatae Virginis Conceptioni dicati jecit. Cosa tum numismata priori in facie Pontificis imaginem, et hæc: *Urbanus VIII, Pontifex Maximus, in altera vero ea referebant: Ecclesia B. Virginis Concept. primo jacto lapide 1626.*

Sed et argenteos aureosque nummos imagine sanctissimæ Virginis Deiparæ signavit, cum inscriptionibus in aliis: *Monstra te esse Matrem;* in aliis vero: *Sub tuum præsidium,* atque ex adverso, vel sui effigie, vel apibus suis. Qua de re Francisci Marraccii fratris mei, poëte latini, bonarumque artium amantis Epigrammata, in gratiam Lectoris appono.

De argenteis aureisque nummis ab Urbano VIII, Pent. Opt. Max. imagine sanctissimæ Virginis signatis, epigrammata.

I.

Dives ab Urbano sæculum! quare? Quia Matrem Divitii Mariam præsidiumque facit.

II.

*Ut tua virgineis flammatur pectora flammis,
Urbane, o ingens gloria Poutificum,
Sic cupis, ut totus Marie perseruat ignes
Orbis, et in Mariam religiosus eat.
Utque vides studiis intutum semper avaris,
Ejus in argento signa precesque doces.
Quo mens, quæ nummis potitur, nummis et in ipsis
Interdum Mariæ commeminiſſe queat.*

III.

*Vidit ut Urbanus mortalia corda nitore
Argentum semper circa trnere suo,
Dirxit: In argento cœlestia sigua repouam
Si cali forsau commeminiſſe queat.
Virginis aetherea signavit imagiue nummos,
Cujus et in gremio dulce quiescit onus.
Ut mortale genus non tam splendore metalli
Lumina, quam pectus pascat amore Dæw.*

IV.

*Quid studium mortale solum jam defodit Indum?
Visceraque irruptit dives avarus opis?
En docet Urbanus, quæ sit prædives origo
Auri, quæ argenti pondera servet humus.
Inspice nummorū facies; de pectore Virgo
Immensas avidis pollicitatur opes.
Hauc scrutare libens, sunt ejus opesque decusque,
Hæc est Mater opum, præsidiumque potens.*

V.

*Se Matrem monstrare tuis, Urbane, requiris
Christiparentem apibus, præsidiumque tuis.
Nil metuendum est: ipsa erit aternum pia Mater
Christiparens apibus, præsidiumque tuis.*

VI.

*Urbane, vivent, quantum vaga sidera riveant,
Quæ Mariam juxta nummifcantur opes.*

VII.

*Quæ pretium misero peperit Jesseia mundo
Gaudet in Urbavis esse numismatibus;
Ut quanto fueris pretio de morte redemptus,
Monstrat, et ut pretium vile numisma putes.*

VIII.

*Præsidet Urbanis Virgo pulcherrima nummis,
Quo nummos temnas captus amore pio.*

IX.

*Auri sacra fames mortalia pectora quondam
Cogebat nummos esse putare deos.
Nummus numen erat : devotum flexit avarus
Ante numisma suum, per sua vota, genu.
Et bene nummatos credebant esse beatos
Atque minores uno omnipotente Jove.
Falsum numen erat : quis denegat ? at magis idem
Falso dives erat, grande beatus ope.
Dedocet errores Urbane moneta vetustos,
Edocet in nummis numina vera tamen :*

*Namque Dei signis pendentis ab ubere Matris
Virginis, hæc eadem condecorata venit.
Ut si forte trahat flavus tua pectora nummus
Numinis objectu pectora contineas.
Numen id est omni longe pretiosius auro.
Id cole : si facias, jure beatus eris.*

Atque hæc sunt, quæ de SS. D. N. Urbani VIII, præsentis Ecclesiae Pastoris in Mariam Deiparam Virginem singulari studio ac pietate, ad meæ cognitionis notitiam pervenerunt ; cætera prædicabunt alii cum plura quæ me latent, tanti Pontificis Marianæ religionis argumenta, prædicanda supersint, etc. Deo ac B. Virgini laus.

II. — ANTISTITES MARIANI,

SEU

DE CATHOLICÆ ECCLESIAE EPISCOPIS, ARCHIEPISCOPIS AC PATRIARCHIS
PRÆCIPUO IN MARIAM DEIPARAM VIRGINEM AMORE PRÆCELLENTIBUS

LIBER UNUS

EX PROBatis GRAVIBUSQUE AUCTORIBUS DECRIPTUS

A P. HIPPOLYTO MARRACCIO LUCENSI.

—
Ad te pro dignitate laudandam omnis lingua est
inops, etiamque animus excelsior mundo in tua
laude vertiginem sentit, o Deipara. Cum tamen
clemens existas, fidem nostram, qua laudes tuas
amplectimur, accepta. Nosti enim desiderium tui
nobis divinitus inspiratum, tu es quippe summa
Christianorum antistes.

(Ex sancto Joan. Damasceno in *Meneis Græcorum*, die 1 Januarii, apud *Pietatem Marianam Græcorum*, part. I, num. 9.)

Antistitum Antistite ab æterno ordinatæ, ac in regale sacerdotium præ consortibus suis a
Spiritu sancto interius inunctæ,

Mariæ Sacratissimæ,

Quæ (ut magnus loquitur Albertus) habet cum episcopis clericorum ordinationem, præbendarum collationem, templorum consecrationem, sacrarum virginum relationem; ordinat enim clericos, non sacramentum conferendo, sed ad continentiam obligando; præbendas confert, non eas instituendo, sed faciendo; tempora consecrat, non corporalia dedicando, sed spiritualia, castimoniam inspirando; virgines relat, non exterius benedicendo, sed interius virtutibus adorando, easque sibi specialiter in filias adoptando. Et licet sacerdotii munere functionibusque (quia mulier) haud fuerit perfuncta : omnium tamen sacerdotum jura, religiones, sanctitatis eminentissima quadam virtute complexa, imo et supergressa, omnium prima sacerdotum tum in ara cordis, tum in ara Crucis Unigenitum suum pro salute humani generis, velut hostiam æterno Patri placentem, votis omnium obtulit litavitque, accedensque nunc in accepto labiorum sacrificio, in pacifico cordis holocausto, atque in suavissimo supplicationis thure, ante illud aureum humanae reconciliationis altare, non solum rogit, sed imperat, ad impetrandam justis gratiam et peccatoribus veniam potentissima.

Hos Christiani orbis ecclesiarum antistites, præcipuo quodam in ipsam amore præcellentes, indelebile debitæ servitutis Mnemosynon, dicat, dat, consecrat, inter illius mancipia minutum Hippolytus MARRACCUS.

LECTORI.

In meo hoc Marianorum antistitum Opere contexendo, consilium non fuit, Lector humanissime, anti-stites omnes Marianos, seu omnes Catholicae Ecclesiae episcopos, archiepiscopos et patriarchas, Mariæ Deiparæ Virginis sedulos laudatores et cultores eximios, qui variis obsequiis pietatisque exercitiis religiosissimum suum erga augustissimam Deiparentem studium declararunt, exiguo Libri hujus sinu complexuque includere, (quis enim adeo audax est, viriumque suarum ignarus, qui si modum aliquem finemque scriptio[n]i sua[re] imponere cogitet, vel hoc audeat excogitare ?) sed ex iis qui fuerunt, ac in præsentem usque diem innumeris fere sunt Deiparæ Virgini singulariter adducti, nonnullos (præsertim sanctos ac veteres) solum breviter commemorare : (Sufficiunt enim pauca ex iis, quæ recte et ex virtute ab unoquoque gesta sunt, ad vitæ universæ docendum institutum, nec totum aurum, quod affertur consumens lapis, sed ejus paululo affricatus ostendit esse, vel probum, vel improbum, » inquit in sua *Sanctorum Historia Theodoractus*) quorum Marianam pietatem celebrant historici, ac toti mundo ad aliorum exemplum imitationemque proponunt, quatenus nos eorum vestigiis insistentes, gloriosam Dei Genitricem amare, prædicare, laudare, ejusque cultum honoremque totis viribus amplecti ac promovere studeamus. Nulla enim exemplo ad acuendam virtutem efficacior oratio, nulla opere ipso ad pietatem excitandam doctrina potentior : præsertim in antistitibus qui, cum aliis dignitate antistent, ac in sublimitatis fastigio publice fulgeant, eorum exemplum omnes intuentur ad imitandum, ac illorum vitam sibi ante oculos statuunt, ut eidem tanquam animatae legi se in omnibus et per omnia conformat. Quod agnoscens divinus gentium doctor Paulus apostolus, Timotheum Ephesinorum antistitem, in Epistola, quam ad eum scripsit, informans : *Exemplum, inquit, esto fidelium in verbo, in conversatione, in charitate, in fide, in castitate, ut profectus tuus manifestus sit omnibus.* (I Tim. iv, 12, 15.) Probe enim noverat bono antistitis exemplo populum ad imitationem provocari, ac ad similia agenda quodammodo inescari. Hinc Hieronymus ad Heliodorum antistitem scribens, his eum verbis admonuit : « In te omnium oculi diriguntur, domus tua et conversatio tua, quasi in specula constituta, magistra est publicæ disciplinæ. Quidquid feceris, id sibi omnes faciendum putant. Cave ne committas, quod aut qui reprehendere volunt, digne lacerare videantur, aut qui imitari, cogantur derelinquere. » Sic Hieronymus. Porro sanctus Gregorius Nazianzenus antistes, tunc Constantinopoli eximie profecit, et populum vetustis haeticorum venenis infectum facili negotio persanavit, cum (ut libro ii, cap. 9, *Hist. Ecclesiast.* scripsit Eusebius) « multa quidem verbis, plura tamen docuit exemplis : et cum visus est nihil discipulis imperare quod non prius ipse fecisset. » Cum igitur bonum antistitum exemplum, adeo efficax validumque sit ad cuiuslibet virtutis in inferioribus impressionem, quomodo non etiam erit ad Marianu[m] cultus pietatisque suadetam ?

Spero equidem hos antistites Marianos pietatem suo exemplo, cuilibet hoc Opus attente legenti non tantum allinituros et affricaturos, sed etiam aliquem, et quidem indelebilem ejusdem pietatis veluti characterem impressuros. Nam si spectata unius justi Abelis pietas « quendam virtutis characterem posteritati delineavit, » (ut Oratione 14 scripsit sanctus Basilius archiepiscopus Seleuciensis) quonam pacto tot antistitum spectata pietas Marianæ, pietatis ipsius, per sedulam imitationis æmulationem, durabilem permanente[m]que in fidelium cordibus non imprimet characterem ?

« Ad ostendendam innocentiam venit Abel (inquietab sanctus Gregorius Prefat. in *Moral.* cap. 10), ad docendam actionis munditiam venit Enoch; ad insinuandam longanimitatem spei et operis venit Noe; ad manifestandam obedientiam venit Abraam; ad insinuandam laboris tolerantiam venit Jacob; ad ostendendam mansuetudinem venit Moyses; ad ostendendam inter flagella patientiam venit Job; » nunc vero ad ostendendam, docendam, insinuandam, manifestandam pietatem Marianam, non divisim, sed simul plures in hoc Opere veniunt antistites Marianæ, ut in pietate erga augustissimam Dei Genitricem, non tam stylo doctrinæ, quam vitæ exemplo, et non tam verbis, quam factis orbem instruentes, eamdem omnibus pietatem potentissime ac felicissime persuadeant. Veniunt, ut in Deipara colenda, amanda, laudanda sint nobis norma, regula et amussis: veniunt, ut instar lapidis magnetis, qui ferrum ad se allicit et trahit, ad sui imitationem nos adducant et impellant: veniunt ut quedam spirituales picturæ ac scitæ imagines, ut nos, ad modum pictorum, picturas et imagines non tantum sæpe spectantium, sed imitantium, exhibita a tantis viris Marianæ pietatis obsequia assidue attendentes, ea consimilibus pietatis actibus, tanquam coloribus ac penicillis pro nostro modulo æmulari satagamus. Cor illud, quo Deiparam Virginem ardentissime amarunt, ac singulare semper studio ac benevolentia com-

plexi sunt, dant nobis in hoc Opere in similitudinem picturæ, videlicet ut nos tanquam boni pictores pietatem B. Virginis, quæ in eorum cordibus aestuavit, in nostris etiam cordibus per imitationem, quantum vires tulerint, exprimamus: et quæ in illis Marianæ pietatis obsequia inspectamus, paribus pietatis actibus depingamus. Idecirco autem non unus aliquis, sed plures adducuntur in hoc Opere antistites Mariani, ut quilibet plura inspicio Mariae pietatis exemplaria, ex iis, quod præstantissimum in unoquoque est, seligens, perfectam in se formet ejusdem pietatis imaginem, Zeuxis felicitatem adeptus, qui Diana imaginem pieturus, eam perfectissime effecit, quia ex omnibus Crotoniæ urbis virginibus in uno spectaculo congregatis, quidquid eximium ac singulare erat, collegit, sui operis elegantiam ex earum specie mutuatus. Certe, si quis tantorum antistitum exempla secutus, sacratissimæ superum Reginæ puro ac sincero corde famulabitur, eamque ut Patronam optimam benignissimamque Matrem incessabiliter ac devotione immutabiliter venerabitur, tantæ Dominae non solum servus et cultor, sed quodammodo antistes, cujuscunque tandem conditionis existat, efficietur: cum vera erga augustissimam Dei Matrem pietas, aut antistites inveniat, aut reddat. Hinc sanctus Arnoldus Carnotensis in *Tractat. de septem verbis Domini in Cruce*, super i'la verba: *Ecce Mater tua, sanctum Joannem, Evangelistam, Deiparæ Virginis filium adoptatum et custodem, ab ipsis Deiparæ Virginis cultu antistitem appellavit, dum seripsit: « Tu igitur, Joannes sancte, ad hoc eligeris, ut ministres et obsequaris ea dilectione, qua filius, ea obedientia, qua discipulus, ea subjectione, qua minister et famulus. Petro commendata Ecclesia, tibi Maria. Illi tumultuosa negotia, tibi pacifica, et quieta. Illi atria et vestibulum et altaria sanguinum, tibi commendatur Altare incensi et Sancta sanctorum: ad culmen ministerii tui nullus tecum adiunxit, solus illi assistis propitiatorio, solus illud Vas aureum continens Manna, illud divine Legis Scrinium Pontifex destinatus observas. » Sic ille. Perpende hæc ultima verba: « Pontifex destinatus. » Et sanctus Theophanes episcopus Nicænus hymno in Annuntiat. Sanctissimæ Deiparæ, archangelum Gabrielem a Deo ad Virginem salutandum e cœlo missum, quia Deiparam honoravit et laudavit, antistitis encomio celebravit, dum in persona ejusdem Gabrielis in hunc modum ecclinit: « Dei antistes missus sum, divinum nuntiare tibi consilium. Cur me times, purissima, magis te timentem? Cur revereris me, Domina, te veneranter reverenter? »*

Porro posse unumquemque, etiam laicum, episcopale officium in sua domo exercere, ac spiritualiter implere, Tract. 51, in *Joann.* docet eximus Ecclesiæ doctor sanctus Augustinus: et late, inter alios, probat Philippus deGreve cancellarius Parisiensis, serm. 232 in *Psalm.* cxviii. Ilorum igitur antistitum exemplo, atque æmulatione, augustissimam Dei Matrem (quam « Vitæ antistitem in gratiam cum Filio nos reducentem, » Orat. 1, de ejus Nativitate appellat Damaseenus), ex cordis tui penetrati intimo, per omnimas pii amoris ac devinetissimi affectus significations, jugi ac devoto cultu venerare, Lector humanissime, ut hoc pacto non solum ejusdem augustissimæ Dei Matris antistes, eo modo quo potes, reddaris, sed apud eam et Filium gratiam in præsenti invenias, et gloriæ tandem beatorum consors in futuro officiaris. Vale.

ANTISTITES MARIANI.

CAPUT PRIMUM.

De Ableberto Cameracensi, Acacio Melitenensi, Achelno Cantuariensi, Adalberto Pragensi, Adalgoto Curiensi, Adelberone Basiliensi, Adelboldo Trajectensi, Adelgiso Novariensi, Adolpho Moguntinensi, Adulpho Leodiensi, Agathodoro Tarragonensi, Agnello Ravennatensi, Agricolo Avenionensi, Alberone Verdunensi, Alberto Hierosolymitano, Alberto Magno Ratisbonensi, Aldobrandino Nicosiano, Alefredo Hildesheymensi, Alexandro Alexandrino, Alexandro Foroliviensi, Alexandro Lucensi, Alexandro Plocensi, A'leandro Tersactensi, Alexandro sancto Dominico, Alexandro Ticinensi, Aloysio Vergensi, Alphano Salernitano, Alphonso Abulensi, Alphonso Bononiensi, Alphonso Toletano, Althelmo Schireburnensi, Althmanno Pataviensi, Amato Nuscensi, Amato Senonensi, Ambrosio Campensi, Ambrosio Lamocensi, Ambrosio Mediolanensi, Ambrosio Cataritano, Amedeo Lausannensi, Amizone Taurinensi, Amone Tullensi, Amphilochio Sidensi, Amphilochio Iconiensi, Anastasio Antiocheno, Anastasio Interamensi, Anatolio Constantino-politano, Andrea Cretensi, Andrea Fesulano, Andrea Trajectensi, Andrea Urgelensi, Andrea Asculano, Andrea Vladislaviensi, Anfrido Ultrajectensi, Angelo Bovinensi, Angelo Gebennensi, Angelo Tagastensi, Angelo Tudertini, Angelo Pacensi, Angilberto Mediolanensi, Annone Coloniensi, Anselmo Cantuariensi, Anselmo Moguntino, Antipatro Bosstreno, Antonio Florentino, Antonino Accernensi, Antonio Asturiensi, Antonio Carthagini-

nensi, Antonio Gandensi, Antonio Acernensi, Antonio Barensi, Antonio Granatensi, Antonio Grassensi, Apollinari Laodiceno, Archangelo Tribunensi, Ardingho Florentino, Arnesto Coloniensi, Arnaldo Trevirensi, Arnaldo Acherontino, Arnaldo Pacensi, Arnulpho Suessionensi, Aspreno Neapolitano, Athanasio Alexandrino, Attico Constantinopolitano, Audoeno Rothomagensi, Audomaro Morinensi, Aufrido Trajectensi, Augustino Hippomensi, Augustino Ischanensi, Augustino Nebiensi, Augustino Conversano, Augustino Isolanensi, atque Avito Claramontano antistitibus.

§ I. — *De Ableberto, antistite Cameracensi.*

Sanctus Ablebertus, sive Emebertus Cameracensis atque Atrebatenium episcopus, ex sancta stirpe progenitus, inter alia singularia obsequia, quibus sibi orbis utriusque gaudium Mariam Virginem in amorem devinxit, de prædio suo quod Martinas dicebatur, familiis quidem et rebus circumfluis locupletissimo, Cameracensem sanctæ Dei Genitricis ecclesiam hæredem fecit. Cœlum petiit anno orbis redempti 640, 15 Januar.

§ II. — *De Acacio, antistite Melitenensi.*

Acacius Melitenensis episcopus, natione Græcus, dignitatis Matris Dei contra Nestorium hæreticum invictus exstitit propagulator, pro qua, ut alibi, nempe in *Bibliothecæ Marianæ* parte prima retuli, insignem homiliam Ephesi in celeberrimo illo orthodoxorum Patrum consensu plenus Spiritu peroravit. Clarebat anno reparatæ salutis 430.

§ III. — *De Achelnoto, antistite Cantuariensi.*

Sanctus Achelnotus Cantuariensis episcopus, natione Anglus, inter alia obsequii genera quibus suam in Deiparam voluntatem ac debitum servitutis insigniter explicavit, scripsit ad Fulbertum episcopum Carnotensem in laudem ejusdem B. V. Deiparæ librum insignem. Diem extremum peregit anno postquam Virgo Mater Deum peperit hominem 1038, Kalend. Novemb. Vide *Bibliothecam nostram Marianam*, part. i.

§ IV. — *De Adalberto, antistite Pragensi.*

Sanctus Adalbertus Pragensis antistes, adhuc infans, cum ex gravissima ægritudine pene mortuus jaceret, ejusque vita desperaretur a medicis, a parentibus ad altare Virginis deportatus, Deo Deique Matri sanctissimæ religioso voto, siquidem viveret, oblatus est. Ad quam parentum pietatem puncto temporis revixit puer, et deploratum valentinem dono Virginis recuperavit. Obligatum parentum fidem filius sanus et valens egregie liberavit. Qui litteris excultus, Pragensisque electus antistes, cum Bohemos in officio continere non posset, in monasterium se abdidit, ubi strenuos quoisque novitios tum celeritate parendi, tum rerum humillimarum tractatione superavit. Foco et culinæ sedulam operam navabat episcopus, lances tergebat, domum verrebat, aquam laboriosissime comportabat. Nihil malo dæmone immissum cogitatione pulsabat animum, quin statim monasterii præfecto detegeret. Inde se ad Bohemos retulit precibus evocatus, cumque iis evangelicam lucem ostendisset, ad Sarmatas in fide instituendos profectus, tandem a barbaris, de quorum salute laborabat, occisus, pontificiam dignitatem, monasticam gloriam mar-

tyrii laurea cumulavit. Vitam Deiparæ debere præ se tulit Adalbertus, cuius illa prædicabilis sententia est: « Pontificatus insignia gestare hand esse difficile, pontifici munera ante Christi tribunal rectam rationem reddere, et aeterno Judicii officium probare pastoris, hoc opus, hoc summi Pontificis esse negotium. » Sancte decessit anno Domini 997, cuius dies in *Martyrologio 23 Aprilis* annotatur.

§ V. — *De Adalgoto, antistite Curiensi.*

Adalgotus, aliis Analgotus, Urberus, ex monacho Claraevallensi electus episcopus Curiensis in Rhetis, inter alia amoris sui erga Deiparam insignia, monasterii S. Mariæ Montis in Athesina provincia summus fuit illustrator, et in monasterio prædicto invenitur adhuc in crypta templi ab eo consecrata tale monumentum :

*Præsul Adalgotus ad cuncta decentia promptus
Consecrat haec cryptam divinis usibus aptam.*

Claruit circa annum Redemptionis humanæ 1170.

§ VI. — *De Adelberone, antistite Basiliensi.*

Adelbero Basiliensis episcopus, ex maxima animi propensione, qua in Deiparam Virginem ferebatur, sacelli eremi ejusdem Deiparæ Virginis in Helvetia religione excitatus, idem sacellum invisit, et quo magis impensæ suppeterent, et in ipsum sacellum Marianum venerationem suam testaretur, Sierns Elsatiae superioris nobilem vicum hæreditarium ipsi sacello proprium fecit, et perpetuum esse jussit, quidquid in eo juris a majoribus habebat, libere et munifice resignans. Vivebat anno salutis 915.

§ VII. — *De Adelboldo, antistite Trajectensi.*

Adelboldus episcopus Trajectensis, natione Phrysus, sum in Jesu matrem pietatis affectum simul ac studium luculententer demonstravit, scribendo (ut præter alios refert Trithemius) de laudibus S. Mariæ librum admodum pium et doctum. Ad sempiternæ gloriæ fruitionem pertransiit anno post redemptum genus humanum 1027, v. Kal. Decembr. Vid. *Bibliothec. nostram Marianam* parte prima.

§ VIII. — *De Adelgiso, antistite Novariensi.*

Adelgisus Novariensis Ecclesiæ antistes, vir sanctissimus, et Gemma sacerdotum nuncupatus, inter alia Marianæ pietatis specimina, Ecclesiæ suæ Novariensi, augustissimæ Dei Matris nomini consecratae multa bona contulit, in antiquis membranis ejusdem ecclesiæ, et in litteris Lotharii imperatoris annotata, quibus clerici circiter quadraginta, a se in eadem ecclesia instituti, alerentur, ut illic

jugiter Dei ac Dei Genitricis cultum honoribus competentibus peragerent. Vivebat anno salutis nostræ 840.

§ IX. — *De Adolpho, antistite Moguntinensi.*

Adolphus Moguntinensis archiepiscopus, luculentum satis suæ pietatis erga B. Virginem Mariam testimonium dedit, dum festivitatē Præsentationis ejusdem B. Virginis Mariæ per totam suam dioecesim solemni ritu celebrandam instituit. Clarebat anno orbis redempti 1464.

§ X. — *De Adulpho, antistite Leodiensi.*

Adulphus comes de Marca, episcopus Leodiensis, vir summa sapientia et mansuetudine prædictus, inter alia pietatis suæ erga Deiparam Virginem documenta, approbavit et confirmavit famosam illam fraternitatem, sive Gildam, B. Mariæ, in templo divi Joannis evangelistæ in Busco ducis, anno Domini 1518 erectam et institutam. Cujus Gildæ, seu fraternitatis sodales solent inter alia, ad honorem Dei Genitricis, cum cantoribus arte musicali imbutis, quos conducunt, annuatim primas et secundas Vespertas, Matutinas et Missas in singulis festivitatibus B. Mariæ, ac Vespertas in singulis Martis, et Missas in singulis Mercurii diebus de eadem Virgine cum magna solemnitate propriis sumptibus et expensis procurare. Obiit Adulphus anno Domini 1545.

§ XI. — *De Agathodoro, antistite Tarragonensi.*

Sanctus Agathodorus natione Græcus, quem B. Jacobus Zebedæi filius Tarragonensem in Hispania episcopum sacravit, et illius civitatis et regionis apostolum ordinavit, erga magnam Dei Matrem Virginem Mariam ardentissimo amore devinetus, excelsa ejus nomini ac numini augusto, ad instar sui magistri, qui apud Cæsaraugustam et Bravarum eidem Dominas nostræ templum exerat, Tarragonæ ædificavit, dicavit ac consecravit. Æternam martyrio vitam comparavit anno salutis recuperatae 60, die 4 Martii.

§ XII. — *De Agnello, antistite Ravennate.*

Sanctus Agnellus archiepiscopus Ravennas, inter alia pietatis suæ erga Deiparam argumenta, templum D. Mariæ in Cosmedin, quod Arianorum sacrificiis, Theodosio regnante, fœdatum fuerat, non solum purgavit et ad verum cultum traduxit, sed duodecim apostolorum simulacris tessellato opere decoravit. Ex hac vita in cœlum migravit anno a partu Virginis 566, ætatis 94.

§ XIII. — *De Agricolo, antistite Avenionensi.*

Sanctus Agriculus Avenionensis episcopus, vir sanctorum operum plenus, devotionis suæ erga B. Virginis specimen aliquod datus, in basilica summa Deiparæ, datis in eum finem proventibus annuis, Horas canonicas voluit celebrari: condito testamento sanctissimam Virginem omnium honorum suorum in sua æde reliquit hæredem. Cujus sacrum corpus, sicut ante obitum obnoxie perierat, in templo B. Virginis de Donis, in eo loco qui nunc capella Rosarii nunenpatur, sepultum

fuit. Migravit in cœlum sæculo a Christi Nativitate septimo die 2 Septembr.

§ XIV. — *De Alberone, antistite Verdunensi.*

Beata memoria Albero de Chinii episcopus Verdunensis, non ob natalium, quibus pollebat, splendorem, sed ob inculpatæ vitæ et præstantis doctrinæ insignia, in episcopum a clero et populo consonis affectibus electus, beatissimæ Virginis impense exstitit devotus, in cuius honorem cathedralem suam ecclesiam a se mirifice operis artificio ædificatam, ab Eugenio Papa III consecrari curavit. Episcopatu abdicato Præmonstratense institutum complexus et professus est, ubi biennio in omni humilitatis ac religionis observantia absoluto, post multa de livido dæmone revecta, ope sanctissimæ Virginis, tropæ, die et hora a se prædictis, inter psallendum cœlesti splendore circumfusus, felicem animam ad cœlum transmisit anno salutis 1158, die 2 Novembr., utque optaverat in cathedrali sua ecclesia, quam amore beate Dei Genitricis multa magnificentia extruxerat, honorifice tumulatus est, pro quo Missam celebrans S. Bernardus Collectam defunctorum mutasse dicitur in Collectam confessorum.

§ XV. — *De Alberto antistite Hierosolymitano.*

Sanctus Albertus Carmelita, Hierosolymorum patriarcha, ab ipso adolescentiæ flore Deiparæ Virginis obsequentissimus fuit. Inter Carmeli latebras pius Carmeli cultor, cœlestibus meruit relevari consolationibus. Hic Deiparæ Virginis præsentia radiis micante fruitur: hic ipsam sæpius dulci sermone alloquitur: hic tandem roseo Virginis ore promissum hoc accipit: « Alberte, majora te manent. » De quibus fusius Historia Carmeliticæ. Patriarcha Hierosolymorum electus monasterium in Carmelo Monte reædificari mandavit, et juxta fontem Eliæ, intra septa ejusdem loci, et in eodem quoque situ, quo prædecessores Carmelitæ capellam, in honorem B. M. Virginis post Christi Ascensionem ædificarunt, pro gratiarum actione, magnifico apparatu exstrui curavit. Senio jam tandem confectus ac sanctis operibus plenus, Virgine Mater inter splendores micante et occurrente, feliciter inter ulnas suorum, animam Deo suavi facie exhalavit, anno salutis reparatæ 1213, die 8 Aprilis.

§ XVI. — *De Alberto Magno, antistite Ratisponensi.*

Albertus, cui refertissimus omnium disciplinarum thesaurus Magni cognomentum peperit, archiepiscopus Ratisponensis, magno præcipue cultu ac veneratione castissimam Dei Genitricem per omne vite tempus coluit. Pueritiam transgressus, ac sextum decimum ætatis annum agens, templum (quod frequenter faciebat) semel ingressus, orationi tota mente erat intentus, et gloriosam Virginem imprimis precabatur, ut sibi adesset, et dubium ac plenum diseriminis adolescentiæ suæ iter in viam salutis æternæ dirigeret. Adfuit illa continuo ac coelesti voce allocuta supplicem suum bono animo

esse, omnia de se sperare jussit. Verum illud præ ceteris monuit, ut relictis vitæ hujusce illecebris tutoirem vivendi modum iniret, et recenti Prædicatorum Ordini, quem ipsa nuper a filio, ad sustentandum Christianæ fœpublicæ labentem statum impetrasset, sese insereret, pollicita fore ut sapientia sua, quam divinitus acciperet, in lumen totius Ecclesiæ ingens evaderet. Quod ille maturo tempore exsecutus est. Fuit autem non acri admodum ingenio in adolescentia sua Albertus, quare primis illis mensibus, quibus monasticam vitam exorsus est, pueriliter angebatur, quod hebes ingenio esset, atque ob id ceteris in monasterio æqualibus haberetur inferior; qua sic ille cura torquebatur, ut aliquando cogitaverit ad pristinam vitam, abjecta monastica, reverti. In qua sententia cum perstaret, tale somnum vidiisse illum memorant. Putabat auditorii parietes sese opponere volenti abire: cumque per scalas illius cœpisset ascendere, quatuor videbat forma præcellenti et cultu venerabili matronas, quæ ascendentे illo paratæ ad repellendum videbantur, et ab ea quæ in ordine prima erat, continuo ita repulsus est, ut parum absuerit quin per scalas deturbaretur. Cum tamen postmodum ille perseveraret in proposito, et iterum ascendere cœpisset, a secunda similiter repulsus est; cumque idem tertio fecisset, a tertia item, sed cum objurgatione rejectus est: ait enim illa: « Et quoniam impudens progrederis? » Cui Albertus: « Illebetudo, inquit, ingenii mei facit ut hinc abire decreverim, neque enim ferre possum quod ex omnibus, qui mecum student, me sit nemo hebetior atque indoctor. » At mox illa: « Sed ne hoc te deterreat, est enim nobiscum magna Deiparens, quæ tibi nulla in re defutura est, si ad eam confugeris, quam nos quoque pro te rogare sumus paratæ, nam ejus ancillæ nos sumus. » Quibus auditis mire lætatus est, ac simul rogare illas cœpit ut cuius eam precibus sibi favorabilem redderent, quæ continuo ab illis rogata Albertum percontata est, quod sibi cuperet? Respondit: « Philosophiæ scientiani. » At illa: « Fies, inquit, voti compos. Tu modo operam deinceps studio diligenter impende. » His dictis, non confirmatus solum, verum etiam ad permanendum et prosequenda studia mirifice accessus est, tanquam oraculo per somnum admonitus. Nec fides obsnuit, siquidem quantum postea in studiis philosophiæ profecerit, ea quæ ille scripsit facile indicant. Verum post hæc rogare crebro ipsam Dei Genitricem solebat, ut ita superno lumine illustraretur, ne philosophorum opinionibus unquam et rationibus deceptus in fide Christiana labaret, neve se aberrare permetteret. Cui felix ipsa Virgo cœlesti præsentia ita futurum spopondit, enique doctrinæ suæ splendore totam Ecclesiam aliquando illustraturum atque in fidei integritate ab hac vita migraturum; et ut ita futurum magis crederet, signum dedit fore ut aliquando memoriae lapsum in publica lectione pateretur. Idque eventu

ipso comprobatum est. Tenebatur autem flagrantí religionis amore, sinceritati mentis maxime studebat, orationi frequenter vacabat, labori vero nulli unquam in studiis parcebat, sed erat illi consuetudo ad altitudinem cœlestium arcanorum magis precibus et oratione penetrare quam studio: quod non solum ipse suis auditoribus dicere solebat, sed etiam in principio suæ Summæ testatus est. Tanta præterea et tam constanti veneratione Dei Genitricem (uti jam diximus) prosequebatur, ut non solum frequenter illi supplicaret, sed etiam, ubiquecumque daretur occasio, in suis libris ejus laudes nunquam præteriret. Quod inter cætera abunde testatur liber ille egregius, qnem de ipsius Virginis laudibus scripsit, ut pure sit creditum, quod initio diximus, favore illius ad tantam eum omnium disciplinarum cognitionem, et nominis claritatem pervenisse. Erat etiam illi consuetudo vel in horto, vel in alio secreto loco cantilenam in honorem ipsius Virginis canere non sine laerymis, quas illi dulcis ejus memoria et incredibilis suavitas excutiebat. Complures etiam sequentias (ut dicitur) illum composuisse memorant, quæ in ejusdem Virginis honorem solent in saceris altaribus a prædicatoribus per Sabbatha cani. Quæ quidem omnia eximium illius amorem et exquisitissimum cultum in ipsam Virginem abunde testantur. Quare noui desunt qui affirmare audeant commercio illum quodam B. Virginis et familiaritate usum, cum præcipue libretus de laudibus ejus conserberet, in quo non tantum eximias dotes animi illius summo studio exsequitur ac enumerat, sed per singula corporis membra gradiens, qualia credendum sit illa fuisse singula, diligentissime scrutatur, et tanquam in tabula mirifice pietà proponit; quæ faciunt ut credamus illum cœlesti præsentia Virginis et alloquii etiam frui consuevisse.

In dies Deiparam in Rosarii precibus salutabat, idemque ut frequentarent cæteri, exemplo, verbo, stylo exhortabatur, teste Coppenstein in *Perioche ejus vitæ*, et B. Alano Rupensi in *Rosario B. V.* parte iv, cap. 27.

Venerat ad ultimum jam vitæ felix Albertus, quod ne latere illum posset, alma Dei Parens, quam ille cultu præcipuo (sicut ostendimus) semper fuerat prosecutus, præsagio, quod adhuc juveni ac monasticam vitam nuper ingresso et exire cogitanti futurum illa prædixerat, monuit. Profitebatur ex more die quadam magnus Albertus in Coloniensi cœnobio admodum senex: resertissimum erat (ut semper) auditorium: cumque inter legendum multa (ut fieri solet) colligeret ac rationes adduceret, quod illi nunquam antea acciderat, memoria lapsus est: cumque insolita re omnes stupescerent, ac sic ille aliquandiu reticisset, sic tandem, quasi resumpto animo, fari cœpit: « Scio miratos esse vos omnes, auditores charissimi, ac innitatō casu meo percuslos; sed video multo magis miraturos, ubi sciveritis, quæ causa fuerit, ut ita accideret:

divinitus hoc factum est; remque altius exorsus ait:

Cum juvenis adhuc esset ac recens divi Patris mei Dominici factus miles, magnum quidem antiqui hostis certamen primis illis mensibus sum passus, tantum illud quidem, cum nimia per id tempus hebetudine ingenii laborarem, ut tandem decreverim ad pristinam vitam, abjecta monastica, reverti. Sed adsuit mihi præcipua generis humani tutela castissima Dei Genitrix, quæ blanda oratione sua laborantem animum confirmavit ac fore prædictum, ut in philosophia, quam me assequi posse desperaveram, voti compos fierem. Cumque postmodum vereri cœpisset, ne philosophorum rationibus illaqueatus atque deceptus a Christi fide aliquando aberrarem, omnem mihi ejusmodi metum ac dubitationem sustulit, fore pollicita ut in nullo deficerem, et integra fide ab hac vita discederem, neve ita futurum dubitarem, signum quidem, cum instaret obitus mei dies, præcessurum, ut cum publice profiterer, subito in memoriae lapsum incidere. Persolvit igitur quod futurum prædixerat felicissima Virgo, neque imminentis excessus mei admonuit; » et his dictis confessum ex loco abiit. Cepit autem omnes continuo stupor ingens et par inoror, cum cernerent quantum virum mox essent amissuri. Sed ante omnes Suffridum Coloniensem, qui mira charitate Alberto devinctus erat, qui tali percusus nuntio lacrymas continere non potuit. Ille contra hilari vultu a keto animo diem excessus sui exspectans, et cum Apostolo cupiens dissolvi, et esse cum Christo, abjecta jam prorsus omni cura legendi atque scribendi, soli Deo vacabat, et quotidie locum sepulturæ suæ invisens, horarium pro se ibidem celebrabat defunctorum Officium, sic tanquam in horas paratus ad exitum diem obitus sui præstolabatur. Quare interjecto brevi tempore sarcina carnis abjecta ad parata Deiparae cultoribus præmia proferavit, anno gratie humano generi factæ 1280, xvii Kalend. Decembr., cum etatis annum 86 ageret. De cuius litterariis monumentis in Dei Genitricis laudem commendationemque elucubratis, vide, si libet, Bibliothecam nostram Marianam, part. i.

§ XVII. — *De Aldobrandino, antistite Nicosiano.*

Aldobrandinus Ursinus, Morlupi temporalis dominus, et Nicosianus episcopus, pro religiosissimo suo in Deiparam cultu, conventum Franciscanorum, semi tantum ab eodem oppido Morlupi, sed decimo quarto ab urbe Roma milliari, beatissimæ Marie Secundæ sacratum, propriis sumptibus ex Apostolica auctoritate, ex modico tugurio sive eremitorio, in justum conventum transferri curavit. Additus est autem titulo secundarius numerus, eo quod devotissima gloriosissimæ Virginis imago ibidem existens, quæ et conventui nomen dedit, et Morlupanis convicinisque populis ob frequentia miracula in maxima veneratione est, secundo loco a B. Evangelista Luca depicta extiterit. Vivebat Al-

dobrandinus anno a letabunda Christi Salvatoris Nativitate 1500.

§ XVIII. — *De Alefrido, antistite Hildesheymensi.*

Sanctus Alefridus, ex monacho Corbeiensi Instituto Benedictini episcopus Hildesheymensis in Germania, ut erat eximio in Immaculatam Dei Matrem affectu resplendens, in honorem ejusdem Immaculatæ Dei Matris construxit novam basilicam cathedralem magnificam ac robustissimam, eamque in forma monasterii exstructam 26 annorum spatio absolvit. Decessit ex hac lacrymarum valle anno Incarnationis Dominicæ 876.

§ XIX. — *De Alexandro, antistite Alexandrino.*

Alexander Sangrus, Neapolitanus, Francisci Sangri ducis Turris majoris filius, patriarcha Alexandrinus, inter alia pietatis suæ erga Deiparum documenta, ecclesiam S. Mariæ de Pietate Neapoli suis sumptibus adificavit, ibi in majori ara thaumaturgam Deiparae Virginis imaginem collocavit, et duobus sacerdotibus, qui ante illam quotidie Missæ sacrificium offerrent, dotem assignavit. Vivebat anno a virginali partu 1608.

§ XX. — *De Alejandro, antistite Foroliviensi.*

Alexander Foroliviensis episcopus, natione Italus, beatissimæ Virginis Mariæ a puerili ævo usque ad finem vitæ suæ cultor ferventissimus, dum per universam Germaniam, cum plena legati a Latere potestate, apostolici nuntii munere fungetur, ex singulari beatissimæ Virginis et ejus sanctissimi Rosarii confraternitatis devotione permotus, in quam admitti voluit, et ascribi petiit, prædictam confraternitatem non solum Bulla edita confirmavit et approbavit, sed indulgentiarum thesauris peccatorumque remissionibus ditavit, locupletavitque. Aiebat singulari devotione Virginem Mariam omni laude dignissimam excolendam esse, cum Jesus Christus Dominus noster ejus precibus flectatur, imo vero omnibus illius petitionibus accedat: affirmabatque fraternitates ejus et pia loca Virginis honori dicata summa affectione, ingenti cura, et egregia pictate a nobis esse veneranda, cum beatus ac devotus Bernardus affirmet, nihil nos sine Virginis intercessione valere, nihil promereri posse, si ejus fuerimus auxilio destituti, sed misere et abjecte jacere, cum sine ipsa factum sit nihil. Enitebat anno Dominicæ Incarnationis 1476.

§ XXI. — *De Alejandro, antistite Lucensi.*

Alexander Guidiccionius Senior, ad differentiam Junioris, episcopus Lucensis, vir genere et virtute clarissimus, ut erat Deiparae Virginis insignis amator, congregationem nostram Clericorum Regularium Matris Dei (cujus fundator fuit venerabilis Pater Joannes Leonardi, in confraternitatem, seu societatem, ant congregationem clericorum sacerdotalium in communi viventium, sub titulo, invocatione et vexillo beatæ et gloriose semper virginis Mariæ in ecclesia S. Mariæ Curtis Orian-

dingorum Lucæ primus erexit, eamque dum vixit, magnis beneficiis fovens, plurimis quoque pietatis charitatisque officiis, tanquam optimus parens, paterno semper est affectu prosecutus. Idem cum anno 1588, sacra Deiparæ Virginis imago, quæ nunc a Gratiis, seu Miraculis obtinet appellationem, admirandis Lucæ prodigiis clarescere cœpisset, ejus historiam et miracula ab Hippolyto Sanctinio cathedralis ecclesiæ canonico, litterarum monumentis ad posteros transmitti curavit, ipsamque imaginem celeberrima ac religiosissima supplicationis pompa (cui ipse magno cum pietatis sensu, nec sine lacrymarum imbre intersuit) per Lucensem civitatem deferri mandavit, in cuius etiam memoriam honoremque quotannis, die prima post Dominicam in Albis, in tota sua diocesi singulare ac præcipuum festum celebrandum instituit. Dumque vita superstes fuit, frequenti ejusdem imaginis visitatione, effusa munerum largitione, aliisque haud obscuris pietatis religionisque significationibus, suum in Deiparam amorem studiumque luculenter declaravit. Vitam optimo fine conclusit raræ virtutis ac recolendæ semper memoriæ antistes, anno salutiferæ Nativitatis 1605.

§ XXII. — *De Alexandro, antistite Plocensi.*

Alexander Plocensis in Polonia episcopus, vir eruditione, sanctitate ac præsertim B. Virginis devotione eximus, in Plocensi civitate conspicuum B. Virginis templum a primis initiauit fundamentis et consummavit : quod non tantum intrinsecis et specialibus locupletavit studiis, sed etiam armis communivit necessariis undique septum præsidii. Cœlum petti anno salutis 1156.

§ XXIII. — *De Alexandro, antistite Tersactensi.*

Alexander Tersactensis antistes, vir antiqua probitate æque Deo et hominibus charus, erga glorio-sissimam Virginem Mariam æternæ Sapientiae Matrem, a pueritia in senectam, magno semper pietatis æstu flagravit. Hic longinquò gravique implicitus morbo jacebat, jamque exigua in spe trahebat animam, cum peropportune a familiaribus de divina illa B. Virginis æde, tunc temporis Galilæa in Dalmatiam angelorum manibus asportata sit certior. Extemplo ingens animum ejus cupiditas cepit hauriendi oculis tanti miraculi voluptatem. Cæterum urgente morbo deferri eo sine certo vitæ periculo nequibat : igitur hoc ægrius febris æstu patiebatur, quod affecta membra impetum animi haudquam sequebantur, nec tamen deseruit se. Deiparæ effigiem simul cum divina illa ædicula delatam acceperat. Itaque beatæ Mariæ sacellum haud falso esse ratus, impense ejus implorat opem, votum nuncupat non magis salutis recuperandæ avidus, quam cœlestis illius doni divinitus cognoscendi. Nec incassum missæ preces. Intempesta nocte somnum inter et vigiliam Deiparens repente cœlo dela-psa, cœlestibus latera tegentibus, se illi obtulit, cubiculumque omne clarissima luce complevit :

SUMMA AUREA DE B. V. MARIA. X.

mox benigno vultu, « Bono animo, inquit, esto, fili, en vocata adsum, præsentem tili opem optatæque rei notitiam ferens : sic igitur habeto, sacram ædem vestris nuper illatam finibus illam ipsam esse domum, ubi ego olim genita, ubi ferme educata sim. Hic ego, archangeli Gabrielis nuntio, Spiritus sancti opera divinam concepi sobolem : hic Verbum caro factum est. Ergo post nostrum excessum domum talibus mysteriis insignem apostoli conserarunt, celebraruntque certatim rem divinam inibi factitantes. Ara pariter cum æde allata ea ipsa est, quam apostolus Petrus sacris iniciavit. Christi crucifixi imago, quæ cernitur, olim ab apostolis inibi posita. Simulacrum porro cedrinum effigies nostra est, Lucæ evangelistæ manu, qui pro familiaritate, quæ illi nobiscum intercesserat, nostram similitudinem coloribus, quantum mortali fas erat, expressit. Hæc igitur dilecta cœlo domus, per tot ætates in Galilæa maximis honoribus culta, nunc demuni deficiente cum fide cultu, ex oppido Nazaretho ad vestras migravit oras. Nec dubia fides. Deus facti auctor apud quem impossibile non est omne verbum. Cæterum ut horum tu ipse sis testis idem præcoque, sanus esto. Tua ex longinquò morbo subita valetudo fidem miraculi faciet. » Hæc effata, sublimis abit in cœlum, cœlesti quodam odore in tectis relicto. Id vero non Iudibrium sopitæ, aut ægræ mentis, sed veram suisæ speciem, rei ostendit eventus. Protinus antistes mista pavori lætitia evigilans, totus sudore fluere cœpit, depulsaque repente febri valens ac vegetus surgit e lectulo. Mox non magis valetudine quam Nazarethæ domus indicio lætus, submittit genua, et oculos pariter manusque in cœlum tollens Deo ac Deiparæ Virginis pro duplici beneficio multipli-
ques grates agit ; tantum donum sibi, patriæ genitique suæ gratulatur. Inde simul illuxit præ gaudio gestiens, in publicum prodit, et decori oblitus homo id etatis auctoritatisque lymphato similis per vicos, per plateas, per compita cursare cœpit, nocturnum visum (ut quisque obvius erat, seu notus, sive ignotus) exponere, Dei ac Deiparæ donum vel proprium vel commune passim prædicare. Et erat ea vox et vultus, is ardor animi ex oculis emicabat, qui facile dictis faceret fidem. Accedebat haud dubium argumentum subita corporis sanitas roburque in eo, quem gravi diutinaque confictatum febri hesterna die vehementer laborasse constabat. Quæ posteaquam ad oppidanorum plerosque pertulit rumor, confessim magni ad antistitem concursus fieri, et cœleste donum gratis Deo Deique Parenti agendis certatim uno omnium ore celebrari. Princeps inter gratulantes lætantesque gaudio exultans ibat antistes, et addebat ad gradum natalem Virginis domum videre festinans. Quo ut venit, venerabundus votum, cuius se damnatum profitebatur, enixius exsolvit. Major secundum hæc religio mortalium incessit animis, neque enim vanus auctor, aut dubia fides ferebatur.

Itaque aedes miraculis inelyta majoribus in dies accalarum studiis celebrari colique cepta : manare haec primo ad finitos fama, inde etiam ad remotos. Jamque omnibus circa populis templum illud sanctum erat, omnes ardebat cupiditate tam insolitae, tam celebratæ rei aliquando visendæ. Peropportune illa tempestate Nicolaus Frangipanus e prima nobilitate Rœmanna, Croatæ, Dalmatiæ, Styriæ prætor (Magnus Ban ab incolis vocabatur), regionem illam administrabat, vir pietate juxta ac virtute inelytus : idemque dominus erat Fluminis Tersactique. Is igitur simul rei miraculo, quod in suo fundo evenerat, simul Alexandri antistitis sermone ac repentina sanitatem motus, obstupuit primo, inde lætus in suo potissimum agro consecuisse, et ipse strenue in montem accurrit, sanctissimamque ædem, haud secus quam dignum erat, donis colere atque ornare instituit. Cæterum quia rei novitas hominum memoriam, magnitudo superabat fidem, tam insolitum inauditumque miraculum diligentius explorandum existimavit; verebatur quippe ne ipsorum credulitas suspecta ceteris foret, neve tanta res plus admirationis quam fidei esset ad posteros habitura. Itaque re cum antistite communicata, placuit certos homines in Galilæam mittere, rem totam intentius inspecturos : ex omni numero electi quatuor expertæ fidei ac probitatis viri, in quibus Alexander ipse antistes fuit. Ili Nazarethum missi, omniaque explorata referre jussi. Igitur impigre consensa navi transmissoque Adriatico, Ionio, Cretico, Cyprio mari Palæstinam secundo cursu tenuere. Nec mora, barbarorum animis auro delinitis, Illicrosolymæ sacrosanctum Christi sepulcrum venerantur, inde fide publica, firmoque armatorum præsidio septi Nazarethum Galilææ urbem, quod navigationis caput erat, protinus pergunt; ibi impensius inquietantes, comperiunt ex incolis, non tam re, quam verbo Christianis domum natalem B. Virginis inde paulo ante sublatam. Deducuntur ad templum ab Helena Augusta olim sacrae domini circumdatum, cernunt templi divinitus perrupti ruinas, cernunt eisdem monstrantibus aream, ubi sacrosancta domus steterat, cernunt fundamenta, recentia sanctæ domus avulsæ vestigia. Dimensi longitudinem ac latitudinem areæ, fundamentorumque crassitiem, reperiunt omnia cum translatae in Dalmatiam ædis parietumque mensuris, quas ad id secum attulerant, prorsus congruere : tempus quoque augsti sacelli illine ablati, avectique in Illyricum convenire : ergo effusa cum lætitia et gratulatione domum revecti Frangipano prætori explorata renuntiant. Ille enimvero tali nuntio admodum lætus, manantibus gaudio lacrymis, Deo Deique Parenti grates ingentes agit, quod se non solum vivente, sed propemodum vidente, tantum miraculum extitisset, tam evidenter prodigiis, talium virorum auctoritate firmatum. Exempli igitur ad ædem Virginis solemnis ac celebris indicta

est supplicatio, maximoque peracta concursu viorum mulierumque. Ibi Alexander antistes pro concione ad populum rem ordine exponit, ac Deum, Deiparam, mortales omnes immortalesque contestans, propalam confirmat nihil se compertis affingere : si secus sit, non recusare quominus cœlestis ira meritas ex ipso expetat poenas. Nimirum hoc ipsos Dei Matri gratiores esse oportere, quo res pene incredibilis exploratior afferatur. Quas velut missas e cœlo voces cum circumfusa audiret concio, repente ingenti gadio efferri, nec temperare quin gratulationibus lacrymisque ipsum confunderent dicentem. Perorationem antistitis excepere preces auditorum, Deo Deique Matri grates, quibus signis, quibus vocibus poterant, agentium. Mirum quanta illi viro haec nuntianti affirmantique fides fuerit non apud incolas solum, sed etiam apud exterios, quantumque talium viorum testimonio frequentiæ religionisque sacrosanctæ accesserit cellæ. Nec deerant crebra illustraque miracula, cum undique ægri, membris capti, energumeni adessent. Floruit Alexander hic Tersactensis antistes circa annum Domini 1298.

§ XXIV.—*De Alexandro, antistile S. Dominici.*

Alexander Geraldinus, Italus, Anerinus, episcopus S. Dominici in Indiis Occidentalibus, vir doctrina morumque continentia clarissimus, inter alia Marianæ pietatis testimonia, quibus sui cordis affectum erga Deiparam Virginem expressit, scripsit lyrico carmine *De variis ejusdem Deiparæ Virginis Mysteriis odas viii.* Vide Bibliothecam Marianam in Appendice. Devixit in Indiis Occidentalibus non sine opinione sanctitatis anno orbis redempti 1525.

§ XXV.—*De Alejandro, antistite Ticinensi.*

Alexander Saulius, primum Alériensis, ac postmodum Ticinensis antistes, qui S. Carolo Borromæo a sacris conscientiae secretis, et Clericorum Regularium congregationis S. Pauli, vulgo Barnabitarum fuit præpositus generalis, angustissimam Dei Matrem Virginem Mariam in maxima semper veneratione habuit, ac a puerili ævo eam in suam advocationem ac protectricem elegit. Huic puritatis suæ florem obtulit, ac in ejus honorem quotidie Officium, et interdum cum seminarii, quod institerat, clericis, simulque Coronam recitabat. Insuper, ut per abstinentiam mundus, illi gratior atque acceptior redderetur, singulis Sabbatis jejunabat. In festo Annuntiationis gloriosissimæ Virginis Mariæ religionis habitum suscepit, ac jam factus episcopus, in Campolaureo diœcesis Alériensis ædem sacram sub invocatione ipsius B. Virginis a fundamentis a se errectam auctoritate apostolica in cathedralem promovit. Cœlum petiit anno salutis 1592, ætatis 58, quinto Idus Octobris.

§ XXVI.—*De Aloysio, antistite Veronensi.*

Aloysius Lippomanus, Patricius Venetus, Methouæ primum, deinde Veronæ episcopus, quo amore prosecutus fuerit B. V. Mariam, inter alia

contestatus est scribendo expositionem Salutationis angelicæ, et sermones de eadem B. Virgine in ipsius præcipuis festivitatibus : colligendo etiam ae suis de *Vitis sanctorum tomis* apte inserendo homilias priscorum Patrum de eisdem festivitatibus. E vita felicissime excessit anno redemptionis nostræ 1559.

§ XXVII. — *De Alphano, antist. Salernitano.*

Alphanus, primus Salernitanus archiepiscopus, studium suum erga beatissimam Virginem Mariam luculentiter ostendit, dum, in suis poematibus, eamdem beatissimam Virginem ad Jesum natum loquentem inducens, cecinit heroico carmine :

*Has mundi tenebras noster bene veneris Infans
Visere, qui lato diffundis lumen cœlo,
Fili mi, filique Dei novus accola, salve!
Sed quis, quo properas compar Genitoris? ab alto
Prosiliens, quo Nata venis? Qui rata polorum
Replies, telluris sinus hic magis complacet arctus
Concludi, num forte venis qui sine carebas,
Qui stans cuncta moveris venisti in carne moveri,
Qui geris in dextra mundana pondera molis
Ancillæ tremulaque sua portabere palma?
Cujus cœlicolæ pascuntur munere, parvas
Quas tamen implesti, placuit tibi sugere mammas?
Quem superi cecinere chori, quoque ante beati
Exsultant animi, venisti emittere luctus?
En age jam nostros subeas, mi Nata, lacertos.
Parva gerit magnum Genitrix fragilis Potentem
Factorem gestabit opus, nubisque decorem.
Ast inops ancilla tibi qua molles parva
Membra tegat pannus non hic domus inclyta sumptus
Apparat, ancillæ desunt iguavique ministri.
Cumque surat Boreas, non igne aut pelle sovebo;
En tenerum patere loculo disponere corpus;
En tibi pro lecto præsepe insternitur amplio,
Qualia, Nata, legis tali tibi more parabo.*

Sic Alphanus, qui claruit circa annum reparatæ salutis 1056.

§ XXVIII. — *De Alphonso, antistite Abulensi.*

Alphonsus Tostatus, episcopus Abulensis, natione Hispanus, quid præstiterit in Deiparæ honorem, scripta ejus indicant eruditissima, et maxime Opusculum, seu Commentarium super illud Isaiae vii, *Ecce Virgo concipiet* : et Expositio de beata Virgine Domina nostra super paradoxum illud : *Vas fuit clausum et non clausum, parvum et non parvum, luminosum et non luminosum, vacuum et non vacuum, insuper mundum et non mundum.*

In hac autem Expositione cap. ultimo ait inter alia : « *Munda fuit (Maria) ab omni iniqua cogitatione, sincera ab omni perversa locutione, pura ab omni inquinata operatione. Item munda ab omni labe originali, sincera ab omni peccato mortali, pura ab omni culpa etiam veniali. Fuit autem haec puritas et mundities animi perfectiori modo in beatissima Virgine, quam in aliis omnibus creaturis. Sic enim sacri testantur doctores, decuisse nimirum, ut beatissima Dei Mater tanta puritate polleret, qua major sub Deo non posset reperiri : sive accipiatur puritas proprie pro privatione : aut abstractione omnis culpæ aut macule, nam sic ab omni prorsus vel minima labecula cura fuit : sive accipiatur puritas pro augmentatione*

virtutum, aut secundum numerum, aut gradus et intensionem : nulla enim totius universi creatura ita perfectas, seu gradualiter intensas habuit virtutes, sicut habuisse Virginem gloriosam credimus. » Sic ille.

Spiritum efflavit circa annum orbis redempti 1440, ætatis 40. De quo vide Bibliothecam nostram Marianam, parte 1.

§ XXIX. — *De Alphorso, antist. Bononiensi.*

Alphonsus Paleottus, archiepiscopus Bononiensis, Deiparæ Virginis Mariæ adeo studies cultor fuit, ut illam potius deperire quam amare videatur. Magnæ Dei Matris imaginem semper secum gestavit, ac illius amorem, quem nutricis cum lacte suxit, in aliorum etiam cordibus semper inserere procuravit. Anno salutis 1603, post mortem Clementis VIII, annuente B. Maria Virgine, metropolitanam ædem, angustam ac prope dirutam, in ampliorem a fundamentis reducturam, primi lapidem solemniter posuit, jussitque in numismatibus, in quibus erat effigies beatæ Virginis cum Filio in ulnis, præter proprium nomen, hæc verba apponi :

Funda nos in pace 1603.

Sed et anno 1606, Bononiae male nuptarum domicilium, sacra Virgine favente erexit. Obiit anno salutis 1610, die 18 Octobris.

§ XXX. — *De Alphonso, antist. Toletano.*

Alphonsus Carillus, Toletanus archiepiscopus, inter alia amoris, quo Deiparam Virginem prosequebatur, argumenta, conventum Minoriticum gloriosissimæ Virginis Mariæ sacrum in Complutensi nobilissima civitate suis sumptibus extrinsecum curavit. Obiit anno Domini 1482, ætatis sue 62, die 1 Junii.

§ XXXI. — *De Althelmo, antist. Schireburnensi.*

Sanctus Althelmus Schireburnensis apud Occidentales Saxones episcopus, devotionis sua erga B. Virginem Deiparam luculentum testimonium dedit, cum in libris quos de virginitatis virginumque laudibus contexuit, eam appellat : Nurum Patris, Sponsam Filii, animarum sanctorum Scrum, supernorum civium Reginam, sobclis perennis Genitricem, Hortum conclusum florenti vertice vernantem, Fontem signatum cœlesti gurgite pollentem, Virginem favorabilem ante sacri sermonis receptaculum, et favorabiliorum post cœlestis puerperii præconium, Columbam inter 60 reginas, et bis quadragenas pellices, quæ propter pereume puritatis privilegium Obsidem sæculi, Monarcham mundi, Rectorem poli, Redemptorem Solis, archangelo pronuntiante, Paracleto obumbrante, præcordiis tripudiantibus feliciter suscipere meruit, purpuram incontaminatam Virginalem puerperio præditam, cuius alvum veneranda Dei proles a summo cœlorum fastigio descendens, ovem erroneam redemptura, et dragmam perditam quæsitura, sine periculo perpetuae virginitatis, et dispendio castitatis intravit; ut alia brevitatis

studio omittam. Floruit sæculo viii a Christi Nativitate, ex Bibliotheca magna veterum Patrum, tomus VIII.

§ XXXII.—*De Altmanno, antist. Pataviensi.*

Altmannus, vir omnium morum honestate donatus, omni laude dignissimus, virtutibus et signis ditatus, nutu Dei in cathedram pontificalem Pataviensis Ecclesiae sublimatus, monasterium in Monte Gotwico in Austria sub honore Dei Genitricis, et perpetuae Virginis Mariae constitutus, quam sibi unicum præ cæteris sanctis elegit asylum, et Patronam clementia ac misericordia plenissimam. Ibi etiam, rogatu ipsius, migrans ad Dominum tumulatur, anno salutis 1091, sexto Idus Augusti, cuius sepulcrum frequentibus illustratur signis.

§ XXXIII.—*De Amato, antist. Nuscensi.*

Amatus Nuscae episcopus, ac sancti Gulielmi ecclesiæ ordinisque Montis Virginis institutoris discipulus, ad calcem Montis Lacinii, loco vulgo Fontiliano nuncupato, ecclesiam erexit in honorem sacratissimæ Deiparæ anno 1182, quæ ad præsentem usque diem exstat, ibique de ordinarii licentia ingens monasterium in honorem beatæ Virginis ædificavit, sub titulo S. Mariæ Novæ, quod hodie sanctæ Mariæ Longæ propter monasterii longitudinem (ut antiqua monumenta testantur) nuncupatur. Evolavit ad æternum præmium anno Domini 1193.

§ XXXIV.—*De Amato, antistite Senonensi.*

Sanctus Amatus, Senonensis in Gallia episcopus, Mariæ angelorum hominumque Domini imprimis amans, ab eadem etiam, quod nomine præferebat, fuit singulariter amatus; inter cætera autem Virginæ pietatis in illum argumenta, casula, sui in eumdem amoris tessera, a beatissima Virgine fuisse donatum refert inter alios Hyacinthus Choquetius in libro *De visceribus maternis beatæ Virginis erga ordinem Prædicatorum*, cap. 7 et 28. Obiit autem sanctus Amatus anno salutis 690, die 15 Septembris.

§ XXXV.—*De Ambrosio, antistite Compsano.*

Ambrosius Catherinus, Politus, Senensis, ex sacro Prædicatorum ordine ad Minorensem episcopatum primum, et ad Compsanum archiepiscopatum postea assumptus, inter alias pietatis suæ erga beatam Virginem tesseras, edidit de consummata gloria ejusdem beatæ Virginis librum unum. Ad comprobandum etiam beatæ Virginis præservationem ab originali, tractatus plures pereruditos composuit, Lugduni, Romæ, Senis, atque alibi excusos, in quibus immaculatam purissimamque Virginis Mariae Conceptionem, aperto Marte, a dextris et a sinistris tuetur ac defendit; atque inter cætera, lectu dignissima, se miraculose in propria persona expertum fuisse hujusmodi præservationis privilegium testatur his verbis: « Ego autem (gratia sit beatissimæ Virgini) expertus sum (privilegium intelligit præservationis ab originali).

Qui cum essem a latronibus in itinere cum tribus comitibus circumvallatus, solus miro modo captivitatem de facto evasi, tametsi comites illi capti et spoliati postmodum dimissi fuerint, et propterea deteriori modo liberati. Hoc vero factum erga me gratiæ ipsius divæ Virginis ascripsi, cuius tunc nomen devote in corde meo, ab urgenti periculo excitatus, invocavi, ut me ita in eo discri mine redimeret, sicut ego illam redemptam credidi. Gavisus itaque sun vehementer me alia protectione quam comites a manu latronum liberatum. Nam vel ipse philosophus meliorem fortunam diceret, eam qua malum imminens propelleretur, quam, qua malum adjacens expelleretur. » Sic ille. Qui ex hac vita migravit, anno orbis per Christum redempti 1552, cujus de Deipara Virgine lucubrations vide, si placet, in Bibliotheca nostra Mariana, parte I.

§ XXXVI.—*De Ambrosio, antistite Lamocensi.*

Ambrosius Neapolitanus, episcopus Lamoccensis et Mantuanæ Ecclesiæ suffraganeus, natione Italus, devotionis suæ erga beatam Virginem argumenta reliquit de Annuntiatione ejusdem beatæ Virginis tractatum insignem, *De Concepcione, Salutatione Angelica, et Cantico Magnificat* conciones et alia quæ me latent. In pace quievit, anno Christi nativity 1526.

§ XXXVII.—*De Ambrosio, antistite Mediolanensi.*

Sanctus Ambrosius, Mediolanensis antistes, vir plane sanctissimus ac doctissimus, cum ob alia, tum maxime propter illa quæ de Virgine scripsit, suo dignus est nomine, siquidem Mariæ Virginis ac Dei Parentis mores et vitam quasi penicillo depinxit, illiusque tum vere dulcescit oratio, ambrosiamque redolet, cum Deiparæ nostræ actiones et facta prosequitur. « Sit vobis (inquit ille, lib. II, *De Virginib.*) tanquam in imagine descripta virginitas vitaque beatæ Mariæ, de qua, velut in speculo, resulget species castitatis et forma virtutis. Illic sumatis licet exempla vivendi, ubi tanquam in exemplari magisteria expressa probitatis, quid corriger, quid effugere, quid tenere debeatis, ostendunt. Primus discendi ardor nobilitas est magistri. Quid nobilis Dei Matre? quid splendidius ea quam splendor elegit? quid castius ea quæ corpus sine corporis contagione generavit? Nam de cæteris ejus virtutibus quid loquar? Virgo erat non solum corpore sed etiam mente, quæ nullo doli ambitu sincerum adulteraret affectum. Corde humilis, verbis gravis, animo prudens, loquendi parcior, legendi studiosior, non in incerto divitiarum, sed in prece pauperis spem reponens. Intenta operi, verecunda sermone, arbitrum mentis solita non hominem, sed Deum querere, neminem ledere, bene velle omnibus, assurgere majoribus natu, æqualibus non invidere, fugere jactantiam, rationem sequi, amare virtutem. Quando ista vultu laesit parentes? quando dissensit propinquis? quando fastidivit humilem? quando derisit debi-

lem? quando vitavit inopem? eos solos solita cœtus virorum invisere, quos misericordia non erubesceret, neque præteriret verecundia. Nihil torvum in oculis, nihil in verbis proeas, nihil in actu inverecundum, non gestus fractior, non incessus solutior, non vox petulantior, ut ipsa corporis species simulacrum fuerit mentis, figura probitatis. Bona quippe domus in ipso vestibulo debet agnosciri ac primo prætentat ingressu nihil intus latere tenebrarum, ut mens nostra nullis repugulis impedita tanquam lucernæ lux intus posita foris luceat. Quid ego exsequar ciborum parcimoniam, officiorum redundantiam: alterum ultra naturam superfluisse, alterum pene ipsi naturæ defuisse? Illic nulla intermissa tempora, hic congerminatos jejunio dies? et, si quando reficiendi successisset voluntas, cibus plerumque obvius, qui mortem arceret, non delicias ministraret. Dormire non prius cupiditas quam necessitas fuit, et tamen cum quiesceret corpus vigilaret animus, qui frequenter in somnis aut lecta repetit, aut somno interrupta continuat, aut disposita gerit, aut gerenda prænuntiat. Prodire domo nescia, nisi cum ad ecclesiastiam conveniret, et hoc ipsum cum parentibus, aut propinquis; domestico operosa secreto, forensi stipata comitatu, nullo meliori tamen sui custode, quam se ipsa, quæ incessu affectuque venerabilis non tam vestigium pedis tolleret, quam gradum virtutis attolleret, et tamen alios habebat Virgo membrorum custodes suorum, morum autem suorum se habebat ipsa custodem. Talis fuit Maria, ut ejus unius vita omnium disciplina sit. Si igitur auctor non displicet, opus probemus, ut quicunque sibi ejus exoptat præmium, imitetur exemplum. » Hæc, et alia plura notatu digna, refert de Deipara Ambrosius, quæ brevitatis causa pertransco.

Idem in lib. *De institutione Virginis* hæreticos confutans, qui sanctissimam Mariam perseverasse Virginem negaverunt, inculenter ostendit, quomodo non derogaverit virginitati Mariæ, quod conjux Joseph nominata fuerit: quod Maria pudorem nunquam mutaverit, quæ nec animum mutaverat: quod sit porta illa clausa, quam Ezechiel descripsit, in qua sedit Christus et exivit: quod sit hortus conclusus, paradisus et fons signatus; quomodo Mariana virginitas dicatur levis nubes, super quam Dominus sedit, quæ aliis virginibus pluviam spiritualem irrorat et unguentum integratatis: quomodo gressus Mariae speciosi dicantur in calcementis, et quomodo moduli femorum suorum similes sint torquibus, et umbilicus crater tornatilis, et venter sicut acervus tritici minutus inter lilia.

De Maria etiam in suis Operibus magnifice loquitur, ejusdemque laudes egregie celebrat, appellans Aulam regalem, Aulam cœlestium sacramentorum, Magistrum humilitatis, Imaginem virginitatis, Templum Dei, Portam per quam in hunc mundum Redemptor intravit: Virgam æterni floris germina-

tricem; Nubem bonam quæ fontem intra se genuit, quo rigavit orbem terrarum: Nubem vere levem, quia conjugii onera nescivit, quia levavit hunc mundum de gravi fœnore peccatorum, et quia remissionem peccatorum utero gestavit: Vas non terrenum sed cœleste, quod sibi Christus, ut per illud descenderet, elegit: Ollam Moabitidem, ex qua gratiæ cœlestis unguentum: vellus spirituale, de cuius molli sinu Agnus egressus est, qui et ipsius Matris lanicum, hoc est, carnem gestans, molli vellere cunctorum operit vulnera populorum.

Purissimam quoque Deiparae Virginis Conceptionem non obscure asserit Ambrosius, dum exponus illud Isaiae xi: *Egredietur Virga de radice Jesse*: de beata Virgine inquit: « Hæc est Virga, in qua nec nodus originalis, nec cortex venialis culpæ fuit. » Quem locum citat Clictoveus, lib. i, *De puritate Conceptionis B. M.* c. 13; Hilaretnus in serm. *De Conceptione*; Bernardin. de Bustis in *Mariali*, serm. 5, et alii antiquiores. Alij vero propterea hoc testimonium rejiciunt, quia hodie in Operibus Ambrosii non reperitur: sed taumen atque rursus vindicant, quia illud desumptum sibi persuadent ex Commentariis ejusdem Ambrosii in Isaiam, quæ idem S. Doctor a se conscripta affirmat in Lucam, lib. ii. Astipulatur etiam illius auctoritati non parvus antiquorum Breviariorum numerus, quæ præfata verba tribuunt Ambrosio, quorum fides magni haberi debet. Idem Ambrosius in Psal. cxviii, ad extremum versiculum, luculentius purissimam Virginis Conceptionem asseruit his verbis: « Suscipe me non in carne, quæ in Adam lapsa est, suscipe non ex Sara, sed ex Maria, ut incorrupta sit Virgo, sed Virgo per gratiam ab omni integra labe peccati. » Citatur etiam Ambrosius in homilia de Cain et Abel, ubi ita scribit: « De hoc grege sancta et immaculata et intacta illa ovis processit beata Maria. »

Salutationem angelicam beatæ Virgini factam vocabat organum, cuius modulatione ætherea cuncta lætantur agmina: citharam, cuius melodia Ecclesia summa repletur lætitia: symphoniam, cuius suavi concordia peccatorum fungantur cimina: bibliothecam divinam et humanam, omnium scientiarum: necnon fidem apostolorum, per quam innumera fecere magnalia. « Scimus (inquit beatus Alanus in Rosario B. V., p. ii, cap. 2), scimus, ut ter benedicta Mater Dei revelavit, sanctum Ambrosium Psalterii, seu Rosarii beatissime Virginis sanctissimam scivisse dignitatem, idque in substantia, et quantitate, et qualitate. »

In divinum Deiparae Virginis partum quam fuerit propensi animi, patet ex sequenti hymno, quem in ejus honorem cecinuit:

*Veni, Redemptor gentium,
Attende partum Virginis,
Miretur omne sæculum
Talis debet partus Deum.
Non ex virili semine,
Sed mystico spiramine*

*Verbum Dei factum est caro
Fructusque ventris floruit.
Avus tumescit Virginis,
Clastrum pudoris permanet :
Vexilla virtutum micant,
Versatur in templo Deus.
Procedit e thalamo suo
Pudoris aula regia
Geminæ Gigas substantiæ
Alacris ut currat viam.
Egressus ejus a Patre,
Regressus ejus ad Patrem,
Excursus usque ad inferos,
Recursus ad sedem Dei.
Aequalis aeterno Patri
Carnis tropæo accingere
Infirma nostri corporis
Virtute firma perpeti.
Præsepe jam fulget tuum
Lumenque jam spirat novum,
Quod nulla nox interpoleat
Fideque jugi luceat.
Gloria tibi, Domine
Qui natus es de Virgine
Cum Patre et sancto Spiritu
In sempiterna sæcula.*

Mirus etiam Ambrosii affectus in beatissimam Mariam cœli Reginam patet ex hymnis: *O gloriosa Domina, et: Quem terra, poutus, æthera* (quos Ambrosii esse asserit Locrius in *Maria Augusta*, lib. vii, c. 5). Nec non ex lib. x *Epistolar.* ejus, epistola 81, ad Syricium Papam, et ex lib. i *Officior.* cap. 18, aliisque ipsius de Deipara Virgine Opusculis in *Mariana Bibliotheca* enumeratis.

Dicebat Mariam nobis non solum virginitatis incentivum attulisse, sed etiam Deum intulisse. Unde laetum exultantemque tanto munere scripsisse Isaiam, cap. vii: *Ecce Virgo in utero concipiet, et pariet filium, et vocabitur nomen ejus Emmanuel, quod est interpretatum, Nobiscum Deus.*

Imitationem beatæ Virginis, tanquam obsequium, inter alia omnia obsequia, eidem beatæ Virginis præstata, præcipuum, efficaciter omnibus inculcabit: quapropter lib. ii, super Lucam ad illa verba: *Maria autem conservabat omnia verba hæc conferens in corde suo: « Discamus, inquit, sanctæ Virginis in omnibus castitatem, que non minus ore pudica, quam corpore argumenta fidei conferebat in corde. Si Maria a pastoribus discebat, cur tu declinas a sacerdotibus? Si Maria ante præcepta apostolica tacet, cur tu post apostolica præcepta magis cupis docere quam discere? Disce personæ vitium esse, non sexus: sexus enim sanctus. Denique Maria præceptum non accepit, sed exemplum dedit. » Et infra: « Disce Virginem moribus, disce Virginem verecundia, disce Virginem oraculo, disce mysterio. Trepidare virginum est, et ad omnes viri ingressus pavere, omnes viri affatus vereri. Discant mulieres propositum pudoris imitari. Sola in penetralibus quam nemo virorum videret, solus angelus reperiret: sola sine comite, sola sine teste, ne quo degenere depravaretur affatu, ab angelo salutatur. Disce, virgo, verborum vitare lasciviam. » Sic ille.*

Ut efficax sua esset apud Deum deprecatio, B. Marie Virginis suffragia petebat: hanc asserens tanti meriti a Deo factam, ut prima inter mulieres novum munus offerret, et nulla præter ipsam tam novum acciperet: novum, scilicet, munus prima offerret, ut puerpera Virgo perseveraret: nulla præter ipsam tam novum acciperet, ut Deum Virgo parens et post partum Virgo maneret.

Aeternam gloriam adeptus est Ambrosius anno reconciliacionis humanæ 397.

§ XXXVIII. — *De Ambrosio, antistite Calaritano.*

Ambrosius Machim, Sardus, Calaritanus, ordinis S. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum alumnus, ex magistro generali sui ordinis, episcopus Algeriensis, in Sardinia, ac demum archiepiscopus Calaritanus, erga sanctissimam Virginem ejusque illibatam Conceptionem impense devotus, non solum ipse votum et juramentum emisit, tenendi et amplectendi opinionem piam de præservatione B. Virginis a peccato originali, sed De Conceptione immaculata pro voto et juramento civitatis Calaritanæ in honorem ejusdem immaculatae Conceptionis facto præclarum sermonem habuit, quem typis Gaberti Calaris excusum dixi in *Bibliotheca Mariana*, parte i. Cætera istius antistitis erga Deiparam Virginem obsequiosæ pietatis testimonia ad meæ hactenus cognitionis notitiam non venerunt. Clarebat anno salutis per Christum reparatæ 1632.

§ XXXIX. — *De Amedeo, antistite Lausannensi.*

Sanctus Amadeus, aliis Amadeus, Lausannæ episcopus, antea vero ordinis Cisterciensis monachus, et in cœnobio Altecumbæ ejusdem ordinis abbas, erga beatissimam Virginem Dei Genitricem Mariam quo cordis affectu raperetur, aperte testantur octo homiliæ, ab eo in laudem Deiparæ editæ, de quibus hæc Gervasius Jopherius: « Præsens hoc sanctissimum D. Amadei Lausannensis episcopi opusculum, in quo pientissimus ille princeps Ecclesiæ, magnæ et sanctissimæ Matris Mariæ præstantissimus præco, octo concinnavit homilias, pulcherrimas cum verborum tum sententiarum lautiis, et tantum non omnibus numeris absolutas. His luculentissimis ornatissimisque homiliis inest tantum energiæ, tantum fervoris, quantum nemo, nisi saxeus plane lector, surda potest aure transmisisse, quin potius ardentissimas continuo dijudicabit, sentietque in Deiparam Virginem ignei amoris faces cordi suo admotas, atque acutissimos in universum ejus honorem ac reverentiam stimulos experietur. » Sic ille. Has homilias cum nulli humiliis antistes manifestasset, sollicitatus tamen a sorore sanctimoniali virgine religiosa, quatenus ei jucundum illud munusculum communicaret, annuit frater sororis desiderio ea conditione, ut illa jucundum quoque munusculum, quod a glorirosa Virgine accepisset, vicissim impertiret. Mittit continuo soror Laneam Chirothecam, quæ in

præsentem diem Lausannæ in reliquario sacrosanctæ Virginis Mariæ visitur quamplurimis laudata miraculis. Unde conjectura facilis quantum utriusque adhuc viventi cum divis commercium. Obiit Amedeus anno Domini 1158, ante altare S. Crucis in æde beatissimæ Virginis sepultus.

§ XL. — *De Amizone, antistite Taurinensi.*

Amizone, hujus nominis secundo, in Taurinensi cathedra sedente, cum in Delphinatu vir nobilis e Ravardiorum familia, sed oculis captus, B. Virginem singulari pietate coleret, ipsa aliquando in somnis obversata, hæc illi intulisse visa : « Cura, fili, ut ad ecclesiam S. Andreæ Taurinensis civitatis deducaris, nam prope eam, propeque rudera semel a barbaris excisæ urbis delitescit ædacula, et in ea mea imago, quam fidelium venerationi exponi volo. Ubi enim loco proximus fies, tunc statim visum recipies, eoque recepto, ut devotiori loco ipsa imago collocetur, operam dabis. » His cum fidem præstisset ille, ad locum perductus visum recepit. Quo miraculo excitatus cum Taurinensibus civibus Amizo episcopus, vir erga Deiparam observantissimus, locum adit, terram ruderaque evelli curat, ædículam sub stratu latenter, et in ea sacram imaginem comperit, et hanc omnino integrum et incorruptam, cum tamen ex nonnullis monumentis constaret, post quadringentos annos ibidem jacuisse sepultam, situi ac cariei obnoxiam. Ipsius igitur cultui Amizo prospiciens eadem ædacula intra ædem S. Andreæ collocata, in ea sacram imaginem constituit. Accedit autem hoc miraculuni simulque ipsius saeculae iconæ inventio die 20 Junii anno salutis 1104.

§ XLI. — *De Amone, antistite Tullensi.*

Sanctus Amon in Tullensi urbe pastorali cathedra sublimatus, suæ sedis civitate relictæ ad eremini loca secreta, ut sic facilius sæculi vanitatem declinaret, divinorumque meditationi liberius vacaret, ac pro seæ grege sibi commisso Dominum ibidem quietius exoraret, perrexit. In silvis enim et locis nemorosis Sanctesii territorii, sive Sanetesis provinciæ, multis temporum curriculis, seu diebus quamplurimis legitur habitasse, et quantum sibi licuit ibidem eremiticam vitam duxisse. Ibi ad honorem almæ Dei Genitricis, quæ fructum protulit nostræ salutis, quæ vera spes est omnium salvandorum, et pia reconciliatrix peccatorum, devotam basilicam construxit: et ad devotionem et honorem Virginis gloriae verbo pariter et opere efficaciter induxit. Quæ quidem basilica a suo constructore sumpsit nomen, et Amonis ecclesia dicitur usque in hodiernum dicim. Floruit autem Amon sæculo i a Christi Nativitate, et S. Mansuetu S. Petri apostoli discipulo in Tullensi cathedra successit.

§ XLII. — *De Amphirochio, antistite Iconiensis.*

Sanctus Amphirochius Iconensis in Lycaonia episcopus, quanto animi ardore gloriosam Dei Genitricem prosecutus fuerit, ex orationibus ejus in Annunciationem, partumque Virginem et Purifi-

cationem, quæ una cum ejus Operibus excusæ sunt, et quas in Bibliotheca Mariana parte prima, dum de hoc Amphirochio agerem, enumeravi, aperte monstratur. In iis enim eximia splendidaque in Deiparam Virginem congerens encomia, appellat Virginem incorruptam, quæ nesciam illam corruptionis lucernam corporali ratione concepit: Nutrictem ejus qui mundum alit ac nutrit terrarum orbem: Portam Virginalem Ezechieli nunquam patefactam: Matrem Creatoris omnium: Bajulamque illius qui portat universa. Floruit circa annum orbis Christiani 380.

§ XLIII. — *De Amphirochio, antistite Sydensi.*

Amphirochius Sydens episcopus, vir apprime doctus, acerrimusque veritatis patronus, in concilio Ephesino clarus, in sue erga magnam Dei Matrem eximiæ pietatis testificationem, scripsit Græce in S. Mariam et Simeonem orationem unam, quam ex apographo Jacobi Sirmondi excerptam, e Græco Latine redditam, notisque illustratam, una cum Operibus S. Amphirochii Iconensis episcopi edidit primo Parisiis apud Simonem Piget, R. P. F. Francisco Combefis Ord. Prædicatorum, ut dixi in Bibliotheca Mariana, parte i. Claruit anno nati Salvatoris 431.

§ XLIV. — *De Anastasio, antistite Antiocheno.*

Sanctus Anastasius patriarcha Antiochenus, qui quod in Monte Sinai philosophatus, sensum carnis domuerit, Sinaite cognomen adeptus est. Ut affectum suæ pietatis erga Virginem Deiparam ostenderet, eam in suis super Hexameron anagogieis contemplationibus, summis laudum præconiis exornavit, appellans, Fontem vitae: Montem Dei: Orbem proprium Solis justitiae: Stellam lucidam ex qua ortum fuit Astrum lucidissimum ex Jacob: Fornacem in qua visus est quartus in similitudine Filii Dei: Thalamum ex quo Sol Justitiae processit Christus: Abyssum ex qua angeli verum Solem exortum viderunt: Evam secundam: Lunam plenam, quæ nunquam minuta fuit aut defecit aut privata fuit essentiali lumine, nempe virginitate: Luminare in firmamento Ecclesiæ: Deiparam glorioissimam: Fore ipsum cœlestis Carbumculi, nempe Christi: Montem virginalem ex qua excisus est lapis absque manibus seminationis et corruptionis: Nebulam in cuius gremio Christus pluvia cœlestis cursu venit in Ægyptum, fugiens voluntarie sceleratas manus iniquorum: Vitam vere, quæ vitam attulit et peperit vitam Ecclesiæ: Terram Abraamicam quæ pluviam excipiens cœlestem Panem, Christum ad esum et salutem hominum protulit. Obdormivit felicissimus in Domino, anno salutis 599. Hic idem Anastasius, sive alius qui huic in episcopatu successit, et circa annum vivificati generis humani virtute ac religione clarus emicuit, singulari quadam animi devotione erga Deiparam Virginem impulsus, scripsit Græcc in Purificationem ejusdem Deiparæ Virginis orationem unam, Mediolani in florentissima Bibliotheca Borromæa

asservatam, neenon in Annuntiationem illibatae omnino Dei Matris Mariae orationes duas, unam eum libro variorum divinorum impresso Lugduni Batavorum anno 1619 per Jo. Meursium, Graece tantum evulgatas, in quibus, inter multa, sacro-sauctam Dei nostri Matrem cum Gabriele his verbis alloquitur : « Ave, gratia plena, Dominus tecum, quoniam tu nobis facta es via salutis, et scala cœli, et locus requietionis et tabernaculum refrigerii, in quo Dominus habitat ; ideo cum onini-bus generationibus beatam te dicimus, solam benedictam in mulieribus, quam nec sol immissa voluptatis flamma adussit, nec fluxa vis lunæ per noctem læsit : neque enim dedisti in commotionem pedem animæ tuæ, sed immota permansisti fundata super hanc petram, et custodivit te Dominus, solus in te intrans, et ex te egrediens, et clausam atque obsignatam te custodiens in sæculum. Ave igitur, o Mater et Virgo, cibus vitæ et fons immortalitatis, nam ex te corruptionis corruptor, et mortis mortificator prodidit. » Item : « Ave, gratia plena, Dominus tecum. O gloriosam et divinam vocem ! o misericordiam et bonitatem nimiam ! O vere angelicum ministerium ! o beatam Virginem, quæ hujusmodi verba audire, aut potius hujusmodi rebus inservire meruit ! Tu sine conjunctione virili in utero concepisti, nuptiarum expers peperisti, sola Mater et Virgo simul fuisti. Neque enim partus virginitatem imminuit, nec Conceptio integratatem dissolvit, inviolatum salvumque virginitatis inesaurum etiam post partum conservasti. Tu tanquam infantulum lacte aluisti eum, qui dat escam omni carni : tuis uberibus admovisti velut infantem, qui lactis fontes parientibus ad editos infantes nutriendos suppeditat. Nam Mater facta es non nudi tantum hominis, aut prophetæ aliqui-jus, aut qui Deum in se habitantem habeat, sed vera Mater magni Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi. » Sie ille.

§ XLV. *De Anastasio, antistite Interamnensi.*

Sanctus Anastasius. episcopus Interamnensis in Umbria, in loco, in quo oratoriolum subterra-neum situm erat, a sancto Peregrino Antiodorensi episcopo honori B. Virginis erectum, prope ruinas templi Jovis, inter theatrum Fausti Titi Liberalis et Pomerium, Dei Matri in celum assump-tæ dicatam, nobilem basilicam erexit, in qua et sedem episcopalem statuit. In antiquo autem ora-toriolo subterraneo fabricavit devotam confessio-nem, seu subterraneam ecclesiam, quæ adhuc in ipsa cathedrali inspicitur, et S. Maria denominatur. Cœlum petiit anno 553, die 17 Aug.

§ XLVI. — *De Anatolio, antistite Constantinopo-litano.*

Anatolius Constantinopolitanus antistes, natione Graecus, Mariæ Deiparæ Virginis studiosissimus cultor, inter alia grata eidem exhibita obsequia, scripsit docte devotissimeque de virginea Nativitate et Præsentatione cantica, ut ex Canisio, Coccio et

Richardio in Mariana Bibliotheca memoravimus. Aeternæ felicitatis præmio potitus est, anno a Christi Nativitate 458.

§ XLVII. — *De Andrea, antistite Cretensi.*

Andreas Hierosolymitanus, archiepiscopus Cre-tensis, inter scriptores Graecos nominatissimus, Deiparentem Virginem, erga quam incredibili ob-servantia ferebatur, hac oratione salutabat : « Ave, gratia plena, Dominus tecum. Gaude, lætitiae in-strumentum, per quod tristis exsecrationis sententia in lætum gaudii judicium commutatur. Gaude, vere benedicta : Gaude, Virgo præclarissima : Gaude, ornatissimum divinæ gloriæ templum : Gaude, sacrosanctum Regis Palatium : Gaude, thalame, in quo sibi Christus humanitatis Sponsam adjunxit : gaudie, electa a Deo antequam genita : gaudie, divinum inter Deum atque homines concilia-tionis perfugium : gaudie, thesaure vitæ immortaliis : gaudie, cœlum in quo Sol gloriæ splendet, domicilium cœlo præstantius. Gaude, unicum illius qui nusquam capitur amplissimum habitaculum. Gaude, sancta terra virginea, ex qua novus Adam formatur, qui veterem Adam servet : gande, fermentum sanctum ac Deo gratum, ex quo totius generis humani massa fermentatur, et in unius corporis Christi panem evadit, et admirabili ratione co-agmentatur : gaudie, gaudii Mater sempiterni : gaudie, nova Dei area, in qua noster Noe Christus humanitatem servavit : Area in qua Dei Spiritus conquiescit : Area in qua novæ gloriæ sanctificatio. Gaude, urna aurea, quæ contines illum, qui dulce manna et mel e petra ingrato populo subministravit. Gande, seraphica mystici carbonis ardentis for-eeps : Salve, spirituale præcognitionis perspicue speculum, per quod prophetæ infinitam erga nos Dei submissionem mystice vaticinati sunt. Gaude, speculum, per quod justitiae Solem venientem e cœlo suscipientes ii qui densis in tenebris peccati versabantur, illustrati sunt. Salve, prophetarum ac patriarcharum omnium decus, et clarissima arca præcognitionis humanæ tuba. » Sie ille.

Adeo fuit virginei honoris gloriæque percupidus, ut tersanctissimam cœli Reginam ab omnibus, ne-mine prorsus excepto, honorari cuperet ac cele-brari : unde Spiritu exultans, ac servore plenus dicebat : « Accurramus simul omnes ad Deiparam, chori Patrum et patriarcharum, spiritus prophetarum, et conventus sacerdotum, cœtus apostolorum, populi, martyres, doctorum congregatio, justorum animæ, piorum ordines, dignitates quælibet et æta-tes, reges et potentes, principes et qui parent imperio, adolescentes et virgines, senes cum juniori-bus, laudate, supplicate, dicite Dei Matri, dicite : Quam beata est domus David, ex cuius lumbis germinasti, Dei Mater ! matres et virgines, glorifi-cate eam quæ est sola Mater et semper Virgo ! Be-nedicite, gentes, linguae, beatam prædicate, cantate Matri Dei, omnes tribus terræ. »

Mariam appellabat Deus gratiosissimum virgi-

nitatis : Rosam suaveolentem quam ex loco spinoso sibi Omnipotens elegit : Organum lætitiae, per quod delicti nostri condemnatio expiata : Fibulae seraphicam mystici anthracis : Dioptram perspectivam, per quam, qui in tristi peccatorum umbra sedebant, recipientes desuper cum gloria justitiae Sollem, mirabiliter illustrati sunt : Candelabrum aureum septem lycnis ornatum, nimirum, septem illis Spiritus sancti donis clarum ac lucidum : Paradisum sensu intellectuque prædictum vividi salutis nostræ Ligni : Montem umbrosum eni Patris Virtus obumbravit : Tabernaculum a Deo formatum : Reginam humanæ naturæ : Spectaculum vere novum, quod non potest consequi cogitatio : Naturam primam ad Deum opificem omnium generationis proxime accedentem : Mensam mysticam atque cœlestem, eos qui mente sunt in divinis initiati mysteriis benigne invitantem ad convivium : Finem testamentorum quæ nobis fecit Deus : Declarationem occultorum et profundorum divinæ incomprehensibilitatis : Scopum ante sæcula excogitatum : Summam divinorum oraculorum : Primitias communionis et conjunctionis omnium genitoris cum suo segmento : Fidejussionem divinarum reconciliationum : Pulchritudinem eximiam : Statuam a Deo sculptam : Imaginem recte descriptam divini Archetypi : Sustentaculum totius contemplationis et ascensus : Craterem Sapientiæ : Penarium vitæ : Fontem divinarum illuminationum : Potentiam quæ nequit labefactari : Receptaculum Dei : Reconciliatorium commune nobis propositum a Deo, ut reconciliemur : Fontem immortalitatis : Fluvium vitæ perennis : Habitaculum pulchrum divinæ demissionis : Terram vere desiderabilem : Thesaurum absconsi ante sæcula mysterii : Librum vere vivum ejus, qui in illo tacite fuit inscriptus verbi paterni vivifico calamo Spiritus ; Volumen Novi Testamenti a Deo scriptum : Tempulum divinum : Columnam vivificam : Nubem totam lucidam : Terram virginalem : Thecam novam unguenti quo minime exinanitur : Exsultationem olei unctionis : Suffitum aromatum, quæ intelligentia apprehenduntur : Florem incorruptionis : Lucernam luminosam : Purpuram a Deo contextam: Indumentum regale: Amictum a Deo variatum: Diadema regni manu non factum : Propitiatorium commune universi mundi : Propugnaculum fidei Christianorum ; adeoque effuse in ejus rapiebatur laudes, nt pene mirifica amoris vi extra se factum declararet. Aiebat sanctissimam Dei Matrem ut quæ sit munificentissima, maxima pro minimis reddere solitam esse. Floruit circa annum Domini 760, cuius Mariale, seu de Maria Deipara præclara monumenta ex Græcis MM. SS. Codicibus nunquam antea evulgatis, in unum collecta, jam apud me habeo editioni paratum, ac quantocius, Deo volente, ad Marianorum cultorum commodum publicam proferetur in lucem.

§ XLVIII. — *De Andrea antistite Fesulano.*

Sanctus Andreas Corsinus, Florentinus, inter eximios sanctissimæ Dei Genitricis cultores numerandus, ex Corsinorum nobili familia natus fuit, Patre Nicolao, matre vero Peregrina. His, postquam in unum matrimonium convenerunt, nihil fuit antiquius quam ut religionis præcepta in omnibus observarent. Itaque libidine terrenorum posthabita, iis quæ Dei erant studentes, sapienter domum Domini visitabant. Cum vero, quod in Exodo legitur, audirent, primitias videlicet Deo offerendas esse, ut Deo ejusque Genitrici gratam oblationem facerent, admodum cupiebant ex se filios procreare, voventes primogenitum suum Mariæ religioni tradere. Quorum precibus divina Virgo annueus, divinitus eorum votum adimplevit. Post paucos dies concepit Peregrina mater, cumque jam tempus pariendi iramineret, in somnis sibi visum est, lupum peperisse pro homine, qui cum Ecclesiam intrasset, paulatim immutatus, in agnum se vertit. Quam rem expergesfacta tacite considerans, nec viro quidem quæ ex somnis viderit est ausa confiteri. Proxima vero nocte, scilicet pridie Kalend. Decembris, puer nascitur, qui cum lustraretur baptismatis sacramento, Andreas nomen accepit, quod eo die natus sit, quo Christiana religio B. Andreæ apostoli solempnia celebraret. Puer educatus ingenue crescit, studiisque litterarum traditur. Cum autem admodum scitus puer esset, et forma præstanti, utrique parenti plurimum charus erat. Postremo factus adolescens canes alere, equos mercari, sodalitates parare, et tractare arma, lites gerere cœpit et ad hæc omnia divina pariter atque humana promiscua habere, parentibus non solum inobediens, sed nec eos se castigantes percerre poterat. Parentes vero ubi intellexerunt quantum periculum adolescenti imminebat, timentes ne ob ejus facinora per dedecus vitam amitteret, a tam pessimis moribus illum jam ætatis suæ quintum decimum annum agentem revocare statuerunt. Igitur nacti opportunitatem ad se accersiri jubent, qui cum jussa parentum negligenter, contumeliosa verba respondens, ab eorum conspectu improbe discedebat. Quem mater, id inique ferens, animo concitato alloquitur: « Tu profecto, inquit, lupus es, quem in somnis visa sum peperisse. » Quibus verbis perterritus adolescens, retro ferens pedem, matrem oravit, ut, quid sibi vellent ea verba, significaret. Tunc mater inquit: « Audi, fili, verba mea, neque matris tuæ dicta conteinas. Ego una cum genitore tuosterilis annos plurimos duxi, tantusque sobolis amor fuit, ut etiam pro habendis filiis vota suscepimus. Itaque primitias uteri mei Deo Mariæque Matri ejus offerendas constantissime vovi: hoc idem Nicolaus pater tuus communi voto promisit. Factum est ut Mariæ precibus conciperem, et cum jam pariendi tempus aderat, in somnis visa sum lupum parere: qui cum ingressus esset ecclesiast, formam lupi deserens, agnus effectus est. Postridie

vero te peperi. Qualis superiorem ætatem duxeris, non te latet: non enim ut homo ratione utens, sed ut rapacissimus lupus: nunc jam tempus exposcit, ut in agnum te vertas, et quæ pro te vota suscepimus, velis pia mente perficere: nam non nobis, sed Mariæ Virginī natus es. Expergi-scere igitur, fili, nec velis longius per socordiam atque malos mores vitam inficere. » Postquam mater loquendi finem fecit, Andreas hujusmodi oratione percussus, superiorem suam vitam tacitus considerans, pœnitentia motus, multis lacrymis Virginem deprecabatur, ut pro se ad Filium preces fundare dignaretur, ne juventutis sue delicta cognosceret. Postridie vero mane ad Ca: melitarum ecclesiam profectus est, ibique orando diu ante Virginis gloriose aram, lacrymis faciem irrigavit, rogitans ut se lupum in agnum converteret. Tandem ab oratione surgens Hieronymum Melioratam qui ea tempestate, anno ab Incarnatione Domini 1316, provinciæ Tusciae enram gerebat, prostratus oravit; ut eum intra religionem acciperet. Quod cum audiret vir præstans, miratus ingenuum adolescentem, summo loco natum, multisque educatum deliciis, cupere sacris initiari, servitutemque religionis subire, misit ad ejus parentes, qui referant Andream filium habitum religionis petere. Parentes ubi cognoverunt per nuntios in filio suo Spiritum sanctum tam cito mirabiliter operatum, stupore gaudioque repleti eo, ubi Andreas erat, propere concesserunt, atque unanimes filium quem orantem inveniunt, sicut voverant, B. Virginī offerentes, suscepti voti officia perfecerunt. Ita Andreas in agnum versus ad religionis observantiam admittitur.

Cum fuisset ad sacros ordines promotus, Corsini omnes statuunt, ut primam Missam Andreas cantaturus, oblationem magnis apparatus ingenti-que pompa celebraret. Sed ille ubi hoc audivit, habita prius licentia a provinciali, secessit septimo millario ab urbe in conventum Silvarum, ibique devotissime sacerdotii sui primitias offrenti beata Virgo Maria cum comitatu angelorum apparuit, dicens ei: « Servus meus es tu, quia ego elegi te, et in te gloriabor. » Et hæc dicens paulatim in auras se elevavit. Andreas stupore percusus, non elatione extollitur, sed magis per humilitatem nitebatur se dignum servum efficere, humanas laudes fugiens, studio bonarum artium sibi immortalitatē parabat.

Joanni Corsino ex cognitione sua lupum morbum in cruce patienti suasit, ut vacando jejuniis Virginem Mariam summis precibus dies octo cona-reetur flectere. Ille vota suscipiens, et mira devotione perficiens meritis beatissimæ Virginis pris-tinæ sanitati est restitutus.

Anno ætatis suæ 71, in nocte Nativitatis Domini, in ecclesia cathedrali Fesulana (cui anno ætatis 58 episcopus fuerat præfector), dum solemní pompa rem divinam ficeret, Virgo gloria ei apparuit,

nuntians ei obitus sui diem in proximo mense, videlicet octavo Idus Januarii, quo die Epiphania Domini celebratur. « Ecce, inquit, fili mi, tempus egressionis tuæ: in die apparitionis Filii mei in terris, apparebit anima tua in cœlis: tecum ero, nec a te dissociabor. » Qua quidem revelatione tanto gaudio atque lætitia repletus est, ut qui prius ob victus parcitatem macilentus atque squalore perfusus erat, Seraphico pene colore perfusus sit. Non secus, ut B. Virgo prædixerat, morbo correptus divus antistes, eo die naturæ concessit, in cuius transitu multa divinitus prodigia facta illum ad superos evolasse testantur. Mortuus est anno ætatis suæ 71, pontificatus anno 12, ab Incarnatione vero Domini anno 1373, octavo Idus Januarii.

§ XLIX.—*De Andrea, antistite Trajectensi.*

Andreas Kuyckensis comitis filius, 25 ecclesiæ Trajectensis pontifex, multis moliminiibus satagens, ut pacem inter comitem Hollandiæ et Hermannum Kuyckensem, qui graviter adinvicem, ob Florentium avum ab Hermanno occisum, inimicabantur, componeret, vidit se tandem pacta pace voti compotem, at hypothesi ista Hermannum alligante, monasterium pro manium Florentii requiete statueret, et rite prædiis dotaret. Sicque fundavit monasterium in Insula B. M. Virginis, et adducti sunt illuc monachi ordinis Præmonstratensis de Lauduno. Obiit Andreas anno 1238, posteaquam decem annos Trajectensem ecclesiam honeste gubernasset.

§ L.—*De Andrea, antistite Vladislaviensi.*

Andreas Lipski quartus hujus nominis episcopus Vladislaviensis, inter alia suæ pietatis erga Deiparam Virginem argumenta, ecclesiam cathedralem Marianam Vladislaviensem imaginibus B. M. Virginis loci Patronæ historiam referentibus, eleganti pictura elaboratis, adornavit, fenestris illustravit aliquot, calice cum patena aurea et statua argentea D. Andreæ sesquicubitali, et paramentis pretiosis auxit et decoravit: pro ara principe exstruenda quinque millia florenorum testamento reliquit. Vivebat anno salutis 1631, quo ad episcopatum Cracoviensem translatus est.

§ LI.—*De Andrea, antistite Urgelensi.*

Andreas Capella, Hispanus, Valentinus, Ord. Carthusiani, ex Carthusiæ Scalæ cœli in Hispaniis priore, urgente rege Catholico Philippo II, Urgelensis ecclesiæ antistes, inter alia pietatis cordis sui erga Deiparam Virginem experimenta reliquit Hispanico idiomate a se conscriptas *Meditationes*, breves quidem, sed succi plenas in præcipua ejusdem Deiparæ Virginis mysteria et festa. Florebat in regno Valentiae anno redemptionis nostræ 1608.

§ LII.—*De Andrea, antistite Asculano.*

Andreas Gelsominus, Italus, Cortonensis, ordinis Eremitarum Sancti Augustini, vir doctissimus atque egregie pius, quibus titulis ad Asculanum in regno Neapolitano cathedram promotus, vir Deiparæ Virginis indissolubilibus amoris nexibus

devinctus, cum ardentissimis desideriis magnæ Dei Matris cultum devotionemque amplificare sitiret, scripsit Opus aureum, cunctis valde utile, et ad fidelium in sacrosanctam Deiparam pietatem promovendam aptissimum, prænotatum: « Thesaurus cœlestis devotionis Mariae Virginis, in quo auctoritate atque exemplis sanctorum Patrum, quantæ sit utilitas, tum in vita, tum in morte, tum etiam post mortem, devotio sanctissimæ Virginis demonstratur, necnon in quo hujusmodi devotionis summa sita sit.» Quod ab auctore auctum, et gloriosissime Virgini Lauretanæ inscriptum prodiisse Venetiis anno 1625 dixi in Bibliotheca Mariana, parte 1. Obiit anno salutis 1629, in festo Conceptionis B. Virginis Mariæ.

§ LIII.—*De Anfrido, antistite Ultrajectensi.*

Sanctus Anfridus Ultrajectensis episcopus, cum Deiparam Virginem ex intimo cordis affectu diligeret, venerabile collegium S. Benedicti in Traiectensi ditione, supra montem Sanctum, in honorem Deiparæ construxit, in quo et sacræ religionis habitum accepit, et ad finem suæ vitæ retinuit. Fuerat ante comes in Brabantia, et quo loco sit modo apud Deum, miraculis crebris declarat. Feliciter in Domino obiit anno 1008, 3 Maii.

§ LIV.—*De Angelo, antistite Bovinensi.*

Angelus Justinianus, patricius Genevensis, ex dominis Chii, episcopus Bovinensis, pro ardentissimo erga Deiparam Virginem studio, ecclesiam cathedralem Bovinensem eidem Deiparæ Virginis sacram organo ac pretiosa supellectili locupletavit, ac redditibus etiam mirifice auxit. Mortalem hominem exiit anno orbis redempti 1600, ætatis 50, die 19 Augusti.

§ LV.—*De Angelo, antistite Gebennensi.*

Angelus Justinianus, patricius Genevensis, ex dominis Chii, ordinis Minorum de Observantia, episcopus Gebennensis, ob singularem atque ex intimo animi sensu profectam erga Deiparam pietatem, ecclesiæ sanctissimæ Annuntiatae de Guastato in civitate Genevensi multa pretiosa, quæ a Carolo IX, Galliarum rege ob plures in Gallia hæreticos confutatos in præmium acceperat, legavit, atque in eadem ecclesia post mortem sepe lili voluit. Cœlum petuit anno salutis 1596, ætatis 76, die 22 Februarii.

§ LVI.—*De Angelo, antistite Tagastensi.*

Angelus Rocca, a Camerino, ex apostolici sacerdotii præfecto, episcopus Tagastensis, erga sanctam Dei Genitricem Mariam maxime devotus, inter alia devotionis suæ in illam specimina, edidit Opusculum insigne, de Præsentationis Deiparæ Mariæ semper Virginis in templo historia et festivitate, tam sanctorum Patrum quam aliorum veterum scriptorum ac recentiorum monumentis comprobata: deque indulgentiis ac decretis Romanorum Pontificum in eadem festivitate celebranda concessis: necnon diurnum ac proprium Officium duplex in ejusdem Præsentationis festo die reci-

tandum. Idem Augustini Triumphi Commentarios in canticum Deiparae semper Virginis Mariæ et in Salutationem angelicam, necnon Pelbarti Themaswar stellarium Coronæ gloriosissimæ Virginis scholiis atque indicibus illustravit, ut alibi etiam, nempe in Bibliotheca Mariana, parte 1, notatum fuit. Occubuit Romæ anno salutis 1620, die 6 Aprilis.

§ LVII.—*De Angelo, antistite Tudertino.*

Angelus Cæsius, Romanus, episcopus Tudertinus, inter alia observantie sue erga B. V. Mariam documenta, summam scutorum quatuor mille donavit societati Annuntiatiois B. Virginis pro nubendis quotannis puellis honestis et pauperibus. Idem novum templum Romæ ac nobile, S. Mariæ de Vallicella vulgo vocatum, quod jam pridem Petrus Donatus frater S. R. E. cardinalis, munificentissime fundaverat, æmula virtute perfecit, pereleganti in eo constructo sacello, cui magnam dotem dixit. Decessit anno salutis 1606, ætatis 76, episcopatus 40.

§ LVIII.—*De Angelo, antistite Pacensi.*

Angelus Manriquez, natione Hispanus, patria Brugensis, ex Cisterciensis familie in alma Hispaniarum observantia generali, episcopus Pacensis, vir omnium scientiarum eruditione præclarus, Marianæ pietatis, qua tanquam cœlesti igne ejus cor amantissime inflammabatur, testes præclarissimos posteritati reliquit: *Discursuum prædicabilium in omnibus Deiparæ Dominae nostræ festivitatibus librum unum*, excusum Augustobrigæ, an. 1620; *De martyrio spirituali beatissimæ Virginis in Passione Filii Meditationes*, editas Hispali anno 1612; *De Conceptione immaculata Deiparæ Virginis tractatum*, omnibus numeris absolutum, et alia quæ ad meæ cognitionis notitiam hactenus non veneruntur. Decessit in Hispania circa annum Domini 1650.

§ LIX.—*De Angilberto, antistite Mediolanensi.*

Angilbertus Pusterla, archiepiscopus Mediolanensis, ut erat amore in augustissimam cœli Regnam flagrantissimus, suo consilio et ope sedula effecit, ut Mediolani tria in ejusdem augustissimæ cœli reginæ honorem tempa ædificarentur. Primum quidem a Falcoreno comite, quod suo de nomine S. Mariam Falcorenam nuncupari voluit: secundum a Pedone comite, quod etiam nunc vulgus ex conditoris nomine S. Mariam Pedonem appellat: tertium ab istorum piorum comitum ancilla nomine Secreta, quod piæ mulieris cognomine non mutato S. Maria Secreta dicitur. Vivebat anno salutis mortalibus allatae 853.

§ LX.—*De Annone, antistite Coloniensi.*

Sanctus Anno, archiepiscopus Coloniensis, hujus nominis secundus, ut affectui, quo erga Deiparam ferebatur, aliqua ex parte ficeret satis, monasterium, quod dicitur ad Gradus, in honorem sanctæ Dei Genitricis Mariæ jactis fundamentis erexit, omniue varii decoris elegantia pulchre

distinctum consecravit, prædiis ad triginta canonorum sufficientiam copiose delegatis, quos undique scientia, vita, vel moribus exquisitos illuc adunaverat. Ipse vero speciali devotione dilectæ sibi Dominæ totus inhærens, cum ejus patrocinii animam credidisset, etiam sepulturam in eodem sibi futurorum nescius exstruxit, et quasi jamjam migraturus, locum frequentabat, pernox in orationibus sua suorumque peccata lacrymarum fluminibus expians: cumque noctem totam saepè duxisset insegnem, sub ipso lucis exortu super mattulam, vel super nudam humum, aliquoties super gradus in ingressu Capitoli se reclinans, vix puncto temporis oculis in soporem clausis, surrexit. Cujus constrictionis et abjectionis virtus non facile credebatur in eo, quandoquidem familiarissimis suis non semper innotuerit, et ipse publicis obsequiis vallatus incendens, aspectu ipso tremendus et gloriosus sæculi dignitatibus fuerit, qui tamen inter pauperes Christi degens, mitis et humilius semper exstitit.

Hic Deiparæ erat observantissimus, cuius patrocinio utendum nitendumque esse asserebat, et ut farent ii, quibus praerat, frequenter admonebat. In quem siem historiam istam eis narrabat: « Romæ quidam qui luxu atque inertia disfluebat, nomine tantum Christianus, erat tamen S. Cæsario martyri addictissimus. Is mortuus est, et paulo post rediit ad vitam, maximo eorum horrore, qui ad ejus corpus vigilabant postero die humanum. Cumque ab eo quereretur quo loco essent res suæ, Perpetuo, inquit, apud inferos scelerum meorum poenas dedissem, nisi me S. Cæsarii deprecatione adjuvisset, qui flexis genibus coram Deo pro me supplicavit, quo orante supervenit sanctissima Virgo Deipara sanctorum omnium stipata choro, quæ Christum Filium suum ad sancti martyris flexit voluntatem. Quare vitæ redditus Deo reconciliatus est, iterumque in Domino obdormivit. »

Instabat aliquando Paschalis festi singularis et jucunda celebritas, cum vehemens febrium ignis invasit episcopum, qui et decidit in lectum. Cumque Dominicæ Cœnæ dies illuxisset, et ipse membris omnibus defatigatus, ministerium sacramenti se desperaret implere posse, quod speciali semper devotione suo tempore frequentare solebat, major ex tristitia morbus cordis ejus intima penetravit: cœpit enim variis intus aestuare cogitationibus, qui foris aestuabat febribus, et nunc quidem, ne fructu tam pii privaretur obsequii, ad id exsequendum modis omnibus surgere definivit, nunc vero, perpensis imbecillitatis suæ viribus, vix ad primum motum sufficientibus, stultitiae proximum judicavit id conari velle, quod, nullo dubitante, facultatem excederet. Sed igne charitatis febrium ignes mitigante, lectum relinquens Pontifex, fratres adiit, et, ex more, linteo præcinctus ad ablutionis mysticæ ministerium præter spem

omnium processit. Sedentibus singulis in ordine suo, congregatio B. Mariæ semper Virginis, ipsius olim studiis elaborata, juxta suam dispositionem una nihilominus tenebat in parte, ad quam consummato in cæteris charitatis suæ ac devotionis opere, veniens, intimo dilectionis oculo desfixus in illam, recordabatur et aliarum in Christo per se congregatarum.

Ilo in extremis agente, aderant ei lectores quatuor, duo a dextris et a sinistris totidem, qui per vices legentes, si inter legendum nonnihil errassent, ab illo manum agitante illico corrigebantur, et si vel parum a legendō cessasset, oculos ille vi quadam aperiens cogebat illos progredi. Ita usque ad extrema sensus illi mansit vivax et incolmis. Cumque in agone noctem cum die continuaret, illam pestem, quam nos jam cernimus, qua miser mundus omnis honestatis ac religionis expers jacet oppressus, spiritualibus ille oculis intuens, repente manus, ut poterat, in alta sustulit, et miserandum in modum exclamavit: « Sancta Maria, succurre miseris, succurre Coloniæ, succurre civitati jamjam perituræ, » fessaque brachia paullulum deponens, rursus ad sidera sublati illis, « Quænam sunt, inquit, o Domina, quæ se meis offerunt oculis horrenda spectacula? per singulari misericordiam tuam te obsecro, ut mihi januas, per quam hinc emigrem, ne tanta mala cogar videre oculis meis. » Moxque feliciter emigravit ad Dominum, mundo luctum, cœlis gaudium morte sua afferens, anno Christi Salvatoris millesimo septuagesimo quinto, episcopatus sui 21, pridie Nonas Decembr., illucescente sexta Sabbati.

§ LXI. — *De Anselmo, antistite Cantuariensi.*

Sanctus Anselmus archiepiscopus Cantuariensis in Anglia, Mariam Deiparam Virginem assidua, dum vixit, ac religiosissima pietate prosecutus est. Cum nocte quadam domo exiens ad destinatum locum properaret, in barathrum altissimamque voraginem decidit, et in ipsa ruina sanctissimam Deiparam, quam amabat, et scriptis ornarat, contractione maxima vocis appellans, nihil passus est mali.

Idem cum dolorem multum pateretur in pede ex' spasmo et paralysi, ob devotionem Virginis cœpit conari ut erectus staret ad Officium ipsius, quod cum facere cœpisset, sanitatem consecutus est.

Porro Anselmuni festi purissimæ Conceptionis beatæ Virginis institutorem in Occidente et Anglia fuisse, cum Petri de Natalibus episcopi Equilini tum Arnoldi Wionii assertio est, quorum posterior sic fatur: « Sequimur hac in parte opinionem a pluribus receptam D. Petri Equilini, qui lib. 1, cap. 42, catalogi sanctorum, festivitatem Conceptionis ab Anselmo priore institutam primum, ac deinde facto episcopo auctam ac roboratam tenet. » Sic Wionius, qui et ejusce instituti Codicem M. S. in monasterio Cassinensi haberi tradit.

Ipse autem Pontifex Equilinus rei gestæ historiam simili calamo piugit ac pangit. « Hujus celebrationis festi principium fuit beatus Anselmus prior monasterii Beccensis, postmodum Cantuariensis archiepiscopus, propter miraculum quod eidem apparuit, quod tale fuit: dum enim ipse dicti monasterii prior pro quibusdam urgentibus ad partes Britanniae navigasset, dispositisque agendis repatriaret, contigit, tempestate nimia oborta, et intumescente procella, navem periclitari. Et dum euncti in discrinime nimio positi, omnique spe humana deserti divinum adjutorium et B. Virginis efflagitarent, potissime autem prior Anselmus, qui beate Dei Genitricis fuerat singularis devotus, subito conspiciunt quenam mirabili claritate fulgentem pontificali habitu decoratum super undas maris versus navem ambulando venire, qui proximus navi Anselmum vocat eumque alloquitur, ut, si periculum maris evadere cupit, et in patriam salvis redire, ei promittat coram Deo quod festum Conceptionis Matris Christi annis singulis solemniter celebraret, et celebrandum, quibuscumque poterit, suaderet; et cum ille de die festi, et Officio siendo interrogasset, respondit, quod vi Idus Decembris festum illud celebrandum erat quo die B. Virgo concepta fuerat: et quod idem Officium, quo Ecclesia utitur in ejus Nativitate, in hoc festo dicendum erat, mutato solum nomine Nativitatis in nomen Conceptionis. Et cum prior de nomine nuntii interrogasset, respondit se esse Nicolaum episcopum a beata Dei Genitrice pro tali revelatione et eorum liberatione transmissum. Mox Anselmus jussa promisit et voti interpositione confirmavit, statimque sedata tempestate, et flante vento prospero ad propria redierunt. » Hactenus Equilinus.

Cæterum Cæsar Baronius non id B. Anselmo, sed Helsimo abbatи tribuendum retur. « Petrus (scribit ille) in Catalogo remi gestam refert, ac tribuit S. Anselmo Cantuariensi episcopo, qui vixit ante Bernardi tempora, obiitque diem anno Domini 1109. At licet eadem revelatio eodem fere modo, ut scribit, se habuerit, tamen non est facta Anselmo, sed clii, qui nec temporibus, quibus ille factus est episcopus, claruit, sed paulo ante circa annum Domini 1070. Cum Gulielmus Normandorum dux regnaret in Anglia, quando Helsimo, alias Elpino, Anglo abbatи, maris tempestate periclitanti divinitus quoddam visum apparuit, eumdemque admonuit de ejusmodi celebranda solemnitate, subsecutumque est miraculum in fidei veritatis testimonium. Habemus rei gestæ historiam in antiquo Codice M. S. cuius exordium est: Eo tempore quo Gulielmus. » Hactenus Baronius.

At S. Anselmum, si non institutorem, certe præcipuum fuisse festivitatis Conceptionis Deiparæ Virginis promulgatorem, et nunquam minus recte de ejus mysterio scrisse, latissime ostendit Bivarivus in *Anselmo vindicato lib. I et II*, quem le-

gissee non pœnitentebit. Hujus sunt illa verba aureis sane litteris exaranda: « Decens erat ut ea puritate, qua major sub Deo non potest intelligi, Virgo illa niteret, cui Deus Pater unicum Filium suum, quem de corde suo aequalem sibi genitum, tanquam seipsum diligebat, ita dare disponebat, ut naturaliter esset unus idemque communis Dei Patris et Virginis Filius, et quam ipse Filius substantialiter facere sibi Matrem eligebat, et de quo Spiritus sanctus volebat, et operatus erat, ut conciperetur et nasceretur ille, de quo procedebat. » Quæ Anselmi verba innumeris fere scriptores, eo sensu accipiunt, ut plane pronuntient B. V. Mariam etiam originis macula caruisse. Hæc enim est illa puritas, qua major sub Deo intelligi nequit: caruisse scilicet non solum mortali et veniali actualibus, sed etiam originali: alias si solis actualibus caruisset, alia major puritas intelligi posset, nimirum immunem fuisse etiam ab originali

Porro Anselmus in lib. *De Conceptione B. Virginis* cap. ult. post multas rationes, ad comprobandum eamdem B. Virginem fuisse ab originali peccato liberam, adductas, ita inquit: « De Domina nostra, quam in tantum culmen prædestinavit et extulit divina potentia, quam tot prærogativis dotavit cuncta disponens Dei Sapientia, quam sibi Matrem elegit ad mundo subveniendum, ipsa omnium salvandorum ineffabilis Dei misericordia, dicere morte peccati, quæ per invidiam diaboli occupavit orbem terrarum, in suo conceptu prægravari, ut taceam interim ipsas quas commemoravi rationes, animus evitat, intentio abhorret, lingua fateri non audet. Qui aliter sapiunt et melius approbant, credant. Ego, piissima Domina, qualisunque servulus, credo et fateor, quod tu ex radice Jesse pulcherrima, et per hoc ab omni, quod te decoloret, peccati vulnera aliena, integerrima permanens florem pretiosissimum protulisti. » Sic ille.

Ut suum in Deiparam amorem, et innatam in ejus laudes propensionem testaretur, ipsam appellabat: Aulam, quam omnium Creator Deus corporaliter inhabitavit: Alleluia fidelium, per quam Dei inter gentes nuntiantur omnes laudes: Altitudinem cogitandi inaccessiblem: Astrum occidentis mundi luminis conspicui: Bonum virginale: Balsamum aromatizans: Beatificatricem omnium sanctorum: Castellum singulare, quia singulariter et Mater fuit et Virgo: Civitatem cœlestem: Cœlum cœli: Canticum lœtitiae: Custodem altaris et templi Dei: Dominam omnium intelligibilium et intellectum transcendentium: Domum Dei: Decus honorum angelorum: Domiciliuin castum: Filiam David: Florem æternum: Fontem dogmatum Christi: Genitricem æterni Solis: Geminam singularem habentem scripta mysteria in æterni Pontificis rationali posita: Gloriam bonorum angelorum: Habitaculum purissimum Spiritus sancti: Habitacionem divinam: Imperatricem cœli et terræ et omnium quæ in eis sunt: Introitum cœli: Januam

cœlestem qua processit Emmanuel : Initiatricem æterni Consilii : Initium dogmatum Christi : Liberatricem captivorum : Lætitiam fidelium : Lucem solarem : Lilium cœleste, per cuius florem unicum fidelibus testamentum æternum dispositum est : Laminam auream in se circumscriptum habentem nomen propitiabile, quod est indicibile : Lignum semper viride : Lamentum forte dæmonum : Laudem bonorum angelorum : Matrem felicissimam Filii Dei : Mediatricem inæstimabilium beneficiorum : Martham, quæ proprium Dei Filium non in domo, sed in utero suscepit : Mansionem cœlestem, de cuius templi medio suscepimus incarnatam Dei misericordiam : Mæroriem dæmonum : Profundum invisible angelorum oculis : Primitias mirandorum operum Christi : Patronam peccatorum : Prudentiam animarum sanctorum : Propitiatorium totius sæculi : Palmam virtutum : Reginam omnium tam angelorum quam hominum : Reparatrixem perditi orbis : Reconciliatricem mundi : Rosam lenem : Reclinatorium verum ac dulcissimum unici Filii Dei : Spiritum, quem Dominus in cruce positus æterno Patri commendavit : Scrinium Spiritus sancti : Sion, in qua Deus habitavit homo factus : Stellam paradisi : Sacrarium Regis cœlestis : Superhunciale divina ex virtute factum : Sponsam insponsatam, per quam orbis lapsi facta est erectio : Solium imperii : Solem diei mystici : Scalam cœlestem, per quam descendit ipse Deus : Splendorem sanctorum animarum : Sanctitatem nitentem : Thalamum Dei : Thronum deitatis : Templum Hierusalem, a cuius sanctuario processit Dei visio : Thus miræ fragrantiae; quid plura? Vellus puritatis, in quo Deus Majestatis inundans, tamenquam pluvia, distillavit in gratia : Vas misericordiae : Uterum divinæ Incarnationis, cum aliis titulis sexcentis.

Deiparam Virginem saepe suis orationibus requiebat, et, ut se per omnia adjuvaret, suppliciter petebat dicens in alia: « Maria, obsecro te per gratiam, qua se Deus esse tecum et te voluit esse secum, fac, propter ipsam secundum eamdem ipsam gratiam, misericordiam tuam mecum, fac ut amor tui semper sit mecum, et cura mei semper sit tecum. Fac ut clamor necessitatis meæ, quando ipso persistit, sit tecum, et respectus pietatis tuæ, quandiu ego subsisto, sit mecum. Fac ut congratulatio beatitudinis tuæ semper sit mecum, et passio misericordiae meæ, quantum mihi expedit, sit tecum. Doce cor meum qua reverentia te debeat cogitare: dic et da animæ meæ quo affectu, te memorando, ex te delectetur, delectando jucundetur, jucundando impinguetur. Impingua et succende eam tui dilectione: Tui continuo amore laugueat cor ineum, liquefiat anima mea, deficiat caro mea. Utinam sic viscera animæ meæ dulci fervore tuæ dilectionis exardescant, ut viscera carnis meæ exarescant! Utinam sic intima spiritus mei dulcedine tui effecta impinguentur, ut medullæ corporis mei

exsiccentur. Domina, Mater Domini mei, si ego non sum dignus, qui sic debeam tui amore beatificari, certe tu non es indigna, quæ sic, imo amplius, debas amari. Ergo, benignissima, ne sic deneges mihi petenti id quo me confiteor indignum, ut offeratur tibi id quo certe te negare non potes dignam. Da itaque, piissima, da, obsecro, supplicantis animæ meæ non propter meritum meum, sed propter meritum tuum; da illi, quanto digna est, amorem tuum. Si enim non vis dare, ut habeam, quod desidero, saltem noli negare, ut reddam tibi, quod debo. » Sic ille.

Aiebat non magni ponderis esse omne id quod dignitati, aut honori B. Virginis humana laude defertur, si meritis illius et insignibus comparetur. Aiebat nihil Dominicæ nostræ æquale, nihil comparabile esse: omne enim quod est, aut supra eam, aut sub eam esse: quod supra eam est, solum Deum esse, quod infra eam, omne quod Deus non est.

Aiebat B. Virginem magis propter peccatores quam propter justos factam esse Dei Matrem: et fieri non posse ex memoria laudis B. Virginis salutem non provenire peccatorum, cum ejus iterus factus esset via ad sanandum peccatores venienti Salvatori. Aiebat indecens esse de beata Matre Dei quid dubitabile in laudem ejus recitari, cum ea quæ incunctanter de illa vera existunt, tanta laudis materia sint referta, ut quicunque in laudando eam morari desiderat, necesse sit, ut facultas ejus magnitudini rei et veritati succumbat. Aiebat eum, qui in dilectionis B. Virginis suavitatem transit, nullo pacto diffidendum in retributionis ejus participium esse transiturum: illumque, cui concessum fuerit saepe dulci studio posse cogitare de illa, magnum promerendæ salutis indicium possidere. Aiebat nihil utilius, post Deum, memoria Matris ejus, nihil salubrius meditatione pii amoris, quo seruebat in memoria et contemplatione Filii sui, nihil jucundius sapore pertractati gaudii ejus, quo multipliciter pascebatur in eodem, et per eundem Filium suum. Aiebat velociorem esse nonnunquam salutem memorato nomine Mariæ, quam invocato nomine Domini Jesu unici Filii sui; et id quidem non ideo quod ipsa major et potentior co sit (nec enim ipse magnus, et potens per eam, sed illa per ipsum), sed quia Filius ejus Dominus est et Index omnium, discernens merita singulorum, Maria vero Mater misericordiae, enjus merita intercedunt, ut qui nou meretur, exaudiatur.

Aiebat Deipara Virgine tacente nullum sanctum orare, nullum juvare: ea autem orante, omnes orare, omnes juvare. Aiebat denique, quod sicut omnis a beatissima Virgine aversus, et ab ea despctus, necesse erat ut interiret, ita omnis ad eam conversus, et ab ea respectus, impossibile erat ut periret.

Immortalitatis stola indutus est Anselmus, Deiparae Virginis amator servens et laudator præcipuus,

anno orbis per Christum redempti 1109, aetatis 76, ejus pias ac doctas de Deipara Virgine lucubrations in Bibliotheca Mariana enumeravi.

§ LXII. — *De Auselmo, antistite Moguntino.*

Anselmus Casimirus Wasibol ab Umbstat, Germanus, archiepiscopus Moguntinus, vir inter multa, quae in eo nituerunt, animi decora, ardentissimo Mariani honoris zelo admodum conspicuus, inter alia affectus sui erga Deiparam Virginem monumenta, scripsit ad Urbanum VIII, Pont. Max.: *Pro decisione controversiae illibatae Conceptionis ejusdem Deipare Virginis Epistolam uiam, pietate sua et posteriorum recordatione dignissimam.* Cetera me fugiant. Clarebat anno Dominicæ Incarnationis 1625, ut dixi in Bibliotheca Mariana parte, 1.

§ LXIII. — *De Antipatro, antistite Bostreno.*

Antipater Bostrensis episcopus, ejus meminit secunda synodus Nicæna, act. 4, natione Græcus, observantiae suæ erga beatam Virginem Mariam egregium documentum dedit, scribendo, ut alibi, nempe in Bibliotheca Mariana, part. 1, ex Possevino observatum fuit, in Salutationem angelicam, sive Annunciationem ejusdem B. Virginis homiliam insiguum, quæ, si Deus dederit, una cum Bibliotheca magna Mariana, quam paro, integra aliquando proficeretur in lucem.

In ea Antipater ad illa verba: *Ave, gratia plena; Dominus tecum:* in hunc modum loquitur: « Ave, quæ prima, et sola paris Infantem liberum ab execratione. Ave, quæ in mundo paris vitæ occasionem. Ave, quæ es incorrupta, sed non es expers prolis. Ave, quæ satu caruisti, sed non fructu. Ave, quæ partus dolores exspectas, qui te minime invadent. Ave, quæ tuo primo parenti Adamo exhibes defensorem. Ave, quæ fers sine dolore naturæ creatæ fundamentum. Ave, quæ citra laborem intercedis inter mortalitatem et divinitatem. Ave, quæ paris Deum non nudum, et hominem non solum hominem. » Et ad illa verba: *Benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui,* inter alia inquit: « Tu es benedicta, quæ execrationis portas solutionem. Tu es benedicta, quæ portas donum sapientiæ. Tu es benedicta, quæ eum gestas in utero, qui ambulavit in paradiſo. Tu es benedicta, cuius sanctum templum fuit venter. Benedictus fructus ventris tui, ex quo cum comedenter Adam, vincet inimicum. Benedictus qui fuit mundi cibus et amictus. » Sic ille. Floruit circa annum partus virginei 780.

§ LXIV. — *De Antonino, antistite Florentino.*

Sanctus Antoninus, ex ordine Prædicatorum, archiepiscopus Florentinus, quantus, et quam dulcis gloriæ Virginis Dei Matris extiterit amator et laudum prædicator, ejus scripta testantur. In iis, inter alios sere innumeros honoris titulos, Deiparam appellat Medicum, quam sapientissimus Deus, præsciens nos habituros continuum certamen cum dæmonibus, et sæpe ab iis vulneribus peccatorum dñmificari, concepit in mente sua, et dispositus

mundo mittere, ut contra vulnus superbiae poneret ipsa exemplo vitæ sue ligaturam, seu emplastrum humilitatis ad curandam; contra vulnus avaritiæ emplastrum liberalitatis, contra vulnus luxuriæ remedium castitatis, etc. Necnon Sacerdotissimam justitiae, quæ proprio Filio suo non peperit, sed stetit juxta crucem Jesu, non ut mortem Filii aspiceret, non ut dolorem Filii consideraret, sed ut salutem generis humani expectaret, parata ipsa offerre Deo Filium pro salvatione mundi.

Præter cætera erga beatam Virginem Mariam obsequia, quotidie ejus Horas ac Litanias recitabat. Florentino eidam egenti, multarumque nubilium filiarum patri, auctor fuit, ut Annuntiatæ Virginis templum, non in civitate Florentia modo, sed in universa etiam Italia notissimum, opem a Deipara petiturus frequentaret; fecit ille, quod monebatur, et, ante lucem vigilando, fanum non minus pie quam diligenter invisit. Quadam autem die homunciones duos oculis captos in ipso sacri templi aditu de emendato lnero certantes ac colloquentes audiuit. Eratque scitu jucunda contentio, uter vinceret copia ac felicitate colligendi. Alter in ea pallioli sordidi latebra, aversoque fundo, quo obnubil caput solet interdum a viatore ventum, aut pluviam defendantे (euculli monachorum quamdam habet res ea speciem ac figuram), ducentos nummos aureos se assuisse gloriabatur. Succinebat alter in capitulo sese trecentos condidisse. Haec inops ille civis Antonino ridens dolensque renuntiat. Is corrogatores plane cæcos, et mendicitatis nomine improbos fraudatores ad se accersitos vehementer objurgavit, quod indigentiae simulatione, venditationeque fœdissima veris pauperibus misericordiam abstulissent. Itaque ipsis consentientibus, et culpam fatentibus S. Præsulis arbitrio commissa res est: qui cum alteri, cui erat collectæ stipis major summa, tringinta, alteri viginti quinque scutata reliquisset, et pro suis habere permisisset, quod erat reliquum ex illo utriusque furtivo thesauro, civi ærumnoso non magis prudenter, quam juste contribuit ad dotem et matrimonia filiarum: divinæque Virginis liberalitas illa fuit, quam Virginem Matremque de Virginis sanctæ consilio bonus ille Pater familias quotidiani et percursionibus et precationibus invocaret. Idem Antoninus medicum, qui Joannes Caenius, congruo nomine, dicebatur, quippe et nefariæ necromantiaæ deditus erat, et, hæretico hausto veneno, in Deiparam Virginem (proh immane scelus!) oblatabat, quamvis reclamantibus in urbe pluriniis, publico damnatum iudicio eremavit. Cujusdam viri, quem Petrum Tonsorem appellatum accepimus, liberi, nocturnis exagitati terroribus, ad varios domus angulos pertrahebantur. Id cum Antoninus rescivit, preces et exorcismos in membranula scriptos in eorum cubiculo puerorum, ad Deipare Virginis imaginem affigi jubet: quo remedio infantuli conqueverunt; cum vero pontifex mali causam inquirens, librum

a patre theologiae imperito imprudenter legi solere compumperisset, in quo bonis ad vulnera curanda remediis (erat vero chirurgus) cantiones, et exciendorum carmina dæmonum miscabantur, librum conjectit in flamas, publico rogo in eum finem exstructo. Libro ardente, et chirurgi inconsiderantiam flammis crepantibus argente, cœlum, quod serenum erat ac lucidum, atris est nubibus obscuratum, illo tamen prorsus exusto, prior cœlo lœtitia redivit. Moriens D. Antoninus illud frequenter iterabat : « Saneta et immaculata virginitas, quibus te laudibus efferam, nescio, » incertum, videturne Deiparam sibi apparentem, quam coluerat amaratque in vita : an lœtus et gaudens, quod ad illum usque diem corpus ab omni libidinis contagione purum integrumque conservasset. Migravit e corpore anno 1459, cuius de Deipara Virgine lucubrations habes in Bibliotheca virginali R. P. F. Petri de Alva, tribus tomis Madriti excusa anno 1648, in folio.

§ LXV. — *De Antonio, antistite Acernensi.*

Antonius de Cucharo, episcopus Acernensis, natione Italus, Deiparae Mariæ, cuius cultui additissimus semper fuit, conatus suos et studia consecravat, Opus nobile, partim abstrusis philosophiae, partim altissimæ theologiae irrefragabilibus assertionibus refertum de ter sancta Virginis Conceptione contextuit, eique titulum dedit *Elucidarium Deiparæ*. Superstes erat anno Verbi Incarnati 1506.

§ LXVI. — *De Antonio, antistite Asturiensi.*

Antonius a Caceres ex sacro Prædicatorum ordine, Asturiensis antistes, luculentum satis suæ pietatis erga B. V. Mariam testimonium dedit, scribendo de Conceptione, Annuntiatione et Purificatione ejusdem B. Virginis conciones pereruditas acpias. Religiose animam exhalavit anno reconciliacionis humanæ 1615, ætatis 65, vi Kal. August. Vid. Bibliothec. nostram Marianam, p. 1.

§ LXVII. — *De Antonio, antistite Carthaginensi.*

Antonius a Treio, ex generali ordinis Seraphici magistro episcopus Caithaginensis, natione Hispanus, pietatem suam erga Deiparam insignissime declaravit, dum anno reparatae salutis 1618, ad Paulum V, Pontif. Max. a Philippo III, Catholico Hispaniarum rege, pro definienda controversia illibatae Conceptionis, orator destinatus, ita præclare hoc munere perfunctus est, ut summam inde summae virtutis laudem apud omnes fuerit adeptus. Exstat legatio Philippi III et IV, Catholicorum regum Hispaniarum ad sanctissimos dominos nostros Paulum V et Gregor. XV, pro definienda controversia Immaculatae Conceptionis, Lugduni evulgata anno 1624, auctore R. P. F. Luca Waddingo, in qua quid tantus præsul tunc temporis pro eaëm Conceptione egerit, apertissime demonstratur. Claret anno a Christi Nativitate 1618.

§ LXVIII. — *De Antonio, antistite Gandensi.*

Antonius Triest, episcopus Gandensis, in quo nobilitas virtutem, et virtus nobilitatem semper red-

didiit illustriorem, inter alia pietatis suæ erga B. Virginem experimenta, imaginem B. Mariæ de Victoria, nunc in parochiali Calloano templo in Belgio celebrem, solemni ritu consecravit, quam e civitate Antuerpiensi usque Calloani summa cum solemnitate et pompa comitatus est. Cum vero in præfato templo de hujus antistitis licentia sodalitas mancipiorum B. Virginis fuisse instituta, ipse primus in eorumdem mancipiorum albo ad hoc præparato nomen suum manu propria inscripsit hoc modo : *Antonius Triest, episcopus Gandensis, mancipium B. V. Mariæ Dominae nostræ.* Omnibus sodalitii hujus sodalibus orationem sodalitatis dicentibus, vel Rosarium, seu parvulam Coronam B. Virginis, auctoritate sua ordinaria viginti dierum indulgentiam in Domino concessit. Item 40 dierum indulgentiam omnibus sodalibus, quo die præfatum templum inviserint. Item 40 dies indulgentiarum iis qui comitarentur imaginem B. M. Virginis de Victoria in processione Calloana circumferendam : atque ad augendam in sanctissimam Virginem et Matrem Christiani populi devotionem, quidquid ex parte sua potuit, libentissime contribuit. Vivebat anno reparatae salutis 1638.

§ LXIX. — *De Antonio, alio antist. Acernensi.*

Antonius Agellius, Italus, Surrentinus, ordinis Clericorum Regularium Theatinorum alumnus, vir veterum scriptorum ac venerandæ antiquitatis Patrum studiosissimus, invitatus et reluctans, a Clemente Vill, Pont. Max. ad Acerneensem cathedram promotus, inter alia obsequii et debitæ observantiae suæ erga Deiparam Virginem testimonia, chartis commisit, a se elaboratum, *In Canticum B. Virginis Magnificat Commentarium.* Vitæ cursum feliciter clausit, anno salutis 1608, ætatis 76.

§ LXX. — *De Antonio, antistite Barensi.*

Antonius de Aggelo, Tarento oriundus, archiepiscopus Barensis in Apulia, inter alia, quibus pietatem suam erga augustissinam Dei Matrem apud posteros testatam esse voluit, ecclesiam Bareensem Marianam supellectili præclara decoravit, amplis prædiis donavit, redditibus auxit, et in eadem sacellum in honorem Deiparae Virginis erexit, in quo post mortem sepeliri voluit. Mortalem vitam reliquit anno 1493, die 22 Januarii.

§ LXXI. — *De Antonio, antistite Granatensi.*

Antonius Calderon, Hispanus, olim apud Salmantenses (ecclesiam et academiam) theologiae publicus professor, Toletanæ Ecclesiæ Hispaniarum, primatis canonicus, serenissimæ dominæ Mariæ Teresiae Hispaniarum infantis magister, et denum ob eximia virtutum merita archiepiscopus Granatensis, sub auspiciis et invocatione immaculatae Conceptionis B. Virginis in hanc lucem editus est. Cum enim Mater ejus imminere partum juxta nataræ leges præsensisset, conferebat se quotidie sub solis occasum in templum Conceptioni sacrum, Virginem deprecatura. Audierat videlicet eam parturientibus, quæ immaculatam Conceptionem invo-

arent, præsentissimam opem ferre. Erat e regione domus ejus collegium societatis Jesu, ubi frequens exomologesi et synaxi operam dabat, et tamen femina, alioquin vagandi inimica, hoc templo propinquiori prætermisso, in ædem Conceptioni sacram longiuscule a domo distantem, pressa licet ventris sarcina, sese proripiebat. Cum igitur quadam nocte in eo templo preees funderet subito partus doloribus correpta est, tam diris, ut pene crediderit se ibi parituram. Sed illis paulisper remissis, implorato Immaculatae auxilio, quam festine domum revertitur, ubi paulo post Antonium in lucem edidit, felicem, enjus nativitas, si non in templo Immaculatae perfecta, tamen cœpta est. Haec simulatque Antonio per ætatem licuit audire et intelligere, agnovit se totum (quidquid erat) Conceptionis Immaculatae esse, utpote cui debebat communis hujus auræ et lucis usuram. Atque aliquando rem secum tacitus considerans, animadvertit diem etiam, quo natus erat, commonere se hujus erga tantum mysterium observantiae et obligationis: is enim fuit octavus mensis Octobris S. Birgittæ natalitio consecratus, quæ inter reliquos cœlites nobilissima et celeberrima Immaculatae Conceptionis revelatione illuminata fuit. Crevit ergo cum eo a teneris unguiculis devotio erga Immaculatam: et cum academia ejus Beatiensis anno 1618, solemnni juramento hujus mysterii defensioni sese obstrinxisset, idem ipse inter magistros et doctores præstítit, librumque rei gestæ, et solemnissimæ pompæ, festivissimique apparatus, quibus academia tunc Conceptionem coluit, scripsit et typis mandavit. Rursus anno 1620 licentia (ita vocant) honorem suscepturus, iterum juravit, et tertio cum ad doctoratum in sacra theologia eodem anno ascenderet. Tunc enim eodem sacramento juxta ejusdem academiæ statutum se obstrinxit in nianibus eminentissimi et reverendissimi domini D. Balthassaris cardinalis de Sandoual, qui ut eum singulari favore prosequeretur, dignatus fuit munus cancellarii subire, et illum propria manu doctorali annulo et sacris insignibus ornare. Deinde cum in alma Salmanticensi academia baccalaureatus honore decoratus fuit, anno 1624, iterum in Conceptionis Immaculatae verba juravit juxta ejusdem universitatis sanctionem. Denique in celebri academia Toletana cum anno 1629, ad licentia graduin ascenderet. Itaque Antonius quinques hoc sacramento se obstrinxit, et fortasse non facile inveniatur, qui toties publico et solemnî ritu in diversis academias Immaculatae Conceptioni nomen dederit. Tot ergo titulis obœratus tanto mysterio, opportuno tempore arma capessens, prodit in prælium, et pro titulo Immaculatae sarto tecto Marianæ Conceptioni servando Opus composuit, cui nihil laudis opus, cum ipsum sibi laus et laurus sit. Prodit Madridi anno 1650, Philippo IV, Hispaniarum et Indianarum regi Catholico dicatum, piorum omnium plausibus exceptum. Porro dum Antonii calamus

pro immaculata Deiparæ Virginis Conceptione ascerenda ulterius felicissime progrediebatur, eum mors invida interruptus anno a Virginali partu 1654, die 24 Januarii.

§ LXXII. — *De Antonio, antistite Grassensi.*

Antonius Godeau, Gallus, et Grassensis in Gallia episcopus, vir non minus melioris litteraturæ eruditio quam eximio in beatissimam Dei Matrem devotionis affectu conspicuus, edidit carmine Gallico *De Assumptione B. Virginis Poema, in III libros divisum.* Necnon *De Oblatione suipsius, suique regni facta a Christianissimo Galliarum rege beatissimæ Virgini Mariæ hymnum unum.* Quæ excusa Parisiis apud viduam Jo. Cainusat, dixi in Bibliotheca Mariana, parte 1. Cætera quæ hic antistes obsequiosæ pietatis ac debitæ observantiae suæ erga Deiparæ testimonia posuit, adhuc me latenter. Clarus habebatur anno salutis 1640.

§ LXXIII. — *De Apollinari, antistite Laodiceno.*

Apollinarius, sive Apollinaris, Laodicenæ Ecclesiæ in Syria episcopus, pro ea qua erga magnam Dei Matrem pietate pollebat, scripsit Graece, ut alibi etiam recensuisse me memini, nempe in Bibliotheca Mariana parte 1, *Metaphrasim super Marianum Canticum, Magnificat.* Floruit anno Domini 565, cui, teste Baronio tom. I *Annal. Ecclesiasticorum,* tribuitur ab eruditis tragœdia illa, quæ sub S. Gregorii Nazianzeni nomine circumfertur, inscripta *Christus Patiens,* pulcherrimis Deiparæ laudibus variegata.

§ LXXIV. — *De Archangelo, antistite Tribunensi.*

Archangelus Gozzeus, natione Dalmata, ordinis Prædicatorum, Tribunæ et Marcanæ episcopus, vir scientia et morum gravitate clarissimus, in testimonium piæ venerationis, qua Deiparam Virginem cœlorum Reginam augustinam prosequebatur, scripsit lingua Illyrica, *De Confraternitate Rosarii B. Virginis librum unum,* et item *De Rosario beatissimæ Virginis Mariæ librum unum.* Cætera non nevimus adhuc. Florebat anno reparatæ salutis 1596.

§ LXXV. — *De Ardingho, antistite Florentino.*

Ardinghus de Trottis, ex canonico et cive Ticinensi a Gregorio IX, anno 1213, episcopus Florentinus creatus, viros septem, ordinis Servorum B. Virginis fundatores, oraculo ejusdem B. Virginis in suam tutelam recepit. Pulla veste habituque, cum Regula S. Augustini, tituloque Servorum sibi a Deipara ostensis, induit, ornavit, atque observare mandavit. Senarii Montis cacumen cum nemore iis primum ad incolendum largitus, quantum potuit re, consilio, et privilegiis prodesse, et quasi obstetrix in sinu fovere et enutrire non destitit. Et quia plura de eo in fundatoribus nostris Marianis, cap. 21, commemoravi, hic supersedeo. Obiit anno salutis 1230.

§ LXXVI. — *De Arnesto, antistite Coloniensi.*

In beatissimæ Virginis cultu laudatissimus fuit serenissimus princeps Arnestus Coloniæ archie-

piscopus, ac sacri Romani imperii elector, pro cuius pura Conceptione ecclesiastico calculo firmanda scripsit ad sanctissimum dominum nostrum Urbanum VIII, epistolam suo in Dei Matrem affectu studioque dignissimam, quam mihi ab eruditissimo viro Bernardo de Toro Hispalensi communicatam in gratiam lectoris apponere non gravabor: sic autem illa habet:

« Beatissime Pater,

« Cogitanti mihi identidem de statu militantis Ecclesiae, et Romani imperii, et quam benignae misericors Deus inter tot et tantas procellas nos conservavit hactenus, et porro conservet, concessis etiam de hostibus fidei tot præclaris victoriis, semper visum fuit totum id deberi intercessioni ac patrocinio beatissimæ Virginis Matris, per quam primum suscepimus misericordiam de manu Dei nostri. Causa rei cum permulta alia indicia, tum vero etiam communis sensus non modo piorum Christifidelium, sed et impiorum haereticorum evidens est testimonium: quorum proinde illi eam, ut optimam Matrem suam aniant, observant, venerantur, isti non aliter atque hostem oderunt, ut triumphaticem aversantur et formidant. Itaque cum semper hæreditarium fuerit nostræ domui, eam tanquam præcipuam ac specialem Patronam suam singulari veneratione prosequi cum Symbolo: *Da mihi virtutem contra hostes tuos!* nunc profecto justum ac rationabile censeo, ut hanc ejus virtutem, tam efficaciter expertus, in ampliorem devotionem ac augstiorem cultum enixe assurgam, et toto corde, atque omnibus viribus conuictar. Porro quid ei retribuere, aut qua significatione gratitudinem meam, aut ipsi Virginis honorificentius, aut universo orbi evidentius, aut piis Christifidelibus gratius contestari possim non invenio, quam si Sanctitati Vestrae cum debita reverentia et submissione supplicem, ut controversiam inter theologos de Immaculata sanctissimæ Virginis Conceptione, non sine scandalo et piorum horrore ac gemitu, tot annis agitatam, auctoritate sibi divinitus concessa terminare, et pro Immaculata Conceptione, cum consueto anathematis fulmine, in contrarium docentes, aut sentientes, sententiam ferre dignetur: quemadmodum pronus cum devoto pedum osculo, quanta possum diligentia et enixa voluntate, supplico per præsentes. Suppliant hanc dubie mecum socii, ac calidis gemitibus in aure Dei sonantibus omnes imperatores, reges, principes Catholicæ, ecclesiastici et sæculares, omnes religiosi ordinis (dempto uno, coquè forte non integro), omnes academizæ, quæ partim hanc sententiam ita receperunt, ut nullum ad gradum theologiae admittant, nisi ante in eam jurarit, partim publice profiterentur ac docent, utriusque sexus Christifideles, qui tot locis dissiti, moribus, studiis, linguis discrepantes, uno sensu, concordi pietate, instinctu utique ejus, qui gentes in unitate fidei congregavit, eam devotionem sic amplexantur, ut contrarium sine gravi-

perhorrentia scandalo et indignatione, audire non sustineant. Postulant merita beatissimæ Virginis, et tot ejus beneficia nobis accumulata: postulat universa curia cœlestis: postulat ipse Christus Deus ac Dominus noster, in quem totum proxime redundat, quod Matri innundatur: postulat, inquam, et quem ipse ante sæcula prælegit, quæ antiquum serpentis caput contereret, eam suus Vicarius potestati ejusdem serpentis nunquam infectam fuisse, ea potestate, quam ipse Matris suæ interventu concessit, definiat: et hanc gloriam sibi (occulto quodam fato) reservatam, ad quam tot antecessores, Sixti, Pii, Pauli, Gregorii, etc. viam straverunt et præmonstraverunt, sed ipsi non pervenerunt, successoribus suis præpiat. Ecclesia tam militans, quam triumphans beneficium agnoscat, et postquam illam diu, salutariter, feliciter gubernarit, ista Vestram Sanctitatem hinc abeuntem gratulabunda, et æternum venerabunda gratissimis acclamationibus excipiet, id quod ex animo opto, ac voveo, Sanctitati Vestrae, me measque ecclesias prævio sanctissimorum pedum osculo humiliiter commendans. Dat. Bonnæ, 21 Februarii 1624. »

Nec alia tanti antistitis ac principis devotionis erga Deiparam Virginem argumenta (licet plurima existant) innotuerunt adhuc.

§ LXXVII. — *De Arnoldo, antistite Trevirensi.*

Arnoldus, episcopus Trevirensis, pro eximio suo erga augustissimam Dei Matrem affectu, monasterium B. Mariae extra muros Bopardenses ex bonorum hominum eleemosynis fundatum promovit, et illi bene prospexit. Mortuus est anno gratiae humano generi collatae 1188.

§ LXXVIII. — *De Arnoldo, antistite Acherontino.*

Arnoldus, archiepiscopus Acherontinus, inter alia Marianæ pietatis, cui indefesso studio incubuit, auctoramenta, basilicam Acherontinam (cujus altitudo, longitudo et latitudo talis est, ut his temporibus in ea regione, atque adjacentibus provinciis primum locum tenere posse videatur) in honorem beatissimæ Virginis Mariæ Assumptæ construendam curavit. Cœlum petiit anno Domini 1101.

§ LXXIX. — *De Arnoldo, antistite Pacensi.*

Arnoldus Albertinus, Majoricensis, Pacensis Ecclesiæ antistes, inter alia, quibus suum erga Deiparam Virginem amorem ac singularem reverentiam testatus est, scripsit ediditque *De Conceptione et Assumptione ejusdem Deiparæ Virginis Assertiones Catholicæ*, quas habes in Bibliotheca Virginiali Petri de Alva tomio III. Vivebat anno salutis 1534.

§ LXXX. — *De Arnulpho, antistite Suessionensi.*

Arnulphus, Suessionensis antistes, cum Deiparam Virginem ex intimo cordis affectu per totum vitæ mortalis spatium dilexisset, ei morituro adfuit Domina nostra, vera misericordiæ Mater, multis stipata sanctarum virginum agminibus, benignissima voce cum certiore efficiens de anima ejus

inter Assumptionis suæ gaudia in cœlum transference. Vicesimo et primo die ægrotationis suæ, qui erat Sabbati dies, et vigilia Assumptionis gloriose Dominae nostræ, Ævi Genitricis semperque virginis Mariæ, vocatis ad se discipulis cum ecclesiæ vicinæ clericis, sacro oleo voluit inungi, dans confessionem coram omnibus, et omnium preces humiliter expetens. Ait autem ad illos : « Cras de Resurrectione Domini gaudium erit in cœlis, et de assumpta Regina mundi lætitia sanctis angelis duplicabitur, Christo largiente, tertia quoque materia aderit, unde gaudia illa triplicantur. Itaque prohibeo vobis ne die crastino mibi sepulerum fodiatis, sed in secundam feriam id differatis : ita enim cœlitus definitum est, ut in die S. Arnulphi, Metensis episcopi, hujus peccatoris Arnulphi corpus terræ reddatur. » Multa proinde prædictit, tam de regni statu, quam de episcoporum et principum casibus futuris, quæ omnia etiam ita evenerunt. Sub horam autem vespertinam corpus et sanguinem Domini nostri Jesu Christi summa cum devotione percepit, omnibusque bene precatus, orabat, ut sibi quoque omnes parentur bene, siveque ad requiem aspirans, sanctæ crucis signo se consignavit, et ipso Dominicæ noctis ingressu, de lectulo se subrigens, in pavimento cinere et cilicio strato feliciter obdormivit, et in regionem vivorum Domino coniungendus ingressus est 18 Kalend. Septembri, anno Christi 1087.

§ LXXXI.— *De Aspreno, antistite Neapolitano.*

Sanctus Asprenus, civis Neapolitanus, primusque ejusdem civitatis antistes a S. Petro apostolorum Principe institutus, construxit domunculam, sive cellulam cum oratorio et altari, in quo (ut fertur) beatissimæ Virginis imaginem Christum puerum in ulnis habentem pingi curavit; quod postea S. Mariæ de Principio oratorium dictum fuit, eo quod B. Virginis effigies ibi priusquam alibi in ejusdem urbis, vel in aliis fortasse locis, imo in cæteris Italiae partibus depicta esset. In ea autem cellula atque oratorio S. Asprenus, dum vixit, cœlestem atque religiosam vitam duxit, tandemque, ingravescente ætate, ad supernam patriam migravit Neapoli, die 5 Augusti, anno a Christo nato 77.

§ LXXXII.— *De Athanasio, antistite Alexandrino.*

Sanctus Athanasius, archiepiscopus Alexandrinus, vir omnigena scientia madidus, ac disciplinis theologicis innutritus, cuius labore ecclesiastica area a prope infinitis errorum paleis purgata est, beatissimæ Virginis toto pectore deditus et additus, illius honorem adversus impios præclare defendit, ejusque laudes orthodoxorum memoriae luculenta oratione transmisit. Hæc enim, ut ex ipsius scriptis patet, est aula virginalis, quam Dominus noster Jesus Christus in terris habitare contentus fuit : hæc est Virgo sanctissima, in cuius utero conceptus gestatusque est Rex cœlestis : hæc est Thronus Christi Pontificis in Eccle-

sia speluncæ Bethleemiticæ : hæc est Virgo incorrupta, atque ab omni labe pura : hæc est Claustrum virginale omni ex parte purum atque impollutum, in quo divinus Thesaurus repositus fuit : hæc est Cœlum secundum nunquam coquinatum : hæc est Vas Dei capax nunquam coquaculum : hæc est Petra e montis vertice absissa, quæ meminam sugendam dedit Petræ illi spiritali, quæ mentis lumine comprehenditur. Hæc est Tabernaculum ab Altissimo sanctificatum : hæc Regina et Domina et Deipara proprie, quandoquidem ipse Rex est, qui natus est ex ea, idemque Dominus et Deus : hæc est Eva nova variegata, permanens ad primitias vitae immortalis omnium viventium : hæc est Parens nostra secundum generis, prosapiaque rationem : hæc est Retributrix magnorum donorum pro exiguis, ex divitiis suarum gratiarum. Hæc est Mater vitae, regeneratrix, Domina nostra gratiosa, Regina nostra, Hera nostra, Area sanctuarii. Hæc est Fundamentum Incarnationis, Homo vere et Soror nostra, eo quod omnes liberi sumus ex Adamo procreati. Hæc est Virgo casta ante partum, in partu et post partum. Hæc est Dominus sanctissima, quæ per vitream aurium fenestram radium divinum ex Sole iustitiae Patre sine læsione aliqua recepit et emisit. Hæc est Concha, sive Pinna, Genitrix pretiosissimæ Margaritæ, nempe Christi. Hæc est Terra sanctissima, ex qua Deus sanctissimam carnem sine pollutione induit. Hæc est Virgo sancta, in quam adveniens Verbum in Spiritu finxit et concinnavit sibi corpus, volens consociare et offerre per se creaturam Patri, et reconciliare, omnia in se pacificans, quæ in cœlis sunt et in terra. Hæc est sanctissima, Immaculata Domina nostra Deipara et semper Virgo, ex qua unus, et vivificæ Trinitatis Deus Verbum, et Dei Filius Dominus noster Jesus Christus, propter salutem nostram ultimis diebus humanam naturam assumpsit. Hæc est Virgo illibata impolluta et viri nescia. Hæc est Terra roris et illatorata, ex qua Verbum carnem, ut Aaron vestem talarem assumpsit, ut jam habens, quod offerret, ipse Pontifex seipsum Patri in victimam daret, et omnes suo sanguine a peccatis ablueret, et a mortuis excitaret. Hæc denique, ne in infinitum abeam, est Mons, qui Deo placuit ad inhabitandum in eo, Mons opacus et densus, ex quo venit Sanctus, Mons Sion, in quo habitavit Dominus noster Jesus Christus, Mons, quia quemadmodum illi qui campo oberrantes, et calore æstuant, si montem subeant, velut rore conspersi in umbra subter arbores montis, vel aqua sedant æstum flammæ ; ad eundem modum hominibus quoque facta est sancta Virgo, quæ, rore quodam sui partus animas hominum æstu peccati confessas, in vitam revocavit, et in umbram alarum Filij sui fovit.

In Hispania apud antiquum cœnobium, quod vulgo dicitur Vallis vinarum, in termino Calagu-

ritanæ diœcesis, hodie Valvanera B. Mariae Virginis admiranda conspicitur imago, apud quam (ut inconcussa traditio est) S. Athanasius Alexandrinæ ecclesiæ antistes, dum furorem Arianorum effugeret, diversatus, illius vallis speluncas habitavit, ideoque in ejus cœnobio singularis, fūt patroni, devotio conservatur: fere enim in omnibus privilegiis, gratiis et indulgentiis, quibus hanc domum summi Pontifices ornarunt, asseritur illa eos concedere, in honorem beatæ Mariæ et S. Athanasii doctoris Magni, qui in illa habitavit domo.

In cœlum migravit eximus Deiparae Virginis encomiastes anno Domini 379, 6 Nonas Maii. De ejus ingenii monumentis ad magnam Dei Matrem pertinentibus egi in Bibliotheca Mariana parte I.

§ LXXXIII. — *De Attico, antistite Constantinopolitano.*

Atticus, Constantinopolitanus episcopus, inter alias pietatis suæ erga Deiparam testificationes, ad reginas filias imperatoris Arcadii librum scripsit de virginitate et de fide quæ duæ virtutes, ut germanæ sorores, multis se officiis amplexantur: nam fidei Christianæ sua est integritas, flosque virgineus, quem violant, qui labuntur in haeresim. Opus valde egregium, in quo, dogma Nestorii præveniens, impugnavit, et Deiparam antequam hæretico gladio peteretur, libri præclari, tanquam firmi scuti, defendit oppositu. Vixit anno Domini 420.

§ LXXXIV. — *De Audoeno, antistite Rhomagensi.*

Sanctus Audoenus, Rhomagenus antistes, singulari animi devotione erga magnam Dei Matrem affectus, inter alia monasteria et templa, quæ per omnes Franciæ provincias, partim a fundamentis condidit, partim superiorum Pontificum incuria neglecta restituit, sanctæ Dei Genitricis cœnobium ad Matronam fluvium in saltu Jotrensi ædificavit, copiosisque censibus fulsit. Idem, cum primariam suæ sedis ecclesiam, et quasi Matrem cæterarum præ omnibus, qui ante se erant, episcopis opibus thesaurisque ditavisset, inter alia templi ornamenta lectum ex solido auro in honorem perpetuae Virginis et Dei Matris apposuit, cuius pulchritudo oñnum oculos capiebat. Claruit anno salutis 672.

§ LXXXV. — *De Audomaro, antistite Morinensi.*

Sanctus Audomarus, episcopus Morinensis in Sithiu, pro incredibili suo erga augustissimam Dei Matrem affectu egregium templum in honorem D. V. exstruxit, in quo et humatus est, prout ipse S. Bertino mandaverat. Claruit circa annum Dominicæ Incarnationis 640.

§ LXXXVI. — *De Aufrido, antistite Trajectensi.*

Sanctus Aufridus ex comite Lavoniensi episcopus Trajectensis, cum Deiparam Virginem sincero cordis prosequeretur affectu, venerabile collegium orliiis Sancti Benedicti supra montem sanctum in honorem sanctæ Dei Genitricis Mariæ construxit,

in quo sacræ religionis habitum accepit, et ad perennem vitæ suæ terminum devotissime perduavit. Idem, de consilio et licentia venerabilis Notgeri episcopi, fundavit cœnobium sanctimonialium beatæ Mariæ in Villa Turnæ, in quo suam ante episcopatum conjugem, sanctam videlicet Hilsuindem, constituit, in eoque filia eorum, S. Benedicta, primo regimen animarum sub regula S. Benedicti suscepit. Idemque, eodem S. Notgero episcopo agente, in honorem sanctæ Mariæ Virginis comitatum suum Leodiensi Ecclesiæ dimisit. Obiit plenus virtutibus anno salutis millesimo octavo.

§ LXXXVII. — *De Augustino, antistite Hipponeensi.*

Sanctus Augustinus, Hipponeensis Ecclesiæ in Africa antistes, quanto beatissimam Virginem Dei Matrem devotionis prosequeretur affectu, late ostendi in fundatoribus marianis Romæ editis anno 1643, cap. 4, quo lectorem r uando.

§ LXXXVIII. — *De Augustino, antistite Isolanensi.*

Augustinus Falivernia Gephonensis Salernitanus, episcopus primum Capreensis, deinde Isolanensis designatus, affectum suum erga B. V. Reginam cœlorum gloriosam abunde declaravit, scribendo, ut ex Chronico ordinis Servorum refert in suo Apparatu Possevinus, complura opuscula carmine in laudem ejusdem B. V. Mariæ. Clarebat circa annum Dominicæ Nativitatis 1534, ut dixi in Bibliotheca Mariana parte I.

§ LXXXIX. — *De Augustino, antistite Nebiensi.*

Augustinus Justinianus, Patricius Genvensis, ex Ordine Prædicatorum episcopus Nebiensis, inter cætera suæ devotionis erga Deiparam Virginem monumenta, ecclesiam cathedralem Nebensem, sub invocatione B. Mariæ Virginis Assumptæ reparavit et ornavit, ac pro ministrorum usu aedes ædificavit, ut cultui B. Virginis hi essent promptiores. Cœlum petiit anno salutis 1555, ætatis 65.

§ XC. — *De Augustino, antistite Conversano.*

Augustinus Ferentillus, nobilis Interamnensis, ob præclaras animi dotes ab Urbano VIII, Pontif. Max. Conversanæ urbis in regno Neapolitano episcopus creatus, augustissimam Dei Matris Virginis Mariæ cliens eximus, ejusque cultui obsequioque penitissime addictus, præter Officium divinum, Marianum quoque quotidie recitabat. In honorem sanctissimæ Dei Genitricis, quam sibi ab ipsa infantia in singularem Advocatam elegerat, in omnibus festivitatibus ejus pervigiliis, et singulis totius anni Sabbatis eidem dicatis jejuniis servabat. Scapulare B. Virginis Carmelitanæ pie gestavit, et juxta confraternitatis hujus leges quolibet die Mercurii a carnibus abstinuit. Licet in cathedrali sua ecclesia, quæ Mariæ in cœlum assumptæ dictata est, ac in tota sua diœcesi omnes Deiparae festivitates cum omni solemnitate celebraret, singulari tamen spiritus fervore celebrare solitus fuit festum sanctissimæ Conceptionis. Cujus mysterium a Ferentilla familia sua sacellis, atque aliis pien-

tissimi affectus significationibus, propensissimo cultu semper honoratum, ut suorum populorum cordi magis esset infixum, ac memorie tenacius conservaretur impressum, non sine magno animarum fructu, et patenti Marianæ pietatis incremento, modum adinvenit, quo dictum mysterium, nullo puncto temporis intermisso assidua veneratione honoraretur. Schedulas enim impressas omnibus, tam ecclesiasticis quam laicis, erga Immaculatam B. Virginis Conceptionem propensis distribui curavit, quibus unicue tam diu quam noctu, hora ad orationem in ejusdem Immaculatae Conceptionis cultum peragendam assignabatur. Et si quis juste impeditus hujusmodi orationis horam, sibi in schedulis præscriptam persolvere non valeret, alium suo loco ad hoc munus substituere tenebatur, ut hoc pacto ne momentum quidem temporis sine hujus mysterii cultu ac celebratione elaberetur. Natus cœlo est, ut speramus, eo die, quo augustissima Dei Mater Maria, quam adeo impense coluit, nata est in terris, die scilicet 8 Septembbris anni 1641, ætatis 33, et dum pro ejus extreme ægrotantis incolumitate moniales Cappuccinæ monasterii SS. Cosmæ et Damiani urbis Conversanæ, simul congregatae, ante imaginem B. Virginis a Gratiis appellatam, et miraculis inelytam orationes funderent; earum una, præstantissimæ virtutis et admirandæ pietatis habita, in mentis excessum elevata, omnibus audientibus, non semel exclamavit: Augustinum præsulem jam cœlo fructum esse maturum, et Dei voluntatem in illo esse adimplendam. Fuit Augustinus iste germanus frater illustrissimi ac reverendissimi domini, D. Joannis

Francisci Ferentilli utriusque signaturæ referendarii, viri in Romana curia celeberrimi, et multis mihi titulis colendissimi, qui præter alia præclaræ virtutum merita, atque animi dotes minime vulgares, profusa in sanctissimam Virginem devotione insignis, et ob ardentissimum in Mariam Deiparam affectum totus atque ex integro Marianus, adeo in augustissimam cœli Reginam semper et ubique Immaculatam, venerabundo teneroque corde liquescit, ut eum in magnæ Dei Matris obsequiis amorphusque non solum multorum Catholicorum præsulum præstantiam æquare, sed etiam longo intervallo superare non ambigam.

§ XCI. — *De Augustino, antistite Isolanensi.*

Augustinus Falivernia, Gephonensis, Salernitanus nuncupatus, ord. Servorum B. M. Virginis alumnus, ob morum integratatem, doctrinæ præstantiam, prudentiaæque excellentiam prius Capreensis, deinde Isolanensis episcopus creatus, cordis sui affectum erga Deiparam Virginem apud posteros testatum fecit, scribendo inter alia, *complura opuscula carmine in ejusdem Deiparae Virginis laudem.* Clarebat circa annum Dominicæ Nativitatis 1554.

§ XCII. — *De Avito, antistite Claromontano.*

Sanctus Avitus, Claromontanus episcopus in Arvernia pro eximia sua erga Deiparam Virginem religione, templum catholale, cui Nostræ Dominæ a Portu nomen est, a fundamentis erexit eidemque coronidem imposuit. Obiit anno 594 decimus octavus ejus loci episcopus, in numerum sanctorum relatus cum aliis 29 ejusdem diœcesis antistitibus.

CAPUT II.

De Bacchyllo Messanensi, Balduino Cantuariensi, Baptista Pennensi, Baptista Rhegiensi, Barbato Beneventano, Bartholomæo Constantinopolitano, Bartholomæo Laudunensi, Bartholomæo Coronensi, Basilio Cæsariensi, Basilio Seleuciensi, Bennone Metensi, Berardo Barensi, Bernardino Nazareno, Bernardo Anglonensi, Bernardo Calenensi, Bernardo Montis Albani, Bernardo Toletano, Bernardo Tholosano, Bisantio Barensi, Blasio Tribunensi, Bodone Tullensi, Bogumilo Gnesnensi, Bonifacio Ferentino, Bonifacio Lausanensis, Bonifacio Moguntino, Bonito Arverno, Brinolpho Scarensi, Britio Martulensi, Brunone Herbipolensi, Brunoni Hildesiano, Brunone Signensi, Burchardo Constantiensi, ac Burchardo Herbipolensi Antistitibus.

§ I. — *De Bacchyllo, antistite Messanensi.*

Sanctus Bacchylus, primus Messanensium et Siciliæ episcopus, a S. Paulo circa annum Domini 42 ordinatus, eique a se fundatae Ecclesiae præpositus, jure inter Marianos antistites debet annumerari. Is enim una cum populo Messanensi, misit certos homines ad viventem tunc temporis Dei Matrem (ad quam erat frequens fideliū peregrinatio), illius benedictionem protectionemque expostulaturos: acceptæ fidei formulam de more apostolico primum Petro Antiochiae commoranti, tanquam Ecclesiae capiti, deinde Hierosolymis Dei Matri, cui in omnibus ab apostolis deferebatur præeverentia, offerant, ab eaque amantem dulcem-

que, ut illam vocat Dexter in Chronico, epistolam recipiunt, de qua Messanenses maxime gloriantur. Unde apud illos imago vetustissima Deiparae Virginis, que a S. Luca depicta creditur, Ecclesiae protometropolitanae a Literio, corrupto a Litteris Virginis vocabulo, nuncupatur. Bacchyllo post S. Paulum urbs Messana suam erga sanctissimam Dei Matrem insitam ab incunabulis sibi alem pietatem agnoscit, ac ejusdem sanctissime Dei Matris erga se singularem protectionem clarissimis miraculis comprobatam. Hujus sancti viri memoria celebratur Messanæ die 15 Januarii ex Octavio Catetano in fastis sanctorum Siciliæ.

§ II. — *De Balduino, antistite Cantuariensi.*

Balduinus Devonius, ex abate Fordensi ordinis Cisterciensis praesul Vigoroviensis, et tandem archiepiscopus Cantuariensis et totius Angliae primas, natione Anglus, Deiparæ Virgini toto pectore dedicatus et addictus, inter alia studii sui in illam specimina, scripsit, ut ex Chrysostomo Henriquez in Fasciculo sanctissimi Ordin. Cistec. lib. ii, dist. 10, cap. 21 alias memoravimus : *De angeli nuntio ad B. Virginem librum unum.* Diem vitæ clausit extreum anno communis salutis 1193.

§ III. — *De Baptista, antistite Pennensi.*

Baptista Valentinus Cantalicius Sabinus, ex canonico S. Mariæ in Via Lata de urbe Peunensis atque Hadrianiensis episcopus, ut erat beatissimæ Virginis cultui mira devotione addictus, inter alia devotionis suæ in illam specimina, scripsit Italice, *Expositionem in Officium ejusdem beatissimæ Virginis.* Decessit anno salutis 1514, ut in sua Italia sacra testatur vir eruditissimus D. Ferdinandus Ughellus.

§ IV. — *De Baptista, antistite Rheiensi.*

Baptista Pallavicinus Parmensis, ex archidiacono Taurinensi creatus episcopus Rheiensis, inter alia pietatis testimonia, quibus affectum suum erga Deiparam luculenter expressit, scripsit *De ejusdem Deiparæ laudibus carmina varia*, quæ cum aliis ejus operibus impressa Viennæ Austriae, testatur Epitome Gesneriana. Vitam pretiosa Justorum morte conclusit, anno Dominicæ Nativitatis 1466.

§ V. — *De Barbato, antistite Beneventano.*

Sanctus Barbatus, episcopus Beneventanus, cum esset beatissimæ Virginis devotissimus, ejus præsertim auxilio, primum gentilitatis ritum denuo Beneventi pullulantem extirpavit, hac occasione. Num Constantius, Constantinus dictus, imperator Constantinopolitanus, anno Domini 663, Apulia pene universa depopulata, Luceriaque solo æquata, Beneventum omnibus suis copiis obsideret : Barbatus lacrymis civium, miserrimo patriæ aspectu, et Romualdi ducis tunc Beneventi regnantis precebus ac dolore commotus, idolorum cultum, seequaeraque omnia clam palamque concionando detestans, libertatem duci, urbi, omnibusque promisit, si relicta vitæ pravitate ad Deum toto animo redirent. Statim ii ferro ac flammæ hostium devoti sanctimoniam maximo cordis affectu sancto viro polliciti sunt. Hoc inito pacto, Deum S. Barbatus ita assidua oratione exoravit, ut Romualdo duci cum omnibus civibus ad mœnia ducto sanctissimam Dei Mætrem pro Benevento contra hostes pugnantem, elaro' aspectu apertisque oculis demonstrarit. Qua visione Romualdus, ac Beneventani prius animo prostrati, idololatriam omnino abnegantes, ea fortitudine ac magnanimitate sunt muniti, ut brevi obsidione sublata hostes profligant, suosque ac patriam in antiqua libertate ac pace collocarint, ope divina potius, quam humana.

Obdormivit in Domino miraculis illustris sanctus

Barbatus, anno salutis 689, die 9 Februarii.

§ VI. — *De Bartholomæo, antistite Constantino-politano.*

Bartholomæus Falarius Venetus, patriarcha Constantinopolitanus, inter alia plurima (quæ mihi adhuc ignota doleo) devotionis suæ erga Deiparam Virginem Mariam argumenta, scripsit, ut in Marianæ Bibliotheca, parte prima, recensuimus, *De meritis sanctissimæ et Immaculatae Virginis librum unum.* Enitebat anno a Virginali partu 1296.

§ VII. — *De Bartholomæo, antistite Laudunensi.*

Bartholomæus, episcopus Laudunensis, vacanti Laudunensi cathedralè per Radolphum Remorum archipræsulem datus antistes, inter alia pietatis suæ erga Deiparam specimina, Feretri B. Mariæ Laudunensis ecclesiam, diabolo stimulante, militum quorumdam nequitia, igne supposito concrematam, ingenti studio indefessaque opera ac industria, miraculis innumeris ad cirenumductum Feretrum coruscantibus, in pristinam evexit ac restituit dignitatem. Claruit anno Domini 1113.

§ VIII. — *De Bartholomæo, antistite Coronensi.*

Bartholomæus Lapacius, de Ubertinis, Italus, Florentinus, sacri Ordinis Prædicatorum alumnus, ob incredibilem sui prudentialiam, et vitæ candorem factus episcopus Argoleensis, deinde Coronensis, in Florentino concilio clarus, inter alias quas reliquit, Marianæ pietatis tesseras, edidit *Conciones festorum Deiparæ.* Ad meliorem vitam transit, anno Christi 1466, die 21 Maii.

§ IX. — *De Basilio, antistite Cæsariensi.*

Sanctus Basilius, re et cognomine Magnus, Cæsariensis archiepiscopus, natione Cappadox, quam eximie in omni vita Deiparam coluerit et laudaverit, dixi in *Fundatoribus Marianis* cap. 2, per totum quo lectorem amandatum volo.

§ X. — *De Basilio, antistite Seleuciensi.*

Sanctus Basilius Seleucie episcopus, sive archiepiscopus, quo studio Deiparam prosequeretur, sat manifestum appetat ex luculentissima illa oratione, sermone Græco in ejusdem Annuntiationem scripta, quæ ex bibliotheca Andreæ Scoti a Claudio Dasqueio Audomario soc. Jesu theologo latinitate donata exstat in tom. V. Bibliothecæ Magnæ Veterum Patrum part. iii. In hac enim oratione Deiparam appellat : Materiam copiosam præconiorum : Thalamum Virginum : Virginem et Deiparam, ex qua natus omnium Conditor et Dominus in naturæ humanæ communicationem venit : Paradisum florentissimum virginitatis, in quo lignum vitæ satum produxit fructus omnibus salutares : Sequestram Dei hominumqne constitutam, ut iniunctiarum parietes intergerini convellantr, et cœlestia terrenaque in unum coeant : Templum vere Deo dignum, castitatis aromatibus bene odoratum, a magno Pontifice, qui secundum ordinem Melchisdech sine matre est ac sine patre inhabitat : Matrem sanctam Domini totius universi :

Vas non aureæ instar arce, quæ manna cepit, sed cœlestem panem alvo comprehendens, et (ne longior sim) Virginem sanctissimam, de qua qui cum laude graviterque dixerit, non ille quidem a veritate aberrabit, sed pro merito haud fecerit satis. Legendus est in oratione de Adamo, et in oratione super illud Matthæi xv : *Dic ut sedeant hi duo filii mei* : ubi eamdem Deiparam nuncupat Puellam innuptam, quæ Sponsum generavit immortalem, Virginemque, quæ nixum tulit, non a natura ortum, sed a gratia, et partu dispensationis, non consuetudinis.

Vixit sancto Joanne Chrysostomo æqualis, circa annum Domini 406.

§ XI. — *De Bennone, antistite Metensi.*

Sanctus Benno ex regia principum Burgundiæ stirpe, canonicus Argentinensis, secundus eremi Deiparae Matris in Helvetia incola, et postea Metensis episcopus, quæcumque a parentibus accepserat Mariano ejusdem eremi sacello et monasterio instaurando contulit, suoque exemplo plures amicos et familiares ad eremum incolendum et frequentandum simulque ad Virginem Deiparam honorandam et laudandam invitavit ac perduxit. A Metensibus, quia eorum scelera redarguebat, insidiis appetitus, et lumiibus privatus, tanta injuria et calamitate animo handquaquam destitutus, rursus in eremum Deiparae Matris, quam ægre deseruerat, et quam semper pectore infixam secum circumtulerat, perduci se curavit, in eaque insigni innocentia patientiaque, quidquid vitae fuit reliquum, peregit. Ibi vita solitus beatorum ad auxit numerum anno nonagesimo quadragesimo tertio nonas Augusti, ante sacellum Deiparae Virginis multis lacrymis sepultus.

§ XII. — *De Berardo, antistite Barensi.*

Berardus de Costaca, Barensis Ecclesie in Apulia archiepiscopus, deinde archiepiscopus Panormitanus, inter alia pietatis sue erga augustissimam Dei Matrem documenta, in cathedrali ecclesia Barensi consecravit altare, quod vocant S. Mariæ de Augusto, illudque plurimis donis et possessionibus ditavit, cum obligatione, ut quolibet die Sabbati in perpetuum Missa de beata Virgine super ipsum altare celebraretur. Obiit anno Domini 1252, 6 Idus Septembri.

§ XIII. — *De Bernardino, antistite Nazareno.*

Bernardinus de Frigieora, Hispanus, nobilibus parentibus in Granatensi regno natus, ex Regio Hispaniarum majori capellano archiepiscopus Nazarenus in Apulia, inter alia affectus sui erga Deiparam Virginem testimonijs, Nazarenam archiepiscopalem ecclesiam, prope dirutam, proprio labore, proprio ære fideliumque eleemosynis a fundamentis ædificavit : ut in choro ejusdem ecclesiae posita, marmorea hæc docet inscriptio :

Bernardinus Frigicora, archiepiscopus Nazarenus, hanc ecclesiam adficare fecit a fundamentis,

ad gloriam Dei et gloriosissimam Mariæ, anno Domini 1572.

§ XIV. — *De Bernardo, antistite Anglonensi.*

Bernardus Justinianus, Patricius Genuensis, episcopus Anglonensis in regno Neapolitano, inter cetera ejus in Deiparam obsequi ac devotionis documenta, singulis totius anni Sabbatis jejunio se macerabat : instituitque, ut eisdem diebus canonici in cathedrali, et cleris in reliquis diocesis ecclesiis, post Completorium, Litanias Lauretanæ perpetuo canerent ; quod adhuc magna devotione servatur. Obiit in oppido Claramontis ejusdem diocesis, anno 1616, die 25 Octobris, anno vero ætatis sue 45.

§ XV. — *De Bernardo, antistite Calenensi.*

Sanctus Bernardus, Calenensis Ecclesie in Campania non solum antistes, sed etiam tutelaris et patronus, in honorem sanctæ et intemeratae Virginis Genitricis Dei Mariae, quam sinceris affectibus adamare semper studuit, Calenensem basilicam cathedralem suis sumptibus fabricavit, et juxta illam domos competentes construi fecit, in quibus ipse cum suis clericis habitarent, ut competentius ad Dei Deique Genitricis servitium tempore Officii matutinalis occurserent. Obdormivit in Domino anno salutis 1109, die 12 Martii, sepultus in basilica cathedrali Mariana recens a se constructa.

§ XVI. — *De Bernardo, antistite Montis Albani.*

Bernardus, episcopus Montis Albani, vir erga Deiparam Virginem singulari devotione affectus, cum quondam super pontem fluvii, qui est super civitatem Ebredunensem et sancti Crispini oppidum, equitaret, pons erat ruptus in medio, et a loco super flumen, ubi erat majus periculum, unum magnum foramen habebat ; eo autem inadvertente, equus, quem equitabat, transiens ex illa parte, ubi pons ruptus erat, super dictum foramen vacuum duos anteiiores pedes posuit. Cumque rueret in præceps ad aquam, et jam caput equi quasi jam infra pontem esset, concussus pavore magno beatissimam Virginem Mariam dilectam suam in auxilium vocavit, vovens festum de sua Conceptione annuatim celebrare. Statim vero, absque læsione aliqua sui et equi, ab altera parte foraminis se in seculo positum vidit, licet qualiter exierit, referre nesciret. Ex tunc autem majori semper cum devotione dictæ solemnitatis celebrationem continuavit, et anno Domini 1456, die Sabbati 21 Aprilis, dum esset in concilio Basiliensi, quando de materia Immaculatæ Conceptionis publice facta fuit allegatio, hoc miraculum retulit. Vivebat, ut dixi, anno 1456.

§ XVII. — *De Bernardo, antistite Toletano.*

Sanctus Bernardus, primus archiepiscopus Toletanus, vir virtutibus clarus, et operibus heroicis insignis, in honorem B. Virginis, quam ferventi semper pro amore dilexit, ecclesiam Toletanam solemnissimo ritu dedicavit et applausu, et in majori altari multas et pretiosas sanctorum reli-

quias collocavit. Idem in ipsius B. Virginis commendationem nonnulla scripsit Opuscula, nempe, super *Canticum Magnificat* B. M. V. sermonem unum : et super *Salve Regina* sermones quinque, D. Bernardo Clarevallensi attributos, in secunda Marianæ Bibliothecæ editione, quia in prima omisi, si Deus dederit, recensendos. Asserit autem Julianus in Chronico, quod sanctus iste vir erat B. Virginis devotissimus, qui faciebat celebrare festum Conceptionis ejus. Quinimo, ut prosequitur Julianus, obtinuit ab Urbano II, ut in omnibus ecclesiis Hispaniae curreret singulis diebus Officium parvum beatæ Mariæ Virginis post alia Officia majora Breviariorum ; et demum concludit, quod ipse Bernardus cantu. musico accentuavit hymnos : *Ave, Maris Stella* : *Quem terra, pontus, æthera* : et *Salve, Regina*, ex quibus laudabilibus operibus in Virginem Matrem tanti præsulim deprehenditur affectus.

Felix ad superna migravit, anno salutis 1122, die 5 Aprilis, atque ejus corpus in summa B. Virginis æde Toletana condigno honore sepultum est.

§ XVIII. — *De Bernardo, antistite Tolosano.*

Bernardus de Rosergio episcopus prius Basatensis, et Montis Albani, tandemque archiepiscopus Tolosanus, natione Gallus, ex propensa sua in Deiparam Virginem voluntate inter multa, quæ in ejus præstitit honorem, evigilavit *De ipsius Deiparae Virginis laudibus lib. i sermonibus 8 comprehensum*. Claruit anno Domini 1460.

§ XIX. — *De Bisantio, antistite Barensi.*

Bisantius, Barensis Ecclesiæ in Apulia antistes, orphanorum Pater appellatus, Mariæ Deiparentis cultui ampliando omnino deditissimus, inter alia Marianæ pietatis monumenta, mihi hactenus ignota, Barenum ecclesiam cathedralem, Mariæ Deiparae in cœlum assumptæ dedicatam, inchoavit, licet morte præventus non absolverit. Obiit anno Domini 1055.

§ XX. — *De Blasio, antistite Tribunensi.*

Blasius Ragusinus, Dalmata, sacri Ordinis Prædicatorum, ob sapientiæ pietatisque splendorem factus episcopus Tribunensis, Deiparam Virginem immortaliter colens veneratione, inter alia quæ in ejusdem præstitit obsequium, litterarum monumentis consignavit, *Conciones in magnæ Dei Matris festivitatibus*. Clarebat anno humanæ Redemtionis 1480.

§ XXI. — *De Bodone, antistite Tullensi.*

Sanctus Bodo, illustri genere natus in pago Odernensi in diœcesi Vesontionensi, post aliquot annos in matrimonio traductos, ex quo Thetbergam filiam suscepit, exeunte homine Godone Tullensi episcopo, egregia ob virtutum decora in ejus locum suffectus est. Et speciali in sanctam Virginem devotione in ejus honorem monasterium in Vosago monte exstruxit et sacravit, ubi virgines congregavit, quarum Thetberga ejus filia primiceria fuit. Felici exitu a morte desflente ad vitam indeficien-

tem emigravit die 2 Septembr., et sub Pipino floruit circa annum Domini 743.

§ XXII. — *De Bogumilo, antistite Gnesnensi.*

Sanctus Bogumilus, Gnesnensis in Polonia antistes, vir vitæ inculpatæ, et magnæ in Deum contemplationis, quam eximus Deiparae Virginis cultor exstiterit, et quantopere honorem illius in Polonia studuerit amplificare, hinc planum est, quod cum Cisterciensis Ordo circa annum Domini 1089, exorsus, ut Sigibertus meminit, longe lateque in orbe Christiano virtutum et sanctimoniac jucundam diffidisset fragrantiam, nec multo post ortum in Poloniæ et Muriundo Andreoviam coloniam deduxisset anno Christi 1153, omnibusque proceribus regni eo nomine acceptissimus fuisse, quod sub præcipua tutela gloriosissimæ Virginis Matris militaret, et plures accensi desiderio serviendi celorum terræque Reginæ, ut normam illius cultus a tam devote coetu mutuarent principes et comites, monasteria Ordinis illius opimis redditibus locupletassent; hos inter S. Bogumilus facile primatum obtinuit, qui ob honorem Dei beatissimæque Mariæ semper Virginis, Ordini Cisterciensi ecclesiæ et monasterium in Dobrovo fundavit, et possessionibus et hæreditatibus locupletavit. Hic idem S. Bogumilus cum maximo devotionis ardore Deiparam Virginem Mariam omnibus vitæ sua diebus fuisse prosecutus, prope mortem eamdem Deiparam Virginem Mariam cum pueru Jesu sibi assistentem habere meruit, hæc verba in agone dicens : « Jesu, Fili Dei et Virginis Mariæ, susceptor esto animæ meæ. » Obdormivit in Domino, anno salutis 1182, die 10 Junii, qui in vita, et post mortem, clarus in miraculis Dobrovi quiescit.

§ XXIII. — *De Bonifacio, antistite Ferentino.*

Sanctus Bonifacius, Ferentinæ ciuitatis episcopus, cum duodecim aureos sui nepotis, eo inscio, in eleemosynam pauperibus erogasset, eosque postea nepos sibi restitui importune flagitaret : B. Virginis ecclesiam ingressus, elevatis manibus, extenso vestimento oravit, ut ei redderet unde furentis nepotis insaniam mitigaretur, tunc repente invenit in ueste duodecim aureos, perinde fulgentes, quasi ex igne producti eadem hora fuissent. Floruit anno Domini 520.

§ XXIV. — *De Bonifacio, antistite Lausanensi.*

Sanctus Bonifacius episcopus Lausanensis apud Helvetios, civis Bruxellensis, et doctor theologus Parisiensis, eximus plane fuit B. Virginis Deiparae amator, et ab eadem singulariter quoque dilectus; resignato siquidem episcopatu suo, quem per decem annos laudabiliter administraverat, non alium quietis suæ locum de legit, quam Cameram B. Mariæ, monasterium virginum ordinis Cisterciensis prope Bruxellam : quod nimurum is sibi a Deipara esset destinatus. Cujus videndi desiderio cum quadam vice teneretur : ecce mox ei se præsentem sistit, at ille procidens in genua, « Sanctifica me, » inquit, « o Domina, » et beata Virgo, « Sanctificavi te, »

ait, « et iterum sanctificabo. » Alias itidem in octava S. Joannis Baptistæ, desiderio internæ consolationis a Deipara obtinendæ languentem, ecce continuo iterum benigna Mater filium suum visitare et recreare dignata fuit. Apparuit siquidem ei coronam gestans in capite præfulgidam totoque corpore pretiose adornata, innunera sanctorum virginum turba conitata, que se una cum Regina sua Maria ad latus lectuli ejus collokarunt, et ad alterum S. Joannes Baptista, atque ita totam noctem suavissimis colloquiis transigentes, dilectum suum incredibili consolatione repleverunt. Quod ipsum abundantius eidem præstítit misericordiae Mater nocte quadam Nativitatis Dominicæ; cum enim ægritudine nimia detentus matutinalibus precibus se interesse non posse admodum deploraret, confessim se ei exhibuit, Filium suum unigenitum pannis involutum brachiis complexa, atque eisdem supra lectulum eum reclinavit. Puerulus vero benedictis suis manibus stragulum a vultu Bonifacii renovens, intuendum se clarissime illi dedit: quæ visio tanta eum consolatione affecit, ut libere protestatus sit, omnem se libenter hic tristitiam perpessurum, ut vel solam illam faciem in cœlis posset intueri. « Si nihil esset in paradiſo, inquietabat ille, nisi facies illa benedicta, dignum esset pati omnes tribulationes, ut possemus videre faciem tam gloriosam. » Orationi cum aliquando insisteret, raptus est Spiritu in cœlum: et ductus ad B. Virginem Mariam, vidi quo honore et reverentia et dignitate honoraretur a Filio suo et omnibus sanctis. Plura his similia occurruunt, sed supersedeo amore brevitatis. Tu consule Chronicón Brabantæ cap. 24, part. 1, et Herib. Rosweyd. in Vitis sanctorum 19 Februarii, Joannem Molanum et Aubertum Miræum ad eundem diem in *Fastis Belgicis*, necnon Thomam Cantiprat. lib. II *Apum* cap. 50, cuius tempore celebris exstitit sanctitate. Obiit anno circiter 1260.

§ XXV. — *De Bonifacio, antistite Moguntino.*

Sanctus Bonifacius, archiepiscopus Moguntinus, Aurati ad Almonum fluvium siti domicilium Deiparae sacrum condidit. Idem, cum Thuringos ad fidem convertisset, Erfordiae quæ eorum est metropolis, Virgini item sacram ædem ædificavit, quam et pontificali cathedra ornavit, quæ non multo post tempore Moguntiam migravit. Ejus etiam rogatu ex institutione Alcuini, magistri Caroli Magni, Missa de Deipara ultimo hebdomadæ die, Sabbato scilicet, assignata est. Martyrio coronatur pontifex anno 754, aliis 755, ac in Fulensi monasterio, quod ipse etiam struxerat, sepelitur.

§ XXVI. — *De Bonito, antistite Arverno.*

Sanctus Arvernorum antistes Bonitus, cum se totum ad perfecte amandam Dei sanctissimam Genitricem a pueritia contulisset, mirabile, jam vir factus et sacerdos, in tali amore lucrum reportavit. Nam quodam tempore cum turbis ingressus templum S. Michaëlis, in angulum se abdidit: peractis-

que mysteriis, aliis descendantibus, ille in suo permansit latibulo; et custodes quidem more suo circumspicerunt num quis adesset, sed nutu Dei factum est, ut ad ejus latebram non pertingerent. Obseratis inde foribus, sanctus vir liberius quanto secretius coram Dōmino effudit animam suam, talisque ei prolixe oranti visio oblata est: repente e cœlo insonuit vox tanquam suavis melodiæ, et micantibus luminaribus vir sanctus quasi multitudo nein quondam conspexit eo adventantium. Ingressa autem in templum est Virgo Mater Maria cum candidissimo angelorum et sanctorum hominum cœtu, tanquam Regina circumstante exercitu. Cabant autem omnes illi laudes Christo et Matri ejus, atque ipsa etiam sanctissima Virgo in laudibus Filii sui vocem exercebat suam: procedebant autem per medium templi chorum, cumque ventum esset ad altare, quæsitus est a sanctis nonnullis quisnam Missam celebraret? Tun Virgo beata, « Ecce, inquit, adest hic Bonitus, præsul vere bonus, et bene dignus, cui hoc muneris demandetur. » Audiens hoc ille extimuit, seque subducere conabatur: cui sane lapis cessit, in quo hodieque ejus rei apparent vestigia; tandem quæsitus, et inventus, ad illum beatissimum conventum perductus est, sanctisque ministrantibus vestibus sacris induitus est, et divinæ aræ applicatus. Consummato autem, ea quæ par erat ratione, sancto illo opere, beatissima Virgo vale faciens dilecto suo, pro munere cœlestem illam vestem largita est. Res est nota satis, et apud Arvernenses celebris, maxime in ipsa Arvernorum urbe, ubi usque in præsentem diem populis vestis illa ostenditur, cujus quidem materia et textura a nullo mortalium potest dignosci: est autem candoris eximii, miraque tum lenitatis, tum lævitatis.

Scripsit Bonitus copiose de laudibus intemeratæ Virginis Marie, ut in 21 suarum Epistolarum inquit Trithemius, et retuli ego in Bibliotheca Marianæ parte I, sed temporum injuria perierunt. Floruit autem temporibus Galliarum regis Theodoricæ hujus nominis IV, atque in Arvernorum antistitum numero fuit quadragesimus primus, ut in ejus vita affirmat Ribadeneira. De eo Martyrologium Romanum sub die 15 Januarii, et Baronius in suis Annotationibus.

§ XXVII. — *De Brinolpho, antistite Scarensi.*

B. Brinolphus Vastonius episcopus Scarensis in Suecia, gloriissimæ Virginis Deique sanctissimæ Parentis piissimus fuit atque ardentissimus cultor. De eo ad S. Birgittam ad ejus sepulcrum orantem, ex quo suavissimus manabat odor, ita Deipara: « Scito, inquit, filia, quod hic episcopus dum viveret, insigniter me honoravit, et honorem obsequiis firmavit. Cuius vita, quam Filio meo placuit, vel ex hoc odore conjicere licet. » Deinde Filio ait: « Hic servus tuus, o Fili, tibi fuit fidelis, at corpus ejus hic sine honore jacet. » Cui Christus promittit olim honorandum, et condigno loco collocandum,

quod 80 post annis contigit. Natus est cœlo die 6 Februarii, anno salutis recuperatae 1317.

§ XXVIII.—*De Britio, antistite Martulensi.*

S. Britius episcopus Martulensis in Umbria prope civitatem Spoleti ad honorem B. Virginis duo oratoria cum Baptismali fonte erexit : quorum primum S. Maria in Mariano, alterum vero S. Maria in Salustiano appellatum est. Quievit in pace anno salutis 550, die 9 Julii.

§ XXIX.—*De Brunone, antistite Heribolensi.*

S. Bruno, Heribolensis episcopus, natione Germanus, Franciae Orientalis singularis patronus, clarissimum pietatis suæ erga B. Virginem Mariam testimonium perhibuit, scribendo : *Commentarium in Canticum ejusdem B. Virginis, Magnificat.* Cœlesti gloria potitus est, anno orbis Christiani 1045, die 17 Maii.

§ XXX.—*De Brunone, antistite Hildesiano.*

Bruno, Hildesianus antistes, erga augustissimam Dei Matrem a puerili ævo usque in vitæ sue finem, constanti pietate atque observantia affectus fuit. Dum Octavam Nativitatis B. Mariæ aliquando solemnem ageret ; in templo ipsi vivendam se præbuit Maria, quam in genua procidens episcopus sic compellavit : « O Regina cœli, quid ex sublimi ad me miserum hominacionem venire dignata es ? » Cui illa respondit : « Ex animo lætor, quod te auctore meæ Nativitatis memoria tanta celebritate peragitur, unde et singularis Filio meo honor emergit. » His dictis, in teneras auras evanuit. Hinc deinceps Octava Nativitatis B. Mariæ maxime saera haberi cœpit. Est autem Bruno iste in Catalogo episcoporum Hildesheimensium 21 apud Antonium Denocharem, de quo addit ipsum primum divinitus a Virgine admonitum, Nativitatem cum Octava celebrem haberi cœpisse, eumque floruisse anno 1160.

§ XXXI.—*De Brunone, antistite Signensi.*

S. Bruno Signensis, seu Signinus episcopus, divisusque tutelaris Signiorum, Deiparam Virginem immortali colens veneratione, inter multa eidem præstata devotionis obsequia, litteris comisit (ut refert Petrus Diaconus in libro M. S. *De Viris illustribus Montis Cassini*) *De Nativitate, Annuntia-*

tione, Purificatione et Assumptione ipsius Deiparae Virginis homilias, pietate cum eruditione conjuncta commendandas. Legitur in ejus Vita (quæ habetur in Breviario M. S. Bibliothecæ Cassinensis, signato olim nu. 4188, nunc autem 423), quod cum ad ipsius notitiam pervenisset, se Urbani II, Pontificis Maximi præcepto contra suam voluntatem ordinandum, intempestive noctis silentio B. Marie ecclesiam egrediens, fugam arripuit, et in quadam via Virgo quædam, imperiali trabea ornata, cujus facies splendebat sicut sol, illi eminus astisit. Quam unde, qualis, quæve esset, et quo iret, dum requisiisset, illa respondit : « Sponsam quam non bene fugis, me noveris esse : quapropter ut ad ecclesiam redeas ex Dei omnipotentis parte præcipio, et cave ne Dei ulterius velis resistere voluntati : » et his dictis, disparuit. Perculsius autem ad hæc Bruno tanto Virginis famine, Deique in sua ordinatione voluntatem advertens, succubuit, et Pontificis cathedralm lætantibus cunctis suscepit.

Hanc vitam cum cœlesti commutavit, anno salutis 1125, xv Kal. August., sepultusque est in Signina cathedrali, ubi altare in honorem beatæ Mariæ consecraverat, ut antiqua fert inscriptio :

Hoc altare dedicatum est in honorem beatæ Mariæ a Brunone episcopo, v Kal. Februarii.

§ XXXII.—*De Burchardo, antistite Constantiensis.*

Burchardus baro Heuwensis, episcopus Constantiensis, suum in Deiparam Virginem amorem publico testimonio fassus est, dum in honorem ejusdem Deiparae Virginis in ambitu cathedralis ecclesiæ egregium sacellum ædificavit, ubi et sepulturam sibi ipsi constituit et elegit. Decessit ex hac vita, anno Christianæ salutis 1598.

§ XXXIII.—*De Burchardo, antistite Heribolensi.*

Sauetus Burchardus, episcopus Heribolensis, a sancto Bonifacio episcopo Moguntino et martyre glorioso pontifex ordinatus, ut habere posset a molestiis curisque secessum, juxta monüm Saxoniæ oppidum in Deiparae Virginis gloriæ monasterium instituit, ubi se a labore recreabat. Obiit anno Domini 791.

CAPUT III.

De Cæcilio Illiberitano, Cæsario Arelatensi, Carolo Montisregalis, Carolo Tornacensi, Chiliano Heribolensi, Chrispolto Vectonensi, Christophoro Cæsariensi, Cæcilio Sedulio Orietano, Conrado Assisensi, Conrado Constantiensis, Conrado Frisingensi, Conrado Trajectensi, Constantino Constantiensis, Corbiniano Frisingensi, Cornelio Bitontino, Cornelio Gandavensi, Cosma Majumano, Cosmo Collensi, Cunero Leovardensi, Cypriano Carthaginensi, Cyrillo Alexandrino, Cyrillo Constantinopolitano, Cyrillo Hierosolymitano et Cyro Smyrnensi antistitibus.

§ I.—*De Cæcilio, antistite Illiberitano.*

Sanctus Cæcilius Illiberitanus episcopus, a sancto Petro apostolorum Principe consecratus, natione Arabs, enpiens Christi Domini ac beatæ Mariæ Virginis ejus Matris laudem et gloriam ubique ere-

scere, litterarum monumentis consignavit : *De excellentiis et miraculis Christi et Matris ejus ab Incarnatione Verbi, usque ad Ascensionem librum unum.* Cœlestis regni hereditatem consecutus est, anno Christi Redemptoris 57, de quo lege Biva-

rium in Commentariis ad Chronicon Dextri, et Bibliothecam nostram Marianam, parte I.

§ II. — *De Cæsario, antistite Arelateus.*

Cæsarius, Arelatensis episcopus, ut cordiale summ erga Deiparam Virginem affectum externo aliquo signo declararet, fabricavit triplicem in una conclusione basilicam, cuius medium membrum in honorem sancte Marie Virginis cultu eminentiori construxit. Obiit anno 554, de quo vide Chronogiam sanctorum, et aliorum virorum illustrium ac abbatum monasterii Saceræ Insulæ Lerinensis.

§ III. — *De Carolo, antistite Montis Regalis.*

Carolus Argenteria, ex abbate S. Benigni Vicarioque Taurinensi, ecclesie Montis Regalis antistes, inter alia, quibus suum erga sanctissimam Dei Matrem studium palam omnibus declaravit, sacellum Sanctæ Mariae de Claustro in sua cathedrali a fundamentis exstruxit et ornavit. Fato functus est anno 1651.

§ IV. — *De Carolo, antistite Tornacensi.*

Carolus Hautbois, episcopus Tornacensis, pietatem suam erga Deiparam testatam fecit in institutione Missæ quotidiane in sacello ejusdem Deiparæ, quod dicitur S. Mariae Flandrorum. Sedere cœpit Tornaci, anno salutiferi partus 1506. Nec alia de illo haec tenus innotuerunt.

§ V. — *De Chiliano, antistite Herbipolensi.*

Sanctus Chilianus, episcopus Herbipolensis et martyr, Deiparæ Virginis fervens amator, ejusque cultus pietatisque egregius promotor, persuasisse dicitur Hethano Herbipolensem duci, ad fidem a se traducto, ut a fundamentis ibidem D. Virginis templum excitaret, quod hodieque non vulgari fabrica visitur. Enitebat anno Domini 684, cuius festum celebratur Herbipoli in Germania die 8 Julii.

§ VI. — *De Chrispolto, antistite Vectonensi.*

Sanctus Chrispolitus, Vectoniæ, sive Bectioniae in Umbria episcopus et martyr, sancti Petri apostolorum Principis discipulus, inter alias ecclesias a se divino Numini dedicatas, extra civitatem Fulginci in Umbria, unam ad honorem Dei Matris ædificavit, dictam S. Maria foris Portam : in civitate etiam Bectionensi, aliam ad ejusdem Dei Matris honorem fabricari curavit, in qua et sepultus est anno Domini 93.

§ VII. — *De Christophoro, antistite Cæsariensi.*

Christophorus a Capite Fontium, archiepiscopus Cæsariensis, et coadjutor eminentissimi cardinalis de Pelue in archiepiscopatu Sevoniensi, cum esset singularis in Deiparam Virginem amoris ac zeli, ejus perpetuae virginitatis sese assertorem invincibilem demonstravit, scribendo ea de re doctissimum librum prænotatum : *Perpetuae Mariæ Virginis ac Joseph sponsi ejus virginalis catholica Defensio.* Vide, si libet, Bibliothecam nostram Marianam, parte I. Clarebat circa annum reconciliationis humanae 1580.

§ VIII. — *De Cæcilio Sedulio, antistite Oretano.*

Cæcilius Sedulius, Oretanus in Hispania antistes, cuius doctrina et sanctitas apud veteres sanctosque scriptores miris elogiis commendatur, in Virginem Dei Matrem devotissima pietate piaque devotione affectus, purissimæ illius Conceptionis, intactæ virginitatis, et supremæ excellentiæ in suis passim operibus manifestum assertorem, hand obscuris argumentis declaravit. Unde Virgo Dei Mater, in suos semper propensa cultores, clientis sui pietati suum etiam in terris præmium deesse non passa est, dum voluit ab universa Ecclesia in sacrificio Missæ continuo salutari, et suæ ordinariae Missæ introitum illis Sedulii verbis inchoari.

Salve, sancta Parens, enixa puerpera Regem.

Neque hoc solum, sed et aliis etiam argumentis Deipara Virgo ostendit, quam sibi placeret casta et castigata Sedulii doctrina, et erga se singularis devotione : nam illo panegyrico carmine, quod in ejus ac sanctissimi Filii sui laudem Sedulius composuit, ita legitur delectata, ut illud ipsa cœlestibus nymphis inter divinas laudes canendum proposuerit. Nam videt Dunstanus vice quadam corporeis oenlis in ecclesia S. Augustini in capella B. Mariæ, ubi modo in crypta sub feretro B. Augustini imago ejusdem Virginis locatur, Matrem Domini Salvatoris virginali corona decoratam, mellifluasque ejus voces audire meruit, quibus socias virginies, ad collaudandum Regem sacerdotiorum hortabantur, concinens illud carmen sapientis ac senatoris Sedulii :

*Cantemus Domino, sociæ, cantemus honorem,
Dulcis amor Christi personet ore pio!*

Cumque ab aliis virginibus hoc fuisse acceptum, aliæ, qui sequuntur versus pronuntiabant :

*Primus ad ima ruit magna de luce superbus;
Sic homo cum turuit primus ad ima ruit.
Unius ob meritum cuncti periere minores:
Cuncti salvantur unius ob meritum.
Sola fuit mulier, patuit qua Janua letho,
Ex qua vita redit sola fuit mulier.*

Atque in hunc modum totius carminis bini ac bini versus percurrebantur, illis semper repetitis, qui primi a Matre Domino dicebantur : *Cantemus Domino.*

Supernæ Jerusalem civibus annumerari meruit anno salutis 450. Vide infra in S. Duustano antistite Cantuariensi.

§ IX. — *De Conrado, antistite Assisiensi.*

Conradus, Assisiensis episcopus, devotionis suæ erga B. Virginem Mariam argumentum reliquit historiam indulgentie S. Mariae Angelorum, sen de Portiuncula prope Assisium, a se litterarum monumentis consignatam. Claruit circa annum mundi per Christum redempti 1557. Vide Bibliothecam Marianam.

§ X. — *De Conrado, antistite Constantiens.*

Sanctus Conradus, Constantiensis pontifex, p' uimis et maximis prodigiis in omnem orbem

evulgatus, cum ad locum quemdam in suo territorio situm, Cella Meginradi vocatum, anno ab Incarnatione Domini 948, ad hoc vocatus venisset, ut capellam unam in honorem sanctæ et superexaltatæ Dei Genitricis semper Virginis Mariæ, 18 Kalend. Octobris, illuc consecraret : cum circa medium noctis more solito causa orationis surrexisset, dulcissimum canticum cum quibusdam religiosis fratribus ejusdem loci audivit : et cum diligentius quid hoc esset? perscrutari voluisse, veraciter comprehendit, talem cantum et talem ordinem angelos tunc habuisse in illius capellæ, pro qua ipse venerat, consecratione, qualem adhuc episcopi solent habere in ecclesiarum dedicatione. Ipse Conradus cæmeronias his verbis libro, quem *De secretis secretorum* inscripsit, posteritati prodidit, quæ inserere operæ pretium putavi : « Descendit, inquit, Dominus de cœlis casula violacea ante altare ad sacrum Officium celebrandum, cui quatuor evangelistæ insulam capitii ejus imponentes, et more consueto deponentes, angeli aurea thuribula deferebant alis suis, ut ramis arborum flabant. Juxta Dominiun S. Gregorius flabellum in manu tenens, S. Petrus in manu tenens baculum pastoralem, sanctus vero Augustinus et Ambrosius stabant ante Dominum, Maria Virgo ante altare stebat splendida, sicut fulgur, S. Michael præcantor erat, S. Stephanus legit epistolam, B. Laurentius Evangelium. Sanctus cantabatur sic : Sanctus Deus in aula gloria Virginis, niserere nobis. Benedictus Mariae Filius, in aeternum regnaturus est, etc. » Sic ille. Mane autem faeto, ac paratis ad manum necessariis magna attentione omnibus Conradum prestolantibus, ipse solus cunetari morasque necere : neque interea sacello pedem efferre, ibidem fixus, immobilis, attonitus inhærere et obstupefcere, donec ad meridiem jam tempus vergeret. Tum vero omnes urgere sollicitareque, qui aderant antistites, solemnitatem tandem et officia inchoaret promoveretque, et cessandi finem fäceret, neque ultra tantum mortalium conventum distineret. Ille adhuc causas obtendere, et aliud signum exspectare. Denique quid accidisset, quid perspectum haberet, paucis ostendit. Ibi vero tunc omnes veluti vana et tanquam cœlestium ex meditatione nata somnia memorantem reprehendere, objurgare, postremo ad sacrorum ministerium et consecrationis opus, illis posthabitatis, impellere, cogere, donec cunctis, re inopinata, perculis et exhortescientibus, cœlestem delapsam vocem, « Cessa, cessa, frater, divinitus capella consecrata est, » ter omnes audierunt : et tunc perterriti, et Conradowi vera cognovisse, et sacellum Deiparæ cœlitus dicatum et consecratum esse veraciter affirmarunt.

Cum autem Conradus Leonem VIII, summum Pontificem monuisset magni, quod in dedicatione sacelli Deiparæ Matris apud Helvetios suæ diœcesis evenerat, miraculi : simul consilium expetiit, an

sibi posterisve, re quam retulisset, certa et comperta, manum novæ dedicationis ultra admovere liceret? Leo novitate, et Conradi juxta auctoritate et omnibus perspecta sanctitudine permotus, eorum qui aderant consilio et consensu, non modo divinitus factam consecrationem sanctam et ratam habuit confirmavitque, sed magnis privilegiis monasterium et eos qui pietatis causa sacellum adissent, indulgentiis impertivit, ut pluribus appareret ex Bulla in eam rem 3 Idus Novembr. anni 864 data, cuius integrum exemplar refert Christoph. Hartmannus in *Annalibus heremi Deiparæ Matris*, pag. 71 et 72.

Florebat Conradus iste anno Domini 984.

§ XI. — *De Conrado, antistite Frisingensi.*

Conradus, Frisingensis Ecclesie antistes, Monachium in primis Germaniae superioris oppidum altera basilica (una tantum in eam usque ætatem eaque S. Petri fuerat) ornavit Deiparæ sacra clientelæ. Floruit anno Domini 1270

§ XII. — *De Conrado, antistite Trajectensi.*

Conradus, episcopus Trajectensis, inter alia sue pietatis erga Deiparam argumenta, instituit collegium Trajecti canonicorum Deiparæ Virginis, haud multo post interemptus a Friso homine. Anno enim 1080 voluit prædictus Conradus ædificare novam ecclesiam ubi canonicos institueret, sed fundum adeo lutosum fuit, quod bases paliorum stabilire non potuerit. Fuit in Latomorum consortio quidam Friso, qui eamdem ecclesiam sub poena mortis suæ voluit et promisit fundare, verum immoderatum salarium inde petiit. Sed episcopus largis encæniis a filio dicti Frisonis arcānum illud didicit, et inchoatam ecclesiam ad honorem Dei Genitricis magno opere condidit. Unde Friso ille magnum odium contra episcopum concepit; quapropter anno 1099, dum episcopus post Missarum solemnia solus in oratorio oraret, et privatas orationes cum devotione legeret, Friso ille cultrum eduxit, et reverendum dominum episcopum, instante diabolo, trucidavit. Sepultus is fuit in eadem basilica.

§ XIII. — *De Constantino, antistite Constantiensi.*

Constantinus, Constantiae Cypri episcopus, ut erat beatissimæ Virginis amator eximus, dum secundæ Nicænae synodo interesset, sequens miraculum de eadem beatissima Virgine retulit dicens: « Rusticus quidam (prædicte scilicet civitatis) cum ingressus fuisset in templum Deiparæ ut oraret, vidensque imaginem ejus depictam in pariete, arrepto stimulo, quo boves agitare solebat, oculum dextrum imaginis pupugit et delevit. Confestim vero ut egressus est, cum voluissestimulo agitare boves, ferrum subito confractum est, cuius particula advolans contra oculum dextrum rustici, illum penitus contrivit, et in terram proiecit. » Floruit Constantinus anno Domini 781.

§ XIV. — *De Corbiniano antistite Frisingensi.*

S. Corbinianus, Frisingensis Ecclesie antistes,

cum Theodonis Bavariae ducis filium Grimoaldum, propter injustas incestasque cum fratri uxore nuptias, novum Herodem alter Baptista reprehendisset : ipsi tandem aliquando ex libidinosa cœno emergenti, et illicitam conjugem repudianti, ad promerendam flagitorum veniam, ut Frisingensem divæ Virginis sacram ecclesiam prædiis et agris locupletaret, imperavit. Grimoaldus scelera vitamque pertæsus turpissime actam, hand gravate S. præsulis accepit imperium : quare prata, vineas, fertiles agros a possessione coemptos, amoenamque silvam, quam probari Corbiniano antistiti intellexerat, templo largitus est Virginis, illoque misericordiae pietatisque genere, et culpas superioris vitæ redemit, et Mariæ Dei Matris cultum religionemque promovit. Claruit Corbinianus circa annum Dominicæ Nativitatis 715.

§ XV. — *De Cornelio, antistite Bitontino.*

Cornelius Mussus, episcopus Bitontinus, inter multa, quæ dedit, observantiae suæ erga B. V. Mariam exempla, scripsit : *In Canticum Magnificat de laudibus B. Virginis pro Sabbatis Quadragesimæ Conciones 6*, et alia quorum alibi, nempe in Bibliotheca Mariana, parte prima, mentionem feci. Corpus depositum anno partus Virginei 1574, ætatis 64.

§ XVI. — *De Cornelio, antistite Gandavensi.*

Cornelius Jansenius, episcopus Gandavensis, natione Belga, inter alia luculenta devotionis suæ erga B. Virginem testimonia, mundo exhibit *Super Missus est angelus, et Canticum Magnificat Commentaria*, singularem eruditionem pietatemque spirantia. Obiit Gandavi anno salutis 1576, ætatis 66, 3 Idus Aprilis.

§ XVII. — *De Cosma, antistite Majumano.*

S. Cosmas Hierosolymitanus, a patriarcha Hierosolymitano Majumanus episcopus ordinatus, affectum suum erga B. V. Mariam cœlorum Regnam haud obscure declaravit, variis eam encomiis, epithetis ac laudum titulis ornando. Vocabat namque Habitaculum Verbi, Sedem Cherubicam, Pro-pugnaticem Christianorum, generis humani Salutem, portarum misericordiae Reseratricem, ægrotantis animæ nostræ Visitatricem, Receptaculum illocabilis, Loculum infiniti Conditoris, Virgam de radice Jesse, de qua flos Christus natus est, Montem umbrosum et densum ex quo venit Deus incarnatus, Matrem Emmanuelis Immaculatam, Pueroram animis puris et insordidis labris magnificandam, Paradisum mysticum, qui illaborate Christum germinavit, Thronum Cherubicum cui Verbum sine principio cum carne insedit, ut alia brevitatibus consilens omittam. Floruit a Christi adventu anno 720, ejus de Deipara lucubrationes in Mariana Bibliotheca recensuimus.

§ XVIII. — *De Cosmo, antistite Collensi.*

Cosmus ex Gerardischæ gentis comitibus, Leonis XI pronepos, secundus episcopus Collensis, a Paulo V. Pontifice Maximo creatus, erga sacratissimam Virginem ardentissima devotione conspi-

cius, in templo D. Mariae Annuntiatæ de Florentia sibi sepulcrum cum hac Inscriptione præparavit :

*Sub tuum præsidium, sancta Dei Genitrix,
Cosmus ex comitibus Gerardischæ
Episcopus Collensis
Qui sibi vivens posuit anno Jubilæi
1621.*

Debitum naturæ solvit, anno post partum Virginis 1634, ejusque corpus Florentiam delatum, sepulcro quod sibi præparaverat, illatum est.

§ XIX. — *De Cunero, antistite Leovardiensi.*

Cunerus Petrus, seu Petri, Belga Zelandus, ex doctore theologo, ac parœco ad B. Petri Lovaniensis, primus Leovardensium apud Orientales Frisos episcopus constitutus, nullius rei æque studiosus, quam Marianæ pietatis propagandæ et illustrandæ, inter alia litteraria monumenta, emendavit et auxit *Cursum D. Virginis in usum religiosum Ordinis S. Benedicti*, quem editum Ingolstadii 1587, dixi in Bibliotheca Mariana, parte prima. Migravit ex hoc calamitoso sæculo anno orbis redempti 1580, ætatis 49, die 15 Februarii.

§ XX. — *De Cypriano, antistite Carthaginensi.*

S. Cyprianus, Carthaginensis ecclesiæ in Africa antistes, in oratione, quam edidit, de Nativitate Christi, pro suo in Deiparam Virginem affectu, mirum ejus ac singulare privilegium recensuit, nimirum, quod Virgo simul fuerit et Mater : « Eratque ei, inquit, proprium privilegium, quod nulla mulierum, nec deinceps, nec ante mernit obtinere, quod erat simul Mater et Virgo singulis titulis insignita. Unde et Matri plenitudo gratiæ debebatur, et Virginis abundantior gloria, quæ carnis et mentis integritate insignis, spirituali et corporali intus et extra Christi præsentia fruebatur. » Sic ille. Puerperium B. Virginis, hujusque devota in puerum Jesum obsequia contemplatus scripsit :

« Nulla domus ambitio, nisi reclinatorum in stabulo, Mater in foeno, Filius in præsepio. Tale elegit mundi Fabricator hospitium, hujusmodi habuit delicias sacrae Virginis puerperium. Panniculi pro purpura, pro bysso in ornato regio lacinie congeruntur. Genitrix est et obstetrix, et devotam dilectæ soboli exhibet clientelam. Attractat, amplectitur, jungit oscula, porrigit mammam, totum negotium plenum gaudio, nullus dolor, nulla naturæ contumelia in puerperio. Pedissequas substantia familiaris non patitur, mancipiorum obsequia sumptus tenuis et inops mensa excludit. Nullum domus arcta diversorum occultabat, nec secreti recessus erant illius casulae, incrustaturam tectum et soli parietes per cirenitum vestiebant, nec locus ibi erat lavacris, quæ solent puerperis præparari, quippe nec aliqua naturæ injuria Matrem Domini lesarat, quoniam sine tormento peperit, quæ in Conceptione earuit voluptate. Ultero maturus ab arbore bajula fructus elapsus est, nec oportuit vellicari, quod sponte prodibat. Nihil in hac re

petuit ultio, nec præcedens delectatio aliquam exceptuit pœnarum usuram. Non sustinebat justitia, ut illud Vas electionis communibus lassaretur injuriis, quoniam plurimum a cæteris differens, natura communicabat non culpa. Angelica sane non est credendum ministeria defuisse, nec recesserat a venerabili pectore Matris Spiritus sanctus ad verbum Gabrielis illapsus. Possidebat domum suam et templum, quod sibi consecraverat, adornabat, servabat sacrarium suum, et sanctimoniae thalamum honorabat. Parvulus sugens ubera pura alimonia utebatur, et fons sacri pectoris defecatum edulium ori mundissimo infundebat. Sed et cor Matris quædam dulcedines, quæ humanum superant intellectum, imbuiebant, eratque utrinque mira jucunditas, cum pia sanctæ Matris et devota humilitas, et Sancti sanctorum immensa benignitas confoederatis affectibus mergerentur. » Haec et plura alia Cyprianus.

Dicebat Mariam Virginem esse queindam Mundum intelligibilem et admirabilem, cujus Terra erat soliditas humilitatis, cuius Mare latitudo charitatis, cuius Cœlum altitudo contemplationis, cuius Sol splendor intelligentiæ, cuius Luna decor munditiæ, cuius Lucifer fulgor sanctitatis, cuius Arcturus gratia septiformis, cuius Sidera aliarum virtutum ornamenta pulcherrima.

Virginem justam et omni justitia plenissimam appellabat, ejusque Conceptionem singularem esse libere affirmabat.

Citatur ejus sermo de *Laudibus Virginis* a Joan. Carthagena homil. 1, de *Ortu Deiparæ*; et a Fernandio super cap. 24, lib. Genes. sect. 1, num. 5, in quo sermone inter alia inquit Cyprianus: « Deni Patrem Filio suo talem elegisse Matrem, talem fecisse ac perfecisse, quæ esset cœlum, templum et thronus Dei. »

Cœlum petuit anno Domini 259, ut dixi in *Bibliotheca Mariana*, parte 1.

§ XXI. — *De Cyrillo, antistite Alexandrino.*

Sanctus Cyrillus, episcopus Alexandrinus, ad Deiparæ Virginis honorem ab impiissimi Nestorii impiissimis mendaciorum blasphemias gloriose præcæteris liberandum, a Deo Opt. Max. delectus, juvenis adhuc philosophicis studiis peractis in Carælum cessit, ubi cum Carmelitis, sub Deiparæ tutela feliciter degentibus cœlestem vitam in terris aliquandiu egisse perhibetur. Quo loci, cum ineffabilis Incarnationis mysterii desiderio teneretur vehementi, ubi magno Eliæ prophetæ nubeculae velamine Dominicæ Incarnationis mystérium revelatum traditur, ibi ejusdem occulta adeo intime serutatus est, ut divinis illustrationibus credatur edoctus. Alexandrinus episcopus creatus, cum per errorem esset sancto Joanni Chrysostomo archiepiscopo Constantinopolitano iniquior, et ne scio quam cum illo simultatem exerceret: apparuit ei Deipara, et tantum admonitione materna profecit, ut non modo errorem suum correxerit,

at etiam cum eo in gratiam redierit, valdeque, quod imprudens in eum irritatus fuisset, pœnituerit, ac in sacrum Catalogum episcoporum reponendum curarit. Dignitatis ac tituli Matris Dei fuit prorsus invictissimus propugnator, quem et Cœlestinus Pontifex dignum censuit, cui in concilio Ephesino, ubi Dei Matris honor contra Nestorii blasphemias sanctitus est, partes suas demandaret. Porro Ephesini decreta concilii, ubi sancti Patres, duce Cyrillo apostolicæ Sedis legato, pro Mariae dignitate celsissima propugnaverunt, et ejus cognomenti, omnium maximi, assertores verissimi fuerunt, quanti Cyrillo steterint, ejus epistola ad Archimandritas scripta declarat. Vincula et maledicta perpessus, et falsis criminibus circumventus, Deo et Dei Matre auxiliantibus victor evasit: nam qui a Nestorio stabant architecto tetrico Cyrillicum hæreticum esse mentiti, et labem qua nulla potest esse deformior, Alexandriæ clarissimo præsuli aspergere conati, nequidquam et frustra laborarunt.

In concilio Ephesino concessionem habuit ad Patres, cuius exordium est: « Alacrem video congregationem sanctorum omnium, qui hic prompte a sancta Deipara Maria Virgine vocati convenierunt, » ubi complura in laudem sanctissimæ Dei Genitricis locutus est: « Salve, inquit, per nos sancta Deipara, pretiosus totius mundi Thesaurus, Lampas inextinguibilis, Corona virginitatis, Speculum rectæ doctrinæ, Templum insolubile, Locus ejus, qui loco capi nequit, Mater et Virgo per quam in Evangelii benedictus nominatur, qui venit in nomine Domini. Salve, quæ incomprehensibilem in sancta virginali utero comprehendisti: per quam sancta Trias per universum orbem glorificatur et adoratur: per quam cœlum exsultat, per quam angeli et archangeli lætantur, per quam dæmones fugantur, per quam diabolus tentator cœlo decidit, per quam prolapsum plasma in cœlum recipitur, per quam universa creatura idolorum vesania detenta ad cognitionem veritatis venit, per quam sanctum contigit baptisma creditibus, per quam oleum est exsultationis, per quam per totum orbem fundatæ sunt ecclesiæ, per quam gentes ducentur ad pœnitentiam: et quid multa connumero? per quam unigenitus Dei Filius his qui in tenebris et umbra mortis sedent, lux resplenduit, per quam prophetæ prænuntiarunt, per quam apostoli salutem gentibus prædicarunt, per quam mortui exicitantur, per quam reges reguant, per sanctam videbilem Trinitatem. Et quis adeo valet eloquio, ut plurimum laudatam Mariam satis celebret? Ipsa et Mater est et Virgo. O rem admirandam! Miraculum hoc me stupidum reddit. » Sic ille.

Ob partam Cyrilli victorianam contra Nestorium, additamentum illud accepisse in universa Ecclesia angelica Salutatio facile creditur: *Sancta Maria, Mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, nunc et in hora mortis nostræ. Amen.*

Cœlestino demortuo suffectus est Sixtus I, qui et ipse Ecclesiam Orientalem pacificare, per summum imperatorem et Cyrilli studium valde laboravit : quod excitavit in ipsum haereticos, censores male-dicos, quorum calumnias quemadmodum pertexere nequimus, ita ab illis omnibus B. V. Maria Cy- rillum suum plane liberavit. Ad Nili fluenta insigne eremitarum Montis Carmeli cœnobium extollitur, quod rumor est Deiparæ jussu a Cy- rillo episcopo Alexandrino constructum, Paleo- nidoru teste, lib. II, cap. 4 et 7. Multa scripsit Cyrus in Iandem Deiparæ, de quibus vide Biblioth. Marian. part. I.

Obiit anno Domini 454, coliturque die 28 Januarii.

§ XXII. — De Cyrillo, antistite Constantinopolitano.

Sanctus Cyrus, qui postea Constantinopolitanæ civitatis antistes fuit, vix ablactatus in ipsa pueritia Deiparæ Virgini suam diecavit virginitatem. Ipsi aliquando comparuit serenissima angelorum Regina admirabili splendore circumdata, cultu gravi æta- teque venerabili, et mira verborum suavitate locuta est in hunc modum : « Cyrille, si Græcorum errores evadere (seruebant eo tempore hujusmodi errores) tuamque certam reddere salutem cupis, Gar- melum pete, ibique juxta vitam filiorum meorum Carmelitarum vive, ita enim fies salvus. » Haec audiens Cyrus sacratissimæ Virgini respondit : « O Domina, gloriosissima Mater Dei, gaudie, quia cunctas haereses erroresque sola interemisti in universo mundo. Tu, Domina mea, Magistra mihi eris et refugium : gratias tibi ago immortales, quia me immeritum indignumque tuorum filiorum numero aggregare dignaris. » Hisque dictis, se a Cy- rilli conspectu sacratissima Virgo surripuit, animam ejus mira consolationis dulcedine delibutam relinquens. Cum vero ad Carmelum Montem per- venisset Cyrus, ut ejus sacratæ religionis habitu indueretur, dum lassis membris aliquantulum quie- tis daret, ei iterum gloriosa Virgo Dei Mater apparuit dixitque : « Hic, o Cyrille, securitatem, quam ob tuae animæ bonum tantopere optas, consequeris. » Religioso habitu indutus saepe benedictissimæ Virginis Matris Mariæ aspectu recreabatur. Divina revelatione cognovit Ecclesiam in provin- ciis Orientalibus, suamque cum ipsa religionem diris tribulationibus agitandam : insuper divinum cultum ab iis partibus omnino exultandum, suumque ordinem extinguendum fundiusque delendum. Unde angelorum Reginam continuis precibus im- plorabat, ut sacram suam Carmeli religionem, ne omnino periret, defendere ac custodire dignaretur. Servi sui precibus benedictissima Virgo non de- fuit : ei etenim prolixius oranti, et multis cum lacrymis gemitibusque supplicanti apparens dixit, se viros zelantissimos suos ad hoc in diversis mundi partibus custodire, ut dictam sacratam reli- gionem ingrederentur. eamque in tota terre rotun-

ditate propagarent : simulque promisit suum illi nonquam defuturum auxilium, una cum auxilio Fi- lii sui Jesu Christi, qui Ecclesiæ suæ vicarios, re- ges terræ, principes, aliasque insignes personas moveret, ad Carmelitas bonis temporalibus spiri- tualibusque fovendos, ut eorum religio esset au- gmento. Obiit Cyrus virtutibus plenus, anno 4200 in ecclesia Domini nostre Montis Carmeli digno honore tumulatus.

§ XXIII. — De Cyrillo, antistite Hierosolymitanó.

Sanctus Cyrus, episcopus Hierosolymitanus, Deiparæ Virginis studiosissimus cultor atque en- comiastes insignis, illam Velum cœlestis Sponsi : Sponsam sanctam Deo in fide disponsatam, Thalamum purum ex quo purissimus puritatis doctor processit, nuncupabat. Sua sede pulsus est, quod Filium Deo Patri consubstantiale contra Arianos assereret. Fuisse autem eos Dei Matri contumeliosos patet : si enim Filius ejus non est Deus, Deoque Patri consubstantialis, sequitur eam non esse Dei Genitricem. Idem, occasione sumpta ex signo lucidissimo apparente a monte Calvariae usque ad montem Oliveti, litteris scriptis ad Constantimum imperatorem, eum ad rectam, tum Filii consubstantialis Patri, tum sanctissimæ Virginis Matris Dei fidem cohortatus est. Idem Cathechesi 12 convincit tam Graecos, quam Judæos, non fuisse impossibile Christum de Virgine Maria nasci, et quidem utrosque ex ipsorum doctrina. « Qui, inquit, ex cerebro Jovis natam filiam fabu- lamini, quomodo ex utero virginali nasci aliquem impossibile dicitis esse? Qui de femore vestri Jo- vis pregnatum Bacchum falso esse dicitis, cur no- stram veritatem rejicitis? » Judæos vero sic aggredit- tur : « Utrum est difficilis senem et sterilem muliebribus jam deficientibus parere, aut virginem juvenem generare? Sterilis erat Sara, et muliebri- bus deficientibus præter naturam peperit. Igitur eum et sterilem et virginem parere, sit præter naturam, aut utrumque nega, aut utrumque concede. Idem enim Deus utrumque operatus est. Neque enim audebis dicere, quod illuc quidem possibile, hic autem impossibile Deo. » Iterum : « O Jud. : i, utrum difficilis est virginem in animal mutari? at id a tempore Moysis factum : et ipse animal illud fugiebat : licet enim ante virga fuisset, dentes tamen habebat et oculos, utpote draco. De virga itaque oculi pullarunt, et de utero Virginis Puer nou nascetur? » Affert et de Virga Aarón, que una nocte floruit, et fructum tulit. Tum querit : « Quando igitur Virga propter typicum summum Sacerdotem præter natu- ram fructum dedit, numquid Virgini, ut verum Sacerdotem summum pareret, hoc non conferret? » Vide cætera exempla longe efficacissima ad probandum, quod hic sanctus antistes intendit. Immor- talem vitam adiit anno Verbi humanati 386.

§ XXIV. — De Cyro, antistite Smyrnensi.

Cyrus Panopolites, ex praefecto urbis Constanti- nopolitanæ factus episcopus Smyrnensis, gloriosis-

simæ Virgiñiæ Jesu Christi Dei atque Hominis verissimæ sanctissimæque Parentis piissimus fuit, atque ardentissimus cliens. • Hujus opus est (inquit Nicephorus) templum Dei Genitrici dicatum, quod Cyri dicitur, in quo fama est, et Romanum illum cantorem eximium propter carmina decantata honorem et præmium virtutis a Dei Genitrice receperisse. Templum autem id hujusmodi occasione istic est erectum. Cypressus in eo loco ingens et procera fuit, in qua superioribus temporibus nescio quomodo imaginem Dei Genitricis quidam occultavit; cum autem multum præteriisset tempo-

ris, et imago lateret, ipsa se ipsam indicavit. Cū pressus enim immenso coruseans lumine periude atque fax una ardore visa est, et ingens etiam miraculorum vis ab obscura et latente efficacia manavit. Ubi autem quidam curiositate laudata arborēm concendit, imago ea, unde miraculorum vis profluxit, apparuit. Quapropter Cyrus loco ei honorem habens, pulcherrimum et maximum Dei Genitrici construxit delubrum. •

Floruit sub Theodosio Juniore, circa annum Domini 440.

CAPUT IV.

De Dagiberto Novariensi, Davide Menevensi, Davide Beneventano, Decio Aleriensi, Deodato Nivernensi, Desiderio Morinensi, Desiderio Placentino, Didaco Bracharensi, Didaco Cassanensi, Didaco Hydruntino, Didaco Nicæno, Didaco Toletano, Dionysio Alexandrino, Dionysio Brugensi, Dionysio Parisiensi, Dodilone Cameracensi, Dominico Torcellano, Donnolo Cenomanensi, Donodei Senensi, Dulcito Agannensi, Dunstano Cantuariensi ac Durando Anticiensi antistitibus.

§ I. — *De Dagiberto, antistite Novariensi.*

Dagibertus pius episcopus Novariensis, ad suam erga Deiparum observantiam declarandam canoniceis S. Mariæ dono dedit cōtem, ut vocant, cum castello, aliaque plura bona ad se pertinentia, ea tamen conditione ac lege, ut prædicti canonici omnibus Kalendis sexaginta pauperes alant, centum vero ubi ejus anniversarium celebrandum recurreret, et insuper quod ipsimet canonici omni anno in festis Partus et Purificationis beatissimæ Virginis refectiones haberent. Vivebat anno Christi 926.

§ II. — *De Davide, antistite Menevensi.*

Sanctus David, Menevensium in Anglia archiepiscopus, inter alia pietatis suæ erga magnam Dei Matrem testimonia, cum ecclesiam Glastoniensem a discipulis S. Philippi apostoli, ex quibus Joseph ab Arimathia primus erat, olim constructam, et a Christo Domino in honorem suæ Matris consecratam, iterum dedicare disposuisset: ei Dominus in somnis apparuit, eumque a proposito revocavit. In signum vero, quod Dominus ipse ecclesiam prædictam prius cum ejus cœmeterio dedicaverat, Davidis manum digito perforavit, et sic perforata multis videntibus in crastino apparuit. Mox idem episcopus divina revelatione admonitus, aliam minoremque capellam in modum cancelli, in parte orientali, eidem ecclesiæ adjecit, et in honore Virginis Mariæ consecravit: in cuius rei memoriam pretiosissimum altare suum ipsi loco contulit. Et ut semper nosceretur ubi capellæ istæ conjungebantur, quædam pyramis in parte septentrionali exterius, et quidam gradus interiorius, et meridies linealiter eas abscondunt, juxta quam lineam secundum quosdam antiquorum jacet S. Joseph ab Arimathia, cum magna multitudine sanctorum. Et licet ecclesia ipsa cum augmentatione

prædicta postea fuerit per alios sæpius de novo constructa atque dedicata, tamen locus ab altissimo Domino, et sanctorum cineribus semper manet consecratus. Locus siquidem ipse tanta temporibus illis colebatur devotione, quod reges, reginæ, episcopi, duces et alii utriusque sexus nobiles, cujuscumque essent celsitudinis, vel dignitatis, se beatos fore arbitrabantur, qui enim aliquibus possessionibus auxissent, vel qui in eo, vel alibi, cum aliqua particula terre ejusdem sepeliri potuerint. Decessit David anno orbis redempti 522.

§ III. — *De Davide, antistite Beneventano.*

David, episcopus Beneventanus, Mariæ Deiparæ Virginis devotus obsequio, inter alia in ejus cultum ac venerationem præstata, ecclesiam S. Mariæ Beneventi, quæ hodie metropolitana est, cum prius nounisi benedicta esset, solemnè ritu consecravit et dicavit, atque in ejus consecrationis et dedicationis die, qui fuit 15 Decembris, sermonem ad populum habuit, qui adhuc in ecclesiæ Beneventane codicibus legitur. Vivebat anno Domini 600.

§ IV. — *De Decio, antistite Aleriensi.*

Decius Justinianus, patricius Genuensis, ex ordine Prædicatorum, episcopus Aleriensis, Deiparæ Virginem diligentissima semper pietate colens, ad ejus cultum venerationemque alios etiam adducere sollicite procuravit. Ecclesiam S. Mariæ de Campolaoeo, quæ pro cathedrali habetur, regali suppellectili novoque sacello exornavit, et ut populos sibi creditos ad Marianam pietatem excitaret, in plerisque suæ dioecesis pagis sanctissimi Rosarii, et mulierum Deiparæ Virginis speciali cultu inservientium societatem fundavit. Ut in cathedrali unequoque die Sabbati, quo die etiam a cibis abstinebat, de sero Litaniæ Lauretanæ cum Antiphona *Salve Regina*, vel alia pro tempore ante

altare B. Virginis a canonicis et clero perpetuo canerentur ordinavit, eisque, dum potuit, semper interesse studuit. In celum, ut pie creditur, emigravit, anno salutis 1642, etatis 61, die 21 Novembris.

§ V. — *De Deodato, antistite Nivernensi.*

Sanctus Deodatus, episcopus Nivernensis, nobilis Occidentalium Francorum sanguine procreatus, animi propensioni, qua erga sacratissimam Virginem Genitricem Dei Mariam ferebatur, morem gesturus, anno ab incarnato Verbo sexentesimo sexagesimo nono, vallem quamdam, quam Gallicanam vocabant, attingens, ibi basilicam construxit in honorem ejusdem sacratissimae Virginis Dei Genitricis Mariae. Feliciter obdormivit in Domino anno salutis 707.

§ VI. — *De Desiderio, antistite Morinensi.*

Desiderius, qui ex preposito Insulensi, Morinorum exinde episcopus creatus est, devotionis sua erga beatissimam Virginem specimen aliquod datum, id constituit uti Missa de B. Virgine a canonicis in sacello Laureatae Virginis Insulae caneretur. Decessit anno salutis 1169.

§ VII. — *De Desiderio, antistite Placentino.*

Desiderius, vulgo Deiparae Virginis cancellarius, ob multa et praelata quae de ea seripsit, nuncupatus, patria Placentinus, divinitus ad patriae subiectus est sedem anno 756. Cum enim Thomas episcopus decessisset, populusque, et cleris precibus Deum fatigaret, ut vacua Ecclesiæ dignus proponeretur, Deipara Virgo se obtulit per visum inclusum, illumque legavit ad clerum, monitum suo nomine senatores, ut cancellarium suum (sic enim honoris ergo Desiderium vocabat) crearent episcopum. Haud vana visus est attulisse inclusus. Itaque Desiderium evenerunt ad sedem, ejusque electionem ad populi, clericique preces ratam Adrianus Pontifex dicitur habuisse: populus vero, clerisque haud habuit, quod a Desiderio desideraret, quod ad optimi pastoris munus spectare videretur; per viginti enim annos, quibus illam administravit ecclesiam, ita pie sancteque se gessit, ut nec ecclæste decretum, nec populi vota ne latum quidem unguem sefellerit. Fato deinde funetus est anno Domini 775.

§ VIII. — *De Didaco, antistite Bracharensi.*

Didacus a Sylva, ex pago, cui Fundao Lusitanice nomen est, oriundus, cum ex Joannis III Portu-gallæ regis consiliario Minorita, postmodumque ejusdem regis confessarius, Coepitque episcopus, atque tandem Bracharensium archiepiscopus factus esset, et Deiparae Virginis pietate emiteret, suam patriam nobilitatus, antiquius sacellum in B. Mariæ de Saxo honorem aliquantulum a præfato pago erectum, atque a paupere quadam eremita inhabitatum, in Minoriticum sub antiquiori titulo conventum ex domesticis facultatibus evehendum curavit. Quod quidem tum patriotis, tum quoque convicinis populis tanto gratias fuit, quanto

SUMMA AUREA DE B. V. MARIA. X.

præfatum sacellum ob gloriosæ Virginis imaginem ibi erectam, atque sub saxo olim inventam, mirabilisque insignem, illis celebrius erat. Vivebat anno a Christo Salvatore nato 1526.

§ IX. — *De Didaco, antistite Cassanensi.*

Didacus de Arze, episcopus Cassanensis, natione Hispanus, mihi alias in *Bibliotheca Mariana* memoratus, ut devotionem suam, qua erga magnam Dei Matrem afficiebatur, illustriorem redderet, et æternam litterarum monumentis consignaret, scripsit de Conceptione Immaculata ejusdem magnæ Dei Matris Orationes, seu potius Tractatus quatuor: *De expectatione partus Virginei* tractatum unum: et alia mihi hactenus ignota. Oculos in mortem clausit anno nati Salvatoris 1617.

§ X. — *De Didaco, antistite Hydruntino.*

Didacus Lopez de Andrade, ahis Didacus de Paydua Andradus, archiepiscopus Hydruntinus in regno Neapolitano, natione Hispanus, Mariam Deiparam Virginem, cuius pio obsequio immutabiliter addictus, bene merendi, sancta (ut ita loquar) sincere devotionis ambitione permotus, scripsit Hispanice de purissima ejusdem Deiparae Virginis Mariæ Conceptione librum unum: quem ab Hieronymo de Andrade ejus germano fratre auctum, et Neapolit typis Scorrigii evulgatum dixi in *Bibliotheca Mariana*, parte 1; mortalitatis vinculis exsus est anno orbis redempti 1623.

§ XI. — *De Didaco, antistite Nicano.*

Didacus Seco, episcopus Nicænus, natione Lusitanus, cuius in *Bibliotheca Mariana*, parte prima, honorificam mentionem feci, sensum sue pietatis erga Deiparam Virginem ejusque illibatam Conceptionem luculenter ostendit, scribendo numquam satis laudatas præloque dignissimas, de ejusdem illibata Conceptione Disputationes duas, quas miss. legi aliquando apud doctissimam virum Bernardum de Toro Hispanensem. Clarebat anno Christiano 1617.

§ XII. — *De Didaco, antistite Toletano.*

Didacus Deza, Zamorrensis primo episcopus, deinde Salmantinus, Gienensis et Palentinus, deinde archiepiscopus Hispalensis et Toletanus successive electus, natione Hispanus, luculentum sese Deiparae Virginis laudatorem haud obscuro testimonio declaravit, scribendo *Conciones de ipsius Deiparae laudibus in ejus præcipuis festivitatibus*. Æternæ vitæ percepit usuram, anno salutis redemptoris 1525, v Idus Junii.

§ XIII. — *De Dionysio, antistite Alexandrino.*

Sanctus Dionysius Alexandrinæ urbis archiepiscopus, quem Nicetas Choniates Magnum et Theodoreus nominat doctrina insigne, in Epistola adversus Paulum Samosatensem, quæ exstat tum alibi, tum tom. III *Biblioth. magnæ Veterum PP.*, cum esset Deiparae Virgini præcipua devotione affectus, multa ei laudum præconia ascripsit, et varia attribuit illustria epitheta, illam vocans: Filiam vitæ quæ genitæ Verbum vivens, et per se

subsistens, increatum et Creatorem : Tabernaculum verum in quod nec aliis introivit, nec exivit, nisi solus Dominus ; cuius Tabernaculi porta integra et inviolata, quia manu Dei clausa et dígito ejus signata : Tabernaculum Dei laudatissimum, non ab hominibus fabricatum, sed Spiritu sancto firmatum, et virtute Altissimi protectum : Tabernaculum Dei sanctum, non manufactum, in quo Rex noster, Rex gloriae, factus est Pontifex : Dominum Dei magnam : Montem Dei manifestum : Matrem incorruptam, benedictam a pedibus usque ad caput : denique Paradisum virginalem habentem omnia, ex qua Unigenitus Deus Verbum genitus est. Floruit circa annum Domini 250.

§ XIV. — *De Dionysio, antistite Brugensi.*

Dionysius Christophori Brugensem episcopus, inter alias sue erga Deiparam Virginem clientelae tesseras, anno 1625, die 3 Octobr. sodalitatem Septem Dolorum beatissimae Virginis Mariae Brugis exaltavit : de qua exstant ejusdem litterae Teutonico sermone editae, in quibus omnes sibi subditos in toto episcopatu ad eamdem fraternitatem adhortatur. Cum enim R. dominus Petrus Teistrum decanus, et capitulum S. Salvatoris litteris a sua celsitudine postulasset, ut ipsa eamdem confraternitatem in suam reciperet protectionem, quod et fecit : scribit episcopus se ab eadem Elisabetha vidua Alberti Pii rogatum, ut eamdem sodalitatem exaltaret, et ad eam exornandam omnem operam suam impenderet. Præstít illud die et mense jam dictis feria 6 et in Dominicam sequentem solemnam indixit processionem in ecclesia collegiata S. Salvatoris, in qua olim ante centum annos a decano tunc ejusdem ecclesie M. Jo. Coudenberghe Caesareæ majestatis Caroli V secretario instituta fuerat. Deputavit præterea feriam iv cuiusque hebdomadæ ad visitandum sacellum Septem Dolorum, et primam feriam iv cuiusque mensis, ut ibidem canatur solemne sacrum, et fiat processio circa cœmeterium ad sacella Septem Doloribus præsentandis mox ædificanda. Denique ut quotannis celebretur excellens solemnitas, et processio ad eorumdem Dolorum cultum et venerationem. Prima solemnitas post dictæ solemnitatis exaltationem, sive instaurationem celebrata est anno sequenti feria vi ante Dominicam Palmarum, ut celebrari solet in primitiva sua institutione; tanta autem fuit populi frequentia, quod templum S. Salvatoris, etsi totius fere patriæ amplissimum, tertiam partem non potuerit capere, ita ut tota civitas videretur ad hanc solemnitatem et supplicationem confluxisse, et nunquam a centum annis tantus populi confluxus visus sit in ea civitate. .

§ XV. — *De Dionysio, antistite Parisiensi.*

Sanctus Dionysius Areopagita, Athenis primum, Parisiis inde in Gallia episcopus, theologorum secundum apostolos et evangelistas apex, audita fama B. Virginis, perrexit Hierosolymam, ut videret eam ; de ejus excellentia et gravitate sequentem

scripsit epistolam ad S. Paulum, ut ex multis auctoribus eam probantibus commemorat Ferreolus Locius lib. v *De Maria Augusta*, cap. 6. Titulus epistolæ hic est :

« Servus et novissimus vincetus Dionysius electissimo vasculo cœlico Paulo præceptor et principi, salutem.

« Confiteor coram te, princeps mihi, ab hominibus non posse percipi, quam ego oculis non tantum mentis sed corporis vidi, perspexi atque propriis oculis intuitus sum Deiformem atque supra omnes angelicos spiritus sanctissimam Matrem Jesu Christi Domini nostri : quam mihi benignitas Dei et clementia Salvatoris et gloria majestatis Deiformis Virginis Matris ejus ostendere dignata est. Quoniam cum a Joanne, vertice Evangelii et prophetarum, qui in corpore habitans quasi sol fulget in cœlo, ductus sui ad Deiformem præsentiam altissimæ Virginis, tantus me immensus divinus splendor circumfulsit exterius et plenus irradavit interius ; tanta etiam in me omnium odoramentorum superabundavit fragrantia, ut nec corpus infelix, nec spiritus posset totius ac tantæ felicitatis insignia sustinere. Defecit cor meum, defecit spiritus meus tantæ gloriae majestate oppressus. Testor, qui aderat in Virgine, Deum, si tua doctrina non me docuisset, hanc verum Deum esse credidisse : quoniam nulla videri posset major gloria beatorum, quam felicitas illa, quam ego infelix nunc, tunc vero felicissimus, degustavi. Gratias ago summo atque optimo Deo, divinaeque Virgini, et eminentissimo apostolo Joanni, et tibi Ecclesiæ vertici, atque principi triumphanti, qui mihi talia clarissime et clementissime præstitistis. Vale. »

Cum igitur Dionysius Mariae Dominae aspectum vidisset, advocatus fama, et Pauli Magistri relatio, de cœlesti Hierarchia, et de Virtutibus optime scripsit, quia in ipsa et circa ipsam et cœlestes hierarchias et virtutes suum vidit actum agentes, ut inquit Placidus Nigidus in suo *Mariali*, opusculo 4, serm. 9, qui etiam opusculo 1 ejusdem *Marialis*, cap. 6, scripserat : « Magnus Dionysius Areopagita, qui de cœlesti hierarchia ita conscripsit, ac si vidiisset aliquando, a Virgine accepisse, vel in illius pia custodia ac famulatu cum esset, aeratas illas cœli acies, et in ordines distributas vidiisse, tunc cum primum vidi, putandus est. » Sic ille.

Interfuit una cum cœteris apostolis sacratissimis Deiparæ exequiis, ut ipsem cap. 5 *De divinis Nominibus* ad Timotheum Ephesinum episcopum testatur illis verbis : « Nam et apud ipsos divino Spiritu plenos pontifices nostros, cum et nos (ut nosti) et plerique ex sanctis fratribus nostris ad contuendum corpus illud, quod auctorem vitae Deumque ceperat, convenissemus (aderat autem, et frater Domini Jacobus, et Petrus supremus decus, et antiquissimum Theologorum columnam), ubi post contuitum placuit, ut infinite potentem divinæ virtutis bonitatem laudarent omnes, quisque

pro captu suo. » Quæ verba de sancto corpore beatæ Virginis , non de sepulcro Christi Joannis domo, ubi Christus cœnaverat, intelligenda esse, ratio ipsa, oratioque convincit : et est communis concorsque sententia sanctorum Patrum qui hoc D. Dionysii gravissimum testimonium perpendentes, Dei providentiam admirantur, apostolos, eorumque primarios discipulos undique congregatos ad suæ Matris obitum illustranduni, funus faciendum, et exequias honestandas ; hoc Maximus, hoc D. Thomas, hoc Albertus affirmant, Dionysii interpres loci.

Porro Petrus Halloix Leodiensis in Vita S. Dionysii Areopagite, cap. 6, de eodem Dionysio beatissimæ Virginis migrationi una cum apostolis præseante locutus, inter cætera dixit : « Noster hic Dionysius meruit angelorum hominumque Reginæ thalamo appropinquare, et ipsam Reginam viventem, et videntem cominus intueri, et in divino vultu effulgentes cœlestium gratiarum thesauros contemplari, et verba ex ore illo purissimo, melle simul et favo dulciora plus nimio felicibus ac fortunatis auribus excipere, et intimis animi medullis condere. O voluptas ! o deliciae ! Quam cito tibi, o ter beate Dionysi, quam cito, et quam properanter in talium haustu deliciarum tot exantlati antehac abs te labores, et tot perpessæ graves aerumnæ forti animo toleratae sumi instar evanescunt, ac nihil esse, nec fuisse convictæ sunt ! Sic olim Jacobo patriarchæ septem anni in vita agresti et pastoritia dure exacti, cum super pecore vigilans, et æstu ureretur et gelu, tamen speciosæ suæ Rachelis respectu videbantur (ut ait Scriptura, Genes. xix.) pauci dies præ amoris magnitudine. Verum Dionysio totidem fere anni in laboriosissimo episcopatus onere transacti, conspectu Virginis Matris plena modestiae majestate, non modo pauci dies videbantur præ amoris et admirationis magnitudine, sed nulli.

« Cum vero, et adhortantem ipsam ad susceptos in Filii sui vinea labores constanter in finem perferendos audiret, et proposita vincentibus multi-formium coronarum præmia singulare cœlestisoris gratia præmonstrantem attendit, tum vero, et incredibili amore exarsit, et vix, ac ne vix quidem apud se fuit. Denique extrema valedicentis, et omnibus bene precantis verba submisso, quantum potuit, et corpore et animo, mistisque gaudii et mœroris affectibus exceptit, ac diu mutus stetit. »

Tradit B. Amadeus in sua *Apocalypsi*, rapt. 8, ex revelatione sibi facta ab archangelo Gabriele, Dionysium quoque post apostolos genuflexum brevi eloquio B. Virginem laudasse, ab eaque jamjam decedente audire meruisse : « Vale, Dionysi eruditissime, et ea quæ a Paulo accepisti, diligenter conscripta conserva. » Si vero in aliis rebus tantus fuit Dionysius, quantum scripta ipsa demonstrant ; in hujus Virginis et Matris (amabilissimæ dicam an admirabilissimæ) celebrandis tali in con-

sessu præconiis, quantus exstitisse credendus est ?

Certe (quod ipsa de magistro Hierotheo dixit) totus extra se raptus, totus in ea, quæ sublimissima sublimissime attingebat, transformatus. Ille canitur in Menœ Græcorum : *Veneranda tuæ obdormitioni, o Virgo sanctissima, aderat Dionysius, una cum Hierotheo, ac divino Timotheo, quorum unusquisque simul cum apostolis hymnum gloriæ tuæ convenientem decantabat, quibuscum nunc omnis te mortalium lingua Dei Genitricem, et mundi Patronam concelebrat. Sic ibi.*

In Galliam missus a S. Clemente Papa, cum Lutetiae Parisiorum evangelizaret verbum Dei, et beatissimæ Virginis perpetuam virginitatem, et magualia, quæ Deus ei contulerat, populo prædicaret, paulatim omnes facile ad ejusdem Virginis amorem pertraxit. Construxit etiam ad ejus honorem parvam ecclesiam, atque traditio est ipsum attulisse imaginem B. Virginis, quæ exstat adhuc hodie in ecclesia ipsius.

Crotone in episcopio sacellum est Deiparæ Virginis dicatum, sub nomine Capitis Columnarum, a promontorio ibi proximo nomine sumpto, in quo, ut fama est, S. Dionysius Areopagita, illac olim transiens, pulcherrimam ejusdem Deiparæ Virginis imaginem depositus.

Hujus templum in Gallia, in oppido ejusdem nominis, a Christo Domino, Deipara cooperante, dicitur cosecuratum.

Idem Dionysius Parisiis in campestri solo, in delubro Mercurii, exturbato ejus simulacro, templum Deo uni ac vero sub auspiciis dedieavit sanctissimæ Virginis : a qua deinde ab indigenis ad rei memoriam Domina nostra a Campis est appellatum : ubi et partem aliquam veli beatissimæ ipsius Deiparæ, cuius ipse interfuit exsequiis, ad maiorem loci ejus sanctitatem depositus. Glorioso occubuit, egregii martyrii decoratus laurea, anno Christi Domini circiter 121. Quem, orans aliquando D. Birgitta Suecia, Mariae Deiparæ Virgini sic loquentem audivit : « Regina misericordiae, tu es, cui data est omnis misericordia, et Mater Dei facta es propter miserorum salutem : miserere igitur regno Franciæ tuo et meo; tuo quidem, quia habitatores ejus te pro modulo suo honorant : meo autem, quia Patronus eorum sum, et in me habent fiduciam. Tu quippe vides, quantæ animæ perclitantur omni hora, et hominum corpora, quasi bestiæ prosteruntur, et, quod gravius est, animæ quasi nix descendunt in infernum. Consolare ergo eos, et roga pro eis, quia Domina es, et omnium Adjutrix. » Mater vero Dei cum B. Dionysio procedens ad Filium suum, eundem Filium pro regno Franciæ rogavit, et Filius propter preces Matris suæ Francorum regno subvenit.

§ XVI. — *De Dodilone, antistite Cameracensi.*

Dodilo XXI, Cameracensem et Atrebatensem antistes, ex maximo devotionis affectu, quo erga

Deiparam Virginem ferebatur, templum ejusdem Deiparae Virginis in ea civitate, impietate Normanorum profanatum, splendori suo reddidit, ac Kalendis Augusti dedicavit, cui etiam multa ornamenti contulit. Idem iuram juris sui villam, Buxerrias nomine, stipendiariis Fratrum, qui in ecclesia B. Marie famulabantur, delegavit. Idem ab Arnulpho rege praeceptum immunitatis super res ecclesiae S. Mariae Cameracensis obtinuit. Consecratus est episcopus anno 887, 17 Martii, vixitque ultra annum 900.

§ XVII. — *De Dominico, antistite Torcellano.*

Dominicus de Dominicis, primum Torcellanus, et postea Brixensis episcopus (de quo fusiis in *Bibliotheca Mariana*, parte prima), affectum suum erga augustissimam Deiparentem haul obscurè declaravit, scribendo *De Planctu B. V. Mariæ tract. I. De Filiatione S. Joan. evangelistæ ad beatissimam Virginem Dei Genitricem Mariam librum unum*, et alia, quæ non novimus adhuc. Moris vita attigit metam anno Christiano 1478, ætatis sue 60, vi Kal. Martii.

§ XVIII. — *De Donnolo, antistite Cœnomanensi.*

Sanctus Donnolus episcopus Cœnomanensis, pro singulari suo erga Deiparam Virginem affectu, monasteriolum et xenodochium, ultra Sartam flumen, in honorem beatissimæ Matris Dei et Virginis Mariæ sapienter ædificavit, atque sua Ecclesia rebus dotavit: accurate constituens, ut illuc pauperes et peregrini egentesque omnes, qui intra urbem propter ejus jugem custodiau admittunt non possent, reciperentur. Porro monachos viginti quatuor illic ad regulæ monasticæ præscriptum vivere voluit, qui et perpetim Deo ac B. Virginis servirent, et adventantes pauperes recrearent, atque hospites comiter et congruenter acciperent.

Vir quidam opibus et nobilitate præstans, sua sorte non contentus, in villam Christi Matris cultui dedicataam atque devotam, cui hic Donnolus præuerat, furenter invaserat, et eam sibi cum summa ecclesiæ pernicie, ac civium offensione vindicarat. Sacrilegum hunc tyrannum Donnolus, ut resipisceret, sibi caveret, et ad frugem se reciperet, admonebat; ubi nihil agi videt, ad Deum se convertit orando, utque divinum suum numen ostenderet exoravit, nefariamque hominis audaciam accusat, qui bona olim ad expiationem animarum Ecclesiae a fidelibus donata et tributa, et rapere ausus esset, et reddere appellatus, rogatusque renueret. Interim sacrilegus divina animadversione febrim patitur: cuius vi atque æstu sine ulla intermissione jactatur. Nihilo saior effectus ablata retinet, neque fertilis villa possessione cedit, cumque febris arderet, et lecto afflitus teneretur, nocte quadam præpotentis Dei Matrem, cuius res et bona usurpaverat, irruente vidit, quæ ferreo malleo, quem gerebat, pertinacis reguli frontem vulneravit. Ille, nono terrore percussus, confessim ad sanctum episcopum misit, qui rogarent ut quæcumque ex rebus divae Mariae Dei

Matris dicatis ablata essent, cum senore et incremento reciparet, se reddere velle quamprimum. Neque tamen prius convaluit, quam presens Donnolus, et vita sanctitate, et Virginis Mariæ cultu apriuise celebratus, quæ crepta erant, conduplicata recuperans, pro ægrotante preces effundit. Sed vulneris tamen in fronte accepti, ad rei memoriam, eruditio nemque multorum, quoad dives ille vixit, impressa vestigia remanserunt.

Excessit e vita mortali Donnolus, anno salutis humanae 584.

§ XIX. — *De Donodei, antistite Senensi.*

Donisdei de Malavoltis, Senensis episcopus, juris utriusque doctor insignis, et eruditione præclarus, pietatis et amoris sui erga Deiparam pignus testatissimum esse voluit, xenodochium Sanctæ Mariæ in Senensi civitate a se ædificatum, cui et multis redditus attribuit. Idem in ecclesia cathedrali, quæ Mariæ Deiparae dicata est, capellaniæ quinque fundavit. E vivis salvatus est anno 1550.

§ XX. — *De Dulcito, antistite Agannensi.*

Dulcitus, Agannensis episcopus, cum sanctorum martyrum Caprasii et Fidei, neonon Primi et Feliciani corpora ex loco indecoro sublata in ecclesia ab ipso constructa cum dignitate collocasset, eam ecclesiam cum martyrum, quorum reliquias cinesresque contegebat, dicere potuisse, tamen beatissimæ Spiritus sancti Sponsæ dulcis amator, Mariæ perpetuae Virginis, quæ martyrum Regina est, appellatione et titulo decoravit. Claruit circa annum Domini 550.

§ XXI. — *De Dunstano, antistite Cantuariensi.*

S. Dunstanus archiepiscopus Cantuariensis, a prima ætate usque in finem vitæ singulari erga Dei param Virginem devotione affectus fuit. Hujus mater cum grida esset, futurique partus lætitiam præsagiret, in Lumini feriis quas beatissimæ Virginis Februario incipiente mater Ecclesia dicavit, ad æden, quæ in ejusdem Dei Matris honorem Glasconie sumptuoso opere ædificata est, una cum marito perrexit. Ferebat uteque conjux cereos more majorum, ad pompani saerorum illastrandam. Cum vero cives accensis facibus rei divinae religiosæ latisque animis interessent, quieto, sereno, minimeque ventoso cœlo, omnium extincti sunt cerrei. Dumque attoniti rei novitatem prodigiumque considerant, ecce ignis de cœlo labitur, et ceream quem Dunstani mater manu præferebat, accendit, deque illo cœlesti lumine, qui aderant, partim admirantes, partim gratulantes suum quisque lumen accipiunt. Ex eo die Chinedrita (hoc prægnanti matronæ nomen erat) honoratissima perse, multo esse cœpit honestior, et conjugi, qui Berstantis appellabatur, viro facile primario, multo plus dignitatis accessit: nam qui vita conditione cæteris anteibant, morum etiam sanctitate primas tenebre judeabantur: natus tandem puer, et Dunstanus, id est montanus lapis, nominatus, infantie annos egressus ad beatissimæ Dei Matris templum, ubi

cerei miraculum acciderat, a parentibus deducitur, proque ejus incolumente fusæ preces et vota nunquam patata. Adulta jam ætate perpetuæ se virginitatis voto obstrinxit : et prope Dei Matris sanum, ubi lumen cœlitus emicuerat, domunculam sibi exstruxit, ita brevem et angustum, ut vix ac ne vix quidem capere Dunstanum posset. Dunstanum in illo sancto otio diu esse non licuit. Nam Cantuariensis is autistes electus, lucernam in candelabro collocauit, neque tamen de consueta in Virginem pietate quidquam remisit. Cum enim aliquando media de nocte ad sacresanctæ Virginis sacellum iret, ipsa cœli Regina, numeroso virginum choro cincta, venienti Dunstano obviam processit, et summo honore acceptum ad sacellum deduxit, quo presul ipse properabat, duabus ex illo cœlestium nympharum comitatu Sedulii carmen illud præcinctibus, cuius est initium :

*Cantemus, sociæ, Domino cantemus honorem :
Dulcis amor Christi personet ore pio.*

Recinebant hos ipsos reliquæ Reginæ cœli pœdisæque, duabus primis binos quosque persequentes, atque hymnum continuantibus :

*Primus ad ima rnit magna de luce superbus ;
Sic homo cum timuit primus ad ima ruit.*

Cantemus, sociæ, etc., cæteræ repetebant, duabus

illis, quæ primæ cecinerant singula disticha percurrentibus, et ad finem usque cantantibus, ita tamen ut post duos impares junctos chorus universus : *Cantemus, sociæ, Domino, etc., usque ad illud : personet ore pio,* dulcedine mira concentus iteraret. Hinc sancta Mater Ecclesia Sedulii versus frequenter usurpat, nam illud : *Salva, sancta Paren, enixa puerpera Regem, Gaudia Matris habens cum virginitatis honore, Nec primam similem visa est nec habere sequentem, Sola sine exemplo placasti, etc., mutata est a Sedulio.* Observabat Dunstanum non modo populus, sed ipse etiam Britanniæ rex ut patrem honorabat, quippe quem Deo ac Dei Matri sentiret esse charissimum.

Migravit ex corporis mortalis ergastulo, anno Domini 988.

§ XXII. — *De Durando, antistite Aniciensi.*

Durandus a sancto Portiano, natione Gallus, ordinis Prædicatorum, ex sacri palatii apostolice magistro, episcopus Meldensis et deinde Aniciensis Ecclesie præsul, Deiparæ Virginis cultor amantisimus, ut Mariana gloria latius in Christifidelium ingenii exspatiaretur, scripsit de Sanctificatione B. Virginis questiones 4, de Maternitate ejusdem quæstionem unam, et de Matrimonio ejusdem quæstionem unam. Clarebat anno salutis 1520.

CAPUT V.

De Eadmero S. Andrew, Eberhardo Salisburgensi, Ecclesio Ravennate, Edmundo Ardacensi, Edmundo Cantuariensi, Egino Constantiensis, Egwino Wigerniensi, Eleocadio Ravennate, Eleutherio Tornacensi, Elcuthero Montis Marani, Elia Aniciensi, Eligio Noviomensi, Elpidio Toletano, Emmanuel Segoriensi, Engelberto Coloniensi, Engranno Cameracensi, Ennodio Ticinensi, Epiphanio Salaminio, Erlupho Verdensi, Ernesto Pragensi, Eskilo Lundunensi, Ethelwoldo Wintoniensi, Euchario Herbipolensi, Eucherio Lugdunensi, Everio Caianensi, Eugenio Toletano, Evodio Aniciensi, Evodio Antiocheno, Eusebio Vercellensi, Eusebio Emisseno, Eustachio Regiensi, Eutychio Constantinopolitano, Exuperio Bajocensi, atque Exuperio Tolosano antistitibus.

§ I. — *De Eadmero, antistite S. Andrew.*

Eadmerus, vel Edinerus Anglus, ex abbate S. Albani episcopus S. Andrew in Scotia, impensum suum erga Deiparam studium cumulate testatus est, scribendo de ipsis Deiparæ laudibus librum unum. Claruit anno salutiserae Redemptionis 1121, enijs elogium ex Jo. Pitso *De illustribus Angliae script.* ætate 12, dedi in *Bibliotheca Mariana*, parte 1.

§ II. — *De Eberardo, antistite Salisbngensi.*

Eberhardus, gente Boius, genere comes, Biburgensis abbas, inde Sa'isburgensis pontifex, nulli unquam quidquam, dum vixit, Mariæ nomine pententi denegavit, ideoque mortuum non nemo sibi magnæ Matris velut infantem soveri vidit, et nectare, quod ipsa illi Virgo libavit, inebriari. Sancte decessit anno Christiano 1164.

§ III. — *De Ecclesio, antistite Ravennate.*

Ecclesius, Ravennæ episcopus, e nobilissima præfectorum familia Ravennate oriundus, vir cum insigni nobilitate generis, eximia virtus sanctitate

conspicuus, inter alia Marianæ pietatis documenta, paternas ædes in templum erexit divæ Mariæ Virginis Matri, quod Majoris appellavit, quod alia essent sacra illi minora templo in eadem urbe. In ejus templi testudine D. M. Virginis imaginem tanta artificis eruditio, opere vermiculato pictam fuisse fertur, ut nihil pulchritus, et simile magis posset videri. Ad ejus pedes hæc carmina legebantur :

*Virginis aula micat Christum quæ cepit ab astris,
Nuntius e cælis angelus ante fuit.
Mysterium Verbi Genitrix, et Virgo perennis
Auctorisque sui facta Paren Dominus.
Vera Magi, claudi, cæci, mors, vita fatentur.
Culmina sacra Deo dedicat Ecclæ ius.*

Hujus templi curam sacerdotibus, communitatem virtutis, virtusqne servantibus, tradidit, his additis munieribus : patina ex auro, urnis sacræ argenteis septem, et ex auro una, fundis quatuor in agro Ravennati.

Eiusdem Ecclesii imago templum D. Mariæ Vir-

gini, ac infantii Christo Deo offerentis in D. Mariæ Majoris cernitur, opere pista vermiculato. Sedes supernas petuit anno Domini 542, vi Kalend. Septembris.

§ IV.—*De Edmundo, antistite Ardacensi.*

Edmundus Hybernum, Ardacensis episcopus, ob religionem ab Elisabetha Angliae regina pulsus in exsilium, cum fidis aliquot famulis presuggerat in Scotiam: sed unde præsidium quærebant, periculum exstitit. Scotiæ proceres Angliae reginæ rogau Edmundum in vincula conjici juberunt. At ille, rem odoratus, clam conscientia navi, reginæ insidias solerter elusit. Cæterum manifesto periculo perfunctus, haud multo post occultè aliud discriumen incurrit: nec fortuita res, sed divina fuit: id adeo et discriminis tempus, et oblatum in tempore cœlesti auxilium ostendit. Nam dum Galliam Edmundus petit, in Dracum Anglum nobilem archipiratau incidit, pridie Natalis diei beatæ Virginis, qui dies ab episcopo ejusque famulis præcipua devotione agitabatur. Et oblate in somnis uni ex comitibus species omnes ad spem salutis erexit. Is ea nocte, quæ occursum hostium antecessit, visus sibi erat in quiete cum hæreticis in magno hominum consensu disceptare nudus; ibi nuditatem suam erubescenti Virgo excellenti forma candida in veste occurrit, quæ illum enixe rogantem, ut suam nuditatem tegeret, benigne commiterque sua cooperuit palla. Hoc ille deinde visum cum enuntiasset episcopo, communī consensu statuerunt, obversata in somnis Virginem atque Deiparam fuisse, cuius præsidio tegendi forent. Itaque Edmundus adventante hostium classe, cum humanum nullum pateret effugium, Mariæ Lauretanæ (cujus dies Natalis certam ei spem ostendebat salutis) cum suis implorat opem: Adiectum precibus votum, hostium manus si evassissent, ad Lauretanam ædem ituros, ac per tri-duum inibi Sacris operaturos. Nec irritæ preces votumve. Gubernator navis qua vehebantur, specie hæreticus, Catholicon fautorem se in ipso temporis articulo præbuit: namque cum Anglicanam classem adesse vidit, ratus id quod erat, Catholicos quos vehebat, ad neem quæri, episcopum cum famulis oculuit in sentina, remotissimo ab oculis tenebricosissimo loco. Ibi, navi jam ab Anglis capta, et in Angliam abducta, octo ipsos latuerunt dies, Navarcho cibaria semel in die clam subministrante. Neque tamen interim prædones Angli segniter captam serutati sunt onerariam. Quotidie certatim infensis animis omnes rimabantur angulos, episcopum de eujus fuga cognoverant, quæritantes. Ad ultimum acceusis facibus cuncta intentius perscrutantes delaluntur in sentinam. Ventum erat ad latebram: quo præsentius periculum, hoc evidenter Deiparæ exstitit auxilium. Jam sacerdotem, cui visum in somnis objectum diximus, deprehensem in proximum attraxerant tabulatum, cæteros vestigaturi, cum divinum Ca-

tholicis præsidium senserunt adesse: ipsorum elapsum manibus nunquam postea recipere potuerunt: ergo octavo demum die serutandi defatigatione curam quærendi episcopi omiserunt. Ita navis dimissa a prædonibus iter cœptum repetit. Ecce autem aliud ex alio periculum. In eodem Gallicano cursu classis alia piratarum occurrit, qui trueulentiores prioribus Edmundum episcopum Elisabethæ reginæ instinctu quærebat ad necem. Illi navi capta in eam transiliunt, evertunt merces admotisque luminibus cuncta loca scrutantur, intentiori cura venitur ad latebram, tandem episcopus ipse deprehenditur. Actum erat, nisi præsens Deiparæ tutela fuorem retulisset. Ecce ibi dum captum extrahere conantur, repente capti ipsi oculis, lymphatisque similes errare cooperunt. Tandem haud dubia Dei vindicis ira conterriti, captam onerariam dimittunt; illa repetito cursu optatum, favente Virgine, tenuit portum, bis, paucis diebus, ultimo periculo defuncta. Episcopus ejusque familiares votorum haud parum memores, protinus ex eo loco, ubi in terram descenderant, pedibus Laurenum usque venerunt, anno post Christum natum 1586 et episcopus, votis rite persolutis, totam rem litteris consignatam apud ædem Lauretanam reliquit, duplicitis in dupli suo periculo auxiliis B. Mariæ argumentum.

§ V.—*De Edmundo, antistite Cantuarieni.*

Sanctus Edmundus, archiepiscopus Cantuariensis, cum adhuc Oxonii grammaticæ operam daret, et in tantilla ætate firmo animi proposito constituisset apud se pudicitiam suam integrum ac illibatam ad obitum usque conservare, se beatæ Mariæ Virginis sollicitis precibus totum commendavit, eamque ad prosperam et felicem propositi sui totiusque vitæ summam conficiendam, non modo invocavit, sed et novo stratagemate eam sibi, immiso in digitum imaginis Virginis annulo, cui inscriptum erat: *Ave*, quasi desponsavit. Exakte certe constat cum castitatem per omnem postea vitam conservasse, et (quod ipse, cum abiret, fastebatur) præsentem illam et admirabilem opem beatæ Virginis, in summis rerum suarum difficultatibus et angustiis, sæpe expertum. Habuit vero in dito suo etiam annulum, cum quo post mortem, ut solent pontifices, sepultus est, cui itidem, cunctis admirantibus, angelica Salutatio insculpta fuit, ut beatissima Virgo ipsum suum sponsum, et habere et cognoscere dignaretur.

In morem perpetuum induxerat beati Joannis evangelistæ orationem illam in honorem Matris Dei, et ejusdem sancti, quæ incipit: *O intemerata*, recitare. Die quadam in studio occupatus, non tam neglexerat, quam oblitus fuerat debitum votivum exsolvere; sequenti nocte beatus Joannes ei apparuit, et, ut manum suam ei extenderet, imperavit: gerebat autem divus Evangelista ferulam, qua velut ultior alienus criminis, desæviens minabatur palam Edmundi persecutere. Huic porro visum est, per

comminationis magnitudinem, quod si eum percussisset, ab ictu virginæ mortem obiisset. At sanctus Joannes clementior visus erectam manum retinuit, et ne superiore orationem per incuriam omittiret, sedulo imperavit.

Artium magister effectus, Missæ sacrum audire, et preces canonicas quotidie legere consuevit, quod et discipulis suis exemplo et exhortatione sedula persuasit: et ut hoc commodius et liberius efficiere posset, in parœcia in qua degebatur, sacellum in honore beatissimæ Virginis construendum curavit.

Stndiis intentus coram se habebat imaginem eburneam beatæ Mariæ, in cuius circuitu depictum erat nostræ redēptionis mysterium. Itaque in Codice seruebat lectio, et ad imaginem, vel ad eam potius, quam illa repræsentabat, preces dirigebantur; utrinque vero ejus animo instuebat contemplationis dulcedo et extasis.

Singulis diebus, præter Horarias preces majores, Officium de beata Virgine recitabat. Aliquando Biblia legenti somnis irrepit, et candela ardens supra librum delapsa arsit, nec tamen illum exussit. Tum vero mus ingressus lumen extinxit, sed beatissimæ Virginis Matris nomine, et auxilio invocato, lumen cœlitus restituitur. Matutinis, quæ nocte cantantur, precibus aderat: quibus absolutis, coram virginalis Marie Matris ara persistebat in precibus. Felix ejus anima evolavit a corpore xvi Kalend. Decembri, anno Christi 1246, ut Baronius probat.

§ VI.—*De Egino, antistite Constantiensi.*

Eginus, episcopus Constantiensis, inter alia observantiae suæ erga Deiparam documenta, reliquit post se crucem, habentem puri auri 50 marcas, argenti vero 35 et pretiosissimas gemmas, cum inscriptione :

*Hoc tropæum Christi Egino pro luce perenni,
Virgo Maria, tuo sacro dicavit honori,
Cui prece, quæso, tua tribuantur regna Polorum.*

Valedixit humanæ vitæ, anno salutis humanae 813.

§ VII.—*De Egwino, antistite Wigorniensi.*

Sanctus Egwinus, sive Eguinus, quibusdam etiam Edwinus, Wigorniensis in Anglia episcopus, regali prosapia ortus, nec minus doctrina, quam sanctitate conspicuus, beatissimam Mariam Domini nostri Jesu Christi Genitricem toto affectu et spiritu, toto corde et amore amplexabatur, ut nunquam a memoria ejus excideret, nunquam verbis ejus decesset. Cujus visitatione et consolatione saepè recreatus, omnia quæ mundi erant omittebat, ea quæ Dei erant indesinenter exercebat: misericordolebat, pauperes recreabat, esurientes pascebatur, et cætera pietatis opera indesinenter exercebat. Locus erat in territorio Wigorniensi dumis et vepribus condensis incultus, qui a modernis Eoveshammum appellatur. Hunc sanctus Egwinus a rege Merciorum Ethelredo expetiit et obtinuit; super illam quoque silvam quatuor

pastores gregum ad victualia Servorum Dei nutritienda constituit. Ex quibus unus, Eoves nomine, quadam die ad interiora silvæ progressus est, et ecce astabat in loco quodam virgo quædam cum aliis duabus virginibus præclarissima, omnem mundanam pulchritudinem, et ipsius solis fulgorem sui splendorc et gloria devincens, librum in manibus tenens, et cum sacris virginibus cœlestia cantica psallens. Expavit vir ille tam coruse visione hebetatus, nec ferens cœlestia conspicere, tacitus ac tremens domum rediit, et quæ viderat sancto episcopo intimare curavit. Vir autem Dei tacite rem considerans, post jejunia et preces, quadam die cum tribus sociis, et cum Psalmis et orationibus devotis nudus pedes ad locum designatum pergit, eminusque relictis sociis ipse interius processit, diutiusque terræ accubans, cum gemitu et lacrymis implorabat respectum misericordie Redemptoris. Surgente illo ab oratione, tres virginis non minoris splendoris et gloriæ quam prius, apparuerunt: quarum quæ media erat, præcelsior et omni nitore splendidior præfulgebat: liliis candidior, rosis vernantior, odore inæstimabili fragrantior, librum quoque manibus preferens, et cruce auream luce radiantem. Cumq[ue] cogitaret hanc Dei Genitricem esse; Virgo præcellentissima quasi favens tam piæ estimationi, adorantem prætensa, quam tenebat, cruce benedixit, et cum tali benedictione disparuit. Gavissus itaque vir sanctus et intelligens divinæ voluntatis esse, ut locis ille incultus et spinetis horridus in honorem sanctæ Mariæ perpetuae Virginis consecraretur, cumdem protinus mundavit, opus inchoavit, et ad finem feliciter perduxit. Migravit ad Dominum virtutibus plenus, anno orbis redempti 720, iii Kalend. Januar. in monasterio, quod in honorem beatæ Dei Genitricis a fundamentis construxerat, sepultus. Post mortem vero cum monachus quidam Conventrensis, nomine Sperculphus, quadam nocte in ecclesia Dei Genitricis, in eodem monasterio, in illius festo vigilans pernoctaret, januis clausis, cum inæstimabili claritate et decore conspicit processionem maximam sanctorum spirituum adventientem, sanctumque Egwinum gloriosam Dei Genitricem Virginem Mariam deducentem. Pervenientes igitur ad altare beatæ Virginis Marie, venerandus pontifex Egwinus, post matutinas honestissime decantatas, Missarum solemnia exorsus est. Monachus vero, qui haec vidit, stupefactus intra se dixit: Quid hoc est? num sensum perdidi? nonne hic quidam sunt, quos diu ex hac luce subtractos intelligo? Et accedens secreto ad quemdam, quæ esset, cui Missa decantaretur, inquirit. Et ille: Tace, num ignoras dominum nostrum sanctum Egwinum beatæ Dei Genitricis et semper Virginis Marie sacrum Mysterium celebrantem? Itaque Missa completa duo episcopi coeli Reginam dextra laevaque assumentes, eodem ordine, quo intraverant, cum processione regressi sunt.

§ VIII.—*De Eleocadio, antistite Ravennate.*

Sanctus Eleocadius, archiepiscopus Ravennensis, vir Græcus, summusque philosophus, quem miris extollit laudibus Petrus. Damianus, scribit que eum summa fuisse pietate puritateque, atque ita virtutibus floruisse, ut in humano corpore vitam cœlestem ac divinam imitaretur. Inter alia pietatis sue erga Deiparam Virginem documenta, edidit, ut ex libro 1 *Hist. Ravennatum* Hieronymi Rubei dixi in Appendice 2 *Bibliothecæ Marianæ*, de Christi Conceptu, atque Ortu ex Virgine opusculum, a temporum injuria, ut puto, exhaustum. Decessit anno duodecimo supra centesimum a Christi ortu, xvi Kalend. Martii.

§ IX.—*De Eleutherio, antistite Tornacensi.*

Sanctus Eleutherius, episcopus Tornacensis, natione Gallus, vir virtutibus miraculisque clarissimus, Deiparae Virginis cliens devotissimus, eam tanti meriti exstisso affirmabat, ut non tantum meruerit Salutatione angelica visitari, sed inter claustra virginalis icti illum comprehendere, qui nullo modo poterat comprehendendi. Appellabat Matrem Conditoris: vitæ perdite Restauratricem: virginem Aaron quæ præ cæteris floruit, id est, præ cæteris virginitate digna resplenduit: scalam cœlestem, in qua Gloria cœlestis descendit ad inferiora, quatenus humilitas ad cœli subvehiceret aitiora: anlam virginicam pudicitiae, quam Spiritus sanctus ingrediens, talem Christum hominem factum ex ea fecit procedere, qui perdita restauraret, et omnium delicia relaxaret: virginem incorruptam et illibatam, quæ illum concipiens, quem Pater ab initio invisibilem generat, nobis visibilem produxit, virgo permanens post partum: Matrem Domini nostri Jesu Christi, non quia deitas naturaque Verbi in ipsa exordium acceperit, sed quod anima rationabili ex ejus impolluta alvo illud sanctissimum corpus Christi animatum natum sit, cui Dei Verbum adamatum substantialiter, scimus esse natum carnaliter: addebatque merito a nobis laudandam venerandamque, cum Deum hominibus reconciliaverit, terrena cum cœlestibus concordaverit, pro præteritis apud Deum interveniat, Filiumque exoret pro futuris.

Quinquenno ante mortem concilium habuit Tornaci contra Acephalos hereticos, Deiparae hostes, unam tantum in Christi persona naturam prædicantes. Huius porro concilium Chalcedonense improbabant, quod ejus honoris titulos, et Matris Dei compellationem tueretur contra deliramenta Eutychetis. Idem eos, quoad licuit, civitate ejecit, a quibus in ingressu Templi B. V. Mariæ, gravissime, remunerationis loco, in capite vulneratus est, anno salutiferæ Nativitatis 529.

§ X.—*De Eleutherio, antistite Montis Marani.*

Eleutherius Albergonus, ordinis Minorum Conventualium, sacre theologie doctor insignis, ex gymnasii Mediolanensis regente electus episcopus Montis Marani, ad Deiparae gloriam, quam semper

cordi habuit, latius propagandam, inter alia multa in hanc rem præstata, seripsit *Conciones Sabatinas* de excellentiis B. Mariæ ex Evangelio, et *Canticum Magnificat*: quas excusas Romæ 1651, dixi ex Waddingo in Appendix secunda Bibliothecæ Marianæ. Vivebat ipse anno Dominicæ Incarnationis 1600.

§ XI.—*De Elia, antistite Aniciensi.*

Elias de Lestrangiis, Aniciensis antistes, cum in universitate Tolosana, in die celebratissimæ Conceptionis beatæ Mariæ, contra hanc sanctam Conceptionem prædicare decrevisset, priusquam ambonem ascenderet, et solito more orationem ante altare ad Virginem funderet: ibi existens, omnes rationes et puncta quæ contra Immaculatam conceperat, de sua memoria subito evanuisse animadvertisit, oppositis et contrariis in eadem fixe permanentibus. Unde ad vitandam confusionem oppositum suo priori proposito prædicare coactus, hunc postea casum, ut sibi contigerat, quandiu vixit, ad exaltationem Virginis, privatim et publice frequenter enarravit: et magister Joannes Bireli canonicus Aniciensis in sermone ab eo facto de celebritate immaculatæ Conceptionis coram synodo Basiliensi, anno Domini 1435, inter alia miracula hoc retulit. Vivebat Elias iste anno Domini 1430.

§ XII.—*De Eligio, antistite Noviomensi.*

Sanctus Eligius, episcopus Noviomensis, cum adhuc in sæculo degeret opificio aurifaber, quatuor aureas Aquilas eudit, quas Rotelinda mater Odonis tunc episcopi Carnutensis obtulit divæ Virginis, ad exteriorem ornatum sacri aurei Feretri, quo continetur sacram ejus indusum. Idem Antuerpiæ templum Veneri deæ sacrum in Marianum commutavit. Seripsit etiam de Purificatione B. Virginis homil. 1, sui erga sacrosanctam Dei Genitricem amoris ac singularis reverentiae teste. Obiit Noviomii anno 665. De hoc sancto viro hæc scribit beatus Alanus de Rupe in *Apolog.* pro Rosario beatæ Virginis cap. 20: « De sancto Eligio proditum accepimus, parasse eum cathedram sibi, visendum ab 450 clavis auricis et argenteis: itemque aliis quindecim majoris notæ intersertis: secundum quæ sic fixa signa Psalterium Virginis orasse legi Wismariae ducatus Magnopolensis in libro *De mirabilibus mundi.* » Sic ille.

§ XIII.—*De Elpidio, antistite Toletano.*

Sanctus Elpidius, primus Toletanus præsul a sancto Jacobo apostolo ex Virginis Mariæ consilio designatus, Toleti in Hispania templum eidem sanctissimæ Virginis in terris adhuc superstitione dedicavit, quod funditus pene postea Dacianus subvertit anno 302, Constantinusque Magnus reædificavit anno 312. Ita in Chronicis Entraudus: « Anno Domini 502, Constantino Claro et Galerio Maximo Cæsari consulatu 4, die 3 Aprilis, etc., diruta est ecclesia Toletana beatæ Mariæ Virginis Assumptioni a S. Elpidio erecta; solo aquata est a Duumviris jussu Diocletiani, edictoque P. Daciani Hi-

spaniae præsidis, qui demolitioni interfuisse dicitur anno 518, lege Constantini cum aliis ædificatis ecclesiis, Toleti restituta est ecclesia Assumptioni sanctæ Dei Genitricis dicata. » In suis Adversariis Julianus n. 274 : « Basilica, inquit, beatæ Virginis Mariae, quæ viventi primum ædificata est a sancto Pontifice Elpidio, tempore Diocletiani anno 303, edicto publico Dioceletiani, præsente P. Daciano præside, æquata solo, reparata postea per S. Natalium, ac redditâ religioni per Leonardum abbatem, nunc in pretio magno est, ad quam imperator vexilla ducit. » Et num. 387 : « Constantinus Magnus constructam Toleti prius ab Elpidio, Eugenio aliisque beatæ Virginis Assumptioni consecravit, » etc. Quod si Eugenius communiter primus Tolitanus episcopus habetur, ideo est, quia major de illo notitia habebatur, quod feliciori ætate, et diutius eidem prefuit Ecclesiæ : cum tamen fuerit primus Elpidius, ut constat ex Catalogo episcoporum ecclesiae Tolitanæ, Gothico scripto idiomate, Fuldensis Bibliothecæ. Purpurea martyris corona insignitus est Elpidius anno Christi 60, die 4 Martii.

§ XIV. — *De Emmanuele, antistite Segoviensi.*

Emmanuel, alius Manuel, de Reynoso, episcopus Novæ Segoviæ in Insulis Philippinis, natione Hispanus, ut erat Deiparae Virginis cultui honorique addictissimus, scripsit de fundatione Fraternitatis Nominis Mariæ per venerabilem Patrem Simonem de Roias librum unum; Sermonum etiam de Concepcione Immaculata B. Virginis librum unum, et alia. Decessit Hispali, vir ob singularem erga Deiparam Virginem devotionis affectum imprimis prædicandus, anno a Nativitate Salvatoris 1652.

§ XV. — *De Engelberto, antistite Coloniensi.*

Engelbertus Coloniensis antistes beatissimam Virginem Mariam tantopere dilexit, ut ad ejus laudem quartis quibusque feriis jejunaret : et cum jam esset electus antistes, negotiis impediri non potuit, quominus ædem Virgini sacram in sublimi rupe sitam (Amatoris Saxum vulnus appellat) amoris divini flammis ineeusus inviseret. Religiosis hominibus tantum honoris habebat, ut longe apparentibus, quamvis ignotis assurget, quos ipsos ita alloquebatur verecunde, ut eorum famulus esse videretur. Sacerdotes egenos de sua scutella sorbere, de patina edere, deque poculo bibere, vel repugnantes invitatos cogebat. Qui enim beatissime Virginis verus ac perfectus est cultor, in eo humilitatem excelsam inveniri necesse est, prægrandemque virtutem, cuius fuit Magistra Deipara. Floruit anno 1223 Loricæ in Chron. Anaceph., Matriæ Augustæ.

§ XVI. — *De Engranno, antistite Cameracensi.*

Engrannus ex Corbeiensis cœnobii monacho episcopus Cameracensis, vir mira charitate, omnique mansuetudine plenus, dum monasterium beatæ Virginis Cameracensis, eum totius studii accinctu, ad occidentalem plagam ampliaret : culpis quidem

civium exigentibus, morte præventus, opus imperfectum reliquit, triennioque ecclesiam moderatus migravit ad Christum, anno 957, in eodem monasterio S. Dei Genitricis ad australem partem honorisfice tumulatus.

§ XVII. — *De Ennodio, antistite Ticinensi.*

Sanctus Ennodius episcopus Ticinensis, inter alia pietatis suæ erga Deiparae Virginem specimina, in ejusdem Deiparae Virginis landæ hymnum pulcherrimum concinnavit, quem quia brevem, libenter hic subjicio :

Hymnus Ennodii de B. Maria :

*Ut Virginem fætam loquar,
Quid laude dignum Mariæ?
Det partus, ornet, exigit
Quod clausa porta, quod Parens
Expositi ipsa suggestat.
Sint verba ceu miraculum,
Quid mens requiras ordinem?
Natura totum perdidit.
Hoc est salus, quod vincimur,
Cum sola Virgo degret,
Concepit aure filium,
Stupente faciun corpore,
Turgescit atvis Spiritu.
Quod lingua jecit semen est,
In carne Verbum stringitur.
De Matre cunctus noster est,
De Patre nil distans Deus,
Utrisque partus integer.
Quæ gignit, et qui præcipit
Nil major ille servilis.
Sed nec minor creante fit
Fons, dicta clausus accipit
Fons membra clausus egerit.
Nec rima cessit arctior
Et tera proles emicat:
Dic, Mater et Virgo, precor,
Quisquamne clauit exiens?
Arctantur exta fætibus
Vinctum pudoris natus est.*

In celum receptus est Ennodius anno Domini 521, ætatis 48, xvi Kalend. Augus.

§ XVIII. — *De Epiphonio, antistite Salaminæ.*

Sanctus Epiphanius Salaminæ Cypri, quæ postea, Hieronymo teste, Constantia dicta est, vel Salaminæ primum, et postea Constantiæ, ut Suidæ placet, diversarum Cypri urbium episcopus, quanti fecerit beatam Virginem, quamque in ejus laudes fuerit propenso animo, facile colligere licet ex sermone illo, variis pulcherrimisque virginalium præconiornm Epithetis pleno, quem Graece scripsit, ac *De laudibus sanctissime Deipara Virginis* prænotavit. In eo sacrosanctam æterni Verbi Genitricem his verbis salutat : « Ave, gratia plena, multis virtutibus exornata Virgo, in lampade gestas lucem inextinguibilem, sole splendidiorem. Ave, gratia plena, hanc esca spiritualis, in te siquidem hamus Divinitas. Ave, gratia plena, gloriae Arca spiritualis. Ave, gratia plena, quæ stientes perennis fontis dulcedine satias. Ave, gratia plena, Mare spiritale habens gemmam cœlestem Christum. Ave, gratia plena, splendidum cœlum, quæ in celis incomprehensum contines Deum. Ave, gratia plena, quæ Chernubicum Thronum Divinitatis fulgore superas. Ave, gratia plena, quæ cœli circulum habes,

et Deum incomprehensum angusto potissimum loco in te ipsa contines. Ave, gratia plena, nubes columnae similis, quæ Deum babes, qui populum deduxit per desertum. Quid dico? et quid proloquar? quo pacto beatam prædicabo gloriae radicem? Solo enim Deo excepto cunctis superior exsistit, natura formosior est ipsis Cherubim, Seraphim et omni exercitu angelico: cui prædicandæ cœlestis ac terrestris lingua minime sufficit, imo vero nec angelorum. O beata Virgo, Columba pura et Sponsa cœlestis Maria, Cœlum, Templum et Thronus Divinitatis, quæ coruscantem in cœlo et terra Solem habes Christum: Nubes lucida, quæ fulgor de cœlo lucidissimum ad illuminandum mundum deduxisti Christum. Ave, gratia plena, porta cœlorum, de qua propheta vociferatus est his verbis: Ecce porta clausa, et nullus ingredietur per eam, nec egredietur præterquam Dominus solus (*Ezech. XLIV, 2*). O Virgo pura, sancta Mater Domini, beata Sponsa Trinitatis individuæ, beata tu inter mulieres quæ Deum et hominem omnium Creatorem velut infans in terra peperisti. O Virgo sancta, lucis aeternæ Mater, lucis inquam, quæ in cœlis illuminat copias angelorum: lucis quæ illuminat ipsum Seraphim incomprehensum oculum: lucis, quæ illuminat Solem splendidis facibus. O Virgo sanctissima, quæ exercitus angelorum in stuporem deduxisti! stupendum est enim miraculum in cœlis, Mulier amicta sole: stupendum miraculum in cœlis, Mulier gestans lucem in ulnis: stupendum miraculum in cœlis, alter Thronus Cherubicus. O sanctissima Virgo, Mater Salvatoris, quæ genuisti principio earens Verbum, Filium scilicet, cumdem cum Patre habentem Thronum; consubstantiam Patri, et Spiritui sancto. Ave, sacrosancta Virgo, quæ velut Rubus intellegit, absque combustione Divinitatis ignem tenes. O Candelabrum virginum, quod illustravit tenebris involutos. O Candelabrum virginum, quod ignem et oleum inseparabile ad illuminandum induxit. O Candelabrum virginum, quod ab altissimo throno accepit ter lucidum ignem, unum, inextinguibilem, consubstantiale, et ad illustrandum terram resplenduit. Corona regia pretiosissimum habens lapidem, et gemmis similem Christum. Purpura regia, quæ cœli terraque Regem induit. Liber incomprehensus, quæ Verbum et Filium Patris mundo legendum exhibuisti. O beata Virgo, quæ gloriam cœlestem portasti, et ex multis floribus Paradisi mundum odore replesti. » Sic ille.

Eamdem tum ibi tum alibi in suis operibus appellat Sponsam Trinitatis: Thesaurum dispensationis plane arcanum: Thalamum processionis Sponsi: Sponsam cœlestem, quæ donorum antenuptialium nonnunquam Spiritum sanctum accepit: cœli et terræ Mediatrixem, quæ unionem naturaliter peregit: Nubem cœlestem, quæ tonitruum Spiritus sancti in se ipsa reconditum deduxit in mundum, et imbreui ejusdem Spiritus in universam terram ad producendum fidei fructum cum impetu demisit: Montem nullam

tenus incisum, præruptam habentem petram Christum: Templum minime compositum, lapidem cœlestem habens Christum: Agrum minime cultum, quæ Verbum velut granum frumenti suscipiens etiam manipulum germinavit: Clibanum intellectualem, quæ ignem et vitæ panem habuit, et calidum mundo in esum attulit: Matrem Salvatoris sanctam: Ovem immaculatam quæ peperit Agnum Christum: Mensam fidei intellectualem, quæ panem vitæ mundo suppedavit: Mensam virginalem locupletem, virtutibus plenam, optimis quibusunque cibis abundantem, quibus terra fruatur: Lignum immaculatum, quod Rosam immaculabilem genuit Christum: Vitam veritatis fertilissimam, et quoad virginitatem minime vinclavitam, quæ licet non fossa, nvarum tamen feracissima, nempe quæ maturum uvam germinavit Christum: Templum impollutum habitantis in se Verbi Dei: Thesaurum Ecclesie Dei stupendum, qui adeptus est ingens mysterium: Sacerdotem pariter et altare, quæ quidem mensam ferens dedit nobis cœlestem panem Christum in remissionem peccatorum: Crucem Domini; extendens enim sanctas ulnas Dominum portavit: Thronum Cherubicum eruciformem et cœlestem: Cœlum splendidum, Radium habens lucidis facibus coruscantem, utpote Solem Christum: Seraphim incomprehensæ visionis: Monile paradisi inexplicabile: Vas electum: Vas admirabile: Vas eximium: Vas pretiosum et excellentissimum: Vas honoratum et colendum, quod cœpit incomprehensibilem, et suscepit mysterium signi cœlestis et vitæ hominum: Juvenculæ fulvam, propter igneum ruborem deitatis Salvatoris in ea conceptum, super cuius collum jugum non ascendit, quia non novit jugum nuptiarum viri: Miraculum, cuius excellētia ad stuporem perducit hominum mentes: Leonam Christi, Leonis fortissimi Genitricem, cui secundus non contigit partus: Matrem viventium: Principem virginitatis: Causam vitæ: Similem Deo: ut alios honoris titulos brevitatis studio omittam.

Cum discipuli quidam Apollinaris in Arabia heresim adversus Dei Genitricem disseminassent, illamque horrendam jactassent blasphemiam, quæ diceret, post natum Christum Josepho viro conjunctam esse: Epiphanius ad hos hæreticos, Antidicioritas dictos, confutandos, epistolam serpsit ad Ecclesiam, que est in Arabia et in Panarie adversus eosdem pluribus disputavit, ubi ipsa epistola ad Arabes scripta legitur. Ideem aeriter insectatus est aliam hæresim in eadem provincia exortani, dictam Collyridianorum, qui eamdem sanctissimam Virginem ut Deum colebant, placentamque illi saerificantes offerebant; de quibus ita Epiphanius: « Admirati, inquit, sumus, cum alii audivissemus: alios nimis ita despere, ut in tractatione de ipsa sancta Virgine pro Deo hanc introducere studuerint, et adhuc studeant, et furore quodam ac dementia ducantur. Narrant

enim quod quædam mulieres in Arabia, et partibus Thraciæ hanc vanitatem invexerunt, ut in nomen semper Virginis collyridem quamdam sacrificent, et simul congregentur, et in nomen sanctæ Virginis ultra modum quid tentent aggredi nefario ac blasphemico negotio, et in nomen ipsius sacra celebrent per mulieres: quod totum impium est ac nefarium, alienum a prædicatione sancti Spiritus. » Et alibi de iisdem: « Quædam enim mulieres currum quemdam, sive sellam quadratam ornantes, expanso super ipsam linteo, in quadam illustri anni die, per aliquot dies panem proponunt, et offerunt in nomen Mariæ, omnes autem pane participant, » etc. Cum autem Epiphanius hæresim consutat, primo loco demonstrat procul a more Catholicæ Ecclesiæ abhorrire, ut mulieres sacrificent: deinde pluribus docet nequaquam Dei Genitricem colendam tanquam Deum.

Claruit circa annum Domini ac Salvatoris nostri Jesu Christi 570.

§ XIX.— *De Erlulpho, antistite Verdensi.*

Sanctus Erlulphus Verdensis episcopus, natione Scotus, ejus cum laude meminit Thomas Dempsterus in *Historia ecclesiastica gentis Scotorum*, pro eo quo in Dicaram Virginem cerebatur affectu, scripsit de ejusdem Dicaram Virginis Laudibus homilias. Nec alia tanti præsulis in cœli Reginam devotionis argumenta hactenus innotuerunt. Martyrii palmam consecutus est anno Domini 859.

§ XX.— *De Ernesto, antistite Pragensi.*

Ernestus primus archiepiscopus Pragensis, in testificationem suæ erga B. Virginem clientelæ, edidit *Mariæ*, seu de *Laudibus B. Mariae Virginis* opus insigne, quod repertum recenter in Bibliotheca secreta regni Bohemiæ, impressum est, ut audio, in typographia Academica Pragensi. Praerat circa annum Domini 1568. De quo consule Appendix secundam *Bibliothecæ Marianæ*.

§ XXI.— *De Eskilo, antistite Lundunensi.*

Beatus Eskilus, quondam Danorum archiepiscopus et apostolice Sedis legatus in Insulis Aquilonariis, postea vero humiliis Cisterciensis ordinis monachus, et cœnobii Clarævallensis professus, cum adhuc esset adolescens annos natus circiter duodecim, transmissus a parentibus causa studiorum in Saxonia morabatur, quia tunc in nobili illa Hildesheimensi Academia studia a clericis diversarum regionum celebri concursu frequentabantur. Itaque eum aliquandiu ibidem moratus fuisse, in gravissimam incidit valetudinem, et diuturno languore tabescens, tandem a medicis desperatus est, ideoque procuratum, ut oleo sacro inungeretur. Cumque presbyteri cæterique siveles hujus rei gratia lectulo ejus assisterent, subito factus in agonia, omni membrorum ac sensuum officio destitutus est, ita ut fere mortuus putaretur. Exemptus ergo carnis sensibus, ductus est in Spiritu ad quamdam domum, totam interius quasi clibanum ardentem: ad quam cum propius accederet, et curio-

sius inspicere vellet, subito crumpens vapor incendi prehendit incautum, moxque in illam fornacem flammivomam traxit invitum. Qui cum protinus ardere cœpisset, jamque nihil aliud nisi mortem et ignem æternum sibi superesse cogitaret: ecce, miserante Deo, apparuit ei uno in diversori latere meatus quidam quasi tramitis angusti, de ostio ad ostium ducens, qui in flammis vacuus esse videbatur. Quem cernens, et spe evadendi animatus, conatu quo potuit reptans, ad locum illum refrigerii pervenit, et per illud ad ostium tendens, celeriter exiit et fugit palpitans ac tremens a facie ignis devorantis: moxque palatum quoddam regale ac amplum reperiens, et illud ingrediens, vidit in eo Reginam angelorum, vultu et habitu mirabili cornucantem, atque in throno gloriæ residentem, ad quam pavidus et anhelus accedens flagitabat obnixe ut sui misericordetur. Quem protinus illa dedignerter aspiciens, atque minaciter alloquens, quod ausus fuissest in conspectu ejus apparere, mandat quantocius egredi, et crucianum ad ignem reverti. Porro inter alios Matri misericordiae assistentes, apparebant ibi tres viri venerabiles, quorum unus ejusdem civitatis episcopus erat, alter vero decanus, tertius ipsius ecclesiæ canonicus nescio quo fungebatur officio. Hos itaque adolescentis Eskilus intuens ac recognoscens, lacrymabiliter deprecabatur, quatenus piissimæ Dominæ pro ipso supplicare dignarentur. Quod cum devotissime facerent, misericordissima illa dissimulatrix respondit eis dicens: « Quid est quod rogare præsumitis pro adolescente isto vanissimo, meoque respectu indigno? Ille enim perversus, ac lubricus nunquam me honoravit, neque salutationem meam, vel una vice representavit. » Cumque illi rogarent, ut solita pietate dilecta juventutis et ignorantias illius dimitteret, si de cætero se emendaturum promitteret: accessit interim tremebundus adolescentis, obserans eam, ac dicens: « Miserere mei, piissima Domina; miserere mei, miseratrix generis humani, et ne clandas a me misero inexhausta viscera misericordiæ tuæ, quia paratus sum amodo, et usque in sempiternum servire tibi, et te super omnia post Deum venerari. Quod si Genitor meus istam calamitatem meam agnoscet, maxima auri pondera pro mea liberatione libenter impenderet. » Talia itaque cum lamentahili voce depromeret, beatissima Virgo, vera Mater misericordiæ, serenata facie illum respiciens dixit: « Quid igitur putas, num quod valeas te ipsum apud me condigno pretio redimere? In hoc enim forsitan placare me posses, si congruum mihi pretium pro tua redemptione persolveres. » Tum ille non modice exhalatus in verbo isto, fiducialius accessit, et dixit: « Etiam atque etiam, clementissima Domina, ego me optime redinam, et quidquid jusserit mihi dignatio tua, libentissime faciam: tantummodo esto mihi propitia, nec me in illum ignem crucian-

dum amplius remittas. » Cui Regina virginum respondit : « Volo igitur, ut de quinque generibus annonae quinque mili modios, hoc est, de singulis singulos non negligas reddere. » Quo ille auditio letanter accepit, respondensque alacriter dixit : « Charum est mihi, o charissima Domina, quod imponis, valdeque jucundum, et ego mensuram bonam, et confertam, et coagitatam, et superfluentem dabo in horreum tuum (*Luc. vi, 58.*) » Quod cum in fide sua firmiter promisisset, datis et fidei jussoribus intercessoribus supradictis, dimissus est tandem libere ad humana reverti. Redditus itaque sibi confessum apernit oculos, receptoque usu loquendi surrexit, et sedet in lectulo suo : moxque in jubilum erumpens cœpit clamare cum gaudio magno dicens : « Benedictus Deus, ego liberatus sum, et amplius non ardebo : gratias ago tibi, sancta Dei Genitrix Virgo, quæ liberasti me de incendio isto, et amplius nou ardebo. » Videntes cuneti, qui aderant, adolescentem illum de mortis janua revocatum, ita clamantem, ac pœ gaudio gestientem ; mirati valde, sciscitabantur ab eo tantæ letitiae causam. Ipse vero per multum temporis spatiū nihil aliud dicere poterat, nisi tantummodo : « Deo gratias ago, non ardebo. » Et cum sæpius istud repetiisset, conversus tandem ad illos, quid sibi accidisset, vel quid vidisset per ordinem indicavit. Unus autem ex ipsis vir bonus et eruditus hæsitantem de visione adolescentulum secretius alloqui, atque instruere curavit, dicens : « Scito prænoscens saturum te esse magni nominis virum, et gradum maximæ dignitatis in Ecclesia sortiturum : quem cum, favente Deo, adeptus fueris, oportet te in honorem Dei et sanctæ Virginis Matris diversorum ordinum cœnobia quinque tuis sumptibus construere, in quibus juxta mensuræ tibi propositæ rationem habeantur ad minus personæ duodecim. » Iliis ille auditis interim tacuit ; sed quem res exitum habitura foret, sollicitus fuit semper. Processu temporis cum beatus adolescentis ætate pariter et sapientia crescens, jam in virum optimum profecisset, varias Ecclesiæ dignitates consecutus est : et in primis factus Roskildeensis episcopus, exhibuit se vigilissimum et fidelem pastorem, tantumque sanctitatis nomen obtinuit, ut ab universo populo simul et honore et amore prosequeretur. Tandem e vivis sublato Lundunensi antistite communi cleri et populi voto archiepiscopus et primas regionum septentrionalium electus est. Postquam vero prophetatae sibi dignitatis culmen ascendit, illico reddendi votum suum tempus adesse cognovit, in quo sub quinque generibus annonæ, secundum interpretationem vatis sui, diversorum ordinum cœnobia quinque se fundaturum Reginæ cœlorum devoverat. Nactus igitur opportunitatem, de remotis Galliarum partibus, ubi fontem religionis esse cognoscebat, non solum quinque, sed et plures spiritualis professionis conventus evocari curavit : inter quos duos Cister-

ciensis ordinis conventus obtinuit : unum scilicet de ipsa domo Cisterci, et alterum de Claravalle, quos in optimis terre saæ locis, tanquam vites fructiferas vinum justitiae germinantes plantavit. Ut enim semetipsum perfecte redimeret, mensuramque bonam et superfluentem piissimæ Liberæ trici sue, sicut promiserat, persolveret, quinque cœnobiorum fundatione contentus esse noluit, sed alia atque alia tam de suo, quam de aliorum fideliū dono fundavit.

Abdicata tandem dignitate archiepiscopali, habitum monasticum in Claravalle suscepit, ubi magno sanctitatis exemplo vitam feliciter consummavit, ibidemque in presbyterio ante altare B. V. Matris sepultus fuit. Clariuit circa annum Domini 1177.

§ XXII. — *De Ethelwoldo, antistite Wintoniensi.*

Ethelwoldus episcopus Wintoniensis, Dei Matris devotus obsequio, cum Godovinum comitem ad suam sententiam, et rectam voluntatem non posset adducere, ab illius obsequio recessit iratus, perque sacrosanctum Mariæ nomen comitis pertinaciam illam haud impunitam fore juravit. Ventris tormenta ab illo ipso tempore sine ulla intermissione Godovinus est passus : sed pertinacia posita, platoque et precante episcopo, ad priorem et mentis et corporis rediit sauitatem. Illic idem Ethelwoldus, seu Adelwoldus Wintoniensis in Anglia episcopus, ad Marianam pietatem, qua plenus erat, magis ac magis augendam, in agro Cantabrigensi Thorneiense Benedictinum cœnوبium in honorem sanctissimæ Dei Genitricis Virginis Mariæ fundavit et dotavit. Obit Kalend. Aug. anno salutis 974, episcopatus sui 24.

§ XXIII. — *De Eucherio, antistite Herbipolensi.*

Eucherius Sangrius, Germanus, Augustopolitanus, Herbipolensis suffraganeus, vir doctissimus, et qua virtute vitaque integritate, qua eximia iu Deiparam Virginem religiosa pietate clarissimus, sua erga sanctissimam Dei Genitricem Virginem Mariam observantia testimonium sincerissimum, vel potius monumentum sempiternum exhibuit, Historiam celeberrimam, et innumeris condecorata miraculis divæ Dettelbacensis imaginis in Franconia Germaniæ inferiore, a se conscriptam, quam Vuirceburgi anno 1607, typis evulgatam dixi in Bibliotheca Mariana parte I. Ex hac ærumnosa ad meliorem vitam creditur translatus non multo post annum 1620.

§ XXIV. — *De Eucherio, antistite Lugdunensi.*

Sanctus Eucherius Lugdunensis in Gallia episcopus, beatissimam Virginem Mariam ex intimo diligens animi sensu, multa ad ejus laudem commendationemque elaboravit, in Bibliotheca Mariana enumerata, nempe, *De Conceptione B. Virginis homil. 1*; *De Annuntiatione homiliam 1*; *De Assumptione homil. 1*, et alia. Ad regni coœlestis lauream evolavit anno Christi Domini ac Salvatoris nostri 450, die 16 Novemb.

§ XXV. — *De Everio, antistite Catanensi.*

Sanctus Severins Catanæ urbis antistes, inter alia pietatis suæ erga Deiparam Virginem specimina, templum in honorem sacrosancte Dei Genitricis apud Leontinos dedicavit, ædemque D. Marie de Bethleem extra Portam Stesichoream, vulgo Lacis, sacravit. Vixit sub Valeriano et Gallieno imperatoribus anno Christi Domini et Salvatoris nostri 260.

§ XXVI. — *De Eugenio, antistite Toletano.*

Sanctus Eugenius tertius Toletanus archiepiscopus, auctor fuit, ut xv Kaland. Januarii celebraretur in Hispania festum Annuntiationis B. Marie Virginis. Nam Toletani concilii decimi, anno 658 celebrati, præses, eo die Annuntiationis Festum transferri jussit, quod in Quadragesima condigne, ut dicet alat, non poterat celebrari. Sed pannis post annis ab ejus successore Ildephonso archiepiscopo et monacho transmutata est hæc Annuntiationis Festivitas in solemnitatem Exspectationis S. Mariae, quæ alio nomine festivitas S. Marie de O, appellata est eo, quod scilicet in primis hujus solemnitatis Vesperis incipiuntur decantari septem illæ maximæ Mysterii Antiphonæ ab O incipientes. Vivebat hic Eugenius anno salutis 660.

§ XXVII. — *De Evodio, antistite Aniciensi.*

Sanctus Evodius episcopus Aniciensis, multa devotione erga sacratissimam Virginem Mariam flagravit, hujusque frequentibus apparitionibus fuit vicissim honoratus. Initio pontificatus S. Callisti profectus est Romam, ut haberet licentiam construendi ecclesiam ad honorem B. Virginis, simul et transferendi sedem episcopalem ubi nunc est; quæ antea erat in oppido S. Pauliani. Causa profectionis fuit hæc: Pia quædam mulier, longa ægritudine conlecta, in somnis visa est a B. Virgine famulorum obsequio deferri in montem Anicii, iussu D. Georgii virgultis clausi, ut ubi pristinam recuperaret sanitatem. Quo cum a famulis ducta fuisset, et supra rupem obdormisset, circa noctis medium excitata, melodiosum concentum audivit, simulque inusitatam animadverterit claritatem: ductaque est statim ad altare, quod olim S. Marialis exerat ubi Deipara duabus legionibus, una nimirum angelorum, altera virginum stipata, talia ad eam verba habuit: Jam sana facta es, charissima filia: vade ergo ad famulum meum Evodium episcopum, et meo nomine ipsi renunzia, quatenus quam primum poterit, ædificii fundamenta jaciat, in quo futuris sæculis inclamata ægris levamento sim, et afflictis solatio. Mulier, sanctissime Virgini pro incolumentate sua pro peractis gratiis, perrexit ad episcopum, ipsi a Deipara collatum sanitatis beneficium, et una sibi impositum, quoad construendam in monte Anicii (quam primum fieri posset) basilicam, mandatum defert refertque. Ille his auditis gavisus est; sed timens diaboli illusiones, triduanum indixit jejuniū: quo peracto, cum clero et populo ad montem perrexit, atque, rem miram! in ferventiori atatis calore ni-

vem adinvenit. Et licet monitu angelico jussus esset operi manum abhovere, prius tamen honoris gratia ad summum Pontificem Callistum perrexit, consilium insuper, et auxilium super prædictis petiturus. Summus Pontifex, qui rem omnem, priusquam ille veniret, divina revelatione noverat, S. Evodium honorifice suscepit, atque in reditu S. Scrutarium, tanquam Sedis apostolicæ in illis partibus vicarium illi adiunxit, datis ei pretiosissimis ad ornatum velaminum ecclesiæ reliquiis. Reversi ergo magna cum diligentia opus perfecrunt, multis apparitionibus B. Virginis excitati et compulsi. Absoluto ædificio cum nihil præterquam dedicatio desideraretur, statuerunt ambo Romam redire, quatenus Dedicationis licentiam obtinerent. Vix quartam leucæ partem confecerant, cum duo venerabiles senes, albis induiti, inusitata modestia spectabiles, ipsis ex improviso occurrere. Quos cum D. Evodius, quo se conferrent, percontari cœpisset, subjecere, se Roma venire, delegatos esse a summo Pontifice ad episcopum sociumque Scrutarium, ne scilicet solliciti essent super consecratione basilicæ ab eis erectæ: fuisseque eam ab angelis indubitanter consecratam asseruerunt, dederuntque eis duo scriniola reliquiarum, quas nudis pedibus ad prædictam basilicam deferri jusserunt atque subjunxerunt: Ne putetis in his illusionem latere, reversi portas templi eo modo quo eas occluseratis, invenietis, statimque se vobis patebunt: Campanæ etiam nemine impellente personabunt, totumque templum accensis cereis et lampadibus fulgidum reperietis, necnon et altare novissime chrismate cœlesti perunetur. Sic locuti senes illi continuo disparuerunt. Redeentes ergo viri sancti invenerunt omnia sicut eis fuerant prædicta, atque cum universo populo cantica lætitiae modulantes magnificas divinæ Majestati gratias habuere. Enitebat Evodius anno reparationis humanae 221.

§ XXVIII. — *De Evodio, antistite Antiocheno.*

Sanctus Evodius primus post Petrum episcopus Antiochenus, divinus ob assiduam rerum divinarum contemplationem appellatus, perpetuam coluit ob Deiparæ amorem virginitatem, unde Virgo beatissimus ab omnibus acclamatatur. Ille non longe ab Antiochenæ civitate, in silva seu solitudine Montis Neroi, sen in montanis nigris, monasterium Deiparæ virginis dicatum a fundamentis erexit, atque Carmelitis monachis eximiis ejusdem Deiparæ cultoribus libentissime donavit. Scripsit Epistolam quamdam, eni titulus *Lumen*, ex qua Nicet' ornis lib. II Histor. cap. 5, hujusmodi recitat fragmentum: « Trimula cum esset (loquitur Evodius de B. Virgine) in templum præsentata, ibi in Sanctis sanctorum traduxit annos undeci, deinde vero sacerdotum manibus Joseph ad custodianum est tradita, apud quem cum menses peregisset quatuor, ab angelo lœtum illud accepit nuntium. Peperit autem illius mundi lucem, annum agens quintum-decimum 25 die mensis Decembr. Deinceps annos

peregit 53, quos etiam æternum et antesæculare Verbum et Filius ejus in terris exegit: post crucis autem supplicium illud in domo Joannis annos implevit undecim, ut ætatis ejus anni simul collecti sint quinquaginta et novem. » Sic ille. In eadem Epistola dicebat Evodius: « A Christo ex mulieribus solam Virginem Matrem suam fuisse baptizatam. » Pervenit usque ad Galbae et Othonis imperium ex Baronio in Annotationibus ad Martyrologium, pridie Nonas Maii.

§ XXIX. — *De Eusebio, antistite Vercellensi.*

Sanctus Eusebius episcopus Vercellensis, inter alia Marianæ pietatis specimen, tribus stadiis a Gaumelo Allobrogum urbe cis Padum, in Oroppi Montis summo cacumine sacellum Virginis Deiparæ sacrum, ubi miraculis ejusdem imago Deiparæ accolas urbesque propinquas trahit, extruxisse dicitur: quo receptus, et Arianorum barbariem per totam fere Italiam furentium declinaret, et animum variis curis distractum tranquillaret. Mortuus sub Valente et Valentiniano Augustis, martyrio coronatus, anno Domini 380.

§ XXX. — *De Eusebio, antistite Emiseno.*

Eusebius Emisenus episcopus, vir (Trithemii elogio) in divinis Scripturis eruditissimus, et in declamandis homiliis ad populum nulli suo tempore secundus, inter alia, quibus suæ erga Deiparæ virginem pietatis testimonium apud posteros perhibuit, seripsit in præcipua festa ejusdem Deiparæ Virginis homilias 7, in Bibliotheca Mariana, parte 1 enumeratas. Clarebat anno ab intactæ Virginis partu 350.

§ XXXI. — *De Eustachio, antistite Regiensi.*

S. Eustachius Locatellus Bononiensis a Pio V, Pont. Max. Regiensi episcopatu decoratus, ad augendum in omnibus erga sacrosanctam Dei Parentem, quam intimis ferebat præcordiis, pietatis affectum, seripsit de eadem sacrosancta Dei Parente Tractatum doctum pariter ac disertum. Decessit anno salutis 1575, pridie Nonas Octobris, ut ex Ferdinando Ughello tom. II *Italiae sacrae* dixi in *Bibliotheca Mariana* parte 1.

§ XXXII. — *De Eutychio, antistite CP.*

Sanctus Eutychius patriarcha Constantinopolitanus, ad avertendam pestem, quæ genus humanum extinguebat, supplicationes adhibendas censuit, comitante clero et populo cum lacrymis prosequente,

a templo Maximo ad ædem usque beatissimæ Virginis, quæ in Blachernis religiosissime colebatur. Cessit ex animi sententia religio: precibusque illis placatus est Deus, immaculata Virgine deprecante, ad cuius itum est ædem. Sacrosancta Mariæ Virginis ab initio ætatis Eutychius venerator ardens fuit, cuius in ædem assidue veniebat, ac se Matri sanctissimæ permira quadam animi charitate tradebat. Idem Eutychius vulnera et morbos plurimorum oleo, quod ex D. Mariæ Virginis imagine fluebat in urbe Sozopoli, sanare consuevit. In his autem curationibus insignis illa fuit, qua religiosus quidam et pius sanatus est pictor, qui dum Veneris impudicæ picturam ex sue domus pariete delet, ut sanctæ Mariæ Virginis apponat imaginem (oratorium domi cogitabat) a malo dæmone in effigie Veneris immorante, grave vulnus accepit: cumque manus vehementer esset inflata atque ægra, ad Eutychium confugit. Ille pictorem oleo sanctæ Mariæ inuntem, timore ac tumore liberavit. Floruit anno Domini 565.

§ XXXIII. — *De Exuperio, antistite Bajocensi.*

Sanctus Exuperius Bajocensis episcopus, a Clemente Papa in Galham delegatus ad fidei flumina diffundenda, cum sementis Evangelii plurimam copiam excitasset dirutis Pseudonuminum simulacris, in Deiparæ Virginis honorem aediculam Bajocis construxit et sacraravit: ubi quotidie tremenda mysteria percelebrans, atque vitæ æternæ enuntiantis præcepta, una die septem energumenos, quos crucis signaculo munivit, dæmonis ab infestatione liberavit: quo miraculo quingentos infideles ad Christi obsequium fideique professionem pertraxit. Clariuit circa annum Domini 400.

§ XXXIV. — *De Exuperio, antistite Tolosano.*

Sanctus Exuperius episcopus Tolosanus, vir apostolici spiritus et virtutis plenus, inter alia assertus sui erga Deiparam Virginem testimonia, templum Minervæ in ecclesiam B. Mariæ (quæ Deaurata dicitur) convertit. In Agrippinensi synodo Christi divinitatem, et consequenter B. Virginis Maternitatem asseveravit contra Euphratem/pseudo-episcopum, portenta blasphemias evomente. Quiescit in basilica S. Saturnini in argentea lipsanthea, altari sanctissimæ Dei Genitricis, quæ de consolatione nuncupatur, supposita. Vixit circa annum partus Virginis 400.

CAPUT VI.

De Fabritio Plebano, Fausto Rheyensi, Felice Trevirensi, Feliciano Fulginati, Ferdinando Algarbiensi, Ferdinando Coloniensi, Ferdinando Limensi, Ferrico Rhemensi, Firmino Ambianensi, Florentio Tuamensi, Francisco Antuerpiensi, Francisco Astensi, Francisco Atrebatensi, Francisco Bobiensi, Francisco Burgensi, Francisco Cameracensi, Francisco Fesulano, Francisco Gebennensi, Francisco Mantuano, Francisco Monopolitano, Francisco Osnaburgensi, Francisco Segoviensi, Francisco Abulensi, Francisco Algarensi, Friderico Aquileiensis, Friderico Coloniensi, Friderico Nebronensi, Friderico Viennensi, Frigidiano Lucensi, Frithwaldo Candida Casæ, Frontone Petragoriensi, Fructuoso Tarragonensi, Fulberto Cameracensi, Fulberto Carnotensi ac Fulgentio Ruspensi antistitibus.

§ I. — *De Fabritio, antistite Plebano.*

Fabritius Paulutius Foroliensis, e nobilibus comitibus Calbuli oriundus, primus plebanæ civitatis in Etruria episcopus, cuius memoriam aeternum recolendam alias celebravimus : pro eximia devotione, qua sacrosanctam Dei Genitricem Virginem colebat, inter alia illustria omnis reverentiae ac religiosissimæ pietatis argumenta, scripsit de ejusdem sacrosanctæ Dei Genitricis Laudibus sermones 50. Inculpatæ vitæ terminum feliciter consummavit, anno a salutifero Virginis partu 1625, in Kalend. Februario.

§ II. — *De Fausto, antistite Rheiensi.*

Faustus Rheiensis in Gallia episcopus, se strenuum divinæ maternitatis propugnatorem, et validum adversariorum expugnatorem exhibuit, scribendo Epistolam in modum libelli ad Diaconum quemdam Gratium (*aliis Graecum*) nomine, qui a fide Catholica discendens ad Nestorianam abiit impietatem ; in qua epistola admonet eum credere, sacrosanctam Virginem non purum hominem genuisse, qui postea susciperet Divinitatem, sed Deum verum et hominem verum. Floruit anno ab exordio salutis factæ per Christum 480, ut dixi in *Bibliotheca Mariana*, parte i.

§ III. — *De Felice, antistite Trevirensi.*

Sanctus Felix hujus nominis secundus archiepiscopus Trevirensis, pro singulari pietate ac religione, qua Deiparam Virginem prosequebatur, in ejusdem Deiparae Virginis honorem, in eo loco, ubi Capitolium imperatorum et regum Galliae palatium exstabat, collegium condidit, et collegium D. Virginis ad Martyres nominavit : post duodecimum autem pontificatus sui annum, episcopali renuntiatis oneri, in eodem collegio solitarius contemplationi vacavit, reliquumque vitæ suæ tempus transegit, tandemque vitam cum morte commutavit, anno salutiferi partus 592.

§ IV. — *De Feliciano, antistite Fulginate.*

Sanctus Felicianus martyr, Fulginii episcopus et patronus, dom Nursiae evangelicæ prædicationi insudaret, ibi basilicam, quæ Argentea nuncupabatur, ad honorem beatissimæ Virginis solemnni ritu dedicavit, et ministros ad ejus cultum consecravit. Obiit sub Decio imperatore, martyrio et miraculis illustris, anno salutis 234, ætatis suæ 94.

§ V. — *De Ferdinandio, antistite Algarbiensi.*

Ferdinandus a Sylva, Algarbiorum episcopus, ac Deiparae Virgini devotissimus, pietati sue erga tantam Matrem aliqua ex parte satisfactus, conventum Minoriticum Marianum, sub titulo S. Marie de Paradiſo, ex episcopalibus proventibus, non procul ab ea civitate, cui Sylves Lusitanice nomen est, a fundamentis ad apicem usque aedificandum curavit. Vivebat anno Christi Redemptoris nostri 1518.

§ VI. — *De Ferdinandio, antistite Coloniensi.*

Ferdinandus, Gulielmi V, filius, et Maximiliani Bevariae dueis frater, Coloniensis archiepiscopus, Virginis Matri si quis principum in imperio addi-

ctissimus, adolescentis adhuc de laudibus B. Virginis ad sodales Marianos peroravit Coloniae, ut in Parœnesi ad cultum B. Virginis refert serenissimus Maximilianus Henricus, ejus nepos. In Coloniensi sua diœcesi jussit solemnissime immaculatae Virginis Conceptionem celebrari. Verba diplomatis publicati sunt haec.

¶ Ferdinandus Dei gratia sanctæ Coloniensis ecclesiae electus et confirmatus episcopus, S. R. I. per Italianum cancellarius, et princeps elector, etc. venerabili clero, civitati, et archidiœcesi nostræ Coloniensi salutem in Domino sempiternam. Cum aliquot annorum curriculo gravissimis adversitatibus Germania impedita, et miraculosis a Deo auxiliis ab hostiis machinationibus conservata fuerit, et ulterioribus victoriis protegenda speretur, nisi divinæ misericordiæ fontem ingratitudo hominum exsiccat ; hic attenta præsea consuetudine majorum, qui institutis festivitatibus victoriarum memoriam posteritati commendarunt, invictissimus religiosissimusque imperator Ferdinandus II, ut de concessis sibi triumphis perpetua extet recordatio, et per aeternam gratiarum actionem ampliora beneficia obtineantur, nos monuit ac requisivit, quatenus in diœcesibus nostris singularis contra haereses imperii Patronæ immaculatae semper Virginis Conceptionis diem festum, in tot tantarumque victoriarum perpetuam recordationem, solemnius celebrari sanciremus. Quapropter ut Deo gratias agamus, qui dedit victorias per Dominum nostrum Jesum Christum, præcipimus, hortamur et obseremus universos diœcesum nostrarum subditos, primum omnium fieri gratiarum actiones, obseerationes et postulationes pro Ecclesia, summo Pontifice, imperatore et omnibus qui in sublimitate constituti sunt ; proque subditis, ut quietam et tranquillam vitam agamus in omni pietate et castitate, atque in illum finem dictam Conceptionis festivitatem, tanquam perpetuum acceptorum beneficiorum memoriale, in choro et foro per quam celebriter instar summi festi cum octava perpetuo celebrari, et pridie, dummodo Dominica non sit, abstinentiam a carnibus servari mandamus. Atque confisi de divina misericordia 40 dierum indulgentias omnibus, qui ipso die festo et per octavam, uni majorum Horarum, aut sanctæ Missæ Officio interfuerint, elagimur. Hujus vero festivæ institutionis, quæ festum Conceptionis solemnius celebrari voluimus, causam a pastoribus et Verbi Dei concionatoribus, populo, cum ingentium beneficiorum enumeratione explicari præcipimus, quatenus sic divina clemencia, quæ potentibus postulata concedit, susceptis gratiarum actionibus, quos exaudire et incolumes servare dignata est, ab omni imposterum adversitate custodiat, ut in suo sancto servitio, et amore conerescant. Datum Bonnæ, anno salutis nostræ 1628, 27 Novembr. ,

Venerabili archiconfraternitati purissimæ Conceptionis beatissimæ Virginis de Urbe sese inscribere

requisitus, eidem nomen suum dedit his verbis propria manu exaratis.

Ad maiorem Dei ejusque Matris gloriam. — Pie credo et profiteor eum sanctis Patribus, et in speciali eum B. Hieronymo, quod Deipara Virgo candidata fuerit, et dealbata Spiritus sancti munieribus, quoniam quidquid in ea gestum est, totum puritas et simplicitas fuit, et ideo Immaculata, quia in nullo corrupta. Quam pulchre propheta Nuhem diei voleat: Nubes enim illa non fuit in tenebris, sed semper in luce. Vel eum B. Anselmo, quod decens erat, ut ea puritate, qua major sub Deo nequit intelligi, Virgo illa niteret, cui Deus Pater unicum Filium suum ita dare disponebat, ut naturaliter esset unus, idemque communis Dei Patris et Virginis Filius. O Deipara Virgo, Dominna nostra, Advocata nostra, per merita dilecti Filii tui ab originali peccato preservata, et immaculata concepta, quae angelos vincis puritate, et sanctos superas pietate, suscipe me indigneum clientem tuum, qui ab infantia colere te cupivi: nunc libens archiconfraternitati tuae, ad Immaculatae Conceptionis tuae honorem, Romae erectae me inserui, incorporarique desidero: haec mea manu attestans: Ferdinandus dux Bavariae, archiepiscopus, et elector Coloniensis.

Idem serenis animis imperii elector, et Coloniensis archiepiscopus Ferdinandus, dux Bavariae, etc., per omnes suae dioecesis episcopatus sodalitatus Matris Dolorosa ubique erigendis, statuis atque imaginibus collocandis, Officio divino de eadem Mater Dolorosa, quod olim in usu fuit, rite ordinando ac restituendo et omni alio religionis cultusque generi Deiparam sibi demereri obnixe studuit.

Cptans apud suos vigere, et promotum videre desiderans mancipatum Marianum, anno 1654 ad petitiones sodalitatis Aumontiae, quae est Coloniae in gymnasio Societatis Jesu, confirmavit libellum inscriptum: *Mancipium Mariæ*: qui nomine ejusdem sodalitatis erat ibidem editus, prout ex sequenti patet diplomate:

Ferdinandus Dei gratia S. Coloniensis ecclesie electus et confirmatus archiepiscopus, S. R. I. per Italianum archicancellarium, et princeps elector, etc. Supplicatum est nobis a sodalitate B. Virginis Annuntiatæ, quae est Coloniae in gymnasio Patronum Societatis Jesu, ut libellum inscriptum: *Mancipium Mariæ*: hoc est, *Modus dedicandi se Virgini in mancipium*, auctoritate nostra approbaremus. Mandavimus itaque, ut libellus iste diligenter perlegatur et examinaretur a viris doctis ac piis in sacra theologia magistris, quibus id communis: si antem cum ad nos retulerint, nihil in eo contineri, quod vel fidei orthodoxæ, vel bonis moribus, vel receptis in Ecclesia Catholica ritibus, aut consuetudinibus sit contrarium, aut minus consentaneum, sed ritum illum colendi Deiparam fundari in uso antiquo, quem landavit pientissimus card. natis Petrus Damiani, quique hoc tempore receptus sit in

pluribus orbis Christiani partibus: libellus autem similis saepies antehac editus sit in lucem, tum in Italia cum approbatione legitima, tum in Germania, quem etiam in nostra dioecesi Paderbornensi antehac typis exaudi permisimus. Præterea cum plurimi ad illum colendi Dei Matrem modum afficiantur, et sentiant eo suam devotionem augeri: Nos Dei Matris honorem ac venerationem, cuius cultui semper peculiariter addicti fuimus, tum præsertim in nostro archiepiscopatu Coloniensi promotum, auctum propagatumque desiderantes, non solius censuimus permittendum, ut imprimitur cum nostra approbatione: enjus impressionis gratiore ac libenter hoc scripto potestatem facimus; verum etiam hoc devotionis Marianæ exercitium summopere commendamus. Hortamur insuper omnes animalium curatores, concionatores, confessarios, tam religiosos quam alios ecclesiasticos, ut sibi commissis enixe et efficaciter idem commendent, doceantque publice et privatim nihil in eo superstitionum, nihil sacris canonibus aut Christianae pietati contrarium contineri. Denique inducant sedulo suos ad praedictæ devotionis exercitationem (quo et consequantur ipsi, ut Dominna nostra sit futura ipsorum peculiaris Patrona, intercedendo assidue apud Deum pro salute eorumdem, et nobis eamdem cœli Reginam in his reipublicæ calamitatibus, quod omnino confidimus, propitiam et sospitricem experiemur) harum testimonio litterarum manu nostra subscriptarum, et sigillo nostro munitarum. Dat. in oppido nostro Bonna, die 13 Martii, anno 1634. Ferdinandus.

R. Petro Rovillio Soc. Jesu auctor fuit, ut quæde Virgine Foyensi (quæ singulari Dei munere et latebris annosæ quercus enituit, anno 1609, in Celleensi toparchia non procul Dionanto, Leodiensis Agri oppido) variis incertisque rumoribus in vulnus spargebantur, diligenter exploraret: explorata vero et comperta perscriberet et litteris mandaret.

Anno 1640, die 24 Martii Albo sodalitatis nobilium jurisconsultorum medicorum, quæ sub titulo Virginis Purissimæ exstat Lovaniæ in Belgio apud Patres Soc. Jesu, manum suam libenter inscripsit.

Instituit ut in Oetingano B. Virginis sacello quotidie seni sacerdotes Horarias preces, quas Officium B. Virginis appellamus, recitarent: atque etiam inibi in omnia Sabbata festosque Deiparae dies Sacrificium stipendiis liberalissimis constituit anno 1613. Idem vestem sacerdotalem auro contextam, et unionibus in effigiem Deiparae consertis insignem, et aliam opere Phrygio perfectam, cuius margaritas aureæ complectuntur conchulae: præterea statuam Virginis argenteam nobilem eidem Oetingano Deiparae sacello donavit: et plura alia in testificationem suæ erga B. Virginem clientelæ præstutit, que me latent.

§ VI.— De Fernando, antistite Limensi.

Fernandus Arias de Ugarte, Hispanus, ex anti-

stite Quiteni, Cranatensi et Charcensi, archiepiscopos Limensis in novo orbe Peruano, inter alia pietatis sue erga augustissimam Dei Matrem documenta in ecclesia sua Charcensi imaginem B. Virginis de Guadalupe collocavit, ac in ejus cultum honoremque capellaniam fundavit, ac amplissimos proventus annos assignavit. Decessit Limae anno 1638, aetatis 77, die 27 Januarii.

§ VIII. — *De Ferrico, antistite Rhemensi.*

Ferricus, seu Federicus Cassinel, Francisci equitis Torquati filius, ex perillustri procerum Lucensium in Italia genere, primum Lodovensis, deinde Antissiodorensis, et tandem Rhemensis episcopus, Conceptionis B. Virginis Deiparæ semper et ubique Immaculatae accerrimus exstitit assertor, occasione Joannis de Monteson, theologi Sorbonici, qui candem integerrimam Virginem in peccato conceptam fuisse palam et publice profitebatur: quam quidem sententiam tot tantisque argumentis coram Carolo VI, Gallorum rege, et numero principio ac procerum comitatu oppugnavit Ferricus, ut adversarium ad palinoliam perduxerit, et regem ipsum induxerit ad procurandum indicti Festum Conceptionis B. Virginis mense Decembri proxime futuro: ut fidem facit auctor Historiae Caroli VI nuperrime editæ: et Quercetanus in Historia Genealogica Prosapiæ Castilloneæ. Obiit Nemausi 26 Maii, anno 1590.

§ IX. — *De Firmino, antistite Ambianensi.*

Sanctus Firminus, episcopus Ambianensis, vir sanctissimus, qui verbo et exemplo gregem suum in viam salutis direxit, et ab omni inquinamento gentilitatis civitate emundavit, B. Virginis aedificiam condidit, ad quam succedente tempore sedes pontificia, senatusque ecclesiasticus translatus est. In hac ecclesia dum B. Pontifex die solemní Christianæ libationis mysteria perageret, cœlis aperis, virentem sibi palmam divinitus illapsam aspexit, accepitque exinde superno munere hanc gratiam, ut motus carnis nullatenus persenserit, sed ad cœlestis plane puritatis processerit eminentiam. Anæ cœlestis condescendit ad gaudium circa annum Domini 400, die 1 Septembr.

§ X. — *De Florentio, antistite Tuamensi.*

Florentius Conrius, archiepiscopus Tuamensis, natione Hybernum, quo calesceret igne, quove arderet fervore in illibatam Deiparæ Virginis Conceptionem, in insigni illo Operc manifestum reliquit, quod de eadem illibata Conceptione juxta S. Augustini sensum elaboravit. Ex hac mortaliitate abiit circa annum Christi Domini 1631.

§ XI. — *De Francisco, antistite Antuerpiensi.*

Franciscus Sonnus, cognomento de Campo, natione Belga, ex doctore theologo Lovaniensi, ac canonico Ultrajectino, primum Sylvaducensem, post primus Antuerpiensem episcopus designatus, inter alia eximiæ pietatis argumenta, quibus in Virgine sacrosancta colenda et laudanda sedulum se

fuisse declaravit, edidit *De Salutatione angelica ejusdem Sacrosanctæ Virginis per modum Dialogi librum unum*. Vitali corporis facilitate destitutus est anno Christi Domini nostri 1576, ætatis 60, pridie Kalendas Quintilis.

§ XII. — *De Francisco, antistite Astensi.*

Franciscus Panigarola, Mediolaneus, episcopus Chrysopolitanus et postea Astensis a Sixto V, Pontifice Max., creatus, inter alias sui amoris ac studii reverentiaeque in Virginem sacrosanctam testimoniales, multa de ejusdem encomiis litterarum monumentis consignavit, quæ qui legerit suum in cœli Reginam affectum magis magisque sentiet accendi. Obiit anno reconciliationis humanae 1594, die ultima Maii.

§ XIII. — *De Francisco, antistite Atrebateni.*

Franciscus Richardotus, Burgundus, post Antonium Perrenottum cardinalem Granvellanum Atrebatenium episcopus renuntiatus, cuius ampliorem laudationem exhibet in Bibliotheca Mariana: beatissimæ Dei Genitrici peculiariter addictus, ut suam, quam in corde gerebat erga eam, observantiam aperte prosteretur, scripsit Gallice, typisque Piantinianis Antuerpiæ evulgavit, *Super Evangelium Lucae, Missus est angelus, etc. sermones 4*, et plura alia, quæ ad meam notitiam nondum venerantur. Mortalibus spoliis exutus est apud Atrebates vii Kalend. Augst., anno Christi Salvatoris nostri 1574, ætatis vero 67.

§ XIV. — *De Francisco, antistite Bobiensi.*

Franciscus Maria Abbiatus, Mediolanensis, ex canonico regulari Lateranensi episcopus Bobiensis, inter alia pietatis sue erga Deiparam Virginem specimina, ecclesiam Bobiensem ejusdem Deiparæ Virginis nomini consecratain, cum esset jam pene deformata, restituit, auxit et ornavit. Templum etiam Divæ Mariæ de Auxilio extra mœnia erexit. Superstes erat anno Domini 1620.

§ XV. — *De Francisco, antistite Burgensi.*

Franciscus Manso, et Zuniga, archiepiscopus Burgensis, inter alia sui affectus erga Deiparam specimina, diploma evulgavit, quo confirmavit statutum, quo civitas Burgensis solemniter vovit immaculatæ Virginis Conceptionem præcipuan semper habere Patronam, et inter celebriores festivitates numerandam, atque in ejusdem solemnitatis Vigilia ex præcepto jejunium observandum. Vivebat anno salutis 1622.

§ XVI. — *De Francisco, antistite Cameracensi.*

Franciscus Van der Burcht, archiepiscopus Cameracensis, inter alia pietatis sue erga Deiparam Virginem documenta, de pia illa Virginem colendi exercitatione, qua quis se Deiparæ in mancipium sacrat, eductus, manu sua se mancipium B. Virginis Marie firmavit, ac deinde istum Virginem colendi cultum non solum auctoritate sua approbavit, sed etiam solemnem catenularum benedictionem ipsem publice celebravit, mancipatusque in

diocesi sua fuit institutor. Vivebat anno Domini 1650.

§ XVII. — *De Francisco, antistite Fesulano.*

Franciscus Cathaneus Diacettinus, Fesulano presul pientissimus, cum Deiparam Virginem Mariam omni laude majorem praecepua quadam religione veneraretur, evulgavit idiomate materno a se conscriptam, *Vitam ejusdem Deiparæ Virginis Mariae*, quam Florentiae impressam anno 1570, dixi in Bibliotheca Marianæ, parte prima. Item pietati suæ erga Deiparam Virginem asserendæ ampliandæque, in sua diocesi ecclesiam S. Mariæ in Campo, suo ærc restauravit, et monasterium S. Mariæ de Nivis in Frato Veteri suis impensis ad coronidem perduxit. Vivebat anno salutis 1573.

§ XVIII. — *De Francisco, antistite Gebennensi.*

Franciscus de Sales, episcopus et princeps Gebennensis, natione Allobroxi, in omni sua vita eximie coluit Deiparam, enjus ope a gravissima tentationis desperatione liber fuit, et a morbo regio ab hac animi molestia procedente, quæ etiam in corpus virus suum exercuerat. Illibatum nitentemente virginitatis florem Deo, sub auspiciis sacro-sanetæ Virginis, dedicavit : cui in depositi sacri gratiam precatorum pensum dictus singulis persolvebat. Nec vana spei repositione : ope enim ipsius Dei Genitricis fretus, subornatae meretricis formosissimæ ab amulis se ad turpia sollicitantis lasciviam et proacitatem debellavit, atque ex improvisa lucta victor regrediens, pudicitiam tanquam a Domino sibi commissum thesaurum ad domum castam integro castitatis signaculo reportavit. Sed enim de eximia hujus antistitis erga Deiparam Virginem pietate late in *Fundatoribus Marianis* jam Romæ editis anno 1643, a pag. 525, et deinceps pertractaverim, hic supersedeo.

§ XIX. — *De Francisco, antistite Mantuano.*

Franciscus III, Gonzaga, e principibus Bozzoli, ordinis Observantium D. Francisci, supremusque ejusdem ordinis, seu religionis gubernator, episcopus Cep! alii Siciliæ urbis a Sixto V primum, exinde Patavii a Clemente VIII, Pontif. Max. creatus, denique ad ecclesiam Mantuanam translatus anno 1593, cum beatissimæ Virginis Mariæ devotionem a te in corde defivisset, anno secundo regiminis Mantuanæ Ecclesiæ, devotionem B. Mariæ Virginis de Itria in metropolitana ecclesia induxit. Cujus devotionis origo ut intelligatur, sub laconismo referam : Eudoxia namque Theodosii Junioris conjux, e Hierusalem (ubi ex pietate morabatur) inter cetera Pulcheria Augstæ fratriæ imaginem Parthenices, tensis brachiis cum Filio in sinu, qui, una cum Genitrice, Græcorum more, indumentis ornabatur, opera S. Lucæ evangelistæ depictam Byzantium mittit : Pulcheria templum eidem imagini magno sumptu ponit. Religio erga imaginem populm ciet, votorum rei redeunt eam deprecati, nec semel per urbem more Christiano delata imagine, maximis calamitatibus Virgo con-

suluit urbis, hostiles cuneos fudit, alia admiranda patravit. Sicut ea vident, ac Barbarorum sævitie totam Siciliam crebris irruptionibus devastantium consulere student, imaginem pevitissimo artifici effigiandam deiebant, effigiatam jam in area obstruunt, ascitisque duobus monachis Græcis, D. Basilius regulam proficentibus, custodiendæ imaginis provinciam dedunt. Denique pelago fidentes in patriam vela contorquent. Atqui infidum Pontum arantes piratæ adoruntur, reliquisque mancipiis ducuntis, deprædata navi, in area cum imagine monachos obtrudunt, mari committunt : verum ea undis acta Itriæ antiquum Portum quinquaginta præcipitatis diebus integra tendit, ubi ab accolis excepta, monachos reduces promit tot dierum non emaciatos inedia. E vestigio fama rei mira per totam provinciam diditur, omniumque animi religione erga sanctam effigiem tacti, decurrente tempore, per totam ferme Trinacriam, quamplurima templa, a asque sub nomine Virginis Itriensis moliri, variisque coetus, quibus præ cæteris ritibus die Martis omnia sibi lacteina interdicere in honorem Deiparæ Virginis mos est, exorsi sunt.

Proinde Franciscus Gonzaga hujusmodi iconis religionem longe lateque per totam Siciliam diffusam Mantuano populo impertiri gestiens, anno 1595 a Christo nato, optimum exorsum in metropolitana basilica, altari haec causa posito, ded. Cetera, quæ in testificationem suæ erga beatam Virginem clientelæ hic antistes, dum vixit, monumenta posuit, ad meæ adhuc cognitionis notitiam non venerunt.

§ XX. — *De Francisco, antistite Monopolitano.*

Franciscus Surgentius, patrici ordinis Neapolitanus, ex clero Regnali Theatino primum Brundusinus, deinde Monopolitanus in Apulia antistes, vir ad Ecclesiæ regnum simulque ad Marianæ pietatis incrementum factus, inter religiosa et splendida quæ erga angustissimam Dei Matrem posuit sibi reverentissimi obsequi monumenta, saccellum imaginis divæ Virginis, cui vulgo a Madia nomen, non modo in Monopolitana urbe, sed apud exteros etiam famigeratissimæ, ad quam velut ad insigne pietatis sacrarium accurrrunt voti causa ab ea regione passim omnes (de eujus imaginis cultu, atque admirandis plane initis plura infra in Romualdo antistite Monopolitano), hoc, inquam, saccellum, sanctissimæ Virgini a Madia nuncupatum, perangustum et tantæ majestati omnino impar, Franciscus iste laxavit, ornavitque : eo quidem sumptu, atque operis magnificèntia, ut habitate jam splendidissime Dei Matrem gratulentur cives, atque externus quisque affirmet numerari inter ornatissima Marianæ concilia hanc cellam posse. Decessit anno salutis nostræ 1650, de eujus charitatis ardore, in pauperes studio, in Theatinum ordinem munificentia aliisque egregiis et magno præsenle dignis virtutibus plura vir eruditissimus ac religiosissimus D. Josephus Silos clericus Regu-

laris, mibi pro sua dignatione amicus, in in parte Historiarum sui ordinis lib. v, ad annum Domini 1638.

§ XXI.—*De Francisco, antistite Osnabrugensi.*

Franciscus Guilielmus, episcopus Osnabrugensis, Mindensis, Verdensis, et S. R. I. princeps, inter hujus ævi selectos ordinis ecclesiastici et imperii Romano-Germanici principes, qui a Dei Matre, tanquam animato magnete, a teneris attracti, illius vim virtutemque singularem senserunt, ideoque præcipui amoris ac devotionis nexus eidem sunt copulati, nomen merito proficitur suum. Adolescentulus omnibus naturæ gratiaque donis cunlatissimus, nomen dedit sodalitio beatae Virginis Ingolstadii, quod non deseruit Rome in Germanorum collegio, maturior humanis divinisque litteris animum excolens. Ad Osnabrugensem postea Insulam legitime vocatus, ipso nequaquam ambitiose officium dignitatemque episcopalem expetente, in congregatione Marianæ præfecturam suscipere non detrectavit, eamque, si ullus Bavarii sanguinis, landabiliter, ut regnum pene suum, administravit. Primus fuit præfector in cœtu illo lectissimorum adolescentium, qui colloquium Marianum etiamnum appellatum, nomenlatore, ut institutore Jacobo Remio, viro a sanctitate et vaticiniis celebri, ad cavendum peccatum mortale, coactum, ea lege, ut quæ septimanis Mariæ in oratorio convenienter, ibique de prærogativis ac meritis Dominæ suæ colloquium instituerent, tum quidquid haberent apud Deum ex operibus bonis depositum in commune conserrent, communicandum iis ejusdem consortii, qui a crimine mortali sunt immunes. In Bavaria Oetingæ cella est Virginis Matris, quæ tanquam magnes trahit ad se miris et occultis modis multos : at fortasse Francisco Guilielmo nullus nominabitur in facili sequela secundus : ibi ille præpositus prima dedit vita clericalis specimenia : multa ad cultum Virginis Oetingonæ constituit liberaliter : ecclesiam nobilitavit, cum ibi ageret præsentia assidua pietate cæteris faciem prælucens. Supersunt etiamnum in eo loco, sive dona ex principali munificentia ejus profecta, quæ spectantur, sive tituli ingeniose ab eo concepti, et artifice manu perpoliti ad honorem Divæ attrahentes, qui leguntur, et principis memoriam æternant. Sed multo magis illa, quæ Osnabrugum vidit, et hodieque deprædicant ibi antiquæ pietatis cultores. Ex omnibus anni diebus electa est a Francisco Guilielmo tanquam triumphalis illa a Salutatione angelica celebris, sodalitatis Marianæ auspicialis, qua religionem Catholicam in patriam, cuius Pater erat, nec esse desit, reveheret. Cujus, ut nunquam excideret memoria, supplicationem anniversariam adornare voluit, ex oratorio Mariano, et æde summa ad templum Virgini dicatum, et pompa oratione pia ac ad rem accommodata dictione honestari. Est ibidem memoria, festum Immaculatae Virginis Conceptæ cum Octava solemni celebran-

dum ab hoc primum antistite fuisse in episcopatum introductum. Hic idem antistes lucem Conceptioni Immaculatae sacram elegit, qua Ratisponæ consecratus episcopus coram angustissimis Ferdinandis patre ac filio et totius nobilitate imperii, primani Deo offerret hostiam cum secunda principum omnium admurmuratione. Id cum ficeret, vel Lanreti in cella Nazarethica, vel Oetingæ ad familiarem sibi aram trahi se sentiebat a suo Magne, nempe a beata Virgine : et fecisset, si per ipsum stetisset, sed adamantinis tunc quidem, ob totius Europæ negotia detentum vinculis, absolvit, et in aliud tempus distulit tractionis effectum. Redux enim post expeditionem felicissimam cum morbo vexaretur pene exitiali, votum rite concepit Patronam suam Laureti conveniendi ; nam eo trahebatur ; mox sanitati restitutus abruptit catenam non unam impedimentorum et morarum aulicarum, sieque Lauretanam Divam invisit, salutavit, sibi pietate ac muneribus iterato devinxit. Nec illud omittendum, quod in omnium oculis Coloniæ versatur. Habet templum Societatis Jesu Marianum Coloniæ aram Virginis memoriae sacratam, et in ea signum Deiparæ, quod instar magnetis trahit plebem, nobiles, principes. Illam ibi fixit religiosissimus princeps Franciscus Guilielmus : nec hoc satis ; appendit lampadem argenteam visendæ magnitudinis, in qua olivam ignis perpetui pabulum fundere voluit ; itaque ardet, nec extinguitur liberalitate inextinguibili dotata. An hoc ipso testari volebat, optare se ut cor suum ardeat semper coram Virgine, cum nihil magis in opatias habeat, quam ut in Parthenico ecclesiæ candelabro sit lucerna ardens et lucens ?

Hic idem Franciscus Osnabrugensis antistes rogatus, ut sese inscribere vellet venerabili archiconfraternitati Immaculatae Conceptionis de Urbe, eidem archiconfraternitati sese inscripsit his verbis :

*Sancta Maria,
Immaculata concepta,
Et post partum virgo inviolata,
Sub tuum præsidium confugio.*

Immaculatae Concepæ, Virginum Maximæ, Cœli Reginæ, Matri admirabili, Dominæ piissimæ, Advocatæ Clementissimæ

*Sodalium minimus, Servus humillimus,
Clientum infimus, se voret devovetque*

*Franciscus Guilielmus, episcopus Osnabrugensis,
Mindensis, Verdensis, etc. Anno a partu ejusdem
Virginis 1647. Cætera me fugiunt.*

§ XXII.—*De Francisco, antistite Segoviensi.*

Franciscus a Sossa Hispanus, episcopus primum Oxomensis, postea electus Segoviensis, inter multa religiosæ affectionis ac ferventissimæ devotionis suæ erga Deiparam Virginem specimenia, seripsit (ut alibi etiam suo loco retuli) ad Philippum III, Hispaniarum regem *De Definibilitate illibatae Conceptionis tractat. 1; Super Decretum 2 Pauli V, de Conceptione beatæ Virginis Expositionem; Super*

Orationem Mexiae de la Cerdia de eadem Conceptione Deiparæ Virginis, Defensorum, et alia. Morti sacerdotibus anno Verbi Incarnati 1618.

§ XXIII. — *De Francisco, antistite Abulensi.*

Franciscus Abulensis in Hispania antistes, pietatis in Deiparam ejusque Immaculatam Conceptionem promovendæ toto conatu studens, ut exemplo suo creditos sibi populos ad Virginem diligendam, ac in mysterio ejus Immaculatae Conceptionis honorandam, uti par est, accenderet, suorum prædecessorum vestigiis inhæreens, doctrinæ, quæ disserit sanctissimam Virginem Mariam, præveniente et operante divini Numinis gratia, nunquam actualliter subjacuisse originali peccato, tanquam piæ, non solum semper summa consensione aequievit, sed ut felicius ejusdem sanctissimæ Dei Genitricis gloriam elucidaret, utique esset illustrius omnium oculis ejus pietas testata, eamdem sententiam se amplexurum ac defensurum sacrosancta sacramenti religione tactis evangelis promisit et vovit. Clarebat anno salutis 1622.

§ XXIV. — *De Francisco, antistite Algarensi.*

Franciscus Boil, Sardus, ordinis S. Mariae de Mercede Redemptoris Captivorum, ex regis Catholici concionatore episcopus Algarensis in Sardinia, vir pari morum et doctrinae præstantia conspicuus, publicum ac præclarum observantie sue erga angustissimam Dei Matrem monumentum statuit, *Sacrae Imaginis Dominae nostræ del Puche Valentini Regni Patronæ Historiam*, quam editam Valentiae typis Silvestri Esparsæ anno 1651, dixi in Bibliotheca Mariana, parte prima. Idem erga Immaculatam Deiparam cordis sui affectum patenti aliquo documento significaturus, in cathedrali sua publice vovit ac juravit, se semper illibatam ejus ab originali macula Conceptionem defensurum, et de eadem illibata Conceptione in ipsa publica voti professione præclarum sermonem habuit. In Domino feliciter obdormivit, anno orbis redempti 1655.

§ XXV. — *De Friderico, antistite Aquileiensi.*

Fridericus, Ungariæ regis germanus, et postea patriarcha Aquileiensis, adhuc clericus Matrem Jesu toto corde diligens, ejus Horas sollicite decantabat. Parentum suorum consilio nubere volens cum quadam adolescentula valde pulcherrima, accepta a presbytero nuptiali benedictione quadam die, Missa etiam celebrata, recordatus quod ejusdem beatæ Virginis Horas illa die, juxta morem solitum, non cantaverat, spousam donum mittens, omnes ab ecclesia exire coegit, et ipse juxta altare beatæ Virginis solus remansit. Cum ipse Horas Dominice Matris decantaret, et hanc Antiphonam, *Pulchra es et decora, filia Hierusalem*, diceret: subito apparuit ei Virgo Maria cum duobus angelis dextram ei manum et levam tenentibus, dicens ei: « Si ego sum pulchra et decora, quid est quod dimittis me, et sponsam aliam accipis? Numquid ego non sum optime formosa? Numquid ego non sum pulchrior illa? Ubi vidisti tam pulchram? » Cui

ille stupefactus ait: « Domina mea dulcissima, claritudo tua omnem mundi pulchritudinem excellit et clarificat, quoniam tu es super omnes chorus angelorum exaltata, et super cœlos cœlorum elevata. Quid vis, Domina, ut faciam? » At illa ait: « Si carnalem sponsam cui adhærere vis, amore mei dimiseris, me sponsam in cœlesti regno habebis: et si Conceptionis meæ festum annuatim vi Idus Decembribus solemniter celebraveris et celebrandum prædicaveris, mecum in regno Filii mei laureatus eris. » His dictis beata Virgo disparuit. Clericus vero dominum adire rennit, et absque parentum suorum consilio ad abbatiam quamdam extra patriam illam perrexit, et ibidem monachali habitu decoratus, et post tempus exiguum meritis B. M. Virginis Aquileiae episcopus patriarcha factus, festum Conceptionis beatæ Virginis, die præfato, quandiu vixit, annuatim cum propriis Octavis diligenter celebravit, et ubique celebrandum prædicavit. Dignitatem adeptus est anno 884, tenuitque annis tredecim.

§ XXVI. — *De Friderico, antistite Coloniensi.*

Fridericus hujus nominis III, archiepiscopus Colonieensis, inter alia pietatis sua erga beatam Virginem specimina, in summi Coloniensis templi saeculo, in quo corpus sumum post mortem sepeliri voluit, Missam de beata Virgine in figurativo decantari quotidie, suis sumptibus ordinavit. Ab his Babylonis fluminibus ad æternæ salutis portum transfretavit, anno Incarnationis Dominicæ 1414, die 9 Aprilis.

§ XXVII. — *De Friderico, antistite Nebronensi.*

Fridericus Fornerus, natione Germanus, episcopus Nebronensis, et suffraganeus Bambergensis, inter alia luculenta religiosæ pietatis argumenta, quibus ferventissimum suum in Deiparam studium aperte professus est, permagnissem Opus in ejus laudem et honorem condidit, hoc frontispicio et vestibulo nobilitatum: *Palma triumphalis miraculorum Ecclesiae Catholicae, et imprimis Gloriosissimæ Virginis Mariæ, quibus ut nunc temporis tam in Æde Lauretana, Oettingensi, Eremitana, Sicheniensi, Aspricollensi, Dettalsbacensi, quam in Weyernensi Ditionis ac Territorii imperialis Ecclesiæ Bambergensis, ita passim per totum Orbem Christianum in Italia, Hispania, Gallia, Germania, Polonia, utraque India et in Orbe novo laculentissime inclaruit. Libris v explicata, et ad Invictissimum Potentissimumqne Principem Ferdinandum II, Romanorum Casarem semper Augustum destinata.* Item accurate non minus quam pereleganti stylo descripsit *De miraculis Divæ Deiparæ Virginis Weyerensis lib. iv*, quos editos Coloniæ Agrippinæ typis Kinchii dixi in Bibliotheca Mariana, parte I. Clarebat Deiparae Virginis eximus cliens anno salutis 1620.

§ XXVIII. — *De Friderico, antistite Viennensi.*

Fridericus Nausea, Blanicampianus, Germanus, Viennensis in Austria episcopus, inter alia devo-

tionis suæ ac voluntatis propensæ erga Deiparam Virginem specimina, scripsit, preloqne commisit *Panegyricum in Beatissimam Mariam libro uno*; *Heptalogum in VII festivitates B. V. Marie libro uno*; *Apologiam pro Salutatione Angelica libro uno*. Vivebat, ut dixi in Bibliotheca Mariana parte prima, anno reparatæ salutis 1550.

§ XXIX. — *De Frigidiano, antistite Lucensi.*

Sanctus Frigidianus, Ultoniæ, que regio est Hiberniæ, regis filius, ex S. Patritii Hybernensium apostoli instituto Regularis clericus, seu canonicius, Lucensem episcopus destinatus, cum illam Ecclesiam regendam suscepisset, ut erat erga sacrosanctam Dei Genitricem propensissimæ voluntatis, ecclesiam in clivo prope civitatem ædificavit sub invocatione ejusdem sanctissimæ Dei Genitricis, quæ temporum successibus a fundatore S. Mariæ de Friglionaria, et corrupto vocabulo de Frisonaria, est nuncupata. Vixit circa annum Domini 560.

§ XXX. — *De Frithwaldo, antistite Candidæ Casæ.*

Frithwaldus Scotus, episcopus Candidæ Casæ, inter alia suæ benevolentiae atque optimæ voluntatis erga sacrosanctam Virginem monumenta, scripsit, ut alibi etiam memoravi: *De lauditu ejusdem Sacrosanctæ Virginis librum unum*. Gloriæ cœlestis portum tenuit anno partus Virginei 764.

§ XXXI. — *De Frontone, antistite Petragoricensi.*

Sanctus Fronto, natione Gallus, patria Petragoricensis, peregrinationis causa ad eunabula Salvatoris anno 16 suæ ætatis imberbis accedens, et sacris Palæstiæ Hierosolymorumque locis devote peragrat, monachis eremitis in Carmelo, assumpto Deiparæ habitu, perpetuo associatus est. Hic ille est, qui beatissimæ Virginis Marie templo ab Agabo in Carmeli vertice, post sacram ejus Dormitionem primo omnium fundato extrenam impo-
suit manum. Ad Petragoricenses concives episcopus destinatus, monasterium sui instituti, beatæ scilicet Virginis de Monte Carmelo, in suburbio ejusdem civitatis primum exstruxit. Et cum a Quirino praefecto infideli divexaretur aeriter, eremum petiit cum suis monachis, ut impedimentis sublatis Deo Deiparæque Virginis tutius inserviret: ibi dum orat, Quirinum in civitate Christo acquirit. Obiit octogenarius vii Kalend. Octobris, anno salutis 148.

§ XXXII. — *De Fructuoso, antistite Tarragonensi.*

Sanctus Fruetus, episcopus Tarragonensis, puer adhuc habitum B. Virginis sub Carmelitarum instituto assumpsit, atque in Alexandrino cœnobio jura novitiatus custodivit. Hic cum ob immensam erga B. V. Mariam, cui addictissimus erat, devotionem, summa ab omnibus haberetur reverentia, Heleno octavo Carmelitarum generali defuncto, generalatus dignitate suspectus est. Cum autem in dies sanitatis ejus fama crebresceret, summo Pontifice Sexto sanctissimo annuente, Tar-

raconensis Ecclesiæ in Hispania episcopus, omnium applausu, creatur. Floruit anno Domini 260.

§ XXXIII. — *De Fulberto, antistite Cameracensi.*

Fulbertus, decimus Cameracensis atque Atrebatisnum antistes, inter alia Marianæ pietatis specimina, Cameracensem S. Dei Genitricis ecclesiæ multis commodis munire semper laboravit. Cum Hungari circiter annum 930 furibundo cum insultu urbem Cameracensem impeterent, Fulbertus Deipara Virgine precibus interpellata urbem inexpugnabilem hosti, civi illæsam, servavit. Cœlestes ad triumphos evolavit anno Christiano 956, die I Julii.

§ XXXIV. — *De Fulberto, antistite Carnotensi.*

Sanctus Fulbertus Carnotensis in Gallia episcopus, cum saerosancta Dei Genitricis Mariae additissimus servus, et promptissimus amator esset, in ejus laudem librum conscripsit, basilicam construxit, laudesque ecceinit. Ab ea autem singulari remuneratus est dono, dum ipsi ægrotanti per vi-
sum apparens, sugenda aperuit sacra ubera. Quod ex multis auctoribus testatur in suo Chronico Benedictus Gononus, Cœlestinus, his verbis: « In mortis constitutus periculo, propter morbum, quem sacrum ignem vocant, qui ejus lingnam adurebat, quadam nocte cum plus solito doloribus urgeretur, vidi illustrissimam Dominam cum magno comitatu et apparatu, se monentem, ut aperiret os: quod cum fecisset, subito puella formosissima (nempe Deipara) lac sacratissimum ex mamilla exprimens, linguam ejus omnino refrigeravit et sanavit. Eo sacratissimo lacte Fulberti genæ perfusa fuerunt, guttasque in signum miraculi linteolis pretiosis abstergens, adhuc eas hodie in Carnotensi ecclesia videre et venerari licet. » Aula cœlestis concendit ad gaudium anno salutis 1028, die 10 April. De ejus Marianis Incubrationibus consule Bibliothecam nostram Marianam, parte prima.

§ XXXV. — *De Fulgentio, antistite Ruspensi.*

Sanctus Fulgentius episcopus Ruspensis in Africa, Mariæ Deiparæ Virginis non solum servens amator, sed luculentus etiam laudator fuit. « Facta est, inquit, Maria Fenestra cœli, quia per ipsam Dens veruna fudit sæculis lumen: facta est Maria Seala cœlestis, quia per ipsam Dens descendit ad terras, ut per ipsam homines ascendere mercantur ad cœlos. » Haec appellabat Restaurationem seminarum, quia hæc per ipsam a ruina primæ maledictionis subtractæ esse probabantur: Evam novam, quæ servando virginitatem omne genus seminarum ad se venientem instauravit: Matrem secundi hominis, in qua Dei gratia et mentem integrum servavit et carnem: Virginem inviolatam, per enjus partum peccatum, et pena peccati, quæ per seculum corruptæ mulieris intraverat in mundum, a mundo ablata est: ut plura alia laudum talenta, quæ Gazophylacio Ma-

riano pleua manu intulit, brevitati consulens, omittam. Ad desideratum felicitatis pervenit bra-

vium anno salutis 529, ætatis 65, ut dixi ex Baro-nio in Bibliotheca Mariana, parte 1.

CAPUT VII.

De Gabriele Clodiensi, Gabriele Mediolanensi, Gabriele Rhemensi, Gangetico Trevirensi, Gaspare Algarensi, Gaudentio Brixiensi, Gavino Abredonio, Gebehardo Salisburgensi, Gebhardo Constantiensi, Genesio Arverno, Gennadio Constantinopolitano, Genulpho Cadurcensi, Georgio Aniciensi, Georgio Antibariensi, Georgio Nazareno, Georgio Nicomediensi, Gerardo Antiocheno, Gerardo Cameracensi, Gerardo Cannadiensi, Gerardo Hildeshey-mensi, Germano Constantinopolitano, Gernado Moraviensi, Gerone Coloniensi, Gilberto Pictariensi, Gilberto Aquensi, Godebaldo Ultrajectensi, Godefrido Spirensi, Godehardo Hildeshemensi, Godescaleo Atrebateni, Gonzalo Limensi, Goswino Hieropolitanus, Gregorio Corinthio, Gregorio Nazianzeno, Gregorio Neocæsariensi, Gregorio Nysseno, Gregorio Tauromenitano, Gregorio Terracinensi, Gregorio Thessalonicensi, Gregorio Turo-nensi, Griphone Maronitarum, Gualterio Panormitanus, Gualtero Pictaviensi, Guiardo Cameracensi, Guidone Aretino, Guidone Cerviensi, Guidone Elnensi, Gulielmo Atrebateni, Gulielmo Gandavensi, Gulielmo Lodovensi, Gulielmo Lugdunensi, Gulielmo Vinconiensi, Gulielmo Parisiensi, ac Gundisalvo Tolosano antistitibus.

§ I. — *De Gabriele, antistite Clodiensi.*

Gabriel Flamma, Venetus, canonicus Regularis Lateranensis, ex abbate generali sue congregationis episcopus Clodiensis a Gregorio XIII renun-tiatus, pietatis sua erga Deiparam sensum lueu-ler inter admodum Christiano orbi repræsentavit, scribendo habendoque, ut in Mariana Bibliotheca parte prima etiam memoravi, *In Evangelium Missus est angelus homilius 6; De B. V. Annuntiata Discursus unum; De Domo B. Virginis Lauretanæ Di-scursus unum; De lacrymis B. Virginis juxta Cruciem Discursus unum, et alia.*

Statim atque ad suam pervenit ecclesiam, ut erat erga Deiparam Virginem studiosissimus et præcipua devotio propensus, ut templum in ejus honorem ad littus maris jamdudum inceptum ab-solveretur, pios Clodienses cives exoravit: quod compleatum atque munificentissime exornatum sol-lebuni ponipa xv Kalend. Martii anno 1585 conse-cravit: in cuius facti memoriam Clodienses supra fores in marmore extare voluerunt hæc monu-menta:

Templum hoc Deiparae Virginis immensis miracu-lis conspicuum ab Italib[us] ceterisque populis in vene-rationem habitum, anno 1584 studio et labore Ga-brielis Flammæ episcopi numeris omnibus absolutum, etc.

Ad parietes vero majoris sacelli ita legitur:

Templum hoc Deo, et B. Virginis dicavit et conse-cravit R. D. D. Gabriel Flamma, Dei, et apostolicæ Sedis gratia episcopus Clodiensis. Anno Domini 1583.

Quo etiam anno debitum naturæ solvit die 11 Julii.

§ II. — *De Gabriele, antistite Mediolanensi.*

Gabriel Sfortia, Francisci Sfortiae ducis frater, a Nicolao V, Pontif. Maximo creatus archiepiscopus Mediolanensis, quem Donatus Bosius auctor coævus sanctissimum et vitæ probata virum vocat, inter alia sua erga sacratissimam Dei Matrem devo-tionis studiique illustria testimonia, consecravit

ecclesiam B. Mariae Coronatæ, a Blanca Maria vicecomite ducissa fratris uxore pie ac liberaliter constructam, in qua etiam mortali vitæ valedicens humatus est anno Verbi Incarnati 1457, die 12 Septembri.

§ III. — *De Gabriele, antistite Rhemensi.*

Gabriel a S. Maria, natione Galtus, archiepi-scopus et dux Rhemensis, inter alia pietatis ac reverentie officia, quibus in sacratissima Dei Ma-tris cultu eximum se probavit, luci publice dedit Latino sermone elaboratas *Conciones 26* in quibus contra impios et blasphemos hereticos honor Dei-parre propugnatur, et prerogativa divæ Virginis ample explicantur. Eas autem Rhemis excusas anno 1623, in octavo, dixi in Bibliotheca Mariana, part. 1. Clarebat anno reconciliationis humanæ 1620.

§ IV. — *De Gangetico, antistite Trevirensi.*

Svetus Gangeticus, ex Lutzemburgensi provincia oriundus, prius Cameracensis ordinatus episcopus, et ad Trevericam quoque ecclesiam postea admo-tus, dignusque habitus, qui utrique praesisset, sue in Deiparam pietatis eximum argumentum orbi exhibuit, dum Cameraci ecclesiam in diva Virginis honorem ædificavit. Clarebat anno post Verbum hominem factum 590.

§ V. — *De Gaspäre, antistite Algarensi.*

Gaspar Prietius, ordinis S. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum, ad Algarensis cathedralis dignitatem virtutum merito sublimatus, Deiparae Virginis addicteissimus servus, ejusque Immacu-latae Conceptionis propagulator ardentissimus, cum semper speciale erga magnam Dei Matrem obse-quiosas pietatis præ se tulerit affectum, hunc tamen apertissimo testimonio comprobavit, dum, Catho-licæ majestatis nomine, præsidis ac ducis generalis munere in regno Sardiniae fungens, ut in omnium cordibus devoutum erga Immaculatae Conceptionis mysterium pietatis affectum altius insigeret, de totius regni censu, in Calaritana civitate, regni metropoli, in honorem ejusdem Conceptionis festa

tam solemnia fieri procuravit, ut a Francisco Carnicer equite et Calaritanæ civitatis secretario in litteras relata, laudem atque admirationem ab omnibus exciverint: et dum simul cum regui ordinibus universis voto ac juraimento promisit, se publice, et privatim velle pie tenere et asserere sanctissimam Virginem Mariam Dei Matrem in primo veræ et naturalis Conceptionis suæ instanti, quo ejus benedicta anima creata fuit, et sancto corpori infusa, nullo modo contraxisse communem maculam peccati originalis, sed ab eo momento finisse semper puram, pulchram, sanctam, ac Dei oculis gratissimam. Obiit Gaspar iste episcopus Helnensis in Catalonia, cum magno sibi creditarum ovium moerore, anno salatis 1657 in Kal. Novembri.

§ VI. — *De Gaudentio, antistite Brixiensi.*

Sanctus Gaudentius, episcopus Brixensis, cum augustissimam cœlorum Reginam singulari cultus ac reverentiae studio prosequeretur, in admirandis quos de variis argumentis conscripsit, tractatibus, in Veterum Patrum Bibliotheca tom. II recensitis, illam Virginem beatam, sacrosanctam, integrum, intactam, incorruptam, beatissimam proclamabat: asserebatque ædem esse dignissimam divinæ virtutis, imo Dei ipsius domicilium, ubi Deus lumen pudoris perpetuum servavit ingressus, dum sine detimento integratatis maternæ natus, sine corruptela conceptus. Florebat anno Incarnationis Dominicæ 316, cuius gloria memoria in Romano Martyrologio die 28 Octobris celebratur.

§ VII. — *De Gavino, antistite Abredonio.*

Sanctus Gavinus, Abredonie' urbis in Scotia episcopus, inter alia Marianæ pietatis documenta, ad statuam B. Virginis ligneam, quæ in sacello suæ cathedralis sita erat, saepè pietatis ergo ventitare solitus fuit. Hujus episcopi domus ecclesiae proxima eum in modum erat constructa, ut per adjunctam januam, quoties liberet, templum cathedrale orandi causa ingredieretur. Fertur Deiparae favore, inter alia pontem edificasse ex lapide valde sumptuoso, longe inde advecto, septemplice fornice subnixum, qui flumen Dym committit. In hujus poutis aditu sacellum condidit Virgini Matri, cuius cultor exstitit singularis. Est ibidem fons Deiparae sacer, in quem cum impiissimus quidam haereticus præ despectu intaminatae Virginis alvum exonerasset, famem caninam deinceps fuit passus, et copiosissimum quidem cibum, imo altero tantum quantum prius aliquandiu cepit, sed ventre fuit penitus obstructo ac sensim intumescente, confessus fuit exemplum se præbere divinæ ultionis, atque astantes admonuit Dei Matrem non contemnere, ac tandem horrenda morte extinctus fuit. Quod exemplum etiam ipsi hostes fidei cum admiratione solent referre. Cum vero idem vir sanctus Gavinus, pro sua in Deum ejusque Matrem pietate, aliquando ardenter coram hac effigie B. Virginis oraret, vocem hanc divinitus accepit:

« Euge, o Gavine, postremus tu hic eris episcopus eorum, qui salutem consequentur æternam. » Non absit miraculo fides: nam ipsum episcopi aliquot exceperunt, Catholicæ quidem religione, sed vita impiæ: deinde secuta haeresis, quæ etiamnum, pro dolor, Scotiam misere possidet. Illud vero admiratione dignum est: cum annos ante aliquot humandum esset cadaver Scotti cujusdam inter suos non ignobilis, at haereticæ, locis sepulturæ ab ignaris is fuit designatus, in quo supradictus sanctus Gavinus quiescebat. Ignorabat hoc pollinator funeris, sed Catholicorum nonnulli seniores ejus probe erant consciæ: reperit igitur inter fodiendum cellam lapideam opere prorsus singularem, quam eum accenso lumine intrasset, conspicit ibi episcopi ejusdem corpus pontificali amictu cum mitra, pedo, annulo, reliquisque ornamentis ad usque ligulas calceorum, floridum, omnino integrum, et complicatis in morem manibus. Excitatns miro hoc spectaculo pseudominister dictæ ecclesiæ continuo illuc accurrit, et Gavinum episcopum, qui ante annos ducentos, aut circiter, obierat, incorruptum aspergit, quin etiam præcepto cavit ne quis defuncti reliquias attingeret. Clariuit circa annum Domini 1400.

§ VIII. — *De Gebeardo, antistite Salisburgensi.*

Sanctus Gebeardus, archiepiscopus Salisburgensis, inter alias clientelæ suæ erga Deiparam Virginem tesseras, anno Incarnationis Domini 1074, ordinationis autem suæ decimo quinto, in honorem sanctæ Dei Genitricis Mariæ monasterium in Valle Admontensi construxit, quod et ipso anno, tertio Kalendas Octobris, Indictione duodecima, dedicavit, tempore Gregorii Papæ VII, anno secundo ordinationis illius, imperii vero Henrici imperatoris anno 17. In quo nimis monasterio 12 monachos sacerdotes ad serviendum Deo ac Deiparae ordinavit; ad quorum stipendia et vestes, neconon hospitum ac pauperum sustentationes prædia tradidit. Exacto felicis agonis cursu ad palmam superiorem evolavit anno salutis 1088.

§ IX. — *De Gebhardo, antistite Constantiensi.*

Sanctus Gebhardus, episcopus Constantiensis, pro sua fidelissima constantiæ in Deiparam Virginem veneratione obtinuit, ut imago sacrosanctæ Dei Genitricis, lignæ insculpta tabula, quæ in Constantiensi ecclesia reperiebatur, sibi in somnis apparens virginem præberet pastoralem, sibique præciperet ut Dominicum gregem pasceret, eique pascua vitæ monstraret. Ad cœli gaudia perrexit anno Incarnationis Dominicæ 996.

§ X. — *De Genesio, antistite Arverno.*

Genesius, Arvernorum memorandus antistes, Magnilocense cœnobium in proprio solo tanta eum dignitate fundavit, ut loco noinen conveniret: nam monasterii convalem, latamque planitiem editi excelsisque colles undequaque eingebant, nemorumque exhilarabat amoenitas, tum præterlabentis amnis jugis aqua et cœnobii hortos mira laxitate

proteus, et prata circumjecta derivationibus facilibus irrigabat: domus amplitudo plane regisca: triplicemque ad monasterium aditum sua quenque porta cladebat: sole irradiante sacramrum adiunum, quas ibidem bonus praesul exstruxerat, turres et tecta mirabiliter elucebant: apostolorum, quae illic erant, sacella fulgebant: martyrum aræ nitebant, columnæ prisco marmore cælatae surgebant: canieræ fornicisque pictura omnium oculos rapiebat. *Emvero beatæ semperque virginis Mariæ basilica, præter ceteras ædificiorum moles, eminebat: nam quæ sanctitate præstabat, templi fastigio et altitudine debebat esse superior.* Itaque S. Mariae Turris cæteras arees tum pulchritudine, immensitate vincebat. Cum enim Novati Jovinianique dogma pestiferum, sive incuria, sive ignorantie quorundam in Arvernorum terras irrepsisset, Genesius vere Pontifex, ac vere Pater, monasterium in illa perambena solitudine condere in animum induxit, quo se Christi milites recipieren, et a contagione servarentur intacti. Ex illo autem pietatis ac fidei propugnaculo, sancti sapientesque monachi hereticos debellabant, Novatiique errorem et Joviniani dementiam editis libris oppugnabant. Eruit circa annum Dominice Nativitatis 656.

§ XI. — *De Gennadio, antistite Constantinopolitano.*

Gennadius, patriarcha Constantinopolitanus, vir aeo suo inter Grecos doctissimus, amoris atque observantiae suæ erga sacrosanctam Deiparam specimen exhibuit, scribendo, *De Annuntiatione ejusdem sacrosanctæ Deiparæ librum unum*, quem in regia Bibliotheca in Scoriae servari dixi in Bibliotheca Mariana, parte prima. Claruit anno Incarnationis Dominicæ 1440.

§ XII. — *De Genulpho, antistite Cadurcensi.*

Sanctus Genulphus, episcopus Cadurcensis in Gallia, præclara nobilium Romanorum prosapia ortus, a Sexto Pontifice summo Evangelii prædicandi causa in Gallias missus, ibidem ecclesiæ ad Dei laudes celebrandas fundans, eas in honorem S. Dei Genitricis Mariae Virginis consecravit. Hoc etiam Genulpho beatam Virginem orante, monachi cœles vindicata est, ut late narrat anonymous Be-neictinus in ejus Vita apud Bollandum de *Vitis Sanctorum* tomo II. Clarebat anno Domini Salvatoris nostri 246.

§ XIII. — *De Georgio, antistite Aniciensi.*

Sanctus Georgius, primus Aniciensis in Velavia episcopus, S. Petri apostoli discipulus, magno cum labore civitatis prædictæ populum ad Christi fidem convertit. Cum autem beatissimæ Virginis Mariæ Dei Genitricis præconia auditoribus suis saepissime referret, ejusque opem fidibus apprime necessariam atque perutileri summopere commendaret, erga B. Virginem populi amor et devotione paulatim crescere cepit. Quare, destructo per eum Apollinis simulacro, quod in vertice Montis Rupisve Poliniacæ adorabatur, ecclesiam in hono-

rem Deiparæ Virginis construxit. Tunc magis ac magis cœpit populus affici erga B. Virginem. Inter cæteros autem honesta quedam ac devota matrona eujusdam loci, cui nomen erat Villa juxta flumen Bornæ, cum quartana dudum laborasset, jamque morti esset proxima, apparuit ei B. Virgo, dicens: « Surge et lecto, charissima filia, in quo tot noctes insomnes duxisti, et citius quam poteris, te ad montem et rupem Anicij confer, ibi enim te ab infirmitate tua liberabo. » Non aures surdas ægrotæ mulier ad hanc continuat vocem: nam summo mane deferri a suis domesticis curans ad assignatum locum, largum et quadratum lapidem ibi annotavit, altaris instar, et in eo quiescens obdormivit. Interim denuo invisit eam Virgo, talibusque verbis est eam affata: « Nimirum iste est locus (inquit) quem tibi constitueram, in quo evigilans pristinæ sanitati restitueris, in signum tibi, et posteritati electionis istius loci a me factæ, ut ibi deinceps me in ævum mortales colant, mihi que imposterum famulentur. » Ad huc verba ægra mulier sanata et excitata ad S. Georgium accurrit, eique omnia quæ evenerant enarravit. Tunc B. Georgius absque mora locum miraculosum visitat, hac Dei famula aliisque viris ecclesiasticis comitatus. Qui cum ad montis verticem ascendissent, adverterunt in extrema Cornelæ rupis parte locum, ubi hodie visitur basilica Deiparæ, nive albicantem, licet undecima Julii dies esset, ferventibus tunc cœnicule æstibus. Ad clariorem autem hujus miraculi notitiam concito gressu accurrit cervus, qui in nivem insiliens demetus est longitudinem et latitudinem spatiumque ædificii, statimque dispergit. Quod prodigiosum factum attenta mentis acie S. Georgius considerans, jubet a cervo factum circuitum sepe ex virgultis cingi, partim ne polueretur, partim ut hoc onus, quod a se tunc minime suscipi poterat, successoribus suis alia commodiore tempestate faciendum servaretur. Interim prædicti miraculi fama ad aures S. Martialis Aquitanorum apostoli pervenit, qui ad prædictum Anicij montem venire non distulit, atque in eodem loco versus miraculosam rupem ad honorem Deiparæ erexit altare, atque ad perpetuam suæ peregrinationis memoriam huic loco ealceum Deiparæ donavit qui adhuc hodie servatur religiose.

Floruit S. Georgius circa annum Domini 60.

§ XIV. — *De Georgio, antistite Antibariensi.*

Georgius, sive Gerardus Adæ, Gallus, archiepiscopus Antibariensis, inter alia suæ in augustissimam cœli Reginam propensæ voluntatis indicia, litterarum monumentis consignavit *Officium Sanctificationis B. M. Virginis*. Claruit circa annum Domini 1280.

§ XV. — *De Georgio, antistite Nazareno.*

Georgius Benignus Ragusinus, episcopus Nazarenus, pro iusto sibi in Deiparam Virginem pietatis ardore, in litteras retulit *De Assumptione*

ejusdem Deiparæ Virginis librum unum. Clarebat circa annum salutis communis 1490.

§ XVI. *De Georgio, antistite Nicomediensi.*

Sanctus Georgius, archiepiscopus Nicomediae, natione Graecus, erga sacrosanctam Virginem Dei Genitricem Mariam religiosissime affectus, inter alia pietatis devotionisque specimina, in ejus lundibns encomiisque celebrandis sese omnino oratorem facundissimum demonstravit. Hæc enim, ex tacti præsulis sententia et oratione, Adjutrix nostra salutis : hæc Advocata, cuius ore nostra dicitur excusatio : hæc Agna immaculata, angelico excepta convivio, angelicis cibis exsatiata : hæc Adolescentula quæ talia dona consecuta est, ut in corpore cederent ejus ministerio : hæc Arma validia fidelium regum, per quæ bellorum frangunt audaces impetus et consequuntur tropæa victoriae : hæc Arca sanctificationis quæ intus accepit cum qui dedit legem, quæ portavit Manna coeleste, quæ a diluvio peccati servavit nostram naturam, et per Partum liberavit orbem terre ab interitu : hæc Candelabrum in spiritu inauratum, Lucerna cuius fines illuminat, per quam accenderunt septem dona Spiritus, et mundum terrenum illuminarunt : hæc Charta purissima in qua Verbum sine scriptis impressum scidit fraudis chirographum : hæc Civitas Dei animata, quæ ejus impulsu levatur in æternum : hæc Conciliatrix magnorum beneficiorum : hæc Fundatrix nostri gaudii : hæc Donum quod nullo potest, ut par est, honore affici : hæc Forceps propheticus, qui carbonem ferebat et labra expurgabat : hæc Fons re vera signatus, ex quo manant fluentia purissima, et irrigant orbem terræ : in quo limi qui conturbabat, non sunt deprehense reliquæ ; ex quo procedens fluvius gratiarum circuit universam quæ est sub sole regionem : hæc Gloriatio nostræ fiduciae : hæc Germen, ob quod beata est dominus Israel, quia ex illa pullulavit : hæc Hortus conclusus, quem peccati cogitationes non poterunt intrare, in quo divina planta, quæ citra agricolæ culturam germinavit, Lignum maledictum, quod prius in vita mirandum in modum crescebat, exsiccavit radicitus, et ejus loco efficit, ut floreret benedictio : hæc Liber obsignatus, quem nullus legit sciens litterarum, præter eum, qui obsignavit, et servavit supra rationem : hæc Lectus Salomonis, quem in orbem circumstinxerunt sexaginta potentes, nempe divinitus inspiratae Scripturæ veræ prophetæ quæ per ea quæ signarunt, suo testimonio comprobant Deum esse ex ea pariendum ; in quo Verbum cum cecidisset, cum carne surrexit, et inicii tyrannicam valde affixit potestatem : hæc Murus fortissimus multitudinis Christianorum : hæc Mater habens in Filium, quæ recusari non potest, fiduciam ; habens vires insuperabiles, robur inexpugnabile : hæc Mons umbrosus, in quo Verbo placuit habitare, in quo, cum reuinisset natura, declinavit peccati exusionem, ex quo sine manibus devolutus lapis angularis inimici contrivit imaginem,

et redigit in pulverem : hæc Mensa, quæ portat vitam, in qua vitæ nostræ panis propositus ambrosia pavit eos qui illius fnerunt participes, ex qua Crateres Sapientiae imperturbatum et purissimum infundunt poculum cognitionis : hæc Nubes, quæ per aerem ingreditur, in qua sedens, qui ingreditur super nubes cœlestes, destruxit simulacra quæ colebantur ab Ægyptiis ; hæc Natura creata latior omni, quæ sub aspectum cadere, et non cadere conspecta est, in qua comprehensus, qui comprehendendi non potest, vitiæ latitudinem redigit in angustissimum.

Hanc appellabat Ornamentum summum omnium pulchorū : Oleam frugiferam per quam securitatem exhibet, et pinguis facies omnem creaturam : Pratum, et pratorum maxime odoriferum, et varium, et incorruptione coronans eos qui decepunt : Portam, quæ percipitur intelligentia, per quam eum solum transiisset Dei Verbum, obsignatam conservavit, sicut novit : Pulchritudinem pulcherrimam omnium pulchritudinum : Thesaurum Novi Testamenti : Terram sanctam et desiderabilem, ex qua orta est veritas et justitia : Thronum gloriosum : Tabernaculum sanctissimum, quod est capax essentiæ immaterialis : Thuribulum aureum in quo Verbum quod carnem assumpsit, bono odore replevit orbem terræ : Tabulam a Deo impressam characteribus, in qua inscriptum Dei Verbum supra rationem, legalis litteræ difficultatem traduxit ad levitatem spiritus : Templum quod non potest dissolvi : Veliolum regium, quo vectum Verbum cum carne advenit : Urnam inclitam et gloriosam : Virgam sacerdotalem, quæ absque irrigatione produxit florem, nempe Dominum : Vas virtutum pretiosum, ferens signa incorruptæ puritatis : Velum animatum Verbi, quod in se velavit Divinitatem : ut plura alia quæ plena manu Gazophylacio Mariano intulit, encomia, brevitatibus consulens, omittam.

Hujus *Mariale*, quo ipsius de Maria Virgine incomparabili, ac Dei Genitrice sacrosancta Opera omnia quæ reperiri potuerunt, ex insigniis bibliothecarum monumentis Graece manuscriptis errata, Latio illata, notisque illustrata continebuntur, in Marianorum cultorum commodium, si Deus votis annuerit, quantocins publicabo : ex eoque, quantum hic antistes Deiparæ Virginis servens amator ac luculentus lauditer exstiterit, facile quilibet poterit cognoscere.

Floruit saeculo x, a Christi Nativitate, vel, ut alii volunt, circa Heraclii imperatoris tempora, anno Domini 640.

§ XVII. — *De Gerardo, antistite Antiocheno.*

Gerardus Odonis Rutenensis a Castro Rudolfi, natione Gallus, patriarcha Antiochenus, et Ecclesie Catanensis in Sicilia perpetuus administrator, inter alias pii sui in sacratissimam Dei Matrem affectas significaciones, edidit *De præcipuis*

ejusdem sacratissimæ Dei Matris festivitatibus sermones. Vivebat anno Verbi incarnati 1530.

§ XVIII. — *De Gerardo, antistite Cameracensi.*

Gerardus Cameracensis pontifex, ejus nominis I, templum divæ Virginis, eo loci a se magno labore et sumptu, septennii spatio, auctum ac reparatum, solemniter et plusquam solemniter (ita enim Chronicorum) Deo in honorem Virginis dedicavit: adeo ut tantæ gloriae pompam nemo digne sufficerit enarrare, aut verborum ambitu cohibere. In quo non omittendum, Deo et Deipara cooperantibus, invenisse eum binas non procul ab urbe lapidinas, unde columnas cæderet: antea enim tricesimo ab urbe millario (quod quidem opus valde remorabatur) advehabantur. Hæc Chronicum. In quo etiam id licet mirari quam miraculose turris ipsa templi virginis, a ruina quam minabatur, ope Virginis fuerit in eodem tempore vindicata. Migravit in cœlum anno salutis 1048.

§ XIX. — *De Gerardo, antistite Cannadiensi.*

Sanctus Gerardus, episcopus Caunadiensis, et Ungarorum apostolus, Deiparae Virginis totus mancipatus et addictus, ejusdem devotionem apud Ungaros omnes tanto fervore ac spiritu inculcavit, ut totum regnum ad illam ubique locorum invocandam, venerandam, pingendam, ac ejus imaginem deferendam excitaverit; ex quo regni Domiuam patria voce omnes appellitant, et festum Assumptioni ejus sacrum adeo celebre in universo regno reddit, ut proprio nomine tacito, suo idiomate Diem Dominæ universaliter dicant: in cuius rei testimonium, communes Ungarorum pecunias Deiparae Virginis Mariæ iconem obsignatas, esse eudendas decrevere. Ad Moritii fluenta monasteriorum sub Deiparae Virginis tutela exædificavit; decernens ut in ejusdem ecclesia ante Deiparae aram argenteum thuribulum thymiamate oppletum perpetuo aduloret: quodque ejusdem Virginis Officium 9 Lectionum singulis hebdomadibus concelebraretur, ut in celeberrimis solemnitiis fieri solet. Magnis laudum præconiis suæ pietatis complebat officium; et amorem quo erga cœli Reginam esset affectus, ostendebat. Cæteris etiam diebus, matutino penso absoluto, in eundem locum cum sacra pompa veniebat; quam eamdem supplicationem pompamque post vespertinas preces quotidie repetebat.

Sacratissimum Mariæ Nomen nunquam apud ipsum nisi sacrosanctum audiit: si quis sine reverentia perperam appellasset, impune non ferebat: ut contra, qui devote ac fide sincera in loco et tempore memorasset, numeratum filiorum numero habebat, nulla ei, quantum a se erat, gratia negata. Ipsi auctore Stephanus Ungarorum rex sanctus pleraque circa ejusdem Dei Genitricis venerationem sancivit, et religiose servari jussit, ne alio nomine, quam Dominiæ, vel certe hæc appellatione ad reliquas addita, nuncuparetur, quotiesque id accideret, genibus submissis et vultu in terram prono

adoraretur. Quo deinde factum ut divi regis edicto Pannonia universa jure mancipio familia S. Mariæ censeretur et vocaretur. « O prædicandam (inquit scriptor Vitæ Gerardi) virorum prudentiam, qui in hanc maris Stellam intendendo vitæ suæ cursum dirigebant! Sed licet vicissim exclamare: O deplorandum miserorum statum, qui a ductu hujus Cynosurae deflectentes, in tenebriscosos errores incederunt, et deserta majorum suorum sacrosancta religione tot hæresibus implicati, justo Dei iudicio, libertatem cum immani servitute permuta- runt! »

Huc spectat illa piæ ac liberæ servitutis præscripta norma, qua omnes B. Mariæ servos esse, et dici optabat peculiari quodam ritu ascribendos. Horum insignia erant imago Deiparae cæruleo panno intexta, eo schemate quo et nummi aurei, eodem Gerardo suasore, referunt signati, e circulo tenuis metalli, cui collum insertum cum hac epigraphe dependens: *Ave, Maria, gratia plena.* Et hoc quidem interius, si oculis patere nollent; exterius vero Corona ejusdem Virginis precaria, unde unde pendula, aut etiam brachio manibusve implicata. Composuit non pauca Deiparae Virginis prærogativas enarrantia opuscula, quæ sicut admirandam erga eamdem devotionem ac religionem, ita non minus recouditam eruditioinem, doctrinam, et humana majorem sapientiam præseserunt, ut dixi in Bibliotheca Mariana, part. 4.

Inter alia vero, quæ ad ornandum Deiparae Virginis cultum instituit Gerardus, non postremum venerationis perinde ac teneræ ejusdam dilectionis locum vindicat, quoties se reus aliquis plectendus obtulisset, ac per nomen Matris Christi poenam deprecaretur, virum Dei totum in lacrymas colligentes non solum condonare, sed et noxam, quasi ipse reus esset, præstare solitum: et addebat lacrymans: *Auditō nomine Matris misericordiæ, inhumanum esse infelicitatis alienæ miseratione non moveri; quanto magis si ea causa rogamus, non miserescere ut parcamus ne fortasse nostræ quoque calamitatis miseratio non subeat apud quos offendimus.* Atque ut hujusmodi obtestatione ute- rentur, qui in reatu erant, clam frequenter a sancti viri familiaribus edocebantur.

Cum sermonem in regis palatio cum aulico juvenerit, Guido nomine, de illibata Virginis Mariæ laudibus haberet, ipsum adeo servido spiritualium ore, et facundis verborum incrementis allocutus est, ut viri sancti oratione captus, cor ejus in Deiparae Virginis famulatum raperetur, eique individuum se adjungere coitem liberaret. Dum vero puer hæc apud se alta mente revolvit, vox quædam cœlica nocte sequenti illius demulcens aures ad propria cito remeare jubet. Expergesfactus, tremens ad B. Gerardum prima luce accurrit, quem illico prostratus efflagitat, ut beatæ Virginis Mariæ precibus se commendare non dedignaretur: cui serena facie, Hæc Dei voluntas; subdit: Domi

te præsto recipe, uxoremque data occasione, sacris connubiis ducito, etenim e lumbis tuis bina lumina Orientalium Ecclesiam illustratura prodibunt. Quod rei eventus successivis temporibus propheticum dictum veritate complevit.

Martyrio coronatus est anno 1047, die 24 Septemb. Nocte autem ante martyrium vidit Iesum Christum ad D. Genitricis aram sacri corporis sui Eucharistiam, sanguinisque calicem sibi propinan-tem: altero a martyrio die Pestum delatus in ecclesia S. Dei Genitricis honorifice, quantum in ea rerum perturbatione licuit, depositus est, quoad Chiamandum miraculo deferetur.

§ XX — *De Gerardo, antistite Hildesheymensi.*

Gerardus Baro de Monte, non procul a Mindensi urbe natu, episcopus Hildesheymensis in Germania, cum esset Deiparae Virginis observantissimus, hujus ope auxilioque suffultus, cum tumultuantibus Brunswicensibus dueibus congressus, feliciter dimicavit, captis plurimis nobilibus ac dueibus, cæsisque e Brunswicensium parte mille et quingen-tis, cum tamen totus Gerardi exercitus vix esset quingentorum. Voverat enim congressurus cum hoste D. Virginis basilicæ aureum tectum, si præ-sentia divini Numinis juvaretur, et victor evadere: quæ sine dubio (si Victoria ad duces devol-veretur) vix esset habitura stramineum: eligeret ergo D. Virgo utrum mallet, stramineone, an aureo tecto exornari. Cum itaque victor in urbem redisset, omnem multam quam ex captis ducibus emunverat, convertit in ornandam ecclesiam. Tur-riculam vero summae basilicæ Marianæ, choro su-perimpositam, totam optimo auro Hungarico super-induci ac elegantissime illustrari fecit, ne posset D. Virgo de ipsis ingratitudine conqueri. Decessit ex mortali vita, anno salutis 1398.

§ XXI. — *De Germano, antistite Constantinopolitan.*

Sanctus Germanus, patriarcha Constantinopolitanus, vir undequaque inclitus et magnus, et præ-sertim ob singularem erga Dei Matrem affectum æterna memoria ab omni posteritate recoledens, cuius Mariale, id est, de Maria Deipara Virgine Opera omnia, ab ipso conscripta, quæ reperiri potuerunt, ex nobilioribus Christiani orbis bibliothecis collecta, Latine expressa, notisque illustrata, Romæ anno 1650, Caballinis typis publicavi: di-vinam Dei Sponsam Virginem Mariam fide benedicebat, desiderio honorabat, timore adorabat, semper exaltabat, beatamque cum veneratione prædicabat. Ilæc sola erat ejus Domina, sola ei ex Deo solatum, sola æstus in eo existentis divinus ros, cordis ejus exarescentis guttæ divinitus fluentes, animæ ejus splendidissima lampas, itineris ejus directio, debilitatis ejus potentia, nuditatis ejus vestimen-tum, mendicitatis ejus divitiae, vulnerum ejus medicina, lacrymarum ejus ablatio, gemituum ejus cessatio, calamitatum ejus restauratio, dolorum ejus elevatio, vinculorum ejus solatio, sa-

lutis ejus Spes, Refugium, Vita, Auxilium, Arma-tura et Robur ejus. Sicut siticulosus ad fontem properat, sic ipse ad Virginem accurrebat, ejus ut auxilio impleretur. Hanc appellabat veræ vitæ Pa-rentem, Fermentum redintegrationis Adam, oppro-briorum Evæ Liberationem, mortis Sublationem, Spem immutabilem, firmam Protectionem, incon-cussum Perfugium, vigilantem Tutelam, Salutem perennem, Auxilium stabile, Murum inexpugnabi-lem, Thesaurum voluptatum, Hortum non deficien-tem, Arcem tutam, Vallum undique munitum, validam auxiliū Turrim, Portum tempestate jactato-rum, Malaciam perturbatorum, desperabundis fa-cilem Aditum, Revocationem exsulnum, alienatorum Reconciliationem, damnatorum Restitutionem, maledictorum Benedictionem, Agni Pastorisque Parentem, et publicam bonorum omnium Procu-ratricem: asserens quod, quemadmodum gæta aliqua infusa mari nihil adjicit, nec pauperis cru-mena divitis thesaurum evacuat, ita nemo virgi-narum celsitudinem landum oratione satis extol-lere valeret.

Aiebat sanctissimam Deiparam ab omni prorsus macula alienam iis delectari, qui virtutibus, et se-cundum Deum vitæ pio instituto renovantur. Aie-bat in quavis quidem alia re dari plane satietatem, in laudanda vero et celebranda Virgine non esse præ jucunditate voluptatis epulantium modum. Aiebat B. Virginis patrocinium majus esse, quam ut intelligentia comprehendendi possit, ac omnia ejus esse admirabilia, omnia supra naturam, omnia ingentia, et aliorum vires superantia: omnesque in-vitabat, sacerdotes, inquam, ac principes, solita-riani etiam sequentes vitam, servos et liberos, opifices et agricolas, plantarum satores ac pescato-res, juvenes et senes, viros et mulieres, ut secum ad Deiparam accederent, quæ in ipsa divina sacra-menta perfecta fuere, considerarent, hancque ipsi lætitiae acclamationem dedicarent: « Ave, quæ gratia plena, Ave gloriæ quoque plena: Salve, omnes læticans salutare donarium: Salve, aurea revera spiritualium aromatum Acerra, qua spiri-tuale sacrificium Christus, compositus e deitate simul et humanitate, in igne divinitatem vivificæ-ipsius, ac spiritualis carnis boni odoris inconfuse, indivise ostendit: Salve, non manufactum Taber-naclum, atque a Deo conditum, in quod semel in-consummatione sæculi solus Deus, ac solus Pon-tifex introivit occulte in se rem faciens divinam: Sanctorum alterum velamen, in quo elegans Pro-pitiatorium, seu Operculum arcæ Testamenti Ve-teris, et Chernbim, cum venerandum Umbraculum, quatenus ipsum noxiarum adytum, Dominum in utero, sub velamento, uterum gestans abscondisti: Lucerna septupla et toties ardens: donorum septem Candelabrum septem fusoriis resulgens Spiritus sancti; Lucerna inextinguibilis luminis-omnia collustrantis, quam mystice alat unctioni-bus oleum: Gaude, Altare, in quo Agnus, vivificans

spiritualiter omnem fructum, offertur : Divina Mensa sacrificii mente omni excedentis. »

Sed quam luculentus Deiparæ Virginis encomiastes fuerit S. Germanus, quantaque erga illam pietate atque observantia viguerit, facile intelliget, qui aureas ejus lucubrationes, in ipsis Deiparæ laudem commendationemque conscriptas, diligenter evolvet.

Nomen Dei Matris ore et corde et anima tota complectebatur, optabatque illud tunc in ore habere posse, cum mors ad ultimum reddendum spiritum ipsum compulisset : sibi enim omnino persuadebat futurum, ut crudeles aeris exactores hominumque hostes illud timerent, suumque exitum a tributo iniurunem esse paterentur. Idem Dei Matris Nomen optabat sibi ultimum linguae loquentis motum, ut illud velut olivæ ramum in ore ferens avolare et requiesceret, quemadmodum columba in salutari area paradisi.

In bello contra impios, gestans imaginem Deiparæ, ac Deipara propugnatrice utens, Constantiopolim victoria coronavit, ut testatur S. Gregor. Pontif. Max. hujus nominis II, in epistola ad eum scripta, dum inquit : « Bellum erat cum impiis, in quo, licet non aperte, insignem tamen belli socium habuisti Dominum nostrum Jesum Christum : deinde etiam sanctam omnium Dominae castæ Dei Matris imaginem, cuius faciem divites plebis supplicant. Propugnatricis illius sanctæ et omnium Christianorum Dominae, Dei Genitricis videlicet, miranda facta, quæ in te declarata sunt, per quæ tu quoque inter hostes servatus es, non sunt retineenda : illi enim cum insania multa tumultuarentur, tantum invenerunt in se adversitatis hostilis, quantum eorum causa injustitiæ habuit. Neque hoc tamen mirandum est : nam si Bethulia per manus Judith Israelitis servata est, cuius opus erat Holopernis sublatio, et per ea tempora ob id salus Israelis vocata est, quomodo non oportebat tuam sanctitatem hujuscemodi propugnatrice utentem hostibus civitatis prævalere, ipsamque Victoria coronare ? Sane ipsius Deiparæ intercessionibus, potens in bello Deus noster, fortis et longanimus duxit te super Josephi, et tanquam ovem paseat, et custodiet te in longa etiam tempora, ut Christianorum rem publicam universam beneficiis afficias, et ad divinam regulam cuncta dispenses. » Haec ad Germanum nostrum S. Gregorius.

Porro Germanus in augustissimæ Virginis obsequio observantissimus, in ejus cultu religiosissimus, in ejus amore perpetuus, et constantissimus semper inventus, pro ejus sacris imaginibus contra Leonem Isauricum iconoclastam libera atque intrepida pietate præditus, toto pectore, omnibusque (ut aiunt) unguulis decertavit : ac ipsis præconia publicis litterarum significationibus et opusculis omni auro ac margaritis pretiosioribus, quæ nunc in ejus Mariali edito videri possunt, ad posteritatis memoriam propagavit.

Ad gaudia cœlestis autæ migravit anno salutis 750, ætatis 90, die 12 Maii.

§ XXII. — *De Gernaldo, antistite Moraviensi.*

Gernodus Scotus, episcopus Moraviensis, beatissimæ Virginis Deiparæ cultor deditissimus, inter alia pietatis argumenta, quibus eximiam suam erga eamdem devotionem religionemque præsetulit, scripsit, ut ex Thoma Dempstro alibi retuli, *De laudibus Deiparæ Mariae librum unum*. Claruit anno a plenitudine temporis 812.

§ XXIII. — *De Gerone, antistite Coloniensi.*

S. Gero archiepiscopus Coloniensis, Othonis I Cæsar ex filio Ludolpho et Ida, Sueviæ ducibus, nepos, illustris fuit sacrosanctæ Deiparæ cultor : ejus honoris non solum ingentem statuam ex argento cælatam dedicavit in æde metropolitana, sed etiam censem attribuit annum in Mansfelden iis pendendum qui certos hymnos de Deipara concinunt, uti sapientis in Necrologio Metropolitano annotatur. Idem cum fratre suo Tiedulao marchione ædificavit in ditione Bernburg apud Saxones in honorem Dei Genitricis abbatiam monachorum, quæ Novum Castrum Latine appellatur. Cœlum petit anno Christianæ redēptionis 976, sub finem Junii.

§ XXIV. — *De Gilberto, antistite Pictaviensi.*

Gilbertus Porretanus, natione Gallus, Pictaviensis Ecclesiæ episcopus, inter alia pietatis officia, quibus eximium suum erga sacrosanctam Dei Matrem affectum ostendere conatus est, scripsit *De laudibus ejusdem sacrosanctæ Dei Matris præclara quadam Opuscula*, a Bernardino Bustensi in Mariali sermone 8, de *Conceptione*, Jo. Carthagena *De Arcanis Deiparæ* libro 1, homil. 19, § 9, aliisque memorata. Claruit anno Domini 1149.

§ XXV. — *De Gilberto, antistite Aquensi.*

Gilbertus Genebrardus, Gallus, Arvernus, ordinis D. Benedicti congregationis Cluniacensis clarissimum lumen, ob insignia sapientie et zeli sui, quæ dedit, specimina, Aquensis archiepiscopus renuntiatus, ad cordis sui affectum erga Deiparam Virginem, ac ejus laudes declarandum, vertit e Graeco in Latinum sermonem Joannis Zonaria monachi Graeci *Canonem de sanctissima Deipara*; qui Canon ab ipso Latinitate donatus extat tomo XII Bibliothecæ Magnæ Veterum Patrum, parte 1; Theodori item Abucaræ episcopi Carrum *De B. Virginie Theotoco Disputationem* : et alia quæ me suavit. Ex hac vita migravit anno post Verbum hominem factum 1597.

§ XXVI. — *De Godebaldo, antistite Ultrajectensi.*

Godebaldus, XXIV Ultrajectensis, sive Traiectensis ad Rhenum episcopus, vir pius et mansuetus, prudens et religionis amator præcipuus, inter alia Christianæ pietatis monumenta quibus suam erga B. Virginem devotionem clarescere fecit abunde, construxit duo monasteria virorum et

puellarum in Oesbroet ad honorem beatæ Virginis.
Cœlum petiit anno Domini 1128.

§ XXVII. — *De Godefrido, antistite Spirensi.*

Godefridus, hujus nominis II, Spirensis Ecclesie antistes, inter alia quibus suum in Deiparam amorem publice professus est, dedit ecclesiæ Spirensi Marianæ insignem Evangeliorum librum, argento et pretiosis gemmis pulchre illustratum, cum hac inscriptione :

*Me Godefrid sanctæ Præsul dedit, ecce, Mariæ,
Munere pro tali teneat pia gaudia cœli
Quo residet regum Rex omni laude per ævum.*

Migravit ex hoc calamitoso sæculo, anno salutis 1178.

§ XXVIII. — *De Godehardo, antistite Hildeshemensi.*

Sanctus Godehardus, alias Gothardus, episcopus Hildeshemensis, miraculis et sanitatem illustris, eum, adhuc presbyter, a S. Henrico Boiorum duci Althaensi monasterio præpositus fuisse, in monte quodam qui Helingersberg dicitur, castellum firmum, et in eo ecclesiam pulcherrimam in honorem S. Matris Christi Mariae, in cuius speciale servitium futurum erat, cum condecenti ædificio construxit, et circumquaque, maxime tamen in saltu Bohemico, qui eidem provinciae proxime astat, ad 50 et eo amplius mansos, labore tantum manuum enim fratribus, apostolico exemplo, silvis et vepribus erutis ad usum utilitatis informavit.

Hildeshemensem episcopatum sibi a Gruona imperat. oblatum, cum diu constantissime recusasset, tandem in Vigiliis S. Andreæ apostoli, que tunc in 6 Feria ante Adventum Domini evenerant, aspergit in visione, post solitas nocturnas vigilias ac preces matutinas, in atrio Hildeshemensis ecclesie, in qua post triduum Deo sacrandus erat, nimiam certe multitudinem inter se tumultuantem, et de episcopo Hildeshemensi serio concertantem. Tunc accessit ad eum in media multitudine cum pulchra puellarum caterva, quædam matrona venerabilis, vultu et habitu mirabilis (Deipara fuisse creditur), et apprehensa manu ejus, de frequentia turbarum eum in eamdem ecclesiam introduxit, et extensa dextra, nuto tantum eum, ad petendam ante Crucifixum veniam, admonuit : statimque ipso se ad preces inclinante, ipsa cum circumstantibus clara voce ita Deo psallere cœpit :

*Infunde unctionem tuam clemens nostris sensibus.
Ad quam vocem ipse e somno evigilans, et ejusdem visionis mysterio compunctus ecclesiam intravit, et coram altari Domini prostratus divinæ pietati se suamque visionem commendavit. Facto autem die, secretius imperatorem convenit, et mentis suæ pertinacia remissa, visionis ei seriem aperuit, et tandem se divinæ prædestinationi, et ejus etiam consilio ac voluntati obsecuturum devovit. Nec mora: eodem die diluculo cleris Hildeshemensis cum militia advenit : quibus dum imperator suum secretum, iuno divinum decretum intimavit, tota*

eorum unanimitas grataiter Dominum suscepit : sequenti vero die in Natali apostoli cum summo cleri plebisque tripudio eidem pastoralis cura commendatur : qui proxima Dominica Adventus Domini ab Arribone metropolitano Moguntiaco, digne Domino consecratus est anno Domini 1022.

Hunc præterea Gothardum beatissima Deipara, templi sibi oblatis memor et obsequii, in miraculorum partem et societatem aliquando vocavit. Cum enim matrona quædam Mindensis diœcesis fratris filiam mira pulchritudine a medicis desperatam plorans, ad altare Virginis Deum præpotentem, ejusque Matrem beatissimam, sanctum quoque Gothardum pro puellæ salute nuncupatis votis obsecrasset, domum reversa sanam reperit, et bene valentem. Quamobrem quinto post die ad sanctissimæ Dei Matris aram, et ad D. Gothardi tumulum cum illis, quæ spöonderat, muneribus puellam sistit, et quemadmodum sanata fuisse, adhibitis multorum testimonis, vere simpliciterque narravit. Obiit anno Domini 1058.

§ XXIX. — *De Godescalco, antistite Atrebateni.*

Godescaleus Brabantus, ex asceta ordinis Præmonstratensis et abbatे Montis S. Martini factus antistes Atrebateni, inter alia Marianæ pietatis obsequia, quibus sibi cœlestis Reginæ gratiam demereri studuit, festum Conceptionis B. Virginis in sua Atrebateni Ecclesia quotannis celebrandum primo instituit. Ad regnum gloriae Christo vocante profectus est anno salutis 1170, die 7 Augusti.

§ XXX. — *De Gonzalo, antistite Limensi.*

Gonzalus de Ocampo, Hispanus, Matritensis, ex episcopo Guadicensi archiepiscopus Limensis, inter alia manifesta pietatis sue erga Deiparam Virginem specimen, Ilispali collegium pro sæcularibus studentibus, sub titulo Conceptionis Immaculate ejusdem Deiparae Virginis fundavit, in coequo centum millium ducatorum summa liberaliter impedit. Obiit anno salutis 1626, die 19 Decembris.

§ XXXI. — *De Goswino, antistite Hieropolitano.*

Goswius Hex Brabantus, episcopus Hieropolitanus, Trajectensis episcopi vicarius in pontificibus, locupletia pietatis sua erga Deiparam monumentare reliquit : *Sermones de eadem Deipara in ipsius præcipuis festivitatibus.* Moritur anno orbis redempti 1478, viii Kalendas Aprilis.

§ XXXII. — *De Gregorio, antistite Corinthio.*

Gregorius, metropolita Cointhius, sive Gregorius Corinthi episcopus, natione Græcus, pietatem suam erga Deiparam mirifice commendavit, scribendo *In Canones Dormitionis, et Annuntiationis ejusdem Deiparae Sermonem unum*, quem Græce M. S. servari in Bibliotheca Vaticana, ex Apparatu sacro Antonii Possevini dixi in Bibliotheca Mariana, parte prima. Quando ætatem egerit a nullo adhuc compertum habeo.

§ XXXIII. — *De Gregorio, antistite Nazianzeno.*

Sanctus Gregorius, cognomento Theologus, pri-

mum Sasimorum, deinde Nazianzenus episcopus, extra Divinitatem esse asserebat eum, qui S. Mariam Deiparain non crederet: « Si quis, inquit ille in Epist. i ad Cledonium, S. Mariam Deiparain non credit, extra Divinitatem est. » Quam vero in Deiparæ laudes fuerit propenso animo, inter cætera patet ex his versibus:

*Veneranda o Virgo, casta, felicissima,
Quando beata nunc, beatorum polo
Exuta quidquid fecis humane, sedes,
Æternitatis pallio ornata, ut dea
Habita, senectæ expers, supremo ex æthere
Benigna adesto vocitus meis: preces
Admitte, Virgo o inclyta, hic quando tibi
Verbi Parenti, sed supra modum tuum
Legemque, solus inter omnes contigit
Honor. Ego fretus his tibi me audientius
In verba supplex offeram, et suavissimo
Contextum ab horto, qua tuum exornem caput,
Coronam, o Domina, proferam: ut quæ gratia
Modum supra omnem me tua semper levans
Me genere quovis casuum eruis omnium,
Hostes apertos, quodque longe majus est,
Illos, latente machina, qui me perunt,
Avertis. At tu, quod precor summum, id mihi
Concede, vita sic ut excedam, illius
Ut tantum habens te præsidium semper, velut
Ingentem opum vim, te tuum erga Filium
Mihi Patronam sentiam accepitissimam.
Ne me ergo tradi tu sinas tanquam ad crucem
Ludibrioque illius exponi, omnium
Juratus hostis qui sit, et mortalium
Pestis. Tuere me, atque ab æterno assere
Igne et tenebris per fidem, qua justior
Sum factus, et per gratiam tuam inclytam,
Qua nuspian ulla notior nobis fuit.
Hoc propter, ecce, lexo nunc tibi memor
Gratusque carmen, o Puer, gratia
Æquanda nullis, Muter et Virgo supra
Omnis decora virginis, et maxima,
Quæ vincit omnes cælitum illos ordines,
Regina, Domina, generis humani bonum,
Amica semper esto tu mortalibus,
Et maxima quovis in loco mihi salus.*

Sic ille. Meliori vita potitus est, anno Christi Jesu 390. De cuius ingenii pietatisque lucubrationibus, quibus Dei Matrem honorans, suam erga illius cultum devotionem mundo inclarescere fecit, consule, si libet, Bibliothecam nostram Marianam, part. I.

§ XXXIV. — *De Gregorio, antistite Neocæsariensi.*

Sanctus Gregorius, episcopus Neocæsariensis, qui doctrina et sanctitate illustris, propter signa atque miracula quæ cum multa Ecclesiarum gloria perpetravit, Thaumaturgus est appellatus, expositionem fidei per revelationem a S. Joan. evangelista, mediante Dei Genitrici beata Maria semper virginem, cuius devotissimus semper exstitit, accepit. « Cui enim aliquando (ut in ejus Vita inquit S. Gregorius Nyssenus) per totam noctem de ratione atque sermone fidei specularetur, variasque secum cogitationes agitaret; erant enim et tunc aliqui, qui piam religionis doctrinam adulterarent per probabiles argumentationes, sæpe etiam intelligentibus et doctis veritatem ambiguum reddentes: pro qua tunc ei vigilanti, et sollicite noctem agenti, quidam evidenter apparet in figura humana, specie ac forma senili, sacro habitu amictus, magnamque

virtutem ornatu atque compositione indumenti referens. Is vero visu perterritus, et stupefactus, et surgere lecto, et quis esset, ac qua de causa venisset sciscitari cœpit. Cum autem ille perturbationem mentis ejus submissa et quieta voce sedasset, dixissetque se jussu divino apparuisse ei, ob eas rationes, quæ apud ipsum controversæ ac dubiæ crant, ut piæ fidei ipsi revelaretur veritas: illius verbis confirmatus est ei animus, et cum quodam gaudio et stupore illum intuitus est. Deinde cum ille manum directo protendisset, ac quasi ostenderet ei per digitorum directam protensionem id quod ex transverso apparebat; ipse quoque una cum directa illius manus protensione suum circumegit obtutum, et ex adverso ejus, quod prius apparuerat, aliud quoddam excellentius et augustinus, quam pro humana conditione, spectaculum in figura muliebri cœspexit. Rursus autem perterritus, et facie aversa vultum in seipsum inclinans, dubio ac plane perplexo fuit animo propter spectaculum, ut qui oculis apparitionem ferre nequiret. Etenim in hoc potissimum consistebat miraculum visionis, quod cum profunda nox esset, lumen una cum illis, qui ei apparuerant, velut lucida aliqua lax resplendebat. Cum igitur oculis ferre apparitionem non posset, audivit sermocinationem quamdam eorum, qui a se visi fuerant, explicantium inter sese rationem ejus rei, de qua ambigebatur: per quos non solum veram fidei cognitionem accepit, verum etiam nominati eos qui apparuerant cognovit, utroque eorum propria appellatione alterum compellante ac alloquente. Audivisse enim dicitur ex ea quæ muliebri habitu visa erat, cum adhortaretur evangelistam Joannem, ut adolescenti mysterium veritatis manifestaret, illum autem dixisse se paratum esse etiam in hoc gratificari Matri Domini, quoniam id ei charum erat, atque ita exposito sermone, qui et rei quæsitæ conveniret, ac bene circumscripitus ac definitus esset, denuo ex oculis se subduxisse. Eum vero divinam Mystagogiam, ac disciplinam protinus litteris mandasse, et secundum illam postea in ecclesia sermonem prædicasse, ac posteris, tanquam patrimonium aliquod ac legatum, divinitus datum illam doctrinam reliquisse, per quam in hodiernum usque diem instituitur, qui ab omni hæretica pravitate intactus permanxit. Mysticæ porro illius doctrine ac disciplinæ verba, sunt hæc:

« Unus Deus, Pater Verbi viventis, Sapientiae subsistentis, et potentiae ac figuræ æternæ. Perfectus Perfecti Genitor, Pater Fili unigeniti, unus Dominus, Solus ex solo, Deus ex Deo, Character et Imago Deitatis, Verbum efficax, Sapientia Constitutionis rerum universarum comprehensiva, et Virtus atque Potentia universæ creaturæ effectiva. Filius verus veri Patris, invisibilis ejus qui est invisibilis, et incorruptibilis corruptioni non obnoxii, et immortalis mortis plane nescii, et æternus æterni. Unus Spiritus sanctus ex Deo existentiam habens,

quique per Filium apparet, scilicet, hominibus, imago Filii perfecti perfecta, Vita viventium causa, Fons sanctus, Sanctitas, Sanctificationis suppeditator in quo manifestatur Deus Pater, qui est super omnia, et in omnibus, et Deus Filius, qui per omnia. Trinitas perfecta, quæ gloria et aternitate et regno non dividitur, neque ab alienatur. Non igitur creatum quid, aut seruum in Trinitate est, neque adventitum, ut quod quidem prins non esset, posterius autem introductum sit. Non ergo deluit unquam Filius Patri, neque Filio Spiritus, sed immutabilis, et invariabilis eadem manet semper Trinitas.

« Quod si quis de hac re fidem sibi fieri velit, audiat ecclesiam in qua sermonem prædicabat : quippe apud quam adhuc etiamnum illa ipsa verba a beata manu illa exarata asservantur. Annon hoc cum divinis illis tabulis magnitudine gratiæ decerant? Haec autem dico tabulas, in quibus divinae voluntatis constitutio insculpta et impressa est. Quemadmodum enim Moysen, dicit Scriptura, cum extra id fuisset, quod appareat, et intra invisibilia adyta animo constitutus esset (hoc enim per obscuram significatur caliginem) et divina didicisse mysteria, et per se se omni populo auctorem atque institutorem Dei cognitionis fuisse; eamdem et in hoc magno viro licet perspicere dispositionem, cui loco montis quidem erat non sub sensu cadens aliquis tumulus, aut collis, sed altitudo desiderii verorum dogmatum : caliginis antem vice spectaculum, cuius spectandi alii non sunt capaces ; tabularum vero loco anima : et litterarum vice in tabula exaratarum, vox illius, qui ei apparuit : quibus omnibus, et ipsi, et iis, qui ab eo instituebantur, contigit mysteriorum manifestatio et declaratio. Postquam ergo libertate quadam atque fiducia per illam repletus est visionem, tanquam athleta quispiam, quantum sufficit experientiæ et virium ad certamina a paedotribâ nactus, animo præsenti ac siue pleno se exxit ad stadium, et cum adversariis in pulvere decertat; eodem etiam modo ille tum sui exercitatione, tum auxilio gratiæ ejus quæ sibi apparuerat, animo satis confirmatus, atque instructus, ita demum certamina agreditur : non enim aliter atque labores et certamina oportet vocare omnem vitam quam ipse egit in sacerdotio, in quo per fidem emetas adversarii vires fregit atque devicit. » Hactenus loc. cit. Nysenus.

Deiparae etiam, quæ, ut diximus, mysticam fidei confessionem ei per dilectum S. Joannem evangelistam, in secreta noctis visione, divino dono atque permissu revelaverat, grates, quas poterat, redditus, eximia ipsius in suis operibus encomia inculenter descripta reliquit. Exstant sub eius nomine *De Annuntiatione gloriosissimæ Dei Genitricis Virginis Mariæ tres pulcherrimi sermones*, quos Graece conjunctim in antiquissimo ms. volumine Biblilio-

thecæ Cryptæ Ferratae reperit Gerardus Vossius, indequæ descriptos cum Vaticanis et Sirletonis exemplaribus contulit, atque transtulit, et in utraque lingua cum notis et variis lectionibus adjectis in lucem pro publico Ecclesiæ bono posteritatisque memoria protulit. In iis a Gregorio nostro appellatur Deipara, Arca Dei ratione prædicta : Arca Sanctificationis, intrinsecus et extrinsecus deaurata, quæ universum Sanctificationis thesaurn suscepit : Ager, qui non exaratus fructus protulit pulcherrimos : Ancilla, cum qua Rex Gloriæ inhabitat : Civitas animata, de qua diebat Propheta : *Gloriosa dicta sunt de te, civitas Dei* (*Psal. lxxxvi, 3*) : Cœlum alterum in terra : Cubiculum divinae Incarnationis : Dispensatrix gaudii universæ creaturæ : Domicilium Virtutis : Domicilium Verbo Dei dignum : Domicilium aequivalens dignumque cœli et terræ : Expers omnis corruptionis : Exemplum perfectum piorum : Electa a gratia ex omnibus generationibus : Fons lucis qui cunctos in ipsam credentes illuminat : Flos vitæ immaculatus : Firmamentum credeantum : Fons perennis, in quo aqua viva scaturivit atque produxit Domini in carne adventum : Fugatrix antiqui doloris ac luctus : Gloriosissima inter angelos : Gloratio virginum : Genitrix Dei Virgo : Impolluta jubilatio matrum : Indumentum Lucis : Illuminatio juxta proprii nominis interpretationem : Immaculata : Liber obsignatus, viro scienti litteras S. Joseph a sacerdotibus datus : Munitum Justitiæ : Mulier sanctissima, ex qua Deus Verbum carnem et perfectam humanam naturam assumere dignatus est, et homo nasci : Mater judicis et Redemptoris : Nubes levis, cui imber divini adventus per angelum nuntiatus est : Oriens intelligibilis Solis justitiae : Prudens et vera in cunctis : Plena gratia in sancta Conceptione et in glorioso Partu : Paradisus immortalitatis semper vigens, in qua lignum vitæ plantatum cunctis immortalitatis fructum suppeditat : Principium reparationis, sive Resurrectionis mulieribus : Palatum animatum Regis angelorum : Paradisus Dei ratione prædictus : Porta orientalis : Pratum fragrantissimum : Receptaculum capacissimum naturæ incomprehensibilis : Speciosa, cum qua speciosus forma præ filiis hominum (*Psal. xliii, 3*) : Simulacrum immaculatum puritatis atque integratatis : Sanctuarium Deo præparatum : Sacrarium divinum : Sponsa simul et Mater viduati orbis : Templum immaculatum, in quod Spiritus sanctus ingressus est: Templum Dei animatum : Thalamus purus Dominicæ secundum carnem nativitatis : Thalamus sponso purissimo dignus : Thronus Cherubicus in summis spiritualibus regnis lucis splendore coruscans : Virgo sancta, cum qua totus gratiae thesaurus reconditus est : Vitis semper vigens, quæ animas glorificantium lætitiat : Virga, quæ pulcherrimi fructus florem germinavit : Virga ex Jesse, admirabiliter atque ineffabiliter germinans : Vas ac Receptaculum omnium mysteriorum

divinorum, etc., ut alios honoris titulos, brevitas causa, pertranseam.

Virginem laudandi, celebrandi ac glorificandi desiderio ardens, dicebat : « Quibus enim omniorum verbis dignitatem virginalem describam ? quibus laudum significationibus atque praecognitis Immaculatae ejus formam celebrabo ? Quibus spiritualibus cantibus atque eloctionibus gloriosissimam inter angelos glorificabo ? Tua sane, o sanctissima Virgo, laus omnem prorsus laudem, propter Deum ex te incarnatum ac hominem natum, excedit. »

Virginem orabat, ut se perfectae suae gratiae participem efficiere dignaretur : hortabatur omnes ut angelicam consecantes laudem, debitum pro viribus Deiparæ persolverent dicentes : *Ave, gratia plena, Dominus tecum* : omnes invitabat ad Virginem ex Jesse admirabiliter atque ineffabiliter germinantem, glorificandam, collaudandam, beatam prædicandam, letisque acclamationibus excipiendo. Aiebat, cunctas quidem festorum celebritates atque hymnодias decere nos tanquam sacrificia offerre Deo, primum autem omnium Annuntiationem sanctissimae Dei Genitricis, verbis illis comprehensam. *Are, gratia plena*, que ab angelo ei facta est : quoniam et prima omnis sapientiae et salutaris doctrinae in Novo Testamento, illa nobis salutatio a Patre lumen emissa est. Non solum sanctissimam Deiparæ Virginem in corpore pulchritudinem, sed et virtutes animae ejus vehementer admirabatur. Anathematizabat eos qui Dei Filium ex sancta Maria Virgine Spiritus sancti opere incarnatum, et factum hominem non confiterentur.

Obiit circa annum Domini 266, imperante Gallieno, inter præcipuos Mariæ commendatores, et Marianæ innocentie vindices jure optimo numeratus a Ferdinando Quirino de Salazar in tractat. *De Concept.*, cap. 42, saeculo III.

§ XXXV. — *De Gregorio, antistite Nysseno.*

Sanctus Gregorius episcopus Nyssenus, quem Graeci Patrem Patrum honoris causa appellant, divi Basili Magni frater, quam egregiæ in sanctissimam Virginem Deiparæ devotionis fuerit, patet ex operibus quæ ad posteros magna cum sui nominis gloria transmisit. In iis Deiparam nuncupavit Virginitatem incorruptam, qua tanquam navigio aut curru aliquo Deus noster in humanam vitam tragecit : Matrem et Virginem simul, cui nec virginitas partum ademit, nec partus virginitatem solvit : Integritatem incorruptam, Deo in humanam vitam introeunti, ut homines integros incorruptosque servaret, deservientem : Virginem lucem sine corruptione parientem, quemadmodum olim rubus ignem accendit sine combustione : Matrem incorruptam : Munus Deo sacratum, sive, Donarium divinum : Puellam Sponsam : Defensionem primæ mulieris : Ministram, ut pateret aditus Justitiae : Virginem, a qua Deitatis lux assumpta carne illuxit hominibus : Incorruptam omni modo : Terram intactam, et tamen coeli pane plenam :

Terram nostram, ex qua verus Legislator, cuius figuram Moyses gerebat, naturæ nostræ tabulas sibi consecit : nec enim nuptiarum solemnitas carnem Dominicam produxit, sed ipse carnis suæ factus lapicida, digito Dei eam inscripsit ; Spiritus enim sanctus pervenit in Virginem, et Excelsi ei virtus oknum traxit. De Nysseni scriptis, quibus se Deiparæ præconem ostendit, vide, si libet, *Bibliothecam nostram Marianam*, parte 1. Claruit anno Domini 380.

§ XXXVI. — *De Gregorio, antistite Tauromenii.*

Sanctus Gregorius, Tauromenii archiepiscopus in Sicilia, cognomento Figulus, vir doctrina, eloquentia, multaque sanctitate clarissimus, amoris atque observantiae suæ erga Deiparam tesseram relinquit, *In Annuntiationem et Dormitionem ejusdem sacrosanctæ Deiparæ homilias duas*, quas Graece mss. extare in Codice Bibliothecæ Vaticanæ num. 1143, dixi in *Bibliotheca Mariana*, part. 1. In iis Deiparam appellat Virginem puram : Dominam Immaculatissimam : Matrem Dei que Deum Verbum peperit : Puellam Immaculatam, e cuius purissimis sanguinibus sacratissimum sibi Deus extraxit Templum : et Tellurem, quæ nullo semine gravidata cœlestem emisit Spicam. Alia tanti præsulis in Deiparam Virginem devotionis et religionis argumenta, ut tempus quo clarnit, mihi sunt in obscur:o.

§ XXXVII. — *De Gregorio, antistite Terracinensi.*

Gregorius, Cassinensis monachus, a Paschali Papa II Ecclesiæ Terracinensi antistes datus, pro singulari suo in sacratissimam Dei Matrem affectu, scripsit (ut ex Arnaldo Wione alibi retuli) *Dei Matris homiliam insiguum*. Clarnit ab adventu Salvatoris nostri Iesu Christi anno 1112.

§ XXXVIII. — *De Gregorio, antistite Thessalonicensi.*

Gregorius, Thessalonicensis episcopus, ognomento Palamas, natione Graecus, inter alia sui in Deiparam affectus pietatisque testimonia, reliquit *In ingressum in Sancta sanctorum*, et vitam in ea cœlestem omnino supersanctæ Dominae nostræ et semper virginis Mariæ sermonem unum. Circa idem festum Deiparæ in ingressum in Sancta sanctorum homiliam unam, quæ Graece ms. habes, ut alibi dixi, in *Bibliotheca Vaticana*. Floruit circa annum Christi Domini 1360.

§ XXXIX. — *De Gregorio, antistite Turonensi.*

Sanctus Gregorius, Turonensis in Gallia episcopus, Deiparæ Virgini impense affectus, ipsius gratiam ac patrocinium sibi in omni vita bonis operibus demereri studuit. Apud Arvernos, quos nunc Claramontanos appellamus, rerum, quæ Virginis quondam fuissent, reliquiae servabantur, quibus honor habebatur eximius. Cum autem Assumptionis dies festus advenisset, Gregorius ad templum adiit, ubi sacrosancta Dei Matris pignora illa recondita erant, gentis gaudium et sancta latitia. Augebat religionem ipsa ædis nominatio ab assumpta in cœlum Virgine. Statuerat autem Gregorius, vere

vigil rebus et nomine, in Assumptæ Virginis pervigilio, laudibus et hymnis excubias agere, et more institutoque majorum in cantu et precibus pernotare. Ergo atra in nocte et tenebricosa proprius accedens, e templi specularibus sacellum vidi ingenti claritate fulgere, collucereque luminibus, quæ omnem dici splendorem superarent. Ille ratus cantores et clericos ad celebrandas vigilias advenisse, auribus admotis nullam prorsus vocem audivit. Ad basilicam penetranti fores ultro patuerunt, sed ubi est ingressus, lux illa disparuit: et qui hominum lucubrationem quærebat, angelos excubantes invenit: lumen autem illud effugit, ne mortali aciem perstringeret, quorum cantus parabatur: sibique Gregorius persuasit lucidum illud jubar ex Virginis luce micuisse, cuius inibi reliquias Christi populus honorabat, et in sancti custodia timoris quasi in specula permanebat. Et quidem Gregorius, vir vere humilis sui contemptor, cœlestem illam virginalis templi lucem suorum peccatorum caligine fugatam esse affirmavit. Sed in his tenebris tantæ virtutis splendor emicat, huicque luci lux illa cessit, quam veniens aspergit. Idem Gregorius beatissimæ Dei Matris, sanctorum apostolorum, et D. Martini reliquias in cruem auream inclusas, tum salutis, tum vel maxime pietatis causa gestabat, quas nullo unquam, nec loco, nec tempore deponebat, illo philosopho lætior, qui omnia bona sua se secum ferre gloriabatur. Neque vero magis Gregorius Turonis episcopus hæc sacra fragmenta numcrabat in onore, quam manum aut pedem, quinimo ei erant manus et pedes. Cum vero se, necessitate suadente, viæ commisisset, et sociis itineris adhibitis, quo pontificia negotia poscebant, sedulus festinaret, ecce non longe pauperis casam: vidi ardore, quæ foliis stipulisque contexta igni se facilem dabat. Misellus homo cum liberis et uxore ultro ac citro versare, aquam certatim haurire, haustum sedulo infundere, victor ignis nolle succumbere. Hic Gregorius extractam crucem ex pectore reliquiarum custodem opponit incendio, et manu elata preferens, quasi minabatur flammis omnia perditibus: ad sanctarum reliquiarum aspectum ignis, tanquam timeret, stetit, et prorsus evanuit: ut qui casum nesciret, minimè putaret ignem uspiam exarsisse. Hæc, quæ maxima sunt, majora facit historiae gravitas: narrat enim et quæ vidit, ipse Gregorius, qui mori mallet, quam mentiri.

Vitæ coronidem imposuit, anno Christi Domini 596, xv Kalend. Decembr. Qui et affectum suum erga Deiparam Virginem ad vivum expressit, scribendo, ut alibi dixi, nempe in Bibliotheca Mariana, parte i: *De Salutatione angelica eidem Deiparæ Virginis facta librum unum.*

§ XL.—*De Griphone, antistite Maronitarum.*

Griphon, Maronitarum apud montem Libanum episcopus seu patriarcha, natione Gallus, aliis Flander, mihi alias in Bibliotheca Mariana dilaudatus, quanto esset et quam incenso affectu erga

Deiparam Virginem Mariam, haud obscurò testimoniò demonstravit, scribendo: *De ipsius Deiparæ Virginis Mariae laudibus Opusculum insigne.*

Cum prædicandæ Catholice veritatis causa ad Maronitas venisset, et verba quæ ille proponebat, ludibrio haberentur et exciperentur, cum regulo seu gubernatore ausus est pacisci: Si solem, qui nunc in occidente est, in orientem retrorsero, credis in Christum ad instar Ecclesiæ Romanæ? Illo conditionem accipiente, cum aliis plerisque multis, mira res! flexis ille genibus Deum precatur, ut intercessione Deiparæ Reginæ angelorum, cuius Assumptionis festum eo die celebrabatur, misericorditer agret, ostenderetque suam in miserum illum cæcumque populum clementiam, illum illuminando et ad fidem traducendo; efficit ut sol, qui jam fuerat occasurus, hæreticis videntibus, cursum in orientem reflecteret, iterumque ab oriente in occidentem suum cursum perageret, et ita per Deiparam gubernator et populus ille universus Ecclesiæ Matris jugo colla subjicit. Ea res quotannis recurrente tempore a populis illius montis Libani, solemní pompa seu processione celebratur.

Ereptus mundo cœlo insertus est Griphon, anno Christianæ redēptionis 1475, die 18 Julii.

§ XLI.—*De Gualterio, antistite Panormitano.*

Gualterius Panormitanus archiepiscopus, in Panormitana civitate Siciliæ metropoli regumque sede templum maximum et cathedrale a fundamentis incredibili magnificèntia erexit, ac Deiparæ Virginī dedicavit anno 1185; Guelilini vero II regis anno 19. Id palam Dodecastichon in templi abside incisum facit:

*Si ter quinque minus numerent de mille ducentis,
Invenient annos, Rex pie Christe, tuos.
Dum tibi constructam præsul Gualterius aulam,
Obtulit officii post tria lustra sui.
Aurea fulgebat Guelilmi regna Secundi:
Quo tantum tanto sub duce fulsit opus.
Sit tibi laus perpes, sit gloria, Christe, perennis.
Sit decus, et templi sit tibi cura tui.
Tu quoque florigeræ Mater pulcherrima turbæ
Perpetuus saceræ virginitatis apex,
Respicte prostrati lacrymas et vota clientis,
Æternis penses hæc sua dona bonis.*

§ XLII.—*De Gualtero, antist. Pictaviensi.*

Gualterus de Brugis, qui et Valterus, et Walterus, natione Belga, a Nicolao III, Pontifice maximo, Pictavornum episcopus creatus, Deiparæ Virg. cliens deditissimus, ejusque honori promovendo intentus, inter alia multa addictæ voluntatis in illam signa, edidit sermones solidæ sapientia et fecundissima eruditio plenos, in annas ipsius Deiparæ Virginis festivitates. Migravit in cœlum anno salutis 1307, die 22 Januarii.

§ XLIII.—*De Guiardo, antistite Cameracensi.*

Guiardus, vel Wiardus de Lauduno, episcopus Cameracensis, natione Gallus, pro singulari sua in Deiparam Virginem veneratione, scripsit, inter multa, Sermonem satis prolixum *De Doloribus ipsius divinæ Virginis in Passione Christi Domini, super*

illud: Stabat juxta crucem, etc. Vide, si libet, Georg. Colvenerium in Annotationibus supra cap. 4 libri i De Apibus Thomae Cantipratensis, et Bibliothecam nostram Marianam, parte prima. Obiit anno Incarnationis Dominicæ 1248.

§ XLIV. — *De Guidone, antistite Aretino.*

Guido Petramalius, Aretinus episcopus, cum Deiparam Virginem ex intimo cordis affectu diligeret, ipsius aspectu atque præsentia aliquando recreari meruit hac occasione: Bernardo Tolomeo cum duobus sodalibus Patrio et Ambrosio Piccolomineo in proximo Senæ monte, qui Olivetus dicebatur, solitariam vitam ducentibus, non desuere, dæmonie auctore, qui eos ad Pontif. Joan. XXII, tunc temporis Avenione degentem, quasi novarum rerum auctores deferrent. A summo igitur Pontifice acciti, et ab eodem, Virgine opitulante, benigne accepi, causam suam ita integre atque innocentem defendenterunt, ut ab eo innocentes judicati, eos ad virum præstantissimum et auctoritate gravissimum Guidonem, in cuius diœcesi mons Olivetus situs erat, cum mandatis et litteris apostolicis remiserit, ut ipsis habitum sanctæ Religionis sub aliqua probata regula traderet. Lectis litteris, atque ad Dei voluntatem clarius dignoscendam triduana inedia eremicolis indicta, dum, quodnam vitæ genus eis proponat, episcopus cogitat, monasticum S. Benedicti institutum in mentem venit. Bernardus interim Virginem Deiparam Patronam summo studio deprecabatur, ut optimum a Filio tantæ rei eventum obtinaret. Triduo, quo inedia constituta est, exacto, per quietem coelorum Regina episcopo adfuit, serenissima vultu, nitida et candida ueste amiciebatur, et magna beatarum mentium frequentia deducebatur. « Divinæ, inquit, Majestati, mihi gratissimum accidit consilium, quo charissimos montis Oliveti famulos Benedictinis legibus devincire cogitas: aliquid tamen desidero longe gratissimum, ac præcipio candido vestias habitu, utpote quos in deliciis habitura sim: etenim decretum est meis duntaxat auspiciis congregationem provchere, meoque nomine appellare. » Hic porrecta manu monticulos albos tres indicat in unum coactos, oleæ ramusculo undique consurgente, recta cruce purpurea medio monticulo infixa, radiis undique, non secus atque auro collucentibus, his verbis: « Hæc eis dato insignia, nam mea hæc congregatio a monte Oliveto vocabitur. » Somno excitatus antistes, divinum esse negotium non mediocri cum admiratione intelligit, tantam sanctissimæ Virginis sollicitudinem animadvertis. Postera luce sese Bernardus, Patrius et Ambrosius episcopo sistunt, quibus illuc conspectis et perhumaniter exceptis: « Patres, inquit, Deo beatissimæque Virgini gratias agamus, eo quia licet neminem fugiat eximia Dei erga illos, qui in eo confidant, clementia et liberalitas, tamen dum, et nos pro tenuitate etiam atque etiam orabamus, per vestra jejunia, et rogationes, præciuum idque satis illustre voluit exhibere argumen-

tum, cum nocte præterita miserationis Mater dormientem præsens consolata sit. » Quæ omnia in somnis acceperat, ordine prodidit. Quibus auditis, Deo gratias agere, lacrymas effundere, Bernardus præ cæteris gaudio propemodum solvi, quod Virgo Domina non obscure declaraverit obsequium ab ipso præstitum, et fuisse, et fore sibi acceptissimum. Paulo post, ut S. Dei Genitricis voluntatem exsequeretur episcopus, eos Aretii in templo sanctissimæ Trinitatis candidis induit uestimentis, eisdemque Benedictinæ Legis codicem tradidit: atque ubi omnes ad eam custodiendam, mentisque candorem candidis circumdati uestibus consentaneum plane consequendum summa contentione exhortatus est, hæc addidit: Virgini quoque Filii sui id ore enuntianti auscultemus necesse est, ideo decernimus congregationem istam cœlesti, quod et vidistis et cognovistis, oraculo conditam, futuris perpetuo temporibus appelleatis: *Monachorum S. Mariæ montis Oliveti*: ejusque insigne, quod ab ipsa Conditrice demonstratum, præferatis, tres nimirum monticulos niveos ejusdem formæ, simul compactos, quorum medius aliis impositus magis emineat, et purpureæ crucis signum exhibeat, utrinque demum virentis oleæ surculus exoriat. Facta deinde ab episcopo facultate monasteriorum cum delubro in prædicto mente erigendi, illud in honorem B. Mariæ semper virginis exererunt, facultatibus propriis a Bernardo et Patrio ad id liberaliter attributis. Vivebat Guido anno Domini 1520.

§ XLV. — *De Guidone, antistite Cerveiensi.*

Guido, ex nobili Genariorum familia, episcopus Cerveiensis, Virginis Deiparæ in æde Ursiana Ravennæ aram, quæ est secundum suggestum, prædiis ditavit, ut quotidie sacerdotes sacra ibidem facerent. Decessit Ravennæ anno salutis 1520.

§ XLVI. — *De Guidone, antistite Elnensi.*

Guido de Terrena, dictus de Perpiniano, natione Catalanus, quem Joannes XXII, Pont. maximus, Majoricensi primum, deinde Elnensi insula decoravit, inter multa, eaque præclara studii sui in B. Virginem monumenta, edidit *Commentarium in Canticum ejusdem B. Virginis Magnificat*. Cœlum petiit, anno Christi Salvatoris 1330.

§ XLVII. — *De Gulielmo, antistite Atrebateni.*

Gulielmus ab Isacio, Atrebatenium pontifex laudatissimus, ordine a S. Diogene 47, inter alia Marianæ pietatis specimina, sanxit, ut hebdomadatim Virginum Officium sub semiduplici solemnitate diœcessis universa persolveret. Idem velum candidum, quo angelorum serenissima Domina sanctissimum suum caput mulierum more tegebat, et cingulum, quo in humanis agens sacratissimum cinxit uterum, manna quoque, quod in modum lanæ e cœlo pluviae mistæ (ut testatur Hieronymus) defluit, Atrebati in argenteam thecam faberrime compositam transtulit. Ad cœlos abiit anno salutis per Christum restauratae 1293.

§ XLVIII. — *De Gulielmo, antistite Gandavensi.*

Gulielmus Lindanus, Belga, Dordracenus, Ruremundensis ecclesiae primo episcopus, deinde Gandavensis, pro ineredibili, quo erga Deiparam Virginem ferebatur amore atque observantia, inter multa singularis affectus in eam argumenta, vertit e Græco in Latinum S. Gregorii Thaumaturgi *De festo Annuntiationis B. M. Virginis orationes, sive homilias.* Edidit etiam *Conciones in præcipuis ejusdem B. M. Virginis festivitatibus*, et alia, mihi adhuc ignota. In vivis esse desiit Gandavi, vir omni memoria memorabilior, anno salutis humanæ 1588, ætatis sue 63, iv Nonas Novembbris.

§ XLIX. — *De Gulielmo, antistite Lodovensi.*

Gulielmus de Brissonet, ex antiqua et perillustri apud Turonenses prosapia oriundus, episcopus Lodovensis in Gallia, festum B. Mariæ Virginis Visitationis per totam suam diœcesim instituit: *Contemplationes Idiotæ de eadem B. Virgine, in Gallicum idioma transtulit.* Obiit anno 1553, Agmanti, ditionis temporalis monasterii S. Germani Parisiensis, ibique jacet sepultus in ecclesia B. Virginis Mariæ.

§ L. — *De Gulielmo, antist. Lugdunensi.*

Gulielmus Peraldus, Lugdunensis in Gallia episcopus, beatissimæ Dei Genitricis obsequiis impense addictus, inter alia studii sui erga illam argumenta, scripsit *Sermones in præcipuis ejusdem beatissimæ Dei Genitricis festivitates*, quos Lugduni editos anno 1576, dixi in Bibliotheca Mariana, parte prima. Vivendi finem fecit anno orbis Christiani 1555.

§ LI. — *De Gulielmo, antist. Vinctioniensi.*

Gulielmus Wykham, Eduardo III Anglorum regi a consiliis, inde Vinctoniensis episcopus, singulari quadam animi devotione erga Deiparam Virginem impulsus, collegium, quod Novum vocatur, in Oxoniensi Academia Virgini Matri posuit, sui erga illam amoris ac singularis reverentiae monumenum. Clarebat anno salutis 1566.

§ LII. — *De Gulielmo, antist. Parisiensi.*

Gulielmus Arvernus, Gallus, episcopus Parisiensis, vir in humanis ac divinis litteris eruditissimus, atque inter doctores sui temporis doctrina, eloquentia et pietate admodum insignis, honori B. Virginis, cui aeternis obsequiis mancipatus vixit, promovendo, scripsit *De Nativitate ejusdem Dei*.

paræ Virginis sermones 2; *De Annuntiatione ejusdem sermones 2. De Purificatione ejusdem sermonem 1, et de Assumptione ejusdem sermones 2.* Qui, ut dixi in Bibliotheca Mariana, parte 1, cum ejus sermionibus per annum, ad accuratissimum exemplar Bibliothecæ Patrum Cœlestinorum Parisiensium emendati, prodierunt Lutetiae Parisiorum apud Petrum Chaudier, anno 1658, in-folio. Ad plures abiit hic antistes anno redemptionis nostræ 1248, Kalendas Aprilis.

§ LIII. — *De Gundisalvo, antistite Tolosano.*

Gundisalvus, Tolosanus archiepiscopus, qui primus Hispaniæ celebrandæ Conceptionis auctor a nonnullis suis perhibetur, vir Deiparae Virginis cultui obstrictus penitus mancipatusque, dignusque propterea ut ipsius memoriam Tolosates accuratissime vestigent, et observantissime colant, ad posteritatis fructum utilitatemque composuit *Pulcherrimum de Conceptione B. Virginis tractatum, pluresque de eadem orationes et homilias*, ut tradit Bernardinus Bustensis in suo *Officio Conceptionis* per Sextum IV, Roman. Pont. probato, dum secunda die infra Octavam Lectione 4, inquit: *De beato Gundisalvo archiepiscopo Tolosano, qui propter singularem erga Dominam nostram devotionem, ejus capellanus nuncupatus est, legitur, quod quoiescunque celebrabat, aderat ei Virgo benedicta.* Cum autem in die Conceptionis ejusdem se ad sacrosancta Missarum solemnia præpararet, apparuit illi Dei Genitrix Maria, eique unam mundissimam planetam niveo candore radiantem tradidit, dicens: *Reverenter festum Conceptionis meæ celebrari procura.* Archiepiscopus vero non surdus auditor composuit pulcherrimum de Conceptione Virginis tractatum, ordinavitque festum Conceptionis per totam Hispaniam solemniter celebrari, totoque ritu sua curiculo annuatim publice de Conceptione B. Virginis omni, qua potuit, eloquentia peroravit. Sic Bustus. Sed sicut hujus Gundisalvi multa præclare gesta temporum injuria posteritati invidit, ita neque doctrinæ et eruditionis monumenta servavit. Floruit, ut conjectura et suspicione assequi licuit, saeculo ix a Christi Nativitate. De quo plura Ferdinandus Quirinus de Salazar in sua *Defensione pro Immaculata Deiparae Virginis Conceptione*, capitibus 35 et 42.

CAPUT VIII.

De Harduino Noviomensi, Hartmanno Brixieni, Aymone Alberstatensi, Helia Aquileiensi, Hemmingo Aboensi, Henrico Brunsicensi, Henrico Cœsariensi, Henrico Constantiensi, Henrico Placentino, Henrico Ruremundano, Hereberto Coloniensi, Heriberto Aystetensi, Hermagora Aquileiensi, Hermanno Coloniensi, Hermanno Mimigernafordiensis, Hermanno Monasteriensis, Hernando Granatensi, Hesychio Hierosolymitanus, Hieronymo Albensi, Hieronymo Monteregalensi, Hieronymo Papiensi, Hieronymo Salerno, Hieronymo Vladislavensi, Hierotheo Segoviensi, Hilario Arelatensi, Hildeberto Turonensi, Hildulpho Trevrensi, Hildwardo Teneremundano, Hippolyto Portuensi, Hugolino Constantinopolitanus, Hugone Armacano, Hugone Lincolniensi, Humberto Sebastensi, atque Humfrido Morinensi antistitibus.

§ I. — *De Hardnino, antist. Noviomensi.*

Harduin, 37 episcopus Noviomensis, devotio-

nis suæ erga B. Virginem specimen aliquod daturus, urbem suam Noviomensem sacra ejusdem

B. Virginis æde illustravit, anno circiter 998. Cætera autem, quibus tantus præsul suum erga augustinianam coeli Reginam amorem atque observatiam declaravit, adhuc me latent.

§ II. — *De Hartmanno, antistite Brixiensi.*

Sanctus Hartmannus, Boius, ex canonico Angustiniano Batavis Boiorum episcopus Brixiensis, quoties cœsi desiderio capiebatur, ex publicorum negotiorum pelago in vicinum novæ cellæ, cui a Mariæ gratia nomen indiderat, locum, tanquam in portum, confugiebat, ubi cœlesti quiete pasebatur, et meliori divinarum illustrationum ac consolationum nectare inundabatur. Idem in Polingano templo altare in honorem sanctæ Dei Genitricis Mariæ Virginis dedicavit anno ab Incarnatione Domini 1160, in Nonas Novembbris. Decessit x Kalend. Januar. anno post Christum natum 1160.

§ III. — *De Aymone, antistite Alberstatensi.*

Aymon, Alberstatensis Ecclesiæ in Saxonia episcopus, natione Germanus, ut ad cultum sacratissimæ Dei Matris, quam singulari honore ac reverentia prosequebatur, omnes Christi asseclas sedulo provocaret, inter alios laborum suorum partus, posteritat reliquit : *De præcipuis ejusdem sacratissimæ Dei Matris festis et mysteriis homiliae 8*, mihi alias in Mariana Bibliotheca recensitas : Salutationem angelicam beatæ Virginis, Vallem appellabat, per quam ad profundum venimus humilitatis, et ad immensam pertingimus fertilitatem, in libro *De dignitate Psalterii Marianæ*, cap. 10, refert beatus Alanus. Mariam vero virginem perpetuam ac Dei Genitricem primam omnium virginitatem suam sine macula Deo vovisse affirmabat, asserens ipsam in hæreditate Domini moratam, quia non peccando a possessione Domini non discessit, sed integrum suam animam a concupiscentia, et carnem a corruptione servans, portio hæreditatis Domini effecta est. Debitum naturæ solvit anno post Christum natum 853.

§ IV. — *De Helia, antistite Aquileiensi.*

Helias, Aquileiensis Ecclesiæ antistes, inter alia obsequiorum genera, quibus, dum viveret, augustissimam cœli Reginam honorare studuit, Ecclesiam Aquileensem Marianam sanctarum virginum Euphamiæ, Dorotheæ, Theelæ ac Heracinæ reliquiis auxit, et non procul a vicina insula monasterium monachorum in honorem S. Mariae constituit, ut sibi fuerat revelatum, quod Barbanum nuncupavit, quia vir, Barbanus nomine, qui cum Tarlesso, socio suo, de Tarvisio illuc confugerat, constitutus ibi primus abbas. Decessit Helias anno salutis 589.

§ V. — *De Hemmingo, antistite Aboensi.*

Hemmingus, episcopus Aboensis, inter alia Marianæ pietatis documenta, omnes prædicationes suas a laude beatissimæ Virginis inchoabat, unde beata Virgo se ejus professa est Matrem, ejusdemque animam se Deo præsentaturam spopondit. Cum nocte quadam orationi vacaret, vidit nubem

lucidam, et in ejus medio Virginem sedentem, librū explicata manu tenentem, sibique dicentem : « Nata est Birgitta filia, enjus admirabili voce mundus omnis personabit. » Vivebat anno salutis 1550.

§ VI. — *De Henrico, antistite Brunsicensi.*

Henricus Brabantinus, Belga, episcopus Brunsicensis, inter alias erga sacratissimam Dei Matrem haud obscuras debiti obsequii significationes chartis commisit, ut alibi etiam meminisse me memini : *In Evangelium, Stabat juxta crucem Jesu Mater*, etc., homiliam unam. Obdormivit in Domino anno redemptionis nostræ 1284.

§ VII. — *De Henrico, antistite Cæsariensi.*

Henricus Kaltysen, Teuto, Confluentinus, Ecclesiarum Nidrosiensis et Cæsariensis in Norvegia archiepiscopus, inter cætera pietatis suæ erga Deiparam argumenta, edidit *Super Canticum Marianum Magnificat librum unum*, neenon *Sermones in præcipuis beatissime Virginis festivitatibus*. De hujus vitæ ergastulo liberatus est anno a Christo nato 1463, Kalend. Octobr.

§ VIII. — *De Henrico, antistite Constantiensi.*

Henricus, Constantiensis episcopus 44, vir admodum commendabilis, beatæ Mariæ Virginis Patronæ suæ (quam magna semper in veneratione habuit) auxilio, tanquam strenuus miles, barones nonnullos, diocesi suæ damnum inferre attentantes, glorioso triumpho in fugam convertebas, jura et res Ecclesiæ ab inimicis suis præservavisti. De quo non mediocrem beatae Mariæ Virginis, cuius intercessione apud Filium hæc potitus est victoria, laudes persolvere curavisti. Feliciter in Domino obdormivit anno salutis 1248, die 24 Augusti.

§ IX. — *De Henrico, antistite Placentino.*

Henricus Henriquez, episcopus Placentinus, animi propensioni, qua erga Deiparam sine labore conceptam ferebatur, morem gesturus, in principali porta cathedralis ecclesiæ titulum hunc celebrem ac gravem : *Mariam non tetigit peccatum primi hominis*, depingi mandavit, ubi hodie exstat, et cum veneratione ac devotione ab omnibus legitur. Vivebat anno salutis

§ X. — *De Henrico, antistite Ruremundano.*

Henricus Cuychius, Belga, Culemburgensis, ex divi Petri Lovanii decano creatus episcopus Ruremundanus, inter alia pietatis obsequia, quibus gloriosissimam Virginem Dei Matrem sibi conciliare contendit, compilavit : *Officium solemnitatis Recollectionis festorum ejusdem gloriosissimæ Virginis Dei Matris*, quod a summo Pontifice approbatur, et Lovanii apud Joannem Masium anno 1594 excusum dixi in Bibliotheca Mariana, parte 1. Decessit e vita Ruremundæ in Geldria anno a plenitudine temporis 1600.

§ XI. — *De Hereberto, antistite Coloniensi.*

Liberalis ac pia Othonis Cæsaris cum Hereberti Coloniensis antistitis voluntate misericordia

zoneors effecerat, ut de moliendo Virgineo nomini, tum cœnobio, tum templo intentis animi viribus ageretur. Jamque Herebertus prædiis et possessiōnibns ab egregio imperatore donatis de monasterii situ consultabat. Quo autem res illa ad eum, quem optabat, exitum perveniret, Deum immortalem, sanctamque ejus Genitricem fusis ab ino corde precibus implorabat, utque suam uterque voluntatem aperiret, obsecrare non intermittebat, et corpus exercere jejunio. Nocte quadam dormienti Heriberto, atque ab ipsa desfatigatione consopito, cœli se Regina monstravit, hisque affata verbis anxium præsulis animum consolatur: « Adsum Domini Mater Maria, tuae exaudite sunt preces: surge igitur et Divitense castrum (hoc erat loco nomen) ab omni labore perpurga, ut ibi Deo, mihi et sanctis omnibus monasterium collocetur et templum: placere enim præpotenti illi Numini, ut, ubi abundavit iniquitas, ibi justitia solium teneat, ac vera sanctitas religioque triumphet. » Recedente jamque invisa Virgine post dicta, Herebertus evigilat, visionisque et auditionis dulcedinem regustare non desinit. Cum autem locum purgasset, atque expeditisset, fundamenta jecit, et summæ granditatis opus incepit, jamque ad exitum pene perduxerat, cum repente fabrica concidit, quæ talibus tamquam felicibus erat auspiciis inchoata. Sed nunquam animus reliquit Herebertum, divinæ fidei sapientiaeque memorem, quarum altera fallere nescit, alteram comprehendere mens humana non potest. Quare ædificationem resumptis viribus iteravit, quæ talis fuit, ut priorem nemo requireret.

Migravit in cœlum anno salutis per Christum restauratæ 1021.

§ XII.—*De Heriberto, antistite Aystetensi.*

Heribertus, Aystetensis, seu Aureatensis in Germania antistes, ut innatum sibi erga sacrosanctam Dei Genitricem affectum apud posteros contestaretur, extra Aystetensem urbem, eo ipso in loco ubi primus episcopus a sancto Bonifacio est inauguratus, magnificum templum divæ Virginis Matri ædificavit. Naturæ debitum absolvit anno Domini 1042, meuse Augusto.

§ XIII.—*De Hermagora, antistite Aquileiensi.*

Sanctus Hermagoras, natione Græcus, ex diutino incolatu, civis Aquileiensis, S. Marci evangelistæ alumnus, atque ab ipso Aquileiæ episcopus ordinatus, inter alia suæ erga beatam Virginem religionis indicia, cum Valentimum nobilem Aquileensem sacro baptismatis fonte regenerasset, ipsius domum, in qua marmoreis tumulis martyrum corpora reverenter recondebat, in honorem S. Mariæ ecclesiam consecravit. Palmam martyrii adeptus est anno Christi 70, die 12 mensis Julii, quo ipso die ejus festum celebratur.

§ XIV.—*De Hermanno, antistite Coloniensi.*

Hermannus, Hassiæ landgravius, Coloniensis archiepiscopus, S. R. I. princeps elector, optans

sacrosanctæ Dei Genitricis gloriam in dies latius latiusque excurrere, anno a partu Virginis 1491, Brulæ (Coloniensis diœcesis oppidum est 4000 passuum Colonia abjunctum) haud procul suo palatio, cœnobium templumque S. Mariæ de Angelis fundavit, fundatumque religiosis S. Francisco devotis assignavit. Idem anno a partu Virginis 1495, 10 Decembris, frequentissima populi procerumque concione cinctus, et pontificalia indutus, Marianum cœnobium templumque a se fundatum solemnè cæremonia magna pietate consecravit consecratioque pretiosam supellectilem, et sacras calvarias sanctorum Justini archiepiscopi, Terentii episcopi, Cortini ducis et Birgitte virtue donavit. Publicis piissimi testamenti tabulis moriens suum cor Mariano templo legavit ac donavit, vel ipsomet munere palam testatus, quod non ore tantum, sed ex intimo corde Deiparam Virginem et amaret et veneraretur. Itaque ejus mortui cor pixidi plumbeæ inclusum, et balsamo conditum, in Mariano Franciscanorum Patrum templo, quod omnino magnificum Brulæ, ut diximus, constituerat, coram summa ara in hypogeo conditum.

§ XV.—*De Hermanno, antistite Mimigernafordiensi.*

Hermannus, episcopus Mimigernafordiensis, vir industria et religione insignis, in sua Mimigernafordensi civitate consecravit et instituit ecclesiam et monasterium trans Aquas, sanctimonialium, in titulum et honorem beatæ Mariæ Virginis, quod ita brevi excrevit, adeoque factum est celebre, ut nomen dederit civitati et episcopo, ita ut paulatim Mimigernafordensi veterum abolito vocabulo, incepit dici Monasteriensis, et civitas et ecclesia. Quin etiam in episcoporum Monasteriensium catalogo diserte ponitur, jam inde ab Hermanni ætate, quæ sæculum Christi decimum exceptit, usum obtinuisse novæ appellationis. Vitæ terminum felicissimum fecit anno gratiæ 1050.

§ XVI.—*De Hermanno, antistite Monasteriensi.*

Hermannus, hujus nominis secundus, ex comitibus Cazenellenbogen, episcopus Monasteriensis, inter alia pietatis suæ erga Deiparam Virginem specimina, in sua diœcesi abbatiam pro Cisterciensibus in honorem beatæ Virginis fundavit, Campus beatæ Mariæ cognominatam. Ad meliora migravit anno Domini 1246.

§ XVII.—*De Hernando, antistite Granatensi.*

Hernandus de Talavera, Hispanus, ob singularem doctrinæ virtutisque opinionem assumptus in primum episcopum Granatensem, inter varia opera, pietatisque exercitia, quibus religiosissimum suum in Deiparam studium luculenter declaravit, edidit *Glossam super Ave Maria*, eruditiois devotionisque plenissimam. In vivis esse desiit anno salutis restitutæ 1507, die 14 Martii.

§ XVIII.—*De Hesychio, antistite Hierosolymitanæ.*

Hesychius (aliis Esichius, sive Isichius) ecclesie Hierosolymitanæ presbyter primum, d'inde patriarcha, Virginis pio studio et amore succensus,

duos impii Nestorii libros ex volumine quodam præscindens, igni tradidit dicens: « Non manebit in cella mea Dominæ nostræ sanctæ Dei Genitricis semperque virginis Mariæ inimicus. » Cujus egregii facti pleniores qui cupit habere notitiam, legat Benjamino, seu Religiosos nostros Marianos, cap. 3, in Cyriaco abbatे.

Magnus fuit Hesychius sanctissimæ Virginis encomiastes, nt ex ejus scriptis liquet, præcipue *ex duobus illis rarib[us], insignibus atque præclaris de S. Maria Deipara sermonibus*, quos e Græco Latinos reddidit Joannes Picus, doctor Parisiensis. In iis Virginem appellat: Secundam Evans, primæ omnino contrariam: Stellam vitæ: Thronum [Dei]: Templum majus coelo: Cathedram non inferiorem cathedra Cherubica: Hortum non seminatum, fertilem, incultum: Vitæ uarum valde feracem, florentem, intactam: Turturem mundam: Columbam impollutam: Nubem, pluvias incorruptas continentem: Specimen, cuius gemma sole splendidior: Fodinam, unde prodiit lapis totam terram tegens a nullo incisus: Navem mercibus refertam, nulloque egentem gubernatore: Thesaurum locupletantem: Lucernam oris expertem, a se ipsa jugiter ardenter: Arcam, arca Noe latiore, longiore et illustriorem, illa enim ipsum Noe, hæc vero ipsius Noe factorem portavit: Arcam vitæ, non animalium, ut area Noe: Complementum Trinitatis, quandoquidem et Spiritus sanctus adveniebat, atque hospitabatur, et Pater obunibrabat, et Filius utero gestatus inhabitabat: Virgam Jesse ob virginitatem, quæ nullo modo vulnerari, aut incurvari potuerit: Rubum ardente inextusum: Agrum, qui fructum edidit sine cultore: Portam clausam, in Oriente sitam, quæ introduxit clausarum portarum Regem: Capsam divinæ gemmæ: Cœlum Solis justitiae: Plantam incorruptionis: Paradisum immortalitatis: Ornamentum præclarum naturæ nostræ: Gloriam lutti nostri: Instrumentum Incarnationis ejus qui omnia produxit: Templum incorruptum: Tabernaculum ab omni sorde liberum: Matrem Regis eorum quæ sursum sunt et deorsum, ut alios honoris titulos, brevitatis studio omittam.

Legendus est Hesychius in lib. I super Levit. II, 4, ad illa verba: *Cum autem obtuleris sacrificium coctum in cibano, ubi Deiparam cum cibano egregie confert: Quia sicut panes igneumque desuper cibanus suscipit; sic ipsa (inquit) desuper vitæ panem, Dei videlicet Verbum, in suo utero, igneumque suscepit præsentia Spiritus. » Legendus est etiam super illud Psalmi XLIV, 2: *Eruavit cor meum verbum bonum*; etc., ubi per cor eamdem Deiparam interpretatur, scribens in hunc modum: « *Eruavit cor meum verbum bonum*. Dicuntur hæc ex persona Ecclesiæ quæ Virginem Deiparam cor habuit: nam quemadmodum eujuslibet animantis præcipua pars anima constituta est; ita etiam Virgo Dei Mater nostrorum omnium, et necessarium my-terium est pretiosissimum, siquidem in*

ea tanquam in corde fidelium vita Christus habita-
vit, cum Deus esset et Verbum. Ideo Verbum Bo-
num appellavit, quoniam cum carne illum Mater
parturiens eructavit. » Sic ille Vixit Deiparae beatissimæ cultor encomiastesque præcipuus circa an-
num Domini 600, sancti Gregorii Papæ æqualis.

§ XIX. — *De Hieronymo, antistite Albensi.*

Hieronymus Vida Cremonensis, ex canonico regulari Lateranensi Albæ episcopus creatus, animi sui in Deiparam sensum, et in ejus encomia proferenda desiderium orbi universo exposuit, canendo felicissime, sublimitate carminis Virgilianæ maje-
stati proxima, in laudem magnæ Matris Virginis Hynum unum, cujus initium est: *At quo, Diva,
tuas mortali carmine laudes, etc.*, Diem clausit ex-
tremum anno nati Salvatoris 1566, die 27 Septembr.

§ XX. — *De Hieronymo, antistite Montegaleensi.*

Hieronymus Venero et Leyva, Hispanus, Monte-
regalensis in Sicilia archiepiscopus, inter alia pie-
tatis suæ erga Deiparam documenta, quæ in ecclæ-
sia cathedrali S. Mariæ Montisregalis vetustate collabebantur, diligentissime reparavit: et cœno-
bium Sanctæ Mariæ de la Rocca, ordinis Eremita-
rum sancti Augustini, a fundamentis exædificavit.
Decessit anno salutis 1628, 6 Augusti.

§ XXI. — *De Hieronymo, antistite Papiensi.*

Hieronymus, Papiensis antistes, cum adhuc esset in urbe Papia clericus, beatam Virginem multum diligebat, et ei modis omnibus placere satagebat. Defuncto itaque episcopo ejusdem civitatis, collecti clerici jejunarunt, ut Deus eis ostenderet, quem episcopum habere vellet. Interim beata Virgo Maria eidam apparuit dicens: « *Vade, et dic populo,
ut accipient cancellarium meum, et statuant eum
hujus loci episcopum.* » Ille requirens, quisnam esset ille? Beata Virgo respondit, « *Ille qui vocatur Hiero-
nymus, qui est in Dei servitio die noctuque stren-
uous.* » Et factum est quod, qui beatæ Mariæ Vir-
gini servire studerat, in hac vita tantum hono-
rem meruit, et in alia felicitatem intravit. Corpus
terræ, cœlo animam dedit, anno salutis 787, ætatis
90, die 22 Julii.

§ XXII. — *De Hieronymo, antistite Salerno.*

Hieronymus Pinerius, Lusitanus, episcopus Sa-
lernus, inter alia argumenta suæ erga Deiparam
Virginem clientelæ, edidit, ut alias dixi in Appen-
dice Bibliothecæ Marianæ, *Conciones pro ejusdem
Deiparae Virginis festivitatibus.* Enituit circa an-
num 1576.

§ XXIII. — *De Hieronymo, antistite Vladislaviensi.*

Hieronymus comes a Rozrazen, episcopus Vla-
dislaviensis, inter alia Marianæ cultus præclara spe-
cimina, ad decantandum Officium B. M. Virginis
in ecclesia collegiata Volborensi medietatem Villæ
Lutoslavie collegio vicariorum contulit. Idem ba-
silicam Vladislaviensem Marianam, picturis, supel-
lectile aurea et argentea, casulis dalmaticis, plu-
vialibus auxit et ornavit: nec aliqua fuit in ejus
diocesi ecclesia B. Virginis dicata, quæ aliquo ipsius

religiosæ liberalitatis monumento non gauderet. Rome e statione vitæ decessit, magnam sanctitatis opinionem apud virtutum suarum estimatores consecutus anno Jubilei 1600.

§ XXIV. — *De Hierotheo, antistite Segoviensi.*

Sanctus Hierotheus, natione, ut multi asserunt, Hispanus, Athenarum prius, postmodum vero Segoviae in Arevacis episcopus, vir sanctitate mirandus, et sapientia in paucis clarus, cuius natalis tam apud Graecos quam apud Latinos, die 4 Octobris celebratur, cum divino Spiritu afflatus ad montem Sion, atque ad religiosissimas illas aedes (ubi Virgo sacrosancta resolutionem tabernaculi sui exspectabat) festinato convenisset, ibi eam in thalamo suo divini amoris facies jaculantem conspexit: ibi sacra ejus eloquia dulciora super mel et favum cupidis auribus imbibit: ibi divina responsa super Ecclesiæ statu, ibi extrema mandata de rebus ad Dei honorem sedulo præstandis avidissime una cum beatissimis apostolis exceptit: denique optatissima ejus benedictione impertitus, a se excedentem universi orbis gloriam gemitu ac lacrymis prosecutus est. Inde cum omnis ille iustorum chorus qui ibi aderat, partim in ipsius Virginis, quæ tam purum atque intaminatum Deo præbuerat habitaculum, partim in Dei, qui exerto potentia suæ brachio tam magna illi fecerat, landes effundi cœpisset, unus Hierotheus, secundum apostolos, sed proxime apostolis, insignem decantatorum a se hymnorum gloriam retulit; ita enim excellebat, ita rapiebatur a sensibus, ita mente excedebat, ita divinis eloquiis agitante intus Spiritu ebulliebat, ut cunctis audientibus, seu notis, seu ignotis prorsus saero numine corruptus, ac plane divinus laudator judicaretur. « Hierotheus, inquit Bonifacius, cum apostolis, cumque Timotheo primo Ephesiorum episcopo, et cum divino illo Areopagita Dionysio Mariæ Virginis exequias celebravit, hymnosque panxit admirandos, quales nemo fudit socrorum, apostolos semper excipio, quos omnium plenissime sanctus afflavit Spiritus, ac præter ceteros Dei numen implevit. Apostolis ergo supremis theologis quicunque inferiores essent, Hierotheo divinitate carminum concedebat, quod virginale funus cœlesti esset musa prosecutus: incitabatur, divina quadam vi trahebatur, et alienabatur a sensibus, seque ipse vincens, omnium et animos et aures rapiebat, ut merito divinorum patiens haberetur. » Sic ille. Quam rem certo testimonio exhibitam habemus a B. Dionysio ejusdem Hierothei discipulo, in cap. 3 lib. *De divinis Noninibus* scribente: « Convenimus quandoque apud pontifices nostros Dei plenos, nos simul et ipse (id est Hierotheus de quo agebat) multique sancti fratres nostri visuri corpus illud, quod vitæ principem Deumque suscepit: ubi aderant, et Jacobus frater Domini, et Petrus excelsum et amplissimum theologorum lumen et culmen. Illic ergo post continuum placuit, ut pontifices omnes pro viribus quisque

suis infinite potentem bonitatem iandarent. Hierotheus autem alios omnes ibi doctores sacros, ut nosti, post ipsos theologos, hoc est apostolos, superavit, totus excedens, totus extra se positus, et eorum quæ laudabat, communionem patiens. Quamobrem ab omnibus qui audiebant eum, sive cognoscerent ipsum, sive non cognoscerent, occupatus Deo divinusque laudator est habitus. » Haec tenus Dionysius. Favet Menœum Græcorum, ubi sub 4 die Octobris de eodem S. Hierotheo legitur: « Hierotheus ad sanctissinam Deiparæ sepulturam in sanctorum apostolorum cœtu præcentor fuit totus excedens, totus se deserens, et ab omnibus a quibus audiebatur et videbatur, Deo corruptus, et divinus dilaudator habitus. » Item: « Oratoria tua Diviniloquentia fidelium choros, o beate Hierothee, collustrasti, et sacrum apostolorum collegium, o pie, lætificasti, diviniori usus extasi, et psalleus pro virili tua gloria, o vir humanissime. Totus Deo consecratus es, o beate, et Deo correpte sacrorum doctor, et tuis theologicis sermonibus ad eum omnimodi extra te raptus, et divinus hymnorum scriptor, et sapiens orator iis qui aderant, prudenter judicatus. » Item: « Apostolorum cœtu contubernialis, o beate atque eximie Hierothee, una cum ipsis sacrosanctæ Virginis Deiparæ, quæ vitæ Datorem nobis corporaliter genuit, divinæ dormitioni astitisti. » Iterum: « Cum Verbi Mater ad cœlestes illas sedes transmigraret, tu simul cum reliquis aderas apostolis, o Hierothee, eam abeuntem hymnis prosequens. » Hæc ibi.

Utinam vero Dionysius hymnos, seu poemata, quæ Hierotheus in laudem Deiparæ Virginis composuit, retulisset, aut aliis quispiam ex illis divino Numine afflatis viris, litteris consignata ad posteritatis memoriam transmisisset! At quis id haud factum inscitetur, cum idem Dionysius loco supra memorato nonnullas divinorum illorum hymnorum partes, quibus Hierotheus una cum apostolis Deiparæ funus extulit, a Timotheo Ephesiorum episcopo persæpe se audisse testetur? Sed magno fidelium detrimento injuria temporum postmodum perierunt. Vivebat Hierotheus anno a Christo nato 55.

§ XXV. — *De Hilario, antist. Arelatensi.*

Sanctus Hilarius Arelatensis episcopus, natione Gallus, gloriosam Dei Genitricem non solum ipse amavit, coluit, honoravit, sed ad ejus amorem, cultum, honoremque alios promovere studuit, scribendo *Homilias de eadem gloriosa Dei Genitrice*. Mortalitatis cursum consummavit, anno a virginali parti 449, ætatis 48, die 5 Maii.

§ XXVI. — *De Hildeberto, antist. Turonensi.*

Sanctus Hildebertus, Cenomaeensis primum episcopus, postmodum Turonensis archiepiscopus, natione Gallus, inter alia Christianæ pietatis specimina, quibus egregium suum erga beatissimam Dei Matrem studium ac devotionem abunde declaravit, edidit *De Partu ejusdem beatissimi*

timæ Dei Matris, Prosa unam, tomo XII Bibliothecæ magnæ Veterum Patrum parte prima insertam. Debitam meritis adeptus est æternitatis lauream, anno Christiano 1256.

§ XXVII. — *De Hildulpho, antist. Trevirensi.*

Sanctus Hildulphus, archiepiscopus Trevirensis, clero genere ortus, reliquo episcopatu eremum ingressus, ibi in honorem Dei Genitricis Mariæ unice a se dilectæ unicam fundavit Ecclesiam.

Floruit sub Pipino rege, patre Caroli Magni, anno Domini 700.

§ XXVIII. — *De Hildwardo, antistite Tenere-mundano.*

Sanctus Hildwardus Teneremundæ in Flandria episcopus, qui primus faciem Christianæ lucis ei oppido invexit, B. Virginis Mariæ devotissimus, Diclivennæ oratorium in ejus honorem construxit, in quo, gloriose apostolatu perfunctus, sepultus fuit. Spolia ejus veneranda Teneramundam magna devotione translata sunt, quæ in templo canonorum beatissimæ Dei Genitricis collocata, ibidem hactenus multo cum honore asservantur. Claruit circa annum restauratæ salutis....

§ XXIX. — *De Hippolyto, antist. Portuensi.*

Sanctus Hippolytus, episcopus Portuensis et martyr, in oratione de Consummatione mundi, illistribus titulis omnis puritatis indicibus Deiparæ Virginem, quam mira devotione coluit, passim exornat: statim enim ab initio hæc habet: « Dei, qui ex impolluta Deipara Maria ortum sumpsit, atque incrementum, » etc. Et deinde: « Cum Dominus noster Jesus Christus secundum carnem advenerit ex sancta et immaculata Virgine, » etc. Ac denique paulo inferius: « Cum Salvator mundi genus humanum salvare decrevisset, ex immaculata Maria Virgine natus est. » Ubi, lector, cum Mariam impolltam et immaculatam audis, cur non de integra puritate, munditia et sanctitate capias, atque adeo de perpetua? Idem in Orat. ad ea verba: *Dominus pascit me*, etc., beatissimam Virginem Dei Matrem his verbis compellat: « Die mihi, o beata Maria, quid erat, quod erat in tuo utero conceptum, et quid erat, quod a te in virginali matrice gestabatur? Sermo erat Dei primogenitus, de cœlis ad te descendens, et homo primogenitus in utero formatus, ut primogenitus sermo Dei, homini primogenito conjunctus extenderetur. » Sic ille.

Scrispsit de Sanctificatione beatissimæ Virginis orationem unam, a Suarez tom. II, in iii part., disp. 3, sect. 5, aliisque passim auctoribus memoratam. Scrispsit etiam In Canticum B. Virginis Magnificat, Commentarium quod Græce Ms. exstare in Bibliotheca Bavaria testatur in Indice Græcorum Codicium hujus Bibliothecæ Antonius Possevinnus.

Tradit Canisius, lib. I, *De Deipara cap. 4*, ex Nicæphoro, lib. II, cap. 5, hunc Hippolytum Portuensem episcopum, et insignem Christi marty-

rem scripsisse *De Genealogia B. Virginis*, de qua re consule Bibliothecam nostram Marianam, parte prima.

Floruit sub Alexandro Severo, anno reparatæ per Christum salutis 220.

§ XXX. — *De Hugolino, antistite Constantino-politano.*

Hugolinus Urbevetanus, Italus, ex patria sui cognominis oriundus, quem Urbanus V Pontifex Maximus ob egregia meritorum insignia in episcopum Ariminensem, et Constantinopolitanum patriarcham sublimavit, Virginis Matris gloriam maximis in Ecclesia incrementis efflorescere cupiens, inter alia debitæ servitutis in illam obsequia, littarum monumentis consignavit *Sermones de præcipuis festis ejusdem Virginis Matris*. Claruit anno salutis per Christum restitute 1370.

§ XXXI. — *De Hugone, antist. Armacano.*

Hugo Cavellus Hibernus, Dunensis, archiepiscopus Armacanus, et totius Hibernæ primas, Deiparæ Virginis studiosissimus cultor, inter alia suæ pietatis in eam argumenta, edidit, ut alibi etiam memoravi, *Rosarium B. Virginis*, seu, *Appendicem ad q. 1, dist. 3, de Immaculata Concepcione Mariæ*. Quievit in Domino, anno salutis 1426, etatis 55, die 22 Septembris.

§ XXXII. — *De Hugone, antist. Lincolnensi.*

Hugo, virginali flore decorus, qui ex Carthusiano monacho Lincolnensis est factus episcopus, vehementissimæ libidinis impetu, invitus et nunquam succumbens, saepè numero rapiebatur: pugnabat enim cum iuundissimo stuprorum artifice armis jejuni et orationis, quæ semper fuere fortissima. Monasterii præfectura in sua familia, ab iis delata quorum auctoritatem aspernari non poterat, suscipienda quodam tempore fuit, in ipsoque exordio deinandati muneric, incredibiliter ab eo dæmone, qui vina et lustra suadet, Hugonis tentata et oppugnata castitate, victoriam tamen beatissimæ Dei Matris ope, firmam atque stabilem reportavit. Nihil enim postea, aut parum admodum sensit ardoris, superioresque pugnas atque molestias pax, quæ dono Virginis secuta est, mirifice compensavit. Creatus episcopus, regi suo fortissime restitut ecclesiasticam immunitatem audaciter opprimenti. Horribilis autem amicis, ut majoris graviorisque mali studio vitandi, maxima quæque negaret, levia quædam minutaque concederet: negavit se ullo pacto commissurum, ut timore periculi, quamvis magni, illius Ecclesiæ, que suæ Dominæ sanctissimæ Deiparæ Virgini aedificata erat, jus vel minimum lædi pateretur; nam sedis episcopalies ecclesia Mariæ Dei Matris advocatione gaudebat.

Obiit circa annum Domini 1200, cum jam sexagenarius esset, deinceps in Sabbato pacis æternæ quieturus. Fuit vero Rosarii Mariæ Virginis a juventute præcipuus amator et cultor, ut in suo

libro *De Rosario* testatur B. Alanus R. divinus, parte iv, c. 26.

§ XXXIII. — *De Humberto, antist. Sebastensi.*

Humbertus Senensis, Italus, ex patria sui cognominis oriundus, ab apostolica sede episcopus Sebastæ inaugurratus, inter multa, eaque præclara studii sui erga B. Virginem monumenta, posteris dedit *Sermones de eadem B. Virgine pro ejus præcipuis festivitatibus*. Floruit anno Nati Salvatoris 1366.

§ XXXIV. — *De Humfrido, antist. Morinensi.*

Humfridus, episcopus Morinensis, miraculo quo-

dam dunctus, festum Assumptionis beatissimæ Virginis Mariæ præcipuum ac solemne apud nos esse voluit. Nam anno Christi 862, recurrente annua Assumptionis Deiparæ die, cum Teruanæ civium aliquis instaret ea ipsa luce, ut contemptis feriis, interula, sive indusum ac sibi pararetur, ecce integrum apparuit sanguinolentis maculis inspersum : re autem ad Humfridum episcopum delata, adjuncto sacris indusio, id festum apud Morinos deinceps ipse præcipuum ut sit, decernit. Claruit circa annum 860.

CAPUT IX.

De Jacobo Audomarensi, Jacobo Christopolitano, Jacobo Hispalensi, Jacobo Januensi, Jacobo Laquedonensi, Jacobo Lausannensi, Jacobo Mechliniensi, Jacobo Nisibensi, Jacobo Plocensi, Jacobo Aemoniensi, Ignatio Antiocheno, Ildephonso Toletano, Inguerlano Cameracensi, Injurioso Turonensi, Joanne Acernensi, Joanne Ethiopiæ, Joanne Antiocheno, Joanne Antuerpiensi, Joanne Aquiscintino, Joanne Atrebateni, Joanne Bambergensi, Joanne Bellicensi, Joanne Brixinensi, Joanne Cabilonensi, Joanne Cantuarensi, Joanne Compostellano, Joanne Conimbricensi, Joanne Constantinopolitanu, Joanne Eboracensi, Joanne Euchaitarum, Joanne Gnesnensi, Joanne Hildesemensi, Joanne Kor Kagensi, Joanne Landavensi, Joanne Laudumensi, Joanne Lodovensi, Joanne Millensi, Joanne Moguntino, Joanne alio Moguntino, Joanne Monopolitano, Joanne Placentino, Joanne Ravennatensi, Joanne Sebastensi, Joanne Senensi, Joanne Thessalonicensi, Joanne Tornacensi; Joanne alio Tornacensi, Joanne Tossiniano, Joanne Trevirensi, Joanne Tunsgrensi, Joanne Valentino, Joanne Viennensi, Joanne alio Viennensi, Joanne Vladislaviensi, Joanne Usbitensi, Joanne Aquilonensi, Joanne Arctino, Joanne Bovensi, Joanne Constantinopolitanu, Joanne Hierosolymitano, Joanne Iconensi, Joanne Juvenatensi, Joanne Muranensi, Joanne Portu D'vite, Joanne Ratisponensi, Jodoco Spirensi, Jona Aurelianensi, Josepho Almerensi, Josepho Oriolzno, Josepho Thessalonicensi, Irenæo Lugdunensi, Isidor Fulminate, Isidoro Hispalensi, Isidoro Thessalonicensi, Juliano Conchensi, Juliano Toletano, Julio Adjacensi, Juliano Juvenacensi, Ivone Carnotensi, Ivone Cracoviensi, Juvenali Hierosolymitano, ac Juvenali Salutiensi antistitibus.

§ I. — *De Jacobo, antistite Audomarensi.*

Jacobus Blasens, ex ordine D. Francisci episcopus Audomarensis, pro eximia sua in Deiparam Virginem pietate, Audomari Deiparæ Hortum instituit, et magna ex parte dotavit, annuo ei assignato proventu circiter bis mille quadrigentorum florenorum. Hic plerumque quinquaginta puellæ pauperes aluntur gratis : et docentur, primum quidem, quæ ad fidem ac Dei cultum spectant, tum varia ministeria puellis apta, coquere cibos, suere, nere, et cætera. Sed et ad externas puellas sese profert hujus loci magistrarum industria, quas docent legere, scribere, aliaque illi sexui propria exercitia, idque bis in die, et gratis. Earum numerus est circiter 150. Ut autem aliqua in hunc Deiparæ Hortum admittatur, oportet sit vere pauper, egeat instructione et doctrina, legitimis natalibus orta, et ex diœcesi Andomarensi. Vita excessit Jacobus, anno salutis 1618, die 21 Martii.

§ II. — *De Jacobo, antistite Christopolitano.*

Jacobus Perez, seu Didacus Perez de Valentia, Hispanus, propter eximiam in sacris litteris erudititionem, et in moribus excellentiam, ad episcopatum Christopolitanum assumptus, sui erga B. Virginem studii atque observantie extare voluit specimen luculentum, quod contexuit, *In Canticum*

ejusdem B. Virginis Magnificat Commentarium. Excessit e vita anno a salutifero Virginis partu 1490, aliis 1491.

§ III. — *De Jacobo, antistite Hispalensi.*

Jacobus Gusmanus, archiepiscopus Hispalensis, inter alia Marianæ pietatis specimina, in Ecclesia sua festum sacrosaneti Nominis Mariæ instituit, ritu duplice peragendum, atque eodem die in perpetuum concessit 40 dierum iudgentiam iis omnibus qui debita peccatorum suorum facta confessione, et sacro Christi corpore refecti dicerent : Alabado sea el SS. Nombre de Maria : *Laudetur sanctum Nomen Mariæ ! Absque iis vero, toties quoties hac formula uterentur, dies decem. Vivebat anno salutis 1626.*

§ IV. — *De Jacobo, antistite Januensi.*

Jacobus de Voragine, ex sacro Prædictororum ordine archiepiscopus Januensis, suam erga Deiparam Virginem pietatem apud posteros haud obscenris testimonii comprobavit, scribendo *Maria aurenum pulcherrimumque de ejus Laudibus alphabetico ordine digestum, ac centum et sexaginta Sermonibus distinctum*, quod excusum Moguntiæ anno 1616 in 4 typis Petri Cholini, dixi in Bibliotheca Mariana, parte 1, ubi alia etiam hujus præsulis de

Mariæ Deiparæ laudibus, mysteriisque Opuscula recensui. Obiisse dicitur anno salutis 1290.

§ V. — *De Jacobo, antistite Laquedonensi.*

Jacobus Candidus, nobilis Syracusanus, episcopus Laquedonensis in Apulia, cum ob propensissimum devotionis suæ erga Deiparam Virginem affectum, ab ipsa infantia, puritatis Virginalis candorem se semper integre illibateque servaturum, voto spopondisset : ejusdem Deiparæ Virginis auxilio sibi favente, illum postea in omni vita sua ad mortem usque integrum illibatumque conservavit. In omnibus tribulationibus et temptationibus suis pro solatio remedioque ad Deiparam Virginem, tanquam ad Matrem amantissimam, filiali amore ac confidentia recurrebat : et de status sui electione aliquando dubius, cum precibus et lacrymis ad hanc Matrem supplex confugisset, de divina circa se voluntate certus reddi meruit. Ecclesiam cathedralem Laquedonensem, angustissimo Mariæ Nomi consacratam, dum ejus esset episcopus, multis impensis, non sine miraculorum signis reparavit et ornavit. Erga cultum et obsequium sanctissimæ Dei Genitricis eximiam teneritatem ac propensionem animi semper ostendit : atque in tanta Domina laudanda celebrandaque totum fere vitæ suæ tempus impendit. Inter alia Marianæ pietatis exercitia, sæpe Coronam B. Virginis percurrebat, hancque in ipsis etiam itineribus et deambulationibus adhibebat. Quando consuetis diei horis Salutationis angelicæ dabatur signum, statim, etiamsi in via luctosa esset, genuflectebat, ut debitum Dei Matri tributum laudis offerret, solitus non prius surgere, quam tria terræ oscula impressisset. Dum vel in xenodochiis, vel in privatis domibus infirmos visitaret, Coronam B. Virginis eorum capitii imponere, et secreto tunc nonnullas orationes recitare in more habuit : quo medio plures infirmos non sine miraculo interdum restituit sanitati. Ut populum suæ curæ subjectum ad sanctissimæ Deiparæ Virginis Mariæ cultum magis ac magis excitaret, singulis totius anni Sabbatis (quibus etiam diebus ad honorem B. Virginis pane tantum et aqua jejunabat) in ecclesiam cathedralem circa Vesperam descendebat, ut ibi cum canonicis et clericis Litanias Lauretanæ, nec non Antiphonam *Salve Regina*, ad sonum organi recitaret. Omnes quibuscum sermonem miscebat, ad devotionem B. Virginis, et ad Coronæ et Rosarii Mariani recitationem brevibus quidem sed efficacibus verbis hortabatur : rudesque ac idiotas, si hos interdum in itinere offendisset, Salutationem angelicam, si nescirent, libenter edociebat. Cœlum petit anno Domini 1608, aetatis 47, mense Augusto, et post mortem D. Josuello de Polla, Laquedonensis ecclesiae canonico, olim amicissimo suo, simul cum B. Virgine apparuit. Fuit Jacobus 1ste germanus frater reverendissimi Patris Vincentii Candidi, ordinis Prædicatorum, et S. P. apostolici magistri, viri doctrina et pietate eximii, et morum candore, virtuteque puritate præcellentis-

simi, qui non sine sanetatis opinione Romæ mercatilitatis cursum feliciter clausit, anno Domini 1654.

§ VI. — *De Jacobo, antistite Lausannensi.*

Jacobus de Lausanna, ordinis Prædicatorum, natione Gallus, ob eximia virtutum merita ad Lausannensis ecclesiae cathedralm sublimatus, Deiparam Virginem observantia plane singulari colens, inter alia Catholicæ pietatis obsequia, quibus summ erga eam studium declaravit, scripsit *Sermones in præcipuis ejusdem Festivitatibus*. Claruit anno gratiae 1517.

§ VII. — *De Jacobo, antistite Mechliniensi.*

Jacobus Boonen, archiepiscopus Mechliniensis, vir in B. Virginem observantissimus, inter alia pietatis suæ erga illam documenta, non tantum Belgis, sed fortasse quibusunque etiam extra Hispaniam Europæis Ecclesiae principibus præluxit faciem, ut confidenter luce sua Mariæ Virginis illustrarent mancipatum. Primus enim et ante omnes, hoc est, antequam Bruxellis constitueretur sodalitas, mancipii Mariani titulum rationemque sese Virginis nuncupandi examinare voluit, dato eo, quod sequitur, diplomate.

« Jacobus, Dei et apostolicæ Sedis gratia, archiepiscopus Mechliniensis, universis ac singulis præsentes litteras visuris, salutem in Domino. Notum facimus anno Domini 1626, die 12 mensis Augusti in conventu PP. eremitarum ordinis S. Augustini civitatis Bruxellensis diœcesis nostra Mechliniensis, auctoritate nostra ordinaria, reverendissimum in Christo Patrem Bartholomæum de los Rios, præfati ordinis sacrae theologie magistrum, prædicatorem serenissimæ principis Isabellæ Hispaniarum infantis, etc., instituisse sodalitatem Christifidelium utriusque sexus, sub invocatione sacraissimi Nominis Mariæ, et titulo atque nomine mancipiorum ejusdem sacratissimi Nominis. Quæ quidem sodalitas in hac diœcesi nostra prima fuit hujus nominis et tituli, nec nobis innotuit etiam alibi in Belgio aliam ullam ante hanc istius tituli, et specifici nominis erectam fuisse, adeo quod inde abundantiores gratias et indulgentias a liberali dispensatione thesauri Ecclesiae sanctissimo Domino nostro commissa exspectare posse videatur. In eius rei fidem præsentibus subscrispsimus, easdemque sigilli nostri minoris subimpressione muniri curavimus. Bruxellæ 14 Decembr. 1650. — Jacobus archiepiscopus Mechliniensis. »

Idem in oppido Thenensi in templo Patrum eremitarum ordinis S. Augustini sodalitatem mancipiorum Virginis Deiparæ, ejusdemque dulcissimi Nominis Mariæ, sub titulo *Ave Maria* erexit, ejusdemque sodalitatis patrocinium libenter suscipiens, ut plures animarentur ad se Deiparæ Virginis obsequio mancipandos, dictæ sodalitatis confratribus, præscripta quedam pietatis exercitia obeuntibus, indulgentiarum dona liberaliter concessit. Omnes etiam curam animarum in sua diœcesi habentes ad-

hortatus est, ut suos subditos ac pœnitentes ad natis occasionibus sedulo docerent modum sese Virginis Deiparæ in mancipium consecrandi, cæteraque inculcarent pietatis exercitia, quæ in mancipiorum B. Virginis libello continentur : quatenus omnes intelligerent, Dei ac Virginis Deiparæ gloriam animarumque salutem hoc pacto non mediocriter promovendam, ut patet ex Bulla, data Bruxellæ anno 1637, die 14 Februarii, quam habes apud Bartholomæum de los Rios in *Phœnix Thenensi Redivivo* a pag. 202 et deinceps.

Sed et anno 1638, de sodalitate mancipiorum beatissimæ Virginis Mariæ bene mereri pergens, ejusdem sodalitatis non solum sautorem, sed propagatorem se gessit, dum singulari pietate aliam mancipiorum congregationem instituit in templo, dicto Beata Maria ad Sabulonem.

Anno etiam 1627, die 2 Maii, Mechliniæ sodalitatem Rosarii beatæ Virginis Mariæ magno cum populi applausu et fructu erexit : et die 20 Septemb. 1626 pariter solemniter instituerat sodalitatem B. M. Virginis Dolorosæ in templo B. Mariæ ultra Diliam Fluvium. Qua de re Augustinus Wichmans, libro II *Brabant. Marianæ*, cap. 64, sic ait : « Non minus celebris, præter eam, quæ Bruxellis in D. Gaugerici parochiali ecclesia miraculis etiam insignis est, fuit olim estque hodie confraternitas Virginis Dolorosæ in Urbe Mechlinensi, quæ anno nupero 1616, die 20 Septemb. ab illustrissimo archipræsule Jacobo Boonen felicissime renovata fuit, successu devotionis tam secundo, ut intra illum eundem annum ad decem usque millia eidem fuerint ascripta, numerenturque, hoc anno 1629, ultra decem et quatuor millia, prout tabulæ confraternitatis fideliter testantur. Tanta autem ibidem circa prædictæ Deiparæ dolorosa mysteria populi devotio est, ut ex libello ea de re edito, et ex litteris viri magni ad me datis intelligam, etiam hiemali aura et noctibus frigidissimis innumeros Virginis clientes non solum discalecatos sacras stationes ibidem obire, verum etiam natus flexisque poplitibus adgeniculantes easdem circumrepere, viciniam totam genebundis lacrymis et suspiriis adimpentes. O imitemur pium hoc studium ! etc. » Hæc Augustinus supracitatus. Hic idem Jacobus Affligemiense B. Virginis Mariæ templum, prorsus augustum, sed a Calvinianis hæreticis exustum, egregio regioque animo, magnisque impendiis restauravit ac solemniter dedicavit. Templum etiam B. Virginis Aspricollense, miraculorum fama inclutum, et structura et ornato pereximum, præsente Isabella Hispaniarum infanta, marchione Spinola Belgii tunc prorege, totaque aula, anno 1627, mense Junio consecravit. Cætera, quæ tantus præsul præstitit in testificationem suæ erga B. Virginem clienteleæ, adhuc me fugiunt.

§ VII. — *De Jacobo, antistite Plocensi.*

Sanc'us Jacobus Nisibensis episcopus, cognomento Sapiens natione Syrus, sacrosanctæ Dei Genitricis

cultor eximus, et pietatis erga illam in nobis promovendæ studiosissimus, litterarum monumentis ad posteros transmisit *In laudem ejusdem sanctissimæ Dei Genitricis Canticum unum*, piorum omnium encomiis celebrandum, quod ex Breviario Ms. Maronitarum exscriptum, atque ex Museo pererudit viri Jo. Baptiste Mari Romani, ecclesie S. Angeli in Foro Piscium canonici, extractum, quia breve et adhuc ineditum, in Mariæ cultorum gratiam libenter subjicio :

Canticum in laudem beatissimæ Virginis, sancti Jacobi Syri, episcopi Nisibensis.

*O Virgo Genitrix Dei, quomodo referam tua encornia ?
Infirmia quippe est natura terrenorum,
Quæ omnes tuas referre valeat pulchritudines.
Etenim amabilis es et dilecta,
Pura es et saulta,
Victrix es et triumphans,
Gloriosa es et perfecta,
Et genuisti Filium unigenitum tuum
Virginitate tua salva et illæsa.
Melior est lux tua quam solis et lunæ
Et siderum que pendent in firmamento :
Quia illa occidunt et mutantur,
Lumen vero tuum nunquam occidet :
Serenior es aere,
Excelsior es caelo,
Altior es Cherubim,
Gloriosior es Seraphim,
Et Præcipitus et omnibus Potestatibus
Venerabilior es, Virgo, Filia David.
Arca tu es Noetica,
Lapis tu es Adamantinus,
Et botrus es Abrahamiticus,
Et sudarium es Salomonicum.
Civitatem filii Jesse,
Pallium Eliae
Ollam Elisæ,
Nubem Isaïæ,
Et rorem atque lanam Gedeonis
Cognominaverunt te prophetæ Spiritu saucto.
Sanctifica, Domine, sensus et cogitationes nostras,
Et animas simul ac corpora nostra,
Per preces Mariæ, quæ genuit te
Hominem, cum sis Deus ;
Et dimitte debita nostra
Delendo ea,
Et munda sordes nostras
Lavando eas,
Et in die judicij et examini
Abunde tribue nobis misericordiam tuam. Amen !*

Enituit anno Verbi humanati 330.

§ IX. — *De Jacobo, antistite Plocensi.*

Jacobus hujus nominis I, Plocensis ecclesiæ in Polonia episcopus, cum primis rudimentis doctrinæ imbutus, uteunque, tandem prima qua licuit ætate sacerdos ordinatus, parochus Albæ ecclesiæ prope Cracoviam suisset constitutus, videns se minus esse idoneum ad exercendam curam animarum, quod scientia huic rei necessaria destituere tur, vehementer accensus fuit eruditiois sibi comparandæ desiderio; sed cum paternæ opes exiguae essent, et census sacerdotii vix ad quotidianum victum sufficeret, humanis deficientibus subsidiis, ad divina confugiendum sibi putavit, quotidianis et frequentibus precibus sacrosanctam Dei Genitricem, cui peculiari devotione addictus,

instanter obsecrans, ut sibi ex votis suis annuere dignaretur. Hoc dum sedulo agit, accedit ut die quodam templum suum parochiale media die solus orationis causa ingredereetur; et ecce subito deprehendit in altari majori jacere marsupium pecunia plenaria, agnoscensque divinum et de celo sibi missum subsidium, accepto sacculo, Deo imprimis et ejus sacrosanctæ Matri gratias agit, ac juri parochiæ renuntians, itineri sese accingit, in celeberrima Academia Bononiensi studiis operam nataturus. Et cum hic in virum doctissimum evasisset, ad episcopatum tandem Plocensem promotus est: patriamque, quam quasi mundo ignotus reliquerat, primaria dignitate ornatus revisit. Porro beneficio accepto non ingratus, Marianæ Plocensis ecclesiæ thesauro intulit justæ statuaræ imagines Jesu Christi Domini nostri et Salvatoris, et duodecim ejus apostolorum ex auro puro factas: item imagines septuaginta duorum discipulorum ex puro quoque argento fabrefactas suo sumptu comparatas prædictæ ecclesiæ donavit, eamdemque alia quoque ecclesiastica aurea et argentea supellectile munifice auxit et locupletavit. Obdormivit in Domino, anno salutis 1425, die 27 Maii.

§ X. — *De Jacobo, antistite Emoniensi.*

Jacobus Philippus Thomassinus, Italus, Patavinus, episcopus Emoniensis, sive Novæ Civitatis in Istria, vir doctrina præcipuus, atque eruditio nis absolutæ, quem alias, licet non pro meritis, in Bibliotheca Mariana dilaudavi, Deiparae Virginis cliens amantissimus, inter alia Marianæ pietatis specimina posteris relicta, scripsit *De diva Virginine Montis Ortoni Historiam*: et *Diva Virginis Turriculae, et Avantii Descriptionem*. Caetera noui desunt, sed ad mee hactenus cognitionis notitia non venerunt. Vivebat anno salutis 1647.

§ XI. — *De Ignatio, antistite Antiocheno.*

Sanctus Ignatius, episcopus Antiochenus, quam beatissimæ Virgini Dei Matri deditus esset cliens, quamque eam intimis ferret præcordiis, haud obscure declaravit binis illis quas ad Joannem evangeliam conscripsisse dicitur Epistolis. Harum enim in prima inquit: « Sunt et hic multæ de mulieribus nostris Mariam Jesu Matrem videre cipientes, et quotidie a nobis ad vos discurrere volentes, ut eam contingent, et ubera ejus tractent, quæ Dominum Jesum aluerunt, et quædam ejus secreta percontentur ipsam Marianam Jesu. Et quidam notificavere eandem Matrem Dei omnium gratiarum esse abundantem, et omnium virtutum, more Virginis virtutis et gratiae, secundam, quæ (ut dicunt) in persecutionibus et afflictionibus est hilaris, in penuriis et indigentiis non querula, injuriantibus grata, et modesta in re lata: miseris et afflictis condolet coafflita, et subvenire non pigrexit. Contra vitiorum autem pestiferos conflictus in pugna fidei disceptans enitescit. Nostræ novæ religionis et pœnitentiae est magistra, et apud fideles omnium operum pietatis Ministra. Humilibus qui-

dem est devota, et devotis devotius humiliatur, et mirum ab omnibus magnificatur, cum a scribis et pharisæis ei detrahatur: propterea multi multa referunt de eadem, tamen omnibus per omnia non audemus fidem concedere, nec tibi referre. Sed sicut nobis a fide dignis narratur, in Maria Maire Jesu humanae naturæ natura sanctitatis angelicæ sociatur. Et hæc talia excitaverunt viscera nostra, et cogunt valde desiderare aspectum hujus (si fas sit fari) cœlestis prodigii et sacratissimi spectaculi. Tu autem diligenti modo disponas super desiderio nostro, et valeas. »

In altera vero ait: « Mihi si licitum est a te, ad Hierosolymæ partes volo ascendere, et videre fideles sanctos, qui ibi sunt, præcipue Mariam Jesu, quam dicunt universis admirandam, et cunctis desiderabilem: quem enim non delectet videre eam et alloqui, quæ verum Deum de se peperit, si nostræ sit fidei et religionis amicus? quid moror? cur detineor? Bone præceptor, properare me jubeas et valeas. » Sic ille.

Ad beatissimam quoque Virginem Dei Matrem plures Ignatius epistolas scripsit, et ab eadem plures meruit obtinere invicem. Harum epistolarum meminit Dexter in Chronicô ad annum Domini 115 illis verbis: « Epistolæ S. Ignatii ad B. Virginem celebres habentur. » Et ad annum 450 dum ait: « Epistole B. Virginis ad S. Ignatium, et ejusdem ad sanctissimam Virginem manibus fidelium nunc teruntur. » Meminit etiam D. Bernardus, serm. 7, in *Psal. xc*, dicens: « Magnus ille Ignatius, discipuli quem diligebat Jesus, auditor, martyr noster, cuius pretiosis reliquiis nostra ditata est paupertas, Mariam in pluribus, quas ad eam scripsit epistolis, Christiferam consulat. Egregius plane titulus dignitatis, commendatio honoris immensi! » Ilæ tamen epistolæ, quæ Dextri ævo fideliū manibus terebantur, non sine magno econsumēdē fidelium detimento perierunt, una deumpta Ignatii ad Deiparam, et alia Virginis ad Ignatium, quas subjicere libet:

« *Christiferæ Mariæ, suus Ignatius.* — Me neophyllum Joannis tui discipulum confortare et consolari debneras; de Jesu autem tuo percepī innumeræ dicti, et stupefactus sum ex auditu. A te autem, quæ semper ei fuisti familiaris, conjuncta, et secretorum ejus conscientia, desidero animo fieri certior de auditis. Scripsi tibi alias, et rogavi de eisdem. Valeas, et neophyti, qui mecum sunt, exte, et per te, et in te confortentur. Amen. »

« *Ignatio dilecto discipulo, humiliis ancilla Jesu Christi.* — De Jesu, quæ a Joanne audisti et didicisti, vera sunt, illa credas, et illi adhæreas, et Christianitatis votum firmiter teneas, et mores, et vitam voto conformes. Veniam autem una cum Joanne te et qui tecum sunt, visura. Sta, et in fide viriliter age, nec te commoveat persecutionis austritas, sed valeat, et exultet spiritus tuus in Deo salutari tuo. Amen. »

Scio apud multos suspectam haberi fidem ejusmodi epistolarum, eo præsertim, quod Hieronymus in libro *De Scriptoribus ecclesiasticis* agens de Ignatio inter cæteras ejus epistolas harum non meminit. « Fertur (inquit Baron. tom. I *Annal.* ad ann. Christi 48,) ejusdem Dei Genitricis epistola ad Ignatium redditâ, ejusdem Ignatii una ad ipsam scripta, duæ vero ad Joannem evangelistam de eadem ipsa loquentes, sed Hieronymus, et alii antiquiores, qui ejusdem Ignatii recensuerunt epistolas, eas non neverunt. » Sed argumentum negativum obesse non potest (inquit Bivarius) cum positiva testimonia nobilium auctorum adsunt. Ergone opera Dionysii Areopagitæ apposititia sunt, quia Hieronymus eorum non meminit? Absit! Quod si Hieronymus siluit, Dexter ejus coævus locutus est: locutus est Bernardus, qui apocryphis fidem dedisse nunquam comperitur. Suscipiunt gravissimi viri, Dionysius Carthusianus in *Commentariis Dionysii De divinis Nominibus*; Petr. Canisius lib. v, *De Deipara*, cap. 1; Laurent. Masella, lib. vi, *De B. Virgine*, c. 18; Franc. Arias, Æneas Sylvius, Sextus Senensis, Joannes Carthagena et innumeris alii.

In hujus sancti martyris, ac singularis Deiparæ Virginis Amatoris Vita legitur, quod inter omnia sibi tempore passionis suæ illata tormenta, nunquam ab invocatione nominis Jesu Christi cessabat. Quem cum tortores requirent, cur hoc nomen toties replicaret, respondit: Hoc nomen cordi meo insculptum habeo, et ideo ab ejus invocatione cessare non valeo. Postquam a leonibus suffocatus est, non tamen dilaceratus, tortores volentes curiosius, quæ sanctus dixerat, experiri, cor ejus a corpore ipsius evellunt, et illud scidentes per medium, totum cor ejus inscriptum hoc nomine Jesu aureis litteris inveniunt. Unde ex hoc miraculo plurimi crediderunt. Singulari autem beatissime Virginis beneficio S. Ignatium augustinissimum Jesu nomen cordi suo insculptum habuisse referunt aliqui, dum scribunt S. Ignatium cum apostolis, discipulis, aliisque permultis B. Virginis ex hac vita decessui adfuisse, eamque brevi eloquio laudasse, eidemque cœtum discipulorum, totumque humanum commendasse genus: Deiparam vero jamjam migraturam sic Ignatium suum salutasse: « Vale, o Ignati ferventissime, et mei Jesu nomen in corde tuo insculptum perseveret: et subito ad verba ista sculptum fuit, et in omnibus amor, et fervor ardentissimus remansit. » Tanti beneficij memor Ignatius in epistolis quas ad Trallianos, Magnesianos, Tarsenses, Philippenses, Ephesianos et Heronem scripsit, Benefactricis suæ cum laude meminit, appellans eam, Virginem ex qua revera natus est Deus Verbum, vestitus corpore obnoxio iisdem passionibus nobiscum: Virginem ex cuius sanguinibus corpus sibi fabricavit Deus nulla viri consuetudine intercedente: Virginem, ex qua Christus, qui ante sæcula natus est ex Patre, natus est sine viri commercio: Virginem, ex qua sola insolens

admirandusque partus ille Domini confectus est, non quod detestanda sit legitima commissio, sed quod ejusmodi partus decebat Deum: decebat namque Creatorem non consueto, sed peregrino et admirando uti partu, utpote omnium artificem. Eamdem, ut resert Carthagena, homil. 17, in *Magnificat*, § 4, et Fernandez in cap. xii *Geneseos*, sect. 1, appellat alibi animatum Dei templum, Anchoram Portumque tutissimum, et in bello versantibus munitissimum Propugnaculum. Huic a Petro de Morales lib. iii, tract. 9, in cap. 1 *Matthæi*, illud ascribitur dictum: « Impossibile est aliquem salvari peccatorem nisi per tuum, o Virgo, auxilium et favorem: quia quos non salvat Dei justitia, salvat sua intercessione Mariæ misericordia infinita. »

Martyrio coronatus est vir sanctissimus, et Matri Dei Mariæ acceptissimus, anno undecimo Trajani, teste S. Hieronymo in libr. *De script. ecclesiasticis*.

§ XII. — *De Ildephonso, antistite Toletano.*

Sanctus Ildephonsus (aliis Alphonsus, seu Hildephonsus), archiepiscopus Toletanus, Deiparæ Virginis in omni vita ferventissimus amator fuit, ejusque honoris, et gloriae singularis vindex et patronus. Hujus Matri (quæ dies continuos ac noctes orationibus ad divam Mariam Virginem Dei Genitricem semper impendebat, orabatque, ut sibi tandem proles nasceretur) quiescenti Maria Virgo visibiliter apparuit, dixitque: Lucia (hoc enim nomine appellabatur) tibi filium prænuntio nasciturum, qui magnam Hispanis omnibus lucem affret: quæ cum hæc dixisset summo splendore resplendens ab illius oculis evanuit. Concepit itaque deinde Lucia sanctissima mulier et filium perperit Ildephonsum, quem et Deiparæ Virginis læta obtulit, eidemque perpetuum sacellanum consecravit.

Hic igitur a Virgine impetratus, a Virgine promissus, a Virgine annuntiatus, totum quod erat Virginis se debere non ignorans, obsequentissimum se illi gratissimumque se præbuit, totumque illius servitio mancipavit atque devovit; a quo ne temporalium sollicitudine aliqua præpediretur, monasterio se inclusit, ubi nocte dieque perpetuis Virginis laudibus desudaret.

Tam accrimum defensorem honoris S. Dei Genitricis se præbuit ut propter hanc causam vulgo de eo adhuc abbate Agaliensi, versum fuerit in proverbium: *Ensis in offensis erat abbas Agaliensis*. Sensus autem proverbii est: In offensis S. Deiparæ Ildephonsus abbas Agaliensis erat ensis acutus, universos ejus offensores confodiens et dissecans, utpote cujus ensis sermo Dei erat de quo apostolus ad Hebr. iv, 12 ait: *Vivis est sermo Dei, et efficax, et penetrabilior omni gladio ancipi, et pertingens usque ad divisionem anime ac spiritus, compagum quoque ac medullarum*.

Ex devotione, quæ erga beatissimam Virginem in ejus corde flagrabat, librum composuit *De per-*

petua et illibata virginitate S. Mariæ, in quo tres errores antiquos contra totidem virginitatis Marianæ articulos in unum collectos exagitavit, et illorum primos auctores gladio divini Verbi confudit ac devicit. Triformis siquidem in Dei Genitrice virginitas a Catholica Ecclesia prædicatur, seu, triplex articulus virginitatis, nimurum, ante partum, in partu et post partum: Primum semper impugnaverunt Judæi, qui dicunt Christum ex Joseph semine esse natum, et putabatur (ait Lucas cap. iii) Filius Joseph. Secundum everttere conatus fuit Jovinianus, affirmans Virginem Deiparam, non aliter atque mulieres cæteras, filium suum peperisse, sigillo nimurum Virginei corporis cum doloribus, vexationibus ac dirruptionibus viscerum fracto ac deperdito. In tertium insurrexit Helvidius, docens post Dominicum in virginitatem partum Deiparam ex conjuge novos suscepisse liberos, seu filios quos videlicet Evangelium fratres Domini vocat. Ilos tres errores libro specialiter edito nullus haec tenus simul in honorem Virginis impugnaverat quod tamen dignum Ildefonso onus visum est, ut ad illius laudem susciperetur ab ipso. Quare in primo illius capite circa medium contra Jovinianum agens ait: « Audi tu, percipe tu, Joviniane: nolo pudorem nostræ Virginis corruptum partu causeris, nolo virginitatem per exitum nascientis scindas, etc. » Negabat etenim Virginem perseverasse in partu. Rursus sequenti cap. ii, in Helvidium invehitur, qui negabat virginitatem perpetuam post partum: « Audi ergo tu, Helvidi, (ait), quare Virginis nostræ principia corruptionis sine coartas? quam ob rem initia pudoris exitu auctæ procreationis infamas? quid proloqui audes, mussitare contendis, susurrare proponis, garris presumis, ut virginalis uteri illa habitatio Dei, post generationem Dei, post nativitatem Domini de carneo viro periturae carnis soboles germinaret, etc. » Denum a cap. iii usque ad xi inclusive, Hebræos insequitur, qui virginitatem in conceptione ante partum negant, incipiens his: « Quid dicens, o Judæe? dico, quare non credis in genere tuo pueroram Virginem? quare non credis sine viro Virginem concepisse? etc. » In hos præcipue invehitur in hoc libro, utpote, qui novem integra illius capita in eorum depugnatione consumit. Duodecimum et ultimum perorationem ad Deum et ejus Genitricem continet.

Alii putant Ildephonsi tempore suis in Hispania hæreticos nonnullos Deiparæ virginitatem negantes, hosque prefato libro, neconon publicis disputationibus ab Ildephonso oppugnatos, debellatos atque Hispania depulitos.

« Cum Helvidius (inquit Rodericus lib. ii, cap. 22) et Pelagius a Galliis venientes, plerasque partes Hispaniæ infecissent, virginitatem B. Virginis infamantes, B. Ildephonson illis occurrens, sacrarum Scripturarum testimoniis, et lingua melliflua, et gratia in labiis suis diffusa eorum dogma confutavit,

et ab Hispaniis confusos abegit. » Et Joannes Magnus lib. xvi *Hist. Gothorum*, c. 21, « Tempore, ait, Recinsudi regis duæ hæreses Pelagiana et Helvidiana ex Galliis in Hispanias irrepentes maximum Hispaniarum partem corruerunt, et a recta fide abduxerunt: quarum assertoribus Ildephonson sese tam viriliter opposuit, ut publica disputatione, petitis ex sacra Scriptura evidentissimis argumentis, convinceret eos esse intolerabiles Christianæ fidei inimicos, atque ob eam persfidiam ipsos quantocius extra Hispanias ejici mandavit. Deinde nunquam a prædicatione divini Verbi cessavit, donec, confutatis hæresibus, totam patriam Christo restituisset, omnibusque persuasisset sanctam Dei Genitricem Mariam, contra eorum impias assertiones, Virginem esse perpetuam et inviolatam. » Sic ille.

Sed minime prætereundus B. Thomas a Villanova, archiepiscopus Valentinus, in concione secunda de divo Ildephonso in hunc modum scribens: « Disponente Deo, Ildephonson, quia id magis ad honorem Virginis pertineret, Toletanæ sedis, archiepiscopus est ordinatus, in quo dignitatis fastigio, data occasione, hæretici cujusdam erroris in perpetuam Mariæ virginitatem oblatrantis, quo erga Virginem zelo serveret, magnifice demonstravit: namque incredibili diligentia scribendo, docendo, declamando blasphemantia ora contundens, convocato concilio, edito libro, instituto festo pestiferum illum errorem ab Hispaniæ finibus eliminavit. Sed non utique sine præmio: nam priuno quidem publice coram omnibus, astante rege, Virgo Leocadia a tumulo suo progredivs mirum omnibus præbuit spectaculum, taleque reddidit Ildephonso encomium: Ildephonse, per te vivit Domina mea: quid præclarus? quid illustrius? Deinde per se ipsa Virgo nocte festi, quod in laudem perpetuae ipsius virginitatis idem sanctus instituerat, aut monstraret quantum sibi illud obsequium placuisse, publice in loco prædicacionis apparens, ubi ejus laudes Ildephonson solitus erat populo declamare, decora ipsum propria manu induit ueste sacerdotali, qua in sacris uteretur sacrificiis, et in suum eum sacerdotem assumpit. O Pontifex gloriose, quanto honore sublimatus, et quam abunde remuneratus es pro labore! si quid egisti pro Virgine, certe multo amplius ab ea suscepisti. O Virgo sacra, quomodo diligis amantes te? quo modo honorificas honorantes te! » Sic Villanova.

Sed de hoc extremo Deiparæ Virginis in Ildephonsum favore, copiosius Julianus Pomerius in Vita sancti Ildephonsi apud Surium: « Superveniente (inquit) die sanctæ et semper Virginis Mariæ, ante tres dies Litanias peregit, et Missam, que in ejus laudem caneretur, composuit. At ubi ventum est ad ejus sanctam solemnitatem, que est Assumptio, tam regem quam populum ad hanc gratiam sollicitabat. Nam servus Dei Ildephonson, majori adhuc munere fretus, dum Dominæ suæ, Deo præsule, serviens, ovans ejus solemnitatem susci-

peret, et in laudem ipsius Dei Genitricis summo cordis affectu harmonica modulatione composita carmina aptaret, et libellum virginitatis more synonymo testimonii Veteris ac Novi Testamenti plenum compte edidisset, et digna facundia, ac magnificentia jam præfatae Dominæ festum exornasset: dumque ante Horas matutinas solito more ad obsequia Deo peragenda consurgeret, ut vigilias suo Domino consecraret, diacono, vel subdiacono, atque clero ante eum cum faulis præcedentibus subito ostium aperientes, et Ecclesiam intuentes splendore cœlesti nicanter, deficientes ad lumen, quod ferre non valuerunt, aufugientesque cum tremore, faulas quas manibus tenebant, reliquerunt, et vestigia, per quæ venerant, repetentes, prope mortui reversi sunt ad sodales. Sollicite vero omnis congregatio requirebat quid de Dei servo ageretur, cum angelicis choris, quos tam subito expaverant custodes, ut terga ad ostium dantes ita aufugerent? At ille bene sibi conscius ante altare beatæ semper Virginis procedens, reperit in cathedra ipsam Dominam sedentem, ubi erat solitus sedere, et populum salutare, et elevatis oculis, vidit in circuitu ejus omnem absidem repletam Virginum choris, quæ de Canticis David modulata suavitate aliquid cantabant. Aspiciensque in eam ipse sibi bene conscious et Deo charissimus, talem nostræ Dominae ad se loquentis vocem audivit: Propera in occursum, serve Dei rectissime, et accipe de manu mea munusculum quod tibi de thesauro Filii mei attuli; sic enim tibi opus est, ut benedictione tegminis, quæ tibi data est, in meo tantum die utaris. Et quia oculos fidei fixos in meo semper servitio tenens mansisti, et laudem meam diffusa in labiis tuis gratia dulciter in cordibus fidelium depinxisti, et vestimentis Ecclesiae jam in hac vita ornatus eris, et in futuro in promptuariis meis cum aliis servis Filii mei lætaberis. Et his dictis, una cum virginibus, et luce qua venerat, ab oculis ejus remeavit. Remansit vero Dei servus tantum securus de addipicenda gloria, quantum præscius de promissa sibi victoriae palma. Vestis quoque, quam detulerat Dei Mater, servatur in Toletana ecclesia, miraque est subtilitas mirique candoris. Cathedram autem episcopalem, in qua dignata est residere Dei Mater, nullus postea sedere præsumpsit episcopus, nisi Dominus Sigibertus, qui statim sedem ipsam perdens exilio relegatus est. »

In sigillo almæ ecclesiae Toletanae visitur sacerdotiæ Virgo tribus angelis circumdata, considentis habitu vestem sacram capiti ipsius S. Ildephonsi ante eam genuflexi imponens, cum hujusmodi allocutione: « Qnoniam mente pura et fide firma, in meis laudibus permansi, accipe vestem de thesauris Filii mei, qua in hac vita orneris. »

Refert Trithemius abbas in libro *De Scriptoribus ecclesiasticis*, quod « cum beatissimus iste presul Ildephonsus librum *De Virginitate purissimæ Dei Genitricis Mariae* ad finem usque complesset, cui

omni studio, quo poterat, semper devotissime servire solebat, apparuit ei Domina mundi sacratissima ipsum librum habens in manibus, et gratias ei agens pro tali servitio, quod sibi gratissimum esse affirmabat. Ille vero, cupiens eam altius honore, constituit, ut celebraretur solemnitas ejus singulis annis octava die ante Natalem Domini, quæ solemnitas jam obtinuit, ut per universam fidelium Ecclesiam in honorem purissimæ Conceptionis ejus celebretur vi Idus Decembris. Unde rursum ei beata Dei Genitrix apparens, vestimentum sacerdotale, quod nos albam vocamus, et cathedram illi attulit, de quibus multa miranda et gloriosa narrantur. » Sie ille.

Porro Ildephonsus beatæ Deiparæ præstantiæ puritatisque summus professor et Assessor fuit, Conceptionemque ejus sine macula constanter credidit et palam defendit. Licet enim diversimode de S. Ildephonsi mente judicatum sit, nihil tamen uspici contra illibatam Conceptionem scripsisse certum est: imo perspicue puræ Conceptioni subscriptissimæ in libro contra eos qui disputant de perpetua virginitate S. Mariæ et de ejus parturitione, ut probat Bivarius in suis *Sanctis Patribus vindicatis*, ubi Ildephonsum vindicat a sententia, quæ illi in controversia de Immaculata Conceptione B. Virginis imputari solet.

Huic, si Pelbarto credimus, B. Virgo saepius apparebat; commisitque eidem, ut annuatim celebraret festum Conceptionis sue. Unde ille tractatum composuit, in quo probat ipsam sine originali conceptam: qui tractatus, sive liber ab ipso editus, tantum Virgini complacuit, quod illi librum ipsum manutententi apparuit, et pro tali operc gratias egit. Composuit etiam novem Lectiones in quolibet Sabbato ad honorem B. Virginis pro officio dicendas: Tractatum item insignem *De perpetua Virginitate et Parturitione ejusdem sanctissimæ Deiparæ*, neenon Sermones duodecim de eadem. Vnde nostram Biblioth. Marianam, part. I.

Inter omnes quas Hispanie regio sanctissimæ Virginis Matrique imagines prodigiosas jactat, dignitate primaque origine eminet, quæ sibi imperii Hispanici sedem, Carpetanorum scilicet Mantuum, seu Madritum delegit, ut inde toti imperio præsidium afferat, Antiochena Theotocos corrupto vulgo de Athoca. Ejus ex nomine locique ubi colitur situ cum laude et gloria meminit S. Ildephonsus: et enim in ejus Ecclesiae vetustis scriptis unum videtur est ejusdem præsul, quo de Virgine de Athoca loquitur, dicitque se ad illius honorem et cultum aliquot cere pondo mittere. Scripsit quoque idem B. vir Cæsaraugustano euidam canonico hujus sacerdissimæ iconis præconia, eique, ut ad illam ex religione peregrinaretur, consuluit.

Asserebat pro B. Mariae excellentia contra haereticam pravitatem dimicare ac vincere, opus esse Spiritus sancti auxilio, ac virtute Altissimi, qui ei obumbravit, ut sine coitu viri et sine ulla corrump-

ptione Deum et hominem pareret, Virgoque semper maneret.

Mariam appellabat Dominam suam, Dominatricem suam, dominantem sibi, rogabatque ut haberet Spiritum Filii ejus, ut de ea vera et digna saperet, vera et digna loqueretur, vera et digna diceret : « Prædicem te, inquietabat, donec prædicanda es, diligam te donec diligenda es, laudem te donec laudabilis es, serviam tibi donec servendum est gloriae tuæ. Procids coram te, sola Opus Incarnationis Dei mei, humilior coram te sola inventa Mater Domini mei. Rogo te, sola inventa ancilla Filii tui, ut obtineas deleri facta peccati mei, ut jubeas mundari me ab iniquitate operis mei, ut facias me diligere gloriam virtutis tuæ, ut reveles mihi multitudinem dulcedinis Filii tui, ut des mihi loqui, et defendere fidei sinceritatem Filii tui, concedas etiam mihi adhaerere Deo, et tibi : servire filio tuo, et tibi : illi sicut meo factori, tibi sicut Genitrici factoris mei : illi sicut Domino virtutum, tibi sicut ancillæ Domini omnium : illi sicut Deo, tibi sicut Matri Dei : illi sicut Redemptori meo, tibi sicut operi redempcionis meæ. Ideo ego servus tuus, quia tuus filius Dominus meus. Ideo tu, Domina mea, quia tu ancilla Domini mei : ideo ego servus ancillæ Domini mei, quia tu Domina mea facta es Mater Domini tui. Ideo ego factus servus tuus, quia tu facta es Mater factoris mei. Oro te, oro te, sancta Virgo, ut de illo Spiritu habeam Jesum, de quo tu genuisti Jesum. O salutis ac vitae meæ simul et gloriae præmium grandi opulentia magnum ! o libertatis meæ nobilissimum titulum ! o ingenuitatis meæ præclara conditio ! o nobilitatis meæ astipulatio insolubiliter gloriosa, et gloriae æternitate confecta ! Ut ego male deceptus ad reparationem meam fieri concupiscam servus Matris Domini mei : ut ego olim in primoplasto angelica communione sejunctus ancillæ et Matris Factoris mei merear confici servus. Hoc mihi præsta, Jesu Deus, Filius hominis ; hoc mihi tribue, Domine rerum, et Fili ancillæ, ut hoc credam de partu Virginis, quod de Incarnatione tua impletat fidem meam : hoc loquar de materna virginitate quod os meum impletat laude : hoc diligam de Matre tua, quod tu in me compleas de dilectione tua. Ita serviam Matri tuæ, ut ex hoc ipse me probes serviisse tibi : ita hæc dominetur mihi, ut ex hoc noverint placuisse tibi : ita dominium ejus me teneat in sæculum, ut tu sis meus Dominus in æternum ! Quam prompte servus hujus Dominae effici concupisco, quam fideliter servitutis hujus jugo delector, quam plene famulari hujus imperiis opto, quam ardenter ab illius dominio dissociari non quero, quam avide ab ipsis famulatu nunquam abstracti cupio : tam vere illi serviendi facultatem inveniam, tam vere illi serviens gratiam illius merear, tam vere in servitutem ejus sine intermissione detinear, tam vere serviens gratiam merear, tam vere nusquam ab æternitatis ipsius jucundi-

tate disjungar ; ut comprober servire Deo, dominium Matris ejus super me in testimonium quero : ut sim devotus servus filii generati, servitatem fideliter appeto Genitricis : sic namque refertur ad Dominum, quod servit ancillæ ; sic redundat ad Filium quod impenditur Matri ; sic alternatur in nutritio, quod adhibetur in nutrice : sic transit honor in Regem, qui refertur in famulatum Reginæ. »

Sed quo studio Deiparam Ildephonsus prosequetur, præter jam dicta, satis superque declarant ejus de eadem opuscula conscripta, ad quæ lectorem amando : in illis Dei Genitricem sæpissime nominat, præclaris titulis decorat, ardentissimis votis precatur, et merita ejus nobis prodesse persuasum habet contra nostri temporis haereticos.

« Quis ita Virgini gratus, ita familiaris, et acceptus fuit, ut Ildephonsus, inquit D. Thomas a Villanova ? Perlege sanctorum historias, et post illum evangelistam Domini Joannem, nullum invenies in hoc Ildephonso parem. Si quid de aliquo sanctorum simile audistis, dicite : ego, fateor, non audivi : nam etsi beata Dei Genitrix apparuisse alii dicunt, sed non ita. Existimo igitur et Paulo apostolo Filium, et Ildephonso Matrem speciale hoc privilegium contulisse, ut vere et visibiliter perse apparere ante horam mortis dignarentur. Quod si illum, dum viveret, tali decoravit stola, quali existimas animam ejus exutam corpore induisse in illa cœlesti gloria, quam possidet ? »

Obiit anno Domini 667, x Kalend. Februarii. Non defuerunt ei promissa a Regina cœli beata gaudia; quinimo, ea suffragante, felix ejus anima ad cœli perlata est palatia, ubi Filium Virginis contuetur in sua gloria.

Ejus festivitas solemniori cultu celebratur in Hispania die 23 Januarii ex canone 11 concilii in Hispania ad Pennam fidelem sub Algidio episcopo Toletano habitu, his verbis expresso : « Quia Mater Dei, et Salvatoris nostri Jesu Christi gloriosa et semper Virgo Maria, capellanum, ac suæ virginitatis specialem præconem B. Ildephonsum, patriarchalis ecclesiæ Toletanæ præsulem ac rectorem, post sui Assumptionem descendens de cœlo empireo corporaliter visitavit, ac donis et muniberis spiritualiter decoravit, in signum spiritualis dilectionis et amoris : et quos Mater Dei diligit et honorat, nos teneamus diligere, et etiam honorare : statuimus et ordinamus, ut per totam Toletanam provinciam ejus festivitas præcipue, seu duplici Officio solemniter celebretur. » Hæc Patres in dicto concilio anno 1302 celebrato.

Porro in officio proprio S. Ildephonsi hæc habetur Oratio : Deus, qui B. Ildephonsum pontificem tuum virtute ex alto indutum indumento per manus Genitricis tuæ præstito decorasti, da nobis, quæsumus, ut utriusque meritis, et interventu, stola gloriae indui mereamur.

§ XIII.—De Inguelrano, antistite Cameracensi.

Inguelranus (aliis Ingiramus) Cameracensis et

Atrebatenis antistes, pro sua erga Deiparam Virginem animi devotione atque affectu, eam basilicæ Cameracensis ejusdem Deiparæ Virginis nominis dedicatæ partem, quæ occidua plaga adversa est, adhuc jacentem relevavit. Clarebat anno Domini 960.

§ XIV. — *De Injurioso, antistite Turonensi.*

Injuriosus, Turonensis antistes, suam erga Deiparam Virginem observantiam clarescere fecit, Basilicam in ejusdem Deiparæ Virginis honorem pie saneteque construendo. Floruit sub Clotario Galliæ rege et Papæ Vigilius tempora fortunavit, anno Domini 541.

§ XV. — *De Joanne, antistite Acernensi.*

Joannes Serranus, Hispanus, Al'cazarenensis, ob præclara pietatis doctrinæque testimonia ad episcopatum Acernensem sublimatus, ut erat Deiparæ Virginis studiosissimus cultor, ejusque honoris ac puritatis omnimodæ propugnator acerrimus, litterarum monumentis consignavit *De Immaculata prorsusque pura sacrosanctæ semper virginis Mariæ Conceptione libros v.* Quos excusos Neapoli typis Aegypti Longi anno 1636, dixi in mea Bibliotheca Mariana, parte prima. Clarebat anno salutis a Christo reparate 1631.

§ XVI. — *De Joanne, antistite Æthiopiae.*

Joannes Nuñez, e Soc. Jesu patriarcha Æthiopiae, Deiparam diligebat unice, et creditur a Deo, ejus interventione, eximia accepisse dona, multaque prænovisse saluti animorum profutura. Cum de vita ratione, quam tenere deberet, dubitaret, incertusque esset num activæ vita genus, aut contemplativæ amplecteretur, certum numerum sacrificiorum Deo obtulit, ut id intelligeret. Itaque aperte Deus ipsi revelavit suæ voluntatis esse, ut Comimbricam se conferret, a Petro Fabro (uno e primis S. Ignatii sociis, viro plane insignibus a Deo donis ornato) sibi, quod sequendum foret, ostensum iri : ipsumque in eodem viso Fabrum ostendit. Id quemadmodum factum sit, sic paucis complector : videre sibi visus est per quietem sacerdotem in sacrosancta Liturgia sacrificantem, se vero ministrantem, cumque ad pacis osculum, quod de illius Ecclesiæ more sacris operanti porrigitur, ventum esset, sacerdotem ex dextro porrectum latere recusasse, innuentem sibi pacem ex lavo porrigi : illud vero ex dextro, ut mos ferebat, perseverasse, vicissimque e sinistro presbyterum ; cumque ea de re longior esset altercatio, Joannem somno solutum ferunt, et intellexisse sacerdotem sibi requirendum, qui esset ostensus, et ab eo pacem Domini (ut ille interpretabatur), sumendam. Ilæc ubi statisset, tamen ad certius explorandam Dei voluntatem, ad angelorum confugit Reginam, certo ei sacrificiorum dicato numero. Porro Mater clementissima se ei visendam præbuit cum eodem sacerdote ad latus, quem sacrificantem ille conspercerat, ac monuit iret Comimbricam, et in collegio Soc. Jesu famulum illum suum præstolaretur,

SUMMA AUREA DE B. V. MARIA. X.

ex eo cognitus quid a se Dei voluntas exigeret? Nec segnis ad Dei Matris imperium Joannes fuit. Itaque a Fabro in Societatem receptus est, neque ita longe post, Æthiopie, ob præclara virtutum merita, a Sede apostolica creatus est patriarcha.

Vita humana exiit anno 1362, die 25 Decembris.

§ XVII. — *De Joanne, antistite Antiocheno.*

Joannes, Antiochenus episcopus, in Ephesino concilio clarus, in Deiparam Virginem ardenter devotus, inter alia observantiae suæ in illam testimonia, scripsit ad Nestorium episcopum Constantinopolitanum hæreticum, qui S. Mariam Deiparam negabat, epistolam insignem, impium ipsius dogma refutantem, cui Ephesine synodi antistites universi subscrispserunt. Claruit anno a virginali patu 451.

§ XVIII. — *De Joanne, antistite Antuerpiensi.*

Joannes Miraeus, Belga, Bruxellensis, iv Antuerpiensium præsul vigilantissimus, ad votum Apostoli divinitus formatus, ad Catholicæ pietatis in beatissimam Virginem fomentum, scripto consignare et mandare prælo cœperat *Beneficia atque Miracula B. M. V. in Aspercole*, sed morte præventus ad coronidem non perduxit. Obiit felicissimus in Christo anno salutis 1611, ætatis 51, die 12 Januarii.

§ XIX. — *De Joanne, antistite Aquiscintino.*

Juanes de Meere, præsul Aquiscintinus, pietatem suam, singularemque in Deiparam affectum enitere fecit, destruendo antiquum illud sacellum B. V. Mariæ in Piscicuria juxta Aquiscinetum monasterium, ob cereum ibidem miraculis clarum, famosissimum, novunque aliud augustius et magnificientius in ejus locum exædificari curando, aeternum veluti piætatis et religionis sue in Dei Matrem monumentum. Vivebat anno salutis 1630.

§ XX. — *De Joanne, antistite Atrebateni.*

Joannes Canardus, Atrebatenis antistes, singulari quadam religione in beatissimam Dei Matrem vehementer propensus, templo B. V. Mariæ et episcopio reparando plurimum sudoris et æris insupsit, ac utinam geminas templi turres, que coelo minantes etiamnum cernuntur, ad coronidem perduxisset. Vita mortalی exiit anno 1407, die 7 Octobris.

§ XXI. — *De Joanne, antistite Bambergensi.*

Joannes Godefridus, Bambergensis et Wirtzburgensis episcopus, in Deiparam Virginem ardenter devotus, ipsius Rosarium et Officium, quantisque negotiis detineretur, etiam in itinere, præter statas sacerdotum preces, quotidie recitavit, idque adeo constanter, ut illa ipsa qua obiit nocte, canonicas preces (Matutinum et Laudes) una cum Officio, et Rosario beatissimæ Virginis recitarit. Ad divæ Virginis Dittelbaccensis ædem duobus milliaribus dissitam, supplicationes crebrius instituit nudis pedibus. Divi quoque Caroli Borromæi exemplo quotidie hora una post coenam, æris campani signo, omnem aulicam familiam convocari jussit,

ut in sacello Litanias B. V. una recitarent et examinarent conscientiam. Per omnem vitam omnibus sabbati diebus beatissimae Virginis honori cibo abstinuit. Obit anno 1622.

§ XXII. — *De Joanne, antistite Bellicensi.*

Joannes Petrus Camusius, natione Gallus, episcopus et dominus Bellicensis, sacratissimam Dei atque hominis Matrem ardentissima prosequens veneratione, inter multa, eaque præclara devotionis suæ in illam specimina, scripsit Gallie atque ad Marianæ pietatis fomentum in lucem emisit *Homilias Mariales numero xiv, De principiis festivitatibus beatissimæ Virginis Mariæ: Explicationem item Salutationis angelicæ: Collationes circa honorem B. Virginis debitum: et alia quæ meam adhuc effugient notitiam*. Clarebat anno salutis 1630.

§ XXIII. — *De Joanne, antistite Brixinensi.*

Joannes Brixinensis in Germania episcopus, S. R. I. princeps, ut singulari cordis affectu auctorissimam Dei Genitricem coluit, ita illius singulare auxilium in se gratiamque expertus est. Binis morbis, utroque mortisero, afflictabatur: æstnabat ardenti febri, discruciatabatur asperrimo calculi dolore: et in hoc altero vis omissis medicinæ, spesque medicorum defecrat, certaque mors denuntiabatur: cum erectus fiducia princeps, ad Deiparam vertit animum, donum Oettinganæ Virginis inferendum sacello pactus, si iis cruciatibus levaretur. Sensit confessim recreari ex morbi atrocitate corpus, et subinde octonum dierum lapsu calculos quadraginta octo absque sensu doloris edidit. Obstupuere medici, et una omnes alii, divinæ manus id opus esse Deiparæ conciliatum precibus confessi. Princeps capellatum suum Gasparum Hartelium Oettingam misit cum litteris, quibus decano canonicorum Oettingensium miraculi seriem exposuit: misit, et donum quo voti fidem liberavit. Donum sunt: urei gemini et discus sacrificialis ex argento fabrefacta: disci a tergo cælatum hoc epigramma.

Gloriosæ et admirabili Matri Dei Virgini Mariae lethali morbo oppressus votum vovi, et voti Virginis ope sanus factus sum.

Joannes episcopus Brixiniensis.

Lethali morbo oppressus D. Virgini Matri Mariae pervetusti sacelli veteris Oettingæ votum vovi, et continuo 48 lapilli, seu calculi, sine dolore expulsi sunt, et miraculose sanus factus sum.

§ XXIV. — *De Joanne, antistite Cabilouensi.*

Joannes Germain, Cabilouensis antistes, honori Virginis Matris (cui fuit addictissimus) propagando, in sua cathedrali ecclesia sacellum ædificavit divæ Virginis de Pietate dicatum. Sed et de *Conceptione beatissimæ Virginis Mariæ* scripsit Latino idiomate libros duos, qui Ms. exstant Cabilone in biblioteca illustrissimi ac reverendissimi DD. Jacobi Nuchezii præsulis Cabiloneusis in folio, ut ex lib. 1, *De Scriptoribus Cabilonensibus* Ludovici Jacob Carmelite dixi in Appendix secunda ad Bibliothecam Marianam. Decessit anno reparata salutis 1460,

die 11 mensis Februarii, sepultusque est in sua cathedrali ante sacellum, quod ipse divæ Virginis de Pietate ædificandum curaverat.

§ XXV. — *De Joanne, antistite Cantuariensi.*

Joannes Peccamus, Anglus, ordinis Minorum, archiepiscopus Cantuariensis, singulari post Christum, ut par erat, honore et cultu beatissimam Virginem Mariam prosequebatur, ad quem et alios sedulo provocabat: ad cujus honorem multi id temporis quadraginta dies, qui Assumptionem ejus antecedunt, jejunare solebant: quod ille jejunium Anglis accrete commendabat, neminem vero illi astrinxit. Scripsit *Psalterium meditationum B. Virgini libro uno*, ut dixi in Bibliotheca Marianæ parte prima. Vita functus est anno 1292.

§ XXVI. — *De Joanne, antistite Compostellano.*

Joannes Beltranus de Guevara, archiepiscopus Compostellanus, ut erat devotissimus Deiparæ Virginis cultor, ac ferventissimus illibatae ejus Conceptionis patronus, in ecclesia cathedrali Burgensi priam opinionem, quæ tenet B. Virginem sine originali inacula conceptam esse, solemnissime semper amplectendam jurejurando obfirmavit. Vivebat anno salutis 1618.

§ XXVII. — *De Joanne antistite Conimbricensi.*

Joannes Suarez, Lusitanus, Conimbricensis episcopus et comes Arganil, quantum beatissimam Virginem Matrem amarit et coluerit, vel ex eo solum conjicias, quod litterarum monumentis consignavit super illud Luc. 1: *Missus est angelus ad Mariam Tractatus 18; De Visitatione B. V. ad Elisabeth Tract. 4; Super Canticum B. Virgins Magnificat Tractat. 10; Super illud Luc. xi, Beatus venter qui te portavit Tract. 1*, et alia

Hic idem Joannes, pro sua erga Lauretanam Virginem religione, ejus ædis lapidem summa ope operaque habere curaverat, ut ædiculam Lauretanæ similem suo in episcopatu conderet, ac tandem interdicti Pontificiæ religione solitus a Pontif. Max. impetraverat, cardinali Carpensi Laureti patrono non invito; sed Deus ac Dei Parens haud obscuris argumentis ei denuntiarunt, ut ablatum lapidem Lauretum remitteret: quippe et innatus morbus prosperam ejus valetudinem divinitus afflixit, et piorum Deoque acceptorum hominum monitu hanc morbi causam esse perspexit. Itaque nulla interposita mora, veniam pacemque precatus a Deo ejusque sacrosancta Parente, sacrum lapidem per Franciscum Stellam Aretinum sacerdotem suum, qui illine eum abstulerat, referendum curavit. Arculam vero argenteam, qua ille continebatur, velut testem miraculi ad posteritatis memoriam in sacra æde asservandam voluit, orans B. Virginem ut, quidquid in ea re esset, sive erroris, sive culpæ, clementer sibi condonaret.

Claruit circa annum Christi Domini nostri 1560.

§ XXVIII. — *De Joanne, antistite Constantinopolitano.*

Sanctus Joannes Chrysostomus, patriarcha Constantinopolitanus, Deiparæ Virginis ab ipsa infan-

tia impense devotus, virgineis tantæ Matris uberibus, cum adhuc puer scholasticus esset, dulcissimo lacte meruit recreari. Sic enim legitur in Vita Henrici Sasonis sacri ordinis Praedicatorum cap. 20, ubi Dei Genitrix sancto eidam homini sese visibilem exhibens, ita de Chrysostomo illi locuta perhibetur : « Cum puer scholasticus esset, et ante aram se demitteret in genua, ubi ego ipsa in lignea imagine Filium meum in sinu meo lactavi, per eamdem imaginem dixi Filio, ut paulisper cessa-ret, sineretque puerum antedictum mea ubera sugere. » Hinc in Chrysostomo venustas eloquii, et aurea sermonis præstantia, ob quam sine fuso Chrysostomus, id est, *Os aureum* nuncupatus est. Tanti beneficij memor, ne pientissimæ Altrici suæ inveniretur ingratius, plura luculenter scripsit in ejus laudem, eamdemque mirifice commendavit, appellans Anniatum Palatium Regis angelorum : Domicilium rerum omnium Creatori servatum : animatam Civitatem, de qua loquitur Propheta : *Gloriosa dicta sunt de te, Civitas Dei* (Psal. LXXXVI, 5) : Paradisum Dei ratione præditam : Portam Orientalem : Habitaculum Verbo divino dignum : alterum Cœlum in terra ; Nebulam levem : Sanctuarium Deo paratum : Thalamum divinæ humanitatis : Purum cubiculum Ortu Dei secundam carnem : Arcam ratione præditam : Templum divinum : Judicis et Redemptoris Matrem : Genitricem vitæ, quæ mortem delevit : Habitaculum amplissimum illius naturæ quæ comprehendendi non potest : Miraculum revera magnum : Gloriam et Firmamentum Ecclesiæ : Splendorem mundi : Fenestram cœli : Dominam cœlestis palatii, cum aliis excellentissi-mis honoris titulis.

De eadem hæc scribit notatu digna : « Cum beata Maria, inquit, supra omnem creaturam humanam castitatem servaret, propterea Christum Dominum in ventre concepit. Ad hanc igitur sanctissimam Virginem et Matrem accurrentes, ejus patrocinis utilitatem assequamur. Itaque quæcumque estis virgines ad Matrem Domini confugite, illa enim pulcherrimam, pretiosissimam et incorruptibilem possessionem patrocinio suo vobis conservabit. Magnum revera miraculum, fratres dilectissimi, fuit beata semper virgo Maria. Quidnam illa majus aut illustrius illo unquam tempore inventum est, seu aliquando inveniri poterit ? Hæc sola cœlum et terram amplitudine superavit. Quid namque illa sanctius ? Non prophetæ, non apostoli, non martyres, non patriarchæ, non angeli, non Throni, non Dominationes, non Seraphim, non Cherubim, non denique aliud quidpiam, inter creatas res visi-biles aut invisibles majus aut excellentius in-veniri potest. Eadem ancilla Dei est, et Mater. Eadem Virgo et Genitrix. Hæc ejus Mater est, qui a Patre ante principium genitus fuit, quem angeli et homines agnoscunt Dominum rerum omnium. Visne cognoscere quanto Virgo hæc præstantior sit cœlestibus potentiis ? Illæ cum timore et tre-

more assistunt, faciem velantes suam. Hæc hu-manum genus illi offert quem genuit : per hanc et peccatorum veniam consequimur. Ave igitur, Ma-ter, Cœlum, Puella, Virgo, Ecclesiæ nos-træ decus, Gloria et Firmamentum, assidue pro nobis precare Jesum Filium tuum.

Idem in sua Liturgia, sive Missa, sic salutando honorabat B. Virginem : *Vere dignum et justum est, glorificare te Deiparam, et semper beatissimam et penitus incontaminatam Matrem Dei nostri, ho-noriorem Cherubim, et gloriosiorem incomparabi-liter Seraphim, que circa corruptionem Deum peperisti. Vere Deiparam te magnificamus. Ave, gratia plena Mater, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui, quoniam Salvatorem nostrarum animarum peperisti. Sacrificium Missæ Deo offerebat præcipue in hono-reni sanctissimæ, immaculate, super omnes bene-dictæ Dominæ nostræ Deiparæ, ac semper Virginis Mariæ. Ad secundam sacrificii sublationem dicebat : Precibus, Domine, ejus, quæ te genuit, Dei-paræ et semper virginis Mariæ, miserere, et serva nos. Dum sacrificium solemniter perageret, vole-bat ut diaconus ministrans bis diceret : Sanctissimæ, intemeratæ, super omnes benedictæ, gloriose Dominæ nostræ Deiparæ, ac semper Virginis Mariæ memoriam agentes, nos ipsos, et iuvicem, et omnem ritam nostram Christo Deo nostro commandamus. Quæ verba etiam a populo repeti mandavit. Quan-do diaconus Evangelium erat cantaturn, talem super cum orationem fundebat : Dominus dabit verbum evangelizantiibus virtute multa (Psal. LXVII, 12), per preces Dominæ nostræ Deiparæ, et semper Virginis Mariæ. Sanctissimum Christi corpus in Eucharistie sacramento recepturus dicebat : Intercessione immaculatae Dominæ nostræ Deiparæ, et semper Virginis Mariæ dignum me fac, ut si-ne condemnatione accipiam immaculatum tuum donum, in remissionem peccatorum, in vi-tam æternam, in purgationem malarum me-rum cogitationum, in illustrationem mandato-rum tuorum. Post sumptionem vero addebat : Gratiæ agimus tibi, Domine, humane Benefactor animarum nostrarum, quoniam et hodierno die di-guatus es nos supercœlestibus tuis et immortalibus mysteriis : dirige nostram viam, confirma nos in timore tuo omnes : custodi vitam nostram : stabili-gressus nostros precibus et supplicationibus sanctæ Deiparæ, et semper Virginis Mariæ.*

Idem Chrysostomus Arianos Christi hostes, ejusque Matris (quam negabant Dei Matrem, et Filium ejus Deum, Deoque Patri consubstantiale) acerrime persecutus est, eosque Constantinopoli, favente imperatore, expulit. Unde nil mirum, si erga ipsum ejusdem Matris patrocinium tam mirabiliter effuslit, uti patet sequenti in casu.

Tempore Arcadii et Honorii imperatorum, Cy- rillus, sanctissimus Alexandriæ archiepiscopus ; consobrinus Theophili, et aliquando præsumptioni

serviens ut homo, ac Theophilum avunculum sequens, de Chrysostomo et male sentiebat, et loquebatur. Quia autem fervens hoc erat studium pugnandi, non a notitia veri, neque tamen ab invidia, aut diabolica pervicacia ortum, dignus est habitus, qui in viam revocaretur mystica quadam patefactione: imaginatus enim est Cyrus se esse quodam terribili ac pulcherrimo in loco, ubi multitudo angelorum Genitrici Dei astaret, propeque eam Chrysostomus, tanquam amantissimus filius, et charissima oculi pupilla, se, cum accedere conaretur, ab eo repelebatur, Matrem autem Dei intercedere pro se, et poscere ut admittatur, quia non parum propter ipsam laboris pertulisset dum nomen Dei Genitricis vindicaret. Postquam ad se rediit Cyrus, sibi ipsius penitentia ductus, in omnibus Chrysostomum exinde est secutus.

Mortem obiit Chrysostomus, eximius Deiparæ Virginis cultor, encomiastesque præcipuus, anno Domini 411, 6 Kalend. Februarii. Cujus Mariale (quo ejusdem Chrysostomi de Maria Virgine incomparabili, ac Dei Genitricie sacrosancta Opera omnia, quæ reperiri potuerunt, partim ex ipsius Operibus jam editis excerpta, partim vero ex Græcis Ms. Codicibus nunquam antea evulgatis fideliter exscripta, Latine expressa, notisque illustrata continentur) jam habeo editioni paratum, ac quantocius, Deo volente, in lucem aspectumque publicum proferetur.

§ XXIX. — *De Joanne, antistite Eboracensi.*

Joannes Beverlacius, natione Anglosaxo, archiepiscopus Eboracensis, singulari erga Deiparæ Virginem pietatis affectu conspicuus, posteritati transmisit *Super missus est Angelus, et Canticum ejusdem Deiparæ Virginis Magnificat, Commentaria.* Cessit e vita anno ab adventu Salvatoris 721.

§ XXX. *De Joanne, antistite Euchitarum.*

Joannes Euchitarum episcopus, natione Græcus, studium suum erga B. Virginem expressit, ac Marianæ pietatis in Christifidelium cordibus alimento præbuit, scribendo in Dormitionem sacrosanctæ Deiparæ Orationem unam, Canones item 8 deprecatorios ad sanctissimam Deiparam secundum 8 Echoes Græcorum, quæ Ms. extare in bibliotheca Vaticana retuli alias in mea Bibliotheca Mariana, parte prima. Illic in *Menaia Græcorum* die 50 Januarii inter alios honoris titulos Deiparam appellat: Palatium Verbi: Decus amabile cunctorum mortalium, et Caput justorum, non minus inter postremos ac medios justorum ordines, quam inter primos propria cuique sanctitate præcellens. Vixisse creditur saeculo viii a Christi Nativitate, licet vir doctissimus P. Simon Wagnerech in sua *Pietate Mariana Græcorum*, de ejus ætate, aut vita se nondum quidquam inventuisse scribat, quod viris doctis probare se posse confidat.

§ XXXI. — *De Joanne, antistite Gnesnensi.*

Joannes Lascius, archiepiscopus Gnesnensis,

regni Polonorum primas, pro ardentis suo in Marianæ obsequia desiderio, in hæreditario eppido suo Laseo templum B. Virgini extruxit, et canonicos fundavit cum præposito insulato, et mansiōnariis sacerdotibus, qui singulis diebus Officium B. Marie et Missam decantarent. Idem in synodo provinciali celebrata Gnesnæ anno 1510 instituit festum Conceptionis beatissimæ Dei Genitricis Virginis Mariæ cum Octava in tota provincia Gnesnensi sub Officio D. Leonardi Nogaroli, protonotarii apostolici, et sac. theologiæ doctoris edito, et a Romano Pontifice approbato deinceps fore celebrandum, a festo proximo Conceptionis ejusdem Virginis gloriose per annum incipiendum, et deinceps continuandum perpetuum. Aeternæ salutis viam ingressus est anno Domini 1531.

§ XXXII. — *De Joanne, antistite Hildersemensi.*

Joannes Bregensis, Polonus, episcopus Culmensis in Prussia, deinde Hildersemensis, auoris atque observantiae suæ erga Deiparam Virginem haud obscurum documentum dedit, scribendo *Conciones in præcipuas ejusdem Deiparæ Virginis festivitates.* Claruit anno a salutifero Virginis partu 1574.

§ XXXIII. — *De Joanne, antistite Korkagensi.*

Joannes Korkagensis episcopus, Domini Trajectensis suffraganeus, ordinis S. Benedicti, inter alia multa quibus studium summ erga Deiparam Virginem declaravit, cum in monasterio Vuindesemensi canonieorum regularium altare in honorem B. Virginis consecrasset, turrim ascendens campanam in ea pendente etiam consecravit, vocans eam Mariam: cunctis eam pulsare audiens, et ter Ave Maria flexis genibus dicentibus, toties quoties quadraginta dies indulgentiarum concedens.

Idem in monasterio Montis S. Agnetis eorumdem canonicorum, consecravit pretiosam et formosam imaginem B. M. Virginis cum pueru Jesu stantem super altare in ejus honorem consecratum, in medio ecclesiæ ante chorū, et concessit legenti devote flexis genibus quinque Ave Maria ante istam imaginem 40 dies indulgentiarum. Item consecravit aliam parvam imaginem B. Virginis positam ante portam præfati monasterii, et concessit ibidem devote legentibus flexis genibus ter Ave Maria 40 dies indulgentiarum. Clarebat anno Domini 1443.

§ XXXIV. — *De Joanne, antistite Landawensi.*

Joannes Paschal, natione Anglus, Eduardo Anglie regi hujus nominis III gratissimus, a quo Walliae, seu Landawæ episcopus designatus est, et ab Innocentio VI confirmatus, clarissimis aliis sue in Deiparam religionis argumentis addidit, *Homiliae de præcipuis ejusdem Deiparæ festivitatibus.* Claruit circa annum Christi Salvatoris nostri 1555.

§ XXXV. — *De Joanne, antistite Laudunensi.*

Joannes Docæus, Gallus, episcopus Laudunen-

sis, affectum suum erga Deiparam Virginem declaravit, et Marianam pietatem in fidelium animis aere studuit, litterarum monumentis consignando *De temporali Filii Dei Nativitate ex B. V. Maria libros xviii. De Conceptione etiam, Nativitate, Purificatione et Assumptione B. Virginis Homilias 4.* Clarebat anno Christiano 1553.

§ XXXVI. — *De Joanne, antistite Lodovensi.*

Joannes, hujus nominis II, episcopus Lodoven-sis, ob reverentiam beatissimæ Virginis Dei Matris confraternitatem perpetuam in S. Genesii basilia instituit, voluitque ut quilibet sodalis daret quolibet anno septem denarios Turonenses in honorem septem gaudiorum Virginis Mariæ, ex-pendendos in cera et oleo comparandis. Floruit anno 1572.

§ XXXVII. — *De Joanne, antistite Milnensi.*

Joannes Milneensis episcopus, sumu in Deiparam Virginem amorem inter alia argumenta professus est, scribendo *Pro fraternitate Rosarii ejusdem Deiparae Virginis.* Flornuit, ut alibi demonstravi, circa annum Domini 1500.

§ XXXVIII. — *De Joanne, antistite Moguntino.*

Joannes Adamus, archiepiscopus et elector Moguntinus, B. V. Mariam, quam semper coluerat, sub mortem ut pro se oraret enixe oravit. Idem ad inchoationem et quoddam veluti catholice pietatis fomentum liberalis fuit in catechismis libellis piis Rosariisque B. M. V. et similibus coemendis, quæ a catechistis utiliter pueris et aliis donarentur. Vivere desit anno Domini 1604, 10 Januarii.

§ XXXIX. — *De Joanne alio, antistite Moguntino.*

Joannes Suicardus, archiepiscopus Moguntinus, atque imperii elector, Virginem Mariam Matrem Dei, tanquam veram Patronam et Advocatam, summo honore veneratus est. Sacra loca adire, et religionis ergo peregrinari (quod etiam pedes magna cum animi devotione facere solitus fuit) summa ipsi voluptati fuit. Nam anno 1611, mense Julio, Virginem Aspricollensem, et anno insequenti, mense Augusto, Divam Hallensem, quarum intraque est in Brabantia, cum summa admiratione Belgiorum provinciarum, accessit. Cujus suæ pietatis hunc fructum tulit, ut (quod probari potest) in maximis suis curis, præcipue ante electionem imperatoris Ferdinandi II, Mater Dei ipsum juenndo aspectu, solatio, et hortamine his verbis: *Constans esto, Suicarde, dignata fuerit.* Ideo Conceptionis beatissimæ Virginis semper et ubique Immaculatæ devotissimus cultor, anno a virginali partu 1624, pro ejusdem Conceptionis definitione scripsit ad Urbanum VIII Pontificem Maximum litteras tenoris sequentis :

• Beatissime Pater, Suavissimus ille sensus, et totius Christianitatis conspiratio, qua ad gloriissimæ Virginis Dei Genitricis Mariæ Immaculatæ Conceptionem asserendum fertur, mihi quoque occasioneu suggestit, ut mei animi sensa, et in Virginis laudes preferendas desideria apud

Sanctitatem vestram exponam, et ejus sacris ad-volutus vestigiis, omni animi affectu supplicem, ut tandem hanc communem Christianitatis erga Dei Matrem pietatem sua definitione velit esse sta-bilitam. Satis quidem constat calcaneo mulieris insidiantem serpentem id omnibus sæculis egisse subdole, ut in quam ne momentaneum quidem sub originariæ alienjus maculae prætextu jus habere potuit, imo quam gratia et justitia plenam conce-ptam sibi formidabilem, et capiti suo per benedictum semen exitio futuram sensit ejus laudibus, quantum in se est, derogaret. Interim, qui sibi tabernaculum sanctificavit Altissimus, qui ab omni maledicto immunem Matrem viventium futuram, ex qua Verbum Dei virtute Spiritus sancti huma-nam naturam assumeret, delegit, Virginis Matris gloriam maximis incrementis in Ecclesia efflo-re-scere voluit, ut merito beatam illam prædicent omnes generationes. Sat scio in hac quæstione de Immaculata Conceptione in diversa olim abiisse gravissimorum in Ecclesia Christi theologorum judicia, disputationis etiam calore ad contentiosam hanc causam delapsam esse disceptationem, adeo ut in vulgus etiam populumque, non sine scandalo gravi, periculosisque (ut nuper adeo in Hispaniae regnis, aliisque locis patuit) tumultibus theologorum manarent dissidia, et inde hæretici, hostes purissimæ Dei Matris, non parvam sumpserint glo-riandi, et Catholicae religionis integritati detra-hendi occasionem. Interim Spiritus veritatis, quo sancta Dei regitur et ad omnem veritatem eruditur Ecclesia, eam erga glorioissimam Dei Matrem non insimilis semper inspiravit venerationem, ut de Immaculata beatissimæ Virginis Conceptione in om-nibus pene Ecclesiis prævaluerit sententia. Zelantes vero privilegium singularissimum Dei Matris summi Ecclesiæ Christi pastores omni studio evigilarunt, ne vel landibus potentissimæ cœli Reginæ detra-heretur, vel scandali in populo seminaria exsiste-rent. Hinc Sixti IV felicissimæ recordationis Extrava-gantes confirmatae per concilium Tridentinum, hinc tam multa alia Brevia apostolica, motus proprii et decreta Pontificium, jam fere a centum quinquaginta annis in favorem Immaculatae Conceptionis concessa. Et quidem tum sanctorum Patrum auctoritate, tum ratione, et mitaculis pluri-bus fundata est hæc Christianitatis conspiratio, ut sancti Spiritus Opus singulare non immerito cre-datur, nec dubito, quin eorum etiam calculo doctorum foret approbanda, qui olim scholastica magis exercitatione, quam asserendi pertinacia, dum in re controversa de Ecclesia constaret sensu, aliud sibi sentiendum putarunt. Etsi vero multum debeat Ecclesia fel. mem. Gregor. XV, quod ejus decreto eo deducta sit hæc quæstio, ut neque pu-bllice, nec privatum, nec verbo, nec scripto cui-piam licet dicere, Dei Matrem contraxisse pecca-tum originale (exceptis solis Fratribus Dominicanis, quibus permisum ut de hac quæstione disputare

possint inter se solos, et non coram aliis, nec cum aliis) et festum, quod Ecclesia celebrat, sit festum Conceptionis beatissimæ Virginis Mariæ, et prohibetur ne quis amplius idem sub nomine sanctificationis celebret; tamen, beatissime Pater, gloriose Sanctitatis vestræ pontificatus hoc privilegium a sanctissima Dei Matre reservatum credo, ut Sanctitatis vestræ expresso decreto omnis ab Ecclesia varietas, et animorum discrepantia tollatur, efficiaturque ut uno ore omnes Deum in Matre sua honorifimus, et sine macula originali conceptam ecclesi Reginam meritis laudibus esseramus. Atque hoc decreto, ut pontificatum suum est illustratura Sanctitas vestra, ita regnis et populis pacem et tranquillitatem cum pietate est stabilitura. Ecclesiasticae laetificatura universam, gloriosissimam vero Virginem Dei Matrem sibi conciliatura, enjus benedicto Filio Iesu Christo Sanctitatem vestram, ejusque actiones omnes, et incolumentem commendando, et me meumque archiepiscopatum cum oblatione humillimorum obsequiorum, Sanctitatis vestræ sacros exosculans pedes, eidem deferro. Dat. Aschaffenburgi 11 Febr. anno 1624. — Joannes Suicardus.

Animam de republica Christiana optime meritam Deo reddidit, anno salutis 1626, ætatis 75, die 17 Septembri.

§ XL. — *De Joanne, antistite Monopolitano.*

Joannes Lopez, Hispanus, Salmantinus, ob eximiias animi dotes ad episcopatum Monopolitanum evectus, quo studio affectuque erga Dei Genitricem fuerit, hand obscure declaravit, scribendo *De Rosario ejusdem sacrosanctæ Dei Genitricis Mariae libros duos: Annotationes item in Evangelia festivitatibus Deiparæ, et alia.* Clarebat anno a plenitudine temporis 1470.

§ XLI. — *De Joanne, antistite Placentino.*

Joannes Linatus, Parmensis, episcopus Placentinus, eximum suum erga augustissimam Dei Parentem studium inter alia testatus est, pulcherimis iconibus ejusdem augustissimæ Dei Parentis in summi templi excelsa hemispherico vertice (vulgo cupulam vocant) pictoris celeberrimi arte ac penicillo expressis, que plastico etiam opere inaurato circumdatae, et ad spiram usque columellarum perductæ, totam testudinem illam octonis angulis dissectam mirifice exornant: et ut perpetuo stent posteriorum oculis usurpandæ, Joannis præsulis pietas in Mariam sanctissimam Virginem largiter effusa fecit. Mortale hoc solum deseruit anno salutis 1627, iv Nonas Aprilis, sepultusque est in cathedrali Placentia in sacello S. Mariæ de Populo cum hoc epitaphio:

Sub hoc saxo diem judicii exspectant ossa Joannis Linati, nobilis Parmensis, Placentiæ episcopi, qui sicut vivens sub rexillo Deiparæ continuo militavit, ita in ejusdem sacello suo cineri moriens precari legavit.

§ XLII. — *De Joanne, antistite Ravennatensi.*

Joannes, archiepiscopus Ravennas, vir Deiparæ

Virginis amantissimus, instituit in D. Mariæ temple, quod exstat in insula Ravennatis agri, cui Palatiolo nomen est, regularem monachorum conventum, qui assidue die noctuque Deum hymnis colerent, et ut Deo servientibus abunde suppeditaretur victus, ipsam Palatiolam insulam, quæ Pado, Rheno, mari super ac fossa nova circumdabatur, et in qua cœnobium illud ac templum erat, una cum silvis ædificiisque omnibus ac paludibus, concessit, et quæ etiam in littore maris illius insulæ, seu in fluvio, qui Padarhenus vocatur. Voluitque ut ex ipso monachorum conventu abbas diligenteretur, et perpetuo precibus matutinis expletis quinquagesimum Psalmum, et tricies *Kyrie eleison*, ac pro peccatis precem recitarent, quod et post quotidiam hora diei tertia Officium faciendum jussit. Quo vero die migraret ex hac vita (sunt antem deinde xi Kalend. Decembr.) singuli sacerdotes rem divinam, et per tres deinde dies etiam ficerent, illique precibus de more parentarent: verteatis annis, eodem die abbas pane, vino, carnibus ac pisibus, ut tempus ferret, egentes quinquaginta ariet. Moritur anno Domini 890.

§ XLIII. — *De Joanne, antistite Sebastiensi.*

Joannes ille, qui a perpetuo silentio cognitus accepit, quippe abbatis Sabæ Lauram nobilitavit, mortuis parentibus, quos generis claritas et divitiarum copia fecerat gloriosos, divisaque inter fratres hæreditate, partem ipse suam beatissimæ Dei Matri donavit, cujus in honorem Nicopoli templum monasteriumque fundavit, ubi duodecimmo suæ ætatis anno mundo renuntians, decem adhibitis fratribus, quibus animæ æterna salus cordi erat, professus est monachum. Ordinatus tandem aliquando Sebastianæ pontifex, vitam egit monacho et episcopo dignam: decennio post Hierosolymam peregrinatus, inde se ad Sabam contulit, et silentium quam arctissimum conservavit, neminemque toto quadriennio convenit, illo, qui ministrabat, excepto: quo vero die dedicationis templi beatissimæ Virginis Mariæ ab illius Laure monachis statæ færie atque solemnes agebantur, Joannes festæ illius lucis gratia cum monachis loquebatur, et de silentio remittebat. Clarebat circa annum 480.

§ XLIV. — *De Joanne, antistite Senensi.*

Joannes Senensis in Etruria episcopus ordine 37, inter alia servitutis atque observantiae suea erga Deiparam Virginem symbola, monasterium in ejusdem Deiparæ Virginis honorem fundavit prope fontem Beccium, ut ibidem ad magnæ Dei Matris laudes S. Benedicti moniales alerentur. In enjus ecclesiæ arcu trabali hæc adhuc carmina inscripta leguntur:

Præsulis ad votum hæc primum fundata Joannis Virginis ad laudem dant illustranda Mariæ Virginea sanctis in Christi sorte dicandis Ut precibus sacris locus hic salvetur et Orbis.

Anno Incarnationis Dominicæ M. XIII.

Floruit anno salutis 1050.

§ XLV.—*De Joanne, antistite Thessalonicensi.*
 Joannes, Thessalonicensis archiepiscopus, natione Græcus, aeternæ Virginis cliens et cultor amansissimus, scripsit *De laudibus ejusdem aeternæ Virginis Homiliam unam*, quam ex vetusto codice bibliothecæ Vaticanae depromptam vidi aliquando Graece Ms. apud eruditissimum virum Flaminium Cerasolam. Ille idem Joannes, quemadmodum Epiphanius presbyter Constantinopolitanus, aliique litteris prodiderunt, scripsit *De Vita et Morte Deiparæ Virginis Mariae librum unum*, sed cum in eo, haereticorum fraude, vera falsis permista, et quædam cum fidei veritate pugnantia contineantur, merito illum inter apocrypha rejicit Canisius lib. v, *De Deipara*, cap. 5. Quo tempore effulserit mihi adhuc ignotum.

§ XLVI.—*De Joanne, antistite Tornacensi.*

Joannes a Prato (cujus regimen religiosum vocat abbas Aegidius) quod erga B. Virginem ejusque festum Sabbatinum peculiarem habuerit affectum, declarant, quod præter Missam quotidianam ad Deiparæ altare nomini ejus dedicatum in Ecclesia Tornacensi, cuius erat episcopus, faciendam, laudes solemniter decantandas, in singulis quoque Sabbatis, eadem, sed majori solemnitate fieri decreverit. Clarnit circa annum Domini 1342.

§ XLVII.—*De Joanne alio, antistite Tornacensi.*

Joannes Vendevillius, ex consilio regio episcopus Tornacensis admodum laudabilis, quasi enim sol resulgens, sic ipse resulxit in templo Dei, inter alia sui erga B. Virginem affectus cultusque documenta, Salbatris singulis in honorem ejusdem B. Virginis jejunare consuevit. In Adventu autem ter in septimana. Placidissime non sine opinione sanctitatis in Domino obdormivit anno 1459. Biennio post obitum, cum ex causa monumentum ejus aperiretur, cadaver cum intestinis sepultum, neque balsamo, oleo, aromate, neque arte ulla conditum, plane incorruptum, ac si modo humatum fuisset, non sine admiratione et opinione miraculi repertum est.

§ XLVIII.—*De Joanne, antistite Tossiniano.*

Beatus Joannes Tossinianus episcopus, ex ordine Jesuitorum, vir insignis, ab infantia devotione præcipua cœpit Deiparam colere; nam quotidie priusquam pergeret ad scolas, orabat ante ipsius imaginem, et similiter quando redibat, prostratus ante eam gratias agebat. Natus est anno 1387.

§ XLIX.—*De Joanne, antistite Trevirensi.*

Joannes Trevirensis archiepiscopus, natione Germanus, S. R. I. per Galliam archicancellarius et princeps elector, Deiparæ Virginis mancipatus obsequio, ad corda nostra erga ipsius Deiparæ Virginis cultum venerationemque promovenda, edidit *Pro fraternitate Rosarii sacratissimæ Virginis Mariæ litteras pastorales*. Floruit circa annum salutis communis 1500.

§ L.—*De Joanne, antistite Tungrensi.*

Joannes, episcopus Tungrensis, qui propter monum facilitatem Agnus vulgo dicebatur, pietati

sue erga Deiparam atruendæ basificam in Arduenna silva construxit, quam in honorem B. Virginis ac Dei Matris consecratam, ab omni imposterum tributo atque pensione auctoritate pontificia liberavit. Obiit anno Domini 654, vii Kal. Augusti.

§ LI.—*De Joanne, antistite Valentino.*

Joannes de Ribera, patriarcha Antiochenus, et archiepiscopus Valentinus, singulari quadam religione erga beatissimam Dei Matrem ejusque puram Conceptionem affectus, confirmavit et approbavit confraternitatem ejusdem puræ Conceptionis in conventu S. Francisci urbis Valentiniæ fundatam. Cuius confirmationis atque approbationis diploma habes apud *Armamentarium Seraphicum in Regesto p. 671, et 672*. Prædicta vero confraternitas adeo inter Valentinos augeri cœpit, ut die una contigerit duo hominum millia certatim ascribi. Vivebat anno salutis 1574.

§ LII.—*De Joanne, antistite Viennensi.*

Joannes archiepiscopus Viennensis, doctrinæ veritatis prædicator eximus, devotionis sue erga Deiparam Virginem haud vulgaria monumenta reliquit, dum basilicas B. Mariæ de ultra Geriam, et B. Mariæ Veteris Viennensis sumptuosis decoravit ædificis, et dum a parte australi infra septu ecclesiæ majoris B. Mauritii capellam in honorem B. Virginis construxit. Obiit anno ab incarnatione Domini 1266, 15 Kalendas Maii.

§ LIII.—*De Joanne alio, antistite Viennensi.*

Joannes Faber, Sivevus, Viennensis episcopus, vir opere et sermone potens, Deiparæ Virginis fervens amator, ejusque honoris singularis viudex ac defensor, edidit contra Joannem OEcclampodium haereticum epistolam apologeticam, qua illius in Deiparam Virginem calumnias egregie depulit ac dissipavit. Scripsit etiam *De beatissima Genitricè Dei Maria, et ejus Filio vere Deo tractatum unum*; *De perpetua virginitate Mariæ, tractatum unum*; *De Assumptione beatissimæ Virginis Mariæ, tractatum unum*, et alia, sui erga augustissimam cœli Reginam amoris atque benevolentie signa luculenta, in Bibliotheca Mariana enumerata. Corpus depositus anno Domini 1541.

§ LIV.—*De Joanne, antistite Vladislaviensi.*

Joannes Tarnowski, prius Posuaniensis, postea episcopus Vladislaviensis, inter alia affectus sui erga Deiparam argumenta, in ecclesia sua cathedrali Vladislaviensi, quæ Deiparæ Virginis nomini dicata est, sacellam pulchro opere, in quo Officium B. M. Virginis, et Missa a mansionariis decantari solet, prælatis eam, et canonici audientibus, exaudiens, quod bracteis aeneis tectum, statuis patronorum regni Poloniæ ex marmore elaboratis decoravit. Calicem præterea aureum cum patini eidem ecclesia donavit, et dum vestitu sacro ipsius decus augere cogitat, duobus annis in eo pontificio exactis, ad Gnesnensem cathedralm translatus est,

in qua cum per sex tantum sedisset menses, e vivorum numero sublatus est anno Domini 1604.

§ LV. — *De Joanne, antistite Usbitensi.*

Joannes de Arundine (aliis Arundineus) Theutonicus Usbitensis episcopus, et Trajectensis episcopi in pontificalibus vicarius, pro eximia qua erga magnam Dei Matrem pietate pollebat, inter alia sue sapientiae lumina, posteris dedit *Sermones de ejusdem magnae Dei Matris festivitatibus*. Migravit ad astra anno 1490.

§ LVI. — *De Joanne, antistite Aquilonensi.*

Joannes Paulus Palanterius, Italus, Bononiensis, ordinis Minorum conuentualium, ob doctrinæ virtutumque præstantiam Aquiloniæ episcopus creatus, inter alia obsequiosæ pietatis testimonia, quibus affectum suum erga angustissimam cœli Regnam palam testatus est, scripsit *Explanationem in Hymnos de B. Virgine, Ave, maris Stella, o gloriosa domina, et Quem terra, pontus, aethera*. Clarebat anno partus virginis 1590.

§ LVII. — *De Joanne, antistite Aretino.*

Joannes episcopus Aretinus, vir cultui beatissimæ Virginis Dei Matris in primis addictus, pro eximio suo in Deiparam amore et observantia, scripsit *Tractatum pulcherrimum in venerabilem Dormitionem sanctissimæ et glorioissimæ Dei Genitricis semperque virginis intemeratae Mariæ*, ex dictis sanctorum Patrum Andreæ Cretensis, Cosmæ Vestitoris, Germani Constantinopolitanæ, et Joannis Damasceni : qui tractatus ex Ms. perantiquo pergameno codice bibliothecæ cœnobii Vallumbrosani exscriptus, exstat apud eruditissimum, mihique multis tunc colendissimum virum D. Ferdinandum Ughellum, abbatem Cisterciensem, et, Deo volente, integer in Bibliotheca magna Mariana, quam paro, tomo IX, proferetur in lucem. In eo tractatu B. Virginem appellat, Arcam vitæ : Arcam salvandorum : Arcam novam gloriæ Dei : Adjutricem exiguitatis nostræ apud Deum : Baculum imbecillum : Custodiarium ineffabilium iudiciorum thesauri Dei : Circumanictum brevem ejus, qui continet universa : Candelabrum lumenis Triadie : Dignitatem regiam humani generis : Dominam cunctorum : Patricem omnium bonorum : Fortitudinem virtutis nostræ : Habitaculum Dei splendidissimum : Loquaciam Dei : Lampadem semper lucidissimam : Mensam divinis epulis adoratam : Materiam aptissimam diviæ incorporationis : Mammillam nutrientem eum qui creavit omnia : Murum totius mundi : Margaritum inviolabile a Christo Domino Joanni creditum : Palatum terrestre Regis ecclæstis : Portam cœli cœlorum : Propitiatorium commune totius mundi : Pontem fluctuantem : Propitiatricem pro peccatis : Polychritudinem humani generis : Regulam vitæ : Reginam novam : Receptaculum vitæ : Radicem arboris agnitionis vitæ nostræ . Solium excelsum, et elevatum Domini Sabaoth : Scepstrum Davidicum : Scalam ad cœlum ascendentium : Spon-

sam cœlestium thalamorum : Vehiculum clarissimum veræ lucis vitæ : Virgam Leviticam : et, ne plura congeram, Virginem suavissimam, admirabilem, celeberrimam. Vivebat Joannes iste anno Domini 876.

§ LVIII. — *De Joanne, antistite Bovensi.*

Joannes Camerota, Siculus, Bovensis antistes, vir non minus litteris quam Evangelica vita conspicuus, pro miro fervore quo glorioissimam Christi Matrem complectebatur, scribendum susceperebat *Opus de Epistola B. Virginis ad Messanenses*, sed morte præventus non absolvit. Obiit circa annum Domini 1631.

§ LIX. — *De Joanne alio, antistite Constantinopolitano.*

Joannes Xiphilinus, Trapezunte oriundus, sub Constantino Duce patriarcha Constantinopolitanus, testando suo erga Deiparam Virginem affectui, inter alia scripsit, *Homilia super Evangelia festivatum ejusdem Deiparæ Virginis*. Quas Græce Ms. cum aliis ejus super Evangelia totius anni Homiliis extare in bibliotheca serenissimi ducis Bavariae dixi in Bibliotheca Mariana, parte I. Vivebat anno post Christum natum 1068.

§ LX. — *De Joanne antistite Hierosolymitano.*

Joannes Syrus, patriarcha Hierosolymitanus, quem Theodoreetus virum vocat plane insignem, et Prosper, vitæ puritate et prophetie dono nitentem in laudes atque encomia Deiparæ Virginis (quam præcipua devotione imisque præcordiis venerabatur) quanta animi propensione raperetur, patet ex ejus libro *De Institutione monachorum* cap. 32, 33, 34 et 36 ; ibi eteum Mariam appellat primam Virginem Deo dicatam : Priniceriam voto feminarum virginum, per quam virginitas fuit primo in feminis introdueta atque incepta ; Nubem de qua per Moysem figurata est scriptum, *Ecce gloria Domini apparuit in nube* (*Exod. xvi, 10*) : Nubem, per quam genus humanum accepit a Filio Dei desideratum pluviae, id est, divinæ gratiæ beneficium : Infantulam, quæ ex utero matris suæ ab omni peccato munda egressa est : Nubeculam natam contra mare, id est, contra solitam amaritudinem in vitiosa propagine nature humanae : ut alia, quæ ibi legi possunt, brevitatis studio omittam. Debitum naturæ solvit anno salutis 432.

§ LXI. — *De Joanne, antistite Iconiensi.*

Joannes Matthæus Caryophyllum, Cretensis, archiepiscopus Ioniæ, sacerorum conciliorum et Patrum doctrinæ peritissimus, et in refellendis Græcorum erroribus voce et scriptis excellens, quam esset in sanctissimæ Deiparæ beato cultu ac castissimo amore eximius, luculentiter testatus est, non solum edendo tum Græce tum Latine *Epigrammata in omnes B. Virginis festivitates*, Romæ evulgata anno 1625, sed e Græcis manuscriptis codicibus bibliothecæ Vaticanæ transferendo in Latinam linguam *Græcorum Patrum in laudem beatissimæ Virginis Orationes* 25, a me in Bibliotheca Mariana, parte I,

enumeratas, et ex iis aliquas in lucem productas. Clarebat in Urbe anno Incarnationis Dominicæ 1625.

§ LXII. — *De Joanne, antistite Juvenatensi.*

Joannes Antonius Viperanus, Siculus, Misconensis, ob morum integritatem, præstantiamque doctrinæ Juvenatensium pontifex creatus, in B. Virginem impense devotus, edidit *In ejus laudem Carmina varia*, et alia etiam in ejusdem obsequiūm præstitit, quæ mihi non innotuerunt adhuc. Clarebat anno salutis 1595.

§ LXIII. — *De Joanne, antistite Muranensi.*

Joannes Carolus Coppola, Italus, Gallipolitanus, ob egregia ejus in studiis bonarum litterarum et sapientiae merita ab Urbano VIII Pont. Max. Muranensi pontificatu coherestatus, in Mariam Deiparam Virginem ardentissima devotione incensus, inter alia insignia pietatis sue erga illam statuta monumenta, posteritati reliquit *De ejus Immaculata Conceptione Poema sacrum*, a se Etruso carmine elaboratum, quod excusum Florentiae anno salutis 1635, dixi in Bibliotheca Mariana, parte prima.

§ LXIV. — *De Joanne, antistite Portus Divitis.*

Joannes Alonsus de Solis, Hispanus Salmantinus, ordinis Carmelitarum, ob præclara, quæ in eo enitebant animi decora ad episcopatum Portus Divitis, seu S. Joannis Portus Divitis in India Occidentali promotus, pro eximia, qua erga magnam Dei Matrem pietate pollebat, scripsit *Conciones Mariales*, id est, *de festis et laudibus Marie Virginis librum unum*. Vivebat adhuc anno orbis redempti 1638.

§ LXV. — *De Joanne, antistite Ratisponensi.*

Joannes Picardi de Luxemburgo, Thento, ordinis Prædicatorum, propter eximiam in sacris litteris eruditioñem, et in moribus excellentiam ad episcopatum Ratisponensem assumptus, honori B. Virginis, erga quam inceuso prorsus studio ferebatur, quantum studuerit, aperte testatus est scribendo *Sermenes in ejusdem Virginis festis insignioribus*. Clarebat anno salutis restituæ 1518.

§ LXVI. — *De Jodoco, antistite Spirensi.*

Jodocus Gallus, Rubeaquensis, sacræ theologie doctor, et Spirensis ecclesie antistes vigilantissimus, affectum, quem erga augustinianam Dei Matrem corde gerebat, posteritati etiam, et memoriae consecravit, dum litterarum monumentis consignavit, *de Purificatione divæ Parthenices Marie Orationem unam*: et *de purificatione ejusdem dialogum*. Obdormivit in Domino apud Spirenses anno a virginali partu 1516.

§ LXVII. — *De Jona, antistite Aurelianensi.*

Jonas, episcopus Aurelianensis, singulari erga Deiparam Virginem devotionis affectu flagrans, pro cultu ejusdem Deiparae Virginis adversus blasphemias Claudii Taurinensis ecclesie antistitis libris editis dimicavit, asserens, beatissimam Virginem Mariam, quæ peperit Christum, non ut Deum

adorandam, sed ut sanctam Dei Genitricem congruo honore venerandam, ejusque intercessioñem apud divinam Majestatem humiliter flagitandam. Nec immerito, quippe, quoniam per eam Auctorem vitæ suscipere meruimus, et pro eo quod eadem sancta et intemerata Virgo Maria utique Deum et hominem nobis edidit, Dominum videlicet Jesum, a cunctis fidelibus pio colo amore, et debito venerari fas est honore. Floruit temporibus Ludovici Pii imp. circa annum Domini 820.

§ LXVIII. — *De Josepho, antistite Almeriensi.*

Joseph de la Zerda, Hispanus, episcopus Almeriensis, de cuius flagrantissimo in Deiparam studio nunquam satis, nec ipsi paria dici possunt, affectum suum erga augustinianam cœli Reginam luculento testimonio confirmavit, scribendo edendoque Opus semipaterno marniore dignum, prænotatum: *Maria Effigies Revelatioque Trinitatis et Attributorum Dei*. Quod excusum Almetiæ in typographia episcopal, anno 1640, in folio, dixi in Bibliotheca Mariana, parte secunda. Clarebat vir Deiparae integre addictus, anno salutis per Christum reparatae 1639.

§ LXIX. — *De Josepho, antistite Oriolano.*

Josephus Stephanus Valentinus, Hispanus, ex canonico et operario Ecclesie Segobricensis episcopus Oriolanus, egregium suum erga Deiparam studium declaravit abunde, scribendo *Sacri Rosarii beatissimæ Virginis Mariæ ab hereticorum calumniis Defensionem*, una cum mysteriis et diplomatis summorum Pontificum. Clarebat anno salutis 1584.

§ LXX. — *De Josepho, antistite Thessalonicensi.*

Josephus Studita, Theodori Studitæ frater, ex Studiani asceterii monacho, archiepiscopus Thessalonicensis, qui inter omnes Menæorum hymnographos, quorum aperta in odis nomina exstant, ingeniosissimus post Damascenum videtur, Deiparae Virginis Mariæ (quam intimis gerebat præcordiis) ingenium et calamus consecrans, condidit *In laudem ejusdem Deiparae Virginis Odas plures*, Græcorum Menæis apte insertas. Clarebat circa annum salutis restituta 800.

§ LXXI. — *De Irenæo, antistite Lugdunensi.*

Sauctus Irenæus, Lugdunensis in Gallia episcopus, Deiparae Virginis amator ferventissimus, in eam, si quis alias, præclarissima ornamenta concessit; sic enim de ea loquitur: « Ut Eva viro nupta, virgo tamen, Dei auctoritatem violando, et sibi et humano generi universo mortifera fuit; sic Maria desponsa viro, et nihilominus virgo, audiens et auscultans Dei imperio, tam sibi fuit, quam universo hominum generi salutaris. » Item: « Inobedientiæ nodum quo nos contumax Eva construxerat, Mariæ obedientia dissolvit: quod enim virgo Eva non credendo ligavit, vinxit, irretivit, Mariæ Virg. viva fides expedivit, solvit, liberavit. » Mariam appellat Terram de qua Christus, qui vera est Veritas, ortus est, juxta vaticinium David, qui eam, quæ est ex Virgine Christi generationem prophete-

tans dixit : *Veritas de terra orta est.* (*Psal. lxxxiv, 12.*) Appellat Hominem ex hominibus habente genus, et secundum hominem generationem, ex qua Filius Dei Dominus noster, existens Verbum Patris, factus est Filius hominis. Appellat Humum, per quam Deus antiquam plasmationem in se recapitulavit : Quemadmodum enim protoplastus ille Adam de terra rudi et adhuc virgine (nondum enim pluerat Deus, et homo non erat operatus terram) habuit substantiam, et plasmatus est manu Dei, id est verbo Dei, omnia enim per ipsum facta sunt, et sumpsit Dominus limum a terra, et plasmavit hominem ; ita recapitulans in se Adam ipse Verbum existens, ex Maria, que adhuc erat Virgo, recte accepit generationem Adæ recapitulationis. Appellat denique (ut reliqua præconia prætermittam) Signum nobis ad salutem a Domino datum : Virginem ex qua natus est Emmanuel : Columbam, cuius simplicitate devicta est prudenter serpentis : Genitricem Emmanuelis : Eve Advocateam. Valentinius et Apellem Deiparæ virginitatis infensissimos hostes acerrime insectatus est, et virginitatem ejus multis confirmavit.

Floruit circa annum Christi Domini ac Salvatoris nostri 180.

§ LXXII. — *De Isidoro, antistite Fulginate.*

Isidorus Clarius, Brixianus, monachus Cassinensis ac Fulgineorum episcopus, tantam in Deiparentem Virginem Mariam pietatem præsetulit, ut cum, sub solis occasum, per Urbem iter ageret, Salutationis angelicæ consueto signo auditio, in trivio undequaque lumen, genua statim illam recitaturus submiserit. Edidit *Super Missus est angelus, et Canticum Magnificat orationes varias*; verborum elegantia et sententiarum gravitate referatas, quibus eximium suum erga sacratissimam Dei Matrem studium luculenter testatus est. Migravit ad Dominum magna cum sanctimoniae fama die Maii anno 1555.

§ LXXIII. — *De Isidoro, antistite Hispalensi.*

Sanctus Isidorus Hispalensis episcopus, ad differentiam Isidori Cordubensis episcopi Isidorus Junior appellatus, natione Hispanus, pietatis sue erga Deiparam Virginem Mariam luculentum satis testimonium dedit, scribendo *De Vita et perpetua virginitate ipsius Deiparæ Virginis Mariæ*. Sunt qui asserant bunc Isidorum in suo Missali Mistarabico, quod jussu concilii Toletani IV reformandum emendandumque suscepit, peccatiare Officium, de festo Conceptionis B. V. confasse : qua de re lege, si libet, Salazar in *Defensione pro Immaculata Conceptione* cap. 35, nu. 11 et 18. Illic idem Isidorus, ut in ejus Operibus conspicie potest, Mariam appellabat Stellam maris : Terram a Spiritu sancto irrigatam ; Virgam de radice Jesse : Typum Ecclesiæ : Hortum conclusum : Fontem signatum : Matrem Domini : Templum Dei : Sacrarium Spiritus sancti : Caput seminarum virginum, ut alias honoris titulos brevitatis studio prætermittam. Migravit

in cœlum, anno post Verbum hominem factum 636.

§ LXXIV. — *De Isidoro, antistite Thessalonicensi.*

Isidorus archiepiscopus Thessalonicensis, inter alias prædicandas animi dotes, quibus in vita fulsit, erga magnam Dei Matrem Virginem Mariam incredibili studio, atque ardentissimo amore devinclus, non solum integerimæ vitæ sanctissimis moribus, atque omnigenæ virtutis assiduis exercitationibus, sed voce, calamo, scriptisque laudatissimis creditos suæ curæ populos ad Marianum cultum pietatemque continuo fovit, quinimo singularem dicendi facultatem, qua maxime polluit, pleno ore in commendationem Virginis effundens, ejusdem Deiparæ orator eximus, ipsiusque laudationum lyra mirabilis, encomiorum tuba silentii nescia, prædicationum organum semper dulcissimum, gloriarumque a Spiritu sancto pulsatum suavissime resonans instrumentum, felicissime non minus quam verissime effici promeruit. Mariam enim laudans, appellavit Alimentum mysticum : Melle supra captum dulcius : Anchoram tutam et firmam animarum nostrarum : Altitudinem sapientiae : Alabastrum odoris nunquam defuturi plenissimum : Auram tenuem leviter spirantem, ut facilius ascendamus : Arborem præclaram et supercoelestem omnigratia plenam : Arcam purissimam atque tutissimam quæ sola immaculatum suscepit. Appellavit Creaturam novam admirabilissimam : Causam reductionis creaturarum in meliorem statum : Cœlum et cœlorum Fenum : Conformatricem varietatis et decoris ante contexti pepli universi lunus mundi : Consolationem nostram incomparabilem : Causam veræ omnibus vitæ, et cuiusvis alterius boni : Appellavit Duxem veritatis : Donarium speciosissimum divinumque : Dominam nostram immaculatissimam : Decorem orbis universi : Delectamentum quavis umbrosa arbore jucundius, et omni florum odore suavissimo gratius : Domicilium summe venerandum totius sacrosanctæ Trinitatis : Dominum splendidissimam Creatoris : Deum quasi operanti Deo suau operam præstantem, ut nobili creaturæ homini dare posset salutem. Appellavit Ereptricem generis a gehenna : Elementum magnum et vere vivificum, quo elementa maxime continetur : Formam cœli et terræ rerumque omnium creatarum : Fructum pulcherrimum et præstantissimum : Fenum sublimissimum, omnibus, uno excepto Deo, sublimorem : Florem gratissimi odoris cœlis veluti percolatum : Famam, quæ orbem universum permeavit : Formositatem, quæ Deum condecoruit : Filiam Deoreservatam : Fulerum prospere navigantibus ad Deum. Appellavit Genitricem Dei supra commune omnium modum puram : Germen floridum et speciosissimum, quod odore sui floris mundum exhilaravit universum : Globum splendidissimum vitæ interminabilis : Gubernatricem egenis mortalibus ad Deum : Habitaculum aureum Deo dignum : Hominem novum post multos

solis recurrentis gyros : Hortum vitalis facultatis largitorem, ac immortalitatis fructus ferentem : Jubar splendidissimum ac gloriosum : Imaginem lucidissimam et divinam : Instrumentum a Deo assumptum ad novam creationem : Jucunditatem nostram incomparabilem. Appellavit Librum ob-signatum mysticum et arcanum, Josepho casto illi et scienti litteras traditum : Lampadem animatam, cuius lux effulgens omnes obscuravit aliorum faciem : Lumen prospere navigantibus ad Deum : Mare gratiarum : Montem sublimissimum, in quo beneplacitum est Deo habitare in eo : Medium illum atque omnino cœlestem : Matrem Dei unigenitam gratiæ et veritatis plenam : Mansionem totius sacrosanctæ Trinitatis : Miraculum miraculorum, qua, Deo excepto, nihil magnificentius : Ministrum mysterii ultra vires naturæ. Appellavit Opus admirandum divinae artis : Opulentiam gaudii : Obiectamentum commune omnium : Pulchritudinem magnificentissimam orbis universi : Puerilam venustissimam, natura superiorem, et ineffabiliter in fasciis Matrem : Pratum pulcherrimum : Phialam Deum ferentem : Pigmentarium fragrantissimum florum omnium : Propugnatricem veritatis : Plantam, quæ cunctis efficacissimam medelam attulit : Pelagum formositatis : Partum precum timorisque Dei : Purissimam, quæ sola propheticum illud evitavit : *In iniquitatibus conceptus sum, potestque de se ipsa affirmare, solam non in peccatis concepit me mater mea : Rem omni admiratione majorem : Rorem cœlestem : Reginam omnium communem : Regenerationem universorum : Receptaculum purissimum Deificis fulgoribus excipiendis a Deo confectum : et, ne longior sim, appellavit Spectaculum sublimissimum : Simulacrum novum et incomparabile : Sobolem 'pulcherrimam : Sponsam Dei purissimam et lucidissimam : Sancta sanctorum, non quidem tempore, sed dignitatis amplitudine prioribus Sanctis sanctorum excellentiora : Speculum summe Deiforme : Splendorum Divinitatis micante : Sortem uni Deo congruentem : Solem fulgentissimum puritatis : Salutem nostram, per quam et cœlos inhabitamus, et Parvulum recuperavimus : Tabulam a Deo scribendam, longe Mosaicis tabulis excelsiore : Thesaurum magnum, et sine labe : Templum Conditori, qui capi nullo loco potest, paratum : Tabernaculum Dei receptivum : Virginem omnium laudibus eumulatam : Unguentum suavissimum : Umbraculum jucundissimum : Vas Dei capax immaculatissimum : et Viam per quam ad cœlestem Patrem acceditur, quandoquidem nemo ad illum, nisi per novum Virginis partum, ad hunc vero venit nemo sine Matre. Floruisse creditur circa annum Domini 1400. Cujus Mariale seu de Maria Deipara Virgine præclara monumenta, ex Graeco Ms. codice bibliothecæ Vaticanæ eruta, Latine redditæ, notisque illustrata produxi Romæ typis Dominici Manelphi, anno 1651 in 8.*

§ LXXV. — *De Juliano, antistite Conchensi.*

Sanctus Julianus, episcopus Conchensis in Hispania, cum a puerili ævo in finem suæ usque vitæ Deiparam Virginem ex intimo corde dilexisset, in extrema iam lucta constitutus, venire ad se eximiæ pulchritudinis matronam conspexit, candidis amictiæ vestibus, splendentí facie, certo e rosis odoratissimis contexto redimitam, frequenti comitatu angelorum ac virginum choro, ista accinentum : *Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo. Ea audita symphonia, surrexit in genua, Deoque gratias egit. Astitit propius Deipara (haec enim erat illa matrona) dixitque : « Accipe, serve Dei, palmam hanc virginitatis ac puritatis, quam perpetuo illibatam servasti, argumentum ; » quæ elocuta, ex oculis ejusse subduxit, conclavi toto mira diffusa cœlestis ejusdem odoris fragrantia. Commota sunt ex visione sancto pontifici viscera, cœpitque profusis lacrymis sua lugere peccata, ac dicere : Supplex Majestatem tuam obtestor, ut mei miserearis, meaque condones delicta. Has aliasque dum misit ad Deum preces, simul sanctissimam animam emisit anno 1208, die 28 Januar., quo die ab Ecclesia Conchensi divini Officii solemnitate celebratur.*

§ LXXVI. — *De Juliano, antistite Toletano.*

Sanctus Julianus, archiepiscopus Toletanus, natione Hispanus, inter alia pietatis suæ erga Deiparam obsequia, scripsit *Præfationem in librum S. Ildephonsi* ejusdem sedis archiepiscopi, de laude intemeratae Dei Genitris Mariæ, quæ ei visibiliter in die Assumptionis suæ apparuit, vestimentumque ei dedit. In cœlum abiit 8 Idus Maii, anno orbis libe- rati 690.

§ LXXVII. — *De Julio, antistite Adjacensi.*

Julius Justinianus, patricius Genuensis, ex domini Chii, episcopus Adjacensis, cum Deiparam Virginem eximia pietate coleret, ecclesiam cathedram Adjacensem ipsius Deiparae Virginis titulo insignitam, quæ Gregorii XIII, summi Pontificis, auctoritate fabricari cœpta erat, ad coronidem perduxit : illam pretiosis indumentis ex auro et argento aliisque ad divinum cultum necessariis ornamentiis suo ære liberaliter exornavit : atque in ea ad divini ac Mariani cultus augmentum quinque canoniciatus cum fructibus mensæ episcopalibus auctoritate apostolica erexit. Obiit anno 1616, ætatis 73, die 28 Aprilis, ejusque corpus post quatuor annos integrum repertum est.

§ LXXVIII. — *De Julio, antistite Juvenacensi.*

Julius Massus, Florentinus, ad Juvenacensem Ecclesiam a Paulo Papa V evectus, Deiparae Virginis summa devotione astrictus, in ejus honorem extra Juvenacensem urbem Ecclesiam sub titulo S. Marie de Misericordia extruxit et redditibus auxit. In cathedrali etiam sua sacellum erexit in honorem beatissimæ Mariæ Virginis Lauretanæ, et alia Marianæ pietatis signa edidit, quæ hactenus ad meæ

cognitionis notitiam non venerunt. Mortali vitæ valedixit, anno 1637

§ LXXIX. — *De Ivone, antistite Carnotensi.*

Sanctus Ivo, Carnotensis ecclesiae præsul, natione Gallus, Deiparæ Virginis honori cultuique addictissimus, inter alia pietatis suæ in illam specimina, ad posteritatis notitiam cum gloria transmisit *De Annuntiatione, Partu et Purificatione ejusdem Deiparæ Virginis sermones tres*, et plura alia que me latent. Placida pace in Domino obdormivit anno salutis 1117.

§ LXXX. — *De Ivone, antistite Cracoviensi.*

Ivo, Cracoviensis in Polonia antistes, inter alia pietatis suæ erga Deiparentem obsequia, in circa urbis Cracoviae templum Virginis Matri Dei Mariae construxit ac dicavit. Cacicense etiam monasterium in honorem B. Virginis pro Cisterciensibus monachis condidit, nec multo post Mogilam supra Vi-stulam uno a Cracovia millario, locum a Vendæ principis tunnalo dictum, id translit, et magnificè locupletavit. Vivebat anno salutis 1210.

§ LXXXI. — *De Juvenati, antistite Hierosolymitano.*

Juvenalis episcopus Jerosolymitanus, inter alia obsequia Deiparæ Virginis præstata, sudarium ejusdem Deiparæ Virginis una cum ejus sepulcro, Marciano imperatore adhuc superstite, Constantiopolim misit, cum antea ad eundem Marcianum de obitu atque corporali Assumptione sanctissimæ Dei Genitricis luculentissimam habuisset orationem. Intervenit synodo Chalcedonensi contra Eutychem, qui Virginem Mariam Dei esse Matrem insiciabatur. Claruit circa annum Incarnationis Dominiæ 450.

§ LXXXII. — *De Juvenati, antistite Salutiensi.*

Juvenalis Ancina, Fossanensis, e congregatione Oratorii S. Philippi Nerci, a Clemente VIII Pontifice Maximo electus episcopus Salutiensis, inter a'ia multa quibus studium suum erga Deiparentem Virginem testatum reliquit, induxit in morem, ut in sua cathedrali post antiphonam *Salve Regina*, canerentur Litaniae Lanretanæ gloriosæ Virginis Mariæ: cuius adeo erat devotus, ut in omnibus suis sermonibus semper eam laudaret, et in ejus honorem multas cantiones spirituales compонeret; quarum aliquas etiam edidit sub titulo *Templi Armonici* (ut dixi in Bibliotheca Mariana, parte prima), et alias in suorum amicorum manibus manuscriptas reliquit. Super tabulam sui cubiculi continuo Deiparæ imaginem tenebat, nec unquam cubiculum intrabat, vel egrediebatur, quin prius illam genibus flexis salutasset; et id ipsum illos omnes facere compellebat, qui illum visitationis causa adiissent, dicens hilari vultu: « Eia, fratres, Virginem salutemus. » In meridiis vero singens se velle quiescere, omnibus suæ familiæ dimissis, et cubienti ostio obserato, ante eamdem imaginem prostratus, longo temporis spatio tanta devotione et attentione orabat, ut cum saepius bis vel ter a cubiculo vocaretur, non audiret, imo potius interdum ipse alta voce cum Virgine loquens audiretur. Quapropter sanctissima Dei Mater, ut cognosceret mundus quam grata ipsi esset servi sui devotio, multis eum gratiis cumulavit. Morti proximus haec saepius iterabat verba; « Dulcis Jesus, et Maria, date pacem animæ meæ. » Obiit anno salutis 1604, ultima Augusti.

CAPUT X.

De Lævino Machliniensi, Lamberto Atrebateni, Lamberto Constantiensi, Landulpho Taurinensi, Laurentio Dublinensi, Laurentio Gnesnensi, Laurentio Veneto, Lazaro Massiliensi, Leandro Hispalensi, Ledrado Lugdunensi, Leontino Burdegalensi, Leontio Neapoleos Cypri, Lixica Toletano, Luca Vladislaviensi, Lucifero Senensi, Ludovico Accernensi, Ludovico Mantuano, Ludovico Tolosano, Ludovico Tornacensi, Luitholpho Augustano, ac Lupo Cesaraugustano antistitibus.

§ I. — *De Lævino, antistite Machliniensi.*

Lævinus Tortentius, Belga, Gandaveusis, ex Babantiae archidiacono, et Leodicensis principis vicario generali secundus Antuerpiensem episopum, et tertius Machliniensium archiepiscopum, æternæ sapientiae Matrem Mariam Virginem eximio dilectionis affectu colens, inter alia sue in illam devotionis obsequia, ac sincerissimæ servitutis testimonia, scripsit, ut alibi etiam memini: *De Partu B. Virginis libros tres, versu lyrico, et Votum Virginis Matri Lauretanæ.* Decessit anno Domini 1595, aetatis 70, vi Kalend. Maii, sepultus Antuerpiæ in cathedrali beatæ Virginis æde.

§ II. — *De Lambertio antistite Atrebateni.*

Lambertus Atrebateniæ 1 antistes, beatissimus Virginis devotissimus cultor, in gravi civitatis suæ calamitate, de ejusdem beatissimæ Virginis sibi

apparentis manu candelam, seu ardente cereum, qui hodie adhuc sine diminutione ardore conspicitur, pro salutari malorum omnium remedio suscepit; auctorque fuit, ut in tanti beneficii memoriam Atrebati Flagrantium sive Ardentium societas institueretur. Quod ut clarius innotebeat, sciendum est, quod anno circiter 1105, corruptis oppido pupuli moribus, effusisque in libidinem, et vitia hominum animis, inclementer aura cœli, et tam pestilens aeris aspiratio fuit, ut Atrebatenenses primum, mox vicinam late regionem insolenti morbo ultrix Dei manus incenderit, flagranti velut igne eam corporis partem, quæ afficiebatur, adurente. Nihil hic medicorum manus, nihil potuere pharmaca: plerosque omnes prompta mors abripiebat: alios, cum nulla usquam spes afforet, ad implorandam Dei sanctorumque opem mortis; ut solet,

horror adigebat. Jacebant itaque frequentes ad D. Mariae porticun, et circa templum ejus diffusi, magno ejulatu ac planctu subsidium, miserandum in modum, exposcentes. Id forte temporis insignes duo fratre citharædi, quorum alter nomine Itierus in Brabantia, alter Petrus cognomento Normannus in Aree D. Pauli in Tarnesio commorabatur, capiti ali odio inimico se prosequentes, quod Normannus Itieri fratrem morte affecisset. Diva Virgo nihilominus splendido amictu resplendens utrique corum seorsim, die quadam lunæ, noctu apparuit, et proprio quemque nomine appellans, eadem pro sus verborum forma compellavit : « Surge, inquit, et Atrebatum proficisci, magnum ibi præ templi foribus agrorum turbam compries, semianimes, ac fere flagranti tabe consumptos : exinde Lambertum loci episcopum adibis, monachique, ut Sabbato proximo nocte vigil excubet, ægros juxta templum decubentes visitando : sub primum galli cantum conspicietur in simili, quam gero, veste, mulier a choro templi delabi eum cereo in manibus, quem vobis tradet, de quo ceræ pauxillum instillabis in vasa aquæ plena, quam ægris quibusque deinde potandam præbebitis, eademque inflammatas pestilentiali lue partes irrigabitis. Quotquot autem hoe salutari remedio viva credentes fide uti volunt, evadent incolumes, quotquot autem despexerint, morte corripiuntur. »

Ad hæc pariter utriusque dicta, Normanno sigillatum addidit, futurum ei comitem Itierum, homicidii causa hactenus quidem inimicum, sed fore ut ea occasione redirent in gratiam. Normannus, ut primo a sonno vigil : O quanta, exelatam, quamque veneranda est Dei Matris presentia ! proh utinam illius ego auxilio Itiero fratri neo reconcilier ! utinam per Dei misericordiam Marieque Matris intercessionem possim tot male affectis optatissimum afferre salutis nuntium ! attamen valde metuo, ne isthac visio phantasma sit aut illusio ; itaque tota nocte proxima excubabo, si forte, Deo volente, eadem rursus sese offerat. Hæc secum ipse statuens, primo diluculo templum adit, sacris interest, subindeque supplex Deum orat, ut sibi clarior em visionis nocturnæ notitiam dignetur impartiri. Itierus etiam hand sane minori cum eura sollicitudineque, qua vigilando, qua orando, laborabat. Nocte proxima B. Virgo illis adfuit communata nisi ad statutum locum cito properarent, utrumque eodem morbo correptum iri. Ea res illis timorem incepsit, et ad iter, mane facto, impulit. Normannus, qui vicinior erat, Atrebati die Veneris sub auroram adfuit, ac postridie templum divæ Virginis adivit, episcopumque ad aram S. Severini orantem advertit. Confirmavit vehementer hominis animum, quod magnos infirmorum acervos pro templi valvis jacentes conspiceret, ut revera visu nocturno intuitus fuerat; quare certiorjam factus, et animosior, episcopum interpellat, petique ut reducto paulisper loco liecat alloqui; velle se cum

co de quodam magui ponderis negotio communicare. Annuit episcopus.

Tum ille : « Die Lunæ elapsò, mi Domine, noctu mili diva Virgo Maria apparuit, mandavitque ut ad te venirem, et monerem, ut die Sabbati proximo, ægros, qui foris, et intra templum jacent, inviseres : tum illa post priam Galli cantum, maximum ad vos beneficij pignus cereum ardente allatura est, de quo formato prins crueis signo stillas aliquot in vasa aquæ sinetis defltere, dabitisque operare, ut ex ea ægri bibant, eorumque ulceræ illinantur; quicunque salubris medicinae usum neglexerit, aut mutanti fide exceperit, morietur. Id mei fuit munericis vobis indicare, vestrae jam sunt partes exsequi, si quid neglectum fuerit, culpam hic nullam agnoscō. » Admirabundus ad hæc episcopus : « quis, inquit, es tu, cuiusve conditionis, aut patriæ ? » Affiruante illo sese citharoëdum : « Apage hinc, ait, et mili illudere cave. » Mox hominem reliquit, floccique pendens Normanni dieta, intro in palatium divertitur : ille vero pudore suffusus in templo se continet, flebilemque et miserandam tot ægrotantium sortem expendens, misericordia commovet. Haud multis inde post horis, ecce tibi longius adveniens Itierus in templum divæ Virginis sese insert, factaque oratione inde episcopum qui tum forte in sacello domestico sacris operabatur, adiit: quo peracto munere, venerabundus episcopum salutat, petitaque loquendi venia, insit : « Pater sancte, jam sequel et iterum oculis sese obtulit meis rara pulchritudine mulier, quæ sese B. V. Marian esse diceret; mandavit illa ut sua ad te mandata referrem, ut proximo nempe Sabbato noctu ægrotos, qui foris et intra ecclesiam sunt, invisas ; tum illa vobis aderit, circumque accensum manibus porriget, ex quo defluentes aliquot guttas in vas aqua plenum infundetis, factoque de super crucis signo bibendum aquam ægris offeretis : quicunque sincere credens ex ea biberit, sanitatem consequetur, qui secus, peribit. »

Hic denum obstupefactus episcopus, interrogare, quisnam enjus nominis, patriæ, conditionisque foret. Ille respondere esse se Itierum nomine, patria Brabantum, conditione, et arte citharoëdum: præsul referre alterum ejusdem farinæ hominem eadem sibi paulo ante locutum, objicereque, quod conjurati sibi statuissent illudere. « Absit, inquit, Itierus : adeoque inter me et Normannum nullus intercedit usus, ut si hominem unquam offendarem, ego profecto sceleratum fratris mei interfectorem pro meritis ulescerer. » His auditis, episcopus secum ipse reputabat visionem istam, Dei forsitan commiseratione contigisse, ut et ægris valetudinem deserret, et duobus his inimicis reconciliationis ansam præberet. Cœpit itaque Itierum paternis monitis ad pacem hortari, idque sacræ Scripturæ verbis adeo efficacibus, ut ille omnino persuasus Normanno condonaret, ac sepplex ad pedes episcopi procideret, sponderetque quidquid

ad pacem incunundam episcopus statuisset, ratum se habitum. Mittit tum præsul secretarium, qui Normanum e templo accenseret; adfuit extemplo, pro volutusque in genua, Deum primum, episcopum deinde, tum Hierum admissi veniam obnoxie deprecatur. Episcopus postquam nonnulla de charitate fraterna disseruisset, jussit eos se mutuo osculari in signum pacis, atque amoris. Sic peracta omnibus numeris reconciliatione, munus sibi seorsum nocturno visu demandatum usanimi studio feliciter exsequerentur. Ea propter jejunio ab iis tribus religiose observato, toto die in depreciatione consumpto, sub noctem ad templum profecti orantes pernoctant, usque ad id fere temporis, quo eis fuerat divinitus indicatum: nec mora, affuit in nota veste B. Virgo, videlaturque a supraea parte chori cum accenso cereo delabi, quem illis obtulit, eadem ad omnes, quæ antea ad citharœdos verba fecerat, faciens de miraculosa hujus cerei virtute, deque ritu quo circa ægrotos utendum esset, paucis adhortata, ut illum in perpetuam insignis adeo beneficij memoriam studiose conservarent, ac subito disparuit.

Rapti omnes atque attoniti, qua veneranda Dei paræ præsentia, qua diffusæ circa templum insolita lucis obtutu, quin et divini illius ignis ardore inflammati, Deo primum gratias agere, mox uno omnes pariter studio ad accuranda Dei Matris jussa animos prompte applicuere. Expletis itaque aquæ vasis crucis signum episcopus cereo exprimit, ceræque nonnihil in aquam instillat; subinde ejus virinte ægris declaravit, ut de illa cum magna fide et reverentia bibant, exhortatur. Parent monitis, ac etiam viscera lavant, atque omnes maximum inde levamen illico persentiscere, tam interius in partibus vitalibus, quæ acri veluti flamma adurebantur, quam exterius in membris, quæ jam pene computruerant. Fuere illic ad centum sexaginta ægroti, omnesque convaluere, excepto uno, qui sacram despiciens medicinam, ausus est temere deblaterare: nalle se vinum, aliaque id generis multa indignantis e. contemnitatis animi edere indica; at non impune; tantus enim illum subito invasit ardor, ut continuo in modum furentis animam exhalari. Postquam rite peracta sunt omnia, cœpit affluens populi multitudo in Dei laudes efferi, admirandaque illius opera prædicare. Et cum clerus in templo sacra facturus jam adesset, episcopus canticum sanctorum Ambrosii et Augustini *Te Deum laudamus*, quo agendis gratiis Deo solet ut Ecclesia, intonavit, quod eleganti cum symphonia prosecutus est musicorum chorus, applaudente interea et exultante populo, quod tantis optatam votis sanitatem obtinuissent. Tradita inde sacra candela custodienda duobus citharœdis, qui illam una cum episcopo de B. Virginis manu excepérant, ejusdem antistitis concilio venerandam virorum pierum congregationem exererunt, quam in tanti beneficij memoriam *Flagrantium*, sive Ar-

dentium Societatem nominarunt. Frequens statim cum e civibus, tum e nobilibus insigni virorum multitudine sacro sodalito nomen dedit. Exstat in foro minori vetus superbaque pyramis, stupendum antique artis opus, ubi cereus multo cum cultu, religioneque in theca argentea asservatur. Ille plurima passim vulgi frequentia, pars ad orandum, pars ut aquam potent, aut ægris inde potandam ferant, magno cum pietatis sensu concurrit. Ex hac autem mortalitate discessit Lambertus, anno exordio salutis per Christum 1115.

§ III. — *De Lambertio, antistite Constantiensi.*

Lambertus, episcopus Constantiensis, quem Hermannus Contractus in suo *Chronico* quamplurimum commendat, inter alia pietatis suæ erga Deiparam specimina, majorem B. Marie Matris Domini semper Virginis ecclesiam Constantiensem, quæ ruinam minabatur, fideliter restauravit, ampliavitque. Decessit anno a Nativitate Domini 1018.

§ IV. — *De Landulpho antistite Taurinensi.*

Landulphus Taurinensis ecclesiæ præsul laudissimus, inter alia religionis suæ erga Deiparam Virginem documenta, in Taurinensi diœcesi Caburensem abbatiam in honorem B. Marie Virginis erexit, eni hodie abbas præsedit commendatarius eques Cassianus a Puteo, vir avita ac sua morum nobilitate longe clarissimus. Idem Landulphus in Snavis duos titulos in honorem Deiparæ Virginis condidit, atque in Campilione Ecclesiam in ejusdem pariter Deiparæ Virginis honorem ædificavit. Vivebat anno salutis 1015.

§ V. — *De Laurentio, antistite Dublinensi.*

Sanctus Laurentius Hibernus, Dublinensis ecclesiæ pontifex, Deiparam Virginem Mariam singulari observantia colens, suæ erga illam observantiae fructum tum pro se, tum pro aliis non semel reportavit. In Angliam aliquando navigabat, multisque se in ea profectione sancto archiepiscopo comites addiderunt, ex illorum numero, qui in Britannia negotiari solebant, magna que eos tenebat spes Laurentii sanctitatem omnia prospere successura. Jam longe processerant secundo cursu, prosperisque usi ventis, cum subito ingens excitata tempestas mortem cunctis, et miserabilem interitum minabatur. Cingunt illi, circumstantque pontificem, utque suis precibus imminentis periculum depellat, cum gemitu ac lacrimis obtestantur. Eos Dei famulus Laurentius bono animo esse jubet, atque his verbis consolatur: «Confidite, nemo peritus est vestrum: tantum donis et muneribus, ut Deus placetur iratus, efficie. Quale autem et quantum illud sit templum, quod ad præpotentis Dei ejusque sacrosanctæ Matris laudem et gloriam Dublinæ a nobis extrui cœptum sit, vos minime ignorare arbitror: nunc ad ejus perfectionem munera et dona congerite: hoc si facitis, salvi pervenietis ad portum, corporum bonorumque periculum ego vobis hac lege præstabo.» His illi auditis, ad archiepiscopum pro sua quisque fa-

cultate dona quamplurima comportarunt. Erat quippe navis illa mercatorum, qui in Britannia negotiabantur referta divitiis. Laurentius, et quæ dabantur et quæ promittebantur accepit, et mare turbatum suis precibus tranquillavit.

Idem Laurentius cum Angliam propter suæ ecclesiæ negotia revisisset, iisque confessis opportunitum ventorum flatum et idoneam tempestatem dig in portu moratus exspectaret, enidam solitario, qui se in virginale templum, a quodam pio divite recens exstructum, abdiderauit, noctu Dei se Mater ostendit, quærens quid causæ esset quare suum illud novum domicilium tanti maneret indedicatum? Ad hæc bonus ille novi et recentis incola templi, respondit, proprium episcopum longum jam tempus a sua diocesis terris abesse. « Ego vero, inquit, divina Mater, meam dominum ab isto dedicari nolo: Ecce adest Laurentius Dublinensis autistes, cujus ego præstolabar adventum: consecret ille templum meum, neque enim prius in snam Hyberniam reversuro prosper ventus affabit, quam meæ sit obsecutus voluntati. » Anchoreta templi fundatori visionem exponit: ille Laurentio in snum castellum comiter invitato, quæ solitaris et vidisset et audisset, explicavit. Laurentius diocesano inconsulto episcopo, ne templum hospes et advena dedicaret, quantum potuit recusavit: sed tamen Dei secutus voluntatem, quæ humana lege superior est, beatissimæ Dei Matris basilicam magna cæremonia consecravit: cumque peracto altaris sacrificio cibum apud divitem templi auctorem parce frugaliterque suo more cepisset; conscientia navi prospere redivit ad suos. Illo ex die virginali in Britannia templum miraculis innumeris claruit.

Per idem tempus rex Angliae Henricus, D. Thomæ Cantuariensis antistitis vexator impius et nefarius parricida (quod tamen detestabile scelus pœnis impositis expiavit), cum Hybernæ rege Deronogo contendebat. Laurentius utrumque pacificaturn in Angliam renavigavit, mandata exposuit, quæ haberet a rege, ipse ultro multa de pace. Tyrannus tamen Henricus tanti legati preces rejectit, anctoritatemque contempsit; et ne in patriam reverti posset, aditus omnes jubet intercludi, ut quem necare non audebat, molesto ulcisceretur exilio. Laurentius, benefactis malefacta remetiens, Henricum quoecunque iret, officiose prosequebatur, cumque regem male de se meritum comitatus in febris aliquando incidisset neque ultro progreedi posset morbo quotidie magis ingravescente, ex Augensis Montis, quo pervenerat, cacumine ac vertice, ecclesiam contuetur: quam ubi ex incolarum sermone Mariæ Virginis esse cognovit, et in ea canonicos vivere didicit, qui S. Victoris Parisiensis institutum sequenbatur: *Hæc, inquit, requies mea in sæculum sæculi, hic habitab, quoniam elegi eam.* (Psal. cxxxii, 14.) Ad illam igitur deportatus, Dei beatissimæque Virginis invocato præsidio, Osberto viro et collegii illius abbati re-

ligioso peccata confessus, Eucharistiæque deinde viatico sacrosancto refectus, ad extrellum sacro oleo inunctus, felicissime migravit ad Dominum, et in illa suorum legatione, tam gloriose vitam finivit, quam turpiter est ab immanni Henrico tractatus: maximeque Angense monasteriū nocte illa claritas illustravit, quæ beati illius exsulis gloriam et immortalitatem declarabat.

Exiit a corpore anno 1181, xviii Kal. Decembris, ut habet Rogerius in Annalibus.

§ VI.— *De Laurentio, antistite Gnesnensi.*

Laurentius Gembicki, ex episcopo Vladislaviensi, archiepiscopus Gnesnensis, vir vere natus omnibus prædolere, anno Domini 1559, quinta die mensis Augusti B. M. Virgini ad Nives dicata in Iucem editus est bono satis omne, ut quemadmodum præcipue coluit angustissimam cœlorum terræque imperatricem Virginem Deiparam, semper ad implorandum ejus patrocinium majori fiducia potuerit illam tota vita ex Psalmographo desumptam preceandi formam usurpare accommodate: *Spes mea ab uberibus matris meæ, in te projectus sum ex utero.* (Psal. xi, 10.) Cujus opem in morbis gravissimis, quibus in pueritia sèpius infestabatur, singularem expertus est, voto a parentibus emisso liber. Jam factus archiepiscopus, cum commendatam a Sigismundo Poloniæ rege patriæ sollicitudinem gereret anxius, et ad omnem e castris voluntatem famam intentus, supplicationes per universam Poloniæ indixisset, quas sacerdotes cum populo tanto ferventius cum profusione laerimarum obierunt, quanto ferventius increbrescebat Turcam etiam ex remotissimis Arabiæ et Ægypti regnis conquisitum exercitum in excidium nationis Polonæ trecentorum millium capitibus censem, adduxisse. Non semel uberes lacrymas excivere nuntii pio archipresuli, parvam nostrorum manum posse facile a tanta multitudine opprimi cogitanti, et ad Matrem misericordiæ Virginem Deiparam, ut afflictis rebus Polonorum succurreret, preces ingeminanti. Dumque confessus mœrore futura patriæ busta deploraret, accidit, ut die quadam ab angoribus abductum animum ad ferventer implorandam opem Virginis Matris converteret, et post conjunctas lacrymis preces in sacello Squirnievicensi nocte intempesta e suo cubiculo p:ospiceret, quieti se daturus, in aream, qua parte illam tilia inumbrat, ecce vidit Virginem Deiparam lñæ decrescentis cornibus insistentem, et se compellantem his verbis aud.: « Bono sis animo, Laurenti, vere mihi est devota nominique meo Polonia, Filius meus ea, quæ metuis, amoliurus est a vobis mala ne tuo eveniant sæculo. » Hoc visum intimis amicis communicavit, et imaginem sibi oblataam Deiparæ quantocius fecit, ut meminisse potuit, repræsentari, quæ nunc in sacello palatii Squirniviciani depicta cernitur. Exinde latiorem præstolatur eventum belli, nec frustra: neque enim multo post diversum a priori nuntium audivit, Turcam ad conditiones pacis non

iniquas nostris descendisse, atque campo exercitum submovisse. Cujus fama veritatis certior, ad ecclesias ordinationes gratiarum Deo ac Deiparæ misit, ac ingenti gaudio totam implevit Poloniæ.

Exstet Vladislaviae in ecclesia cathedrali Mæriana pietatis hujus Laurentii monumentum, imago beatæ Virginis Marie infantem Jesum tenentis una, sceptrum altera manu ex lapide supra fores a parte aquilonari collocatum, et crux deaurata non pauci ponderis in fastigio chori minoris ecclesie fixa, tum et lampas argentea, ut mole non exigua, ita sumptu dives, ante majus altare appendi solita.

Excessit meritorum plenior quam ævi, anno Domini 1624, ætatis 63, die 10 Februarii.

§ VII. — *De Laurentio, antistite Veneto.*

Beatus Laurentius Justinianus, Venetus, patriæ suæ primo episcopus, deinde patriarcha, inter alia illustria Marianæ dilectionis orbi exhibita documenta, eximium se Deiparæ Virginis laudum encomiastem luculentissime declaravit, scribendo *De Natali, Annuntiatione, Partu, Purificatione atque Assumptione ejusdem Deiparæ Virginis Sermones* 5; mihi alias in Marianæ Bibliotheca enumeratos, in quibus pie suo erga sacratissimam Dei atque hominis Matrem, amori indulgens, magnificis eam laudum ac præconiorum titulis compellavit, nempe, Arcam fœderis divinis manibus fabricatam : Arcam Testamenti verissimam, quæ auro vestita mundis simo, virtutum gemmis ornata, ac inputribilibus lignis spiritualiter facta, Testamenti tabulas, frumentum Virgam, et suavissimum in se manna continuit : Auroram rutilantem, quæ Solis Justitiae irradiata fulgore placidum in se aspicientibus præbet affectum : Alienam a sæculi amore, a mortis dolore, atque a chirographo damnationis : Ancillam Domini divino paratissimam servire imperio : Reparatricem sæculi, Lunam mundi, Speculum sanctitatis, Magisterium fidei, Solarium peregrinationis, Templum immaculatum, Ornamentum pudicitiae, Gloriam virginitatis, Fornum humilitatis, Rivulum honestatis, Exemplar continentiae, Thronum sapientiae, Magistrum virtutum, Decus hominum, Lætitiam angelorum, Interventricem mundi, Filiam praelectam æterni Patris, Portam cœli, Spem delinquentium, Sealam paradisi, Fugam dæmonum, Spem peccatorum, Portum naufragantium, Confugium periclitantium, Solamen laborantium, Robur fluctuantium, Mediatriecem verissimam Dei et hominum, ut alia, brevitatibus consulens, omittam.

Legendus est Laurentius in libro *De casto Convicio Verbi et Animæ* : in libro *De triumphali Christi agone* : in libro *De ligno vita*, atque alibi, ubi multas beatissimæ Virginis laudibus paginas exornans, et Marianam pietatem fidelium cordibus altius infigit, et qua ipse erga æternæ Sapientiae Matrem pietate ferretur, haud obscurum testimonium reddit. A vinculis hujuscæ mortalitatis so-

litus, liber profectus est ad hereditatem filiorum Dei, anno orbis redempti 1455, die 8 Januarii.

§ VIII. — *De Lazaro, antistite Massiliensi.*

Sanctus Lazarus, Massiliensis episcopus, quem Dominus suscitavit a mortuis, frequentius cum Martha et Magdalena sororibus Deiparam exceptit hospitio. Cum enim ex Evangelio constet eum Christum habuisse hospitem, nihil dubitandum est eos idem Matri præstisset; Matri, inquam, quæ, ut scribit S. Epiphanius hæresi 78, erat assecatatrix Jesu, cum ipso semper existens, et quæ Filii sui infantiam (verba sunt Augustini) ita prosecuta est, ut usque ad cruncem ab ejus indubitanter ministerio non recesserit. Perpetue, inquit Metaphrastes, versabatur cum Filio, et ei semper assidebat. Vide plura apud P. a Castro cap. 15 *Hist. Deiparae*. Massiliam appulit anno Christi Domini 55, ex *Annalibus cardinalis Baronii*, ubi optimi antistitiis munere perfundet, cœlestes tandem ad triumphos felicissime evolavit, die 17 Septembri.

§ IX. — *De Leandro, antistite Hispalensi.*

Sanctus Leander Hispalensis episcopus, quo familiarissime, ante etiam quam pontifex esset, usus est S. Gregorius Papa, quo affectu B. Virginem coluerit, haud obscure declaravit, dum in regula et institutione virginum a se elaborata, eamdem salutavit, Matrem et ducem virginum : Apicem et Specimen virginitatis : Matrem incorruptionis, quæ virgines exemplo suo genuit, et mansit integra : Fecunditatem beatam, quæ pariendo inplevit mundum, hereditavit cœlos, nec amisit velamina virginitatis : Ad hunc dono misit S. Gregorius Deiparæ imaginem a D. Luca depictam, quæ Guadalupe in Hispania in toto orbe nominatissimo templo colitur, estque variis miraculis, quæ sacræ ædis ambitu continentur, celeberrima. Ad patriam cœlestem commigrasse dicitur anno Domini 603, die 27 Februarii.

§ X. — *De Ledrado, antistite Lugdunensi.*

Beatus Ledradus, quem et Leidradum et Luidradum alii vocant, gen' e Bavarus, ad Lugdunensem Gallæ cathedralm, quæ multis et sanctis et doctis pontificibus claruit, Carolo Magno suffragante et jubente evictus, inter alia quæ Lugduni effecti, ecclesiam B. V. Mariæ de novo reædificavit, ut ipse in epistola Carolo Magno inscripta certissimus testis affirmat. Floruit anno 816, vel proxime sequentibus.

§ XI. — *De Leontio, antistite Burdegalensi.*

Leontius, xiii Burdegalensis antistes, cum esset erga Deiparam Virginem observantia singulari, in animum induxerat diocesim suam ejusdem Deiparæ Virginis ædibus collustrare. Id qua felicitate perfecerit, ex Honorio Fortunato elegantissimo pientissimoque Pictavorum episcopo cognoscamus : is in medio quasi ad Leontium epigrammate, taliter cum alloquitur :

*Tertius a decimo, tu verbi antistes, haberis,
Sed primus meritis enumerandus eris.*

*Templa vetusta Dei revocasti in culmine prisco,
Postque suum lapsum nunc meliora placent.
Flore juventutis, senio fugiente, coruscant,
Et tibi latae favent, quæ recorvatae virent.
Ut tu plus ageres, incendia tecta cremarant,
Et nunc laude sua pulchrius illa micant.
Nullaque flammicremæ senserunt damna ruinæ,
Que modo post ignes lumine plena nitent.
Credo, quod ex sese voluissest, et ipsa cremari,
Ut labor ille tuus hæc meliora daret,
Post cineres consumpta suos tenuesque favillas,
Sic solet et phœnix se renovare senex.
Instaurata etiam sacri est baptismatis aula,
Quo maculas veteres fons lavat unius aquis.
Ecce beata sacræ fundasti templo Maria,
Nox ubi victa fugit semper habendo diem.
Lumine plena micans imitata est nula Mariam
Ille utero lucem clausit, et ista diem.*

Placida morte in Christo, qui vera est vita, obdormivit Leontius, circa annum salutis 500.

§ XII. — *De Leontio, antistite Neapoleos Cypri.*

Leontius, Neapoleos Cypri episcopus, vir suo tempore multa virtute clarissimus, ardentibus Deiparæ Virginis colendæ, ejusque gloriæ amplificandæ desideriis actus, scripsit Græce *In Purificationem ejusdem Deiparæ Virginis orationem unam*, quam ex Seguirino venerandæ antiquitatis Codice excerptam, atque a Francisco Combelis ordinis Prædicatorum Latinitate donatam prodiisse primo Parisiis anno 1648, una cum aliorum Græcorum Patrum orationibus, dixi in Appendice secunda Bibliothecæ Marianæ. In ea Leontius Deiparam appellat Conciliatricem sanctitudinis, ac puritatis universitati creatorum : Participem divinæ ac consubstantialis Trinitatis : Puellam innuptam, ex qua Deus, cum esset corporis expers, corpus anima rationis ac intellectus facultate prædicta animatum nostri causa induit : et Virginem sanctissimam omni munditia et sanctitate plenam, quæ non ex viri semine, sed de Spiritu sancto concepit. Floruit sub Mauritio imperatore circa annum Domini 590.

§ XIII. — *De Lixica, antistite Toletano.*

Lixica, Toletanus episcopus, natione Hispanus, vir, et piis moribus, et litterarum etiam peritia insignis, affectum suum erga augustinianæ cœli Reginam publico testimonio apud posteros consignavit, dum *De rebus admirandis inter Deiparam et S. Ildephonsum transactis Historiam* scripsit. Clarnit circa annum partæ salutis 680.

§ XIV. — *De Luca, antistite Vladislaviensi.*

Lucas comes a Gorka, ex Palatino Posnaniensi episcopus Vladislaviensis, inter alia pietatis suæ erga Deiparam specimen, non mediocrem fecit sumptus in collegia sacerdotum diversis domaniorum suorum locis, Officium B. M. Virginis psallentium fundata. Ecclesiæ Marianæ Vladislaviensi Sponsæ suæ decorum valde dilexit, ac proinde capellam in ea exstruxit, ornavit et dotavit, ut quotidie Missa de B. Virgine Maria, *Rorate, empto censu pro sacerdotibus cantaretur*. Calicem aureum et pleraque ornamenta eidem ecclesiæ donavit, atque ex suis proventibus erigendum psallendi

noctu diuque Officium in eadem ecclesia testamento disposuit. Ad quietis portum avita navi virtutibus onusta appulit, anno Domini 1542, ætatis sue 60, die 3 Octobris.

§ XV. — *De Lucifero, antistite Senensi.*

Lucifer, Senensis in Etruria episcopus, inter alia servitutis et amoris sui erga Deiparam Virginem pignora, parvo episcopali palatio in veteri castello a se constructo adjecit templum S. Mariæ sacram cum xenodochio. Vivebat circa annum Domini 506, ex Ferdinando Ugello in *Italia sacra* tom. III, pag. 620, atque Isidoro Ugurgerio Azzolino in *Pompis Senensibus*, parte prima.

§ XVI. — *De Ludovico, antistite Acernensi.*

Ludovicus Galbiatus, Acernensis episcopus ab Urbano VIII Pont. Opt. Max. creatus, inter alia pietatis suæ erga Deiparam Virginem insignia, litterarum monumentis consignavit, *Ad famulorum Deiparæ Virginis erga eamdem, vel excitandam, vel augendam devotionem, soliloquium*: quod excusum Romæ typis Vitalis Mascardi 1637, dixi in Bibliotheca Mariana, parte secunda. Vitam finit mortalem anno a virginali partu 1639.

§ XVII. — *De Ludovico, antistite Mantuano.*

Ludovicus Gonzaga, quem Mantuana Ecclesiæ Sextus IV præfecerat, anno Domini 1483, quoddam non ignobile beatissimæ Virgini templum hujusmodi de causa construendum curavit. Secundo Mantuana ab urbe lapide in maxime communi via, qua Veronam pergitur, ad fraxinum quamdam cum duabus cereis candelis Deiparæ pendebat imago, quas cum duo agricolæ illæ currum traducentes animadvertisserint, insana quadam cupiditate concitatæ singulas rapuerunt. At repeute voce viribusque destituti, divina id ultione exposcente, cum curru ac bobus immoti penitusque desixi constitere. Quamobrem resipientes, candelasque subreptas sese relatueros, tantumque prodigium ubique prædicaturos pollicentes, vocem motumque pristinum recuperavere. Qua re multis jam in locis pervulgata, quamplures undique ad præfatam iconem confluabant, atque alii preces, alii vota et munera B. Virginis offerebant, adeoque populorum eleemosynæ excreverunt, ut templum ex iis secus commemoratam fraxinum exstrui, Deiparæque dicari piissimus præsul instituerit, perdurante adhuc eadem fraxino, ramorumque brachis aræ majoris tholum complectente. Ille vero anno 1510 diem suum fortunatissime obiit.

§ XVIII. — *De Ludovico, antistite Tolosano.*

Sanctus Ludovicius, episcopus Tolosanus, Caroli principis cognomento Claudi filius, Deiparæ Mariæ a puerili ævo usque ad ultimum mortalis vitæ terminum assidua semper ferventique pietate est famulatus. Gravissimo morbo correptus purulentum et tinctum fœdo cruento phlegma cœpit ejicere, ut medici læsum pulmonem suspiciati sint. Ingravescebat morbus in dies magis magisque, sed maxime pridie Purificationis beatae Mariæ Virginis,

adeo ut catarri gravedine propemodum suffocaretur. Tunc ad se rediens votet Deo pro salute, beatæ Mariæ Virginis Matri, sancto Patri Francisco vitam et institutum Fratrum Minorum, seque in eo quoad viveret, perseveraturum. Voto revaluit, et patrocinio sanctorum, nec oblitus beneficij fuit, sed proxima Pentecoste Spiritu sancto afflatus summo mane in æde ad memoriam beatæ Dei Genitricis exstructa, quod secum tacite promiserat, ad altare Domini aperte renovans, manifeste se ipsum obtulit Domino gratissimam oblationem et holocaustum. Ad Horarias preces addebat quotidie Psalmos, qui Pœnitentiales appellantur, cum Litaniis, et plerosque alias gustui suo inflammandæque pietati opportunos, quos singulos pia illa oratione ad beatam Virginem : *Salve, Regina, Mater misericordiae, claudere solebat.* Post Completorium nonnullas orationes de gaudiis beatæ Mariæ quam pie colebat, fundere consuevit, et aliquot alias preces. Pridie solemnitatum beatæ Virginis Matris in cibum aquam tantum sumebat et panem, vix necessitatibus naturæ satisfaciens, ut thesaurum virginitatis in fictili vase integerrime conservaret. Pro Christiano et catholico ritu sacramenta ecclesiastica ipso die festo Assumptionis beatæ Mariæ Virginis sibi jussit administrari. Die qua ex hac vita abiit, Salutationem ad benedictissimam Virginem continenter frequentavit. Rogatus cur toties repeteret, « Cito moriar, inquit, et beata Maria juvabit me, » atque ita obdormivit in Domino,

integra mente, xiv Kalend. Septembbris anno 1298.

§ XIX.—*De Ludovico, antistite Tornacensi.*

Ludovicus, Tornacensis episcopus, ob specialem devotionem in confraternitatem beatæ Virginis de Septem Doloribus habitam, eam de novo decoravit, et in festo Miraculorum Virginis de Septem Doloribus in ecclesia S. Salvatoris Brugis Idibus Novembr. anni 1517, summam Missam solemniter celebravit. Vide Colven. in Kalendar. Mariano die 13 Novembries.

§ XX.—*De Luitholpho, antistite Augustano.*

Luitholphus, alias Luitoldus, episcopus Angustanus, studium, quo Deiparam Virginem Mariae colebat, palam omnibus testatus est, dum sumptuosa divæ Virginis basilicam, quæ anno incarnati Filii Dei 994 Augustæ conciderat, auxiliis Dominæ Adelheidis imperatricis Ottonis Magni relictae viduæ Burgundionum reginæ, magnifice iterum instaurans, et fortiorum ac illustriorem, quam fuisset unquam ante, fecit, iterumque divæ Virgini Matri dedicavit. Decessit ex hoc mortali ac lugubri sæculo, anno a nato Christo humani generis Redemptore 996, die 27 Julii.

§ XXI.—*De Lupo, antistite Cesaraugustano.*

Lupus Fernandez de Luna, archiepiscopus Cesaraugustanus, pro eximio suo erga Deiparam affectu, edidit super festum de Concepcione Dominae nostræ constitutionem synodalem, quam constitutionem habes apud Armanentarium Seraphicum in Regesto pag. 283. Vivebat anno salutis 1438.

CAPUT XI.

De Machario Antiocheno, Machario Epidaurensi, Machario Philadelphio, Magno Heraclensi, Mainardino Comaclensi, Malachia Dunensi, Marciano Syracusano, Marciano Constantinopolitano, Marco Cæsaraugustano, Marco Fulginato, Marco Truxillensi, Mario Salernitano, Marquardo Aystetensi, Marsilio S. Sebastiani, Martino Algierensi, Martino Barcinonensi, Martino Gnesnensi, Martino Siguntino, Martino Turonensi, Martino Vercellensi, Materno Tungreni, Mathano Scoto, Matthæo Ephesino, Matthæo Aberdonensi, Matthias Gnesnensi, Matthias Spirensi, Matthia Vlatislavensi, Maurilio Andegavensi, Maurilio Rothomagensi, Maurilio Cenomannensi, Maurilio Messalubrensi, Maurilio Parisiensi, Mauro Cæsenate, Maximiliano Tornacensi, Maximo Gradensi, Maximo Ravennatensi, Maximo Regiensi, Maximo Taurinensi, Meinwerco Patherbornensi, Melchiore Paraguensi, Melchiore Rossensi, Mellone Rothomagensi, Memmio Catalaunensi, Methodio Tyrensi, Metrophane Smyrnæo, Michaelae Merspurgensi, Michaelae Salubriensi, Michaelae Sinnadensi, Milone Aurelianensi, Milone Morinensi, Modesto Hierosolymitano, et Monulpho Trajectensi antistitibus.

§ I.—*De Machario, antistite Antiocheno.*

Sanctus Macharius, genere Armenus, Antiochiae Syrorum pastor, Deiparæ Virginis cultor admirandus, cum Hierosolymana peregrinatione obita multas in redditu Septentrionis oras perlustrasset, Cameracum venit, ibique aliquandiu commoratus, die quadam, præcipitante jam sole, in sanctissimæ Matris ac Virginis templum intravit, ut solito more in Filii Matrisque laudibus pernoctaret. Sed eum, cum advesperasceret, templi custos cum convitio ejicit et fores occlusit. Macharius animo tranquillo ac sedato æditiui tulit injuriam, seque ante ostium templi projecit in preces divinasque

laudes, qua loquendo, qua meditando prosequitur. Deus ignotum hospitem illustrare volens, Ecclesiæ portas aperuit. Vir sanctus in eodem vestigio persistit, manetque extra limen, ne templi janitorem hominem austерum et parum hospitale offendere ret ingrediens. Janitor ad preces nocturnas templum aperturus accedit; patens ut vidit, et, quem peregrinum excluderat, humi stratum ante fores aspergit, horrore concutitur, et metu prope exanimatur. Die postero res cunctis inclaruit; Deo a fidibus gratiæ aguntur, viator ejectus ab omnibus honoratur, habeturque pro sancto. Gandavum deinde venit, magnaque omnium gratula-

tione excipitur. Non multo post immanissima pestis desævit, quam Macharius precibus et votis avertit ab urbe, et præ gentis charitate quamvis exteræ communem cladem sua redemit morte. Glænde ictus pestifera tandem aliquando decessit maximo sui relieto desiderio. Affirmarat moriens sibi duobusque aliis esse pereundum, neminiisque præterea, nec vana fuit prædictio. Se in sanctissimæ Virginis subterranea basilica jussit humari, ut quam mente coluerat, etiam corporis et pacis somno quiescentis veneraretur hospitio. Obiit Gandavi in Flandria, anno ab orbe redempto 1012.

§ II.—*De Machario, antistite Epidaurensi.*

Macharius Melissenus Commenus, Byzantinis a Cæsaribus, Theodori Aeni despota et in Oriente dynastæ germanus frater, archiepiscopus Epidaurensis in regno Peloponneso, Deiparæ Virgini ap prime devotus, frequenter ac fere assidue se eidem Virgini commendabat oratione illa, qua Græci ad Completorium in magna Quadragesima utuntur, videlicet : *Mater Dei, omnem spem meam in te repono; custodi me sub tua protectione: eamque ad ultimum usque suæ vitæ anhelitum tenacissime retinuit. Obiit Neapoli pridie Idus Octobris anno salutis humanæ 1585, et in templo sanctorum apostolorum Petri et Pauli juxta aram summam marmoreo sepulcro conditus est.*

§ III.—*De Machario, antistite Philadelphio.*

Macharius Chrysocephalus, archiepiscopus Philadelphiensis, natione Græcus, pro eximio incensoque erga augustissimam Deiparentem studio, litterarum monumentis consignavit : *In Purificationem ejusdem augustissimæ Deiparentis Orationem unam: Quam Græce Ms. in Bibliotheca Borromea Mediolani asservari dixi in Bibliotheca Mariana, parte II. Cætera cum tempore, quo claruit, adhuc me latent.*

§ IV.—*De Magno, antistite Heractensi.*

Sanctus Magnus Altinensis, ex anachoreta episcopus Novæ Civitatis, olim Heraclea nuncupata, in sinu Adriatico, quadam vice in spiritu raptus per revelationem monitus est ecclesiam ædificare Virgini gloriosæ, quæ nunc dicitur Maria formosa, quia in formoso ornatu Virgo Mater ei apparuit, et locum ædificationis demonstravit. Migravit ad Dominum suorum laborum mercedem recepturus, anno milii adhuc ignoto, cuius corpus anno Domini 1207, pridie Kalend. Octobris Venetas translatum est.

§ V.—*De Mainardino, antistite Comaclensi.*

Mainardinus de Contrariis, Ferrariensis, Comaclensis Ecclesiæ episcopus, devotionis suea erga beatam Virginem specimen dedit, restaurando templum Sanctæ Mariæ de Aula Regia. Diem clausit extrellum anno salutis restituta 1460.

§ VI.—*De Malachia, antistite Dunensi.*

Sanctus Malachias, episcopus Dunensis in Hibernia, inter alia affectus sui erga Deiparam documenta, Viride Lignum monasterium in dominatu

Dunensi in honorem Virginis Deiparæ pro monachis Cisterciensibus fundavit, anno Domini 1144.

§ VII.—*De Marciano, antistite Syracusano.*

Quo tempore sanctus apostolus Petrus Antiochiae versabatur, cum ubique terrarum, ac præcipue apud Græcos populos, quam celeberrimæ Syracusæ essent, satis cognosceret, multo maximo eas ornamen to, ac longe præstantissima sacrosanctæ fidei gloria cohonestare decrevit. Itaque anno 40, Marcianum eo misit episcopum, qui non minorem inter apostoli discipulos, ob doctrinæ et sanctitatis specimen, tenebat locum. Hic quippe, qui summa erat erga Deiparam Virginem pietate præditus, illius imaginem secum tulit, cuius specie ac pulchritudine cum divinum in se amorem fovebat, tum etiam populorum animos illustrabat, et ad Christum alliebat. Illa tanquam cœlesti fulmine statuas idolorum abjecere. Illa velut firmissimo clypeo a sygiis monstris sese defendere; illa tanquam ancipiti gladio ex energiæ horrendas larvas depellere; illa tanquam cœlesti medicina cœcis visum, loquaciam mutis, auditum surdis, claudis et paralyticis integras vires impertiri, leprosos mundare, ægros omnes morbis liberare consueverat: adeo ut jure optimo hæc imago ingens miraculuni, seu miraculorum mirificum instrumentum appellari posset. Eam collocavit in antris quondam Pelopia nuncupatis, nunc vero ab æde superstructa D. Joannis apostoli dictis, ad inferiorem partem Achradinæ, (nec enim sinebat tyrannorum saevities templa ædificari), perinde ut fidelium Syracusanorum animi peroptabant. Eodem in loco D. Marcianus morabatur; ibi docebat, ibi baptismum habebat, et sacræ operabatur, veluti sub tutela ac patrocinio sacrosanctæ Dei Genitricis. Clarebat anno a Christi Nativitate 50.

§ VIII.—*De Marciano, antistite Constantinopolitano.*

Marcianus, archiepiscopus Constantinopolitanus, Marianæ gloriæ, sibi cordi insitæ, augendæ intentus, scripsit inter alia *De Præsentatione beatæ semper Virginis Mariæ in templo Orationem unam: quæ Graece ms. exstat in Bibliotheca Regia Escorialis num. III, II. 8, pag. 107, ut ex Antonio de Leon in sua Oratione de Præsentatione B. Virginis dixi in Bibliotheca Mariana Appendice secunda. Cætera me fugiunt.*

§ IX.—*De Marco, antistite Cæsaraugustano.*

Marcus Maximus, natione Hispanus, ex monacho Benedictino Cæsaraugustanæ civitatis archiepiscopus creatus, Mariæ Deiparæ Virgini longe deditissimus servus, suum in eam amorem studiisque luculenter declaravit, canendo Latino carmine *De Domo B. Virginis De Columna, seu de Apparitione illa in qua Virgo Deipara Cæsaraugustæ D. Jacobo apostolo visendam sese præbuit, Hymnum unum: De eodem item argumento Elegiam unam: et alia, quæ ad meam adhuc notitiam non venerunt. Clarijuit sub annuui salutiferæ redemptoris 600*

§ X. — *De Marco, antistite Fulginate.*

Marcus Antonius Bizzonius, patria Romanus, vita ac morum integritate, ac præsertim Marianæ pietate conspicuus, dum Fulginateum regeret Ecclesiam, contigit nonnullos templi ministros obiter ac perfunctorie ex quadam Deiparae imagine, quæ in sacrario asservabatur, pulverem contractum excutere: quod ubi pius animadvertisit præsul, ut incuriam illam suo exemplo redargueret simulque doceret quanta in estimatione res sacrae ac præcipue ad Deiparam spectantes essent habendæ, ipse met, multis coram astantibus, imaginem illam extenta lingua lambere, atque a sordibus expurgare non est dignatus. Cumque in episcopatu vicesimum complessset annum, iam fere sexagenarius perrexit ad Dominum, anno salutis 1606, die 26 Aprilis.

§ XI. — *De Marco, antistite Truxillensi.*

Marcus Salmeron, Hispanus, Castellanus, ordinis B. Mariae de Mercede Redemptoris Captivorum insignis theologus, et prædictor eximius, ex sui ordinis magistro generali episcopus Truxillensis, inter multa, quibus affectum cordialissimum, quem erga augustissimam Dei Matrem gerebat, eximie ostendit, scripsit *De Excellentiis Deiparae Virginis Mariae librum unum*; *De Conceptione ejusdem conciones plures*, non semel excusas, et super singulas Deiparae Virginis festivitates tractatus singulares, egregie dispositos. Hie, cum esset magister generalis sui ordinis, auctor fuit ut in conventu suo regali Hispanensi celebris confraternitas fundaretur, ex quam plurimis nobilibus ejusdem civitatis simulque religiosis ejusdem cœnobii composita, sub titulo mancipiorum B. Mariae de Mercede, qui uti veri servi ipsius cultui perpetuo sunt addicti, et eam in sua miraculosa imagine, quæ in celeberrimo templo prædicti conventus in altari majori, ex dono S. regis Ferdinandi S. Petro Nolasco fundatori facto, asservatur, demississime reverentur: et præcipue ipsius Virginis descensionem, seu apparitionem ad revelandam prædicti ordinis foundationem, quæ Dominica proximi Kal. Augusti, speciali Officio ex indulto Sedis apostolice colitur, magnificenter tissime celebrant: et singulis Sabbatis per annum post Completorium in prædicta ecclesia coram prædicta sanctissima imagine, maximo totius civitatis concursu, devotione, et spirituali gaudio solemnissime Antiphonam *Salve Regina*, et Litanias Lauretanæ a musicæ artis peritissimis decantare faciunt. Obiit Marcus iste anno orbis per Christum redemptum 1648.

§ XII. — *De Mario, antistite Salernitano.*

Marius Bologninus, Calatinas, archiepiscopus Salernitanus, inter alia Marianæ pietatis palam exhibita documenta, ecclesiam et cœnobium in honorem beatissimæ Virginis Mariæ, cuius fuit semper devotissimus, a fundamentis condidit pro Carmelitis Fratribus, ac redditibus locupletavit. Decessit Neapoli anno salutis 1605, die 25 Februarii, ejus-

que corpus Salernum delatum in Mariano Carmelitarum templo, ut testamento caverat, humatum est hac inscripione:

Illustrissimi et reverendissimi D. D. Marii Bolognini archiepiscopi Salernitani regiique consiliarii, qui sponsam suam sanctis exornavit sanctionibus, monitis efformavit cœlestibus, divinisque munivit instructionibus: cujus nimia devotio in Deiparam Virginem Carmelitani ordinis præcipuum Matrem, Carmelitas huc adduxit: Ecclesiam hanc exstruxit, conventum fundavit, donis redditibusque secundavit; non animam, que meritis onusta petivit Olympum, sed corpus PP. Carmelitæ, ejus implentes vota, huc transferri ac tumulari curarunt.

§ XIII. — *De Marquardo, antistite Aystetensi.*

Marquardus ab Hageln, Suevus, episcopus Aystensis in Germania, inter alia pietatis suæ erga Deiparam speciinina, condidit ac fundavit prope summam basilicam novum canonicorum collegium, ac B. Mariae Virgini dicavit. Decessit ex hac vita mortali anno Domini 1324, sepultus honorisca pompa funebri in novo Divæ Virginis collegio a se fundato.

§ XIV. — *De Marsilio, antistite S. Sebastiani.*

Juxta ecclesiam Sancti Severini in Colonia inclusus quidam habitabat Marsilius nomine, in Tuscia ad S. Sebastianum quandoque episcopus, et tempore schismatis, quod fuit inter Alexandrum et Paschalem, ab ipso Alexandre depositus. Hunc cum matronæ civitatis frequentarent, et una ei confessa fuisset, quod Dominæ nostræ sine quadam mira dulcedine dicere non posset nomen, de causa tantæ gratiæ requisita respondit: « Singulis diebus in honorem ejus quinquaginta Ave Maria cum totidem veniis dicere consuevi, per quæ tantam dulcedinem merui, ut omnis oris mei saliva orationis tempore in mel videatur conversa. » Quod cum audisset Marsilius, exemplo devote semiuæ vix per sex hebdomades Angelicam Salutationem præfato modo et numero compleverat, et ecce tantam dulcedinem sentire cœpit in illius dulcissimæ Salutationis prolatione, in ore, et gutture, ut mellis dulcedinem longe transcenderet ipsa dulcedo.

§ XV. — *De Martino, antistite Algierensi.*

Martinus Bonacina, Italus, Mediolanensis, ab Urbano VIII Pontifice Maximo factus episcopus Algierensis, suæ erga Deiparam pietatis satis insigne testimonium dedit, scribendo more scholastico *De præcipuis beatissimæ Virginis Mariæ Mysteriis tractatum insignem*, quem excusum Mediolani typis Joannis Baptiste Piccardi anno 1629, in-4, dixi in Bibliotheca Mariana, parte II. Mortalem hominem exuit anno reconciliationis humanæ 1631, ætatis 46.

§ XVI. — *De Martino, antistite Barcinonensi.*

Martinus Garcia, Hispanus, Cæsaraugustanus, ex Catholicorum regum concessionatore episcopus Barcinonensis, suæ in Deiparam pietatis eximium argumentum orbi exhibuit, *Sermones de*

ejusdem Deiparae Virginis laudibus, a se conscripsos. Claruit circa annum orbis redempti 1590.

§ XVII. — *De Martino, antistite Gnesnensi.*

Martinus Polonus, quia in Polonia ex nobili familia Strenorum oriundus, patria Cartulanus, per Nicolaum III Pontif. Max. ad Gnesnensis Ecclesiae cathedralm sublimatus, pio erga Deiparam Virginem amore adactus, inter cætera sui amoris in eam documenta composuit *Sermones in præcipuis Deiparae Virginis festivitatibus*. Diem clausit extrimum anno mundi redempti 1279.

§ XVIII. — *De Martino, antistite Siguntino.*

Sanctus Martinus, ex abbe Hortensi ordinis Cisterciensis episcopus Siguntinus, adolescens adhuc una cum matre sua Sanctia dono dedit B. Mariæ de Cantavos, cui ab eadem matre fuerat oblatus, villam quæ dicitur Boenizes cum omni termino suo. Ad sacrum ordinem Cisterciensem vocatus, relicta matre Sanctia, dum orpharium se reputat, ad Mariam recurrit, non dubitans meliorum filium fore, quandiu melioris Matris, si sibi ipsam propitiam experiatur. Demum confidens non sibi defuturum fontem misericordiae, cui cunctis subvenire pro gloria est, ad Virginis altare supplex accessit : « Et te, o Domina, in Matrem mihi assumpsi : non deceat te minorem mei curam, quam illam, gerere, quæ tibi a me postposita, et si gesseris, potes quæcumque voles. » Dixit, et statim ad donum probationis cum ceteris novitiis deductus est, norma ipse futurus aliorum omnium. Valedixit mortali vitæ anno nati Salvatoris 1210, enjus corpus in monasterio Hortensi ante aram sanctissimæ Virginis Mariæ sepultum est cum sequenti epitaphio :

*Martinum fortis rapuit resania mortis
Pontificem sanctum, sobrium, justumque beatum.
Impetrare pia Virgo dignare Maria
Ut vivat semper monachus tuus hic eremita,
Cujus in hac fossa carnes conduntur et ossa.
Octo bis Octobris dissolvit membra Kalendis,
Anno ab Incarnatione Domini 1210.*

§ XIX. — *De Martino, antistite Turonensi.*

Sanctus Martinus, Turonensis in Gallia episcopus, de cuius laudibus nulla posteritas conticeset, quia devotum cordis affectum erga sanctissimam Dei Genitricem gessit, videre hanc meruit ad se vénientem magno virginum comitatu, cuius et aspetto et alloquio quantam animo voluptatem hausebit, quibus gaudiis exsultaverit, quam se ad quosvis labores sufferendos atque vincendos comparaverit, quiam magnus et contemplantis, et agentis vitæ cultor evaserit, iis qui et vere Christiani sunt, et ejus vitam relegerunt, cogitandum perpendendumque relinquimus. Hunc graviter insidiis diaboli vulneratum Virgo gloriosa sanavit. Historia scripta cernitur in monasterio Majoris Monasterii prope Turones, quod ipse vivens ædificavit. Cum enim nocte quadam surrexisset ex more media nocte, ut cum aliis fratribus Matutinas laudes decantaret, diabolus ejus sanctitati invidens supra gra-

dus superseminavit pisa. Vir autem Dei nullas suspicatus insidias, festineque descendens, per gradus volvebatur confractis costis : et forte etiam mirandum in modum totum corpus contrivisset, nisi astisset ei totius dulcedinis ac suavitatis Fons Virgo Deipara, quæ eum allevans sanatisque ejus vulneribus, ad proprium reduxit cubieulum, tantæ malitiæ auctorem diabolum fuisse asserens. Vivebat Martinus anno salutis 390.

§ XX. — *De Martino, antistite Vercellensi.*

Martinus de Advocatis, episcopus Vercellensis, cum esset in Deiparam Virginem observantissimus, ecclesiam Vercellensem ipsius Deiparae Virginis honori dedicatam amplis redditibus decoravit. In eius epitaphio ejus sepulero affixo haec inter cætera leguntur carmina :

*Audiat ergo pia mitissima Virgo Maria
Præsulis egregii vota precesque pii.*

*Hæc, quam laudavit, dum viveret, ac decoravit
Ipsum digna coli ducat in alta Poli.*

Obiit anno 1248, mense Julio.

§ XXI. — *De Materno, antistite Tungrensi.*

Sanctus Maternus B. Petri apostoli discipulus, ejus memoria in Martyrologio die 14 Septembbris annotatur, postquam a morte mirabiliter ad vitam esset resuscitatus, in Germaniam missus, Tungrenses, Colonienses, Trevirenses aliosque finitimos populos ad Christi fidem perduxit. Is B. Virginis cultor eximus, Hasteriæ, quæ hodie in dioecesi Namurensi Benedictinorum abbatia est, ecclesiam consecravit, ut scribit Richardus de Wasseburg archidiaconus Virdunensis lib. iii *Antiquitat.* hisce verbis : « Erat autem Hasteriensis ecclesia a priscis temporibus a S. Materno Petri apostoli discipulo consecrata. Cujus vero in honorem? certe non alterius, quam sanctissimæ Deiparae, uti nos docet ex Historia ecclesiastica Belgii Gulielmi Gazei Heribertus Rosweidius in sua Historia Belgica ad annum 656. » In urbe autem Tungensi tunc frequentissima, ubi diligenter admodum superstitione habebatur collectum, quidquid unquam fuerat vanis erroribus institutum, confutato dæmonum cultu, et sacrilegiorum destructa impietate, templum B. Mariæ semper virginis, Deique Genitrici exstruxit, et consecravit, ut ab omni nationum genere coleretur, quæ in eadem urbe erant undequaque congregatae. Atque ut res illa difficilestima, de extirpanda nimis idolatria, et vexillo crucis Christi apud gentiles erigendo, quæ ipsis videbatur stultitia, optatum posset consequi effectum, probe sciens quæque ardua progressura feliciter, quibus B. Mariæ Virginis faveret gratia, et aspiraret auxilium, ejus cultui ac precibus putavit innitendum, quæ apud Ægyptios filium suum complexa idolatriæ extremam ruinam intulisset. « Damnatur cultura Jovis, ait Ægidius, Junonisque ac Veneris, exstructur tempulum B. Mariæ perpetuae Virginis ; emundantur delubra dæmonum, dedicantur ecclesiæ sanctorum usque

ad numerum septuaginta duarum congregationum. » Habet igitur Belgium in quo non modicum potest gloriari, et glorando sibi gratulari, quod nimurum sub ipsis nascentis Ecclesiæ incunabulis, antequam pleræque aliæ provinciæ vix quidquam de beata Virgine intellexerant, primam infra Alpes, sive Cisalpiniam primam Mariano titulo insignitam ecclesiam habere meruerit. Auctorem qui id ipsum doceat, profero Thomam Bozium Romanæ congregationis oratorii a S. Philippo Neri institutæ presbyterum, qui lib. ix, *de Signis Ecclesiæ* cap. 9, ita ad rem nostram scribit : « Sed et apud Tungros volunt prisci Annales, a Materno Petri discipulo ecclesiam de nomine Virginis conditam, quam primam dicunt *infra Alpes* ecclesiam fuisse. » Quibus verbis hæc sua subjicit Locrius : « Quid audio? Non B. Virginis modo, sed absolute primam. Ergo nulla alia quolibet titulo exstabat, quando ista prima compa- truit, iis porro apicibus, ut facta cathedralis Virginis titulum circumferret. » Ut ut sit, magna sane Belgarum commendatio est, primam cis Alpes Mariano nomini meruisse consecratam habere ecclesiam. Quod ipsum confirmant præter citatos abs Bozio Annales Ecclesiæ tum Coloniensis, tum Tre- viensis : Joannes Carthagena lib. xviii, homil. 7, et Petr. Canisius lib. v, cap. 23, dum ait : « Sanctus Maternus etiam apud Tungros Deiparæ Virginis ædem, eamque infra Alpes, ut volunt, primam consecravit. Sic enim veteres ecclesiarum narrant Annales.

Neque ea tantum in hoc tractu a Belgis per S. Maternum Mariano nomini ædificata, et consecrata fuit ecclesia, sed et in oppido Huiensi, ad Mosæ et Huy confluentem, medio fere itinere inter Leodium et Namurcum, aliam in ejusdem honorem construxit, de qua ita Ægidius monachus Aureæ Vallis : « Sed et per suos episcopatus plurimas fundavit ecclesias, inter quas eminet ecclesia B. Mariæ Hoyensis, ut testatur Theoduinus Leodiensis episcopus, qui in ea requiescit : » Verba Theoduinii ita habent : « Ego Theoduinus Dei gratia Leodiensis episcopus, notum esse volo tam præsentibus, quam futuris, qualiter post libertatem Hoyensis ecclesiæ, quam Maternus beatæ memorie episcopus consecrando primitiavit, etc. » Sunt ea desumpta ex diplomate, quo idem in prædicta ecclesia 15 canonicos instituit anno 1066, quando et eamdem basilicam Marianam a fundamentis usque ad laquearia a se reædificatam et perfectam, præsente Lietherto Cameracensi episcopo consecravit.

Dionanti insuper in eadem ditione, haud procul ab Huiio, et ad Mosam quoque, vetustam plane invenio Marianam basilicam, quam itidem a B. Materno consecratam suspicio est. Sed suspicio tan- tum : nam hactenus certum testimonium non invenitur. Sed habemus firmiorem historicum sermo- nem de alia Marianæ basilica, quam idem pontifex S. Maternus in Belgio Deiparæ dedicavit. Est illa Walcuriæ, de qua Auctarium ad Joannis Molani

Natales Sanctorum Belgii, auctore Arnolodo Rayssio canonico S. Petri Duaci. Ille igitur ad diem 28 Maii, ex antiquis mss. quæ cum instructione eidem communicavit Joannes a Chokier, Ecclesiæ Walcuriensis præpositus, hæc subsequentia commemo- rat : « Walcuriæ commemoratione Deiparæ Virginis miraculosæ, quæ cum processione solemní festive celebratur. » Subjungit deinde : « Est autem Walcuria, sive Valencurtium urbs perantiqua ad septimum a Namurco lapidem sita, ad ripam Aurice rivuli inter Mosam et Sabim, cuius prima basilica a B. Materno S. Petri discipulo duxit initium, qui ad fidem converso Arbo horum locorum tyranno ecclesiam B. Mariæ dedicavit, in eaque sacram Virginis statuam suis, ut creditur, manibus deli- neatam collocavit, miraculis variisque prodigiis et curationibus famosissimam, et peregrinorum con- cursu ab olim etiam frequentissimam, ex quo potissimum divinitus manifestari placuit locum hunc singulariter pro Deiparæ cultu et patrocinio ele- ctum. Cum enim miraculorum gloria jam longe lateque celebraretur, evenit fortuito igne templum absunni, iconem autem dictam præeunte columba, cunctis qui aderant plane videntibus, angelorum in sublime transportari ministerio, proculque in sub- urbano quodam horto ab iisdem sisti. Unde cum nulla arte deferri posset, Theodosius loci regulns voto concepto monasterium se in loco hortuli con- structurum, divina permissione imaginem Walcu- riæ retulit, ad cuius adventum tanta brevi con- fluxit hominum frequentia, et peregrinorum liberalitas, ut templum nulli totius Namurcesii facile cessurum sit extrectum. In quo etiam ultra collegium novem canonicorum cum præposito, sub annum Domini 1020, ab Edvino loci dynasta fundatum, vigili sacellani, aut amplius, a diversis No- bilibus sunt instituti. In quorum beneficiorum gratam memoriam adhuc quotannis ipsa seria quarta quatuor Temporum Pentecostes dicta imago maximo peregrinorum concursu honoratur, com- munique urbis lætitia ac solemní omnium proces- sione defertur. » Hactenus Auctarium præcitatum.

Constans et firma traditio est Ecclesiam Marianam in Gallo-Brabantia supra Geldoniam, Namurcum versus sitam, vulgo *Notre-Dame d'autre Eglise*, quasi dixeris : *Domina Virgo alterius Ecclesiæ*, quod cognomen etiam pago, in quo sita est, adha- sit, vernacule *Autre Eglise*, a D. Materno Tungrensi episcopo et Belgarum primo apostolo in honorem sanctissimæ Deiparæ fuisse consecratam, prout etiam antiquæ ejus, ecclesiæ tabulae atque inscrip- tiones clare significant. Inter cætera bina hæc disticha leguntur.

Creditur hoc templum Materni tempore structum,
Non magis antiquum Belgica terra tenet.
Hic locus est (sic nos docuit non falsa vetustas)
In quo, post Tungros, altera sacra viget.

Itaque, quod præter illam Marianam Tungren- sem nulla alia in iis partibus esset ecclesia, dicta

fuit hæc, altera, sive secunda Ecclesia. Quibus confirmandis ipsa structura suffragatur, quæ summa præsefert vetustatem, et longævæ ætatis non obscura vestigia.

Vitæ finem beatissimo exitu imposuit Maternus anno salutis 135.

§ XXII. — *De Mathano, antistite Sanctonensi.*

Sanctus Mathanus Scotus, quia e Scotia oriundus, et ob sanctæ vitæ merita antistes Sanctonensis in Scotia, ut ardentissimum suum in Deiparam Virginem affectum scriptis quoque libris exprimeret, edidit *De Septem Doloribus ejusdem Deiparæ Virginis librum unum*, mihi alias ex Thoma Dempstero in Marianæ Bibliotheca recensitum. Floruit anno post gratiam humano generi factam 387, coliturque die 12 Novebris ex Breviario Scotico, quo die animam maturam præmio gloriosæ æternitatis ad sanctorum felix emisit contubernium, ut inquit Martyrologium Gallicanum.

§ XXIII. — *De Matthæo, antistite Ephesino.*

Matthæus Philadelphus, natione Græcus, Ephesinorum præclarus antistes, inter alia virginæ pietatis cœlo exhibita specimina, scripsit egregie *Pias ac religiosas Precationes, sive Orationes ad sacrosanctam et maculæ omnis expertem Virginem Deiparentem*, quas ab Alardo Amstelodamo, primo Latine conversas, et Salingiaci excusas anno 1539, dixi in Bibliotheca Marianæ, parte II. In iis porro præclaris laudum titulis cumulatur Deipara, compellaturque: per strenuum bello concussum præsidium, secura, fida et sacra tempestate jactatorum Ancora, singulare a columniotoribus affectorum Auxilium, desperatorum Spes, dolentium Solatium, paratum ad omnes casus Subsidium, singularis salutis nostræ Propugnatio, tutissimus naufragorum Portus, totius Trinitatis nobile Triclinium, Templum sacratissimum Dei Patris, Aula et Thalamus immaenlatus Filii, Sacrarium Spiritus sancti admirandum venerabileque, ut alia, brevitiati consulens, omittam.

Floruit circa annum Christi Redemptoris nostri 1200.

§ XXIV. — *De Matthæo, antistite Aberdonensi.*

Matthæus Aberdonensis episcopus, natione Scotus, vir et religionis zelo, et doctrinarum sacrarum scientia perillustris, de quo plura Hector Boëtius in libro *De pontificibus Aberdonensibus*, ardenter Virginis colenda ejusque gloriæ amplificandæ desideriis actus, scripsit *In Evangelia Festivitatibus Deiparæ*. Sedebat anno nati Salvatoris 1199.

§ XXV. — *De Matthia, antistite Gnesnensi.*

Matthias Lubienksi, ex episcopo Chelmensi, Posnaniensi, et Vladislaviensi, II, hujus nominis archiepiscopus Gnesnensis, natus est in hæreditario majorum suorum pago Lubna, die glorioissimæ Virginis Deiparæ Filium æterno Patri Hierosolymis præsentanti sacro, anno Domini 1572. Ab ineunte ætate fuit B.M. Virginis singulariter devotus, corona

illam salutare singulis diebus usitatum habens. Habuit idem usitatum post recitatum Officium B. Virginis (quod singulis diebus recitabat) aliquid de Kalendario ejusdem ad excitandam in se devotionem et imitandos aliorum colendi eam modos, legere: a qua illum consuetudine usque ad fatalem decubitum nulla etiam gravissima reipublicæ negotia, quorum pars maxima ei, ut primati regni et principi primo incubuit, avocabant. Pro summa propensione, ac inereditibili erga Deiparam affectu, Lovicii ecclesiam collegiatam B. Virginis a fundamentis nova fabrica (veteri diruta) exstruxit. Sacellum B. M. Virginis Czestochoviensis deductis muris ampliavit, pro ampliori honore Deiparæ Virginis, ac majori capacitate concurrentium. Serenissimo Joanne Casimiro in regem Poloniæ electo, uncto, et regali diadematæ insignito, Czestochoviam Matthias recta profectus est, ibique pontificali solemnitate sacris operatus, gratias egit summo Numini pro felici coronatione, atque ut coronatum regem sospitet cum frequenti senatu et numerosa populi multitudine precatus est, donariumque aureum, memoriam diei et actus coronationis continens, ad aram B. M. Virginis, ejus auspicis electus, et coronatus est Joannes Casimirus, appendit. Nihil intermisit eorum, quæ ad Deiparæ Virginis cultum pertinere putaret. Itaque in ecclesia cathedrali Vladislaviensi, quæ est Assumptioni B. V. dicata, aram principem insigni exornavit imagine, assumptæ in cœlos Virginis Matris historiam referente. Ecclesiam collegiatam Umeionensem Deiparæ Natalibus consecratam non mediocri sumptu, imo in angustiore formam redigit. Belchoviensem ecclesiam parochialem sub Deiparæ titulo exstruxit. Gnesnæ in ecclesia metropolitana capellam (in qua sepultus est) B. Virginis sumptuose exornavit, et ut in illa Missa de B. Maria Virgine cantu figurali, cum pulsu organi, diebus singulis cantaretur, instituit. Camennensem ecclesiam parochialem in collegiam erexit, sub titulo Purificationis B. Virginis Mariæ, ut ejus honor in partibus hæresi vicinis latius propagaretur, quæ sola cunetas hæreses interermit in universo mundo. In eadem ecclesia ut Officium parvum in honorem B. Virginis perpetuis temporibus decantarentur ordinavit, pensione certa in eam rem, cum consensu capituli almae ecclesiæ metropolitanæ Gnesnensis, constituta. Obiit anno Domini 1652, ætatis suæ anno 82; vir, si quis alius, devotissimo, ferventissimo, ac imitando erga Deiparam affectu, qui solenne illud in vita habuit, ut sepe usurparet illa in honorem Deiparæ verba: *Beata viscera Mariæ Virginis, quæ portaverunt æterni Patris Filium.*

§ XXVI. — *De Matthia, antistite Spirensi.*

Matthias a Ramingen, Bavarus, Spirensis antistes, inter alia Marianæ cultus præclara specimina, cathedralem Spirensem basilicam Deiparæ Virginis dicatam quatuor egregiis sacellis auxit et

illustravit. Emigravit ex hoc mortali et lugubri sæculo in ipsis Kalendis Augusti, anno Verbi Incarnationis 1478, sepultusque est in divæ Virginis sacello a se constructo.

§ XXVII. — *De Matthia, antistite Vladislaviensi.*

Matthias de Buzenin Pstroconius Polonus, et regni Poloniae supremus cancellarius, episcopus primum Premisiensis, deinde Vladislaviensis, vir mire in inopes pius, et in delinquentes benignus, puritatis etiam in tota vita studiosus, et egregius mortificationis cultor, beatissimam Virginem Genitricem Dei Mariam tenerrimo semper affectu prosecutus, ab eo tempore ex quo presbyteri ordinem suscepit, omni Sabbato votivo sacrificio Reginam cœli veneratus est, unde factum, ut eam præsentem in ipso mortis certamine salutaverit, et in his verbis *Ave Maria*, spiritum Creatori reddiderit, anno a restaurata salute 1609, ætatis 56, in Kalend. Junii.

§ XXVIII. — *De Maurilio, antistite Andegavensi.*

Sanctus Maurilius, episcopus Andegavensis in Gallia, ecclesiam in honorem sanctæ Deiparæ Virginis hac occasione construxit. In Commoniensi pago rupes erat excelsa atque sublimis, quam proceræ undique arbores frondosi specie nemoris amoenissimam faciebant. Eo populares quamplurimi, reliqui ex illa prisca superstitione, crebro ventitabant, et avos ac proavos imitati diis falsis anniversaria sacra faciebant : cumque per septem dies vino se et cibo complessent, choreis plausissent, calente mero alii alias non solum vulnerabant, sed etiam occidebant. Quod ubi Maurilius comperit, eo nulla intercedente mora cum veræ religionis amatoribus properavit. Ut ventum ad locum est, in eo jejunus et orans pernoctavit, ad gallique cantum tantus omnium, qui aderant, nares fœtor opplevit, ut ferri non posset. Albente cœlo ultra ab ipsis nefariæ impietatis auctoribus affirmatum, acclamatumque est divinam apparuisse virtutem, gentilica sacra tollentem, et veteris iusaniæ nequitias abolentem. Itaque S. Maurilio in exurenda silva se socios præbuerunt. Ut autem luco illi, quem antiquorum amentia Marti dedicaverat, lux et claritas esset, in eo ipso loco, per purgato jam ac rite expiato, ad honorem beatissimæ Dei Matris basilicam sanctus præsul exstruxit, ibique inventa salus est, unde tam seva mors popularibus cœcis imminebat. Floruit Maurilius Theodosii et Honorii impp. temporibus, anno 394 et seqq.

§ XXIX. — *De Maurilio, antistite Rothomagensi.*

Sanctus Maurilius episcopus Rothomagensis, qui Remis exortus, a pueritia cœlestibus studiis devotus, in Fiscamnensi cœnobio rudimenta religionis didicit, inter alia amoris sui erga Deiparam insignia seripsit, ut aliqui volunt, ad eamdem Deiparam Orationem unam, quam habes inter opera D. Anselmi ex recensione Theophili Raynaudi Lugduni excusa anno 1630. Idem Rothomagi sanctæ Dei Ge-

nitrieis basilicam stupenda, qua exstat, mole absolvit, atque solemni ritu consecravit in qua sepultus, sanctitatis suæ gloria indicia perennavit. Obiit anno Domini 1067, die 9 Augusti.

§ XXX. — *De Maurilio, antistite Cenomannensi.*

Cenomannensis civitas inclita et nota est, quæ dudum sub rege Angliae, nunc autem regis Franciae subjacet potestati. Haec multis annis sine veræ vitæ pastore languerat, et mortuo episcopo electio dies instabat. At quoniam vix est congregatio aliqua in personis adeo desolata, quin unum saltum habeat, qui filiali pietate de materno defectu ecclesiæ doleat, et gaudeat de profectu : quidam ipsius ecclesiæ vere canonici, ad quamdam famosissimæ sanctitatis reclusam, pro digno episcopo eligendo, orationes petiturns accessit. Cujus precibus illa commota, ab oratione reversa est, et dixit : Charissime, ego quidem rapta in cœlum vidi, quod beata Maria Virgo Patrona ecclesiæ pro delato negotio ad pedes Filii rogatura processit, cui Filius dignanter assurgens, « Tuum erit, inquit, Mater, et Domina, statuere quemcunque volueris. » Secedens ergo Mater Christi cum angelis sanctis, quasi de negotio tractatura, tandem reversa dixit : « Placet mihi, Fili, de consilio beatorum Mauritium quemdam archidiaconum Trecensem in episcopum præfici Cenomannis. » Et Filius, « Digne, inquit, elegisti, Mater, sic fiat. » Et mox reclusa canonico : « Vide ergo, charissime, ut secretum habeas, quoad usque factum sit, quod audiisti. » Effusus ergo vir pius in lacrymas præ gaudio et stupore Dominum benedixit. Quo autem ordine fieret propter eligentium perversitatem, nec suspicari quidem poterat, licet propter hoc fieri non dubitaret. Quis autem hic Mauritius fuerit breviter referemus. In Trecensi ecclesia archidiaconus constitutus circuibat diocesim pedes, et eam in solo baculo prædicationis officio visitabat. Archidiaconatu vero postmodum derelicto, Nigrarum Monialium monasterium, quarum eleemosynis nutritus fuerat adhuc puer, expetiit, ut eas ad emendatiorem vitam corrigeret, et rudem terræ populum prædicationibus eruditum ; nec eum sefellit effectus. Quid plura ? ad electionem ventum est Cenomannis. Electi sunt duo, præpositus scilicet et decanus, quorum primus vir sensatus et nobilis, alter vero litteratus ac dives erat. Neutro igitur volente alteri cedere, dixit decano præpositus : Mihi quidem episcopatum expedire non video, sed nec tibi : mihi sufficit honor, tibi divitiae : cedere tibi nolo, nec tu mihi ; nihil ergo restat, nisi jam in parte dilapidatam ecclesiam per nostrum litigium funditus enervari. Vellem igitur, si velletis et vos, ut inter nos virum vita probatum, et humilem concorditer postulemus, qui confusionis nostræ ruinas velit et valeat restaurare. Ecce venerabilis ille Mauritius, vir in omni norma justitiae singulariter decoratus, qui etiam totum mundum posset divina prudentia gubernare. Præsto sum enim cum meis

omnibus tantum hominem postulare, et credo certius, quod Deo et saluti suæ adversabitur contradicens. Mox decanus subridens, Sic fiat, inquit, sed illa conditione ut, si ille episcopatum acceptare noluerit, mihi cedat. Cui mox præpositus exultabundus inclamans, Ratisbeetur, inquit, et fiat. Et mox facta est postulatio consensu omnium, et firmata. Decanus autem præsumebat Mauritium non quani acceptare præsulatum; præpositus vero dignius præsumebat Christi amore coactum sanctum virum propter salutem multorum non audere respuere sibi oblatum. Missi ergo duo canonici, inveniunt eum, secundum quod solebat, in via peditem ad prædicandum euntem. Litteris ergo suæ vocationis ostensis, respondit ille: « Ibitis ad hospitium nostrum, vespere autem facta prædicatione redibo, et mane, quod Dominus dederit, respondebo. » Et factum est sic. Redeuntibus illis ad hospitium, processit ille, prædicavit, audivit impransus confessiones usque ad vesperam, redit domum, salutat hospites, incenatus oratorium intrat, pernoctat in precibus, respondet mane canonici, « Consilium Dei, inquit, est et Matris ejus: negare non convenit, quod offertis. » Quid plura? condigno honore receptus incathedralatur, consecratur, et tanto regmine claruit, ut intra quingentos annos similis ei fuisse non credatur. Quid mirum? Valde congruum fuit, ut taliter electum tale regimen sit secutum. Sedebat anno reparationis humanae 1223.

§ XXXI.—*De Mauricio antistite Massalubrensi.*

Mauritius Centinus, Asculanus, ordinis Minorum Conventualium, cardinalis Centini nepos, ab Urbinio VIII, Pont. Max. anno 1626, die 9 Februarii Massalubrensis in regno Neapolitano episcopus creatus, inter alia pietatis sue erga Deiparam Virginem, cuius devotissimus semper exstitit, argumenta conspicua, ecclesiam cathedralem Marianam Massalubensem pene collabentem restauravit, ut subiecta docet inscriptio:

Hanc ædem Deiparæ gratiarum Parenti sacram, translatam a Hieronymo Castaldo anno 1511, a maris littore episcopal sede in cathedralem erectam, a Petro Marchesio episcopo anno 1543, 8 Julii consecratam, jam pene collabentem Mauritius Centinus Asculanus, episcopus, reparato fornice, conflatis, ampliorique loco positis organis, suggestu erecto, populeo inauratoque laqueari ornatum, in hanc formam rededit, Anno salutis 1631.

Obit postea episcopus Milesiensis in Calabria.

§ XXXII.—*De Mauricio, antistite Parisiensi.*

Mauritius, Parisiensis episcopus, cognomine de Soliaco, qui ex paupere scholastico ob egregias mentis opes non sine divinæ vocationis præsensione ad tam nobilem cathedralm evectus, Parisiensi Ecclesiæ innumera decora et commoda attulit; cum sanctæ Dei Genitricis devotissimus esset, magnam ejus basilicam, cuius fundamenta solum posita erant, ad colophonem pene perduxit. Vicum novum beatæ Mariæ ad ejus conciliandum decorum ex

conspectu frontis aperuit: monasteria de Hierivalle et de Hibernali sub titulo Deiparæ fundavit: beatissimæ Virginis diebus festis sermones respondentes a se conscriptis assignavit. Floruit sub Alessandro III, Pont. Max. Quem etiam in Galliam profugientem, et urbem Parisiorum ingredientem omni cum honore suscepit, vitaque functus est anno salutis restitutæ 1196, die 11 Septembri.

§ XXXIII.—*De Mauro, antistite Cæsenate.*

Sanctus Maurus, urbis Cæsenæ antistes, Mariæ Deiparæ Virginis eximius cultor, ei per omnem vitam devoti famulatus obsequiis inservire studuit. Mirum in modum solitudine delectabatur, tempusque, quod pastoralis curæ negotiis suffurari poterat, contemplationi donabat: quapropter cum a summo Pontifice collem quatuor fere stadiis a sua urbe dissitum impetrasset, in eo ecclesiam Deiparæ Virgini sibi dilectæ sacram, simulque pro se cellulam ædificavit, ut ibi sese tanquam in juvendo balneo recrearet, et si quid immundum ab humana conversatione contraxisset, magna cum diligentia perpurgaret. Floruit circa annum Domini 529, suumque corpus in ecclesia B. Virginis jam dictæ sepeliri voluit.

§ XXXIV. — *De Maximiliano, antistite Tornacensi.*

Maximilianus Villanus a Gandavo, epicus Tornacensis, inter alias amoris sui in Deiparam testificationes, membranæ politæ auroque fulgidæ sua primum insignia in fronte locavit, tum inferne, hinc grue ad lunam, inde aquila ad solem prospectantibus, et lemma epigraphicum expromenti bus, *Vigilate, et orate;* in virginis sodalitiis cancellati tabulis, apud Insulam Flandrorum, dato nomine, in hæc verba ipse sua manu subscrispsit:

*Maria
Dei Mater et Virgo,
Gedeonis vellere apud omnes,
Apud Insulenses in insigni Aede
D. Petri Cancellorum
Appellatione celebris,*

Sicut olim Philippus Bonus Burgundiaæ dux se primosque Aurati Velleris equites patrocinio tuo in dicta æde nobilitavit; ita ego pastor vigilandi studiosus me gregemque meum tibi votum, tutis cancellorum tuorum septis ibidem concludo, nosque ut serves oro.

*Usu, et possessione tuus
Maximilianus episcopus Tornacensis
Anno 1635, mense Septembri.*

Cætera pietatis tanti præsulis erga Deiparam Virginem testimonia ad meæ hactenus cognitionis notitiam non venerunt.

§ XXXV.—*De Maximo, antistite Gradeusi.*

Maximus Dalmata, anno Domini 650 ad gubernaculum Gradensis Ecclesiæ admotus, vir justus et pius, publicum sui erga B. Virginem affectus monumentum posteritati reliquit, dum monasterium S. Mariæ de Barbano apud Torgestinos fundavit, et redditibus plurimis et amplissimis dota vit. Mortem obiit anno salutis 670.

§ XXXVI. — *De Maximiano, antistite Ravennatensi.*
 Sanctus Maximianus Ravennatensis antistes, Poco natus, vir longe doctissimus, cuius præclara monumenta vel temporis vetustas exedit, vel plagiarum violentæ manus rapuerunt, ut testatur Andreas Agnellus, aram maximam augustissimi templi Ravennatensis D. Mariæ Virgini ex alabastro miræ perspicuitatis dieavit, cuius testudine in quatuor columnis suffulxit, quæ cum pretiosæ essent omnes, earum tamen una longe omnes nobilitate superabat. Idem prope Polam patriam suam templum divæ Mariæ sacrum adificavit, quam Formosam volnit appellari. Vocante Deo iuit ad superos, anno salutis 553, viii Kal. Maii.

§ XXXVII. — *De Maximo, antistite Regiensi.*

Sanctus Maximus, Regiensis in Gallia Narbonensi episcopus, inter alia Marianæ pietatis officia Teruanæ apud extremos hominum Morinos, ut eos vocat Virgilius, hoc est, apud Flandriæ Occidentalis populos, a paludibus (quas illi Mœren dicunt), hodieque ibi, et per campaniam Brabantiam frequentibus, ita dictos, quarto ab urbe Teruanensi lapide, in pago Vimensi, sacram ædem ad Deiparæ honorem extruere coepit anno quasi 470 (nam anno 466 S. Prosper ejus successor obiit), atque omni conatu anniti talibus exordiis populi favorem sibi demereri, quo Ecclesiæ splendor nonnihil iis in regionibus a sanctorum Fusciani, Victorici et Piatonis sacris laboribus obnubilatus sese clarins explicaret. Unde et Molanus in Natalibus: « Aliquot annis ante templi hujus adificationem, oratorium constructum in honorem Virginis fuit a B. Maximo Regiensi episcopo, et S. Prosperi successore. »

§ XXXVIII. — *De Maximo, antistite Taurinensi.*

Sanctus Maximus, episcopus Taurinensis, quam fuerit Deiparæ Virgini addictus, atque in ejus laudes voluntatis propensæ, patet ex ejus Operibus; sed præcipue ex ejus Homilia de Dominica in Ramis Palmarum, ubi eam manuæ comparat his verbis: « Illum inspiciamus versiculum in quo ait: *Ego autem sum vermis, et non homo.* (Psal. xxi, 7.) Cur Deus vermiculo se vulnerit comparare? possumus hoc quidem humilitati primum assignare; sed magis illud accipiendum puto, quoniam vermis nulla extrinsecus admistione alienij corporis, de sola et pura terra procreatur; sic et ipse Salvator de sola et pura Maria procreatur. Legimus etiam in libris Moysi de manna vermiculos procreatos. Digna sane et justa comparatio, siquidem de manna vermiculus gignitur, et Dominus Jesus de Virgine procreatur. Quin potius ipsam Mariam manna dixerim, quia est subtilis, splendida et suavis origo, quæ cœlitus veniens cunctis Ecclesiarum populis cibum dulciorum melle defluxit: quem qui edere ac manducare neglexerit, vitam in semetipso habere non poterit, sicut ipse Deus ait: *Nisi quis manducaverit meam carnem, et biberit meum san-*

guinem, non habebit vitam in semetipso. (Joan. vi, 54.) Sic ille.

Mariam appellabat Matrem, per quam Salvator mundi, qui de Patre nativitatis non habet tempus, nascendi tempus accepit: Virginem, cui Deus ut nostræ conditionem earnis indueret, novum conceptum dedit et partum: feminam intactam, de qua secreto quodam incomprehensoque conceptu processit divina progenies: novam feminine sexus Gloriam: Ministram justitiae: venerabilem Matrem sanctam: Virginem Matrem luminis, quam solam debent omnes Christi virgines imitatione subsequi: Portam clausam: Templum cœlestis: admirabilem Dei Thalamum: Tabernaculum gloriae, de quo speciosus prodidit Sponsus: Lucem gentium: Spem fidelium. Vide Bibliothecam nostram Marianam, parte II, ubi de litterariis monumentis, quibus Maximus suos ergo Deiparam plenissimos amoris sensus mortalibus declaravit. Claruit circa annum Domini 420.

§ XXXIX. — *De Meinwerco, antistite Paderbornensi.*

Sanctus Meinwercus, clarissimus et nobilissimus Paderbornensis ecclesiæ episcopus, in Hervordia basilicam S. Mariae quæ vocatur ad Crucem dedicavit, quam ipsa unica spes mortalium, ad singulare inibi miserorum refugium sibi construi mandavit. Siquidem ecclesia Hervordiensis, sicut ecclesia Corbeiensis in episcopatu Paderbornensi sita a Ludovico filio Caroli Magni constructa, et a B. Badurado Paderbornensi episcopo dedicata, quæ omni pristini honoris et decoris ornata, tam Ungarorum devastatione, quam fratri Bernardi ducis Saxoniae Thietmari invasione spoliata, promedium fuerat destituta. Cuidam itaque fame et nuditate afflito pauperi in die Natali sanctorum martyrum Gervasii et Protasii ad Hervordiense monasterium, propter auditam inibi sanctimonialium munificentiam, ire volenti, ipsa piissima Virgo Maria facie ad faciem apparens, abbatisse et Sororibus ejusdem monasterii nuntiare mandavit, ut mutata pristina vita tantum spirituali insisterent exercitio, quantum temporali insistebant œlistio, dicens se per hoc ædem suam revisuram, et invocantes se perpetua tuitione custoditiram: adjiciens se locum, in quo ei apparuit, ad sui nominis venerationem et Christianorum præelegisse intercessionem, ut, si quis eam ibi fideliter quæsiverit, inveniat, et quod juste petierit, se adeptum gaudeat. Paupere autem tantam visionem indicare trepidante, et ad suæ legationis veritatem confirmandam, signum aliquod suppliciter expetente: « Hoc erit tibi signum, ait Virgo piissima, quod nullius illatæ pœnæ, ne cicatricis quidem ullius, te contingat aliqua molestia. » Quo ad majus veritatis judicium aliud adhuc expetente signum: « Præcide, ait Dei Genitrix, baculum, et faciens inde crucis signaculum, pone, ubi meorum statum cognoveris esse pedum, et si non credunt verbo signi prioris, credant ostensioni sequentis, qui quocunque tem-

pore ad locum hunc venient, et me super eamdem, quam facturus es, crucem in columbae specie sedente videbunt. Ab abbatissa ergo nomine Go-desti, cum Sororibus hoc nuntio accepto, episcopus Meinwercus cum vicinis proximorum monasteriorum clericis accersitur, consultu omnium ieiuniis et orationibus a Deo res inquiritur, nuntius indicio aquae ferrique igniti examinatus, securus declaratur, columba in loco ostendo inquisita super erucem sedere invenitur, et maxima omnium devotione et veneracione basilica fabricatur, et dedicatur, et nomen S. Mariæ Virginis ad Crucem sortitur.

Idem Meinwercus pro obtinenda cœlesti Hierusalem, ecclesiam ad similitudinem sanctæ Hierosolymitanæ ecclesiæ facere disponens, Wionem abbatem de Helmwardeshusen, quem de monachis civitatis suæ ibi præposuerat, ad se accersivit, eumque Hierosolymam mittens, mensuram ejusdem ecclesiæ, et S. Sepulcri deferri sibi mandavit. Reverso autem Wione abbe de Hierosolymis, et mensuras ejusdem ecclesiæ, et Sepulcri sancti reliquias deferente, cœpit episcopus ad similitudinem ejus ecclesiam Sanctæ Dei Genitricis et perpetuae Virginis Mariæ extra Paderbornensem civitatem in orientali parte construere, in qua canonicos Deo servientes congregavit, quibus victimum et vestitum de bonis propriis subministravit. Celeriter autem constructa ecclesia, sentiens diem mortis subimminere, archiepiscopos Bardonem Moguntinum, Hermannum Colonensem et Brunonem episcopum Wirzburgensem ascivit, eorumque testimonio anno Dominicæ Incarnationis 1036, Indictione 4, viii, Kalend. Junii eam dedicavit. In ipsa autem die sanctificationis, ecclesiæ benedictione peracta, ante Missarum solemnia sermone ad populum finito, more aliarum ecclesiarum Deo consecratarum, eam variis assignatis prediis dotavit. Feria itaque tertia ante Ascensionem Domini, hac dedicatione peracta solemnitateque Ascensionis Domini celebrata, cœpit aliquantulum infirmari, sentiensque diem vocationis suæ instare, precibus et elemosynis continuo cœpit operam dare. Erant autem duas capellæ ad domum episcopalem, una in transitu, altera super columnas facta in honorem sanctorum Primi et Feliciani ante ecclesiam principalem. In hanc ante altare hora diei prima in Vigilia Pentecostes Non. Junii se deferri mandavit, et Dominici corporis et sanguinis perceptione munitus, sublatisque ad cœlum manibus, et oculis, hora diei tertia, ea, inquam, hora qua Spiritus sanctus super apostolos in linguis igneis descendenterat, quiique in ejus mente gratuitam mansionem habuerat, inter verba orationis animam suam in manus Patris commendavit.

§ XL. — *De Melchiore, antist. Paraguensi.*

Melchior Prieto, Hispanus, Burgensis veteris Castellæ, Gasparis Pietri episcopi Algierensis, de quo supra, germanus frater, ordinis B. Mariæ de

Mercede Redemptionis Captivorum non insimum deus, vir doctrinæ, pietatis prudentiæque plenisimus, atque his titulis ad Paraguensem cathedram evectus, inter alia obsequentissimi affectus sui erga B. Virginem specimina illustria, plura de ejus laudibus litterarum monumentis consignavit, quæ in ejus Opere inscripto, *Josephina Evangelica*, ab unoquoque videri possunt. Hie dum Matriti moraretur, sçpissime coram sacra et miraculosa imagine Dominæ nostræ de Remediis, quæ illuc in ecclesia conventus sui ordinis religiosissime colitur, diu noctuque longas trahebat moras, atque hujus tutelæ et patrocinio se suæque omnia ardentissimis precibus commendat. Obiit circa annum reparate salutis 1643.

§ XLI. — *De Melchiore, antist. Rossensi.*

Melchior Rodriguez de Torres, natione Hispanus, patria Brugensis, ordinis B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum, ob morum nitorem doctrinæque excellentiam electus episcopus Rossensis, ut pietatem religionemque, quam erga magnam Dei Matrem intus gerebat in corde, ostenderet etiam foris in opere, scripsit *De Itinere Jesu, Mariæ et Joseph librum unum*. Clarebat anno salutis 1629.

§ XLII. — *De Mellone, antist. Rothomagensi.*

Sanctus Mello, ortu Britanus, Rothomagensis civitatis, quæ sita est in Celtice Gallie situibus, antistes, cum a S. Stephano Pontifice indeque martyre Rothomagum missus, in sermonis et signorum magnificentia, quam admirabilis augebat vitæ sanctitas, brevi dierum decursu omnem pene civitatem in fidei obsequium traduxisset duabus jam a se ædificatis ecclesiis tertiam superaddidit, ut confluentum ad Christi signa ardori satisficeret, quam S. Virginis Deiparæ venerationi sacravit, in qua, et presbyterio constituto episcopalibus sedes primordia init. Claruit sub Melchiade Papa circa annum Christi Domini 312.

§ XLIII. — *De Memmio, antist. Catalaunensi.*

Sanctus Memmius primus Catalaunensis civitatis antistes, a S. Petro apostolo ad cœlestem Christi legem promulgandam in Galliam directus, oppido Pertensi Deo Servatori feliciter subjugato, pro ardentí tenuerrimoque, quem erga magnam Dei Matrem gerebat affectu, illuc ecclesiam in sanctissimam Virginis memoriam ædificavit et sacravit. Enituit circa annum salutis communis 90.

§ XLIV. — *De Methodio, antist. Tyrensi.*

Sanctus Methodius, martyr maxime illustris, Olympi primum, postea Tyri episcopus, magnus fuit Deiparæ Virginis encomiastes, cui stylum et affectum attulit et obtulit. Patel ex lueulentissima ejus oratione in Hypapanten Domini, sive in festum Purificationis B. Virginis, in qua maxima Deiparæ præconia ex professo enumerat, appellans eam : Altare animatum Panis vitæ : Arcam animatam Dei legislatoris : Arcam Dei, quæ ex diversorio Bethleemitico se attollens (solvit enim legi 40

dierum debitum, non quod ad id teneretur, sed quod gratuito id facere volebat), in montibus Sion requievit; Armatricem Dei decora corporis armatura, per quam oculis nostris conspicuus redditur: Approbatam Deo, quæ Deum mortalibus generationis principium tribuentem uberibus suis subiectum habet: Beatam in generationibus inter mulieres omnes, Deo maxime felicem per quam impleta est terra divina ipsius gloria: Benignissimam, quæ omnibus generationibus excelsior, omnibusque visibilibus atque invisibilibus operibus longe præstantior declarata est: Benedictam prorsus: Coronam immarcescibilem: Cœlum capax ad Deum, qui nunquam alioquin capi potest, recipiendum: Circumscriptionem ejus, qui circumscribi non potest: Complexionem ejus, qui cetera complectitur: sive Comprehensionem cuncta continentis, et comprehendentis: Discum Regium: Domum Dei magnam: Desiderabilem omnibus: Diem clarissimam, quæ mundo assulsi Justitiæque Solem produxit, per quam odiosus tenebrarum horror depulsus est universus, qua terrarum orbis veritatis purissimæ luce perfusus: Ferenulum Regium: Filiam David ac Domini et Dei David Matrem: Facem fidelium: Forcipem Carbunculi purificantis: Fœneratricem carnis Deo nullius alioquin indigeniti: Fœneratricem Deo divinam Incarnationem, quam non habet: Fontem propensionis Filii erga genus humanum: Gloriam solidam virginitatis: Genitricem Dei sanctissimam, in qua ornamur: Habitaculum Dei sanctissimum admirabilissimumque: Incomprehensibilem: Lacum vivisicum desiderii David in Bethleem, ex quo poculum immortalitatis securivit: sive Cisternam Bethleemiticam, quam veluti vitæ Refocillatricem David desideravit, ex qua immortalitatis poculum emanavit: Locum ingentem Possessionis Dei, magnum, et non habentem finem, sublimem atque immensum: Lætitiam nostram indesinente, sive Gaudium nostrum ineffabile: Matrem Domini, quæ supra legem existens, se legi submisit, et pura cum esset, tempus tamen 40 dierum in pollutas constitutum præfinitumque observavit: Matrem sacram, quæ sacrum ad templum ascendit, ut legi miraculum novum manifestum redderet, Partum videlicet summ: Matrem intemerataam: Matrem Virginem: Matrem Plasmatoris: Matrem Dei atque Ancillam, quæ sibi obnoxium habet omnium feneratorem; omnes namque Deo debitores cum simus, Mariæ Deus est debitor: Matrem Regis sæculorum: Matrem supra naturam, habentem fœtum supra omnem rationem: Matrem terrestrem, quæ Filium habet cœlestem: Margaritam pretiosissimam regni cœlestis: Montem umbratum Spiritus sancti: Nutricem Altoris, vel Nutricem omnia Nutrientis: Portatricem, sive Gestatricem filius, qui verbo suo portat universa: Portam per quam in carnem ingressus est Deus: Propitiatorium ex quo Deus hominibus in forma humana innotuit: Principium festivitatis nostræ:

Pinguedinem omnis sacrificii: Præstantissimam omnium Reginam vere: Radicem pretiosissimi floris: Seraphin, quæ ex puro immaculatoque Altari sui pectoris Carbunculum illum vivisimum atque ineffabilem carne indutum sanctorum manuum suarum complexu tanquam forcipe accipiens Justo Simeoni porrexit: Susceptrice Dei in Area legis susceptrice apertissime repræsentata: Sinum exiguum immensi illius sinus omnia in se concludentis: Thronum sublimem, et elevatum ob gloriam illius, qui illum est fabricatus Regi Domino Sabaoth palam instructum: Thronum virginalem, super quo Dominus carne indutus publice prodivit: Thronum virginalem, coram quo, sicut olim David ante faciem arcæ, choreas læti ducere debemus: Thronum intelligibilem, glorificatum, Deoque dignum: Tabernaculum Altissimi, in quo foedera, ac Dei juramenta ad patres nostros finem gloriosum acceperunt: Thesaurum aenoris Dei Patris: Virginem sanctam, cujus memoria superat longissime omnem sermonem: Vellus imperceptibilis roris: vestem absque macula ejus, qui induit lumen sicut Vestimentum: sive Indumentum impollutum illius, qui luce, uti vestimento, circumfunditur: ut alia multa præclare epitheta, quæ ibi sanctus martyr prosequitur, brevitatis studio pertranseam.

Idem Methodius in Threnis Jeremiae Mariam vocat glorificatam Deoque dignam Sedem: animatum Arcam nostri legislatoris Dei: dilectionis Dei Thesaurum: Spiritus sancti Umbraculum, et ejus, qui loco non potest comprehendendi, Cœlum vere comprehensibile.

Moritur sub Constantino principe Magno, vel (ut aliis placet) sub Decio, et Valeriano, anno Domini 255, in Chalcide Græciæ glorioso martyrio coronatus.

§ XLV. — *De Metrophane, antistite Smyrnæo.*

Metrophanes Smyrnæorum episcopus, natione Græcus, vir (si schisma tollas) magnis accensus, ut opulentis Marianarum laudum thesauris aliquid adderet novarum opum, quæ Christianorum animos novis pascerent replerentque deliciis, scripsit Græce *In laudem sanctæ Dei Genitricis Mariæ hymnos sacros*, qui inter ecclesiastica Græcorum cantica, Damasci Operibus inserta, Petro Morellio Turonensi interprete reperiuntur. Vixit circa annum Domini 375.

§ XLVI. — *De Michaeli, antistite Merspurgensi.*

Michael Merspurgensis episcopus, qui et cognomento Sidonius, natione Germanus, inter alia devotionis atque amoris sui erga Deiparam Virginem documenta, scripsit suo Germanico idiomate *Christianam, et orthodoxam Salutationis angelicæ Explicationem* quæ, ut alibi dixi, nempe in Bibliotheca Mariana, parte secunda, a Tilmano Breidembachio Latinitate donata prodiit Coloniae anno 1562. In pretio erat circa annum Domini 1540.

§ XLVII. — *De Michaeli, antistite Salubriensi.*

Michael Francisci, Belga, Insulensis, Philippo

Anstriaco a confessionibus et consiliis, ante mortem designatus episcopus Salubriensis, ut erat ardentis erga sacratissimam Domini Matrem Virginem Mariam devotionis affectu conspicuus, inter plura, quæ litterarum monumentis consignavit, scripsit, ut alibi etiam recensui, *De Septem Doloribus Deiparae Virginis tract. I; De Confraternitate Dolorum B. Virginis a Philippo Austriaco Burgundiae Brabantiaeque duce erecta tract. I; De veritate Confraternitatis Rosarii B. M. Virginis Quodlibetum; in Hymnum Salve Regina Commentarium*, atque alia quæ ad meam adhuc cognitionis notitiam non venerunt. Decessit in patria anno redemptionis nostræ 1502.

§ XLVIII. — *De Michaelie, antistite Sinnadensi.*

Sanctus Michael, episcopus Sinnadæ in Phrygia, cum esset rectæ fidei observator, Leonis Isaurici hæresim redargens, propter imaginum Deiparae Virginis venerationem, quam libera voce profitebatur, in exsilium missus, cum certamen bonum certasset, migravit ad Dominum circa annum salutis restitutæ 730.

§ XLIX. — *De Milone, antistite Aurelianensi.*

Milo, cognomento de Thailly, episcopus Aurelianensis, ut erat tenuerrimo ardentissimoque erga Deiparam Virginem affectu imbutus, Conceptionis ejus solemnitatem vi Idus Decembris imposterum celebrandam instituit, accedente assensu capituli Aurelianensis, et fundatione prima Gulielmi de Vi-

lamodii canonici, quam deinde auxit Jacobus Floteus cantor ejusdem Ecclesiae. Vivebat Milo anno salutis recuperatae per Christum 1515.

§ L. — *De Milone, antistite Morinensi.*

Milo vir sanctissimus, ex abbe S. Jodoci in nemore ord. Præmonstratensis 50 Morineum episcopus anno circiter 1153, Idibus Octobris Teruanense templum magna omnium ordinum sacrorum sacerdularium frequentia in honorem B. Virginis dedicavit. Obiit autem Milo anno circiter 1158, non sine opinione sanctitatis, ut quem ex miraculis, interventu Virginis, claruisse appareret ex monumentis abbatie S. Jodoci in nemore, vulgo Dom martinensis apud Artesios.

§ LI. — *De Modesto, antistite Hierosolymitano.*

Modestus Hierosolymitanus antistes, pro singulari devotionis cultu, quo in sacratissimam Deiparentem ferebatur, scripsit, ut ex Apparatu sacro Possevini in Mariana Bibliotheca recensui, *De Purificatione et Dormitione ejusdem sacratissimæ Dei Parentis homilias duas*. Nec alia de illo innotuerunt adhuc.

§ LII. — *De Monulpho, antistite Trajectensi.*

Sanctus Monulphus episcopus Trajectensis, inter alia suæ pietatis erga Deiparam argumenta, fundavit, ut nonnulli rerum Leodiensium scriptores tradunt, ecclesiam seu collegium B. Mariæ Trajecti ad Mosam, eoque sedem transtulit episcopalem. Obiit anno orbis per Christum redempti 609.

CAPUT IX.

De Neapolione Perusino, Nicasio Remensi, Nicephoro Crotonensi, Nicolao Aleriensi, Nicolao Barensi, Nicolao Dyrrachiens, Nicolao Lexoviensi, Nicolao Massiliensi, Nicolao Myrensi, Nicolao Polinianensi, Nicolao Recinetensi, Nicolao Vladislaviensi, Nicolao Waterfordiens, Nivelone Suessionensi, Norberto Magdeburgensi, Notgero Leodiensi, Notherio, Veronensi, ac Nithardo Bergomensi antistitibus.

§ I. — *De Neapolione, antistite Perusino.*

Neapolio comitolus, Perusinus, ex Romanæ sacræ Rotæ auditore patriæ suæ præsul laudatissimus, Deiparae Virginis studiosissimus cultor, typorum beneficio publicavit anonymi Opus sub titulo: *Centum triginta Privilegia gloriosissimæ Virginis Matris Dei*, Operis aditum epistola dedicatoria ad beatissimam Reginam cœli et terræ Mariam Virginem, et Dei Matrem, cohonestans. Animam Creatori reddidit, anno post Christum Salvatorem nostrum natum 1624, die 30 Augusti.

§ II. — *De Nicasio, antistite Remensi.*

Sanctus Nicasius archiepiscopus Remensis, pro sua in Deiparam Virginem observantia singulari, Remensem basilicam in honorem beatissimæ Dei Genitricis, divina admonitus voce, opere specioso construxit, quam et proprio consecravit sanguine. Nam cognito Barbarorum adventu, iis cum hymnis et canticis ad ostium hujus basilicæ, comitante sorore S. Eutropia occurrit: dumque divinae deditus psalmodiæ hunc pronuntiat Psalmi cxviii, versiculum: *Adhæsit pavimento anima mea*, mox insequente

gladio cervicem amisit, verbum tamen pietatis ab ore cæsi non defecit, capite enim in terra cadente, Psalmum prosecutus est dicens: *Vivifica me secundum verbum tuum*. Claruit anno Domini 407, et reliquis. De quo vide Martyrologium Gallicanum die 14 Decembris.

§ III. — *De Nicephoro, antistite Crotonensi.*

Nicephorus Meliss. Comnenus, Neap. Byzantinis a Cæsaribus, Theodori Aeni despotæ, et in Oriente dynastæ filius, theologus suo ævo insignis, et Græcæ etiam linguae ornamento illustris, inter alia pietatis suæ erga Deiparam specimina, in ore frequenter et fere continuo habebat Orationem illam, quæ exstat in Officio parvo beatæ Virginis, hoc initio: *O Domina mea, sancta Maria, me in tuam benedictam fidem*, etc. Hancque et gravi morbo oppressus devote repetens, cum eadem spiritum emisit Crotone, die 15 Februarii anno 1635, sepultus, ut ipse optaverat, in sacello Mariano apud Crotonenses celebrerrimo, ubi, ut fama est, sanctus Dionysius Areopagita, illac transiens, devotam beatæ Virginis imaginem depositus.

§ IV.—*De Nicolao, antistite Aleriensi.*

Nicolaus Fortiguerra, Italus, Senensis, qui probitate et doctrina suffragantibus ad episcopatus Aleriensis cathedralm in regno et insula Corsicae evectus est, devotione erga beatam Virginem conspicieus, inter alia pietatis suae in illam specimina, eluebravit : *Conciones pro præcipuis ipsis beatæ Virginis festivitatibus.* Animam Creatori reddidit anno gratiae per Christum 1070.

§ V.—*De Nicolao, antistite Baresi.*

Nicolaus Effrem, Barenensis Ecclesiæ in Apulia episcopus, cum esset erga Deiparam Virginem summe studiosus, Barensem basilicam a Bisantio prædecessore suo inceptam perfecit, ac in honorem ejusdem Deiparae Virginis in cœlum assumptæ consecravit. Huic etiam tribuitur nobile opus sacelli in honorem Dei Genitricis in cathedralis odeo erectum, quod hactenus exstat his versibus decoratum :

*Obtulit hoc munus Effrem tibi, Virgo Maria,
Ut sibi placetur ex te caro facta Sophia.*

Ex hac mortali vita decessit, anno salutis 1062, die 27 Aprilis.

§ VI.—*De Nicolao, antistite Dyrrachieni.*

Nicolaus, ab Aquapendente, Dyrrachii archiepiscopus, ut erat Mariani cultus observantissimus, ad Marianam pietatem in aliorum etiam cordibus promovendam, edidit : *Sermones de festis Deiparae Virginis Mariae.* Vivebat anno orbis Christiani 1460.

§ VII.—*De Nicolao, antistite Lexoviensi.*

Nicolaus Oresmeus, sive Oresmius, Gallus, ex decano Rothomagensi et Caroli V, Francorum regis Christianissimi præceptore episcopus Lexoviensis, ordine 26, sinceræ devotionis suæ affectui erga Deiparam Virginem contestando, scripsit : *Pro defensione Conceptionis ejusdem Deiparae Virginis librum unum.* Florebat anno salutis 1377.

§ VIII.—*De Nicolao, antistite Massiliensi.*

Nicolaus Cœffetau, Gallus, Cenomanensis episcopus, prius Dardenensis et suffraganeus Metensis, deinde nominatione regia episcopus Massiliensis, vir vere magnus et ad summa quæque natus, sui in cœli Reginam amoris integerrimi posuit monumenum semipernum, edendo Gallice stylo nitido venusto ac eleganti Opus prænotatum : *Tableau de la Vierge, S. Imago B. Virginis,* quod excusum Lugduni typis Jacobi, id est Cardon anno 1628, dixi in Biblioth. Mariana, parte II. Ex hac vita migravit ad meliorem anno a Christi Nativitate 1623, die 21 Aprilis.

§ IX.—*De Nicolao, antistite Myrensi.*

Sanctus Nicolaus, Myræ episcopus, non minus virtute sanctimonia quam miraculorum gloria celeberrimus, qua pietate erga Virginem fuerit, intelligi facile potest ex eo quod illi Virgo sanctissima singulari benignitate contulisse dicitur pallium : et a Methodio patriarcha Constantinopolitano in Actis S. Nicolai manuscriptis (quorum meminimus

Joannes Diaconus in Vita ejusdem S. Nicolai apud Lipomanum tomo V, et Baronius in Notis ad Martyrologium die 6 Decembris), narratur his verbis : « Nocte quadam S. Nicolaus juxta se vidit Salvatoris nostri Majestatem astare : librumque sibi Evangeliorum auro et geminis decoratum porrigere. Ab alio latere sanctam aspicit Dei Genitricem omophorium pontificale (pallium nimirum quo archiepiscopi uiri solent) super humeros sibi ponere. Elapsis postmodum diebus paucis, defuncto Joanne Myræ antistite, Nicolaus ejusdem civitatis episcopus creatus. » Hæ ibi. Cum vero pontificalia illi postea fuissent adempta, a Deipara restituta fuerunt. Quod multi auctores Græci, et inter Latinos Petrus de Natalibus in Catalogo sanctorum lib. I, cap. 33, ita testatur : « Fertur B. Nicolaum jam senem Nicæno concilio interfuisse, et quemdam Arianum zelo fidei in maxillam percussisse, ob idque a concilio mitra et pallio privatum exstitisse, propter quod ut plurimum sine mitra depingitur. Sed dum aliquando Missam B. Virginis, cui erat devotus, in pontificalibus celebraret, et privationem mitrae et pallii defleret, quasi zelo nimio fidei ablata, ecce, eunctis videntibus, duo angeli astiterunt, quorum unus mitram, alter pallium divinitus sibi restituerunt, et ex tunc insignia reassumpsit sibi cœlitus restituta. » Hæc Petrus de Natalibus.

Joannes vero Studita monachus, dictus Damascenus, diversus ab illo celebri Damasceno, in Sermonibus quos de Sanctis idiomate Græco vulgari conscripsit, testatur a Christo et a Deipara pontificalia S. Nicolao restituta. Quare id quod Petrus de Natalibus gestum narrat in Missa Virginis, hic asserit a Virgine ipsa factum subsequenti nocte, posteaquam pontificalibus S. Nicolaus privatus est. Sane in imagine S. Nicolai id significatur, in qua ad ejus dextram Christus Dominus Evangeliorum codicem, ad sinistram vero Dei Genitrix pallium eidem porrigeretur cernuntur, et inter præclara S. Nicolai facienda, quæ circa ejus imaginem habentur, id quod in Missa ei contigisse memoravimus, typis expressum cernitur, addito hoc disticho :

*Ob colaphum hæretico impactum decora alta tiaræ,
Dempta tibi a patribus, cœlica Virgo refert.*

Nec illud silebo : cum revelatio de Virginis conceptione die 8 Decemb. celebranda, cœlitus facta est Elsino Abbatii Remensi in mari certissimum naufragium cum sociis timenti (quam revelationem refert Jacobus de Voragine in festo Conceptionis Virginis, illamque citat Baronius in Notis ad Martyrologium ad diem 8 Decembris, ejusque meminimus subobscure Bernardus Epistola 174 ad Lugdunenses.), Legimus apud Petrum de Natalibus in Catalogo sanctorum lib. I, cap. 42, et apud Arnold. Wion. lib. V *Ligni Vitæ*, cap. 103, sanctum Nicolaum episcopum, mira claritate fulgentem, pontificali habitu decoratum a Dei Genitrici ad hanc de festo Conceptionis revelationem fa-

ciendam, illosque a naufragio liberandos esse transmissum. Ex quo S. Nicolai, dum viveret, singulariter erga Virginem pietatem colligere possumus, quippe qui ad hoc munus obeundum, quoad Virginis gloriam spectabat, ab eadem sit delectus. Nec mirum pontificalibus, quae sibi Deipara primum dederat, et deinde oblatam restituerat, induitum, in ejusdem obsequium naufragantibus apparuisse.

Hic idem S. Nicolaus episcopus Myrensis, etsi quavis hebdomade, diebus lunæ, Mercurii, Venèris non coenaret, nihilominus tamen diuina Virgini honorandæ, omni Sabbato, præter aridum panem, et fontanæ hydriam in obsonium nihil admittebat, ut de eo memorat Jeremias Drexelius lib. II Trismegisti c. 3, § 3.

Claruit anno salutis 326, et reliquis, sub Constantino imperatore.

§ X. — *De Nicolao, antistite Polinianensi.*

Nicolaus Polinianensis Ecclesiae in Apulia episcopus Deiparae Virgini quam fuerit addictus patet ex memoria, quæ extat in cathedrali Polinianensi in columna marmorea prope altare B. Virginis Mariæ in hæc verba :

*Columna sum, et fio immobilis
Imperio Nicolai præsul
Capella frarum Annuntiatæ
Virginis almae inviolata, etc.*

Excessit e vivis anno 1363.

§ XI. — *De Nicolao, antistite Recinetensi.*

Nicolaus Astius, episcopus Recinetensis, vir sanctimonia pariter ac doctrina inclitus, ut erat Lauretanæ Virgini eximie deditus, ejus cultum omni ope sovere atque augere statuit. Ingens quotidie peregrinorum pauperum multitudo, seu vota reddendi gratia, sive indulgentias consequendi studio, confluebat Laurentum, quibus area Lauretana benigne satis pro facultatibus subveniebat, largam singulis stipem impertiens. Hunc igitur benignitatis fontem, ne quando desiceret, certis prædiorum fructibus Recinetensis antistes augendum existimavit. Complura is habebat luculenta sane ac frugifera prædia ædij Laurentianæ propinqua, ea Deiparae Virgini donavit dicavitque anno ejus sæculi 58. Cujus donationis caput visum est hoc loco interponere, ut appareat quam eximia Nicolai episcopi erga Laurentanam Virginem pietas extiterit, id est ejusmodi : « Cum Nicolaus episcopus Recinetensis et Maceratensis, qui ecclesiam B. Mariæ de Laureto Recinetensis diœcesis, ex dispensatione Sedis apostolicæ obtinebat, considerans devotionem continuam, et dilectionem sinceram quam sedulo habebat ad prædictam Ecclesiam B. Mariæ., etc. »

Hic idem Nicolaus conventum S. Mariæ de Varano prope Recenatum suis sumptibus ædificavit, et Fratribus Minoritis ea tantum lege tradidit, ut sibi quotannis mortuorum Officium solemniter persolverent.

E vivis crepus est, anno Christi Salvatoris nostri 1470.

§ XII. — *De Nicolao, antistite Vladislaviensi.*

Nicolans Dziergowski, ex Chełmensis Ecclesiæ antistite episcopus Vladislaviepsis, Mariano cultui amplificando intentus, septem sacellani per Lucam comitem a Gorka antistitem Vladislaviensem (de quo suo loco diximus) pro decantanda singulis diebus Missa de Annuntiatione B. M. Virginis, in censu annuo pro dote eorumdem comparato, fundatis, octavum sacellanum presbyterum adjunxit. De hujs mortalitatem statione concessit, anno Verbi Incarnati 1550.

§ XIII. — *De Nicolao, antistite Waterfordiensi.*

Nicolaus Fagan, monasterii Ferrariensis in Castella religiosus, abbas Suriensis in Hibernia, et episcopus electus in Waterfordia, angendæ fidelium devotioni insistens, jussit Hispali afferri imaginem devotam sanctissimæ et purissimæ Virginis Marie, ad quam emendam Catholici eleemosynas contulerunt. Hanc imaginem in oratorio xenodochii S. Joannis posuit, ad quam magnus factus fidelium concursus, et aucta devotio ; namque maxima ad hanc imaginem copta miracula fieri, quorum notissimum fuit sequens. Habitabat in comitatu Kilkennyæ vir quidam, qui brachium aridum, et impeditum habebat a nativitate, quo nec uti, nec illud movere poterat. Huic dormienti quadam nocte apparuit sacrosanta Virgo Deipara, jussitque Waterfordiam ire, et quamdam suam imaginem, quæ in S. Joannis xenodochio erat, visitare, quam abbas Suriensis custodiebat, dicebatque, si hoc fecisset, plane brachium restitutum iri. Experitus homo, verumque esse, quod acciderat, reputans, facere voluit, quod jussum erat, multaque cum fide et devotione Waterfordiam profectus est, et reperto abbati narravit, quod sibi acciderat, quodque ei Virgo apparens dixisset in somnis. Lætatur his auditio Nicolaus, jussitque illum usque in sequentem diem exspectare : se tum Missam dicturnam, et Deo illum commendaturum, dicens : quod et factum : maneque cum multis catholicis eo abierunt, et Nicolaus celebravit Missam. Dumque jam sacrosanta Hostia elevaretur, sensit se homo repente sanatum, cœpit pectus tundere, ut sanctissimam Hostiam adoraret, eodem brachio, quod hactenus quasi mortuum fuerat. Et licet miraculum sentiret, tamen idem manifestare noluit, ne populum commoveret, nisi absoluto sancto Missæ sacrificio, quo peracto, brachium levare in omnium præsentia, letasque voces extollere cœpit, non sine magna astantium admiratione. Fuitque hoc modo publicatum miraculum, et populi devotio aucta, qui ad dictam imaginem visitandam accurrebat. Diem extremum obiit Nicolaus, multis in vita, pro fide catholica conservanda, et infidelibus convertendis, exantlatis laboribus, anno Domini 1617.

§ XIV. — *De Nivelone, antistite Suessionensi.*

Nivelo episcopus Suessionensis, capta Constantiopoli per Francos, inter alia quæ Deiparæ Virginis præstítit obsequia, immaculatam zonam sanctæ Dei Genitricis ex templo ejus in Blachernis depromptam, cum pretiosis aliis Christianæ pietatis pignoribus Suessionem attulit, atque in perpetuam venerationem collocavit in ipsius sacrosanctæ Deiparæ Virginis abbatiali æde, sub virginium sacrarum custodia, cum pepli ipsius beatissimæ parte. Vivebat anno humanæ restorationis 1252.

§ XV. — *De Norberto, antistite Magdeburgensi.*

Sanctus Norbertus Magdeburgensis antistes, et totius Germanie primas, magnus fuit sacrosanctæ Deiparæ Virginis amator, ejusque cultus propugnator strenuus, utpote totus, et in solidum Marianus. Sed cum de ejus eximia erga Deiparam Virginem pietate, late egerim in fundatoribus Marianis Romæ evulgatis anno salutis 1643, hic supersedeo, illucque lectorem amando.

§ XVI. — *De Notgero, antistite Leodiensi.*

Sanctus Notgerus Alemannus, Leodiensis Ecclesiæ episcopus, vir omnium morum elegantia insigilatus, pro sua in Deiparam pronitate, ecclesiam Leodiensem S. Mariæ ædificiis latioribus ampliavit, ornamentiisque ditioribus decoravit. Cum in castello Capreæ Montis ecclesia in honore B. Mariæ, in qua duodecim presbyteri erant constituti, diruta fuisset, post oppidi excidium eorumdem presbyterorum decimas et redditus præbendales, ad ecclesiam B. Mariæ Aquisgrani transtulit, et quot clerici prius ibi habebantur, tot in eadem ecclesia superaddidit. Ecclesiam parochialem B. Mariæ S. Lambertie episcopi templo adjacentem, a fundamentis usque ad perfectionem consurgere fecit. Ecclesiam in honorem B. Joannis evangelistæ in insula Leodii ex suis sumptibus a fundamentis usque ad consummationem condidit, quam propter dilectionem apostoli a Christo amplius dilecti, et a Christianis amplius diligendi, in editiori loco insulæ ex directo ante faciem constituit ecclesiæ, quæ consecrata est ad titulum semper Virginis Mariæ, ut Filius deputa-

tus Virgini a Christo, summo testamento in cruce. Matris suæ semper profectum habeat divina constitutione, et custos Virginis custodiatur a Virgine. Inter alia bona castrum Hoy Leodiensi ecclesiæ S. Mariæ acquisivit, eamdemque ecclesiam Othonis III atque Henrici II imperatorum diplomaticis favorabilibus illustrari procuravit. Ad Sabbatum quietis depositione carnis migravit anno salutis 1007.

§ XVII. — *De Notherio, antist. Veronensi.*

Notherius, hujus nominis II, Veronensis ecclesiæ antistes, vir virtute et sanctitate conspicuus, in arrham sui erga Virginem amoris, sponsæ sue ecclesiæ Veronensi, quæ beatissimæ Virginis Mariæ assumptæ dedicata est, prædia, domos, rura paterna et omnia sua reliquit et consecravit, ut ex subjecto elogio, quod in cathedrali Veronensi mar more tabula incisum est, intelligi potest:

*Præsul si hoc tumulo requiescit corpus humatum
Notherii, largus qui fuit atque pius.*

*Nempe suo quidquid potuit largitur habere
Contulit ipse gregi mente benigna pura.*

*Predicavit namque, domos, camporum rura paterna
Ecclesiæ cessit nil relinquendo sibi.*

*Omnibus impendens charitatis luce repletus
Omnia celorum Æthereandus adit.*

*Consonet in gremio gaudentem summa potestas
Illum cum sanctis collocet, atque suis.*

*Virgo Dei Genitrix cuius se posse putavit
Salvari precibus suscipe vota sui.*

Obiit IV Idus Augusti, anno Dominicæ Incarnationis 928.

§ XVIII. — *De Nithardo, antist. Bambergensi.*

Nithardus a Tungen, Bambergensis antistes, inter alia propensissimæ voluntatis suæ erga Deiparam significationes, singulis Sabbatis in honorem D. Virginis cibo abstinebat, et quovis Sabbato circa vesperam a negotiis jam magis vacuis esse volebat, ut Virginem Matrem impensioribus studiis coleret. Bono igitur omni die Sabbati natus, pontifex creatus, inauguratus, ea demum die vita functus, ea sepultus est, singulari utique B. Virginis favore et patrocinio. Floruit superiori sæculo circa annum Christi Domini ac Salvatoris nostri 1580.

CAPUT XII.

*De Octaviano Panormitano, Odone Bajocensi, Odone Cameracensi, Onuphrio Florentino,
Osbaldo Trajectensi, Oswaldo Wigorniensi, Othwino Hildeshemensi, atque Ottone Bambergensi antistitibus.*

§ I. — *De Octaviano antistite Panormitano.*

Octavianus Praeconius, Siculus, Messanensis, episcopus primo Monopolitanus, deinde Ariensis, ac demum archiepiscopus Panormitanus, inter alia amoris sui erga Deiparam Virginem luculentia testimonia, litterarum monumentis consignavit *Historiam sacrae imaginis Dei Genitricis a Scalisi Messanam insigni miraculo advectæ cum Officio de eadem, quam Panormi excusam anno 1565, dixi in Bibliotheca Mariana, parte secunda. Diem clausit*

extremum anno a Christi Domini nostri Nativitate 1568, die 18 Julii.

§ II. — *De Odone, antistite Bajocensi.*

Odo Bajocensis antistes, in Deiparam Virginem ardentiter devotus, Bajocensi ejusdem Deiparæ Virginis templo incrementa nova addidit, clericorum auxit numerum, ac plurimis ornamenti splendissime decoravit. Cætera me fugiunt. Obiit anno Domini 1096.

§ III. — *De Odone, antistite Cameracensi.*

Cdo Cameracensis pontifex, inter alia observantiae sue erga Deiparam documenta, ad Marianam pietatem fidelium cordibus altius insigendam, reliquit *De B. Virgine Opusculum quoddam Gratia plena prænotatum*. Idem templum, quod anno circiter 1110, Robertus et Clementia selectissimi Flandrie comites Aldenaeæ condiderunt, Matilie Arnulphi Junioris Aldenardensis filia, et Leberto quodam cum Sigellinde conjugé aream præbentibus, eodem quasi tempore Deiparæ Virginis a se summo dilectionis affectu enlatae dedicavit. Decessit circa annum Domini 1119, die 9 Octobris.

§ IV. — *De Onuphrio antistite Florentino.*

Onuphrius Ostecetus, archiepiscopus Florentinus, illustre sui erga Dei Matrem affectus specimen exhibuit, scribendo *Commentaria super Missus est angelus, et super Marianum Canticum Magnificat*. Ad metam laborum pervenit, anno salutis 1403, ut ex Pocciantio dixi in Bibliotheca Mariana, parte secunda.

§ V. — *De Oobaldo antistite Trajectensi.*

Oobaldus pontifex Trajectensis, pietati suæ erga magnam Dei Matrem apud tunc præsentes et posteros astruendæ, ordinis D. Benedicti monasterium in Oosbrecht ad ejusdem magnæ Dei Matris gloriam comparavit. Floruit circa annum Domini 1000.

§ VI. — *De Oswaldo antistite Wigorniensi.*

Oswaldus Wigorniensis antistes, inter alia Marianæ pictatis specimen, sanctissimæ Dei Matri monasterium in ipsa episcopali sede locavit. Ut autem loci opportunitas ad monachorum, quos valde amabat, congressum invitaret, quedam superædissecaanda fuerunt, sed quadratus quidam lapis subtractioni apprime necessarius nullis hominum viribus, insidente malo dæmone, saxumque gravante, poterat immoveri. Oswaldum res minime latuit, signoque crucis hoste profligato, facili negotio erutus est lapis. Absoluto opere multi cathedralis ecclesiæ canonici fasti contempto ad novam Marie Dei Matri ædem migrarunt, et a clericis ad monachos domicilium episcopale translatum est. Die vero quadam Oswaldus cum in cœlum oculorum aciem intenderet, ac diu in contemplatione defixus staret, rogatus, et quid tam empide cerueret? ita respondit: Hila equidem, frater, intueor, quæ magnopere cùpibam, eoque migrandum mihi est, quo jamdudum festinabam: rem, quæ videtur obseura, lux crastina, me taceente declarabit. Beata namque vita, cuius causa in hanc usq[ue] diem laboravi, præ foribus est, neque ante sol crastinus occidet, quin in æternam illam requiem et in beatorum felicissimam sedem me meus Christus, ut premisit, sic introducat. Itaque in sacrarium, unde cœlum suspecturus exierat, reversus, Ecclesiæ sacramenta percepit. Nocte in sequenti, adversæ valetudinis immemor, in templum se contulit,

SUMMA AUREA DE B. V. MARIA. X.

Officium divinum rite peregit, pauperum pedes de more rite ablit, hinc detergit, exosculatur, quindecim Psalmis, quos in illo munere obeundo recitat solebat, absoltis, *Gloria Patri* cum diceret, et sanctum Spiritum, tertiam in Trinitate personam nominaret, extream ipse anhelitum edidit, ac suum ipse spiritum, Domino recipiente, profudit. Cum vero ad Dei Genitricis ecclesiam quam construxerat, canonici corpus afferrent, nivea columba de cœlo lapsa, quæ et sancti Spiritus, quem ore pronuntians exspiravit, et Deiparæ Virginis Sponsæ pulcherrimæ symbolum est, cui templum ipse paraverat, expansis alis et lento volatu funus est illud minime funestum proseepta. Spiritum Deo redidit anno restauratæ salutis 992.

§ VII. — *De Othwino, antistite Hildeneshemensi.*

Othwinus episcopus Hildeneshemensis, cum Deiparæ Virgini amores suos a primis annis devovisset, ecclesiam in suo episcopatu in honorem ejusdem Deiparæ Virginis construxit. Obiit anno salutis 984, ordinationis suæ 30.

§ VIII. — *De Ottone, antistite Bambergensi.*

Sanctus Otto Bambergensis episcopus, ut erat flagrantissimo in Deiparam studio, sacram ædem Vucyerensem in honorem ejusdem Deiparæ Virginis ædificavit: id enim voverat Deo pro felici paganorum conversione: fuerat hie ab infantia B. Virginis a parentibus consecratus, insuper ei sua sponte vehementer addictus erat. Eamdem sacram ædem ipse episcopali ritu consecravit, atque in Dei lamen sub nomine Dei Matri ac tutela dedicavit, annuisque redditibus affatim ditavit. Modo, et ab avorum memoria, i. finitis claret miraculis Deipara in hoc sacratissimo templo. Quinque præterea domicilia constituit, quæ cœnobiorum quasi seminaria fuerunt, quorum unum sacrosancta Virginis fuit, quod reliquis quatuor ut invocatione sic etiam dignitate præstebat. Abbas Trithemius in Historia monasterii Hirsauensis Ottонem hunc vivum mortuumque scribit claruisse miraculis. Obiit anno Domini 1139.

De quo sic Alanus Rupensis in Rosario B. Virginis, parte 1, cap. 8: « Sanctus Otto, in Ecclesiæ præsidium, ac fidei proferendæ incrementum a Deo ad episcopatum, adeoque apostolatum evocatus, Scavia tota, cum fide Christiana Psalterium B. Virginis prædicavit, quo novella plantatio ad Christum Christique Matrem, precum suarum velut debitum pensum reddere edocta, consuescebat, quibus prædicabat orare, et sic eos orare conducebat, quos baptizabat, eos et Psalteria secum quæqua versus ad orandi assiduitatem capescendam circumportare jubebat, quæ copta pia consuetudo ad omnium retro valuit posteritatem, ut hoc ipso etiam tempore utriusque sexus viri et feminæ eijusque gradus et ætatis e collo suspensa, torquis instar, gerant Psalteria. » Sic Alanus 1. c. et ibid. p. 2. cap. 2, inquit: « S. Otto Patris sui S. Benedicti imbutus spiru et disciplina formatus,

Sclavorum episcopus factus et apostolus, cum fide Christiana pariter eam per gentem plantavit quoque Psalterium B. Virginis. Itaque instillatum ea

Diae Rosæ succum animis alte imbibit, ut in hoc usque tempus gens illa viri feminæque promiscue pendula de collo gerant Psalteria. »

CAPUT XIV.

De Paride Salisburgensi, Paschali Burgensi, Paulino Lucensi, Paulo Atrebateni, Paulo Brixiensi, Paulo Burgensi, Paulo Derthonensi, Paulo Emisseno, Paulo Vladislaviensi, Peregrino Antisiodorensi, Petro Alexandrino, Petro Antiocheno, Petro Arequipensi, Petro Cæsaragustano, Petro Carnotensi, Petro Cauriensi, Petro Constantinopolitano, Petro alio Constantiopolitano, Petro Equilino, Petro Hierosolymitano, Petro Hispanensi, Petro Iprensi, Petro Neapolitano, Petro Novicensi, Petro Pampilonensi, Petro Parisiensi, Petro Plocensi, Petro Ravennatensi, Petro Senogallieni, Petro Tarentasiensi, Petro Vigevanensi, Petro Upsalensi, Petro Cajetano, Petro Hierosolymitano, Petro Siguntino, Petronio Bononiensi, Philippo Bergomensi, Philippo Neapolitano, Philippo Trevirensi, Philippo Jacensi, Philotheo Constantinopolitano, Photio Constantinopolitano, Piatone Tornacensi, Pio Hispanensi, Pirminio Meldensi, Placido Alexanensi, Polycarpo Smyrnensis, Pomponio Neapolitano, Poppone Aquileiensi, Potentiano Senonensi, Pothino Lugdunensi, Proculo Constantiopolitano, Prosdocimo Patavino, ac Pulchrohio Virdunensi antistitibus.

§ I. — De Paride, antistite Salisburgensi.

Paris Salisburgensis archiepiscopus, inter alia obsequiosæ pietatis erga Deiparam Virginem officia, statuam Deiparae Virginis Oetingamæ (cui erat devotissimus) quam, dum anno 1652, Gustavus Succorun rex victorem exercitum Boicæ intulisset, Elisabetha Maximiliani Bavari electoris coniux Salisburgum asportaverat mense Aprili, et in sacario suo collocaverat, annuente eadem Elisabetha electricæ, in principe urbis basilica triginta diebus Deiparae ad cœlum evectæ religiosis, populo colendam proposuit, et post Gustavi mortem cum Oetinga jam in tuto esse judicaretur, mense Novembri ejusdem anni, domum, ad sacellum vide-licet Oetinganum, in pompa ac supplicatione solemnissima reportavit. Cum vero una cum statua Virginis Oetingam allata essent præclara auri, argenti gemmarumque dona, quibus pietas populi Salisburgensis accepta beneficia testati, memoriam voluit stabilire, archiepiscopus factum ex auro caelicem, perpetuum rei gestæ monumentum, supellectili sacræ addidit.

Deinde pro amore in Deiparam, proque pontificis officii ratione (etenim Oetinga in ejus diecesi) et ad D. Virginem Oetinganam accedere sæpius, et aliis monumentis ornare quam præstantissimis contendit. Novum ejus amplissimumque beneficium est fons, quem anno Christi 1657, in Campo Mariano, medio ferme inter sacellum et canonicorum collegium spatio, statuit e marmore candido artificio singulari perfectum. Panditur ab imo labrum quaternis hemicyclis angulorum totidem extrorsum spectantium, interpositu disclusis. Surgit e labri medio columna quadraria, cuius lateribus cohærent juvenes quaterni, in syrmata Sirenum ab umbilico desinentes. Hi buccis aquam proflant, labrumque superius modice inclinatis cervicibus impositum sustinent. Imminent labro superiori de columnæ lateribus genii quatuor piscibus insidentes aquam ore redditibus. Supra genios insignia Paridis et epigrammata sunt, alternae

columnæ lateribus incisa. Epigrammata causam positi fontis exponnunt, et hic ponimus.

I.

*Publico Bono
Fonti Aquæ salientis Mariæ
A S. Ruperto Bojorum Apostolo
Veteri Patronæ,
Inter Patriæ hostiles flamas,
Novæ in suam Urbem hospiti,
Ut porro in salutem flueret
Hunc Fontem exposuit
Paris Archiepiscopus Salisburgeusis
Anno M. DC. XXXVII.*

II.

*Publicæ Gratitudini
Fonti Gratiarum Mariæ,
Quod Proviuia Salisburgensem
Inter ardens Germaniæ bustum
Sauam salvam Mater Gratia
Conservavit:
Gratus hunc Fontem posuit
Paris Archiepiscopus Salisburgeusis.
Anno Domini M. DC. XXXVII.*

Porro epistylum columnæ opacant nubeculæ, de quibus exstant cœlestes genii. Superstat augusta magnitudine ac specie Deiparae simulacrum Filium lævo brachio sustinentis, liliatum dextera sceptrum præferentis, vultu in sacellum Marianum ab oriente objacens verso. Marmoris operisque pretium sena aureorum millia perhibentur. Cætera tanti antistitis obsequiosæ pietatis erga Deiparam Virginem monumenta adhuc me fugiunt.

§ II. — De Paschali, antistite Burgensi.

Paschalis, seu Paschasius de Fonte pudico, Hispanus, Dominicanus, propter inculpatæ vitæ mores animarumque fervidum zelum a catholicis Hispaniæ regibus Burgensi Ecclesiæ præsul designatus, inter alias affectus sui erga Deiparam Virginem illustres significationes, litterarum monumentis consignavit *Sermones pro omnibus ejusdem Deiparae Virginis festivitatibus*. Vita functus est Romæ, anno salutis 1512, ætatis 70, ut ex Alphonso Fernandez dixi in *Bibliotheca Mariana*, parte II.

§ III. — *De Paulino antistite Lucensi.*

Sanctus Paulinus Antiochenus, B. Petri apostolorum principis discipulus, urbique Lucensi ab eodem episcopus designatus, templum Lucæ in honorem Dei Genitricis (eui a Christiana religione suscepta amores suos devoverat) erexit, sue erga tantam Virginem sinceræ devotionis monumentum. In antiquo Ms. Codice Ecclesiæ Lucensis, gloriosæ Reginæ cœlorum devotus et charissimus appellatur Paulinus, et quanto hic tam benignæ Matris studio addictus fuerit, religioso viro, Jacobo nomine, ab angelo revelatum. Cœlum petiit Paulinus, sub Nerone imperatore et Anolino praeside martyrii laurea potitus, anno salutis 69.

§ IV. — *De Paulo, antistite Atrebatenzi.*

Paulus Boudot, episcopus Atrebatenzi in Belgio, Deiparæ Virgini dicatissimus servus, ejus cultum religionemque magno studio promovere sategit. Ferunt eum auctorem suis moris inter Gallobelgas receptissimi, quo mendici apud copiosorum ostia stipem efflagitantes, Litanias Lauretanæ cantant, aut alios ejusmodi hymnos.

Cum diligenter inquisisset de novo pietatis exercitio, quo se quis in mancipium B. Virginis Mariæ dicat, ac libellum ea de re Hispanico sermone conscriptum ad umbilicum perlustrasset, tanto captus est mancipatus Marianæ amore, ut non solum in Belgicū sermonem transferendum eum censuerit, sed etiam anno 1626, manu sua se in librum sodalitatis mancipiorum B. Virginis Bruxellæ in templo Augustinianorum erectæ, mancipiis B. M. Virginis ascripserit. Quam professionem mancipatus sui tanti deinde fecit, ut primum pro episcopatu Audomaropolitano anno eodem 1626, deinde pro episcopatu Atrebatenzi anno 1628, bullam sequestem publicarit, indulgentiasque liberaliter mancipiis communicarit :

« Cum ad manus nostras devenisset libellus, cuius inscriptio est : *Mancipium Mariæ*, et postularetur ut illum approbaremus, ac permitteremus typis excidi, et publici juris fieri in nostra diœcesi, nos illum diligenter legimus ac examinavimus. Et quoniam animadvertisimus cognovimusque illum esse per quam utilem ad excitandam in quolibet peculiarem devotionem erga gloriosam Virginem Dei Matrem, cuius cultui ac venerationi impense sumus addicti et in illam singulare zelo ferimur, desideramus, quantum in nobis est, honorem illius promovere, ac gloriam ejus Filii Domini nostri, non solum iudicavimus permittendum esse, ut imprimatur cum nostra approbatione, verum etiam concessimus et concedimus indulgentias hic adjunctas omnibus utrinsque sexus, qui fuerint capaces, et exercitationibus piis, quæ libello isto continentur, se excoluerint. Mandamus insuper omnibus decanis, parochis, concionatoribus, confessariis, ut suis parochianis, auditoribus, aut paenitentibus enixe commendent ejusmodi devotionis officia, inducant etiam cosdem sedulo ad pie-

tatis prædictæ actus, quibus infallibiliter consequetur, ut Domina nostra omnium illorum sit futura singularis Patrona et Protectrix, et intercedat continuo apud Deum pro incremento virtutum, et salute animarum eorumdem. »

Indulgentiae autem, quas piissimus iste Atrebatenzi antistes omnibus sue diœcesis hominibus divæ Virginis mancipatum complectentibus concescit, sunt hujusmodi :

Indulgentias 40 dierum in die professionis sui mancipatus, itemque in die renovationis ejusdem, sacra communione refectis.

Indulgentias 20 dierum quolibet die, quo mancipia catenam benedictam gestabunt.

Indulgentias 10 dierum quoties mancipia recitabunt Orationem : *Sancta Maria, Mater Dei*, etc.

Decessit anno 1655, die 11 Novembris, in æde cathedrali, ante imaginem B. Virginis, quam Florus vocant, miraculis celebrem tumulatus.

§ V. — *De Paulo antistite Brixienzi.*

Paulus Zana, Venetus, Brixienzi antistes, cum inter præclaras, quibus fulsit, animi dotes, Deiparæ etiam Virginis amore et devotione flagraret, templi S. Mariæ Gratiarum primum lapidem jecit, ejusdemque templi constructionem propria pecunia juvit. Obit anno 1531, die 12 Martii.

§ VI. — *De Paulo, antistite Burgensi.*

Paulus Burgensis, cognomento a S. Maria, natione Hispanus, ad Carthaginensis primo, deinde ad Burgensis ecclesiæ cathedralm sublimatus, erga Deiparam Virginem amoris sui tesseram reliquit Circa quædam, quæ pertinent ad excellentiam ejusdem Deiparæ Virginis, capita 12.

Claruit anno Domini 1450, ut ex Sixto Senensi dixi in Bibliotheca Mariana, parte secunda.

§ VII. — *De Paulo, antistite Derthonensi.*

Paulus Aresius, Italus, Mediolanensis, a Paulo V Pontif. Max. creatus episcopus Derthonensis, pro singulari pietate et religione qua Deiparam Virginem prosequebatur, scripsit *De pulchritudine ejusdem Deiparæ Virginis tractat.* unum, atque alia in divinæ Matris laudem commendationemque elaboravit Opuscula, quæ in Mariana Bibliotheca, parte tertia, recensuisse me memini. Ab hac vita ad meliorem migravit, anno mundi per Christum redempti 1642.

§ VIII. — *De Paulo, antistite Emisseno.*

Paulus Emissenus episcopus, natione Græcus, orator concionatorque Virginis præclarus, scripsit, et in Magna Alexandria ecclesia, præsente B. Cyrrillo, fausta totius populi acclamatione habuit *De eadem B. Virgine Homilias duas*, quibus ipsam Theotocon, id est Deiparam, vel Dei Genitricem esse luculentissime demonstravit. Emicuit circa annum salutis 434.

§ IX. — *De Paulo, antistite Vladislaviensis.*

Paulus Wolucki, episcopus Vladislaviensis, pro insigni suo erga augustiniam Dei Parentem studio, ecclesiam cathedralem Vladislaviensem Marianam

supellectile et vestium sacrarum apparatu insigni egregie decoravit : calicem aureum cum patena, adamantibus, sapphiris, smaragdis et aliis lapidibus pretiosis affatum distinctum, et duas statuas argenteas sanctorum apostolorum Petri et Pauli, valoris quingentorum florenorum, eidem donavit : utque in similibus donariis Marianæ ecclesiæ sponsæ suæ largiendis, hactenus eorum inopia laboranti, non essent desides reliqui præsules, prudenterissime providit, sancita lege cum venerabili capitulo, ut deinceps quilibet episcopus Vladislaviensis in primo ingressu ad cathedram, statuas argenteas ejusdem ponderis, et calicem aureum valoris mille florenorum daturum se obstringeret.

Pictatem quoque suam erga augustissimam cœlorum Reginam insigni testimonio confirmavit, dum in Smarzovicensi fundo ligneam amplæ capacitatis, trabibus et tignis e patria silva convectis, in honorem S. Annæ Matris B. Virginis ædificavit ecclesiam, ad quam magno concursu fidelis populus, divina beneficia inibi per merita Genitricis Deiparae petiturus, aliquoties in anno ventitare usitatum habet. Inter profusos lacrymarum umbres, signique Servatoris nostri crucifixi, et B. M. Virginis crebra oscula animam egit, anno salutis restitutæ 1622, ætatis 63, die 15 Novembris.

§ X. — *De Peregrino, antistite Antisiodorensi.*

Sanetus Peregrinus Antisiodorensis in Gallia episcopus, et martyr, dum Interamna in Umbria evangelicæ prædicationis causa commocaretur, post templum Jovis apud theatrum Fausti Titi Liberalis, oratorium in honorem B. Virginis, cui eorū suum voverat, erexit. Coronam meruit sempiternam, circa annum Christi Servatoris 142, die 16 Maii.

§ XI. — *De Petro, antistite Alexandrino.*

Petrus Alexandrinus antistes, ille, inquam, Petrus, qui Arium Ecclesiae statum labefactare coñante omnium primus fidelium communione privavit, gnarus quæ et sacrosancta Dei Parentis dignitas esset, et urbium ac locorum ex ejusdem observantia et veneratione quanta salubritas, in Alexandrina sua civitate beatissimæ virginum Virginis templum condidit, conditumque adornavit. Quo opere episcopalem suam sedem longe melius honoravit, quam Macedo, a quo civitas, totius Ægypti lumen, Alexandriæ nomen accepit. Cœlum petiti anno salutis per Christum reparatae 310, die 26 Novembris.

§ XII. — *De Petro, antistite Antiocheno.*

Petrus Gnapheus, antiquæ et percelebris Ecclesiæ Antiochenæ, quam Petrus apostolus prium administravit, archiepiscopus, sive patriarcha, Zenonis imperatoris, qui Leoni successit, amicus, Leonis I Pontificis Maximi coætaneus, etsi homo fuerit audax et turbulentus et in fide claudus, legem tamen tulit de Maria Deipara suppliciter invocanda : qua lege ille nihil novum inusitatumque sancivit, quandoquidem ab Ecclesia condita

Christianii Deiparam semper implorarunt, religiosissimisque et animis et vocibus appellitarunt, sed quod in sua provincia, vel injuria hominum, vel iniquitate temporum, vel insania hæreticorum fieri desierat, veritate impellente revocavit. Vivebat anno salutis 450.

§ XIII. — *De Petro, antistite Arequipensi.*

Petrus de Perea, Hispanus, Augustinianus, virtute et sapientia clarissimus, qui ad Philippi III, Hispaniarum regis, propositionem episcopus Arequipensis in Indiis Occidentalibus a Paulo V Pontifice Maximo designatus est, devotionem suam erga Deiparam Virginem inter alia testimonia comprobavit, scribendo *De Conceptione Immaculata ejusdem Deiparae Virginis tractatum unum*, quem impressum in Civitate Regum apud Hieronymum de Contreras anno 1629, in quarto, dixi in Bibliotheca Mariana, parte II. Rebus humanis exemptus est anno salutis restitutæ 1630 vel 1631.

§ XIV. — *De Petro, antistite Cæsarangustano.*

Petrus Gonzales de Mendoza, archiepiscopus Cæsarangustanus, vir flagrantissimo in Deiparam studio ejusque Conceptionis ab originali macula purissimæ singularis patronus, inter alias Marianæ cli, entelæ tesseras, scripsit *Litteras pastorales quibus ad votum pro Immaculata Conceptione emittendum fideles suæ diæcessis adhortatus est, ac favoribus prosecutus.* Litterarum exemplar afferit Torres *De Conceptione lib. iv, cap. 13*, et ex eo Armamentarium Seraphicum in *Regesto* fol. 657. Vivebat anno Domini 1619.

§ XV. — *De Petro, antistite Carnotensi.*

Petrus Cellensis abbas, ordinis D. Benedicti, natione Gallus, qui post deinde S. Remigii Rheimsensis abbas et episcopus fuit Carnotensis, tanto in Deiparam Virginem amore et charitate exarsit, ut diceret : « Si Filius ejus Jesus aliquid omisisset in prærogativa exaltationis suæ Matris, ego servus, ego mancipium, non quidem de effectu, sed saltem de affectu supplere gestirem. » Scripsit inter alia ad Nicolam monachum S. Albani *De ejusdem Deipara Virginis Mariæ Conceptione Epistolas duas*, prolixas satis et elegantes, in quibus, ut in Bibliotheca Mariana ex Jacobo Sirmundo dixi, eadem illi de festo Conceptionis B. Virginis cum Nicolao concertatio, quæ B. Bernardo fuerat cum canoniceis Lugdunensibus Epistola 174, eademque sententia : nihil videlicet in ea re novandum videri ante Sedis apostolicæ decretum, quod quidem, si eorum aeo proliisset, hanc dubium, quin pro eximia utriusque in B. Virginem reverentia aquissimis latissimisque animis acceptisset. Floruit anno mundi per Christum redempti 1180.

§ XVI. — *De Petro, antistite Cauriensi.*

Petrus Garzias Galarza, Bellanensis, Hispanus, ob conspicua probitatis doctrinaeque insignia electus episcopus Cauriensis, inter alia devoti famulatus erga Deiparam Virginem obsequia, scripsit *De Forma ejusdem Deiparae Virginis, et de Genea-*

logia ipsius ex matre. Vivebat anno salutifери partus 1579, ut retuli in Bibliotheca Mariana, parte II.

§ XVII. — *De Petro, antistite Constantinopolitano.*

Petrus Nombam, Anglus, Valdenensis, ob conspicuum religionem magnamque litteraturam electus patriarcha Constantinopolitanus, beatissimæ Virginis Dei Matri deditissimus cliens, non solum capellam a se Constantinopoli fundatam, sacrosanctæ ejus Conceptioni consecratam voluit, sed, ut in Bibliotheca Mariana, parte II, ex P. Isidoro de Luce Lusitano commemoravi, composuit *De eadem sanctissima Conceptione peroptimum tractatum.* Floruit circa annum Domini 1297.

§ XVIII. — *De Petro alio, antistite Constantinopolitano.*

Sanctus Petrus Thomas, patriarcha Constantinopolitanus, religiosus ordinis B. Mariae de Monte Carmelo, maximo pietatis studio erga B. Virginem inflammatus, ei singulis horis ac momentis agonem suum et certamen contra carnem, mundum ac dæmonem enixis precibus commendabat, unde ejusdem Virginis patrocinio usque ad ultimam vitæ periodum castitatem pudicitiamque servavit, superatis omnibus carnis illecebris et titillationibus quas libentins solet effrenata juventutis libido acceptare. Nonnulli fide digni auctores referunt, quod beatus Petrus Thomas, sacerdos contra voluntatis proprie propensionem consecratus, longissimas meditationes ante Missam faciens, cum maxima lacrymarum profusione soleret dicere: « Heu, miserrime Petre Thoma, tantæ dignitatis incapax, quo animo, quave audacia et temeritate passus es, ut ad tantæ sublimareris auctoritatis gradum qua posses consecrare, et in sacrificii holocaustum Deo offerre Filium suum unigenitum? Proh Deum immortalem! major fuit mea temeritas: parce, Domine, parce: et tu, Gloriosa Virgo et Regina Cœli, sis mediatrix inter dilectum Filium tuum et me miserrimum peccatorem. » Idem testantur auctores tantæ eum fuisse erga B. Virginem Mariam pietatis, ut in suis orationibus singulis semper aliquid laudum ejusdem sacratissimæ Virginis iutexeret, nec unquam accumberet mensis, quin prius aliquid ad honorem illius et gloriam peregisset: præterea quod, quemadmodum in corde B. Ignatii martyris undequaque videretur sacrosanctum Jesu nomen inscriptum, sic in corde B. Petri Thomæ scriptum legeretur angustum Virginis Maris nomen, tanquam singularis ejus Patronæ ac Dominæ, cuius dignissimo aspectu beatus fuerit multoties et illius frui dulciori colloquio promeruerit: quæ quidem illum jam inde prioribus ab annis in filium adoptaverat. Theologiae studiis applicitus ad tantam pervenit egestatem, et in tantas pecunias angustias redactus fuit, ut vix posset requisitas habere vestes, candelas, oleum, cæteraque necessaria: nihilominus tantam erga Virginem conceperat ab infantia pietatem, adeoque

eam religiose colebat, ut satiari non posset. Eidecum aliquando post matutinas horas in dormitorio oranti et revocanti in mentem quas pateretur ingentes angustias, invocantique B. Virginem in auxilium, ut studia non cogeretur imperfecta paupertate compulsa deserere, eadem beata visibiliter apparuit, apprehensaque ejus cappa, deducendo cum per dormitorium dixit: Fili mi, ne te sollicitum paupertatis ora detineat, aut moestum, quoniam te nunquam deseram: studeas alacriter, Filioque meo debite semper inservias et mihi. » Quibus dictis citius evanuit Virgo. Postera luce, summo mane S. Petrus Thomas missam ad honorem Virginis Maris celebravit, gratiarum ei referens actiones de promissis. Finito sacrificio, vir quidam nobilis ejusdem patriæ sese B. Petro Thomæ peccata confessurus obtulit, qui, facta confessione, sex regia auri numismata impertitus est, et ab eo tempore nunquam se sensit habuisse penuriam, expertus tum in corporeis rebus, tum in spiritualibus peculiarem beatæ ejusdem Virginis Mariæ favorem et auxilium, secundum quæ ipsi dederat promissa. Frater Joannes Hildeshaim Carmelita, quondam dicti Petri Thomæ discipulus, aliam refert præfatae Virginis apparitionem, hoc modo: « Commoranti Avenione D. Petro Thomæ, prælegenti regentique scholas in principali curia, et aliquando in Vigilia Pentecostes post matutinum vigilanti, summo cum fervore Virginem deprecanti, ut ipsa vellet sunn ordinem conservare, eadem B. Virgo apparet, confortans enim ac dicens: Ne timeas, o Petre, nam religio Carmelitana usque ad finem mundi perseverabit; quoniam Elias propheta, qui primus eam instituit, cum esset supra montem Thabor in Transfiguratione exoravit hoc a meo Filio: quo dicto statim Virgo disparuit. Ego vero, qui tunc ejus esse discipulus, et cameræ ejus vicinior, auditis ejusmodi colloquiis, omnino stupefactus, veni postridie mane summo, me prostravi ad ejus pedes, orans ipsum ac deprecans ut quæ audisset mihi patfacere non recusaret: et ille tunc omnia mihi per ordinem aperuit, præcipiens vetansque, ne ulli visionem, dum viveret, manifestarem. D. Petrus Thomas gratias Deo et B. V. Maris exhibens, Missam in honorem ejus celebravit, et altera die in memoria Transfigurationis Domini nostri, quoniam tunc temporis facta fuisset mentio sui ordinis. » Ilactenus Frater Joannes Hildeshaim.

Cum in solemini ejusdam monasterii visitatione de illius pauperie sublevanda valde sollicitus esset, ducens et ipse pauperrimam vitam, beatissimæ Virginis de more auxilio implorato ab eadem audire meruit: « Ne timeas, Petre, omnia tibi necessaria adjicientur: » et altera die, sacro devotissime oblato, angelus Domini, mercatoris forma induitus, statim illi præsto fuit, et tantas illi aureas pecunias detulit, quanta necessitate urgebatur cœnobiū illud. Quo facto angelus ille mercator dispa-

ruit, et divus noster Virginis Matri immensas habuit gratias.

Cathorei tanta faeta est in aliqua aestatis tempestate terrae siccitas, et aestus circum urbem, ut omnes perirent segetes ac fructus; solemnesque quotidie processiones, et a clero, et a populo fierent ad impetrando imbres. Tunc vero statutum est, ut B. Petrus Thomas ad diem dictam concessionem haberet ad populum. Illo autem die B. Petrus Thomas solemnni processione clerum ex urbe, et populum ad mediam leucam eduxit, ibique primam instituit concessionem, confortans devote multitudinem, monensque, ut suam omnino spem in B. Virginis auxilio collocaaret, et quidem certa cum fiducia, quod eadem luce pluvias acciperent. Instituto autem sermone, cum nulla nubes in cœlo, nullumque futurorum imbrinum appareret signum, Deus, sacris augustissimæ Virginis precibus motus, voluit servi sui piis promissionibus respondere: nam prius quam dicendi finem fecisset, paulatim pluvia cœpit decidere, tum postea crevit eo usque horror aquarum, ut vix populus potuerit præ nimia pluviarum abundantia in urbem reverti. Inter studendum, cumque doceret, talia ipsi veniebant in mente, quæ nunquam legisset, quod et ipse mirabatur vehemente, gratias semper agens beatissimæ Virginis Mariae maximas.

Clemens eo nomine VI, Pontifex Maximus, diem extremum Avenioni obiit, et cum solemnis fieret exequiarum illius pompa, mortui Pontificis cadaver meliori supremi Numinis providentia delatum est ad aliquod extra urbem monasterium. Ab urbe autem Avenione ad hoc usque monasterium duodecim fætæ sunt stations, et D. Petrus Thomas tunc in papali curia, et apud Deum et homines gloriosus, enixis cardinalium et consanguineorum pontificis precibus, inter eundum, duodecim fecit conciones mirabiles, et quotidie unam. Beata autem Virgo, quæ eo temporis usque devotissimum et fidelem servum suum semper gloriaverat, hac iterum occasione voluit eumdem honorare. Delato autem corpore Papæ ad monasterium, Petrus Thomas suggestum concendit pro more eoneionatus, sed præ nimio itineris labore, et præcedentibus orationibus ita raucus factus est, ut neque loqui, neque intelligi commode posset. Tunc timore scandali vertit se ad imaginem B. Virginis, preces effundens pias: quibus finitis, alta voce sermonis thema instituit, tamque intelligibili loqua perfunctus est, quanta prius fecisset.

Paulo ante obitum profectus est nudis pedibus, per lutum ac sordes ineedens, ad ecclesiam D. Mariæ de Cana, ubi pontificalibus Missam celebravit. Inter digna iugendo suo monumenta scriptorum, *Librum de Immaculata augustissimæ Virginis Conceptione posteris dereliquit.*

Carnis relicto tentorio ad sidereum cœli perrexit palatium, anno Christi Domini 1566, die 6 Januarii.

§ XIX. — *De Petro, antistite Equilino.*

Petrus de Natalibus, Venetus, episcopus Equilinus, ut erat in Deiparam Virginem pietate eximius, inter multa eaque prælara studii sui in eam monumenta, scripsit *Historias de Nativitate, Præsentatione, Annuntiatione, Partu et Assumptione ipsius Deiparæ Virginis, Historias item de festivitate S. Mariæ ad Martyres, et de festo ad Nives.* Claruit circa annum salutifери partus 1470.

§ XX. — *De Petro, antistite Hierosolymitano.*

Petrus de Cæsis, Aquitanus, Lemovicensis, ex nobilissimo Cæsiorum sanguine natus, a Clemente VI, Pontifice Maximo, Vassionensis primo episcopus, deinde patriarcha Hierosolymitanus electus, pro singulari pietate et religione, qua Deiparam Virginem prosequebatur, inter alias affectus sui erga illam significaciones, scripsit *Sermones de præcipuis ejusdem Deiparæ Virginis festivitatibus.* Claruit anno post redemptum genus humanum 1530.

§ XXI. — *De Petro antistite Hispalensi.*

Petrus Castro de Quiñones, archiepiscopus Hispalensis, vir magnæ Dei Matris amantissimus, tanto erga Conectionem B. Virginis semper et ubique immaculatae affectu ferebatur, ut in omnibus fenestris et portis sue domus, et totius Hispalensis civitatis hæc verba depingi præeperit: *Mariam non tetigit peccatum primi hominis, ut refert Bartholomæus Guerrero in solemní controversia de Conceptione fol. 41.* Idem anno 1617, de propaganda præ viribus et posse immaculatae Conceptione votum emisit his verbis expressum: « Ad tuæ majestatis pedes, o cœli terræque Regina Maria, prævoluti, et tua beneficia recolentes, atque erga Immaculatam tuam Conceptionem devotione accepta referentes, nos Petrus, Filii tui et apostolicae Sedis gratia archiepiscopus Hispalensis, et venerabilis nostri capituli chorus, florentissimaqne civitas Hispalensis, in hoc tibi saero templo maximo Hispalensi, in hac nobis lœta et fausta festivitatis tue die, fatemur te, Dei Mater, in proximo tue Conceptionis instanti, propter Christi Filii tui et Filii Dei merita, jam ab ipsa sua aeternitate prævisa, fuisse ab originali peccato præservatam, testamurque Deum et Filium tuum, nos hanc sententiam de tua a peccato originali præservatione (nostro jam-dudum insitam pectori) Deo inspirante constantissime ad ultimum vitæ spiritum retenturos. Hoc publice, hoc privatum docebimus, hæc eadem a nostris civibus et a cæteris omnibus, quantum in nobis fuerit, teneri et doceri, Deo adjuvante, curabimus. Sic Deus nos adjuvet et sancta Evangelia. »

Idem anno 1619 decrevit festum Conceptionis B. Virginis die 8 Decembris in Hispalensi civitate semper celebrandum, etiam si in Dominica secunda Adventus inciderit, ut patet ex ejus decreto, quod affert Armauentarium Seraphicum in *Regesto* pag. 655. Cætera tanti præsulis erga Deiparam obsequia

lacet non desint, ad meæ tamen cognitionis notitiam hactenus non venerunt.

§ XXII. — *De Petro, antistite Iprensi.*

Petrus Simonius, Belga, Tiletanus, ex Gandavensi archipresbytero ad Iprensis Ecclesiæ cathedram sublimatus, quo erga magnam Dei Matrem Virginem Mariam devotionis affectu ferretur, inter alia testimonia comprobavit, scribendo *De conceptione ejusdem magnæ Dei Matris tractatum unum: De differentia Partus Eveæ et Marie tractatum unum: et de Assumptione B. M. Virginis tractatum unum.* Hanc vitam cum meliori commutavit anno post Christi Nativitatem 1605, ætatis 66, ut ex Bibliotheca Belgica Valerii Andreae dixi in Bibliotheca Mariana, parte II.

§ XXIII. — *De Petro, antistite Neapolitano.*

Petrus de Mirabala, cognomento de Victoria, natione Hispanus, episcopus Neapolitanus in partibus, suum in Deiparam Virginem ejusque illibatam Conceptionem affectum latissime explicavit, scribendo Latino sermone *Pro Defensione Ecclesiæ et Immaculatæ Conceptionis ipsius Deiparæ Virginis, Apologiam insignem, quam prodiisse Neapoli typis Dominici Roncaglioli 1617, in quarto, dixi in Bibliotheca Mariana, parte secunda. Clarebat anno salutis 1615.*

§ XXIV. — *De Petro, antistite Norvicensi.*

Petrus de Montiduno, seu Montinduno, Anglus, episcopus Norvicensis in Anglia, ut erat pietate in Deiparam Virginem singulari, scripsit *Super Canticum ejusdem Deiparæ Virginis Magnificat libros duos.* Floruit anno Domini Incarnationis 1223.

§ XXV. — *De Petro, antistite Pampilonensi.*

Petrus hujus nominis I episcopus Pampilonensis, natione Gallus, inter alia suæ pietatis erga Deiparam Virginem indicia, restauravit ecclesiam Pampilonensem, ejusdem Deiparæ Virginis nomine insignitam, ut subjecta carmina testantur, in ipsis ecclesiæ portis incisa :

*Virgius Ecclesiam præsul sauctissimus olim,
Hanc rexit, sed Petrus in ista fecit et ordini:
Ex quo sancta piæ domus est incepta Marie:
Tempus protentum fert annos milleque centum,
Ex Incarnati de Virgine tempore Christi.*

Vivebat Petrus anno Domini 1115.

§ XXVI. — *De Petro antistite Parisiensi.*

Petrus Lombardus, episcopus Parisiensis, theologorum suo tempore princeps, pro singulari devotionis affectu quo erga Deiparam Virginem ducebatur, scripsit *De immunitate a peccato ejusdem Deiparæ Virginis, et de matrimonio ipsius cum S. Joseph.* Clarebat anno salutis Redemptionis 1140.

§ XXVII. — *De Petro, antistite Plocensi.*

Petrus de Chot Kowo, hujus nominis IV, Plocensis Ecclesiæ in Polonia episcopus, ut singulare suum in magnam Dei Matrem studium contestaretur, capellam pro mansionariis Marianæ ecclesiæ Plocensis, ac domum in qua mansionarii a se constituti manerent, ædificavit, utque iidem mansionarii

Horas in honorem beatissimæ Virginis Mariae Assumptæ perpetuis temporibus decantarent ac devote absolverent, constituit. Cumque, dum vixit, singulari veneratione beatissimam Virginem Mariam coluisse, ejusque opem sæpius fuisse expertus, ejus quoque beneficio, ut sub patrocinio ac die ipsius, qui eidem Regine cœli in cœlum Assumptæ sacer est, ex hac mortali vita ad cœlestem transire obtinuit, anno salutis 1497.

§ XXVIII. — *De Petro, antistite Ravennatensi.*

Sanctus Petrus, ob auream ingenii atque eloquentiæ libertatem cognomento Chrysologus, Ravennatensis Ecclesiæ archiepiscopus, in cuius ore Marianum nomen mirifice semper dulcuit, et Virginæ laudes secundissime pulularunt, aiebat : *Satis ab illo ignorari Deum, qui D. Virginis mentem non stuparet, animum non miraretur : pavet enim eum tremunt angeli, creatura non sustinet, natura non sufficit, et una puella sic Deum in sui pectoris capit, recipit, oblectat hospitio, ut pacem terris, cœlis gloriam, salutem perditis, vitam mortuis, terrenis cum cœlestibus parentelam, ipsius Dei cum carne commercium, pro ipsa domus exigat pensione, pro ipsis utei merecede conquirat.*

Mariam appellabat Ministram salutis, Matrem omnium viventium, Opus Opificis Dei, Creaturam Creatoris Dei, Templum Magnum Deitatis, Hospitalium pusillum humanitatis, virginitatis Insigne, pudicitiæ Decus, Indicium castitatis, Dei Sacrifictium, Collegium sanctitatis, Sponsam Dei, Dominam ac Dominatoris Genitricem, Reginam totius castitatis, aliisque per amplio orationis genere per honorificis honestabat titulis, qui in ejus Operibus videri possunt. Ex hac peregrinatione terrestri ad patriam cœlestem commigravit, anno salutis per Christum restitutæ 449, sive sequenti.

§ XXIX. — *De Petro, antistite Senogallensi.*

Petrus Rodulphus (Rodulphius aliis, seu Rudolphus) Italus, Tossiniacensis, Minorita, episcopus Senogallensis, mihi alias in Bibliotheca Mariana memoratus, luculentum amoris sui erga Deiparam Virginem monumentum statuit, quas composuit *Super Canticum ejusdem Deiparæ Virginis Magnificat Conclaves.* Decessit anno salutis 1601, cum singulis Sabbatis Missam unam in honorem Conceptionis B. Virginis ad animæ suæ salutem celebrari statuisset.

§ XXX. — *De Petro, antistite Tarentasiensi.*

Sanctus Petrus Tarentasiensis archiepiscopus, vir operibus et sermone potens, singularis admodum nominis Mariæ cultor, tanto ejus honorandi studio flagravit, ut, sive oraret, sive comederet, omnia ad nominis hujus gloriam referret : ut aliqui scriptum reliquerint eum sacrum Mariæ nomen cordi impressum veluti alterum S. Ignatium gestasse, qui tanto ejus zelo arderet. Ad veræ felicitatis gaudia properavit, circa annum Domini 1170,

cujus transitus memoria quotannis colitur in Galilia die 8 Maii.

§ XXXI. — *De Petro, antistite Vigeanensi.*

Petrus Georgius Odescalchus, Italus, Cremonensis, ex clero regulari ordinis Theatinorum Alexandriæ primum, deinde Vigevani episcopus, ut erat eximia in Mariam Deiparam Virginem pietate ac religione illustris, litterarum monumentis ad posteros transmisit *Institutum devotionis ad honorem beatissimæ Virginis Mariæ*, quod excusum Mediolani typis Jo. Jacobi Comi anno 1620, iu quarto, dixi in Bibliotheca Mariana, parte II. Idem edidit *Collectionem riariorum Operum devotionis, quæ in honorem beatissime Virginis fieri possunt*, et alia quæ meam adhuc effugient cognitionis notitiam.

Porro de singulari hujus antistitis erga B. Virginem pietate locutus in sue *Itiae Sacrae* tombo IV, vir eruditissimus Ferdinandus Ughellus, haec inter cætera litterarum monumentis consignavit: « In Deiparam Virginem incomparabili studio flagrata, ita ut etiam scripto collegerit studiose rationes, quibus se in ejus cultu impensius possent insinuare mortales.

Solebat ille semel in anno ad Morimundi nobile in Valle Ticinensi Cisterciense coenobium se contemplationis ergo conferre, ubi cum per id tempus ego pietati litterisque privatus monachus operam darem, sane vacavit mihi ex ejus ore tum de perfectione præcepta, tum laudes Virginis, quibus haud satiari posse videbatur, affatim haurire. Nec verbis solum colebat Virginem, addebat etiam operum pondera verbis, siquidem extra Alexandriam tria in ejus honorem templa construenda dicanda que curavit. » Haec Ughellus.

Vitæ cursum consummavit anno post natum de Virgine Salvatorem 1620, die 6 Maii.

§ XXXII. — *De Petro, antistite Upsalensi.*

Beatus Petrus archiepiscopus Upsalensis, enim sacratissimam Dei Matrem peculiariter ardenter dum vixit, coluerit affectu, nil prorsus mirum si frequenter ejus vicissim patrocinia expertus sit. De eo inter alia, ita aliquando B. Birgitæ locuta est cœlorum Regina: « Dicito adhuc eidem episcopo, quod quia ipse petit me in suam charam amicam, ideo volo ei dare fidem meam, et ligare me cum eo in unum vinculum: nam corpus Dei, quod fuit in me, recipiet animam ejus in se cum magna charitate, ut sicut Pater cum Filio fuit in me, quia corpus meum, et animam meam habuit in se; et sicut Spiritus sanctus qui est in Patre et Filio, fuit ubique mecum, quia et Filium meum habuit intra seum: sic et famulus meus ligatus erit cum eodem Spiritu: nam quando ipse diligit passionem Dei, et corpus ejus habet in corde charissimum, tunc habebit humanitatem, quæ intra se et extra habens Deitatem, et est Deus in eo, et ipse in Deo, sicut est in me Deus, et ego in eo. Cum vero famulus meus et ego habemus unum Deum, tunc habebi-

mus et unum vinculum charitatis, et Spiritum sanctum qui est cum Patre et Filio unus Deus. Adde adhuc unum verbum: si iste episcopus tenet promissionem suam mecum, ego juvabo eum, dum vivit. In fine vero vitæ volo servire et astare ei, praesentando animam ejus Deo, sic dicendo: « O Deus meus, iste servivit tibi, et obedivit mihi, ideo præsento tibi animam ejus. » Sic Deipara de Petro isto, qui junctus est superis anno 1366, die 18 Octobris.

§ XXXIII. — *De Petro, antistite Cajetano.*

Petrus de Onna, Hispanus, ordinis B. Mariæ de Mercede redemptionis captivorum, ob doctrinam, pietatem et præclara multa, quæ in eo coruscant, episcopus Cajetanus, cum esset insigni in beatissimam Virginem Dei Matrem pietate excellens, inter alia præclara observantie sue erga illam documenta, edidit *De Præservatione ejusdem beatissimæ Virginis a peccato originali tractatum egregium*, quem editum Hispalii anno Verbi Incarnationis 1517, dixi in Bibliotheca Mariana, parte secunda. Cœlum petiit anno Domini 1626.

§ XXXIV. — *De Petro alio, antistite Hierosolymitano.*

Petrus Paludanus, Gallus, Burgundus, ex sacro Prædicatorum ordine, patriarcha Hierosolymitanus, vir vitæ probatissimæ, in quo præclara multa et omni lande dignissima coruscant, Deipara Virginis amantissimus cultor, inter alia devoti famulatus in illam obsequia, scripsit *De eadem sermones egregios pro ipsis præcipuis solemnitatibus*: quos excusos Coloniæ anno 1608, dixi in Bibliotheca Mariana, parte secunda. Diem suum obiit in regno Cypri anno redēptionis nostræ 1520.

§ XXXV. — *De Petro, antistite Siguntino.*

Petrus Gonzalez de Mendoza, Hispanus, ordinis Minorum, Philippo II Hispaniarum regi apprime charus, ex commissario generali familie ultramontanæ episcopus Oxoniensis, deinde archiepiscopus Granatensis, mox Cæsaraugustanus, denum Siguntinus, vir ubique in regiunibz prudens, omnibus acceptabilis, omnibus commendabilis, ardentis Deiparae Virginis placendi obsequendique desiderio flagrans, inter alia obsequiosæ pietatis erga illam testimonia, scripsit Hispanice *Historiam Montis Cælii B. M. Virginis de Saliceto*, quam impressam Granatæ anno 1616 dixi ex Waddingo in Bibliotheca Mariana, parte II. Clarebat circa annum saintiferi partus 1585.

§ XXXVI. — *De Petronio, antistite Bononiensi.*

Sanctus Petronius Constantinopolitanus, apud Theodosium imperatorem ob raras sanctitatis et prudentiae dotes celebris, a Cœlestino Pontifice in somnis monito Bononiensis episcopus, quoniam invitus, constitutus, ex maxima animi propensione, qua erga Deiparam Virginem ferebatur, ejusdem ædem Lauretanam, dum hæc adhuc esset in Nazareth, non solum religiose invisit ac humiliiter venetatus est, sed cum Bononiam pervenisset, in

sua ecclesia ipsam ædem depingi fecit eo modo, quo tunc reperiebatur in Nazareth. Cum ejus tempore Nestorius Constantinopolitanus episcopus, divinarum litterarum studio intemperanter abusus, sanctissimam catholicæ fidei doctrinam violare perverso dogmate conaretur, asserens inter alia Mariam Dei Genitricem non esse appellandam, Petronius a Theodosio imperatore missus, Romanum ad Cœlestium pontificem venit, snoque adventu ac verbis effecit, ut idem Cœlestinus, ne ea pestifera haeresis latius serperet, œcumenicam synodus iudiceret, quæ Ephesi frequenti ducentorum episcoporum conventu celebrata, Nestorii heresim damnavit, ac B. Virginem Dei Genitricem appellandam esse declaravit. Mirandis virtutibus clarus ad Dominum migravit Petronius, anno salutis reparatae 450, die 4 Octobris.

§ XXXVII. — *De Philippo, antistite Bambergensi.*

Philippus comes ab Hennenberg, anno Christianæ salutis 1475, in episcopum Bambergensem electus, Deiparae Virginis Mariae observantissimus cultor fuit, ut ex ipsius sepulchrali epitaphio mox subjiciendo cuilibet potest esse manifestum; singularia autem observantiae ejus in augustissimam Dei Matrem specimina, mihi haetenus ignota. Commutavit hanc lugubrem vitam cum longe feliciori, anno a Christo nato 1487, die 27 Februario, sepultus in cathedrali basilica Bambergensi cum tali epitaphio:

*Præsulis eximii lapis hic tegit ossa Philippi,
Quem Bamberga suo luxit ut orba Patre.
Prudens et justus, constans fuit atque severus;
Henberga ex comitum stirpe creatus erat.
Conspicuis struxit radiantes montibus arces,
Judeos turpes expulit Urbe procul.
Qui coluit vivus semper te, Virgo Maria,
Hunc tua suscipiant numina sancta, precor.*

§ XXXVIII. — *De Philippo, antistite Neapolitano.*

Philippus Minutulus, archiepiscopus Neapolitanus, inter alia observantiae suæ erga Deiparam documenta, Neapolitanam ecclesiam majorem in honorem B. Mariæ in cœlum assumptæ, in amplissimam ac augustissimam formam, quæ adhuc conspicitur, coepit ædificare. Obiit anno sa!. 1501.

§ XXXIX. — *De Philippo, antistite Trevirensi.*

Philippus Christophorus, archiepiscopus Trevrensis, ac sacri Romani Imperii princeps elector, Mariæ Deiparae Virginis lectissimus cliens, inter alia Marianæ dilectionis illustria specimina, pro Deiparae Virginis Conceptione stabilienda, scripsit ad sanctissimum Urbanum VIII epistolam unam, suo in tantam Matrem affectu atque amore dignissimam: quam mihi ab insigni viro Bernardo de Toro Hispanensi exhibitam, orbi quoque ipse in gratiam lectoris exhibeo. Est autem hujusmodi:

Beatissime Pater. — Post debitam obedientiam, et sacrorum pedum osculationem. Quæ pro immaculata Deiparae Virginis Conceptione a sanctissimo domino felicis recordationis Paulo Papa V, Sanctitatis vestræ prædecessore, anno 1617 sublitter

cum ingenti omnium principum orbis Christiani gaudio constituta sunt, ea fuere ejusmodi, ut multis haud dubiam spem injecerint, fore, ut tandem Sedes apostolica controversiam illam inter catholicos amplius 300 annis magna studiorum contentionem, immo gravissima interdum fidelium offensione, agitatam, pro arbitrio potestatis a Christo sibi concessæ, definiendo terminaret. Quam spem deinde auxit Gregorius, felicis item recordationis Papa XV, qui, ut certa relatione didici, non contentus constitutionibus quas ante ipsum diversi Pontifices Romani de hoc ipso negotio ediderant, novum nihilominus decretum motu proprio vulgandum putavit, quo sub exsecratoria communione cavebatur, ut deinceps non tantum publice ecclesiastæ concionibus, et doctores in scholis sententia, qua Conceptus B. Virginis peccato vitiatus asseritur, abstinerent, sed ut nemini, etiam privatim, alind verbis asserere licitum esset, præter quam Patribus Dominicanis, idque cum eo, ut sanctificationis nomine, quo illi vice Conceptionis in Officiis divinis utebantur, imposternum abstinerent. Verum enim vero Gregorio e rebus humanis sublato, spes, quam ille de componenda hac lite fecerat, intercidisse videri poterat, nisi Deus Sanctitatem vestram divino consilio Ecclesiæ suæ pastorem præfecisset, qui vigilantia sua et sollicitudine ad publicum statum tranquillandum omni contentione sibi incumbendum putaret. Quocirca, beatissime Pater, facere non potui, pro devotione et amore magnæ illius Matris, quin illud ipsum, quod jam ante multos reges et principes enixe postulasse cognovi, meis quoque humilibus precibus cum pedum veneratione, supplex peterem, ut Sanctitas vestra rixarum et offensionum, quæ inter nonnullos multo tempore incaluerunt, exitu reperto, Deiparentis defendendæ curam suscipere velit: vel potius ipsiusmet Filii Dei, qui ex æquo honorem et infamiam cum Matre ita divisit, ut quidquid de Matre, vel honorificum, vel cum nota conjunctum statuit, id omne in Filii honorem vel ignominiam recurrat. Omitto momenta rationum, quibus veritatem consensu pene omnium academiarum totius Europæ contestatam stabilire solent in scholis theologi. Illud imprimis contendo gloriosissimam Virginem Mariam, tuum demum perfectissimam ab hoste infernali, cuius caput calcaneo elisum præfocavit, victoriæ reportaturam, cuæ fremente licet ringentim acatholicorum colluvie, candidissimum intemerate Conceptionis in Ecclesia vexillum erigere cœperit. Nimirum hoc est quasi quoddam hostimentum et gratia quam jure suo, si unquam alias, nunc vel maxime hæresum triumphatrix, pro beneficiis nuper Germaniæ, maxime vero Ecclesiæ meæ Spirensi (cujus singularis et potentissima Patrona semper exstitit) collatis postulare videntur. Nunc enim est illud tempus, cum in tantis religionis pene oppressæ dissidiis, clare enituit, sine illius tutela Germaniæ statum in extremam perniciem ruiturum fuisse.

Discant adversarii nostri Romanam Sedem esse magistrum veritatis, qua loquente obmutescant qui loquebantur, tacentे loquantur, qui loqui possunt, quieturi, si tacere jubeantur. Discant tantam esse fidelium erga summum Pastorem reverentiam, ut ad vocem illius omnes idem sentiant, idem loquantur. Jam vero, quo tandem animo Sanctitas vestra causam hanc, in quam omnes pene hactenus Christiani principes, ini æque ac summi, academici pene omnes conspirarunt, diutius negligere possit, secum pensaret necesse est. Habet Ecclesia præjudicia non tantum sanctorum Patrum, sed etiam tot Pontificum: denique suum ipsa iudicium: quid sentiat, satis superque aperuit, cum ante annos 200 Conceptæ Virgini diem sacrum indicere coepit, quod utique non videtur factura fuisse, si candor ille purissimi conceptus, vel ad punctum temporis, peccati nebula obvolutus fuisse. Porro, Pater beatissime, Sanctitati vestræ apprime entendum videtur, ut sanctissimæ Virg. veneratio vigeat, floreat, amplificetur, semina rixarum præcidantur, offendicula a fidei populo submoveantur, impiissimæ hæreticorum nationi calumniandi ansæ amputentur, dignitas deinceps Principis Cathedræ sarta teataque conservetur. Quæ omnia ita futura confido, si Conceptus magnæ Matris, Patronæ ac Dominæ meæ immaculatus fuisse desiuntur, et ad tot regum, populorum, academiarumque consensionem accedat ejns Cathedra calculus, quæ reliquias cathedras veritatis superat præsidatu. Quod si preces meæ indignæ ad hanc gratiam a Sanctitate vestra obtinendam aliquid momenti attulerint, spes me tenet misericordiæ Matrem vicissim Sanctitati vestræ in hac mortalitate, et olim in cœlis gratiam relaturam, meque indignissimum clientem suum, una cum duplice grege meo Trevirensi ac Spirensi, cultui ipsius præ reliquis viris modis obnoxio, favoris sui umbra pallioque clementissime protecturam. Deus, Dominus noster, Virginis Filius, Sanctitatem vestram Ecclesiæ suæ diutissime servet incolumem! Ex oppido meo Witliaco 5 Februar. anno 1623, more Trevirens. ▶

Cætera, quibus tantus præsul suum erga cœli Reginam ardens studium testatus est, adhuc me fugiunt.

§ XL.—*De Philippo, antist. Jaccensi.*

Philippus Guimeran, Hispanus, Valentinus, ordinis B. Mariæ de Mercede redemptionis captivorum alumnus, ex magistro generali sui ordinis episcopus Jaccensis in regno Aragoniæ, vir ingenio, consilio, doctrina, vitæ integritate, aliisque præclarissimarum virtutum ornamenti admodum illustris, cordialissimæ pietati suæ erga B. Virginem apud posteros astruendæ, scripsit *De Apparitione B. Virginis Mariæ de Podio librum unum*, nec non *De aliis imaginibus B. Virginis miraculosis quæ erstant in conventibus sui Ordinis Historias*. Vitæ hujus stadium feliciter absolvit anno salutis 1617.

§ XLI.—*De Philotheo, antist. Constantinopolitano.*

Philotheus, patriarcha Constantinopolitanus, Deiparam Virginem, velut parentem optimam, peculiari cultu ac veneratione prosequens, ejusque honori gloriæque propagandæ amanter intentus, scripsit Græce *Troparia in Deiparam, et in sanctissimam Deiparam secundum alphabetum Orationem*: quam Græce Ms. extare in bibliotheca S. Sylvestri de Urbe, et apud clarissimum virum Leonem Allatum dixi in Bibliotheca Mariana, parte secunda. Hic in *Menais Græcorum* die 16 Iulii, ut in sua Pietate Mariana Græcorum refert vir doctissimus P. Simon Wagnerbeck, Deiparam appellat: Administram rerum omnium conditarum, Interventricem Deo dignam, Saltem æternam omnium pia ipsam voluntate laudantium, Genitricem Creatoris, ad cuius votum summa quæque dona communicat Deus, Virginem totam pulchram, Fontem gratiæ, Speciem lucis, Nitorem totam, et Phosphorum et Stellam, quæ diem ac Deum attulit. Ali autem Philotheus iste fuerit patriarcha Constantinopolitanus, cuius honorissee meminit lib. iv sue Historiæ Joannes Cantacuzenus, quiq; (ut habet Freherus in Chronologia Orientis) sedit Constantinopoli ab anno 1562 usque ad 1575 contra Latinos partium schismaticarum assertor, an alias ab illo diversus, apud me hactenus incertum.

§ XLII.—*De Photio, antist. Constantinopolit.*

Photius, patriarcha Constantinopolitanus, incredibilis lectionis auctor, et (si schisma excipias) magnis quoque viris et Ecclesiæ magistris accensus, inter alia affectus sui erga sanctam Deiparam monumenta, scripsit in sanctissimæ Dei Genitricis Natalem diem Orationem insignem; quam Græce Ms. servari in Augustana Vindelicæ reipublicæ bibliotheca pluteo V, dixi in Bibliotheca Mariana, parte secunda. Eam ex Seguerano codice descriptam latine reddidit vir doctissimus F. Franciscus Combesis, S. theologiæ professor ordinis Prædicatorum, et tum Græce, tum Latine in novo auctario Bibliothecæ Patrum, anno 1648, Parisiis edidit Antonius Bertier. Ibi Photius Mariam laudans, illam nuncupat Palatum Dominici adventus, Virginem perpetuam, Scalam in cœlum subvehentem, Sedem Dominicam in terra paratam, Ministram mysterii cœlestis, Parentem Verbi, Matrem Fictoris sui, Sponsam eximiam Sponsi cœlestis, Cœlum virtutum stellis ornatum, et Justitiae Solem prætendens, Trabeam Regis universorum, Propitiationem ac Refugium nostrum, Mediaticem nostram apud Filium suum et Deum, Montem sanctum, ex quo pretiosus ille summangularis lapis Christus Deus noster, nulla manuum opera abscissus, dæmonum delubra ac inferni regiam una enī tyrannide contrivit: et ne plura congeram: Clibanum animatum et cœlestem, in quo Plastes ille ac Conditor, massæ nostræ primitias divino excoquens igne, ac zizania superseminata com-

burens, totam sibi mundam massam in panes efformavit. Aiebat Photius Deiparam laudatores suos ab omni sorde omnique macula depurgatos cœlesti thalamo dignos efficere, ut in requie perpetua trino substantia omni majoris Trinitatis lumine illustrentur, ejusque mirabili ac ineffabili spectaculo delectentur: illinsque hoc erat effatum: Virginis donorum meritorumque pelagus pernavigantem, nunc metuere ac gaudere; quiescere ac exsilire; rursumque tacere ac loqui, contrahique ac dilatari, qua timore, qua desiderio secum trahentibus. Vivebat anno Domini 858.

§ XLIII.—*De Piatone, antist. Tornacensi.*

Sanctus Piaton, patria Beneventanus, Tornaci Nerviorum episcopus, in Galliam ad regnum Dei propagandum proficisciens, Tornacenses cives, qua Sapientiae divinæ argumentis, qua signis virtutibusque admirandis, magna ex parte ad religionem Verbi incarnati, itemque passi pro omnium salute, convertit, quibus verbo vitæ et gratiæ lavaero regeneratis, ad Christiani ritus observantiam divinique obsequii officium, ædicolam in Irenæi primi credentis fundo, sub præsidio S. Virginis Deiparae, cui singulariter erat addictus, constitutis ad ministerium sacerdotibus, diaconis et clericis, addixit et consecravit. Enituit circa annum a Christo nato 260.

§ XLIV.—*De Pio, antist. Hispalensi.*

Sanctus Pius I, Hispalensis Ecclesiæ antistes, a S. Jacobo apostolo Zebedæi filio (eujus erat comes et discipulus) anno Christi 37 consecratus, cum eundem S. Jacobum Cæsarangustam fuisse comitatus, ibidem consecrationi ecclesiæ B. Mariæ de Pilari præsens fuit, et cum Braccaram cum eodem S. Jacobo pervenisset, ibidem consecrationi alterius ædicolæ divæ Matri Virgini dicatae interfuit. Hispali quoque, ubi erat episcopus, ad mortem sui magistri eidem sacrosanctæ Virgini præcipue Hispaniarum Tutelari oratorium devota pensione consecravit. Æternum vitæ præmium martyri impressione comparavit anno Christi 60, die 4 Martii.

§ XLV.—*De Pirmino, antist. Meldensi.*

Sanctus Pirminius, Meldensis aut Metensis episcopus, pignus sui erga Deiparam cultus esse vobuit altare, quod in loco quadam, quem Gamundium vocant, ad ejusdem Deiparae honorem erexit ac dedicavit. Floruit anno Christi 720.

§ XLVI.—*De Placido, antist. Alexanensis.*

Placidus Padiglia, Italus, Neapolitanus, ex sacro Coelestinorum ordine ob præclara virtutum merita ab Urbano VIII Pont. Max. creatus episcopus Alexanensis, honori Deiparae Virginis, quam a cunctis ipsis impensissem semper affectu colnit, augendo, scripsit Italice Opus prænotatum: *Imago pulcherrimi Vultus Virginis Marie Matris Dei, a Spiritu sancto in sacris Canticis depicta, et decem Discursibus prædicabilibus explicata*, quod Romæ edidit apud hæredem Bartholomæi Zannetti,

anno 1624, in quarto. Vivebat adhuc anno salutis 1646.

§ XLVII.—*De Polycarpo, antist. Smyrnensis.*

Sanctus Polycarpus, Smyrnensis episcopus a S. Joanne apostolo ordinatus, Ebionem et Cerinthum contra Mariam debaceantes, eique præcipuum Deiparae titulum adimentes, acerrime oppugnavit, quibus etiam perimendis idem S. Joannes Evangelium suum conscripsit. Claruit circa annum salutis restituta 95.

§ XLVIII.—*De Pomponio, antist. Neapolitano.*

Sanctus Pomponius, episcopus Neapolitanus, Mariani cultus honorisque observantissimus, fecit basilicam intra urbem Neapolim ad nomen sancte Dei Genitricis Virginis Mariae, que dicitur ecclesiae Majoris, grandi opere constructam. Erigendæ autem hujus basilicæ occasio, ex vulgi fama, ab Eugenio asseritur fuisse dæmoniaci cujusdam spectri, Pomponii oratione ac B. Virginis revelatione, expulsionem, quod ibi in porei speciem, grumitu suo cunctos terrefaciendo se visendum præbebat, quasi quod Deipara in somnis monuerit Pomponium, ut quo loci cœrulei coloris panum inventisset, ibi ecclesiam sibi dicaret, eoque modo spectrum illud abactum fuisse.

Claruit anno salutis 518, sepultus in prædicta ecclesia S. Mariæ Majoris, quam ipse magnis sumptibus ædificaverat.

§ XLIX.—*De Poppone, antist. Aquileiensi.*

Poppo Germanus, claro genere ortus, ex Henrici imperatoris cancellario patriarcha Aquileiensis, cum ex Gradensi insula thesauros, quos ibidem prædecessores sui ob metum barbarorum condiderant, Aquileiam deportando curasset, templum ibi sumptuosissimum cum pulcherrima turri sacro-sanctæ Deiparae Virgini tutelari extruxit, et juxta templum ædes regio more amplissimas ædificavit. Hoe præterea templum a se exstructum solenni pompa dedicavit, assistentibus pluribus episcopis, ac præsentibus Joanne XIX Pontifice Maximo, et Conrado imperatore, anno 1031, tertio Idus Julii, quo etiam die instituit Poppo, ut in eo templo quinquaginta sacerdotes assidue divinis institutis assisterent, quibus præter alia multa prius concessa Meleratum, Palmatam, Silavum, Ronchium, Bonchetum, Castillionem, Marianum, Carolinum, S. Georgium, pagos Fori Julii non ignobiles attribuit.

Decessit anno salutis 1044, sepultus in patriarchali basilica Mariana a se constructa.

§ L.—*De Potentiano, antistite Senonensi.*

Sanctus Potentianus II, post S. Savinianum Senonensis in Gallia episcopus, S. Petri apostolorum principis discipulus, cum una cum Saviniano (de quo infra) Vastiniensem agrum ingressus, ipsa nocte Dominicae Nativitatis ipsum Dominum in præsepio positum circumstante sacrosancta Matre et B. Joseph, ea prorsus forma, situ ac statu, quo natus est in Bethleem, videre meruisset, in loco

visionis, ad tantæ rei perpetuum monumentum, ædiculam in honorem nati Salvatoris et ejus beatissimæ Genitricis extruxit. In Senonensi etiam urbe, ubi innumeratas animas ad Christi fidem convertit, ecclesiam sanctæ Dei Genitricis venerando nomini ac patrocinio dedicavit: Carnuti insuper, cum plebem Pariture Virginis ex avita traditione devotam, prouam in fidem ejus Partus suscipienda comperisset, Verbi divini ex Virgine incarnati mysteria felici ore edocuit, eosdem cœlesti verbo illuminavit, expiavit lavaero salutis, et instructos pietatis theoriis primum Christo consecravit. Ille adhibitis cæremoniis Christianæ religionis, speluncam quamdam Druidum, in qua jam tunc visebatur altare et imago dicata Virginis Pariture, Deiparæ dedicavit, ac Carnutenses impulit, ut solemnies legatos ad Deiparam Virginem, quem tunc morabatur Hierosolymis, destinarent. Martyrii palma laureatus occubuit, anno Christi Domini 75, de quo vide infra in Saviniano antistite Senonensi.

§ LI. — *De Pothino, antistite Lugdunensi.*

Sanctus Pothinus, alias Photinus, primus Lingdunensis Ecclesiæ præsul, vir doctrina et sanctitate clarus, qui sub Joannis Evangelistæ disciplina spiritum salutis et vitæ precepta, divino munere, hausit, Mariani cultus promovendi desiderio exæstuans, Lugduni in crypta basilicæ episcopalis, primum altare in honorem sacrosanctæ Dei Genitricis dedicavit. Vivebat anno Domini 160, et nonagenario major, ad sempiternas immortalium gandiorum delicias gloria et honore coronatus inclito triumpho pervenit 4 Nonas Junii.

§ LI. — *De Proclo, antistite Constantinopolitano.*

Sanctus Proclus, e Cyziceno episcopo archiepiscopus Constantinopolitanus, Deiparæ Virginis ad dictissimus, ejusque honoris propugnator acerrimus, cum impiam illam ab impio Nestorio dictatam orationem audisset: « Nemo Mariam Dei Genitricem appellat, » nullo pacto se coercere potuit, sed divino igne succensus, justa indignatione commotus, pie fremuit, totus incanduit, zeloque Dei Genitricis ad capessendam hanc incerti discriminis pugnam forti erectoque animo excitatus, sedente ipso Nestorio in patriarchali S. Sophiæ templo, Dominico quodam ilucescente die ad dicendum pergens, concinnam illam ac vere auream vibrantium velut sententiarnum aculeis instructam ad populum orationem habuit, ubi se a Virgine ad dicendum excitatum, ab ea que populi frequentiam in unum coactam fatetur. Nestorium, suppresso tamen nomine, modestiæ causa, neve exulceraretur magis, quam corrigeretur, sugillat, graviter oppugnat, clavi invisum omnibus reddit, contra prolatam dictionem acriter invehit, rectam fidei veritatem roborat, firmat ac tuerit: Theotocon appellandam Virginem validissimis argumentis probat, urget, demonstrat. Hæc odii causa, iræ seminarium, seditionis principium exstitit inter Nestorium et Proclum. Nec

enim reperiebatur, aut andebat quispam Nestorio palam sese opponere, utpote doctrina celebri, fauundia insigni, auctoritate præclaro. Ut autem vidit se ab episcopo Proclo redargui, expugnari ac vinci, exarsit in iram, minas intentat, furit in Proclum. At ipse nihil verebatur, ferruni omne paleam censebat tali patrocinio, Dei Genitricis scilicet, munitus ac septus. Et is qui jam vitam quietam degebat, seipsum aerius incitat, omnes animi vires colligit, arma pro Virgine sumit, festinus ad certamen pergit, in arenam securus contra Nestorium descendit: licet prior in urbe, non tamen solus, nec deerant Virginis manus, nec copiae, nec subsidiarii milites: aperto Marte pugnat, palam contra eum jacula torquet, vibrat sacræ Scripturæ et sanctorum Patrum dicta, et si non illico dejicit vel fugat, quia mirus pro eo stabat antistitum exercitus et imperatoris etiam non deerat fides, animo tamen fregit. Nec multo post insurgente divino illo Deiparæ Genitricis amantissimo Cyrillo, cum sex millies fere episcopis, Romana simul ac totius orbis Ephesina synode, ac victrice acie, hisque laureatis bellatoribus ovantibus, in terram penitus disjectus est, palinodiam canere cogitur vel invitus. At ne impune tam funesta et execranda effusisset, exauktoratur, fugatur in exsilium, extorris focis et aris agitur, diris a Deo torquetur suppliciis, vermes blasphemantis linguam depascunt, donec ad longe graviora tormenta migraturns funestum diem obiit, acerbo funere mersus, vel ad terram elitus, vel amentia absumptus, vel specu terræ dehiscentis absorptus. Et victor laetus inter laetos epinicia canens stat Proclus: exultabundus acclamat, et occinit Cyrus inquiens: « Exsultet cœlum et lætetur terra. Pax in terra, devicto jam hoste, a cunctis proclamat, triumphat Ecclesia, plaudit populus, gratulatur orbis, omnesque exsultant. » Dun autem, anno salutis 451, Ephesi contra Nestorium celebraretur concilium, Proclus Constantinopoli degit, tum quia Dalmatius Cirzi episcopus ad concilium accesserat, tum ut esset qui Nestorii audaciam coerceret vel retunderet. Sed licet corpore absuerit, ejus tamen oratio primo loco inter concilii Acta apposita est, utpote qui primus contra Nestorium insurrexit; ob id inter tot illumini Patrum monumenta, in perenne Nestorianæ impie-tatis testimonium, et Procli trophyum victoriae, optimo jure primum locum obtinet.

Hinc jure merito Menæ Græcorum Proclo accidunt: « Verbis, Procle, a Deo inspiratis clare venerabilem ex Virgine Dei nostri prædicasti Incarnationem, et ipsam Dei Genitricem celebrasti, sapientissima dogmata sentitus apostolorum. » Et iterum: « Gloriosam Dei ex Virgine Incarnationem in dominatum funda rotans, ut alienigenam olim Goliath divinus David, dementem Nestorii sententiam decisti. » Hæc in Menæis.

Porro S. Proclus, singulari quadam animi pietate ac devotione erga Deiparam impulsus, plura in

eius laudem commendationemque luculentissimo stylo composuit, a Vincentio Riccardo clero regulari ex insignium bibliothecarum penu eruta, et Romæ edita, atque a me etiam in Bibliotheca Marianæ, secunda parte, recensita, in quibus sacratissimam Dei Genitricem ubique summis laudum præconiis ornat, Dei Genitricem demonstrat, ejus illustrat commendatque nomen, ipsam appellans: *Ancillam, quam Deus in suam sibi Matrem ascivit: Agnam virginem ex qua egressus est Pastor: Arcam Domini, quæ nou legem portavit, sed Legislatorem utero gestavit: Arborem puritatis incorruptam, quæ protulit salutis fructum: Agrum, qui, nullo suscepso semine, segetem protulit: Arcem virginem, quam Satanicus cuneus nullo modo subvertit: Altare aureum holocaustatum: Alabastrum Nardi pistici pretiosum: Aurum Evilat: Benedictam in mulieribus, quæ sola Evæ moerori medelam attulit, solam ingemiscantis abstersit lacrymas, sola mundanæ redemptionis gestavit pretium: Candelabrum aureum, quod immateriale lumen, hoc est, Deum gestavit incarnatum: Columbam simplicem: Citharam animatam, quam Gabriel dulci modulamine personavit in Annuntiatione: Civitatem nullo modo a dæmone direptam: Characterem incontaminatum puritatis: Cœlum in quod Pater æternus misit Unigenitum suum: Deus non vulgare generis universi muliebris: Diadema Ecclesiae: Domicilium sanctæ Trinitatis: Emporium celebre salutaris commercii: Ämulam cœli: Evilat terram auri feracem, ex qua ortus est Carbunculus et Prasinus, nempe Christus, in his lapidibus adumbratus: Evam alteram, quæ non ut prima cœlestis spectaculi capta obtutu levi manu prostrata jacuit, sed manibus supra cœlestis tecta Regis quasi forti munita vallo perstitit immota: Ephod sacerdotale Dei, signans voluntatem: Exultationem matrum: Filiam Evæ, quæ injuriam maternæ inobedientiæ obedientia vindicavit: Formam eximiæ venustatis: Fiscellam bitumine illitam intrinsecus et extrinsecus, prudentia nimis ac pietate exornatam, in qua spiritualis Moyses a mystico servator Pharaone: Ferculum virtutis: Fastigium justitiæ: Gloriationem eximiani semi-nei sexus: Globum cœlestem novæ creaturæ, in quo Sol justitiae, qui nunquam occidit, omnem ab omni anima peccatorum noctem fugat: Jugum textorum sacrosanctæ œconomiae: Imaginem expressam orthodoxæ fidei: Indumentum temperantiae: Locum sanctificatum: Lunam spiritualem, quæ in suo virginitatis ordine stetit: Materiam sanctimoniae castitatisque: Matrem viri nesciam: Miraculum universi præstantissimum: Mare virginenum: Montem de quo præcisis est lapis sine manibus: Nubem levem, quæ eum, qui super Cherubim sedet, suo gestavit in corpore: Naviculam nullo modo a dæmone concussam: Normam veritatis: Nutricem sui Nutritoris: Opificinam unionis naturalium: Ostium salutis: Ornamentum illibate vir-*

ginitatis: Ovem nullo modo a dæmone seductam: Oleum unctionis sacrum: Olivam fructiferam in domo Dei plantatam, a qua corporalem Domini ramum accipiens Spiritus sanctus, naturæ humanae tempestate convulsæ pacem cœlitus keto faustoque nuntio prædicatam attulit: Paradisum spirituale secundi Adami: Portam clausam Ezechielis: Pontem Dei ad homines: Puerperam sine puerperio: Parentem Conditoris rerum omnium: Puteum veri jurisjurandi in qua affluxit immortalitatis aqua per adventum Domini in carne: Rubrum naturæ animalium, quem divini partus ignis non combussit: Radicem Jesse, quæ ex sese sine extraria ope immarcescibilem produxit vitæ florem: Solemnitatem salubris commutationis: Simulacrum cœli: Stellam pulchram decoramque consulis supracelestis: Sustentationem fidelium: Signaculum pietatis: Segetem laetitiae: Thesaurum impollutum virginitatis: Thalamum in quo Verbum carnem sibi sponsatam habuit: Telam terribilis dispensationis, in qua ineffabilis Incarnationis tunica texta est: Terram non satam, quæ cœlestem protulit fructum: Templum Dei sanctificatum: Tabernaculum fidei: Vitam non effossam, ex qua botrus ad maturitatem progressus est: Volumen novum Novi Testamenti, et ne plura cum lectoris mei satietate congeram, Vellus mundissimum cœlesti madens pluvia, ex quo Pastor ovem induit.

Obiit, immo potius in cœlu abiit S. Proclus, anno salutis per Christum restitutæ 446, die 24 Octobr.

§ LIII. — *De Prosdocimo, antistite Patavino.*

Sanctus Prosdocimus, natione Græcus, S. Petri apostoli discipulus, ab eo Patavinus primus episcopus ordinatus, inter alia pietatis tributa B. Virginis impensa, Patavii in honorem Deiparæ Virginis ecclesiam ædificavit, et in monte Sumano non longe a Vicentia, ubi olim fanum Sumano idolo Vicentini erexerant, alteram in ejusdem Deiparæ Virginis honorem ecclesiam consecravit. Clarus meritis et miraculis evolavit in cœlum anno salutis 139, Idibus Novembbris, cum suæ aetatis centum et quatuordecim annos explevisset, sepultusque est Patavii in ecclesia B. Virginis a se cœnstructa.

§ LIV. — *De Pulchronio, antistite Virdunensi.*

Sanctus Pulchronius, aliis Polychronius, Virdunensis in Gallia episcopus, perdignus S. Lupi Trecensis episcopi discipulus, qui cum sanctitatis gloria, tum eurationum tanta gratia præfulsi, ut relegatis post tergum energumenerum furentium manibus, dæmonibus corpora vexantibus velocem adeo exitum imperaret, citius ut sensum perciperent obsessi, quam corporum collisionem, maxima in sacrosanctam Dei Genitricem Virginem devotione flagravit. Cujns, cum episcopalem sedem ab æde suburbana beatorum apostolorum Petri et Pauli in ecclesiam ipsius beatissimæ Virginis, quam in urbe construxerat, transtulisset, imaginem in eminentiori templi aditu collocavit, serpentem pedibus conculcantes, inscri-

pto circum imaginem hujusmodi cantico : *Gaudete, Maria Virgo, cunctas haereses interemisti, ut immerget ipsius Deiparæ adversarios haereticos, quos Ecclesia in Chalcedonensi concilio (cui interfuit) solemniter judicio damnaverat, praesidio ipsius sanctissimæ Virginis fuisse protritos, futurosque omnes cum tota Satanae caterva, ejusdem potenti apud Deum intervenerint, etiam semper et ubique fore conculcandos.*

De hoc eodem præstantissimo Virdunensi antistite in suis *Liliis Galliae sanctæ*, part. 1, cap. 1, locutus Jacobus Rinaldus in hunc modum scripsit : « Cum dicta esset dies Chalcedone Nestorio et Eutychetii blasphemias in Christum ejusque Matrem sanctissimam haereticis, zelo suo dictam esse putavit Pulchronius : eo advolavit actutum, quo eam intaretur, ut filius, quam diligebat ut matrem. Cujus statuam redux in trophaeum consulari jussit, quæ serpentem aut haeresim pedibus proculearet, ne

serperet longius, et beataque Mater triumphato hoste superior videretur. Sedem item suam, quæ ad hoc usque tempus in suburbio haeserat, in urbem transtulit, ut urbanus esset domo, qui erat moribus. Huic operi perficiendo domum, quæ patris sui terreni fuerat, voluit esse cœlestis : quæ hominis, Dei : privata, communem : sua, omnium, sed D. Virginis presertim, cui nascenti dicatam esse voluit, ut in qua domo natus esset, in ea nata coleretur Virgo, cuius se totum suaque omnia ita esse cupiebat, ut ne cunas suas ab ejus exemptas dominio vellent. Quam autem sic collocauit nascientem Pulchronius, eadem Pulchronium juvit morientem : nam pro terrena cœlestem, pro temporanea domini accepit æternam, in qua per mortem natus, æternum est victurus : qui enim mori possit, qui per mortem nasci potuit ? » Sic ille.

Cœlum petiit Pulchronius anno a Christo nato 470, die 4 Maii.

CAPUT XV.

De Rabano Moguntinensi, Rachone Arverno, Rachone Æduensi, Raphaele Ragusæo, Ratbodo Tornacensi, Ratbodo Trajectensi, Raymundo Tiraconensi, Raynaldo Barensi, Regino Constantiensi, Remigio Dorkecestrensi, Remigio Remensi, Richardo Armacano, Richardo Cicestrensi, Richardo Dunelmensi, Richardo Remensi, Roberto Aquinate, Roberto Lincolniensi, Roberto Vuellensi, Roderico Toletano, Rodulpho Halberstadiensi, Rogerio Bituricensi, Romano Rotomagensi, Romualdo Barensi, Romualdo Monopolitano, Romualdo Salernitano, Romulo Fesulano, Rosimano Polinianensi, Rothardo Cameracensi, Rudolpho Vratislaviensi, Ruperto Vangionum, Ruthio Scoto, ac Rutilio Lauretano antistitibus.

§ I. — *De Rabano, antistite Moguntinensi.*

Rabanus Maurus, Germanus, ex urbe Fuldensi in Buconia oriundus, ex quarto cœnobii Fuldensis abbatte VI archiepiscopus Moguntinus, in laudem beatissimæ Genitricis Dei Mariæ, cuius fuit cultor eximus, plura tum ligata tum soluta oratione elucubravit digna lectu, quæ cum in Bibliotheca Mariana, parte secunda, a me fuerint recensita, in præsentia supersedeo. Felici somno æternæ pacis quievit, anno orbis Christiani 856.

§ II — *De Rachone, antistite Arverno.*

Racho Arvernorum antistes, Marianæ pietatis restauracioni ac dilatationi intentus, inter alia in hunc finem ab ipso præstita, Assumptionem S. Mariæ Virginis solemnem in sua ecclesia instituit. In hoc etiam triumphali D. Virginis die monasterium Casæ Dei in Arvernensi territorio consecravit, ibique S. Robertum illius abbatem et cœnobiarum solemní benedictione constituit. Floruit sub Leone Papa IX, circa annum Domini 1049.

§ III. *De Rachone, antistite Æduensi.*

Sanctus Racho Æduensium episcopus, impiissimi cuiusdam terræ regis jussu in mare projectus, ab angelis Dei miraculo ad portum deductus fuit, tali hera, qua fuerat projectus in mare. Et quia erga Deiparam Virginem singulari devotione ferebatur, cum exivit, eadem Deipara Virgo apparuit ei, confortans

eum. Tunc B. Racho impetravit a Domino, ut omnes venerantes suam nativitatem nunquam tempestatem paterentur, nec potestate inimici detinerentur. Cui B. V. Maria dixit : « Quod postulasti, tibi datum est desuper. » Post haec in diversis partibus mundi legem Domini prædicavit. Ad ultimum vero rediit ad terram et civitatem suam Æduensem, et ibi abreptus felicis mortis sonno in cœlum commigravit, die 5 Decembris, anno mihi adhuc ignoto.

§ IV. — *De Raphaele, antistite Ragusæo.*

Raphael Bonellus a Barletta, archiepiscopus Ragusæus, Mariani cultus in se amantissimus, ejusque in aliis augendi studiosissimus, inter alia multa exaravit : *De Assumptione beatissimæ Virginis, et miraculo ejusdem Sermones duos*, Romæ anno 1581, et Venetiis anno 1587, ut alibi diximus, excusos.

Claruit anno ab adventu Salvatoris 1570.

§ V. — *De Raynaldo, antistite Barensi.*

Raynaldus, ex monacho Cassinensi episcopus Caietanus, deinde archiepiscopus Barensis in Apulia, cum Mariana pietate ac Mariani cultus amore maxime flagraret, pretiosa plurima ad sacram suppellectilem spectantia cathedrali sponsæ, quæ Deipara Virginis in cœlum Assumptæ dicata est, liberaliter legavit. Pro suo etiam in Deiparam Virginem studio, in honorem ejusdem Deiparae Virginis ecclesiam in Celle Maris suæ ditionis

loco a fundamentis erexit, dotavit ac cultu magnifico exornavit. Vivere inter mortales desiit anno reparatae salutis 1188, die 4 Februarii.

§ VI.—*De Ratbodo, antistite Tornacensi.*

Sanctus Rathodus, seu Radbodus, pientissimus Tornacensium episcopus, et magnus Deiparæ amator, celebre collegium in Brugensi civitate assignandum esse duxit, quod cum D. Donatiani ibidem de gloria et splendore contenderet. Neque enim optino pontifici satis erat, quod in D. Donatiani juge et magnificum altare etiam in superiori templi parte beatissima Virgo haberet, nisi speciali et propria sibi basilica famigeraretur.

Ideam anno 1092, cum pestis igniaria, quam sacrum seu divinum ignem vocant, Tornaci (uti et anno 1129, Carnoti, Parisiis, Suessione, Cameraci, Atrebatii, alibi) grassaretur, instituit, ut quotannis supplicatio Deiparæ compellandæ et honorande causa, ipso Exaltationis S. Crucis festo die, solemniter perageretur, quam deinde trecentis et octo devolutis annis, scilicet 1400, a Ludovico pontifice consensu totius civitatis restitutam, hodieque admodum celebrem audiit et legit continuari Ferreolus Locrius.

Scripsit *De Annuntiatione beatæ Mariæ Virginis sermonem unum*, quem Ms. ad sanctum Martinum Tornaci asservari dixi in Bibliotheca Marianæ, parte II. Additque Antonius Demochares in Catalogo episcoporum Tornacensium, quod festi Annuntiationis beatæ Virginis Officium, quod in ecclesia Noviomensi quotannis cantatur, non ineleganti dictionis stylo dictaverit. Cœlestis regni gaudia comparavit anno salutis 1095.

§ VII.—*De Ratbodo, antistite Trajectensi.*

Sanctus Rathodus, Traiectensis episcopus, e nobili Francorum stirpe prognatus, cum aliquando graviter decumberet, ita ut vivendi spem omnem abjeceret, beatissima Dei Genitrix semperque virgo Maria, subsequentibus ipsam sanctis virginibus Thecla et Agneta, cum multa luce ei apparuit, totum habitaculum splendore perfundens. At ille tanta visione valde perterritus, loqui præ timore nihil potuit, et propemodum examinatus est. Tum vero Porta salutis Domina mundi consolationis medicinam ei adhibens, omnemque non modo timorem, sed et languorem depelleus: « Ne timeas, inquit, Ratbode: certus eam te intueri, cui crebro supplices preces offers: non ego te mea deditior consolari præsentia, qui in tuis ad Deum precibus mei semper memoriam usurpas. Noveris autem, nihil ex hoc morbo tibi imminere periculi, sed curatum te iri, nec tamen diu postea in carne victurum: securus esto tui, vigilare et operari ne cesses, sed perge, ut cœpisti. » Sub his verbis repente splendor ille disparuit, sed permanuit diu odor gratissimus, morbus omnis plane ablatus est. Hæc cum ille clam quibusdam e suis exposuisset (neque enim se vivente voluit cuiquam ea innotescere) simul etiam formam, habitum, ornatum

sanctissimæ Matris Dei illis explicavit, addens, pulchritudinem ejus neminem satis posse admirari: sanctas autem virgines Theclam et Agnem tam ex vultu quam vestitu potuisse dignosei.

Floruit Caroli Francorum regis ac Ludovici ejus filii temporibus, spiritu prophetæ et vitæ sanctitate illustris. Obiit vero anno Dominicæ Natalis 917, die 29 Novembris.

§ VIII.—*De Raymundo, antistite Tiraconensi.*

Raymundus a Monte Chateno, episcopus Tiraconensis, beatissimam Virginem, dum viveret, singulari studio prosecutus est. Cum recreationis gratia venatum aliquando abiisset, binisque ab urbe Valentina distaret et amplius leuis, inter mare et stagnum illud grave, quod Albuferam incolæ vocant, inter omnes quos procererunt accipitres, procererunt unum, quem dictus episcopus magno habebat in pretio, qui præ aliis prædam insequeens, perinde alta petiit, quod amplius non est visus ab ipsis venatoribus. Cumque episcopus redisset domum, ægre ferens amissum herodium, misit Fratribus ordinis saerosanctæ Trinitatis et Redemptoris captivorum, qui tunc parvum tugurium habitabant, in eo loco, in quo nunc Valentina eorum domus magnificentissime constructa manet, eleemosynam aliquam, petens ab ipsis ut Domino pro amissio accipitre funderent preces. Contigerat autem accipitrem cum præda descendisse intra septa parvæ illius domus Fratrum. Cumque episcopo denuntiassent falconem seu herodium illum cum præda juxta capellam Virginis de Renedio consedisse, intellexit vir optimus Domini placitum, et ad cor reversus dixit: « Intelligo venationem, quam Dominus in me desiderat, ejusque pia Mater Virgo. » Et ex illa hora omni studio cœpit aedificare, quod nunc inde pulchrum exstat, monasterium, quod et beatissimæ Virginis dicavit.

Floruit circa annum Domini ac Salvatoris nostri Christi 1520.

§ IX.—*De Regino, antistite Constantiensis.*

Reginus Constantiensis, quia Constantiae Cypræ episcopus, natione Græcus, inter alia Marianæ pietatis devotionisque specimina, scripsit ac in celeberrimo illo Patrum concessu Ephesi habuit *Contra Nestorium pro Deipara Virgine homiliam unam*, quam adhuc extare Græce et Latine in secunda parte concilii Ephesini dixi in Bibliotheca Marianæ, parte II. Clarebat anno Domini 452.

§ X.—*De Remigio, antistite Dorcestrensi.*

Remigius Dorcestrensis, seu Lincolnensis in Anglia pontifex, ex maxima animi propensione, qua erga Deiparam Virginem serebatur, monachorum asceterium S. Mariæ de Stou (Latine de loco dices) ex novo fabricavit. Idem Lincolniensem basilicam Marianam ad fastigium perduxit, cuius successor Robertus Bloetius a Remigii morte (id ille ipso sui obitus die facere decreverat) Deiparae vovit et sacravít. Vivebat anno salutis 1080.

§ XI.—*De Remigio, antistite Remensi.*

Sanctus Remigius, Remensis Ecclesiæ in Gallia antistes, pridie illius diei, in quo Clodovæum Francorum regem baptizaturus erat, ad altare sacrosanctæ Virginis Mariæ, cuius pietatis ardoribus vehementer incendebatur, in oratione et lacrymis pernoctavit. Secuta lux est vere lœta felixque Francis, in qua Clodovæus post diutinam cunctationem et moram, postque dierum multorum compunctionem summa totius regni gratulatione Christianus efficitur, columba ad baptismi complementum sacram chrisma cœlitus deferente. Post hæc Remigius, Deiparæ cultor insignis, bonam eorum bonorum partem, qua a rege acceperat, ecclesiæ Sanctæ Mariæ, quæ in Laudunensi castello sita erat, attribuit, quod ibi nutritus esset et educatus a suis. Quo autem loci illius major esset auctoritas, episcopatum ibidem statuit, et Genebaldo illam commendat ecclesiam, viro in profanis sacrisque litteris eruditio ac generis nobilitate claro, cuius et continentia et religio laudabatur, ut qui jam pridem ab uxoris se contubernio removisset, quæ Remigii sororis filia erat, eaque libentissima vitam coilibem agebat Genebalduſ. Ad Christum felici donandus præmio pertransivit Remigius anno salutis 545, die 13 Januarii.

§ XII.—*De Richardo, antistite Armacano.*

Richardus Radulphus, Anglus, Oxoniensis, Armacani archiepiscopus, et totius Hiberniae primas, pro præcipua sua erga Deiparam Virginem devotione, in litteras retulit *De Laudibus ejusdem Deiparæ Virginis librum unum*, quem Parisiis excusum apud Joannem Parvum anno 1511, dixi in Bibliotheca Mariana, parte II. Ultimum emisit vita spiritum anno Verbi Incarnati 1559.

§ XIII.—*De Richardo, antistite Cicestrensi.*

Sanctæ et nunquam intermorituræ memorie Richardus, natione Anglus, episcopus Cicestrensis, instantे obitu ad beatissimam Christi Matrem semperque Virginem Mariam, quam in omni vita ardentissima charitate dilexerat, corde simul et voce se convertens, aiebat :

*Maria, Mater gratiæ,
Mater misericordiæ,
Tu nos ab hoste protege,
Et mortis hora suscipe.*

Mandavitque suis capellañis, ut ea verba ad ejus aures pronuntiare non cessarent. Animam deinceps in illa latissima beatissimaque civium supernorum victoram societate reddidit Creatori, anno salutis 1255, ætatis suæ plus minus quinquagesimo sexto, pontificatus vero anno nono, tertio Nonas Aprilis.

§ XIV.—*De Richardo, antistite Dunelmensi.*

Richardus Dunelmensis in Anglia antistes, ut intimum suum erga augustinianam Dei Matrem affectum palam contestaretur in Dorsetensi agro Tarentensem abbatiam ordinis Cisterciensis in

cujusdem augustissimæ Dei Matris honorem fundavit et dotavit. Vivebat anno Domini 1250.

§ XV.—*De Richardo, antistite Remensi.*

Richardus Remensis archiepiscopus, natione Gallus, Deiparæ Virginis dicatissimus servus, inter alia præclara Opuscula, quibus præsentibus utilem et futuris notum se reddidit, ad amplioris Marianæ pietatis in fidelium pectoribus incitamentum, scripsit *Sermones festorum ipsius Virginis Deiparæ*. Clariuit anno Incarnationis Dominicæ 1270, ut ex Willot in Athenis Franciscanorum dixi in Bibliotheca Mariana, parte II.

§ XVI.—*De Roberto, antistite Aquinate.*

Robertus Caraccioli, Licensis, unde dictus etiam de Licio, episcopus Aquinas, aliis Aquilæ Marsonum, suam erga præpotentem Dei Matrem Virginem Mariam observantiam, debita pietate, tam apud vivos, quam apud posteros, testataum reliquit, scribendo *Sermonum de B. Virgine librum unum*, *De solemnitatibus item totius anni Domini Sabaoth et Beatissimæ Virginis librum unum*, quos excusos Venetiis anno 1490 et 1495 dixi in Bibliotheca Mariana, parte II. Clarebat anno Incarnationis Dominicæ 1460.

§ XVII.—*De Roberto, antistite Lincolniensi.*

Robertus Capito, vel Grossa testa, Anglus, Sufolkensis, ex archidiacono Leicestrensi factus episcopus Lincolniensis, suam erga Deiparam Virginem expressit per externa indicia devotionem, scribendo, ut alias ex Pitseo in Bibliotheca Mariana memoravi, Assertionem virginitatis Mariæ Matris Domini libro uno : *Super Missus est angelus, librum unum*; *De Laudibus B. Virginis tractatum unum*, et alia, quæ ad meæ adhuc cognitionis notitiam non venerunt. Diem suum obiit anno post adventum Messiae 1255.

§ XVIII.—*De Roberto, antistite Welleusi.*

Robertus Burnell, Anglus, episcopus Wellensis in Anglia, ad suum erga augustinianam Dei Matrem Virginem Mariam affectum publico testimonio manifestaudum, Kingronensem prioratum in agro Wiltonensi, ejusdem Dei Matris Virginis Mariæ nomini dicatum, liberaliter dotavit. Vivebat anno Domini 1292.

§ XIX.—*De Roderico, antistite Toletano.*

Rodericus Ximenes, Novarrus, archiepiscopus Toletanus, qui locum illustrem meritus est in eruditiorum choro, Deiparæ Virginis cultui obsequioque eximia devotione addictus, cupiens memoriam beneficiorum, que Deipara mortalibus contulit, apud posteros conservari, litteris mandavit *Historiam divinæ penitus Victoriae, quam rex Alphonsus cognomine Bonus, Deiparæ imagine in regio vexillo depicta contra Saracenos reportavit*. Obiit anno salutis 1245.

§ XX.—*De Rodolpho, antistite Halberstadiensi.*

Rodolphus, Halberstadiensis in Saxonia antistes, ut suum erga præpotentem Dei Matrem pietatis religionisque affectum publico aliquo testimonio

comprobaret, eidem præpotenti Dei Matri templum Halberstadii condidit et regione basilicæ S. Stephani. Emigravit ex vita hujus carcere anno a Christo Salvatore nostro nato 1149, die 6 Octobris.

§ XXI. — *De Rogerio, antistite Bituricensi.*

Rogerius Aurelianensis, postea Lemovicensis ac demum Bituricensis antistes, ut suum in suavissimam Dei Matrem studium et anorem publico aliquo monumento prosteretur, monasterium S. Mariæ Ternense, sive de Ternis, quod Cœlestini possident in provincia Franciæ, a fundamentis erexit. Vivebat anno salutis per Christum restituta 1558.

§ XXII. — *De Romano, antistite Rothomagensi.*

Sanctus Romanus, episcopus Rothomagensis e prosapia regum Franciæ oriundus, vir apostolicis charismatibus insignis, a Mariana pietate, cuius ardoribus suaviter incendebat, permotus, cathedralem Dei Genitricis ecclesiam, quæ ante exiguae erat molis, magnifica structura, quali nunc cernitur, inchoavit. Felici exitu consummatus ad piorum laborum emeritam evolavit coronam circa anum Domini 634, sedis suæ 15, sepultusque fuit in antiqua S. Mariæ æde, eo quod nondum summi templi, quod initiauerat, satis proiecta esset fabrica, ad quam deinde delata fuerunt sacratissima ejus ossa, ubi nunc usque magna cum veneratione et splendore ejus memoria celebratur.

§ XXIII. — *De Romualdo, antistite Barensi.*

Romualdus Grisonus, Barensis archiepiscopus in Apulia, inter alia pietatis suæ erga Deiparam Virginem specimina, Bareensem ecclesiam cathedralem, in honorem ejusdem Deiparæ Virginis in cœlum assumptæ olim consecratam, a fundamentis novis ornamentis additis restituit, et denuo consecravit, ut in marmore ibidem insculpti hi versus testantur :

*Hoc tibi sacravit templum, regina polorum,
Insignis titulis praesul Romualdus avorum, etc.*

In eadem etiam ecclesia eidem Deipare Virgini insigne sacellum erexit, et alia erga augustissimam Dei Matrem eximiae pietatis specimina edidit, quæ hactenus ad meæ cognitionis notitiam non venerunt. Spiritum exhalavit anno salutis 1501, die 5 Februarii.

§ XXIV. — *De Romualdo, antistite Monopolitano.*

Romualdus, Monopolitanus antistes, Deiparæ Virginis longe deditissimus servus, cum episcopatus sui anno tricesimo Monopolitanam cathedralem ecclesiam a fundamentis redificare coepisset, dum opus perficitur, celebri illa beatissimæ Virginis Mariae iconæ, quæ vulgo *della Madia* nuncupatur, miraculose inventa, eidem Deiparæ Virginis novum templum, quod olim Mercurium patronum agnoscebat, religiosissime dedicavit. Devotus enim episcopus Romualdus (inquit dictæ iconis Historia ex monumentis ejusdem ecclesiæ a canonico quodam monopolitano collecta) cum deficientibus ligni

necessariis opus incepit perficere non potens, ad sacrosanctam Virginem quotidie precaturus accederet, tandem beatissima Virgo albis vestibus induita in somnis quedam eivem admonuit, ut Romualdum episcopum peteret, certumque redderet compotem votorum factum, lignaque pro tegumento templi jan portu maritimo civitatis cœlitus a se missa. Et cum civis devotus raptim ad episcopum accurreret, nulla fuit ipsi ab episcopo fides exhibita, rato potius illum à somno illusum : eidem domum redeunti iterumque aembanti, initio somni iterum beatissima Virgo apparuit, suadens illum, etsi in somnis, non illudere : et cum secundo episcopum petivisset, eademque nuntiasset, iudibrio habitus domum iterum quieturn rediit. Cum tamen tertio B. Virgo irata in somnis apparuisset, demum episcopus expperrectus, codem eive asserente se portum maritimum petuisse, et ita, ut somniavit, invenisse ; convocatis civitatis magistratibus nocte surgens, toto populo sequente cum clero, ad portum processionaliter accessit, et repertis lignis et trabibus numero 31, quæ adhuc templum contengunt, textis et replicatis forma navigabili, quæ trabum textura vulgo dicitur *Madia*, super quibus nemine reperto, nisi solum ictio ligneo, quo B. Virginis imago coloribus describitur, palmorum quatuor altitudinis, trium longitudinis. Est autem pictura B. Virginis non integra, sinistra amplectitur infantem, Graeco usu indutum. Quod iconum ab episcopo manibus propriis fuit ad prædictam ecclesiam delatum, ibique in altari majori collocatum, magnaque veneratione habitum : postea ex lignis prædictis perfecto templi opere, in altum sublatum iconum in medio templi repositum fuit, a quo loco, ut a majoribus fertur, sublatum sapientius, et alibi positum, semper de manâ in eo loco sublimi, in quo nunc reperitur, repertum fuit. Ita historia prædicta. Ex hac autem vita ad meliorem migravit Romualdus, anno reconciliationis humanae 1118.

§ XXV. — *De Romualdo, antistite Salernitano.*

Romualdus, Salernitanus archiepiscopus, quem alias eum laude in Bibliotheca Mariana memoriavi, Marianæ pietatis incremento sedulus invigilans, inter alia præclara Opuscula, quæ ob præstantiam auctoris sui, sanctitatem atque eruditioinem, publice olim in ecclesiis in divino Officio legebantur, scripsit etiam *De Annuntiatione B. Virginis Sermonem unum*. Clarebat anno Domini 1156.

§ XXVI. — *De Rómulo, antistite Fesulanò.*

Sanctus Romulus, B. Petri apostolorum principis alumnus, primusque Fesularum in Etruria episcopus et martyr, imaginem beatæ Virginis ab apostolis acceptam populorum sibi creditorum cultui ac venerationi exposuit. Vetusissima enim traditio est apud Fesulanam gentem, ecclesiæ S. Mariae Primeraneæ in Fesulana civitate celebrem

priscis Fusulanis ita fuisse appellatam, quod S. Romulo illa ab apostolis fuerit transmissa, primaque ad augendam populi pietatem discoperiri cœperit. Floruit circa annum Domini 90.

§ XXVII. — *De Rosimano, antistite Polinianensi.*

Rosimanus Casamaxima, nobilis Barensis, a Paulo III ad Polinianensem insulam evectus, ut erat Deiparae Virginis summe devotus, ecclesiam in ejus honorem, cui de Fenestra nomen fecere, a fundamentis extruxit. Vivebat anno salutis 1544.

§ XXVIII. — *De Rothardo, antistite Cameracensi.*

Rothardus XXIX, Cameracensem atque Atrebatenium antistes, vir ex prosapia nobili ortus, et piis moribus adornatus, inter alia Mariana pietatis documenta, Cameracense monasterium S. Mariæ ab Engrauno episcopo cœptum perfecit, aram S. Dei Genitricis Mariæ Cameracensis aurea tabula ex lapidibus pretiosis insignita vestivit. Calicem etiam majorem cum patena purissimo fecit ex auro : geminas quoque campanas magnas atque satis sonoras, quæ adhuc in turri quam struxit dependent, ex propriis sumptibus fabricavit : villam vero, quæ dicitur Villaris, altari S. Joannis in usibus Fratrum ejusdem ecclesie S. Mariæ deputavit. Idem predium, quod dicunt Fontanas, Ecclesie S. Dei Matris acquisivit, nec non et litteras immunitatis super rebus S. Mariæ ab Otthono III imperatore obtinuit. Obiit anno 994 vel 995, 20 Septembris, sepultusque est juxta prædictum monasterium sanctæ Mariæ ad Australiem plagam.

§ XXIX. — *De Rudolpho, antistite Vratislaviensi.*

Rudolphus de Rudeschen, Germanus Renensis ex diœcesi Moguntina, prium decanus Wormatiensis, et postmodum episcopus Vratislaviensis, pro eo, quo in Deiparam Virginem ferebatur, affectu, inter multa præclara, quæ ad posteritatem transmisit, volumina, mansuris etiam litteris consignavit *Sermones de eadem Deipara Virgine in ejus præcipuis festivitatibus*. Claruit anno Domini 1470, ut ex Trithemio in catalogo Virorum illustrium dixi in Bibliotheca Mariana parte secunda.

§ XXX. — *De Ruperto, antistite Vangionum.*

Sanctus Rupertus, episcopus Vangionum, cum Theodonom Ratisponensem regulum, ejusque filium Theodoretum sacri baptismatis aquis expiasset, idemque Utонem Oetingæ ducem Christianis saeris initiasse, utrobique prope ipsa principum præatoria, Virgini Matri, quam impensissimo amore prosequebatur, ab his nobilibus potentibus neophy-

tis templo collocanda suasit. Cujus utriusque memoria ad nostram pervenit ætatem. Sed quod Oetingæ ab Utone est constructum, Ratisponensi divæ Mariæ basilicæ celebritate præstat et gloria. Multa namque divinitus accidunt, quæ loci tum frequentiam, tum vel maxime religionem amplificant. Suum jus illa in sede tenet antiquitas, Bavariaeque religiosissimi principes vel ex loci hujus tacito testimonio condiscunt, quo studio quantaque alacritate animi patria sit avitaque religio retinenda. Ergo his moribus, atque temporibus sui similes perseverant, et in crassis circumstantium hæreticorum tenebris clarissima luce perscruntur. Illic idem Rupertus Salisburgi sorori sue Erentrudi sanctitate inclitæ monasterium ducis munificentia ædificavit sub nomine Dei Genitricis, teste Baronio tomo septimo ad annum Domini 590. Obiit plenus dierum anno Domini 623.

§ XXXI. — *De Ruthio, antistite Scoto.*

Sanctus Ruthius Scotus, quia in Scotia natus, et in Scotia episcopus, S. Columbae discipulus, Mariæ angelorum Reginæ laudibus honoribusque insudans, inter alia pietatis in eam experimenta, litterarum monumentis consignavit *Sermones de Deipara*. Claruit, ut ex Thoma Dempsterio dixi in Bibliotheca Mariana, parte secunda, anno salutis 606.

§ XXXII. — *De Rutilio, antistite Lauretano.*

Rutilius Benzonius, Romanus, quem Sixtus V, Pontifex Maximus, a Deipara Virgine admonitus, Lauretanæ necnon Recanatensis ecclesiæ antistitem creavit, inter multa eaque præclara gratianimi sui erga Deiparam Virginem monumenta, scripsit pie adinodum, ac docte *Dissertationum et commentariorum in Marianum Canticum Magnificat libros v;* *Expositionem Salutationis Angelicæ;* *Expositionem Psalmi LXXXVI;* Fundamenta ejus in mentibus sanctis; *de Laudibus Deiparae Virginis. Pro sancta domo Lauretana contra Petrum Paulum Vergerium hæreticum Apologiam,* et alia. Se tantum Deiparae debere fatebatur, quantum nulla hominum ætas ad habendum, agendum et referendum gratias sufficere posset, totumque id quod in se erat, a Deipara esse, per Deiparam esse, et ad Deiparam esse, ingenuæ candideque gloriabatur. Vitam immortalem in cœlis adeptus est anno Christiano 1613, die ultima Januarii, cujus corpus apud sacrosanctam Deiparam Virginem in aede Lauretana per honorisfice tumulatum fuit, ut dixi in Bibliotheca Mariana, parte secunda.

CAPUT XVI.

De Sampsone Remensi, Sanctio Salmanticensi, Sanctio Toletano, Saviniano Senonensi, Scipione Casalensi, Scrutario Aniciensi, Sebastiano Moguntino, Sebastiano Nixie et Paris, Sergio Damasceno, Servatio Trajectensi, Severino Septempedano, Severo Alexandrino, Siccardo Cremonensi, Siffredo Carpentoratensi, Sigefrido Moguntino, Sigefrido Spirensi, Si-

gewino Coloniensi, Sigone Claromontensi, Simone Elicensi, Simperto Augustensi, Simplicio Conversano, Sophronio Hierosolymitano, Spiridione Trimituntino, Stanislae Plocensi, Stephano Cameracensi, Stephano Capuano, Stephano Leodicensi, Stephano Turonensi, Stephano Cephaludensi, Suenone Danorum, Sulpitio Bituricensi, Switberto Werdensi, ac Symmacho Capuano antistitibus.

§ I.—*De Sampson, antistite Remensi.*

Sampson Desperts, Remorum archiepiscopus, inter alia Marianæ pietat's devotionisque specimina, ecclesiam B. Mariæ Valcellensis cœnobii, ordinis Cisterciensis, anno 1149, mensis Maii die 26, consecravit; est autem templum istud Marianum longe pulcherrimum, et inter cætera hujusmodi ordinis apud Belgas amplissimum. Vitam optimo fine conclusit anno salutis 1160, die undecimo mensis Augsti.

§ II.—*De Sanctio, antistite Salmanticensi.*

Sanctius, Salmanticensium episcopus, inter alia Marianæ pietatis officia, juxta cuiusdam pueræ præsagium, ruralem ac maxima recreationis domum, quam mille passibus a S. Martino de Castaneto ulterioris Hispaniae oppido episcopatus jure possidebat, in monasterium Minoriticum Marianum, sub titulo sanctæ Marie de Gratia, canonicis interim atque reliquo Salmantinæ matriæ ecclesiæ collegio annuentibus, transformandum curavit. Vibebat anno Dominice Incarnationis 1450.

§ III.—*De Sanctio, antistite Toletano.*

Sanctius, Aragoniæ Infans, Jacobi regis cognomento Victoris, seu Expugnatoris filius, atque archiepiscopus Toletanus, antequam in lucem prodiret, a parente Virgini Deiparae ejusque ordini de Mercede Redemptionis Captivorum destinatus fuit ac voto oblatus. Hujus ordinis disciplinam postmodum ex imagine divæ Virginis acceptis oraculis professus est Caesaraugustæ in Hispania in regali conventu S. Lazari ejusdem ordinis, a suo glorio-sissimo patriarcha S. Petro Nolasco, habitu sanctæ religionis induitus. Cultum in Deiparam et pietatem summum totius vitæ negotium fecit: Precautiones Odasque in ejus honorem scripsit; frequentioreque studio ante effigiem ipsius provolutus, verba Sponsi ad Sponsam in sacris Canticis dicta repetebat, pulchram modo et amicam, modo fontem signatum, aut conclusum hortum vocando, hisque talibus addebat ex suo, pluris eam sane esse et digniorem, sed sibi ad plura vim deesse præstanda. Pontifex Toletanus creatus Carthusianis monachis intra Aragoniæ fines monasterium extruxit, quod Sealam cœli appellavit, et Dei Matris auspiciis tutelæque subjecit, parentis sui secutus imitamenta, qui duorum milium Virginis Genitrici templorum anctor fertur. Porro in eodem ipso loco aliquando agenti Virgo ipsa se aspectabilem objiciens, postquam opus laudavit, lato ore, vultuque amico, «Pete, inquit, Sanctie, quidquid pro tuis in me studiis tibi optes; quid deligis præmii?» Ad quæ ille accidens, quoque ipsius aspectu se felicissimum putans, exorare aliud fugiebat. Sed iterum postulare jussus, «Sat præmii, inquit, meum tulit ob-

sequium, Virgo, aspectu tuo: verum quod urges ultra andere, tuque vota mea rata facere potes: te rebus ipsam meis favorablem et domui huic: nec majora peto. » Res ipsa responsum dedit. Ipse ad martyrii gloriam evectus est, atque is locus virtutum contubernium ad nostram usque memoriam effectus perseverat. Cœlum petit a Mauris occisis anno reparatæ salutis 1275. De quo vide, si placet, B. bliothecam nostram Marianam, part. n.

§ IV.—*De Saviniano, antistite Senonensi.*

Sanctus Savinianus, primus Senonensem in Gallia antistes, S. Petri apostoli discipulus, ab eodem S. Petro, una cum S. Potentiano, ad prædicandum Jesu Christi Evangelium in Galliam missus, dum ad metropolim urbium civitatem Senonensem contendere constituerunt, Vastiniensem agrum ingressi paulisper subsistunt eo in loco, qui Ferrariae celebri cœnobii nomine postea inclaruit; dies enim Natalis Domini imminebat, cui debito cultu transi-gendo dum intendant, vigiliis, jejunis et orationibus defixi, ipsa nocte quæ ortum Solis justitiae in sanctis meditationibus præstolabantur, repen-tino affulente in tenebris lumine, ipsa hora quæ Christus natus est, idem Dominus in præsepio positus, circumstante Matre sanctissima et B. Joseph apparuit, ea prorsus forma ac situ et statu, quo cum natus est in Bethleem existebat. Auge-llica item melodia personavit, easdem laudes, quas tunc accinebant superni illi spiritus, replicans. Quo cœlesti visu et auditu ipsi animati, magui illius pietatis Sacramenti nuntii a tam fausto auspicio divinum opus læti aggressi sunt, totoque ore et pectore effusi in præconia Deitatis, incolas ac colasque ad agnitionem divinæ majestatis et misericordiæ vocaverunt et induxerunt. Primæ cœlestium negotiatorum stationis fortunatus hic suc-cessus fuit, in cuius perpetuum monumentum ædi-culam in honorem nati Salvatoris et ejus beatissimæ Genitricis ibidem extruxerunt, cui Bethleem nomen suavissimum et augustissimum, quo haec tenus nobilis illic quæ succrevit moles insignita nitet, indidere. Hinc digressi, ad civitatem Senonensem magna cum fausti progressus fiducia accedunt, ibique animabus prope infinitis ad Christi fidem et cultum conversi, ecclesiam sanctæ Dei Genitricis venerando nomini ac patrocinio dedica-tam extruxerunt. Hinc Carnutum advolantes di-vini splendoris geruli, cum lustrarent totius civi-tatis aras, invenerunt aram, in qua scriptum erat: *Virgini Parituræ.* Unde notandum quod Druides in Gallia apud Carnutum et vicinas civitates erant homines peritissimi et insignes, qui centum et eo amplius annos ante B. Virginis nativitatem ei con-secarunt imaginem et aram quæ adhuc hodie

exstant, titulum ponentes : *Virgini Parituræ*. Mirum est quod etiam diu ante Deiparæ Virginis nativitatem ad ipsius imaginem miracula multa fierent : nam et filius regis Montleheriaci in aquis praefocatus, oblationibus et precibus ante ipsam imaginem factis rediit ad vitam. Liberalitate reguli Montleheriaci ad illum locum animatus Priseus Carnutensis et Druidensium rex earens liberis totius regni et dictionis suæ Virginem Paritoram fecit hæredem. Ex quo tempore ille principatus devolutus est ad illos sapientes Druidas. Cum autem prædicti sancti Savinianus et Potentianus venissent Carnutum, prædicarentque Christum Filium Dei esse natum ex Maria Virgine, quam illi ignorantes colebant, insuper adderent visitatam fuisse a regibus Orientis, et munericibus affectam, magno gaudio affecti sine magno labore omnes ad Christi fidem conversi sunt, et ne quis eos excelleret in tantæ Dominiæ veneratione, ipsi solemnies legatos ad beatam Deiparam Virginem misserunt, quæ tunc morabatur Hierosolymis. Cui cum narrassent, qualiter dudum antequam nascetur, concives ei imaginem et aram exerant, et Priseus eam hæredem patriæ constituisset, eam suppliciter rogaverunt, Druidarum et totius populi nomine, quatenus principatum et hæreditatem, licet tante majestati indignam, dignaretur acceptare. Virgo autem gloriæsa legatos sereno vultu accipiens, eis gratias egit, et libenti animo domum acceptavit, promisitque totius patriæ et civium perpetuam fore protectricem. His lœtis nuntiis acceptis legati redeuntes ad propria civibus narraverunt omnia : qui, ineffabili gaudio repleti, multo amplius in beatæ Virginis amore et obsequio profecerunt. Fortunata autem morte ad cœlestes triumphos vitæque indeficientis gaudia pervenit Savinianus, anno Christi Domini ac Salvatoris nostri 74, pridie Kalendarum Januarii.

§ V.—*De Scipione, antistite Casalensi.*

Scipio Agnellus Maffeus, Italus, Mantuanus, ex antiqua et nobili familia natus, ob eruditio[n]is excellentiam cum insigni virtute conjunctam ad Casalensis episcopatus fastigium evectus, ab insita erga Deiparam Virginem pietate excitatus, scripsit ediditque Italice opus prænotatum : *Mariale, seu de interna Cruce Matris Dei libri XII*, excusum Venetiis typis Babæ anno 1634. Scripsit etiam ediditque eadem lingua *Descriptionem solemnitatis Coronationis beatissimæ Virginis*, jussu serenissimæ dominæ ducissæ Mantuae et Montis Ferrati factæ, libro uno, quam Mantuae apud Aurelium Osanam, anno 1640 in lucem evulgatam dixi in Bibliotheca Marianæ, parte II. Vivebat adhuc 1640.

§ VI.—*De Scrutario, antistite Aniciensi.*

Sanctus Scrutarius, Aniciensis in Gallia episcopus, Romanus ordinis senator doctissimus, multa devotione erga sacrosanctam Virginem Marianam flagravit, cuius quoque frequentissimis apparitionibus fuit viceissim honoratus, ut inquit Martyrologium Gallicanum in supplemento die 12 Novem-

bris. Florebat anno salutiferi partus 220. De quo vide quæ supra dixi in sancto Evodio antistite Aniciensi cap. 5.

§ VII. — *De Sebastiano, antistite Moguntino.*

Sebastianus ab Illeenstein, Hassus, natione Germanus, archiepiscopus Moguntinus, inter alia devotionis obsequia, quibus gloriosissimam Virginem Dei Matrem sibi demiceret, et Marianam pietatem in fidelium cordibus altius insigere procuravit, chartis commisit *Explicationem Salutationis angelicæ*, quam Parisiis apud Jacobum de Pays, anno 1550, in octavo editam dixi in Bibliotheca Marianæ, parte secunda. Obiit anno post Christi Nativitatem 1555, die 17 Martii.

§ VIII. — *De Sebastiano, antistite Nixiae et Paris.*

Sebastianus Quirinus, Venetus, archiepiscopus Nixiae et Paris in ditione Venetorum, vir ad multiplicis doctrinæ eruditio[n]em et totius virtutis laudem comparatus, Mariæ Virginis Dei Genitricis cultui intimis præcordiis deditus et addictus, scripsit ediditque in ejus laudem Opus prænotatum : *Plantæ Horti mystici Dei, seu Conclaves in laudem Mariæ Virginis*, quod prodiisse Venetiis typis Jacobi Sazzinæ, anno 1633, dixi in Bibliotheca Marianæ, parte II. Morte sublatus est, anno reconciliationis humanæ 1640, die 5 Decembri.

§ IX. — *De Sergio, antistite Damasceno.*

Sanctus Sergius, archiepiscopus Damascenus, a B. Petro Damiano lib. I Epistolar. in Epistola ad Nicolaum II Pontificem Maximum inter præsules heroicæ virtutis gloria inclytos merito recensitus, cum ob Saracenorum in Syriam irruptionem, sedem suam relinquere cogeretur, sacram inde ac innumeris miraculis insignem B. M. Virginis imaginem quæ celeberrimi Edessani templi, ubi illa olim diuque manserat, custodem pro S. Alexio Romanorum nobilissimo bis allocuta fuerat, secum deferens, Romam peregrinus advenit, ibique illam in basilica S. Alexii, quam sacerdotialibus pene officiis destitutam sibi ad habitationem cultumque attribui a Benedicto Romanæ sedis antistite pre-cibus impetraverat, in marmoreo, quod etiam nunc cernitur, præscii operis tabernaculo religiosissime collecavit. Ex hac terrena peregrinatione ad cœlestem patriam profectus est, anno orbis redempti 981, a tatis 74, in Idus Novembribus, ante imaginem B. Virginis, quam secum ab Edessano templo Romanum detulerat, ac singulari, dum viveret, pietate incessabilique devotione semper coluerat, perhonorisice tumulatus.

§ X. — *De Servatio, antistite Trajectensi.*

Sanctus Servatius, episcopus Trajectensis, qui primus anno circiter 582 Tungris, divino oraculo admonitus, Trajectum ad Mosam sedem episcopalem transtulit, Deiparæ cultum mirifice propagavit, ut in comperto est apud multos. Neque enim a predecessorum suorum erga B. Virginem zelo degener fuisse putandus, qui ab eadem ejus ecclesiæ pastor investitus et pontifex fuit constitu-

tus. Beatus siquidem Valentinus, nonus Tungrensis episcopus, cum ad extrema vita vergeret, divino instinctu admonitus, baculum pastoralē super altare B. Mariae Virginis ponens, sub anathemate vetuit, ne quis eum temerarius inde tolleret, donec per revelationem Jesu Christi idoneus pastor designaretur. Tandem post septem annorum interstitium sanctus Servatius ab angelo dīvinitus monetur, ut Tungrensis ecclesiæ regimen suscipiat: ad quam angelo præcedente deductus, ab eodem ex altari B. Virginis ecclesie illius tutelaris baculum pastoralē Virgine annuente accepit, et in cathedra pontificali collocatus est. Qui deinde sanctissimæ Deiparae cultum tanto studiosius promovit, quanto Tungrenses (ut aliqui scribunt) in dies magis magisque deficiebant, et in omnia vitiorum genera prolapsi gentilitatem respicere incipiebant. Existimant nonnulli hæc amplius confirmari posse ex eo quod idem sanctus pontifex antiquitus de prosapia et consanguinitate sanctissimæ Deiparae fuerit habitus. Cujus opinio non paucos, eosque veteres, ac non ita contemnendæ fidei auctores adducit Augustinus Wichmanns in sua *Brabantia Mariana*, lib. 1, cap. 5. Cœlum petit sanctus Servatius anno orbis per Christum redempti 583.

§ XI. — *De Severino, antistite Septempedano.*

Sanctus Severinus, Septempedae in Pieeno episcopus, vir in omni vita mitissimus, septemque divini Spiritus donis affluentissime locupletatus, augustinissimæ Dei Matris cliens deditissimus, inter alia obsequiosæ pietatis suæ erga eam specimina, ecclesiam cathedralē Septempedanam, sanctissimo tantæ Matris nomini dicatam, quam pauperem angustiisque acceperat, ampliavit et ditavit. Moriturus, omnes suæ curæ commissos Regina angelorum patrocinio commendavit, et ecclesiam Septempedanam sponsam sibi dilectam se substantæ Matris defensione relinquere professus est. Ad beatorum vitam transit anno Domini 543, ætatis 85, die 8 Januarii, sepultus in ecclesia B. Virginis a se aucta ditataque. Ejus vitam Italicō sermone luculententer scripsit, ac Romanis typis anno 1643 in lucem publicam evulgavit reverendissimus P. Jo. Baptista Cancellottus, Soc. Jesu, vir, præter ingenuum omnigenæ virtutis candorem, erga angustissimam Dei Matrem incenso studio flagrantissimus, qui nunc sanctissimo domino nostro Alexandro VII inservit a sacris conscientiæ secretis.

§ XII. — *De Severo, antistite Alexandrino.*

Sanctus Severus, patriarcha Alexandrinus, in libro *De Ritibus Baptismi, et Precibus Abecedariis Syrorum*, qui liber exstat tomo VII Bibliotheca magnæ veterum Patrum, beatissimam Virginem Dei Matrem, erga quam ardissimo dilectionis rogo servebat, his verbis salutabat: « Pax tibi a nobis, Genitrix Dei: Pax tibi, Genitrix lucis: Pax tibi, quæ comparata es rubo illi, quem conspicia-

tus est Moyses: Pax tibi, Nubes velox, de qua locutus est Isaías gloriosus: Pax tibi, Area Testamenti: Pax tibi, Obediens: Pax tibi, Plena gratia: Pax tibi, quia ex te natum est Verbum aeternum Patris: Pax tibi, Gestatrix vitæ, et mundi letitiae. » Eadem hac Oratione precabatur: « Pax tibi, salve, sancta Maria, Mater Dei, Regina ecclie, Porta paradisi, Domiuua mundi, Pura, unica es, o Virgo, tu concepisti Jesum absque peccato; tu peperisti Creatorem et Redemptorem mundi, neque hac de re scandalizatus est in se, et ipse liberavit me ab omni malo, et tu, Virgo, preces auspicare pro peccato meo. Amen. »

Idem Hymnum, seu Canticum Mariæ Virginis huiusmodi translatione, seu paraphrasi illustravit: « Magnificat anima mea Dominum. Et exsultavit spiritus meus in Deo vivificatore meo, quod respexit humilitatem ancillæ sue, ecce enim posthac beatitudinem mihi tribuent generationes omnes. Quia egit mecum magnifica is qui potens est, et sanctum nomen ejus. Et gratia ejus in aetas et generationes iis qui ipsum reverentur. Prestitit victoriā brachio suo, et dispersit superbos cogitatione cordis sui. Deturbavit potentes de thronis, et exaltavit humiles. Esurientes implevit bonis, et divites dimisit inaniter. Adjavit Israelem servum suum, et recordatus est misericordia sue. Sicut locutus est cum patribus nostris, cum Abrahamo, et cum semine ejus in sæculum. » Hac vero Salutationem angelicam: « Pax tibi, Maria, plena gratia, Dominus noster tecum; Benedicta tu inter mulieres, et benedictus est fructus, qui est in utero tuo, Jesus Christus. Sancta Maria, Mater Dei, ora pro nobis, inquam, peccatoribus. Amen. »

Claruit circa annum a salutifero B. Virginis partu 700.

§ XIII. — *De Sicardo, antistite Cremonensi.*

Sicardus Caselaus, Cremonensis antistes, honori Virginis Matris, cui vixit semper addictissimus, proferendo, monasterium saeculum S. Mariæ Vallis Viridis ædificavit, et ecclesiam S. Mariæ loci Bonomercii construxit. Mortalitatem exxit anno Domini 1215, die 26 Januarii.

§ XIV. — *De Siffredo, antistite Carpenteratensi.*

Sanctus Siffredus, episcopus Carpenteratensis, alias Vendaceensis, ex monacho sacre Insulae Lerenensis, in propria Vendaceensi sede, miro studio opereque non modico, ecclesiam ædificavit in honorem sanctæ Dei Genitricis Mariæ. Cumque jam esset canitie venerandus, et terris positus angeloram duceret vitam, juxta dictam ecclesiam domunelam statuit, ubi in lege Domini die ac nocte meditans indefessis precibus Dominum exorabat. Flornit circa annum Domini 550.

§ XV. — *De Sigefrido, antistite Moguntino.*

Sigefridus, baro de Epstein, ex abbate Fuldensi archiepiscopus Moguntinus, ex Palestina in patriam reversus, in sni erga Deiparam Virginem amoris mnemosynon, Moguntiæ in honorem ejusdem Dei-

paræ Virginis insignem ecclesiam collegiatam erexit, ad Nostram Dominam hodie appellatam. Mortalem vitam absolvit anno Domini 1084.

§ XVI. — *De Sigefrido, antistite Spirensi.*

Sigefridus, comes de Leyningen, Spirensis ecclesiæ in Germania antistes, hujus nominis secundus, cum magno animi sui dolore insignem Spirensis urbis basilicam Deiparæ Virgini sacram conflagrare vidisset, hanc statim pro eximio suo in Deiparam affectu, piorum hominum subsidiis adjutus, iterum instaurandam curavit. Decessit ex hac lacrymarum valle anno Domini 1142, die 25 Septembri.

§ XVII. — *De Sigewino, antistite Coloniensi.*

Sigewinus, archiepiscopus Coloniensis, non solum probe noscens apud Deum esse acceptabile divinis cultibus et laudibus ecclesiæ fundare, sed etiam non dubitans apud ipsum esse placabile collapsas reparare ac pio religionis officio pristina consecratione innovare et reconciliare, monasterium S. Mariæ, a predecessor suo Annone archiepiscopo fundatum et consecratum, sed exigentibus peccatis ex combustione in cineres redactum reparari præcepit, et iterata consecratione Dei aë sacrosanctæ Matris laudibus sanxit, plurimis in illud collatis beneficiis. Obiit anno Incarnationis Dominicæ 1089, die 14 mensis Maii.

§ XVIII. — *De Sigone, antistite Claromontensi.*

Sanctus Sige, Claromontis Arvernorum episcopus, cuius vita inter mortales adeo fuit gloriosa, ut post beatum excessum inter immortales cooptatus, mox sacra ejus memoria conspicua festo natalitio fieret, quæ etiamnum clara religioso cultu apud posteros perseverat, heatissimæ Deiparæ impenso studio a se cultæ ecclesiam de Portu jam collapsam redificavit, hocque aliisque egregiis facinoribus clarus ad æternam properavit gloriam. Hujus pignora sanctissima in eadem basilica S. Mariæ de Portu religiose asservata, ibidem colenda hodie ostenduntur. Claruit anno a salutifero Virginis partu 840.

§ XIX. — *De Simone, antistite Eliensi.*

Simon Montacutus, Eliensis ecclesiæ in Orientali Anglia episcopus, suæ in Deiparam pietatis eximium argumentum orbi exhibuit capellam quam ejusdem Deiparæ nomini honorique ædificavit. Ex hac vita ad meliorem migravit anno salutis per Christum restitutæ 1544.

§ XX. — *De Simperio, antistite Augustensi.*

Sanctus Simpertus, episcopus Angustensis, ex regali stemmate Francorum Caroli aliorumque procreatus, ut erat augustissimæ cœlorum Reginæ mira devotione addictus, Majorem Augustensem ecclesiæ in honorem beatæ Dei Genitricis Mariæ dedicavit : quam cum per spatium 50 annorum sancte ac laudabiliter gubernasset, vita et miraenlis clarus obdormivit in Domino, anno salutis 809.

§ XXI. — *De Simplicio, antistite Conversano.*

Simplicius Conversanensis ecclesiæ in Calabria episcopus, ut erat Deiparæ Virginis Mariæ impense

devotus, in ejus honorem quatuor in sua diœcesi sacella propriis sumptibus ædificari curavit : in Mostella Grifeti ad ortum solis, in loco castelli ad occasum, in palude ad boream, et prope S. Mar. ad meridianum. Obiit anno Domini 492.

§ XXII. — *De Sophronio, antistite Hierosolymitano.*

Sanctus Sophronius, patriarcha Hierosolymitanus, quo affectu studioque beatissimam Virginem prosequeretur, inter alia ejus oratio in Christi Natalitia prænotata satis superque ostendit et declarat. Ibi etenim Maria ab hoc sancto præclaroque antistite appellatur : Finis maledictionis Evæ : Testis luculentæ ineffabilis in Christo divinitatis : Virgo impolluta : Cisterna mystica et spiritualis, quæ aquam illam quæ nunquam deficit, utero comprehensam in lucem dedit : Lacus virgineus, ex quo aqua illa vivens omniaque vivificans secundum carnem nata est : aliisque luculentis laudibus extollitur. Obiit anno Domini 634; de quo vide Bibliothecam Marianam, parte n.

§ XXIII. — *De Spiridione, antistite Trimituntino.*

Sanctus Spiridion, episcopus Trimituntis in Cypro, natione Græcus, vir simplicitate eximus et præcellens sanctitate, in insula terrenorum amorum Cipriagnæ dicata natus est, ut insulanos Deiparæ cœlestium amorum Matri dedicaret. Tantis congenitæ claritatis et naturalis mititatis splendoribus ab incunabulis micare coepit, ut pauperes eleemosynis et peregrinos hospitio hilari vultu recipere, quos ob amorem beatæ Virginis Matris, quam mira devotione venerabatur, et frugali mensa et pedum ablutione recreatos dimittebat, nullum charitatis officium desiderare permittens. Ad nubilem ætatis periodum cum pervenisset, uxorem parentum iussu in Domino duxit, filiamque Irene nomine obtinuit, quam B. Virginis exemplo virginitatis cultum a teneris colere docuit. Defuncta conjuge, Ireneque cognatorum fidei concredita, religionis causa in Palæstinam iter direxit, Carmelique jugum, Deo ducente, condescendit. Ibi alta eremi moenia ab intervallo veneratus, inclytnum Virginis templum proprius pronus adoravit : trepido quadam gaudio exhilaratus sacra sacelli limina pie osculatus est : deinde ad aram lacrymatus preces fudit : rite precatus claustræ viscera intravit, et paulo post Carmelitarum habitum in honorem beatissime Virginis Mariæ ingenti omnium lætitia obtinuit, quem et mira vitæ sanctitate illustrare curavit. Sub annum 524, Spiridionis filia Irene, illo absente, virgo e vita cessit : dum autem justa ei de morte solvunt, illius obitum, monente Deipara, videt. a qua proprias ædes ei repetendas accipit, ut ordini suo impiorum persecutionibus languescenti nova suppeditet incrementa et difficultia multa illios studio et amore subeat. Impiger ille divina implorata ope Cyprum appulit; ibi sanctitatis ejus fama divulgata, divino afflante Spiritu, in Trimituntis sedem episcopalem, suo tunc temporis pastore vacantem, intrusus, omnibus plaudentibus recipitur, civitas

in triumphi specie lætitia perfunditur, unde et Carmeli nomen per omnium ora convolat, eremitisque propheticis ordinis monasteria in Cypria illa insula Spiridionis-magnanimitate affecti certatim oppidanis, coacervatis eleemosynis, magnifice construxerunt. Moritur anno 530, coliturque die 14 Decembris.

§ XXIV. — *De Stanislao, antistite Plocensi.*

Stanislaus Lubienski, Polonus, et Plocensis ecclesie in Polonia antistes, vir magni consilii, rarae prudentiae, summæque apud omnes auctoritatis, ad summ erga beatissinam Dei Matrem, quam imis præcordiis venerabatur, pietatis affectum apud posteros contestandum, oculos liberalemque manum convertit ad comparanda nova decora sponsæ sue ecclesie Plocensi, quæ eidem beatissinæ Dei Matris dicata est. Hic enim inter alia insignem illius Marianæ basilicæ structuram, temporum injuria et diurna incuria collabentem suffulsa, et picturis ornavit, et in ea collegium uno de viginti sacerdotum et subdiaconorum ad psallendum nocturnis diurnisque horis fundavit, insuperque museo sponsæ sue Marianæ constituendo ornamento annuos reditus assignavit. Neque hic stetisset ejus Mariani cultus propagandi studium, nisi intercessisset heroicorum facinorum magnis viris impedimentum mors, quæ eum Viscoviae sanctissima Jesu et Dei Matris nomina clementem sustulit anno salutis 1640, ætatis 67 die, 7 Aprilis.

§ XXV. — *De Stephano, antistite Cameracensi.*

Stephanus 22, Cameracensem et Atrebatensum antistes, vir tam ecclesiasticis quam sæcularibus disciplinis sufficienter instructus, pro ardentis suo in Deiparam affectu, res ecclesiæ B. Mariæ Cameracensis ampliavit, et præceptis regiis confirmari curavit. Ex rebus sui juris eamdem ecclesiam sanctæ Dei Genitricis Mariæ cui ipse, Deo auctore prærerat, hæredem fecit, a regibus multa obtinuit, quæ eidem ecclesiæ contradidit, et familiam multam contulit : res præterea quasdam, quæ in episcopio subtractæ fuerant ecclesiæ, recuperavit.

Diem clausit extrellum anno Dominicæ Incarnationis 934, 3 Idus Februarii.

§ XXVI. — *De Stephano, antistite Capuano.*

Stephanus Sulmonensis, ex nobili gente de Saniitate oriundus, ex Aptensis ecclesie in Gallia præposito et canonicus ad Capuanum archiepiscopum sublimatus, cum esset beatissimæ Virginis Mariæ cultor devotissimus, inter alias amoris sui erga illam tesserias, ecclesiæ S. Marie Majoris Capuae aliqua mobilia ornamenta, et præcipue crucem argenteam dono dedit. Vita functus est anno Domini 1580, 5 Iulii.

§ XXVII. — *De Stephano, antistite Leodicensi.*

Stephanus, Leodicensis episcopus, a S. Lamberto decimus, natione Belga, inter alia pietatis suæ erga Deiparam Virginem insignia, scripsit ad Robertum Metensem episcopum *Capitula, ac preces* (Collectas vocant) præcipuarum in anno occurrentium ejusdem

Deiparæ Virginis festivitatum. Corpus depositum anno ab exordio salutis per Christum 923, 14 Kalend. Junii, ut ex Sigiberto dixi in Bibliotheca Mariana parte secunda.

§ XXVIII. — *De Stephano, antistite Turonensi.*

Stephanus Rouchier, prins Bajocensis, postea Turonensis archiepiscopus, pro eximio suo erga magnam Dei Matrem affectu, fundavit monasterium S. Mariæ Esclimontense ordinis Cœlestinorum in provincia Franciæ. Clarebat anno partus Virginei 1448.

§ XXIX. — *De Stephano, antistite Cephaludensi.*

Stephanus de Muniera, Hispanus, ordinis B. Mariæ de Mercede Redemptionis captivorum, et episcopus Cephaludensis, vir multis doctrinæ ac religiosæ virtutis titulis gloriosus, inter alia piissimi erga Deiparam Virginem animi sui signa, et religiosi pectoris argumenta, Rosarium integrum B. Virginis, quod semper secum a cingulo pendens gestabat, quotidie infallibiliter summo cum gudio recitabat : et præter hoc alias orationes plures totumque ejusdem B. Virginis Officium indesinenter quotidie solvebat. Dum in Romana urbe commoratur, erga imaginem Virginis Mariæ de Gratia in ecclesia S. Adriani sui Ordinis sitam, magnam devotionem et pietatem habebat. Coram ista imagine genflectens, plures orando consumere horas solebat. Pro fabrica et capellæ ejus ornatu plurima tunce fecit clargiri dona ; eamque continuo gerebat in corde, semper affectando, quod se offerret occasio, ut dictam capellam in meliorem et pulchriorem formam erigi ficeret. Hanc suam mentem et pius desiderium probavit effectus. Nam episcopus factus, nondum uno elapso anno, plures largitiones et eleemosynas pro exstructione capelle transmisit. Unde brevi tempore scuta quinque mille fabricæ deputatus ab eo recepisse fassus est. Quo non contentus pro paramentis et Missarum celebratione in dieta capella dicendarum scuta fere 200 singulis annis in perpetuum reliquit. Ad monasterium Capuccinorum sex milliaribus a civitate Cephaludii distans se intra annum conferebat, ob devotionem ad Virginis Mariæ imaginem, que illic plurimis coruseat miraculis, magna populi frequentia honoratur. Diem suum obiit antistes iste anno salutis 1631, ætatis 65, non sine omnium, et maxime pauperum, quorum pater dicebatur, mœrone ac luctu.

§ XXX. — *De Suenone antistite Danorum.*

Sueno Danorum antistes, qui subditorum mores non solum dictis, sed etiam factis informavit, et quem copiose eloquens sapientia concionatorem admirabilem, Dei cultorem religiosissimum rara pietas fecit. Cum sacrosanctæ Trinitatis ædem magnificam a rege Canuto, qui gloriosus Christi fuit martyr, adjutus perfecisset, non minorem in exstruendis Mariæ Matris sacrariis operam posuit, quandoquidem tria ab eo dignissime condita numerantur. Nec domestica sanctitate contentus, ejus

incrementum laboriosa peregrinatione quæsivit : cuunque Hierosolymam proficiscens Byzantium pervenisset, sacros cineres et eorum varia ornamenta collegit, ad templum quod exerat, honestandum, et saecula decoranda. Floruit circa annum Domini 1080.

§ XXXI. — *De Sulpitio, antistite Bituricensi.*

Sanctus Sulpitius, cognomento Pius, Bituricensis archiepiscopus, inter alia eximia Marianæ pietatis specimina, quæ Deiparæ Virginis amore succensus orbi exhibuit, celeberrimum monasterium cum basilica exstruxit in suburbis Bituricensibus in honorem ejusdem Deiparæ Virginis, quod adhuc exstat, deguntque in eo monachi ordinis S. Benedicti.

Emisso spiritu, felix ad aeternæ gloriæ præmium migravit anno Dominicæ Nativitatis 641, die 17 Januarii.

§ XXXII. — *De Switberto, antistite Werdensi.*

Sanctus Switbertus, Werdensis in Orientali Saxonia episcopus, cum cœcum non factum, sed jam natum illuminasset, simulacrorum gentili more

cultores ita permovit, ut se certatim ad Christum adjunxerint, quorum ipse sanum in gloriosæ Virginis obsequium, et laudem prævia nostrarum legum expiatione despondit. Illud autem percebre monasterium, quod ad Rheni ripas Werdæ fundavit Mariae Virginis advocatione similiter decoravit. Sancte decessit anno partus virginis 807, die ultima Aprilis, quem clarum prodigiis et vitae sanctitate præstantem Leo Romanus Pontifex hoc nomine III sacris cœlitibus annumeravit.

§ XXXIII. — *De Symmacho, antistite Capuano.*

Symmachus, episcopus Capuanus, quem sanctitatis titulo notat vetus M. S. Kalendarium Capuani Thesauri, 11 Kal. Novembris, ad suum erga Deiparam Virginem eximium cordis affectum contempsum, fere a fundamentis excitavit ecclesiam S. Mariæ Majoris Capuae, et in ea post obitum sepeliri voluit. Ipsius nomen in abside ejusdem ecclesiae per girum exaratum legitur in musivo :

Sancta Maria Symmachus episcopus.

Vixit circa annum Incarnationis Dominicæ 950.

CAPUT XVII.

De Tammone Verdensi, Tarasio Constantinopolitano, Theobaldo Assisiensis, Theodoreto Cyrio, Theodorico Citizensi, Theodorico Coloniensi, Theodorico alio Coloniensi, Theodorico Magdeburgensi, Theodorico Metensi, Theodorico Trevirensi, Theodoro Anastasiopolitanu, Theodoro Cesaraugustano, Theodoro Cariensi, Theodosio Syracusano, Theodoto Ancyrano, Theodwino Leodiensi, Theolepto Philadelphio, Theophane Nicæno, Theophane Tauromenitanu, Theophylacto Bulgariensi, Thoma Cantuariensi, Thoma Imolensi, Thoma Panamensi, Thoma Senensi, Thoma Valentino, Thoma Vicecomponensi, Thoma Cameracensi, Thoma Hierosolymitano, Thoma Veneto, Timotheo Ephesino, Timotheo Strongulensi, Tito Bostreno, Torribio Limensi, Tricidio Paduano, ac Trophimo Arelatensi antistitibus.

§ I.—*De Tammone, antistite Verdensi.*

Tammo, vel Tauno, Verdensis ecclesiæ apud Orientales Saxones episcopus, inter alias affectus sui erga Deiparam Virginem illustres significaciones, dedit ecclesiæ imaginem ejusdem Deiparæ Virginis e solidi auro concinnatam. In isto misceriarum Oceano fluctuare destitit, anno post Incarnationem Dei Verbum 1197, Idibus Decembris.

§ II. — *De Tarasio, antistite Constantinopolitano.*

Tarasius, alii Tharasius, patriarcha Constantinopolitanus, in secunda synodo Nicæna clarus, ut Marianæ pietatis ignem in se accensum aleret etiam in aliis, scripsit multas ad Deiparam Virginem Apostrophas, ab Ecclesia Græca in Menæis receptas, ut dixi in Biblioteca Mariana parte secunda. Obiit humanæ vitæ diem, anno salutis 806, equum merito inter Deiparæ encomiastas reponit vir Græca eruditione insignis P. Simon Wagereck in suo Opere *de Mariana pietate Græcorum* parte prima in Prolegomenis, num. 27.

§ III. — *De Theobaldo, antistite Assisiensis.*

Theobaldus Assisiensis episcopus antea vero Stabiensis et Terracinensis, suum erga Dei Matrem pietatis ac religionis sensum luculenter declaravit, scribendo inter alia, *Historiam Indulgentiæ S. Ma-*

riæ de Portiuncula prope Assisium, ut ex Waddingtoni. I Annalium Minorum, atque ex Martyrologio Franciscano Arcturi a monasterio die 2 Augusti, in Bibliotheca Mariana, parte II memoravi. Floruit iste Theobaldus ad annum nati Salvatoris 1308.

§ IV. — *De Theodoreto, antistite Cyri.*

Theodoreetus, Cyri episcopus, eximus sui sæculi splendor, erga Deiparam Virginem amoris sui reliquit tesseram *In Canticum Magnificat ejusdem Deiparæ Virginis Commentarium.* Idem quoque se puræ Conceptionis Deiparæ Virginis vindicem exhibuit, dum illa verba Canticorum cap. vi : *Una est columba mea, etc.*, tali commentatione illustravit : « Has classes atque hos ordines Salomon ille prospiciens, et divino afflatus Spiritu sancto antecernens Verbi purissimi Incarnationem, et quæ ipsam sine semine genuit sanctissimam Dei Genitricem Mariam, illam Immaculatissimam, quam omnibus omnes omnium hominum generationes vocibus nunquam cessantibus beatissimam prædicant. » Et subinde brevi verborum intersticio sic asserit : « Inter tot animas omnium hominum, qui salvantur, ut electa columba est una illa sola quæ Christum genuit Virgo, Mater, Puella Maria, quæ puritate profecto Cherubim et Seraphim antecellit. »

Floruit Theodoretus iste circa annum Domini 450.

§ V. — *De Theodorico, antistite Citizeni.*

Theodoricus, Citizenis ecclesiæ antistes, vir valde commendandus, tertio episcopatus sui anno, scilicet anno Domini 1114, cum esset B. Mariæ Dei Genitrici specialiter devotus, quoddam mancipium penitus illiteratum eidem B. Virgini æque devotum in sua curia habebat. Cui mancipio B. Virgo Maria tunc apparuit, adhortans ut præfato episcopo diceret, ut claustrum suo honori consecrandum, non longe a suburbano seu territorio suæ civitatis in colle, quem antiquitas Bosawgia nominaverat, constitueret : et pro indicio veritatis insinuaret, quod secrete dicere solitus esset ante inchoationem Horarum beatissimæ Virginis hanc Antiphonam : *Nativitas tua Dei, Genitrix, etc.* Quæ cum eidem episcopo mancipium nuntiaret, et episcopus suum secretum illi revelatum cognosceret, quod Domina nostra sibi dilectissima Virgo Maria voluit fieri, quantocius adimplevit, et montem, qui Bosawgia dicitur, primum occupavit, ac fructibus et spinetis mundavit, et mense Septembri 7 Idus ejusdem, ligneam capellam in eodem monte constructam in honore sanctæ Dei Genitricis et perpetuae Virginis Mariæ dedicavit. Secundo dehinc anno qui est annus Domini 1115, basilicam hanc a fundamentis erexit, et septimo abhinc anno qui est annus Domini 1122, consummavit. Migravit ad Christum anno 1123, quinto Kalend. Octobris, eius tumba incisum est hoc epitaphium :

*Annos millenos centum tres bis quoque denos,
Collige post Christum, titulum qui perspicis istum,
Tunc obiit sedis nostre fundator et aðis.*

§ VI. — *De Theodorico, antistite Coloniensi.*

Theodoricus comes de Monte, ex præposito 12 apostolorum Coloniensis archiepiscopus, oh pietatem in B. Virginem ad eam dignitatem ascendit, anno salutis 1209, sed fastu adepti honoris virtutes suas postea corrumpens, ob ingrati animi vitium ab eadem dignitate fuit dejectus. De quo Cæsarius lib. vii *Illustrum miraculorum*, cap. 41, hæc posteroru[m] memoriae consignavit : « Mortuo Brunone, de successore in eccl[esi]a Coloniensi sat tractabatur. Hermannus decanus Bonnensis, qui vir est valde litteratus, cum Deum ejusq[ue] Genitricem sicut ipse mihi retulit, toto cordis affectu deprecaretur, quatenus tantæ ecclesiæ dignus præsiceretur, nocte in visu eadem Virgo beata ei apparens, et librum aureis litteris scriptum porrigens ait, *Deser librum istum episcopo.* Nihil alind in libro continebatur, nisi angelicæ Salutationes, id est, *Ave, Maria, gratia plena!* Per librum intellexit episcopatum, quem cum ferre vellet Joanni episcopo Cameracensi, eo quod tam rex quam ipsi illi faverent, probitatem illius cognoscentes, revocavit eum B. Virgo dicens : *Nou Joanni, sed Theodorico sanctorum apostolorum præposito deferas illum* : quod si in episcopatu[m] non bene se habe-

rit, sicut per me illum adeptus est, ita per me illo privabitur. Semper in ejus obsequio idem Theodoricus devotus fuerat, et sicut mihi notum est, quotidie Missæ ejus quotidiane vult interesse, numquam offerens singulis diebus. Tempore electionis cum rex pro episcopo Cameracensi intercederet, eique ab electoribus responderetur, quod idioma terre ignoraret, cessavit. Hoc ipsum prædixerat præfatus Hermannus. Tunc electores personis quatuor vota sua commiserunt, a quibus Theodoricus in antistitem electus est, qui post paucos dies a malis consiliariis in tantum depravatus est, ut modicam haberet differentiam inter personas laicas et ecclesiasticas, inter rusticos et monachos, æque ab his ut ab aliis telona recipieus, indebitis evactionibus utrosque gravans. His aliiisque actibus malis Dei Genitrix irritata, egit, sicut ex superiori visione colligitur, ut indigne satis a Moniutino deponeretur episcopo, æmulo ejus per electionem substituto. » Hæc Cæsarius. Praefuit usque ad annum 1214.

§ VII. — *De Theodorico, alio antistite Coloniensi.*

Theodoriens alter, ex præposito Bonnensi anno Domini 1114, a majore senatus capitularium parte creatus archiepiscopus Coloniensis, inter alia pietatis suæ erga Deiparam Virginem officia, anno salutis 1429, diœcesanam synodus celebravit, cui interfuerunt episcopi Leodiensis, Osnabrugensis, Monasteriensis, Mindensis, et Ultrajectensis, cum aliis ecclesiasticis diœcesi Coloniensi subjectis. In ea autem synodo 22 Aprilis decretum est ac mandatum, ut in omnibus his episcopatibus, eorumque templis collegiatis et parochialibus, intra et extra urbcs, quotidie mane ante ortum solis, signum ter campanis daretur ad *Ave Maria*, in memoriam ac venerationem Dolorum et compassionis maternæ glorioissimæ Virginis Mariæ. Super hæc factum est in eadem synodo hoc decretum quod est numero undecimum, his verbis : « Ad gloriam sanctæ et intemeratæ Virginis Dei Genitricis promiseris peccatoribus Filium suum assidue deprecati et orantis, eujus laudes, etsi omnes maris arenulæ in linguis converterentur, depromere nequirent : neenon ad honorem illius angustiæ et doloris, dum Redemptor noster Jesus Christus expansis brachiis manibusque in ara crucis pro salute nostra immolatus Matrem suam benedictam dilectissimo discipulo suo Joanni evangelistæ commendavit : et præsertim, ut profanorum hæreticorum Hussitarum perfidiam, qui imagines ad laudem Christi crucifixi et gloriose Virginis dedicatas ausu sacrilego comburere ac devastare minimè formidaran, compesceret ; statuit et ordinavit ut festum Compassionis, seu Commemorationis præfatæ angustiæ et doloris beatissimæ Virginis, deinceps singulis annis feria 6, post Dominicam *Jubilate* (nisi aliquod festum eodem die intervenierit, et ex tunc prima feria sexta proxime subsequenti in utrisque Vesperis, Matutino, Sacro, Horisq[ue]

aliis in choro tantum celebretur, ut Dominus noster Jesus Christus velamina de cordibus eorum auferat, et eosdem ad sacrosanctam fidem catholicam revocare, et Christifideles de erroribus et omni malo per piissimam suam misericordiam præservare et custodire dignetur. » Sic ibi.

Idem præclaræ memorie archiepiscopus Theodoricus iisdem ex causis in suo archiepiscopatu Coloniensi sodalitatem Matris Dolorosæ crexit, ex qua non modo pietas fidelium et fiducia erga Virginem magna sumpsit incrementa, sed etiam multis in locis statutæ sunt passim imagines dolores septem mœstæ Matris repræsentantes, per quas innumera miracula Dei et Deiparæ benignitate patrata sunt, et plurima beneficia hominibus collata.

Exstat Coloniæ statua B. M. Virginis miraculosa, quam prodigiosis beneficiis ecclæbrem votiva dona et anathemata loquuntur: in ejus capella hic idem Theodoricus constituit, ut quotidianum Officium et Horæ de Domina in dies decantarentur.

Idem Theodoricus in sua diœcesi in honorem B. Virginis collegium fundavit et dotavit, quod Nemus B. Mariæ dicitur. Processionem etiam illam celeberrimam, quæ feria 6 ab Octava Paschatis fit Coloniæ, senatus consensu instituit, ob festum Commendationis B. Mariæ.

Vitam cum morte commutavit anno per Christum reparatæ gratiæ 1463, solemnis exsequiis in summo Coloniensi templo hac inscriptione tumulatus:

*Theodoricus erat formosus corpore, mente
Pulchrior, et lingua dulcis, in ore valens.
Præsul Agrippinus nulli pietate secundus,
Magnificus factis, religione, fidei.
Octenis lustris totidem labentibus annis,
Præfuit ecclesiæ pastor ubique bonus.
Morsa dedit mundo, zona hunc sed ad astra remittit,
Quem duce tu Petro suscipe, Virgo pia.*

§ VIII. — *De Theodorico, antistite Magdeburgensi.*

Theodoricus, episcopus primum Mindensis, hinc archiepiscopus Magdeburgensis, ac regni Bohemiæ gubernator, inter alias Marianæ pietatis palam exhibitas declarationes, in Pragensi diœcesi in regno Bohemiæ in loco dicto Schaliz pic fundavit ac sumptuoso opere aedificavit ad laudem et gloriam Dei Genitricis pro Cisterciensibus monasterium, quod ad Gratiam B. Mariæ Virginis intitulari et nominari voluit, amplis ejdem monasterio possessionibus ac proventibus attributis, ut patet ex ipsis Theodorici diplomate, ejus exemplar afferit in sua abbatarum ordinis Cisterciensis notitia libro quinto Gaspar Jongelinus. Vivebat anno orbis per Christum Salvatorem redempti 1557.

§ IX. — *De Theodorico, antistite Metensi.*

Theodoricus, alias Theodus, Metensis ecclesiæ in Lotharingia episcopus, inter alias erga Dei Matrem haud obscuras pietatis significationes, in

sua Metensi diœcesi festum Præsentationis ejusdem Matris celebrari jussit, ut ex Crespetio in Triumpho B. Mariæ resert Colvenerius in Kalendario die 21 Novembbris. Vitæ cursum consummavit anno post Verbum hominem factum 1584.

§ X. — *De Theodorico, antistite Trevirensi.*

Theodoricus Trevirensis archiepiscopus, natione Germanus, inter alia sue in Deiparam devotionis ac sincerissimæ servitutis testimonia, litterarum monumentis consignavit, ut ex Trithemio in Bibliotheca Mariana memoravi, *De laudibus beatissimæ Dei Genitricis ac Virginis Mariæ librum unum.* Ad meliorem vitam transiit anno Domini 970.

§ XI. — *De Theodoro antistite Anastasiopolitano.*

Sanctus Theodorus Siceotes, ex anachoreta episcopus Anastasiopolis, vir sanctitatis admirandæ, Deiparam Virginem ineffabili complectebatur amore, eique toto vitæ snæ tempore devotissimus fuit. Aëdempulcherrimam sancto angelorum principi Michaeli tam æstati quam hiemi comodam effecit, duobus cum oratoriis: altero in laudem S. Joannis Baptiste ad lævam, altero ad dextram sacrosanctæ Dei Genitricis Mariæ, in quo monachos ex sancta regula vivere voluit, ubi cellulam habebat Theodorus silentio et tranquillæ menti, eratque monasterii virginalis incola fixus, in quo multa patravit ediditque miranda, in eoque se multis hominibus præstitit salutarem. Oranti in hoc Virginis sacrosanctæ cœnobio Mauritii imperatoris præmonstrata cædes: in hoc ipso monasterio commonaerem Domitius maximi exercitus imperator invisit, confirmansque Theodori verbis ad eam profectus est pugnam, ex qua victorem exercitum deportavit.

In hoc ipso domicilio Virginis tunc erat, cum vir quidam nomine Phocas, qui ex intestinis graviter laborabat, ad eum venit; quem Theodorus humanissime acceptum apud se manere jussit, et vires recreare, sed ab itinere resectum, re infecta, dimisit primo tristiorem: quem tamen Theodorus venturi præscius consolatur, brevi sanguinem fore confirmans, promissi veritatem exitu comprebante. In hac eadem Virginis virginum æde manentem quidam Sebastæ civitatis rector cæcus et oculis captus adivit, quo tempore Theodorus Psalmorum pensum solvebat: hospitem biduo retentum die tertia jubet proficisci, et bene sperare, ejus enim preces esse auditas: manere cupientem, et dum cæcitas pelleretur, exspectare conantem obedire cogit, lumen, nisi quoniam primum recedat, minime esse fulsurum. Hoc urbis ille præfectus auditio, se confessim in viam dedit, cumque de more faciem postridie lavisset, quem optabat, recepit aspectum. In hac ipsa salutis officina quendam naviculatorem, qui similiter Theodorus dicebatur, ab itineris labore relevatum sanitati restituit. Huic inclito Dei omnipotentis servo ex longo quodam itinere revertenti, et ad sanctissimæ Deiparæ hoc

idem monasterium, suum videlicet nidum, revolanti, obviam quidam alter venit Theodorus, dux regius dynastaque permagnus, suosque a dæmone terrori vexarique narravit, domesticisque cibum capientibus, prandentibus, cœnantibus lapides super mensas accidere, mulierum telas abrumpi, muri bus atque se. pentibus omnia completri, pœ timore pavoreque neminem in cubicula penetrare, animos horrore concuti ac misere perturbari. Theodorus, Theodori misertus, in domum formidolosam ingressus, noctem psallendo orandoque consumpsit, deum lustrali aqua ædes aspersit, ac dæmones ludicantes atque exterentes profligavit.

Hunc mirabilem Theodorum, quo mundus erat indignus, perditissimi quidam veneno perimere statuerant, quo ille imprudenter epoto triduum sine sensu jacuit, ita ut de ejus morte rumor increbresceret: quæ inimicis lætitiae, amicis numero pluribus, sententia melioribus, mœroris ingentis causam erat allatura. Extremo die tertio exanimi Theodoro beatissima Dei Mater apparuit, quæ sceleratissimis insidiosissimisque parricidis exitium comminata, Theodoro a mortis fancibus ad vitam revocato, et morbi causam, et veneni auctores patefecit, ut eos vel vitaret, si nocere persisterent, vel resipiscentes flagitiique pertos ad saniora consilia tradueeret. Quin etiam terma Theodoro adversus toxicum medicamenta porrexit, quibus quasi pillulis affectam bilem perpurgaret, «Comede, inquiens, et nihil mali residuebit in venis, quod te magnopere turbare queat.» Theodorus, mortifero somno solitus, gratias egit Servatori Christo, atque ejus Parenti, funestæ ægritudinis curatrici. Amicis deinde, qui gratulatum venerant, deliquii causam morbique detexit, veneni tamen sparandi artifices nequaquam nominavit, quos ulcisceretur, tantum absuit, ut eorum potius salutem assiduis precibus immortali Deo commendarit. Tales enim eos, vel esse, vel fieri necesse est, quibus se Dei benignissima Mater ostendit; quam Theodorus et ante et post hanc mirabilem sanitatem summis colebat honoribus, in ejusque vel monasterio, vel oratorio quantum poterat morabatur. Quos autem vel curasset vel curaturs esset, in beatæ Mariæ Virginis sacello preces fundere jubebat, et gratulabundos permanere. Et cum aliquando quadragesimam in Deiparae monasterio suo more traduceret, monachus nomine Dionysius, horrei custos, ad eum venit mœstus, quod tritum defecisset. Cui Theodorus: Farinæ, inquit, reliquias in vaseulum conjectas atque collectas affer ad me. Facit exemplo. Tum Theodorus, animadversa ciborum paucitate, precatus est Deum ut et monachis et hospitibus, qui plurimi convenire solebant (agebantur Ramorum feriæ, quas externi frequentabant) præbere dignaretur annonam. Deinde ad Dionysium conversus, Farinæ, inquit, vaseulum super altare beatissimæ Virginis ponito: Deus nobis (remitte istam euram de pectore) sup-

peditabit alimenta. Postridie quam hæc Theodorus prædixerat, triginta Cypriæ naves onustæ frumento ad monasterium appulerunt. Eadem Sozopolitanam Mariæ Virginis ædem ingressuro, ubi divino munere oleum ex sacrosanctæ Deiparentis manabat imagine, dæmon ex energumeni paralytici ore convitia querelis mista jaetabat. Ille, dæmone oljurgato, paralyticum, in ipso templi æditu, et siguo crucis et oratione sanavit. Post in celeberrimam Dei Matris ædem intravit, olei fluentis fama pernabilem; ibi manibus in crucis figuram expansis, suis sacrosanctæ Virginis preces suppliciter offerebat, et in salutari atque olivifera Dei Matris imagine oculorum aciem desigebat: cum repente oleum effervesces in Theodori oculos jaculando resiluit, orantisque faciem luminaque conspersit, iis qui viderant, acclamantibus magnum Dei servum esse Theodorum.

Huic Thomas patriarcha Constantinopolitanus dedit particulam veli sacrosanctæ Virginis Dei Genitricis Mariæ.

Decessit e vita mortali vir sanctissimus anno Incarnationis Dominicæ 613, die 24 mensis Aprilis.

§ XII. — *De Theodoro, antistite Cæsaraugustano.*

Sanctus Theodorus, episcopus Cæsaraugustanus, S. Jacobi Zebedei filii, et Hispaniarum apostoli discipulus et pedisequus, inter alia obsequentis sui erga Deiparam animi argumenta, Cæsaraugustæ ecclesiam B. Mariæ de Columna a sanctissimo magistro suo, nutu Virgineo angelicisque coadiuvantibus chorus exstructam praemonio mirabilium cognitam perfecit, ecclesiasticisque ministris, ut pac erat, et illa expetebant tempora, decoravit. Propter Dominum summe dilectum coronam martyrii efficaciter diuque desideratam gladio comparavit, anno salutiferi partus 71, die 24 Martii.

§ XIII. — *De Theodoro, antistite Cariensi.*

Theodorus Abucaras, episcopus Carum, seu Cai rum, natione Græcus, pro singulari pietate et religione qua erga Deiparam Virginem afficiebatur, inter alia scripsit disputationem insignem, qua Mariam Virginem Dei Genitricem, vel Jesu Genitricem potius quam Christiparam appellandam esse demonstravit. Vixit circa annum Dominicæ Nativitatis 955. Vide Bibliothecam Marianam, part. 2.

§ XIV. — *De Theodosio, antistite Syracusano.*

Theodosius, hujus nominis secundus, Syracusanus antistes, inter alia sue pietatis erga Deiparam documenta, Syracusæ ædificavit ecclesiam sacrosanctæ Dei Genitricis de Balerna. Ad Deum migrasse traditur anno salutis 700, et ut sanctus collitur Syracusis 18 Maii.

§ XV. — *De Theodo, antistite Aneyrano.*

Theodotus, sanctissimus episcopus Aneyranus, Virginem, quam unice post Deum coluit, et prouojus honore adversus Nestorium in Ephesino concilio, non lingua solum, sed libris quoque editis, decernavit, Manum appellabat, quæ Verbum essentiale subsistensque ex Patre natum per litteras.

peperit, dum illud per corpus generavit, et humanis aspectibus conspicuum reddidit. Eamdem paradise gloriostorem esse asserebat: ille enim Dei cultura factus est; haec autem secundum carnem Deum ipsum excoluit, ubi voluit hominis copulari naturae.

Floruit circa annum ab Incarnatione Domini 430.

§ XVI. — *De Theodozino, antistite Leodiensi.*

Theodozinus, Leodiensis ecclesiae antistes, e Bavaria familia oriundus, ut erat in Deiparentem Virginem pio affectu propensus, inter cetera bona, quae strenue gessit in episcopatu, ecclesiam B. Mariæ in Hoyo, in qua venerabilis Bozo archidiaconus et abbas S. Mariæ quindecim canonicos posuerat, alios quindecim addidit, et eamdem ecclesiam a fundamentis usque ad laquearia consummavit, et praesente Letberto Cameracensi episcopo in honorem B. Mariæ semper Virginis dedicavit. Idem quoque pontifex in Matrem Domini unice pius, cum universa multitudine cleri et populi in eamdem ecclesiam corpus B. Domitiani confessoris atque pontificis pie ac devote transtulit. Nam antea illuc parva ecclesiola a B. Materno primo Tungrenium episcopo constructa erat in honorem S. Mariæ, sicut ipse narrat in Privilegio suo ita dicens: « Ego Theodozinus, Dei gratia Leodiensis episcopus, notum esse volo tam presentibus quam futuris, qualiter post libertatem Hoyensis ecclesiae, quam D. Maternus beatæ memoriae episcopus consercando primitiavit, adjecerim libertatem etiam Villæ, præfataam siquidem ecclesiam a fundamentis ad laquearia, a laquearibus ad ultra reædificavi, quam etiam in auro, et argento, et gemmis, et prædiis pro modulo meo ditavi, et de Agar Saraqi esse feci. » Sic ille. Qui etiam, quia beatæ Dei Genitricis unicrus amator erat, ecclesiam ejus Tungris sitam sæpius visitabat.

Migravit ad Dominum anno salutis 1075, Nono Kalend. Junii, sepultus Hoy cum maximo honore in ecclesia beatæ Dei Genitricis a se constructa, cum his circa sepulcrum versibus:

*Cœpit, complevit, ditarit, et ipse dotavit
Gemmis, argento, picturis, vestibus, auro
Hoc Theodozinus Opus*

§ XVII. — *De Theolepto, antistite Philadelphio.*

Theoleptus, Philadelphiæ metropolita, de quo Jacobus Gretserus, Soc. Jesu, se nihil præter nomen legisse aut comperisse fatur, ad Immaculatæ Virginis opem ceu ad petram tutamque anchoram devote configiens, eidem Virgini sæpe cum laude supplicabat dicens: « Ne me repellas, sed toties in peccata delapsum erige: non est fidelibus portus aliis, Virgo sacrosancta, præter te, quæ Christum tranquillitatem serenitatemque nostram genuisti, quæ omnes vexationibus atque injuriis iniuncti demonis, ceu tempestate jactatos quieti et saluti restituisti. Dies retributionis veniet sicut fur in nocte peccatores omnes exterrens; tum tu, casta Mater, misera mei a supplicio me vindica: divina luce

tua, o bona, animam meam affectionum malorum tenebris affusam illumina, quo tanquam filius lucis opera lucis faciens a tenebris exterioribus liberer. Da mihi, Virgo, pedicas et laqueos vitæ hujus vanæ ac perituræ effugere, et vires suffice quibus ad vitam futuram curram, et a stridore dentium me libera. Cum hinc emigravero, ne, Virgo, me desereras, tunc enim nequam spiritus animam meam captabunt. Heu me! qua ratione effugiam illos, aut quid faciam? Heu me! quomodo horribiles locos pertransibo? Tu spes mea, tu portus meus, et ante te ego famulus tuus me prosterno. Aspersione roris tui, intacta Virgo, ardorem libidinis meæ restingue; nam in te Verbum Dei sicut pluvia in vellus descendit, fidelibus gehennæ rogum extinguis. A flamma gehennæ, a tenebris et verme, a stridore dentium et Tartaro, a lacu ignis et omnigenarum poenarum libera, Virgo, te in fide collaudantes! » Sic ille. Haec utinam nos etiam sæpe repetamus!

Vixit, ut creditur, circa annum a Virginali partu 1200.

§ XVIII. — *De Theophane, antistite Nicæno.*

Sanctus Theophanes Nicænus episcopus, natione Palæstinus, inter alia Mariani cultus studiique specimina, composuisse dicitur *In Annuntiationem sanctissimæ Deiparae Hymnum unum*. Idem contra Leonem Armenum imperatorem pro B. Virginis aliorumque sanctorum imaginibus strenue decertavit: cumque eamdem imaginum restitutionem in templis vidiisset, in gratiarum actiones Odas Hymnosque pulcherrimos elaboravit, quibus angustissimæ cœlorum Reginæ laudes celebrat in hunc modum: « Gladii impiarum hæresum jam defecrunt; templum enim tuum, o purissima veneranda Dei Genitrix, imaginibus exornatum omnium pietate conspicimus, et saeco replemur gaudio. Purissima Virgo, tuum præsidium adepti nos fideles, divina præterea nos gratia per te illuminari precamur. Incarnatum divinum Verbum cum pepereris, Virgo effecta es gratia plena; quapropter tui sacri templi encomia celebramus.

« Innova nobis antiquum decorum, immaculata Dei Genitrix, et domum istam tuam gratia tua sanetifica. Ille, qui testimonii tabernaculum sibi fieri præcepit Deus, tanquam in rationabili tabernaculo in te solus inhabitat glorificatus, et tuam ecclesiam miraculis gloriosam reddit. Super cœlestes choros exaltata es, purissima Virgo, dum tu sola Creatoris omnium effecta es Mater: gaudentes igitur clamamus: Benedicta es inter mulieres, Domina immaculata. Radiis intellectualis luminis illustrata tua sancta domus omnes fideles sancti Spiritus nube obumbrat, et sanctificat illos unanimiter clamantes: Benedicite, omnia opera, Domino. Sublata est prima Matris Evæ maledictio per te, o sancta Dei Genitrix, cum tu universorum Dominum ineffabiliter pepereris Virgo, cuius imaginem nunc in figuris veneramur. »

Claruit circa annum salutis per Christum restituente 842.

§ XIX. — *De Theophane, antistite Tauromenitano.*

Theophanes Cerameus, archiepiscopus Tauromenitanus, pietatis suae erga Deiparam Virginem nulcentum testimonium dedit, scribendo : *De Annuntiatione Deiparæ Virginis in Evangelium : Missus est angelus, homiliam unam : De Assumptione B. Virginis in illud Lucæ x : Intravit Jesus in quoddam castellum, homiliam unam, quas a Francisco Scorso e Graeco Latine redditas, ac Lutetiae Parisiorum in lucem evulgatas dixi in Bibliotheca Marianæ, parte secunda. Enituit circa annum salutis redēptionis 712.*

§ XX. — *De Theophylacto, antistite Bulgariensi.*

Theophylactus, Bulgariae archiepiscopus, natione Graecus, in sui erga Deiparam Virginem amoris ac singularis reverentiae testificationem, scripsit *In Evangelia præcipuarum ejusdem Deiparæ Virginis festivitatum Expositiones*, quas habes in Bibliotheca Homiliarum Gerardi Mosani tomo IV. Vixit circa annum Dominicæ Incarnationis 860.

§ XXI. — *De Thoma, antistite Cantuariensi.*

Sanctus Thomas, Cantuariensis episcopus, in adolescentia sua castissimus erat, utpote qui beatissimæ Virginis Mariæ suam voverat castitatem. Cum autem esset inter socios sicut lilyum inter spinas, audivit eos sacerdotes sacerdotalia conferre, et jactantes se de suis specialibus dominabus, et de clenodiis sibi datis ab ipsis : tandem in joco dixit : « Nihil valet, quod dicitis et jactatis, ego habeo amicam, quæ omnium vestrum præcellit amicas, quæ mihi clenodium dedit cui nunquam simile vidistis. » Hoc autem totum spiritualiter intendebat, sed illi secundum mentem suam recipere hoc volebant, supplicantes constantissime, ut eis clenodium demonstraret. Et vim jam inferre volentibus, aufugit in ecclesiam, seque ad orationem contulit, rogans, ut sibi tam presumptuosum verbum Domina duleissima indugeret. Ecce autem in visione ei electissima Virgo apparet, consolans eum flebilem, et dicens : « Ne timeas, quia optime et vere excellentiam tuæ amicæ inter socios, imo inter omnes homines obtinebis ; » deditque ei pyxidem valde parvulam nimis pulchram. Reversus ad se, et ab oratione consurgens, laetus abiit volebat, sed socii præfati ridentes eum, iterum pro exhibitione sui clenodii insistebant. Tandem socii e manu ejus prædictam pyxidem rapuerunt, et aperientes viderunt in ipsa parva de purpura : extraxerunt, et prodidit de illa pulcherrima casula mirabiliter benefacta. Verbum illud mirabile pervenit ad episcopum Cantuariensem, cui accersitus Thomas rei indicavit veritatem. Unde providit ei episcopus in studio et expensis, præordinans eum in animo suo sibi futurum successorem, quod et postmodum factum est.

Fertur de hoc B. Thoma Cantuariensi antistite, quod cum ipse frequenter et singulis diebus salutaret B. Virginem et septem ejus gaudia, quæ habuit in terris posita, primum videlicet, in Filii Dei Concepcione. Secundum in ejus portatione in suo utero novem mensibus et Elisabeth visitatione. Tertium in ejus Nativitate. Quartum in Magorum adoratione. Quintum in Inventione Filii post triduum in templo. Sextum in Filii Resurrectione et Ascensione. Septimum in beatæ Virginis Assumptione in cœlum. Quadam vice de prædictis eam salutanti per Ave Maria, ecce apparuit eidem B. Virgo cum claritate, et ait : « Charissime, devotionem tuam gratanter accepto, quia de meis gaudiis, quæ in vita ista habui, frequenter commemorando me salutas : attamen vellem insuper, ut et illa mea gaudia, quæ in cœlo nunc gloria habeo, recoleres, et consimiliter de his quotidie me reverenter salutares, quod si feceris tu, vel quicunque aliis fidelis ob mei devotionem hoc fecerit, en promitto quod in tempore obitus sui ego ejus animam protegam et liberabo, et in conspectu Filii mei pro ipsa adstabo, et intercedam, ac consolabor eam. » Tunc ipse B. Thomas adorando eam, et gratias agendo, dixit : « O gloria cœlorum Regina et superbenedicta Domina mea, dic, quæso, mihi, quæ sunt ista tua in cœlo gaudia, de quibus te salutare debeo ? » At ipsa B. Virgo septem ei gaudia euarravit, quæ subscribuntur :

- I. *Gaudeo quia secundum sacrosanctam Trinitatem, supra rem omnem pure creatam, primos honores obtineo ;*
- II. *Quia intemerata virginitatis aureola omnes angelorum et sanctorum ordines louge antecello ;*
- III. *Quia iugens lumen gloriæ meæ, ad instar solis, curiam cœli illustrat universam ;*
- IV. *Quia omnes cœli indigenæ me ut Deiparam venerantur atque colunt ;*
- V. *Quia a Filio nacta sum facultatem quolibet impetrandi ;*
- VI. *Quia o'm in terris mihi immensa collata fuit gratia misericordie clientibus jam in cœlo iugens gloria a Filio meo preparata est ;*
- VII. *Quia gloria mea novis surget incrementis ad diem usque extreum, et inde perennabit in omnem æternitatem.*

Haec Laudes idem sanctus Thomas in rhythmos redegit, qui in certis ecclesiis, loco sequentiariom, decantantur. Sunt autem isti :

I. *Gaude flore Virginali
Quæ honore speciali
Transcendis splendiferum
Angelorum principatum,
Et sanctorum decoratum
Dignitate numerum.*

II. *Gaude, Sponsa chara Dei,
Nam ut clara lux diei
Solis datur lumine,
Sic tu facis orbem vera
Tuæ pacis resplendere,
Lucis plenitudine.*

III. *Gaude, splendens Vas virtutum,
Cujus pendens est ad nutum*

*Tota cœli curia,
Te benignam et felicem,
Jesu dignam Genitricem,
Venerans in gloria.*

IV. *Gaudie nexo voluntatis,
Et amplexu charitatis
Quod juncta sis Altissimo.
Ut ad votum consequaris,
Quidquid virgo postularis,
A Jesu dulcissimo.*

V. *Gaudie, Virgo, Mater Christi,
Quia sola meruisti,
O Virgo purissima,
Esse tantæ dignitatis,
Quod sis sanctæ Trinitatis
Sessione proxima.*

VI. *Gaudie, Mater misericorum,
Quia Pater sacerotorum
Dabit te coletum
Congruentem hic mercedem,
Et felicem poli sedem
Regnis in cœlestibus.*

VII. *Gaudie, Virgo Mater pura,
Ceria rianens et secura,
Quia tua gaudia
Non cessabunt nec decrescent,
Sed durabunt et florescent
Per aeterna sacula.*

Et post singulos versus, *Gaudie*, addunt devoti Salutationem perorando *Ave Maria*. Qui vero litteras nesciunt, ut nequeant has perorare laudes, loco eiuslibet Gaudii dicunt *Ave Maria*, singula hæc gaudia devote meditando. Primum horum Gaudio- rum dicitur *Gaudium Dignificationis*. Secundum, *Gaudium Illuminationis vel cœlestis gloriosæ Illustrationis*. Tertium, *Gaudium venerandæ Adorationis et Obeditionis*. Quartum, *Gaudium potestatis, seu potestativæ impetrationis*. Quintum, *Gaudium Concessionis*. Sextum, *Gaudium de gloria servorum suorum*. Septimum et ultimum, *Gaudium accumulanda congratulationis*.

Testatur Thomas Valsingham in *Historia Anglicana* et in *Hypodigmate Neustrie* ad annum 1599, sancto Thomæ Cantuariensi, dum esset in exilio, oleum conservandum a Deipara datum, ab eaque prædictum, reges Anglorum, qui hoc unguento ungerentur, pugiles Ecclesiae futuros, quod unguentum in aquila aurea et olla lapidea conservatum diu latuit, nimurum, usque ad annum 21 Richardi II regis prædecessoris Henrici IV, qui eo inunctus est ab archiepiscopo Cantuariensi.

Hunc præterea Thomam juvit Dei Mater in resarcendo suo cilicio. Quod quidem ita innotuit, ut narrat discipulus: « Fuit quidam sacerdos idiota nullam sciens Missam nisi de B. V. Maria, et cum de illa quotidie celebraret, accusatus est apud S. Thomam episcopum: qui de cætero prohibuit ei dicere ullam Missam. Qua re cum affligeretur, (erat enim pauper) et B. V. Mariam invocaret, illa ei apparuit, aitque: Vade ad episcopum, et dñe ei ex me, ut tibi restituat Officium tuum. Cui cum responderet: « Domina mea, ego homo sum pauper et vilis, non mihi patebit accessus ad eum, neque me audiet. — Vade, subjecit B. V. Maria, ego tibi viam

præparabo. — Et ille, O Domina mea, non eredet meis verbis. — Respondit illa: Dices ei pro signo, quod ego te mitto, quod tali hora, tali loco, dum cilicum suum resarciret, ego illud ex una parte tenebam, adjuvans eum, et statim eredet tibi. » Mane itaque sacerdos sine obstaculo intrans ad episcopum, ut B. V. Mariae deferret nuntium, cum ille dicebat: « Unde credam te ab illa missum? » prædictum signum de cilicio subjunxit. Quo andito, sanctus vir stupens et pavens, « Ecce, inquit, reddo tibi, ut tantum Missam de B. V. Maria celebres, et ora pro me semper. » Sic discipulus.

Gladiis impiorum appetitus, moriens tum seipsum tum ecclesiam suam, flexis genibus, B. Mariæ Virginis commendavit, ac in ipso templo sacrum caput impio ferro præcidendum obtulit. Coronatus est anno Domini 1170, iv Kalend. Januarii.

§ XXII. — *De Thoma, antistite Imolensi.*

Thomas ex Bononiensi canonico et priore ac præposito Ravennatensi Imolensis ecclesiæ episcopus, inter alia pietatis suæ erga Beatam Virginem Inculenta testimonia, construxit cœnobium monialium sanctæ Mariae de Misericordia. In pace quiebat anno salutiferi partus Virginis 1529, 3 Kalend. Novembris.

§ XXIII. — *De Thoma, antistite Panamensi.*

Thomas a Barlanga, Uxamensis diœcesis, ordinis Prædicatorum, vir Deiparae Virginis amantis simus, abdicata Panamensi insula in occidni solis India in Hispanias solitudinis quietisque amore navigabat, et aliquot quidem diebus prosperrime, sereno scilicet cœlo, placido mari, secundisque ventis, cum foedissima coorta tempestate in extremum vitæ discrimen adducti omnes, humanis præsidiliis penitus desperatis, oculos manusque in cœlum attollere, erimina, quæ tantum periculum præsentissimumque naufragium et Numinis irati vindictam provocabant, detestari, omnes uberibus lacrymis Dei misericordiam omnime deprecari. Episcopus Thomas pontificalia ueste ornatus pro omnium incolumentate Litanias, altum et ex corde recitare, cæteris pie respondentibus. Diurna fuit tempestas, cum benignissimum miserorum et naufragantium sidus Maria adesse, se votaque et lacrymas audire admirando prorsus schemate ostendit. Sub orientis solis crepusculum inter astantes undas ingens quidpiam conspiciunt, grandis, ut videbatur, navigii instar, quod in eos involare videbatur. Hi novo terrore concussi deflectere tentant, dumque omnes operi manum adhibent admoventque, splendente jam sole, advertunt arcuam esse, quæ jam proxima in eorum navim leniter incurrebat: eam in puppim attrahunt, et considente mari thesaurum subesse rati, certatim quisque prædam illam sibi vindicat. Tum episcopus: Si, inquit, quæpiam religiosa imago sit, aut sacrum aliquod, mihi jure merito obveniat; omnibus palam assentientibus, arcam effringunt, ac primo ipso conspectu maximæ lux splendorque omnium oculos perstrinxit. Ut involvra dimove-

runt, quibus sacrosanctum Virginis simulaerum obductum erat, suum perfugium Cynosuramque agnoscunt, atque in gēnuā provoluti, felicissimum cōlorum Regināe Celeusma accinunt. Exinde lateum mare fuit, faventesque zephyri, et prospero rursu Gaditana Hispaniarum littora attigerunt. Episcopus Barlangam concedit: iconemque (quam omnium consensus primo addixerat, tum vero reclamatibus, et ad sortes provocantibus, tertio iacta, toties antistiti, cōlī haud dubie favore, felix cessit stetique alea) divino munere, quam Indiae gazis ditione secum defert. Illi porro, quae post maximos serendi Evangelii suique muneris exsequendi labores, beatæ aternitatis veluti arrha, ipsi obtigerat, sedem in sacra æde, quam exstruere vixdum cōperat, posuit. Cum vero Barlangæ detecta fuit imago atque altari imposita, tantis radiis emicuit, quantis in mari antea splenduerat. At cum Dominicanī, primores Castellæ Patres, paulo prius magnis rationibus statuissent, Prædicatorum ordinem in Augustam Emeritam, seu Edurronum, vulgo Medina de Rioseco, Barlangæ vicinam inducere, gravi verborum pondere in suam ipsorum mentem sententiamque antistitem Thomam pertraxere, qui, secundo consilio usus, prioris Dominicanae cōnobii et templi cogitationem in Eduros deflexit, quo etiam omnem supellectilem ipsamque Virginis iconem invexit. Ægerrime ferebant e suis tectis Deiparæ recessum Barlangani, et quo eam detinerent nihil non tentarunt, donec astu quodam, dum abeuntem Virginem lacrymis prosequuntur, Filiolum eripiunt canonici, adeoque stringunt, ut nulla vi recuperare potuerint Dominicani, qui pietati cesserunt, et sanctissimæ Matris simulacrum in Augustam Emeritam maximo populi concursu in triumphi speciem intulerunt. Puellum vero Barlangani in majori sua æde festive repousuerunt. Utraque vero tam Fili quæ Matris statua magnis prodigiis est clarissima, et in illas summa est populorum pietas. Clarebat Thomas anno Domini 1558.

§ XXIV.—*De Thoma, antistite Senensi.*

Thomas Fusconis de Bertha Romanus, ex ordine Prædicatorum, primo Cesadulensis, postea Senensis episcopus creatus, vir in divina sapientia longe clarissimus, ac singulari erga Deiparam Virginem pietate conspicuus, auctor Senensibus fuit, ut singulari voto ad ejusdem tutelam confugerent. Ecclesiæ cathedralis, quæ Deiparæ dicata est operarios instituit, attribuitque sumptus non paucos ex mensa episcopalí ad templi honestamentum, unde postea stupendum opus venit ad posteros. Ultimum diem clausit anno salutis communis 1275.

§ XXV.—*De Thoma, antistite Valentino.*

Beatus Thomas de Villanova, Hispanus, ex ordine Eremitarum S. Augustini, archiepiscopns Valentinus, apostolicæ virtutis atque amplissimæ sanctitatis heros, devotionem Reginæ cōlī propriæ matris cum lacte suxit. Statim enim ac parvulus

loqui cœpit, a matre Deiparæ Virginis devoutissima in agendis omnibus sæpe sèpius sanctissimum Mariæ Nomen invocare edoctus est. Unde cum a pueritia hanc purissimam Virginem sibi in præcipiā Patronam delegisset, in omni postea vita sua cultui ac venerationi ejus mirifice exstitit addictus, per cuius manus se magnas a Deo misericordias consecutum libere fatebatur, et majores deinceps consecuturum confidebat. In hujus serenissimæ Dominae solemnitatibus singulares prorsus a cōlō gratias reportavit Thomas. In festo etenim Præsentationis ejus in templum ordinis S. Augustini habitum suscepit: in festo Nivium electioni de se facta in Valentimum archiepiscopum consensit: in die gloriosissimi ejus Partus primum celebravit Sacrum: atque in die ejus sanctissimæ Nativitatis ex hac mortali vita in æternam requiem commigravit.

Hie sanctissimus præsul in sua civitate Valentina pauperum studentium sub invocatione sanctissimæ Virginis Mariæ de templo collegium fundavit insigne, qui in die Præsentationis ejusdem gloriosissimæ Virginis in templum, a Domino atque divina ejus gratia confortatus, in conventu Salmanticensi fuerat ad recipiendum S. Augustini habitum præsentatus, et in memoriam tanti beneficij tali a se die recepti collegium illud sacratissimæ Virginis dieavit, volens singulis annis in die Præsentationis, in sacello collegii prædicti, festum ejus solemniter celebrari.

Motus etiam a pietate erga serenissimam cōlī Reginam, in sua cathedrali Valentina propriū aliquid ad divini cultus augmentum, et sacratissimæ Virginis servitum reperiri optavit, et ita Bruxellis fieri ordinavit Peristroma illud sacratissimæ Virginis Dominae nostræ mysteria continens gaudiosa, quo prædicta ecclesia in præcipuis anni festivitatibus decoratur.

Idem Virginis Matris gloriam maximis inermentis in Ecclesia efflorescere cupiens, scripsit de præcipuis festis et mysteriis ejusdem Virginis Matris conciones 12 milii alibi in Mariana Bibliotheca enumeratas, quibus in virginicas landes plenis et passis velis excurrit. Ibi B. Virginem appellat Asylum unicum nostrum: Advocatam nostram idoneam: Ancillam Dei felicem, cui ancillantur omnia: Arcani Deiferam, grandi thesauro refertam: Adumbrationem perfectam Filii sui: Auroram fulgidam, rubricandam, purpuream, lœtam, non obscuratam, non maculatam sicut alii filii Adam: Aquilam perspicacem et sublimem, quæ in clarissimum Divinitatis jubar oculos suos defixit: Chartam pergamenam purissimam, in qua et de qua scriptum est Verbum æternum: Custodiā justorum: Currum Dei virginicum: Citharam Regis sonantem Columbam celerem per montium culmina in Visitatione pervo'antem: Castellum, ejus nuquam vel unam pinnum dæmon potuit obtinere: Coronam mulierum: Consciam omnium secretorum Christi:

Cidaram pontificis auream, cui saeculum Dei nomen insculptum est : Columnam mundi : Domum divine sapientiae : Dominiculum Trinitatis et totius puritatis : Dominam totius creaturae : Discipulam Salvatoris praeclaram, quae non ad horam, aut per diem, sed triginta tribus annis in schola illius ad pedes ejus sedens, audiebat verbum illius, et conservabat omnia verba, conferens in corde suo : Exemplum omnium saeculorum : Exemplar familiare et quotidianum virginum sacrarum : Feminam mirabilem, in cuius utero formatum est Verbum, quod sine tempore aeternaliiter in sinu Patris tenebatur occultum : Fundatrixem unicam virginem professionis : Firmamentum in terra : Flores virginem : Formam virginitatis : Famulam beatam, cui omnia famulantur : Filiam Dei : Gloriam virginum et mulierum : Hydriam plenam et plenissimam, ex qua omnis potatur rationalis creatura : Hortum deliciarum : Institutricem vitae et professionis, quam tenent virgines : Imaginem adumbratam Filii sui : Imperatricem totius creaturae : Januam paradisi, per quam Dens ingressus est mundum, ut reus quondam ingrediatur celum : Lætitiam nostram : Librum puritatis, dígito Dei intus et foris scriptum, a virginibus assidue perlegendum : Lilium candidissimum et purissimum : Monumentum virtutum omnium sanctis stipendum : Microcosmum Ecclesiae : Mancipium Dei : Matrem illius, cuius Deus Pater est : Magistram primam virginem : Martham fidelissimam, quae Christum exceptit in domum suam, in uterum suum, intra viscera sua, et in virginem thalamo peregrinantem in terris Regem gloriae hospitavit : Magistram apostolorum et discipulorum Christi : Miraculum magnum orbis : Oraculum divinum ac celeste : Pergamenum virginem purissimum, sine nota et nævo peccati : Protectionem nostram : Patronam nostram unicam : Pandoram, quae Deo suo rion stupori, sed amori magis fuit : Portentum gloriosum enemis sanctis admirandum : Prophe-tissam nostram : Propugnaculum Ecclesiae : Purpuram Regis : Reliquiarium Spiritus sancti : Rebeccam sacram : Refugium unicum peccatorum : Reginam potentem : Rosam vernantem : Rubrum ardente et incombustum : Sponsam unicam, quam potentissimus Dominus sibi ex omnibus elegit, et præ omnibus adamavit : Subsidium unicum nostrum : Spem nostram unicam : Sanctuarium Dei : Sororem nostram, celorum Principi nuptam : Scalam cœli, per quam ascendunt et descendunt angeloi, in cuius medio affixus est Christus : Sunamitidem, quae summo Prophetæ prophetarum Domino mensam, candelabrum, lectariumque paravit, lectulum in utero, mensam in pectore, candelabrum in intellectu, quia in utero illius quievit, in pectore pastus est, et ab intellectu illius creditus est : Tiaram pontificis, totam auream, totam divinam : Turrim David, in qua est omnium fortium armatura, id est, omnium

sanctorum virtus agglomerata : Thalamum Filii Dei : Tabernaculum sacrosanctum, in quo dignatus est Deus incarnari : Vellus, quod totum Spiritus sanctus effudit, et purpura excellenti tinxit, ut ex illa fieret purpura Regis, caro illa Christi sacratissima : Virgam de radice Jesse in sanctis Patribus seminatam, de qua natus est flos, quo medecatus est orbis : Urnam pulcherrimam cœlesti balsamo plenam : et, ne longius abeam, Virginem vere singularem, vere unicam, ad quam nulla est alia Virgo, et ad cuius comparationem omnis alia virginitas corruptio videri potest.

Dicebat Mariam factam esse Ecclesiæ propugnaculum, et peccatorum unicum refugium, ut ad ipsam confugerent omnes rei, omnes moesti, omnes afflicti, et ea protegente liberarentur ab hoste. Omnes in quacunque tribulatione positos, sive peccatis afflictos, sive persecutionibus attritos, sive temptationibus turbatos, ad Mariam confugere hortabatur, contra omnes æstum tribulantis et ad omnem faciem consequentis daemonis tutissimum in ea clypeum, quo se protegerent, inventuros certo spondens. Aiebat quod, quamvis de Virgine sacra nihil fere aliud in Evangelio referatur, nisi quod Filium Dei Spiritu sancto conceperit, et aluerit, ex hoc tamen unico ejus fastigio tam amplam et immensam cogitandi et enarrandi nobis insurgere historiam, ut tot sanctorum voluminibus non modo nequeat exhaustiri, sed neque pro merito attingi, cum majora et sublimiora fuerint, quam ut humano sensu valcent comprehendendi : unde, cum finierit homo de ea loqui, tunc incipere, imo needum se incepisse cognoscere : et cum nunquam ab ejus laude cessaverit, nihil aliud invenire, nisi voluisse dicere.

Magno huic Deiparæ Virginis cultori ac encomiastæ, anno salutis 1555, ipso die felicissime Nativitatis Deiparæ, mori ex prædictione ipsius Salvatoris contigit. Cum enim aliquando in die Purificationis Virginis coram effigie Christi de cruce pendente oraret, et anxius salutem suam divinæ misericordiæ commendaret, vocem hanc audivit Crucifixi Domini ore prolatam : « Æquo animo esto, in die Nativitatis Matris meæ venies ad me. » Promissionemque hanc adeo gratiosam novo miraculo benignissimus Dominus confirmavit; os enim Crucifixi loquentis, quod ante clausum fuerat, deinceps apertum mansit, et in hodiernum usque diem visitur, dentibus tam perfecte apparentibus, ut optimi sculptores negent ullo artificio simile quid fieri posse. Hujus Marianæ Antistitis corpus in ecclesia S. Mariæ Virginis de Succursu prope Valentiam exstat honorifice tumulatum.

§ XXVI. — *De Thoma, antistite Vicecomponensi*

Thomas, episcopus Vicecomponensis, archiepiscopi Moguntini, in pontificibus vicarius generalis, sacrae theologie professor, cupiens ut omnium fidelium devotione in venerationem purissimæ Dei Genitricis et Virginis Mariæ ubique terrarum

angeretur, ipsiusque intemeratae Virginis sancti parentes Joachim et Anna veneratione congrua honorarentur, omnibus contritis pœnitentibus et confessis, qui piam assertionem illam, quod beata Dei Genitrix Virgo Maria nunquam subjacuerit peccato originali, sed speciali privilegio puritatis semper ab illo præservata exstiterit, ut Matrem Dei decebat, prædicaverint, crediderint et tenuerint: ac circa imaginem ejusdem sanctissimæ Virginis, orationem Joannis Trithemii abbatis Spanhemensis, quæ sic incipit: *Ave Sole splendidior,* semel, aut Salutationem angelicam, si orationem ipsam nescierint, flexis genibus, trina vice cum devotionis intentione dixerint toties quoties: ac qui sanctissimos parentes ejus venerantes orationem ejusdem abbatis de S. Joachim, quæ sic incipit: *O Patriarcha nobilis,* et illam de S. Anna ejusdem: *Salve, sanctissima,* aut si eas nesciverint, ter orationem Dominicam devota mente dixerint, et qui alios ad venerationem purissimæ Conceptionis Marianæ sancta intentione induixerint, ac parentum ejus memoriam fidelibus propalaverint, aut aliquid præmissorum mandaverint, procuraverint, aut alios ad hoc excitaverint, de Dei omnipotentis misericordia, et B. Mariæ semper Virginis clementia confisus, quadraginta dies indulgentiarum de injunctis eis pœnitentiis, toties quoties aliquid præmissorum fecerint, in Domino misericorditer relaxavit, litteris super his datis Moguntiae anno Domini 1503, die 7 mensis Julii, quarum tenorem inseruit Trithemius in fine suarum orationum ad sanctos. Litteræ incipiunt, *Splendor paternæ gloriae.* Enitebat hic Thomas anno post Incarnatum Dei Verbum 1500.

§ XXVII. — *De Thoma, antistite Cameracensi.*

Thomas Cantipratanus, ordinis Prædicatorum, natione Belga, patria Brabantus, Alberti Magni Coloniæ auditer, D. Thomæ Aquinatis condiscipulus, ac demum antistitis Cameracensis episcopus suffraganeus, de quo jure dubitari potest, amagiis scientia vel pietate præcelluerit, inter alia pietatis testimonia, quibus eximium suum in Deiparam amorem et charitatem prodidit, in suo Bono universalis de Apibus plura *De eadem Deipara Miracula et Exempla literarum monumentis consignavit*, ad Marianam pietatem in fidelium cordibus fovendam omnino aptissima. Glarebat anno Domini 1260.

§ XXVIII. — *De Thoma, antistite Hierosolymitanæ.*

Thomas de Lentino, Siculus, ordinis Prædicatorum, vir vita integerrimus, et doctrina clarissimus, hisque nominibus ad patriarchatus Hierosolymitanæ dignitatem sublimatus, ut summam, et prorsus singularem, quam erga magnam Dei Matrem intus in corde fovebat pietatem, etiam externus aliquo monumento testaretur, scripsit *Sermones in ejusdem magnæ Dei Matris Festivitates.* Obiit anno salutis 1277.

§ XXIX. — *De Thoma, antistite Veneto.*

Thomas Donatus, Venetus, ordinis Prædicatorum, vir pius, vitae regularis obseruantissimus, et in sacris Litteris exercitatus, qui virtutis merito ad suæ civitatis patriarchatum pervenit, devotioni sua erga Deiparam Virginem illustre satis monumetum posuit, scribendo *Sermones in præcipias ejusdem Deipara Virginis festivitates.* Claruit anno Domini 1492.

§ XXX. — *De Timotheo, antistite Ephesino.*

Timotheus, ob egregias animi dotes adhuc adolescentem a Paulo apostolo creatus primus Ephesi episcopus, imo archiepiscopus (jubet enim illi Apostolus, ut per alias urbes episcopos constitut et ordinet, quod est archiepiscopi), una cum apostolis, et apostolorum paribus et justis adfuit beatissimæ Virginis morti, et justis adfuit, et omnia, quæ tune inibi peracta sunt, suis oculis aspicere mernit. Hinc S. Joannes Damascenus Orat. 2, *de Dormitione Deiparae*, «Aderant, inquit, tunc cum apostolis sanctissimus Timotheus primus episcopus Ephesiorum, et Dionysius Areopagita, sicut ipse testatur in his quæ de B. Hierotheo, qui ipse quoque tunc aderat, scripsit ad prædictum Timotheum, sic dicens: Nam etiam apud ipsos a Deo afflatos sanctorum antistites, quando nos quoque, ut nosti, et multi ex sanctis nostris fratribus, ad contuendum corpus, quod vitæ principiū dedit, et Deum suscepit, convenissemus (aderat autem, et Domini frater Jacobus, et Petrus, suprema, et antiquissima theologorum summa), et viso sacro corpore, placuit omnibus, prout quisque poterat, hymnis celebrare infinitam bonitatem divinæ potentiae, » etc. Martyrio coronatus est Timotheus anno Domini 109.

§ XXXI. — *De Timotheo, antistite Strongulensi.*

Timotheus Justinianus, patricius Genuensis, ex dominis Cili, episcopus Strongulensis, ut beatæ Virginis cultui opportune provideret, ecclesiam sub invocatione B. Mariæ, vulgo *Della Cattolica* in civitate Strongulensi existente, debitisque obsequiis parentem, Fratribus ordinis Prædicatorum tradidit, eiusque conventum a fundamentis, congruis assignatis redditibus, circa annum 1570 pie erexit. Ipse vero Timotheus, posteaquam Ariensi et Calamonensi in Creta insula, Chensi in mari Ægæo, ac Strongulensi ecclesiis varia fortuna præluisse, plenus dierum et meritorum, anno 1572, extremum clausit diem, sepultusque fuit in eadem cathedrali Strongulensi.

§ XXXII. — *De Tito, antistite Bostreno.*

Titus Bostrenæ ecclesiæ in Arabia episcopus, vir in divinis Scripturis eruditissimus, et in sæcularibus litteris egregie doctus, quam fuerit propensi animi in Deiparam, patet ex Commentariis ejus in Evangelium Lucæ, in quibus candem vocat, Virginem inculpatissimam, ab omni animi commotione liberam: Virginem sanctissimam, sacrasimam, immaculatam, sapientissimam: Dominam

nostram : Parentem Dei : Matrem Domini, tantam consecutam gratiam, quantam nunquam alia mulier consequetur : Hostiam laudis Deo a scipsa oblata : Tabulam quamvis Scripturam recipere idoneam, in qua Scriba ille, scilicet Spiritus sanctus, scribere poterat quocunque visum fuerat et de ea facere universorum Dominus quidquid libebat. Claruit anno Domini 340.

§ XXXIII. — *De Toribio, antistite Limensi.*

Toribius Alphonsus Mogrovegius, Hispanus, Limanae Ecclesiae in Peruano novi mundi regno antistes laudatissimus, vir angelicarum virtutum æmulus, et charismatum apostolicorum hæres copiosus, qui ereditam sibi ecclesiam omni cum pontificalis virtutis laude administravit, et episcopalí solio manifesta, æternaque inculpatæ vitæ, ac exploratæ sanctitatis vestigia impressa reliquit : ut erat magnæ Dei Matris amantissimus, erga imaginem thaumaturgam Dominae nostræ de Sacratio, quæ in ecclesia S. Benedicti Regalis Vallisoleti præcipua devotione colitur, singulari devotione affectus, adolescens adhuc cum ad ejus altare Missæ sacrificium curasset offerri, atque in eo etiam sacrosanctum Christi corpus in Eucharistia recepisset, a foedo manus tubere ipsius Diva intercessione vix absoluto Missæ sacrificio, miraculo liberari meruit. Inter alia Marianæ pietatis tributa, Officium B. Virginis diebus singulis devotissime recitabat. Ad Limensem infinalm sublimatus miraculosæ imagini Dominae nostræ Virginis Marie, cui Copacauana cognomen est, insigne sacellum ædificavit, atque in eo ad cultum Dominae suæ promovendum Indorum confraternitatem instituit hac occasione : Lime in parœcia del Zercado eremitorium erat incultum ac vetus, una cum imagine Deiparæ Virginis, ab exemplari Copacauana deducta. Imago hæc magna erat et palehra, etsi propter Indorum inuidiam non satis honorifice habita. Quodam mane, dilucente die, tugarii illius agrestis teetum, ac parietes dissipati apparuerunt, imago vero Virginis sub diu cœli inclemencie exposita. Nec latnit facinoris auctor, qui dedita opera, pessimoque consilio id perpetrarat. Audit quæ gesta fuerant Toribius Alphonsus, summoque studio preces Deo Opt. Max. ejusque Parenti sanctissimæ effudit, nt ædis sue curam susciperent, et auctorem ejusmodi flagitiū deprehendi vellent, jussitque idem curari per omnes ecclesias sanctissimum Eucharistiae sacramentum exponendo, sacramque imaginem solemnissime supplicatione ad cathedralē per provisorem deferrī, ubi pro dignitate servaretur. Divina bonitatis est humanis rationibus effectus contrarios ex causis deducere. Quo tempore facinoris auctor ad supplicium quærebatur, eo divina misericordia maxime effulgit, inde gloria majorē sanctissimæ Virgini concilians, unde injuria insignior proficisci videbatur. Etenim dum præsulj jussa peraguntur, statim sacra effigies Deiparæ, Puerique inter brachia versan-

tis, sudoris eam copiam emisere, ut intra duas horas, quibus id factum est, duobus calicibus sacri humoris notabilis quantitas excipi potuerit. Prodigiū tota Limana civitas venerabunda suspexit; cui deinde accessere et alia pene innumerabilia. Siquidem memorati sudoris vi mira visum cæci recuperare, claudi pedes, brachia contracta distendi, ægritudinis omne genus depelli. Inter eos qui salutem mira plane ratione consecuti sunt, Lutheri sectator numeratnr, qui ob paralysim corporis impotens, beneficiis quæ per hanc sacram effigiem manifestissime conferebantur auditis, Catholicis illuc confluentibus et ipse se adjungens, postquam ad conspectum venit, Sana me, inquit, Domina, Dei Genitricem te deinde certissime crediturum. Vix ita, cum pio hominis affectu permota Virgo, statim sanitatem illum donavit. Nec tantum corpus, sed et mentem ejus graviori hæresecos ac vitiorum languore resolvit : neque enim divinitus corpori advenit salus, anima non antea curata. Ejusmodi itaque hæresi apud S. Officii magistratus, in gremium Romanae Ecclesiae rite receptus, Dei Genitrici mancipium eodem in loco, perpetuo iure se dedit, totumque vitæ tempus in ea scrivitute consumpsit. Toribius vero, re, de qua paulo superius memoravimus, diligentissime inquisita, certisque auctoribus ac testimoniis confirmata, atque ad urbem Limam sudore illo deportato, cætera, uti mandaverat, perfici voluit. Itaque ad ecclesiastæ principem delata est sacra effigies, summa omnium letitia, festivitate ac consensu : ubi exstructo sacello minime ignobili, per multos annos popolorum cultu atque officiis exornata, munificientiae divinæ thesauros cumulantissime dispensare non destitit. Quoniam vero primum imaginis hujus exemplar Indorum gens Copacauana apud Omasuinn possidet, hoc vero ad illius similitudinem conformatum in urbe Lima, miraculorum non minori laude florebat, præsulis piissimi jussu hic etiam societas Indorum hominum instituta est, quæ deinde ita claruit, ut pius auctor exoptarat. Illic igitur sacra effigies D. Toribio Alfonso præsule vivo servata est. Hic autem pietate in Deiparam eximius antistes tam proprium illud sibi habuit sacellum, ut in eo sacramenta ordinis et confirmationis conferret, pluresque horas orando traduceret. Hic idem antistes eximius cum noctu, iter haberet, capellanos snos et servos prope se esse volebat, ut cum illis Litanias B. Virginis, quam Advocatam perpetuam semper in rebus omnibus habuit, jucundissimo mentis affectu decantaret. In augustissimo Deiparæ Virginis Guadalupeensi sacrario insignem capellam fundavit et dotavit, et dum in hoc sacrario moraretur, de sno ex hac vita discessu certior divinitus factus est. Spiritum Creatori reddidit, anno salutis 1606, ætatis 68, die 3 Martii. Pro eius inter divos recensione laborat nunc in Romana curia D. Jo. Francisus de Vagliadolid Limensis, vir multiplici virtutum

splendore decorus, et ad Marianam pietatem omnino factus, cui viventi adhuc parco, ne innatam ingenui hominis modestiam ipsius laudum commemoratione, licet verissima offendam.

§ XXXIV. — *De Tricidio, antistite Paduano.*

Tricidius Fontana, nobilis Paduanus, suæ civitatis episcopus creatus anno 620, ut erat virginæ Matris cultor egregius, in ejus honorem templum edificavit, quod Sancte Marie templum nominavit. Obiit anno post salutiferum Virginis partum 647, ætatis 56.

§ XXXV. — *De Trepromo, antistite Arelatensi.*

Sanctus Trophimus Asianus ex Epheso, vir apostolicus, imo vernus Galliae apostolus, primus Arelatensis urbis antistes, Arelate in palatio ampio, quod sibi locum aliquem divino cultui destinandum postulanti ejusdem civitatis prefectus, ad Christi jam fidem conversus, ultra concesserat, oratorium in honorem S. Dei Genitricis, ejus eximius erat cultor, aedificavit. Aliam quoque juxta paludes struxit reliquam, quam eidem Christifera Virgini consecravit, adjuncto cœmeterio fidelium sepulture dedicato. Clarebat in Gallis anno Domini 59.

CAPUT XVIII.

De Valerio Algarensi, Valerio Lucensi, Vasco Eborensi, Udalrico Augustano, Udone Magdeburgensi, Vedasto Atrebateni, Venantio Pictaviensi, Verano Cavellicensi, Victore Bononiensi, Vidone Aquensi, Vigilio Antissiodorensi, Vigilio Tridentino, Villano Eugubino, Vincentio Bellovacensi, Vincentio Gravineni, Vindiciano Atrebateni, Virone Scoto, Vitaniano Capuano, Urielle Moguntino, Walfrido Eborensi, Wernhario Argentinensi, Wilboldo Cameracensi, Wilfrido Hangustadensi, ac Willigiso Moguntino, antistitibus.

§ I. — *De Valerio, antistite Algarensi.*

Valerius Ximenez, aliis Eximinus ab Embun, ordinis Carmelitarum, Hispanus, Algarensis Ecclesie in Hispania episcopus, pro dulcissimo suo erga Deiparam Virginem pietatis devotionisque affectu, edidit inter multa, *De forma instituendi confraternitatem sacri Scapularis B. Virginis Mariæ librum unum*: *Stimulum item devotionis ad beatam Virginem de Monte Carmelo libro uno*, quem excusum Cæsaraugustæ apud Angelum Taurinum anno 1604, in quarto, dixi in *Bibliotheca Mariana*, parte II.

E vivis excessit anno salutis 1654, die 18 Septembris.

§ II. — *De Valerio, antistite Lucensi.*

Valerius, episcopus Lucensis, S. Paulini Lucensis episcopi, enjus supra memini, discipulus, atque in cathedra episcopali successor, devotione in Deiparam effebuit: famaque ab antiquo dicitur, hunc cepto a S. Paulino in ipsius Deiparæ honorem templo coronidem imposuisse. Diem obiit anno Domini 90, martyrii honore insignitus.

§ III. — *De Vasco, antistite Eborensi.*

Vascus, Perdigonius Eborensis pontifex, ut altiorum Deiparæ gratiam iniret, secundo ab urbe lapide in amoenissimo loco asceterum erigere proposuit et votum absolvit: quod aucto censu liberaliter exornatum Nostræ Dominiæ de Rubo nuncupare placuit. De quo Jacobus Menætius Lusitanus haec phrasu loquitur: « Vascus episcopus Eborensis S. Hieronymi monasterium sub invocatione sanctissimæ Virginis Deiparæ, a rubo nuncupata, in amoenissimo loco duobus passuum millibus a moenibus Eborensibus distante erexit, et magnis reditibus locupletavit. »

Clarebat anno mundi per Christum redempti 1408.

§ IV. — *De Udalrico, antistite Augustano.*

Sanctus Udalricus, episcopus Augustæ Vindelicorum, Mariæ pietatis ardoribus incensus, jus legitimum S. Mariæ semper Virginis Familiae ab antecessoribus suis antiquitus concessum, statuit inviolabiliter conservandum, nec quemquam in sua ditione degentium ledi permisit oppressione prepositorum.

Anno Dominicæ Incarnationis nonagesimo quinquagesimo quinto, gens Hungarorum, omni bellua crudelior, juxta quod viro Dei cœlitus ante fuerat revelatum, cum innumerabili multitudo eruptit, omnemque Noricorum regionem a Danubio usque ad Nigram Silvam, quæ ad montana pertinet et partem provinciæ Alamanorum usque Hilaram fluvium devastando occupavit. Quæ Lyceum transiens, ecclesiam Sanctæ Afræ igne combussit, atque civitatem Angustam obsidione circumdedit. Sanctus autem Dei pontifex nequaquam, visis tot lupis, instar mercenarii, sui gregis custodiæ fugiendo dereliquit, sed ex adverso se opposuit, ac totam causam Domino ac B. Virginis commendavii. At militibus circumquaque per murum et ante portam aeriter contra hostes dimicantibus, ille super equum sedens, non clypeo protectus aut galea, sed stola induitus, intra lapidum ac sagittarum imberes incedebat securus. Videres novum Josue arcem Domini circumferre, buccinis concrepare, nisi quod Josue extra muros urbis Jericho, iste vero intus erat cum Dei populo. Sed merito noster Josue jam coruscante gratia Christi intus in domo Raab ad Denni conversæ, hoc est, ecclesiæ manebat, et civitatem diaboli foris manente expugnabat. Josue duce, sacerdotibus qui arcem Domini ferebant, buccinis clangentibus ac cunctis populis clamantibus, vociferatione maxima muri Jericho funditus corruerunt; isto arcem Domini in pectore mundo gerente, ac cum sacerdotibus ac

Levitis, tubis, id est, psalmis, hymnis ac canticis spiritualibus sonantibus, cunctisque populis maxima prece ad Deum, et ad ejus sanctam Dei Genitricem Mariam semper Virginem pro sua erexitio clamantibus, Hungari, qui erant civitas diaboli, cederunt.

Processu temporis locum Agannensium, ubi Sanctus Mauritius cum sacra legione quiescit, orandi gratia vir sanctus adivit, et non modicas Thebaeorum martyrum reliquias acquisivit, quas cum summo honore Augustam attulit, ac in oratorio sanctæ Dei Genitricis cum hymnis et psalmodiis religiose collocavit.

Idem, Conrado Constantie urbis episcopo socio, ad incultam Helvetiorum solitudinem profectus, immaculatae Virginis templum, utriusque pariter voluntate opibusque fundatum collocauit, quod templum miracula resque uni Deo factu faciles illustrarunt.

Obiit autem Magnus integerimæ Virginis amator anno Incarnationis Domini nostri Jesu Christi nonagesimo septuagesimo tertio, ætatis sue octogesimo tertio.

§ V. — *De Udone, antistite Magdeburgensi.*

Udo Magdeburgensis, sive Parthenopolis in Saxonia archiepiscopus, cum a pueritia inertis esset ingenii, et ad litteras parum idoneus, dum in ecclesia majori S. Mauritiu ejusque sociis dicata prostratus Deiparae clementiam ad ingenii acumen obtinendum implorat, aliquantulum obdormivit. Cui Deipara apparet, « Non solum scientiae, inquit, munus tibi tribuo, sed etiam post hujus episcopi mortem, Ecclesiam principis mei Manritiutae fidelitati commendabo; quam si bene rexeris, præmium grande consequeris: sin autem male, in anima et corpore morieris. » Ille evigilans, in omni scientia peritissimus apparuit, et post bennicium in defuncti archiepiscopi locum multorum suffragio delectus, aliquantulum diu bene vixit: post aliquod vero tempus in omne seclusus prorupit: nam facultates Ecclesiæ dilapidabat, mulieres etiam Peo sacras violabat; cumque multis annis male vixisset, et quadam nocte cum abbatissa quadam cibaret, vox ad eum hujusmodi facta est: « Cessa de ludo, quia lusisti satis, Udo; » quam ille contempnit. Sed cum sequenti et tertia nocte cum ingenti fragore eadem vox intonuisse, aliquantulum ingemuit, verum minime resipuit. Quare post tres menses quidam canonicus, Fridericus nomine, nocte orans pro Ecclesia presertim Magdeburgensi, vidit Christum in ecclesia in aurea cathedra sedentem, et juxta eum Virginem gloriosam in alia itidem aurea cathedra considentem, sanctorum multitudine stipatos. Cumque S. Mauritius de Udone conquestus esset, Christo jubente, a latere abbatisse abstractus, coque adductus est, quem S. Mauritius severius intuens hæc ad Christum: « Domine, inquit, ecce iste Udo, non episcopus, sed raptor, inaeulator, ac devo-

rator est Dominici gregis: » adjecitque Deiparam ei scientiam tribuisse, et ecclesiam Magdeburgensem commendasse; quin etiam enī tertio monitum vitam suam nequaquam emendas. At vero Christus eum decollari præcepit: quare ab angelo capite truncatus, in eodem templo male periit. Sed ante deeollationem multis pugnis collum Udonis valide percussit, et post quenlibet pulsus Hostiæ polluta per os episcopi in calicem ab eo paratum decidebant, quas omnes reverenter accipiens Regina cœli diligentissime lavit, ac super altare cum calice posuit. Mane autem facto, calicem cum Hostiis in altari, et caput Udonis abscissum, ac truncum corpus, quod in suo sanguine jaecbat, inveniunt: pavimentum vero marmoreum, atque candidum, adeo est sanguine infectum, ut ei connaturalis videatur. In eo autem loco, ubi est decollatus, novi episcopi ad orationem prosternuntur, ut exemplo Udonis sibi caveant. Canonicus vero Fridericus, qui hæc omnia non in somnis, sed apertis oculis viderat, ea enetis narravit. Contigit autem Udonis archiepiscopi horrenda mors anno mundi per Christum redempti 985.

§ VI. — *De Vedasto, antistite Atrebateni.*

Sanctus Vedastus, Atrebatenis episcopus, Marianus cultor egregius, reperta inter eversæ urbis ruderâ et vepres beatissimæ Virginis ara, templum ejus honori impense letatus erexit. Aeternæ beatitudinis mercedem recepit anno Domini 640, 6 Februar., sepultus in ecclesia B. Virginis Mariæ hand procul ab ipso altari. Vide Chronic. Camerænse et Atrebatense lib. 1, et supra in S. Diogene, antistite Atrebateni cap. 4, ubi Marianam Atrebatensem basilicam per Brabantem ad nihil redactam, adjuvantibus regibus Francorum, a S. Vedasto reædificatam, atque clericis ibidem constitutis haud mediocriter locupletatam memoravi.

§ VII. — *De Venantio, antistite Pictaviensi.*

Venantius Honorius Clementianus Fortunatus, episcopus Pictaviensis, vir doctrina et vitæ integritate celebris, ut suum erga Deiparam Virginem amorem ac singularem reverentiam declararet, scripsit *De Partu ejusdem Deiparae Virginis librum unum*; *De eodem hymnum unum*; *De Laudibus item S. Mariae Virginis, et Matris Domini librum seu elegiam unam*, honorificis ejusdem titulis eximiisque præconis redundantem: quæ omnia habet tom. VI Bibliotheca magnæ Veterum Patrum, parte II. Idem composuisse dicitur egregios illos hymnos: *Quem terra, pontus, æthera*; *O Gloriosa Domina*, et *Ave maris Stella*, qui canuntur in Officio B. Virginis. Claruit circa annum Domini 570, ac fine beato consummatus ad lauream cœlestem progressus est die 15 Decembris.

§ VIII. — *De Verano, antistite Cavellicensi.*

Sanctus Veranus, Gabalis in Aquitania ortus, a pueritia in Dei timore et sacris disciplinis institutus, fama ejus sanctitatis erumpente, cum decli-

nandæ humanæ existimationis affectu, ad Cavelicensem provincie Massiliensis urbeò contendisset, ibi fugato immanni dracone ecclesiam beatæ Dei Genitricis, cuius erat cultor insignis, ædificavit. Episcopali postea honore, iuvitus quamvis, sublimatus, in eo munere majora divinæ gratiæ munera propalavit. Cumque in sincero Dei ac B. Virginis famulatu consenisset, plenus diebus ac meritis ad vita immortalis præmia evolavit, in oratione, quod in honorem Deiparæ Virginis pridem construxerat, sepultus. Enituit circa annum Domini 588, coliturque præcipue pridie Idus Novembris, quo die fidelis dispensationis remunerationem largam accepit.

§ IX. — *De Victore, antistite Bononiensi.*

Victor, episcopus Bononiensis, qui clarum multis nominibus suum administravit episcopatum, anno salutis 1116, 3 Augusti, vicinis adhibitis episcopis templum B. M. Virginis in Monte juxta urbem Bononiensem columbæ auspiciis exstructum consecravit, idque Assumptioni ejusdem B. V. dedicavit; id autem hac occasione fuerat factum. Cum Pieciola Alberti Gallutii filia, Octaviani Platesii uxor, sacellum in hoc colle Virgini Matri vovisset, ac fabri jussu ejus terram ad fundamenta egerere instituisset, columbam de industria locum quemdam circunvolitantem, ac lignis frustulis collectis orbem satis amplum confidentem, uno atque altero die notarunt, ac mirati rem, religionis pleni, ad Victorem episcopum retulerunt. Ille, multis comitantibus clericis in collem provectus, cum columbam, perinde ut acceperat, novo adhuc intentam operi reperisset, cœlestem eo signo sine dubio portendi voluntatem asseruit, atque ut ædem eo in loco, et quidem rotundam, facheret, Matronam admonuit. Ita ex pia optimi præsulis interpretatione constructa ædicula, post paucos menses ab eodem ante diem nonum decimum Kalend. Septembri est dedicata. Miraculis inde plurimis editis clarus lonus, ac magna conueniarum, dona pie conferentium, frequentia celebris, satis docuit vere sedem illam a B. Virgine sibi delectam, ac tanto columbæ officio atque labore significatam. Cum maxima omnium mœstitia diem obiit Victor anno salutis 1129.

§ X. — *De Vidone, antistite Aquensi.*

Sanctus Vido Aquensis antistes, inter alia pie-tatis sua erga Deiparam specimina, cathedralem Aquensem, quæ hodie spectatur, ecclesiam, in honorem B. M. Virginis ædificavit, cui et ditissimum suum legavit patrimonium, ejusque ditionis fecit Meladium, Bistaurium, Setebrium, Castellottumque oppida, quæ ipse possederat. Ad superos plenus meritis evolavit anno salutis 1070, 4 Non. Julii.

§ XI. — *De Vigilio, antistite Antissiodorensi.*

Sanctus Vigilius episcopus Antissiodorensis, genere nobilis, ac sanctitate præclarus, Marianæ pie-tatis cultusque incremento sedulus invigilans, monasterium in suburbano Antissiodori construxit, quod pluribus ditatum muneribus in honorem san-

ctæ Dei Genitricis dedieavit. Enituit circa annum vivisfati generis humani 600, martyrium perpessus die 11 Martii, sepultusque est in ecclesia B. Mariae quam ipse construxerat.

§ XII. — *De Vigilio antistite Tridentino.*

Sanctus Vigilius, episcopus Tridentinus, Deiparæ Virginis amantissimus, ejusque honoris gloriæque zelantissimus, contra Eutychem scripsit, qui non solum Verbi divini et carnis unam esse naturam, verum eamdem quoque carnem non de sacro Virginis corpore assumptam, sed de cœlo deductam fuisse deblaterabat, mentiebaturque impudenter Christum non de sacro Virginis utero vere natum, sed per eumdem Virginis uterum tanquam solis radios penetrasse. Clarebat anno reconciliationis humanæ per Christum 400.

§ XIII. — *De Villano, antistite Eugubino.*

Sanctus Villanus, episcopus Eugubinus, vir egregia bonitate, mira temperantia, singularique integritate præditus, anno Domini 1226, ad honorem B. Virginis, quam præcipuo amore complectebatur, in civitate Eugubina monasterium Marianum erexit, de Pellagio nuncupatum, sub regula S. Benedicti. Idem interfuit cum aliis episcopis publicationi indulgentiarum in ecclesia S. Mariae Angelorum, Portiuncula nuncupata, extra Assisium, præsente seraphico Patre S. Francisco. Vera vita frui cœpit anno ab orbe redeinto 1230, die 7 Maii.

§ XIV. — *De Vincentio, antistite Bellovacensi.*

Vincentius Burgundus, ordin. Prædicatorum, Bellovacensis seu Belvacensis in Gallia episcopus, mihi alias in *Bibliotheca Mariana* celebratus, affectum suum erga Deiparam Virginem inter alia testimonia comprobavit, litterarum monumentis ad posteros transmittendo *De Laudibus ejusdem Deiparæ Virginis, sive de moribus et gestis ipsius librum unum*. Morti succubuit anno Verbi Incarnati 1236.

§ XV. — *De Vincentio, antistite Graviniensi.*

Vincentius Justinianus, Januensis, ex Condominiis Chii, episcopus Graviniensis, ut aliqua ex parte singulare devotioni, qua erga Deiparam Virginem ferebatur, satisfacret, anno salutis 1602, templum elegans sub titulo S. Mariæ Gratiarum in Graviniensi urbe a fundamentis erexit. Obiit anno Domini 1614, ætatis 64, die 3 Octobris.

§ XVI. — *De Vindiciano, antistite Atrebateni.*

Sanctus Vindicianus, Cameracensis atque Atrebatenis antistes, in sanctam Deiparam singulariter devotus, basilicam cathedralem Atrebatensem in ejus honorem, Theodorici regis subvectus munificentia, sumptuosa structura erexit, copioso censu suffulxit, eximiisque ornamenti decoravit. Præclaris virtutum onustus spolijs ad cœlestia tabernacula migravit, anno Domini 704, die 11 Martii.

§ XVII. — *De Virone, antistite Scoto.*

Viro, sen Wiro, episcopus Scotos, quem in Gallia degentem Pipinus rex in tantum veneratus est, ut non modo ab hoc uno, tanquam animæ sue præsule, salutis præcepta, præcipuaque consilia

peteret, sed etiam detractis calcis sua illi peccata constiteretur ad Ruram fluvium, in loco a mundi strepitu in silvis remoto, in honorem Dei Genitricis, cui cor suum amoremque devoverat, oratorium econobiumque constituit, illicque cœlestium rerum contemplationi vacans, admirandum se omnibus veræ pietatis speculum exhibuit. Fleruit anno Domini 630 in regnum cœleste evocatus die 8 Maii, cuius sacrum corpus intra prædictum S. Deiparæ oratorium assecæ piissimi condiderunt.

§ XVIII. — *De Vitaliano, antistite Capuano.*

Sanctus Vitalianus, civis atque episcopus Capuanus, vir in omnibus prudens et rectus, inter alia pietatis suæ erga angustissimam Dei Matrem specimina, ex divina revelatione in monte Virginiano, qui nunc mons Virginis dicatur, ecclesiam in honorem sanctæ Dei Genitricis Mariae ædificavit, in qua et requievit in pace circa annum Domini 716, xvii Kalendas Augusti.

§ XIX. — *De Uriel, antistite Moguntino.*

Uriel, archiepiscopus Moguntinus, a rara prudenteria cum ardenti erga sanctissimam Dei Genitricem affectu conjuncta egregiis laudum præconiis celebrandus, Marianæ glorie accessioni invigilans, sanxit ut in choro B. Mariæ Virginis ad Nives anniversaria esset memoria. Diem clausit extremum anno salutis 1514, atatis suæ 45, die 9 Februarii.

§ XX. — *De Walfrido, antistite Eboracensi.*

Sanctus Walfridus, episcopus Eboracensis, erga angustissimam Dei Matrem Virginem Mariam exigua, dum vixit, religione pietateque flagravit. Roma Britanniam repetens, morbo in Gallia corruptus est, ac in civitate Meldum translatus, quatuor diebus ac noctibus quasi mortuus jacuit. Cum ita sine cibo et potu, sine voce et auditu, quadruplex perseverasset, quinta denum illucescente die quasi de gravi experrectus somno exsurgens reredit, apertisque oculis vidit circa se choros Fratrum psallentium, et Accan presbyterum ad se vocari jussit, quem remotis arbitris ita est affatus: Visio mihi modo tremenda apparet. Astigit mihi quidam candido habitu, dicens se esse Michaelen archangelum, et, Ideo, inquit, missus sum ut te a morte

revocem; donavit enim Dominus tibi vitam per intercessionem suæ beatæ Genitricis semperque Virginis Mariae: quare ab hac infirmitate liberaberis, sed esto paratus, quia post quadriennium revertens visitabo te; quod et accidit; nam quā triennio post, anno 709, obiit ubi sedisset annos quadraginta quinque.

§ XXI. — *De Wernhario, antistite Argentinensi.*

Wernharius episcopus Argentinensis in Germania, ut suam erga Deiparam Virginem internam exprimeret per externa indicia religionem, cathedralem basilicam Marianam, e signis olim et coctis exiguae valoris lapidibus a rege Galliarum Clodoveo neophyto constructam, demoliri fecit, et ex fundamentis renovari ac longe ampliori et quadrato lapide magnificentiore ac fortiore, quam antea, sieri curavit. Emigravit ex hoc lugubri saeculo anno Christi nati 1028, die 28 Octobris.

§ XXII. — *De Wilboldo, antistite Cameracensi.*

Wilboldus, xxvii Cameracensem atque Airebatensem antistes, in testificationem aliquam suæ erga Deiparam Virginem clientelæ, textum evangelicum auro et lapidibus pulchre insignitum, multosque codices ecclesiæ ejusdem Deiparæ Virginis concessit. Obiit anno 963, vel circa, in basilica S. Mariæ Cameracensis ad meridianam plagam tumulatus.

§ XXIII. — *De Wilfrido, antistite Hangustadensi.*

Wilfridus Hangustadensis, in Anglia episcopus, cum ad persecutionem declinandam in insula Seleseye per quinquennium latnisset, ibi in honore B. Virginis, a se post Deum unice dilectæ, monasterium Benedictinum Salesiense nuncupatum fundavit, donante ei terram rege Australium Saxonum Ethelwoldo. Vivebat anno Domini 712.

§ XXIV. — *De Willigiso, antistite Moguntino.*

Willigisus, xvii archiepiscopus Moguntinus, primus electoratus dignitate donatus, Deiparæ Virginis cultui mira devotione addictus, ecclesie S. Mariae, quæ Moguntiae ad Gradus dicatur, a Moguntinis consulibus et civibus ædificatae, valvas duas æreas, quæ ad Forum ducent, dedit. Diem clausit extremum anno salutis 1011, die 23 Februarii.

CAPUT XIX.

De Zaccharia Chrysopolitano, Zaccharia Gardiensi, Zaysone Augustano, ac Zenone Veronensi antistitibus.

§ I.—*De Zaccharia, antistite Chrysopolitano.*

Zaccharias Chrysopolitanus episcopus, vir suo opere celeberrimus, inter multa pietatis religiosisque specimina quibus sinceræ devotionis suæ erga Deiparam Virginem affectum posteris confirmatum voluit, scripsit *De Assumptione ejusdem Deiparæ Virginis Sermonem* unum. Scripsit etiam super *Missus est angelus* et *Canticum Magnificat* *Commentaria*, in quibus Mariam Stellam maris, Typum Ecclesiæ, Templum Domini sanctum ap-

pellat, aliisque honorum titulis exornat. Clarebat anno post Verbum hominem factum 1100.

§ II.—*De Zaccharia, antistite Gardiensi.*

Zaccharias Ferrerius, Italus, Vicentinus, ob doctrinæ pietatisque splendorem eximiaque cæterarum virtutum ornamenta ad Gardiensis ecclesie cathedralm sublimatus, inter alias amoris sui erga sacratissimam Dei Parentem significationes, ad publicum Marianorum cultorum commodum, et posteritatis memoriam sempiternam, in lucem emisit:

De præcipuis ejusdem sacratissimæ Dei Parentis festis et mysteriis hymnos laudatissimos. In pretio erat anno post Christi Nativitatem 1525.

§ III. — *De Žaysone, antistite Augustano.*

Zayso, Ecclesiæ Augustanæ antistes, sui erga Deiparam Virginem Mariam affectus sempiternum apud posteros extare voluit monumentum, cathedralem basilicam D. Virginis a se inchoatam, quam hodie adhuc summum templum Augustani habent et appellant. Floruit temporibus Justiniani imperatoris ac Bonifacii II circa annum Domini 531.

§ IV. — *De sancto Zenone, antistite Veronensi.*

Sanctus Zeno Veronensis episcopus et martyr, vir eximiis virtutum ornamentiis et glorioseis meritorum cumulis insignis, sacratissimam Dei Matrem Virginem Mariam intimo diligens amore, ac religione prosequens singulari, tres *De ejusdem sacratissimæ Dei Matris partu sermones*, ab ipso con-

scriptos, apud omnem posteritatem extare voluit, suæ non magis doctrinæ, quam pietatis erga tantam Matrem eximium, atque immortale monumen-
tum. In iis, inter multa, sic fatur : « Mira res, concipit Maria de ipso, quem parit : tumet uterus Majestate, non semine : capitque Virgo quem mundus mundique non capit magnitudo. Interea pro-
movent suum membra Factorem, et opus sui si-
gnra vestit artificem. Parturit Maria non dolore,
sed gaudio : nascitur sine Patre Filius, non totus
Matris, sibi debens, quod conceptus est : donans
Matri quod natus, quæ principaliter stupet talem
sibi filium provenisse, qui ex se natus non crede-
retur, nisi quia sicut fuit virgo incorrupta post
conceptum, permaneret quoque talis post par-
tum. » Sie ille. Euituit anno salutiferæ Redemptio-
nis 260.

LAUS DEO AC DEIPARÆ VIRGINI MARIAE.

III. PURPURA MARIANA

SEU

DE PURPURATIS PATRIBUS, EMINENTISSIMIS S. R. E. CARDINALIBUS PIETATE
IN MARIAM DEIPARAM VIRGINEM EMINENTIBUS,

LIBER UNUS

EX VETERUM SCRIPTORUM MONUMENTIS, AC RECENTIORUM AUCTORUM
FIDE DIGNIS RELATIONIBUS CONTEXTUS

A P. HIPPOLYTO MARRACCIO.

Beata Virgo Maria fuit plena charitate, ac di-
lectione, et idcirco sequitur post eam purpurato-
rum exercitus.

Ex S. HIERONYMO S. R. E. doctore purpurato
in serm. 1, *De Assumpt.*

Matri Virgini Mariæ Dominæ suæ clementissimæ

Quam totius naturæ eminentiam vocat Theodorus Lascaris imperator; purpuram vero regiam, a Deo textam, Christi caelestis conchylii sanguine infectam, a Spiritu sancto com-
plutam et madefactam, ad indumentum et gloriam summi Regis divinitus aptissime dedi-
cataim; quæ ex virgineis suis sanguinibus purpuream contextuit vestem dicenti in
Canticis: « Comæ capit is tui sicut purpura, » appellant ex sanctis Patribus non
pauci: »

Purpuram hanc Marianam, seu de purpuratis Patribus, Eminentissimis S. R. E. cardinali-
bus, pietate in ipsam eminentibus, hoc, qualemque Opusculum votis æternis, D. D. D. in-
fimus servulus Hippolytus MARRACCUS.

—
EMINENTISSIMO PURPURATORUM PATRUM COLLEGIO HIPPOLYTUS MARACCIUS F. P.

Purpuram Marianam, seu, de purpuratis Patribus, eminentissimis S. R. E. cardinalibus, pietate in
Mariam Deiparam Virginem eminentibus, hoc qualemque Opusculum publica luce donaturus; vestro

potissimum nomine illud præscribendum censui, principes eminentissimi, non ut tantorum virorum exemplo, vos ad Marianam pietatem provocarem (non enim sum adeo ineptus, ut nullis vos ad hanc stimulis indigere non cognoscam), sed ea tantum ratione ductus, quod res vestras, nempe fratrum vestrorum S. R. E. cardinalium, testimonia atque auctoramenta, quibus illi suum erga magnam Dei Matrem amorem studiumque declararunt, contineat et complectatur. Si enim quæ sunt Cæsaris, Cæsari reddenda esse docuit Veritas, quis etiam non fateatur, quæ sunt cardinalium, non nisi cardinalibus deberi? Nulli igitur mortalium Opus hoc justius offerre ac consecrare poteram, quam vobis; mihique criminis, jure meritissimo, datum esset, si sub alterius auspiciis edidisse, atque in aliad, a vestro, nomen titulumque transtulisset. Utinam vero, sicut nou dubito, vos consilium meum in hoc Opere vobis dedieando probaturos, sic meam probare possetis in eodem condendo, disponendo pertractandoque felicitatem! Sed gratiam, mea culpa, huic Operi detractam, magna ex parte, argumenti præstantia compensabit; maximamque vos eidem splendore vestri nominis addetis; qui (virorum doctissimorum testimonio) estis vicarii Christi consiliarii, Christiani monarchæ assessores, pontificiæ dignitatis collaterales, Ecclesiæ senatores, flores humani generis, principes orbis terræ, ac denique reges, vel pro regibus habendi. Accipite igitur, eminentissimi Patres, a cliente vobis devotissimo Opusculem, non auctoris, sed eorum, quæ in illo continentur, nomine probandum; et si quando a publicis negotiis, vobis aliquid supersit temporis, quod ad studium lectionemque derivetis, illud diligenter evolvite, ut in eo, tanquam in speculo, eximiam fratrum vestrorum S. R. E. cardinalium erga beatissimam Dei Genitricem pietatem, evidentissimis ac luce clarioribus argumentis comprobatam, intuentes, novas cordi vestro, jam aestuanti, facies admoveatis; quibus totum amabilissime Dei Matris ac clementissimæ Dominae vestrae Mariæ purissimo amore flammescat. Plurima hic legetis, jucunda, fructuosa ac sæculorum memoria dignissima, quæ non dubito quin tanto vobis gratiorem hujus Operis lectionem effectura sint, quanto singularibus Marianæ pietatis exemplis impensis delectamini. Pergite interim, principes eminentissimi, purpurei senatus vestri dignitatem, regiis omnibus virtutibus, sed pietate imprimis, et religione erga angustissimam cœli Regiunam, augustiorem reddere; et me clientem Deiparae Virginis ultimum, insimumque ac indignissimum, vestrum etiam esse dignamini. Romæ, ex ædibus Matris Dei in Campitello, die 5 Novembris, anno à Virginali partu 1653.

LECTORI.

Marianam S. R. E. cardinalium pietatem in hoc Opere suscito, Lector humanissime, ut ipsa in nobis, per eorum imitationem, vivat; vivens autem, vitam conciliet sine fine victoram. Rex Antiochus, cognomento Eupator, ut elephantes provocaret ad bellum, ipsis vestes, uvæ et mori sanguine aspersas, purpuramque referentes, ostendit: ego vero mortalium infimus, ut meipsum aliosque ad purissimum Deiparae Virginis amorem cultumque reverentissimum inflammem, principes in medium produeo, non tam vestibus murice tinctis, quam ardentissimis purissimisque erga magnam Dei Matrem affectibus purpuratos. Quos merito dixerim throni Salomonici ascensum purpureum; cum eorum exemplo quilibet permotus et eruditus, ad Mariam Deiparam, quæ veri Salomonis thronus est, dilectionis gressibus valeat ascendere, ut in ea quietem temporis et aternitatis secure inveniat. Purpuratos Patres, adhuc superstites, licet fere omnes, inno omnes, dubio omni procul, tenerrimo quodam ac flagrantissimo, erga magnam Dei Matrem affectu conspicui, ita eam honorent, observent, venerentur, ut ardentius dilectione Virginea, quam cardinalitia purpura flammescant; consulto tamen præteritos volui: tum, ut tantorum principum (qui dispendium virtutis laudari reputant) singulare modestia consulerem; tum etiam, ut eorum nuditis obsecundarem, qui, ante mortem consummationemque, neminem laudandum ac magnificandum esse censuerunt. Nihil hic retuli, quod vel a diversis auctoribus fide dignis, qui sua jam opera typis edidere: vel a variis mss. mihi amicorum gratia ac benevolentia communicatis: vel ab ipsorum S. R. E. cardinalium (de quibus hic agitur), monumentis, non desumpserim; nihilque in medium afferre libuit, quod non possem multis rationibus, solidisque clarissimorum scriptorum auctoritatibus stabilire. Utinam vero, dum purpurei senatus lumina, ut Mariana tantum devotione conspiciens, venturæ posteritati repræsentavi: hoc munere tam feliciter defunctus essem, ut omnes simul S. R. E. cardinales, quorum amores atque affectus Deiparenti Virginis unice, post Deum, vacarunt et aestuarunt; in unum collectos, orbi spectandos exhibere potuissent! Sed cuinam, summa licet adhibita diligentia et fortuna omnino propitia, hoe exequi concessum? Quæ unquam messis tam sedulo absoluta fuit, ut nullus spicilegio relictus sit locus? Quandonam venatori, licet sagacissimo, vitio versum est, si in magna silva, non omnes, quæ ibi latebant, cepit feras? At, quæ me fugerunt, colligent alii quibus est aliqua posteritatis cura, et Mariani cultus provehendi zelus: et quos reperciunt.

a me prætermissos, S. R. E. cardinales, in cultu, atque obsequiis Deiparæ Virginis eminentes, vel ipsi edent, vel saltem huc attexere, pro sua benignitate, dignabuntur. Et quidem, mi Lector, æterna gratitudinis catena me tibi devinctum habebis, gratiamque tibi publice privateque reponam, non solum si amice admoneas errorum, quos in hoc Opere percurrente observaveris: sed si ea, quæ ad purpuratorum Patrum pietatem Marianam spectantia, a me omissa inveneris, pro tua humanitate ad me transmittas; ut in Appendice, vel alia hujus Operis editione, suo loco disposita, ad aliorum exemplum utilitatemque reponantur. Si enim virtus acrioribus ad imitationem sui stimulis nos invitat, quoties in illustri posita fastigio resulget, quid in eminentissimo purpuratorum Patrum vertice locata, præstabat atque efficiet pietas Mariana? Coget ipsa profecto omnes, atque (ut spero) ad sanctissimam Dei Matrem impense amandam, omnique cultu prosequendam efficacissime impellet. Qui vero Deiparam Virginem impense amant, omnique quo possunt studio prosequuntur, licet Romano ostro ac cardinei collegii dignitate non fulgeant; purpurati tamen sunt ac dici possunt: cum augustissima cœlorum Regina, non solum purpura, sed purpuraria, servos suos domesticos, cultoresque intimos ac familiares, coccinis, aut bis tinctis, id est, purpureis vestimentis induat, dum eis ad ornatum et gloriam multa dona impertit, quibus tanquam tyriis vestibus decori incedunt; videlicet gratiae dona, virtutes et alia hujusmodi, quæ animam splendidius, quam vestes murice aut coeco tintæ cohonestant. Nec mirandum est, si Deipara servos suos purpura vestiat, cum ipsum Regem glorie Patris æterui Filium, mundo reddiderit purpuratum. » Rex glorie (inquit S. Sabbas in *Menais Græcorum*), de Matris divinissimæ sanguinibus ipse sibi purpuram tingens, mystico modo purpuratus incessit. » Sic ille. Vale interim, humanissime Lector, tuisque servidis apud Deum ac magnam Dei Matrem precibus, meis conatibus favere ne desine. Si autem (Deo dante) vita comes fuerit, atque otia et Mæcenates non defuerint, inter alias de Deipara Virgine lucubrationes, quas jam habeo editioni paratas, quantocius exspecta: *Bibliothecam purpuream Marianam chronologice digestam*, atque in duos tomos partitam, qua purpuratorum Patrum eminentissimorum S. R. E. cardinalium, de Maria Deipara Virgine Opera omnia, quæ reperiri potuerunt: partim ex ipsorum purpuratorum Patrum monumentis, jam editis, deprompta; partim vero ex insigni Bibliothecarum mss. codicibus, nunquam antea productis eruta continentur. Et iterum vale.

PURPURA MARIANA.

CAPUT PRIMUM.

De Achille de Grassis, Adam Eston, Egidio Albernotio, Egidio Columna, Agapito Columna, Alano Coetivo, Alberto Cassinensi, Alberto Austriaco, Alexandro Estensi, Alexandro Farnechio, Alexandro Oliva, Alexandro Peretto, Alexandro Riario, Alexandro Sforzia, Alessandro Ursino, Aloysio Estensi, Alphonso Richelieu, Andrea Austriaco, Andrea Matthæo Palmerio, Andrea Signino, Anselmo Mantuano, Antonio Barberino, Antonio Cajetano, Antonio Caraffa, Antonio Casino, Antonio Jacopo Venerio, Antonio Maria Gallo, Antonio Maria Salviato, Antonio de Monte, Antonio Sanctacrucio, Antonio Saulio, Aratore N. Armando Richelieu, Arnoldo Vetza, Ascanio Columna, Augustino Cusano, Augustino Galamino, Augustino Oregio, Augustino Valerio, atque Auxia de Podio, S. R. E. cardinalibus.

§ I.— *De Achille de Grassis.*

Achilles de Grassis, Bononiensis, in S. R. E. cardinalium numerum a Julio II adlectus; vir morum gravitate, et legum peritia nemini secundus; in quo nullum justitiae, modestiae, ac liberalitatis genus unquam desideratum est: tanta fuit erga Mariam Deiparam Virginem pietatis eminentia, ut eo Bononiensis Ecclesiæ thronum implente, ob ipsius praesertim (ut pie credi potest) preces, et merita, augustissima cœlorum Regina, se Bononiensis civitatis specialem ac singularem protectricem duobus memorabilibus, ac posteritati cosecrandis miraculis, comprobaverit. Nam anno 1512, cum Hispani Bononiensem urbem obsidentes caniculum sub muro baracani (sic projectura muri vulgo

vocatur) portæ S. Stephani, in quo pieta erat B. Virginis imago, suffodisset, ac pulverem tormentarium indidissent; hic eum ad motum ignem concepisset, non tamen murum, ut spem Hispani conceperant, naturali vaporis impetu labefecit, licet valde succusserit: quod virtute B. Virginis esse perfectum, quæ presenti ope, iusigne hostium machinamentum elusit, ac tumultuarium urbis expugnationem avertit, apud omnes indubitatum. Deinde anno 1516, cum miles quidam per prætorij porticum, in quo depicta erat B. Virginis effigies, transiens, in conspectu ejus meiere non solum non erubuisse, sed etiam juste ab illie prætereunte increpitus, B. Virginem in cœlis sedere, neque ejus loci rationem habere, respondisset: diris

subito inflationis doloribus oppressus (licet postea, cum misericordiam ejus s^ep^ee lacrymans invocasset, pristinam sanitatem recuperaverit), statim cognovit ac cognosci ab aliis effecit, speciali ac singulari B. Virginis patrocinio Bononiensem civitatem custodiri.

E vita migravit Achilles, anno orbis redempti 1523, x Kalend. Decembris, sepultus in titulo, quem fuerat assecutus, S. Marie Transtiberim.

§ II.—*De Adam Eston.*

Adam Eston, Anglus, Herfordiensis, ordinis divi Benedicti monachus, ex episcopo Londoniensi ob insigne eruditioem, pietate ornatum, ab Urbano VI Pontifice Max. S. R. E. cardinalis creatus, inter alia devotissimi sui erga Deiparam Virginem obsequii monumenta, magno sane pietatis sensu, rerumque gratia, et aptitudine, composuit Officium festi Visitationis beatae Mariae Virginis, ab Urbano VI, in remedium schismatis, instituti, et a Bonifacio confirmati. Mortalitatem exiit Romae, anno ab immaculato Virginis partu 1397, xii Kal. Novembris.

§ III.—*De Aegidio Albernotio.*

Aegidius Albernotius, Conchensis Hispanus, a Clemente VI Pont. Max. ob doctrinam, prudentiam, rerum gestarum peritiam, et nobilitatem (atavis enim regibus erat), in S. R. E. cardinalium ordinem cooptatus, inter alia pietatis suae erga Deiparam argumenta, in ecclesia beatae Virginis Tolestanæ (eius fuit archiepiscopus) sex sacerdotia, quæ capellanias appellant, ad ejusdem B. Virginis cultum honoremque ampliandum, statuit: et moriens, duabus dotandis, quas indotitas relinquebat, eidem ecclesiae triginta nummorum millia legavit. Vitam cum morte commutavit anno 1364.

§ IV.—*De Aegidio Columna.*

Aegidius Columna Romanus, nobilissimæ Columniensium familie illustrissimum ac felicissimum germen, S. Thomæ Aquinatis doctoris angelici discipulus, atque ordinis Eremitarum S. Augustini aliquando prior generalis, ex Bituricensis Ecclesiæ episcopo S. R. E. cardinalis, vir omnium scientiarum cognitione locuples, ac Deiparae Virginis cultor amantissimus, licet optime nosset, omnes rhetorum leges, ad rite laudandum inventas, magnitudine gloriae Dei Genitricis vinci, nihilque tam copiose et elaborate scriptum esse, quod sacrosanctæ Virginis Mariæ laudibus, honori ac meritis, ulla ex parte satisfaceret, tamen vi gratiæ ipsins, Marianarum laudum præco evasit eximius, suique in cœli Reginam affectus monumentum extare voluit sempiternum, a se elaboratum commentarium in Salutationem angelicam. In quo quidem commentario (quod prodiit primo Romanis typis, apud Antonium Baldum, anno 1555, et nuper Matritensibus, ex typographia regia, una cum tom. III Bibliothecæ Virginalis anno 1648) appellat Deiparam, Advocatam nostram apud Deum: Amicam Dei pulchram, suavem et decoram sicut Jerusalim:

Auroram valde rutilantem, quæ de seipsa Solem illum produxit, et mundo parturivit, qui illuminat omnia: Dominam omnium, quia Mater ejus, qui omnium Dominus est; nostris bonis non egentem, cum bonis omnibus sit plena: Domum divini Verbi et Sapientiae Dei, columnis septem, id est, plenitude donorum Spiritus sancti, virtutumque omnium sufficiam, in quam venti peccatorum, et aquæ iniquitatum irruere non potuerunt: Habitaculum Spiritus sancti: Habitationem idoneam cœlestis Regis: Illuminatricem, quæ super omnes creaturas nobis misericorditer lumen influit: Lucem omni alia digniorem, puriorem, pulchriorem, et abundantiorem, ipsi summae et æternæ luci immediatam: Mare amarum, sine peccati, austeritatis et terroris amaritudine, nostrasque auferens amaritudines: Matrem Filii Dei: Matrem pietatis et misericordiae, Matrem omnium bonorum, et nullius egentem: Mediatricem magnam Dei et hominum, ad quam recurrent universi. Nibem lucidam et levem, super quam Dominus per carnis assumptionem ascendens, ingressus est mundum: Portam Ezechieli, ob virginitatem clausam: Reginam cœlorum, ab omni peccato nundam: Scalam cœlestem, per quam Christus Dominus descendit ad terras: Sponsam Dei Patris, cum qua iste matrimonium, per verba de præsenti, contraxit, quando illa respondit ad angelum, et cor direxit ad Deum, dicens, Luc. i: *Ecce ancilla Domini; fiat mihi secundum verbum tuum: Stellam maris, a Sole justitiae Christo illuminatam, et per lumen susceptam a Sole, alia illuminantem: Stellam, post Solem justitiae Christum, primam, et omnibus clariorem, quæ in hoc mari magno et spatio in quo sunt reptilia, quorum non est numerus, necessario super omnes alias elevata, meritis super omnes, et orationum suffragiis adjuvat labrantes, et exemplis vitæ perfectissimæ dirigit deviantes: Tabernaculum Altissimi: Tabulanum lapideam sine stylo scriptam: Templum Spiritus sancti, Filii Dei incarnationem operantis: Terram in æternum stantem, quia fidem immobiliter, usque ad finem vitæ, retinuit: Triclinium omnium virtutum: Virgam Aaron, sine pluvia germinantem, et (ne plura hic referam) Virgulam fumi, afflictionis propriæ ainaritudine nigrum, obscuramque, ad divina tamen semper agilem et perpetuo erectam.*

Exemplum Gabrielis archangeli secutus, quotidie Mariam Deiparam devotissime salutabat, atque alios ad idem faciendum efficaciter hortabatur. Dulcissimum Mariæ nomen, cum nomine Filii sui Domini nostri Christi Jesu, non solum in suo, sed in omnium ore resonare desiderabat, quia sicut de nomine Filii ejus dicit Joel. ii: *Qui invocaverit nomen Domini, salvus erit, ita et de nomine beatissimæ V. Mariæ idem pie et rationabiliter credi posse credebat. Si enim in nomine Filii Dei quidquid peritus accipiemus a Patre, secundum illud Joan. xvi:*

Usque modo non petistis quidquam in nomine meo : petite, et accipietis : quomodo et in nomine B. Virginis petendo, et illam, que Mater est Dei proprio nomine invocando et honorando, non accipiemus ? Hoc autem nomen, quod post nomen Filii ejus, vocabat super omne nomen, erat Aegidio tam dulce atque affectuosum, ut illi esset in ore mel, in aure melos, in corde jubilus : cui et genuflectens hyperduliae adorationem humiliiter impendebat. Dicebat, nihil nobis deesse posse, si sub B. Virginis Dei Genitricis dominio ac protectione maneamus; cum augustissima Dei Mater, non solum in Ecclesia viatorum, sed et in illa triumphantium, gratia Filii et meritorum suorum abundantia, maximam retineat potestatem. Mariæ landes, quantum poterat, celebrabat ; hocque de Virgine benedicta teneadum esse affirmabat, quod qui illam blasphemaverit, et ei maledixerit, erit maledictus a Filio; qui autem benedixerit illi, benedicetur per Filium suum, et accipiet salutem æternam, secundum illud, quod in persona ejus dicitur Eccli. xxiv : *Qui elucidant me, id est, qui me laudant, me honorant et benedicent, titani æternam habebunt.* Unde ut benedictionum sanctissimæ Virginis particeps esse posset, et in vita æterna cum illa regnare, quotidie, cum angelo, eam laudare non cessabat, dicens : *Benedicta tu in mulieribus.* Ad honorem etiam Filii, et commendationem Matris (quod et aliis snadebat) cum B. Elisabeth quotidie dicebat : *Benedictus fructus ventris tui Jesus.* Aiebat in Salutatione angelica ab Ecclesia additum : *Mater Dei :* ut cum eam, quam salutamus et invocamus, Matrem Dei esse audiamus, speremus et credamus, illam omnia ad salutem necessaria nobis a Filio esse impetraturam. Duo autem necessaria esse affirmabat, ad hoc ut Virgo beatissima a nobis, in nostris necessitatibus, invocata, pro nobis intercedere dignaretur: primum, ut cum humilitate, nostram agnoscentes indigentiam, ejus auxilium imploremus, juxta illud Eccli. xxxv : *Oratio humilantis se nubes penetrabit :* secundum vero, imitatio illius, juxta illud Apostoli, I Cor. iv : *Imitatores mei estote, sicut et ego Christi :* debet enim in nobis aliquid sue virtutis recognoscere, ut pro nobis dignetur Domino supplicare. Aegidium autem, quod alias præstare docuit, præstisset, et humilitate atque initiatione, intercessionem ac patrocinium beatissimæ Virginis, in suis omnibus necessitatibus promeruisse, apud me omnino certum atque indubitatum. Mortalem hominem exuit, anno a Virginali partu 1516, die 22 Decembris.

§ V. — *De Agapito Columna.*

Agapitus Columna Romanus, episcopus primum Brixensis, deinde Ulixbonensis, ab Urbano V Pont. Max. cardinalitia purpura donatus, vir non minus avorum sanguine, quam prudentia et morum gravitate præstantissimus : inter alia pietatis suæ erga sacratissimam Dei Matrem documenta, in basilica Sanctæ Mariæ Majoris de Urbe, duos sacer-

dotes constituit, qui altari ejusdem saeratissimæ Dei Matris inservirent, ut patet ex ipsius testamento, in archivio prædictæ basilicæ asservato, ubi ita inquit : « Item volo, et mando, quod infra scripti exsecentores meæ ultimæ voluntatis, et teneantur, et debeant vendere de bonis meis hæreditariis tantum quantum possint ex pretio inde recipiendo, emere tot possessiones et bona : quod in altari illo quod est subtus imaginem Virginis, possint et debeant vivere duo capellani perpetui, quorum quilibet habeat ad minus in redditibus annuis, florenos auri quadraginta. Item volo et mando, quod præsentatio ipsorum capellanorum fiat, et fieri debeat per exsecentores meos, dum vivent, et post mortem eorum, præsentatio pertineat ad priorem Sanctæ Mariæ Majoris. » Sie Agapitus, qui ad meliorem ivit vitam, anno Christi 1580, Idibus Octobris, ejusque corpus in pavimento jam dictæ basilicæ Sanctæ Mariæ Majoris sepulturam accepit, ante imaginem gloriose Virginis.

§ VI. — *De Alano Coetivo.*

Alanus Coetivus Brito-Gallus, cui a Nicolao V Pont. Max. Romanae purpurae honor delatus, vir excellenti acie ingenii, et virtute nescia vinci, inter alia pietatis sue erga Deiparam specimina, dum esset archiepiscopus Avenionensis, et Sedis apostolice legatus in concilio provinciali, celebrato in ecclesia Avenionensi anno Domini 1457, in quo concilio, Petrus de Fuxo S. R. E. cardinalis (de quo infra) archiepiscopus Aquensis, et duodecim episcopi, cum ecclesiarni cathedralium capitulis, interfueru, statutum edidit, tenoris sequentis :

« Decretum in concilio Basiliensi factum, de Conceptione beatissimæ Virginis Mariæ, statuimus inviolabiliter observari ; districte omnibus inhibendo, sub excommunicationis poena, ne quisquam aliquid in contrarium prædicare, vel publice disputare præsumat ; quod si secus aliquis fecerit, dictam sententiam eum incurrire volumus ipso facto ; et in prima synodo per dioeceses, per quenlibet celebraendas, prædicta statuimus publicari, et curatis ecclesiarni injungi, ut haec populo manifestent. Datum in ecclesia cathedrali Avenionensi, die 7 mensis Septembris, anno Incarnationis Dominicæ 1457, pontificatus domini nostri Calixti Papæ III anno tertio. » Morti debitum exsolvit Alanus apud salutis 1474, ætatis 67, die 21 Julii.

§ VII. — *De Alberico Cassinensi.*

Albericus, Cassinensis cœnobii monachos, natione Campanus, ex oppido septem Fratrum ab Alexandro II Pont. Max. ad Romanæ purpurae dignitatem electus, vir doctrina eximius, et multis virtutibus suo tempore clarus ; qui in Romana synodo adversus Berengarium hæreticum feliciter disseruit, eumque ad saniorem mentem revocavit, studium enum erga Deiparam Virginem, publicis monumentis posteritati consignatum reliquit, scribendo *De Virginitate ipsius Deiparæ Virginis* li-

brum unum, et *De Assumptione ejusdem* hymnos tres. Emicuit anno reconciliationis humanæ 1056.

§ VIII. — *De Alberto Austriaco.*

Albertus Austriacus, archidux Austriae, Maximiliani II filius, et Rodulphi II imperatoris frater, a Gregorio XIII Pont. Max. cardinalitia purpura donatus, a prima adolescentia divæ Virginis amorem et cultum induit, eamque sibi patronam adoptavit, et ducem in bellis, periculis, molestiis, omni denique vitæ cursu elegit. Exemplo priscorum regum et principum, effigiem ejus, ut et Christi crucifixi, in Labaro prætulit, his verbis additis : *Sub tuum præsidium confugimus, sancta Dei Genitrix.* Diebus singulis Officium, ut vocant, Deiparæ (quod illum in finem majuscule charactere per Plantinianos edendum curarat), antequam somno se daret, attente recitabat. In omnibus ejus profestis, conscientiae custodem, animique medicum advocabat, et expiatis noxibus (si quæ erant) sacram synaxis incredibili pietate sumebat.

Quotannis ad B. Virginem Hallensem semel atque iterum ibat; ubi et lampas argentea visitur pondere atque opere insignis, quam pro dono suspendit, addito vextigali annuo, ut in ævum ante effigiem Virginis luceat. Verum amplius adhuc coluit eamdem Virginem in Aspericollî Sichimensi Brabantia; nam ei templum magnificum, et vere regium, forma rotunda, a fundamentis ædificavit, ad miraculosam ejus imaginem collocandam decentius. Varia tum aræ, tum ad sacrificandum ornamenti donavit, et quæcumque rara et pretiosa reperit in iis quæ ad se, mortuis Rodulpho et Matthia suis fratribus, pervenerunt, ea universa contulit cultui Deiparæ et ornamentis amplificandis; quorum pleraque sunt super omnem æstimationem. Per multos annos consequentes, sese quolibet anno Sichemium conferebat, ad Deiparam venerandum, ibique singulis vicibus, novem dies exigebat orando, peccata expiando, sese sacra Eucharistia reficiendo quam novendialem in loco isto moram concludebat, donis variis Deiparæ relictis. Neque id omittendum, licet his prius acciderit, ipsum, antequam in Hispaniam proficeretur, ad connubium cum serenissima Isabella Clara Eugenia, Philippi II filia, sacram purpuram cardinalitiam suscepisse Virginis Matri, que Hallæ miraculis coruscat; qua posita, gladio se accinxit, idque eo ipso die, quo e vita abiit, anno 1598, quod observatione dignum videtur.

Ut suum in Virginem Lauretanam affectum testatur, Lauretum una cum conjugé sua serenissima Isabella Clara Eugenia, dono misit vestem, seu chlamydem inauratam, cui unum et viginti margaritarum millia, præter bis mille centum quinquaginta octo adamantes, mille centum amplius gemmas majores, erant intexta; quam chlamydem aurifabri Itali ad quatuor et triginta aureorum millia (nam taxari eam Paulus V Papa mandarat) cum admiratione tantæ liberalitatis et pictatis aestima-

runt. Memor fragilitatis hujus, qua summos perire, atque imos æquari sciebat; postquam archiducatum Austriae, et dependentes inde provincias, Matthiæ fratris, et Cæsaris morte ad se devolutas, cum imperio ab electoribus delato, Ferdinando reliquisset, extremum id etiam voluit, ut examine corpus suum, quando jubente Deo tale foret, extra ducalem suam urbem Bruxellas, in palatium dederetur, stipatum humili comitatu, et tredecim duntaxat finalibus accensis: quorum duodecim e communi cera, ad memoriam apostolici numeri; albicante decimo tertio in Deiparæ Virginis honorem.

Idem, cum aliquando in nullo quasi jam corpore, certe emaciato et consumpto, viscera vitaliaque defecissent, et non nisi animus esset, nihil de sua in Virginem pietate remittens, in collem Asperum, Divam solemní more veneraturus, ac quasi valedicetus, postremum profectus est. Cumque ab archiatris dissuasum esset iter, sanitatem pietati postposuit, beatum se fore prædicans, si fatali jam limiti proximus, proxime ab imagine Divæ exspiraret. Sed Divæ negotium fuit; quæ confirmato aliquantum ei vigore, difficillimis Europæ temporibus, principem adhuc vivere voluit, et vel in ipso morbo, labantibus fulcrum rebus esse. Fuit sane, et postquam periclitari religio, et majestas Austriae desiit, esse et ipse desiit, non jam relinquens corpus, a quo pridem erat derelictus, sed animum Deo ac æternitati jungens. Et hoc miraculorum miraculum fuit: Principem vivere (fas sit ita loqui), cum jam esset mortuus; superesse, cum desiisset. Sed hoc beneficium Divæ fuit. Hoc etiam in eo notabile et laudabile, ut nimirum vix expeditionem aliquam bellicam susciperet, nisi prius precibus votisque, per se vel per duces suos, ad aram ejus, vel Hallis, vel in colle Aspero, vel in La Ken, aut alibi, ubi celebrior divæ Virginis cultus, rite pieque conceptis et donariis oblatis.

Erga Conceptionem immaculæ beatissimæ Virginis Mariæ mira fuit devotione propensus, unde pro ejus definitione ad Paulum V Pont. Max., suo conjugisque amantissimæ piissimæque nomine, scripsit litteras tenoris sequentis:

« Beatissime Pater. — Quæ regis catholici in Deiparam pietas, impulit, ut a Sanctitate Vestra litteris suis expeteret, quatenus illa, auctoritatis suæ decreto, Conceptionis Immaculæ mysterium asserere dignaretur, eadem nos, devincti regis precibus, nostras quoque conjungere partium nostrarum esse credimus, quibus maxime in votis est, tantæ Virginis cultoris desiderio, intelligere Sanctitatem Vestram, sententiæ suæ interpositione, annuisse. Cujus accelerationem, si quæ unquam tempora desiderarunt, præsentia certe sunt, in quibus quantum in deprimenta Virginis excellētia hæreticorum pravitas desudat, tantum in ea extollenda orthodoxorum zelus debet eminere; querum devotioni, incredibile est, quantum, my-

sterii supradicti declaratione, aeedet. Ergo dum illam, pro tanti negotii pondere, et paterno Sanctitatis Vestre in nos affectu, una cum rege catholico, ardenter exspectamus, Deum Opt. Max. rogabimus, quatenus Sanctitatem Vestram Ecclesiam regimini et solatio diu servet incolumem. Furæ, 6 Decembris 1618.

Confraternitatem regiam, et miraculosam Septem Dolorum beatissimæ Virginis Mariæ, quos ipsa pertulit, dum Filius ejus tempore passionis et mortis in hac valle miseriae mortaliter viveret, a Philippo I, Austriae Hispaniarum rege, proavo suo, ad sedandos gravissimos tumultus in Belgio exortos, et bellum per diversas ejus provincias dirissime saeviens extingendum, primo institutam, et a Carolo V imperatore, ipsius Philippi filio (ut in *Cæsaribus Marianis* retuli) haud parum promotam, insigni quodam pietatis affectu prosecutus est dum ejusdem confraternitatis, seu sodalitatis albo nomen suum consecravit; et præclaro religiosi cultus exemplo, subditis omnibus, velut stella quedam lucidissima, præluxit.

Imaginem thaumaturgam B. Virginis Montis Serrati in Hispania, prope Barcinonem, religiosissime visitavit, suumque erga illam amorem ac pietatis affectum unneribus, munificentia regia dignis, testatus est. Obiit piissime, et animo quam maxime tranquillo, anno salutis 1621, die 13 Julii, princeps, si quis alias, Deiparæ Virginis amans, ac ejus cultui ad stuporem usque addictus.

§ IX. — *De Alexandro Estensi.*

Alexander Estensis, seu Atestinus, Ferrarensis, Caesaris Mutinæ ducis frater, ac Estensis familie, fortissimis ducibus, amplissimis cardinalibus regisque affinitatibus inclyte, nobilissimum geruen, a Clemente VIII Pontifice Maximo sacro S. R. E. cardinalium collegio ascriptus; qui dum vixit, splendidam semper in aliorum commodum servitatem serviuit, illiusque erat effatum: « Ex animo, viro principi emendum, ne aliquando penitentia ducto dicendum esset: Diem amisi: » licet magno semper erga magnam Dei Matrem fnerit devotionis affectu, suumque erga illam studium evidensissimis et luce clarioribus argumentis explicaverit, hoc tamen solam ad meæ cognitionis notitiam hactenus pervenit, quod ecclesiae Regii Lepidi (cujus ipse erat episcopus) in honorem Assumptæ Virginis consecratae, pretiosa dona (inter quæ, integer pontificis et ministrorum in divinissimi sacrificii usum ornatus, phrygio opere ex auro contextus) vivens contulit, moriens vero, omnem sui domestici sacelli supellectilem, quæ haud exigui erat valoris, eidem ultimis testamenti tabulis legavit. Mortalitatis sarcinam depositus Romæ anno salutis 1634, die 15 Maii. Fuit titularis Sanctæ Marie in Via Lata, ejusque fuanus in ecclesia Sanctæ Marie in Vallicella curatum est.

§ X. — *De Alexandre Farnesio.*

Alexander Farnesius, Romanus, ex antiqua et nobilissima Farnesiorum familia natus, atque a Paulo III Pont. Max. patruo suo, sacra Romana purpura decoratus, qui honoris sui cardinalitii sibi videbatur fructum esse amplissimum atque optissimum cosecentus, si multis prodesset, si saepe, si maxime, et si officii sui munera partesque tueretur: augustissimam cœli terræque Reginam, a prima infantia ad ultimum usque vitæ puerum, impenso semper studio coluit, et peculiari animi sensu erga ejus obsequia affectus fuit.

Insigne templum B. Mariæ Virginis ad cryptam Ferratam construxit, et permagnificum sacellum S. Mariæ de Scala cœli ad Aquas Salvias a fundamentis restauravit. In ecclesia B. Mariæ Virginis Montis Regalis, prope Panormum, a Gulichino II, Siciliæ rege, cognomento Bono ædificata, cuius fuit archiepiscops, pavimentum stravit e rubro marmore, albis lineis vermiculato, in cuius media navi ejusdem Gulielmi insignia ponit jussit, cum hoc disticho :

*Gratus Alexander regi Farnesius, arma
Gulielmo huc posuit, templa quod ipse Deo.
M. D. LXIX.*

In ingressu autem portæ majoris visuntur insignia ipsiusmet cardinalis, cum haec inscriptione:

*Alexander cardinalis Farnesius S. R. E. vicecancellarius, archiepiscopus Montis Regalis.
M. D. LXIII.*

Sed, et prope atrium chori, ejusdem pariter cardinalis stemmata exstant, cum his versibus :

*Tempa dicat rex strata solo, Farnesius addit
Marmora : nil aliud splendida tecta petunt.*

Tectum etiam ejusdem Marianæ ecclesie restauravit Alexander, octoquo illud ingentibus trabibus suffulxit. Porticum quoque, quæ plateam respicit, fabricavit, atque in ea statuum marmoreanum B. Virginis collocavit, cum epigraphe :

*Per Virginem et Matrem concedat nobis Dominus
salutem et pacem.*

A Paulo III Pont. Max. precibus obtinuit, ut omnia privilegia prefatae ecclesie B. Mariæ Montis Regalis, a summis Pontificibus, imperatoribus, regibus, aliisque concessa, confirmaret: atque ad divini cultus augmentum, sacerdotibus eidem ecclesiæ inservientibus ampliores reditus assignavit.

Basilicam S. Mariae Majoris de Urbe, cuius fuit archipresbyter, singulariter dilexit, suumque in illam affectum, pretioso inter alia donario testatus est.

Deiparæ Virginis ac purissimæ ejus Conceptionis amantissimus, aggregavit archiconfraternitatem Conceptionis ejusdem Deiparæ Virginis, in ade Sancti Francisci Vineæ Venetiæ, cum archiconfraternitate Conceptionis in ecclesia S. Laurentii in Damaso de Urbe, ac ei privilegia et ius

diligentias omnes, quæ communicare poterat, communicavit: ut ex Bulla, quam subjicio, cuilibet potest esse perspicuum:

« Alexander miseratione divina episcopus Ostiensis, cardinalis Farnesius nuncupatus, sanctæ Romanæ Ecclesiæ vicecancellarius, et venerabilis archiconfraternitatis Immaculatae Conceptionis gloriosissimæ Virginis Mariæ in ecclesia Sanctorum Laurentii et Damasi de Urbe protector, ac Franciscus Paperonus prior, Cæsar Coronatus, Jo. Dominicus Guelphus et Franciscus Ballus custodes: universis et singulis carissimis in Christo confratribus societatis, sub invocatione ejusdem Conceptionis, existentis in sacello divæ Annunciationis, per nob. D. Federicum Curellum in aede S. Francisci Vincæ Venetiarum constructæ et institutæ, salutem et paeam in Domino sempiternam.

« Sineeræ devotionis affectus, quo vos solemnia Immaculatae et ineffabilis Conceptionis gloriosissimæ semper Virginis Mariæ, quæ sacratissimo ejus utero, prout nostri statns exigebat necessitas, humanae salutis auctorem protulit, quæ apud eum, quem maternis lactavit uberibus, sedulas ac ineffabiles pro nostræ fragilitatis expiatione preces effundit, reverenter et humiliter prosequimini singulariaque charitatis ac pietatis opera, in quibus vos, pro vestris viribus, continue exercetis, merito nos inducent ut privilegia et indulgentias, ex benignitate summorum Pontificum, nostræ prefatæ archiconfraternitati Conceptionis de Urbe, aliis etiam exteris societatibus communicabilia, a Sede apostolica concessa (vobis vexillum, et alia ejusdem Conceptionis beatæ Mariæ insignia ferentibus) gratiore et liberaliter, prout vestra expositulat nobis desuper exhibita petitio, impartaunur et communicemus; quo libentius sub hujusmodi vexillo militare, et in piis salutiferisque operibus perseverare valeatis. Jamdudum siquidem a felicis recordat. Paulo Papa III einanarunt litteræ tenoris subsequentis:

« Paulus episcopus, servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam: Dunn præcelsa meritorum insignia, quibus Regina celorum Virgo Dei Genitrix gloria, sedibus prælata sidereis, quasi stella matutina prærutilat, votæ considerationis indagine perserutamus, et intra pectoris nostri arcana revolvimus, quod ipsa, ntpote via misericordiae, Mater gratiæ, pietatis amica, humani generis consolatrix, pro salute fidelium qui delictorum onere prægravantur, prompta oratrix, et pervaigil ad regem quem genuit, intercedit; dignum, quin potius debitum reputamus, universos Christifideles, ut omnipotenti Deo, cuius providentia ejusdem Virginis humilitatem ab æterno respiciens, pro reconcilianda Auctori humana natura, lapsu primi hominis æternæ morti obnoxia, eam sui Unigeniti habitaculum, sancti Spiritus præparatione constituit, ex qua carnis nostre mortalitatem, pro redemptione populi sui, assumeret, et immaculata Virgo, post partum, nibilominus re-

manceret; de ipsis immaterialiæ Virginis mira Conceptione gratias et laudes referant, et salutis operæ intenti existant, specialium gratiarum munieribus invitare, ac eorum pia suffragia donis cœlestibus confovere, ut exinde fiant ejusdem Virginis meritis et intercessione, divinæ gratiæ aptiores, et charitatis devotio in dies per amplius in eis augeatur. Cum itaque sicut accepimus in ecclesia SS. Laurentii et Damasi de Urbe est capella, sub invocatione Conceptionis ipsius gloriose Virginis Mariæ dicata, in eadem ecclesia sita, ad ejusdem omnipotentis Dei laudem et gloriam, et ipsius Conceptionis B. Mariæ Virginis honorem et reverentiam, una notabilis utriusque sexus Christi fideliūm confraternitas, sub eadem invocatione Conceptionis B. Mariæ Virginis pro pauperibus puellis maritandis, et aliis charitatis operibus exercendis landabiliter ac pie a pluribus annis instituta, et hactenus religiose observata fuerit, ac illius guardiani et confratres, pro tempore existentes, circa Missarum et aliorum divinorum Officiorum, in dicta capella pro confratrum et confraternitatis hujusmodi spirituali consolatione, et tam vivorum quam defunctorum animarum salute, celebrationem, et hujusmodi pietatis opera, prout facultates ipsius confraternitatis suppetunt, jugiter intenti existant. Nos enipentes, ut dilecti filii moderni et pro tempore existentes ejusdem confraternitatis guardiani et confratres, eo ferventius in eadem devotione perseverare ac circa hujusmodi salutis et charitatis opera exereenda promptius intendere studeant, et alii Christifideles ad ingrediendum eamdem confraternitatem libentius inducantur, quo semper hoc majori cœlestis gratiæ dono refici posse cognoverint, et animarum salus per amplius propagetur; piis et devotis ipsorum modernorum guardianorum et confratrum, in hac parte, supplicationibus inclinati, eidem confraternitati, ac illius guardianis et confratribus presentibus et futuris, etiam a Romana curia, pro tempore absensibus; ut omnibus et singulis privilegiis, anciortatibus, conservatoriis, facultatibus, indulgentiis, et peccatorum remissionibus etiam plenariis ac gratiis, favoribus, et indultis confraternitati eharitatis de eadem Urbe, ac illius confratribus, officiis, ministris, servitoribus, et personis illius ecclesias visitantibus, etiam per modum communicationis privilegiorum et indulgentiarum, etiam plenariarum, hospitali nostro Sancti Spiritus in Saxia, et archihospitali pauperum infirmorum incurabilium S. Jacobi in Augusta, ac aliis piis locis et ecclesiis dietæ urbis concessorum seu extensionis illorum ad eamdem confraternitatem charitatis, et alias quomodolibet concessis, quorum omnium tenores, ac si de verbo ad verbum inserentur praesentibus, pro expressis haberi volumus: pariformiter, et æque principaliter, et in omnibus, et per omnia prout confraternitas eharitatis, et illius confratres hujusmodi utuntur. potiuntur et gau-

dent : citra tamen immunitates et exemptions, eidem confraternitati charitatis concessas, et absque illius prejudicio, uti potiri et gaudere libere et licite possunt auctoritate apostolica, tenore praesentium concedimus et indulgenus, ac illa omnia eidem confraternitati Conceptionis communicamus, et ad illam extendimus.

¶ Non obstantibus Constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque. Decernentes præsentes litteras, sub quibuscumque revocationibus, vel suspensionibus similium, vel dissimilium gratiarum, etiam in favorem basilicæ Principis apostolorum de dicta Urbe, seu cruciatæ, et expeditionis contra infideles, aut Sedis apostolicae ab illis defensionis, et alias quomodolibet, ac sub quibuscumque tenoribus et formis, pro tempore factis, nullatenus comprehensas, sed semper ab illis exceptas esse, et censeri, neconon transsumptis earumdem præsentium manu notarii publici subscriptis, et sigillo alienjus curiae ecclesiastice munitis, eamdem prorsus fidem adhiberi debere, quæ eisdem præsentibus adhiberentur, si forent exhibitæ vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis, indulti, communicationis, extensionis, et decreti infringere, vel ei ausu temerario contrarie : si quis autem hoc attentare præsumpsiterit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum. Dat. Romæ, apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo septimo, septimo Idus Martii, pontificis nostri anno quarto.

¶ L. Sauli A. Cave. Ne. X. sive residuum de consensu. Bernardus Jo. Milen. Richardus Clubeus Cunyngham. pro mercede. Jo. Baren ? Jo. Molin. P. de Lande F. de Miranda. Jo. de Brande. A. Cave G. Groleti. Regist. in secretaria apostolica. A. Cave omisso plumbo cum imaginibus sanctorum Petri et Pauli ab uno, ab altero Paulus PP. III, pendentia in filo serico glauci et rubei coloris.

¶ Hinc est, quod nos præinsertarum litterarum vigore juxta facultatem hujusmodi, indulgentias etiam alteri communicandi, prælibatae confraternitati charitatis primitius concessam, auctoritate suffulti, precibus ex parte vestra nobis desuper porrectis, ut par est, inclinati, tenore præsentium, vos omnes, et singulos, qui, ut asseritis, et vexillari, et insignia, per nos gestari solita, accepistis et gestatis, archiconsortio nostro favorabiliter adiungimus et aggregamus. Vobisque omnibus, et singulis, sic adjunctis et aggregatis omnes et singulas indulgentias, vobis, ut præfertur, juxta tenorem dictarum litterarum per præfatum Paulum III, et alios Romanos Pontifices concessas, et quas communicare possumus, dummodo sicut nos pro consequendis plenariis omnium peccatorum indulgentiis et remissionibus ac aliis gratiis et privilegiis circa Missarum et aliorum divinorum Officiorum in eadem vestra ecclesia sive capella, pro confratrum

spirituali consolatione, et tam vivorum quam defunctorum animarum salute celebratione, et alia hujusmodi pietatis opera, et imprimis, ubi facultates vestre confraternitati suppetant, circa pauperes puellas maritandi munus, ad gloriam omnipotentis Dei Salvatoris nostri, et ejusdem Virginis Mariæ ejus Matris, intenti esse, nec cessetis, nec desistatis, prout favente Domino futurum speramus. Existimantes insuper, quod vos minimè gravabimini, quotannis, certam quantitatem ceræ albæ, ponderis arbitrio vestro, archiconfraternitati nostræ recognitionem superioritatis dare, juxta morem veterem, et oblationem, nomine vestro, per magnificum D. Achillem Rammecarinni juris utriusque doctorem factam, quæ penes nostrum scribam, de hac præsenti adjunctione et aggregatione rogatum in actis reperitur ; et gratiose et libenter impartimur et communicamus. In quorum omnium fidem et testimonium, nos præfati has patentes litteras, quæ tum pro majori ipsius rei decoro et ornamento, tum pro minori ipsorum aggregationem hujusmodi a nobis postulantum labore et impendio, in pressæ fuerunt, manu propria subscriptissimus, et tam dictæ archiconfraternitatis, quam ejusdem illustriss. et reverendiss. cardinali protectoris sigilli appensione muniri jussimus. Dat. Romæ, in aula archiconfraternitatis, anno millesimo quingentesimo octuagesimo, Indict. viii, die vero 18 mensis April., pontif. in Christo Patris D. N. D. Gregorii divina Providentia Papæ XIII, anno octavo. »

¶ Franciscus Paperonus prior. Cæsar Coronatus custos. Jo. Dominicus Guelphus custos. Franciscus Rallus custos. »

Sancto mortalis vitæ sine ad felicem immortalitatem sibi aditum a divina clementia patefactum invenit Farnesius, anno salutis 1589, ætatis 70, vi Nonas Martii. Cujus cetera, quæ exstant, et me fugiunt, in Mariam Deiparam Virginem ardentsimi amoris argumenta, publicabit dies, eaque feliciores scriptorum calami posteritatis memorie consignare merebuntur.

§ XI. — *De Alejandro Oliva.*

Alexander Oliva, Augustinianus, Saxoferrato oriundus, quem theologica doctrina celebrem, et sanctitate illustrem Pius II Pontifex Max. ut ostenderet sibi gratam esse virtutem, inter S. R. E. cardinales assumpsit, sacro Mariæ Virginis cultui ab ipsa infancia devotus, cum trium annorum puerulus, flores quærens, in fontem cecidisset, et examinis inde eductus esset : mater ejus, post novem horas, ejulans ad Deiparam ejus templum ingressa, se convertit. Nec frustra ejus opem imploravit; nam repente visus est moveri, ac matrem appellare. Quare attoniti, qui aderant, puerum ad templum deducunt, offeruntque altari. Ille sacrarium ingressus, forte dalmaticam vidi vestem, in cuius limbo imago erat Virginis auro intexta. Conversus ad matrem puer, dalmaticamque com-

plexus, et imaginem digito ostendens : « Mater, inquit, o mater, haec mihi manum porrexit in fonte : » nec aliquanto spatio potuit adduci, ut inde discederet. Sacellum, in fonte, Virginis aedificatum est, miraculi monumentum. Eum, quintum agentem annum, ordini D. Augustini (quorum templum insignitum erat nomine beatæ Virginis Mariæ) tradidernot, illi dedicantes, a qua servatus erat. Idem templo Deiparæ in Saxoferrato, civitate sua, cui se dicaverat, ædes fructuarias emiit Romæ aureis nummis circiter ducentis, ac calices argenteos, libros, missales, vestes sacras, paramenta altarium, tectoria parietum largitus est. Singulis totius anni Sabbatis, cum id fieri poterat, templo Sanctæ Mariae Majoris et Populi pie invisebat. Scripsit (ut alibi dixi) *De Partu beatæ Virginis sermones centum*, quibus eximium suum erga tantam Matrem studium luculenter comprobavit. Gravi atque ultimo morbo vexatus, semper beatam Virginem Mariam habuit in ore; et illam sibi noctu et interdin astare dictitavit. Junctus est superis anno 1463, aetatis 55.

§ XII. — *De Alexandro Peretto.*

Alexander Perettus, de Montealto, Sixti V Pontificis Max. ex sororis Camillæ filia pronepos, S. R. E. cardinalis, et vicecancellarius (quem Placidus Filingerius, in Oratione funebri de eo habita, purpuratorum Patrum phœnicem, Romæ oculum, omnibus charum, aureique sæculi instauratorem : qui crescentem pauperiem aurea pluvia refecit, virginitatis flores aureo rore servavit, labentes familias aureo baculo sustinuit, carcerum vectes aurea lima dissecurit, fluctuantes animos aureis anchoris firmavit : elogio, veritati per omnia consono, deprædicavit) Deiparae Virginis cultor amantissimus, inter alia eximiæ suæ erga eam pietatis obsequia, Horarias ipsius preces quotidie devotissime recitabat, et novem diebus, eidem anniversaria celebritate illustribus, virginem aliquam, in ipsius Deiparae Virginis honorem, et præterea centum virgines in annos singulos dabant. In pervigiliis omnium festorum B. V. Mariæ sibi jejuniū indixerat, ut premisso jejunio, ad eadem festa devote celebranda se redderet aptiorum. Singulis Sabbati diebus basilicam S. Mariæ Majoris, aliasque Mariano nomini dicatas ecclesias adibat; Deique Matrem in ditionis ejus ædibus frequentans, piam erga illam urbanitatem exercebat. Ad Balnearios secedens hortos, semper ædem beatæ Virginis proximam, a Quercu dictam, manu muneribus non vacua visitabat. Huic (ut cœlestis Reginae gratiam pretiosis donariis sibi magis magnisque demereretur) obtulit sex candelabra argentea, cum cruce, librarum 52, duo candelabra magna, pariter argentea ad facies ante imaginem B. Virginis sustinendas librarum 96, ornamentum argenteum deauratum circa imaginem beatæ Virginis apponendum, librarum 60, cum his litteris in eo incisis : *Deiparae Virgiui Alexander cardina-*

lis Montaltus. Item imaginem suam argenteam simul eum imagine B. Virginis librarum 21, ut paramenta pretiosa ad aræ usum, vestes sacerdotales holosericas auro et argento contextas, aliaque, vere regia, votiva cimelia, brevitati consuens, omittam. Egregium pondere ac pretio domum, pluris dnobus aureorum millibus æstimatum, videlicet effigiem suam, ac fratris sui argenteam, pulcherrimi factam, pondo librarum 140 Lauretanæ Virgini consecravit, pio cum titulo :

Alexander Perettus Card. Montaltus, S. R. E. vicecancellarius, Sixti V nepos, D. Mariæ ipsum, et Michaelum fratrem perpetuo sustentanti, memor et gratus, sacram monumentum posuit 1594.

Dotem assignavit, ut quotidie in sacra aede Lauretana, Missa de beata Virgine celebraretur. In Tusculano suburbio, Franciscanæ discipline professoribus templi, cum adjuncto cœnobio, in Dei Matris Virginis sine labe conceptæ honorem, exstruxit, ornavitque, quod in ipsius templi facie his verbis expressum est :

In honorem Immaculatæ Conceptionis Deiparae Virginis Alexander, cardinalis Montaltus, S. R. E. vicecancellarius, a fundamentis exstruxit.

E mortalium cœtu pie demigravit, anno salutis 1623, die 2 Julii, summque corpus in Esquilina beate Virginis aede sepeliri, ex testamento precepit. Cui aedi in sui sacelli cultum, quot, dum vivet, dona contulerit, narrat abbas Paulus de Angelis in Descriptione basilice Sanctæ Mariæ Majoris, lib. II, cap. 40.

§ XIII. — *De Alexandro Riario.*

Alexander Riarius, Bononiensis, S. R. E. presbyter cardinalis, tit. S. Mariæ in Ara cœli, vir integer, et in sententia dicenda libertatis ac senatorii officii memor, ut erat in beatam Virginem egregie pius, aram principem ecclesiæ Sanctæ Mariæ Consolationis de Urbe, magnificentius exstruxit ac dotavit : Deique Genitricis celebrem imaginem, ex minus decenti loco, in illustriorem ibidem translatum, ut hæc marmorea adjecta inscriptio docet :

D. O. M.

Alexander Riarius, S. R. E. presbyter cardinalis, altare hoc, privilegio pro mortuis insigne, exstruxit, utque D. i Genitricis imago ex minus decenti loco, ubi alias ab Augustino Maffeo pie fuerat exornata, in illustriorem transferretur, Missasque singulæ Sabbatis in honorem Deiparae Virginis, ceteris vero non festis diebus, pro requie animæ suæ singulas, dieque anniversario obitus sui 18 Julii, quadagenas quotannis celebrari, ejusque rei causa, annum censem scutorum quinquaginta, in perpetuum solvi mandavit.

Idem aræ, et sacerdotis ornatum ex veste Damascena; crucem auream, specie ac pretio nobilem; et candelabra cubitalia ex argento, haud vulgariter facta, Lauretanæ Virgini domum obtulit; et plura alia in Domine suæ cultum ac venerationem præstitit, que tamen ad meæ haec tenus

cognitionis notitiam non venerunt. Immortali vita potitus est, anno Domini 1585, aetatis 42, 15 Kalend. Augusti.

§ XIV. — *De Alexandro Sforzia.*

Alexander Sforzia, ex comitibus S. Florae, Pauli III, Pont. Maximi nepos, a Pio V, Pontifice Maximo S. R. Ecclesiae cardinalis, tituli S. Mariae in Via, declaratus; vir rerum gerendarum dexteritate, et virtutum ornamenti illustris, in quo regia quædam, et majoribus suis haud indigna animi magnitudo semper floruit, ut singularem pietatis ac tenerrimi amoris affectum, quo augustissimam cœli Reginam venerabatur, publico monumento testaretur, in basilica Sanctæ Mariae Majoris, cuius fuit archipresbyter, una, cum Guidone Ascanio Sforzia fratre (de quo infra) Virginis Assumptæ sacellum, artificio singulari ex Michaelis Angeli Bonarotæ modulo, aedificavit. Nec alia de eo hactenus innotuerunt. Vita excessit anno salutis 1581, die 17 Junii.

§ XV. — *De Alexandro Ursino.*

Alexander Ursinus, e nobilissima, Romanos inter principes, familia, non minus purpuræ dignitate, a Paulo V, Pontifice Maximo accepta, quam Deiparæ pietate, nutricis cum lacte hausta, eminentissimus: in congregationem beatæ Virginis, Romani collegii Societatis Jesu ascitus, publice in turba plebeiorum, cum illis sese aeriter diverberabat, idque non raro ad sanguinem; quod perpetim agebat in pervigiliis beatissimæ Virginis Mariæ, ut ei se, suamque vitam, proprio sanguine, consecraret: paratus etiam, si res ferret, ejus causa, totum sanguinem vitamque profundere.

Idem Bracciani (quod oppidum est Romæ vicinum, et ducum Ursinorum sedes) sodalitatem Deiparæ Virginis, e civibus sibi subditis, aulicisque erexit, ad instar ejus, quæ in Romano visitur collegio: in qua ipse perfectum concionatorem, disciplinæ choragum, et cæterorum pietatis officiorum antesignanum agebat. Unde cum ad eos sodales, in Vigilia Assumptionis, exhortationem habuisset, solito ardentiorem, ac deinde cum iis acriter sese, usque ad sanguinem, diverberasset, in febri incidit, quæ ei, cum morte corporis, vitam attulit æternum duraturam, in octava Assumptionis Virgineæ, die Sabbati, anno salutis 1626. Fuit diaconus S. Mariae in Cosmedin.

§ XVI. — *De Aloysio Estensi.*

Aloysius de Este, seu Atestinus, Herculis II, Ferrariæ ducis filius, in amplissimum cardinalium ordinem a Pio IV Pontifice Maximo relatus, præstantissimæ virtutis, atque inauditæ liberalitatis princeps; quem pauperum thesaurum, purpurei senatus lumen, ac Romanæ aulæ ornamentum fuisse, memorizæ proditum invenio. Deiparæ Virginis, ab ipsa infantia, purissimo amore captivus, ut iudicaret cor, id est, amorem atque affectum suum, totum atque in solidum eidem Deiparæ Virginis consecratum, cor autem Lauretanæ Virgini donum

SUMMA AUREA DE B. V. MARIA. X.

misit. Qui autem Deiparæ cor dedit, quomodo, cum illo, eidem non omnia donavit, ac totus Deiparæ fuit? Cœlum petiti anno a salutifero Virginis partu 1586, aetatis 48, in Kal. Januarii.

§ XVII. — *De Alphonso Richelieu.*

Alphonsus Ludovicus du Plessis de Richelieu Gallus, Armandi (de quo infra) germanus frater, ex monacho Carthusiano, archiepiscop. Aquarum Sextiarum, deinde archianistes, et comes Lugdunensis, et Galliarum primas, postmodum vero S. R. E. Cardinalis, ab Urbano VIII P. M. creatus; vir virtutis non eximie solum, verum etiam admirabilis; quem Lugdunenses suas delicias, et pupillam oculi palam profitebantur. Erga sacratissimam Dei Matrem Virginem Mariam, præcipua quadam et pia devotione, in omni vita, affectus fuit. Cum anno 1655, die 19 Augusti, Urbano VIII Pontifice Maximo favente, et Francisco Barberino S. R. E. vicecancellario protegente, archiconfraternitas Conceptionis, et Stellarii beatissimæ Virginois, ab heminum memoria, in Urbe ercta, et per totum terrarum orbem propagata, ad augendam erga Deiparam, sine peccato conceptam, crescentem quotidie magis fidelium religionem, antiquissimam, et miraculæ insignem conceptæ Virginis iconem, magnificenter apparatu ac pompa plane triumphali, plurimis passim forniciibus, statuis, columnis, aris machinisque ornatissimis excitatis, Aelia arce ad publicum plausum instructa, veteri sacello restituto et ornato, in triumphi speciem circumduxisset, militibus Urbis, copiis tribunitiis cum vexillis præeuntibus, profanis, sacrisque ordinibus, cardinalium, ac procerum familiis subsequentibus, senatu vero Romano, una cum patribus, populoque universo, insueto plaudentis pietatis sensu, claudente triumphum, sibique mirifice gratulante, a Virgine, omni vel originis labore immuni, lustrari urbem suam, quam illius potissimum patrocino, ab omni semper hæresum labore immunem agnoscebat. Alphonsus tunc Romæ degens, ut nulli erat in augustinissimam Dei Matrem pietate secundus, suum etiam ipse Virgini, sine macula conceptæ, studium ac voluntatem testaturus, in via Julia, fornicem, vere triumphalem, cum subiecta inscriptione erigendum curavit:

Magnæ Matri Deiparæ sanctissimæ, integrimæ, noxæ communis et translatiæ labis exsorti, Alphonsus Ludovicus du Plessis, de Richelieu, S. R. E cardinalis, archiepiscopus et comes Lugdunensis, Galliarum primas, magnus Franciæ eleemosynarius, arcum hunc, triumphalibus insignem argumentis, excitavit; antiquæ de peccati principe monumentum victoriæ, de impiorum perfidia omen et præsiguum novæ.

Licet autem eminentissimus hic cardinalis, pluribus aliis evidentissimis et luce clarioribus argumentis, affectum sum erga beatissimam Virginem, ac Dei Genitricem sanctissimam declaraverit; quis tamen hactenus ad meæ cognitionis notitiam hujus-

modi argumenta non venerant, ea, hoc loco, re-censere non valui. Felicem mortalis vitæ sortitus est exitum amantissimus Deiparae Virginis cliens, anno a virginali partu 1653, mense Maio.

§ XVIII. — *De Andrea Austriaco.*

Andreas Austriacus, Ferdinandi archiducis Austriae filius, et Ferdinandi imperatoris Cæsaris Augusti nepos, a Gregorio XIII, Pont. Max. sacri senatus dignitate donatus, qui majorem splendorem propriæ virtutis gloria exæquavit, et Belgicæ provinciæ, difficillimis temporibus, a Philippo II, rege præfectus, eam incomparabili prudentiæ et fortitudinis laude administravit. Inter alia Mariae pietatis (quam cum ipso pene nutricis laete hauis) clarissima testimonia, plures ad varia loca, Deiparae Virginis religione cultuque celebria, sacras peregrinationes obiit; atque in eisdem locis, pietatis suæ vestigia munifice impressa reliquit. Laurenum præsertim adiens, ibi bina candelabra, solido ex ebeno, gemmis, auroque distincta, nee non crucem auream, auroe insidentem monti, gemmisque clarissimis inoculatam Deiparae Virginis dono dedit. Lustrali Clementis VIII anno, in religioso peregrini habitu, quasi alter Alexius, omnibus ignotus, Romam profectus; ibi, inter alias ecclesiæ, basilicam S. Mariæ Majoris, peregrinorum more, non semel pedes religiosissime visitavit. A Clemente antem VIII, Pont. Max. agnitus, et in Vaticanas ædes amantissime receptus, ibi post dies paucos, vi morbi lecto afflatus, sacrisque mysteriis rite ab eodem Pontifice expiatus, ex terrena peregrinatione ad cœlestem patriam migravit, anno salutis 1600, ætatis 42, pridie idus Novembris. Ejus funus, omnium honorum lacrymis, euratum est in ecclesia S. Mariæ de Campo Sancto: et cadaver, non multo post, ad ecclesiam S. Mariæ de Anima translatum.

§ XIX. — *De Andrea Matthæo Palmerio.*

Andreas Matthæus Palmerius, Neapolitanus, archiepiscopus Materensis, et Acheruntinus, a Clemente VII, Pontifice Maximo in saerum cardinalium numerum, præclaræ virtutis merito, ascitus; enjus plus, et constans animus, non minus docuit fortunam adversam superare, quam secundam contempnere: inter alia pietatis suæ erga suavissimam Dei Matrem, cœlique Reginam inelytam, documenta, Laurenum profectus, aræ et sacerdotis ornatum ex veste Attalica Lauretanæ Virginis domum tulit. Cætera tanti viri erga Deiparam Virginem amoris specimina adhuc me latent. Vita finitus est anno salutis 1556, ætatis 44, xxi Kal. Februarii, sepultusque in ecclesia Sanctæ Mariæ de Populo.

§ XX. — *De Andrea Signino.*

Andreas Signinus, sive e comitibus Signiae, ordinis Minorum, Italus, Anagninus, Alexandri Papæ IV nepos, qui a Bonifacio VIII, cuius erat propinquus, S. R. E. cardinalis creatus, dignitatē hanc sibi oblatam reconsavit, et in maxima humilitate, et

paupertate totum vitæ suæ cursum transegit; inter alia pietatis suæ erga Deiparam Virginem symbola, edidit *De partu ejusdem Deiparae Virginis volumen*. Sancto sine quievit anno salutis nostræ 1502, die 4 Februarii.

§ XXI. — *De Anselmo Mantuano.*

Anselmus Mantuanus, origine autem Mediolanensis, Alexandri II, Pontificis Maximi, a quo S. R. E. cardinalis creatus, nepos; vir doctrina, et summo pietatis studio clarissimus. Quem Mathildis comitissa confessarium, ob vitæ sanctitatem, sibi ascivit, ejusque suasu nobilissimum monasterium Sancti Benedicti de Mantua, in quo ipse aliquando monachus fuit, sua impensa condidit, et dotavit: beatissimæ Virginis Genitrici Dei Mariæ obsequiis, ad stiporem usque addidet, cum nocte quadam, post Matutinas, in beatæ Virginis sacello orandi gratia remansisset, ibique eidem beatæ Virgini pro Mantuana urbe (in qua morabatur) instantissimas supplicationes offerret, illam solis radios luce vincente, coram se animadvertisit: que cum B. virum, future gloriæ certissima spe, ad susceptum vitæ institutum protrahendum adhortata esset, tandem se Mantuanæ urbis, quam sibi summopere addictam videbat, perpetuo specialissimam patronam fore spopondit. Quibus dictis, cum evanisset, Anselmum voluptate jucundissima perfusum reliquit. Quodam alio tempore, dum in ecclesia Sancti Pauli in territorio Mantuano juxta episcopinum, altare quoddam ad honorem B. Virginis consecraret: inter solemnia consecrationis, in eodem altari, ipsam beatam Virginem corporeis oculis conspexit. Alio quoque tempore in Purificatione ejusdem gloriosæ Virginis Mariæ, dum tardior ad ecclesiam venisset, cantantibus jam clericis invitatorum: *Occurrent Deo tuo*: vidit intranti sibi Deiparae Virginis Dominæ suæ, Filium in occursum. Inter alia autem devoti sui erga angustissimam cœli Reginam obsequii pignora; ad posteros transmisit, a se elaboratas, *Meditationes piissimas*, in *Salutationem angelicam*, *Ave Maria*, et in *antiphonam*: *Salve Regina*; quæ ex Codice ms. Bibliothecæ Sancti Benedicti Mantuae exscriptæ cum Bibliotheca purpurea Mariana, quam paro, si Dens concesserit, proferentur in luce. Ad æternæ felicitatis præmia perrexit Anselmus, anno salutiferæ Incarnationis 1086, die 18 Martii, quo die ejus nomen in Martyrologio Romano notatum est, et ejus Officium a Lueensibus, quorum fuit episcopus, sub ritu duplici, celebratur.

§ XXII. — *De Antonio Barberino.*

Antonius Barberinus, Florentinus, ex ordine Minorum Capuccinorum, Urbani VIII Pontificis Maximi germanus frater, cardinalis Sancti Ilonifrii nuncupatus (vir, in quo pietas integerrima, vitæ moderatione conspicua, omnibusque probitatis numeris absoluta semper eluxit) inter alia splendidissima testimonia, quibus suam erga Deiparam religionem, quam cum ipso lacte ebibit, alteque fixauit

in corde semper tenuit, palam apud praesentes, et posteros declaravit, templum Fratrum Capuccinorum in Urbe Immaculatae Virginis Conceptioni saerum, a fundamentis erexit, religiosi in Deiparam obsequii monumentum. Idem, ut alumni collegii Neophytorum in templo beatissimae Mariæ ad Montes saeris ministeriis operam navarent, eos, simul incolentes, illuc transtulit, novasque ædes, eorum habitationi, a fundamentis exstruxit. Etiam post indutam cardinalitiam purpuram, absoluto divini Officii penso, Horarias beatæ Virginis preces, simul cum corona quotidie persolvit. Augustissimæ cœlorum Reginæ imaginem, ante quam in oratione procumberet, semper in cubiculo suo habere voleuit.

Hospitali Sanctæ Mariæ in capella, in Transtiberina regione, certam pecuniam summam legavit, ejusdem hospitalis pauperibus per singulos menses in perpetuum distribuendam. Monasterio beatæ Virginis Annuntiatae Cathecumenarum solvi jussit in menses singulos senta vinti quinque, ut quotidiano monialium victui adjumento essent. Ecclesiae beatissimæ Virginis de Montibus, ultimis testamenti tabulis, reliquit pollubrum suum argenteum, suosque calices et patenas: sicut ecclesiae Sanctæ Mariæ Transtiberim, cuius erat titularis, senta ducenta in indumentis sacerdotalibus impendenda. Nec alia in hoc argumenti genere ad meæ cognitionis notitiam adhuc pervenerunt. Quæ tamen me latent, ab oblivione vindicabunt alii, et eximia a tanto principe edita Marianæ pietatis specimina, haud diu in tenebris sepulta jacere patientur. Religiose animam exhalavit, anno reconciliationis humanæ 1646, ætatis 76, die 11 Septembri, cum ante obitum, ut suus spiritus, e corpore egressus, in pacis ac refrigerii loco, inter cœlestis patriæ cives recipetur, fixis humi genibus, a Deipara Virgine, unico peccatorum refugio, devotissimis atque ardentissimis precibus postulasset. Vide opus *Eminentissima Deiparæ Virginis perfectione*, a Joanne Mariae Zamorio, Utinensi, ordinis Minorum Capucinorum, elucubratum, atque Antonii nostri nomini consecratum, in cuius Epistola Dedicatoria ipsius Antonii in Deiparam pietas maxima prædicatur.

§ XXIII. — *De Antonio Cajetano.*

Antonius Cajetanus, Romanus, quem virum non minus majorum stemmate, quam propria virtute clarissimum Bonifacius IX, Pontifex Max. in amplissimum S. R. E. cardinalium ordinem retulit: inter alia pietatis suæ erga Deiparam specimina, absidem templi Sanctæ Mariæ super Minervam, ut insignia indicant, exædificavit: atque in hoc templo corpus suum, post mortem, sepeliri voluit. Diem supremum clausit, Romæ, anno salutis 1412, die 11 Januarii.

§ XXIV. — *De Antonio Caraffa.*

Antonius Caraffa, Neapolitanus, quem nobilissima familia natum, doctrina etiam, etsi non primum,

inter primos certe sui ævi numerandus probitatem vero nulli secundum, Pius V, Pont. Max. sacra Romana purpura decoravit: inter alias suæ erga Deiparam eximiae pietatis testificationes, e Greco Latine reddi lit, Catenam, seu explicacionem veterum Patrum in Canticum beatæ Mariæ Virginis: *Magnificat*. Cœlum petiit anno salutis 1591, pridie Idus Januarii; fuitque titularis Sanctæ Mariæ in Cosmedin, et mox etiam Sanctæ Mariæ in via Lata.

§ XXV. — *De Antonio Casino.*

Antonius Casinus, Senensis, aliis Florentianus, ex episcopo Senensi S. R. E. cardinalis a Martino V, Pont. Max. creatus, vir præter alias eximias animi dotes, in utroque jure peritissimus et excellentissimus: inter alia amoris sui erga Deiparam Virginem documenta, basilicæ Sanctæ Mariæ Majoris de Urbe (eius fuit archipresbyter) sextam hereditatis partem reliquit. Cetera ne fugiunt. Decessit Romæ anno salutis 1429, die 4 Februarii, sepultus in basilica Sanctæ Mariæ Majoris.

§ XXVI. — *De Antonio Jacobo Venerio.*

Antonius Jacobus Venerius, Recanatensis, Picens, ex episcopo Syracusano, Legionensi et Conchensi S. R. E. cardinalis, a Sixto IV, P. Max. creatus, vir ingenii et sapientiae laudibus sua ætate percelebris: inter plura, quæ in omni vita prodidit, Marianæ pietatis specimina, hoc solum ad meæ cognitionis notitiam pervenit, quod ipse Deiparæ Virgini Lauretanæ pluviale præclarum, sacerdotisque ac ministrorum solemani cæremonia sacrificantium, vestes aureas, ingentibus floribus auro criso, et opere Phrygio insignes obtulerit. Æternitati transcriptus est anno post Christum natum 1479.

§ XXVII. — *De Antonio Maria Gallo.*

Antonius Maria Gallus, Picens, Auximanus, illustri Gallorum familia ortus, quem Sextus V, Pontifex Maximus, ob exploratæ, ac sibi cognitæ virtutis merita, Romanæ purpurae dignitate insignitum voluit: sacre domus Lauretanæ beatæ Virginis (qui ab ipsa infantia devotissimus) protector datus, Lauretum se contulit, ubi summa omnium ordinum letitia et gratulatione exceptus, creandorum Lauretanæ civitatis magistratum, leges ac jura, descripsit. Eo patrono Lauretani templi facies ad fastigium aliquando perduta est, egregium sane aedes Lauretanæ decus: quippe, et magnifice descripta est, et perfecta solerter; tota constat ex Istro lapide, Tiburtino simili, ex annissim quadrato: tanto autem artificio structa, ut tantum opus, pene ex una lapidis gleba constare dicas. In media facie, tanquam os, janna patet maxima, striatis columnis marmoreis, et arcuata corona insignis. Hujus latera binæ januae minores cingunt, stylobatis parastatisque columnis interpositæ, quibus facies subnixa consurgit. Supra januam maximam beatæ Mariæ parvum Filium complexæ effigies ænea visitur, pulcherrime facta; sub fastigio in ipsa fronte ingens fenestra, oculi instar, striatis

columnnis cælatisque operibus adornata, basilicæ lumen præbet. Super fenestram titulus ædis Lanretanæ aureis litteris in Lucelio marmore incisis:

Deiparae domus, ubi Verbum caro factum est.

Cardinalis porro Gallus, ut cum pietas admonebat, ab æde ornanda, ad pauperes sublevandos versus, congesta ingenti pecunia vi, montem pietatis instituit, ubi pauperibus oppidanis pecunia mutua daretur gratis, ne cogerentur iniuriam subire fœneratorum. Auctor fuit, ut summa Lanretanæ historiæ, in marmorea tabula inscriberetur, quo illustrius cumulatiusque esset tantæ ac tam insolitæ rei ad posteros monumentum.

Idem, et a sua pietate, et a subjiciendis Catholici regis ad eum datis litteris admonitus, apud Pandulum V, Pont. Max. omni qua potuit efficacia institit, ut purissimæ Conceptionis Dominae nostræ mysterium, auctoritate apostolica, tandem aliquando declarare dignaretur, et licet Pontifex non declaraverit, quia nondum advenerat tempus a Dei sapientia praordinatum: suum tamen Gallus erga Virginem sine macula conceptam, studiis, satis abunde testatum reliquit. Porro exemplar litterarum, quas pro decisione mysterii Conceptionis ad eum dedit rex Catholicus, hoc est, Hispano idiomate in Latinum translatum:

« D. Philippus, Dei gratia rex Castellæ, Legionis, Aragonie, utrinsque Siciliæ, etc.

« Reverende admodum in Christo Pater, cardinalis mi valde chare, et dilecte amice. Dum episcopum Carthaginensem in istam destinò curiam, ut meioratoris extraordinarii fungatur munere, et instet apud suam sanctitatem, circa declarandum mysterium purissimæ Conceptionis Dominae nostræ, propter ipsius negotii gravitatem, et molem, et quia tantopere expedit quieti Christianæ reipublicæ, et concordiae religionum, et omnium fidelium, ac Dei Genitricis devotorum, qui hac opiniorum contrarietate scandalizantur: volui etiam te affectuose rogare, sicut et rogo, ut causam hanc tibi commendatam habeas, et cures quantum ad te attinuerit, eam dirigere ad desideratum finem. Præterquam enim quod ad ita faciendum obligaris ex ratione tuae dignitatis, singulariter mihi in hoc complacebis. Et benigne exandire, et magnopere honorare velis prænominatum episcopum; ita enim et illius persona, et multæ præclaræque dotes merentur. Et sit, reverende adm. cardinalis, mi valde dilecte amice, Dominus noster in tua continua tutela et protectione. Dateæ Madriti, 9 Octobris anno 1618. Ego rex. Ex præcepto suæ Majestatis Antonius de Arostigui secretarius. »

Ex hac mortalium regione in coelestem patriam perrexit Gallus, anno ab Incarnatione Dominicæ 1629, die 3 Martii, sepultus in ecclesia Sanctæ Mariæ in Ara-Cœli.

§ XXVIII. — *De Antonio Maria Salvato.*

Antonius Maria Salvatus, Romanus, in amplissimum S. R. E. cardinalium ordinem a Gregorio

XIII, Pontifice Maximo cooptatus: vir, qui toto vitæ suo cursu esse, quam videri bonis semper maluit; et cuiuscumque humanae spei, Dei honorem et sedis apostolicæ commodum semper anteposuit: singulari quadam erga Deiparam Virginem devotione permotus, ecclesiam Sanctæ Mariæ in Aquiro, antiquam, et prope rrinosam funditus diruit, ac aliam ampliorem a fundamentis erexit, adjecto pro pauperibus orphanis hospitio et collegio; cui illico pro dote assignavit decea aureorum millia et postea testamento legavit prædium valoris tunc aureorum viginti milium. Idem, ad Sanctum Gregorium de Urbe, sarcophagum Deiparæ Virginis, que euandem sanctum Gregorium fertur allocta, marmoribus ac picturis ære proprio exornavit. Sed, et ad templum Sancti Jacobi Incurabilium (quod magnificentissimum, structura eximia, amplitudine admirabili, regioque apparatu visendum extruxit) imaginem B. Virginis, que in alia ecclesia, hinc unita, et Sancta Maria Miraculorum dieta, conservabatur, ut populus erga idem templum majori devotione afficeretur, solemnè pompa transferendam curavit.

Ecclesiæ etiam Sanctæ Mariæ Majoris, ut in illa pro ejus anima oraretur, mille auricos pro legato reliquit. Aeternitatis iter ingressus est, anno salutis 1605, ætatis 65, die 25 Januarii.

§ XXIX. — *De Antonio de Monte.*

Antonius de Monte, Aretinus, Clementis VII patruus, quem Julius II Pontifex Maximus, ob eximiam in rebus gerendis fidem, et excellentem legum peritiam, in purpuratorum Patrum ordinem cooptavit: quanti apud se esset Mariana pietas, publice manifestum reddidit, dum Lanretanam beatæ Virginis domum religiosissime invisit. Ex Urbe autem Lauretum discessurus, in templo Sanctæ Mariæ Populi, eidem Virgini Maximæ dominum obtulit. Qua de re Philippus Bellicius, qui illius itinerarium versibus expressit, est hoc loco audiendus.

*Venit erat ad portas, cum celsi limina templi,
Proxima condensus dominus, sic voce precatur:
Tu, que causa via. Virgo, sumptuque laboris,
Alma, viam facilem concedens, annue captis,
Da, precor, ut meritas possim persolvere grates,
Incolumis rediens: et nostri pignus amoris,
Quæ tibi dona sero, nunc accipe. Dixit, et auro,
Obulit insignem pallam, quam baltheus ostro
Contextam cingit Tyrio, deline maximus heros
Ereditur laetus, pulchra comitante cohorte,
Flamineam populo portam spectante Quirini.*

Cum ad Lanretanum templum pervenisset, Denū sacrificio, Dei Matrem lacrymis, precibus, munere veneratus est. Quod idem his verbis enarrat Bellicius:

*Inde propinqua caput, non longe a littore, templo
Tollere jam turres, et Lauretanæ videmus
Mœnia, quæ pelagi scopuloso gurgite fluctus
Adriacas volvunt, Borea resonante, procellas.
Miramus molam immensam, templumque superbum
Atque urbem, quondam nemora, et magalia tantum
Crescere, miranrus strepitum, turbamque frequentem,
Virginis effigiem veram sedemque retustam.
Tot memoranda ducum, regumque ingentia dona.
Solvere vota parans, sanctam prostratus ad aram*

Procubuit gemitu princeps, sacrisque peractis,
More suo latus Matri pulcherrima donat
Munera Christipara, fulvo pretiosa metallo.
Atque ait : *O nostræ, Virgo, spes una salutis,*
Quæ miseros primi damnatos labo parentis,
Tartareis panis revocas, cæloque redemptos,
Posses frui, ateruo partu inviolata dedisti.
Nunc precibus placata meis, pietate misellum
Respicie qua solita es, nostris et sordibus iram
Siste Dei tactam; tantique miserta laboris,
Accipe, diva Parenz, quæso, hac, sint vilia quamvis,
Munera, meque tua, sauctissima, protege dextra.
Da, Diva, optatam pacem, da, Diva, quietem
Christicolis; duce te, cessent crudelia bella,
In Turcas, Maurosque truces, et vana coentes
Numina, corda move, mentemque et pectora sancta
Pontificis; cui longa precor, tranquillaque fatia.
Conscia mens recti; populum pietate gubernet,
Ille suum solita Petri sanctissima sceptra
Augeat, infandos vesani comprimat hostis
Errores, mersasque simul caligine caca
Disjiciat sectas Martini, vincitque tradat
Colla premeuda tibi. Pariter da, Diva, salubrem
Aera, nec crebras inducant sidera mortes,
Langor epidemiac ccesset, da carcere demum
Visere terreno cœlestia regna solutis.

E vita excessit Antonius anno Christi 1553,
ætatis 72, xii Kalend. Octobris.

§ XXX.—*De Antonio Sanctacrucio.*

Antonius Sanctacrucius, Romanus, non minus majorum sanguine, quam propria virtute spectatissimus, quem ex Seleucia archiepiscopo, et apud Sigismundum III, Poloniæ regem, apostolico nuntio, Urbanus VIII, Pontifex Maximus Romanæ purpure eminentia decoravit: ab ipsa pueritia Deiparam Virginem Mariam singulari quodam cultu, ac peculiari veneratione coluit. Primis iuventutis suæ annis, albo sodalium beatissimæ Virginis Assumptæ, in domo professa Societatis Jesu, nomen suum inscribi voluit, variisque semper pietatis exercitiis, intimum cordis sui erga augustissimam cœli Reginam affectum luculentiter declarare satagit. Dum apud Sigismundum Poloniæ regem apostolici nuntii munere fungeretur, inter alia obsequiorum genera, quibus sacratissimæ Matris gratiam, in ejus festivitatibus, quolibet anno recurrentibus, sibi studiose conciliare studuit, ad ejusdem sacratissimæ Deiparae honorem, pauperibus sua domo coactis, propria manu fercula in mensa apponere, largas in eos eleemosynarum summas effundere, atque in ecclesiis Mariano nomini dedicatis, accendentibus quibusunque catholicis sanctissimum Eucharistiae sacramentum ministrare solitus fuit. Dum pestilentiaz morbo Bononiensis civitas laboraret, facto voto Mariae sospitatriæ de Rosario, et indicta supplicatione, quotannis in ævum duratura, huic supplicationi Antonius cardinalis, tunc Bononiæ legatus an. 1651, nudis pedibus et profusis lacrymis, primus interfuit, cumque ex empyreis Mariæ Rosetis, divina aspirante aura, virus evanisset ac revixisset salus, Antonius divæ Sospitatriæ imaginem, circumducto per vias theatro, simul ac triumpho, in platea magna, auro ac gemmis, novo jure, Reginam religiosissime coronavit. Ad ecclesie

Theatinæ regimen assumptus, in oppido Franchæ Villæ, suæ diœcesis, ubi ob aeris illius amoenitatem solebat biennali tempore commorari, templum Deiparae de Rosario dicavit, illudque donavit Fratribus ordinis Prædicatorum, adjuncto eœnobio, pro alendis duodecim religiosis. Ad archiepiscopatum Urbinateensem translatus, in ecclesiam suam, Deiparae in cœlum Assumptæ dedicatau, singulis Sabbatis descendebat, ubi sacrosanctum Missæ sacrificium, pro se, suisque ovibus offerens, augustinam cœli Reginam, inter alia, humillime deprecabatur, ut scipsam elementissimam Matrem sibi, et populo sibi commisso demonstrare dignaretur. E stadio mortalitatis excessit, suæ erga Deiparam servitutis præmium in cœlo perecepturus, anno orbis redempti 1641, die 25 Novembbris.

§ XXXI.—*De Antonio Saulio.*

Antonius Saulius, Genuensis, ex gente Saulia, non minus opibus, quam nobilitate inclyta exortus; quem Sixtus V, Pontifex Maximus, intuitu virtutis, prudentiæ, multorumque in Christianam rempublicam meritorum, in sacrum purpuratorum Patrum senatum ascepit: Deiparae Virginis cultui honorique addictissimus, inter alia, quibus suos in tantam Matrem plenissimos amoris sensus hinculenter explicavit, aram principem celebris ecclesiae Sanetæ Mariæ de Populo Urbis magnificissime, suis sumptibus, excitari, atque in area medio thaumaturgam beatæ Virginis imaginem, quæ divi Lucae evangelistæ penicillo depicta dicitur, decentissime collocari curavit. Decessit Romæ fere octogenarius, anno a salutiferæ Virginis partu 1623, die 24 Augusti.

§ XXXII.—*De Aratore N.*

Arator N. S. R. E. cardinalis subdiaconus, a Vigilio Pontifice Maximo creatus, vir doctissimus et poeta laureatus; quem natione Italum, et monachum fuisse Sancti Benedicti, asserit Ughellus in *Additionibus ad Ciacconium*: laudum sanctissimæ Virginis Deiparae se præconem, extrema devotione illustrem, comprobavit; dum in suis *Apostolicæ Historiæ* libris, quos hexametro versu eccevit, et eidem Vigilio Papæ, ante confessionem sancti Petri, in corona multorum episcoporum, obtulit, hæc inter alia de ipsis Deiparae Virginis laudibus inseruit :

*Porta, Maria Dei Genitrix intacta, creautis,
A Nuto formata suo; mala criminis Erw
Virgo secunda fugat: nulla est injuria sexus,
Restituit quod prima tulit, non voce querelas
Excitet, aut gemitu maxentia corda fatiget,
Antiqua pro lege dolor, sceleris ipsa, nefasque
Hæc potius mercede placeut, niuandoque redempto,
Sors melior de clade venit; persona ruinam,
Non natura dedit, peperit tunc fœta periculum;
Nunc tumui paritura Deum, mortalia gignens
Et divina serens, ver quam mediator in orbem
Prodiit, et veram portavit ad aethera carnem,
Et ibidem in commendationem beatæ Virginis
attenuit:*

Davidica nam stirpe satus Genitrix Maria,

*Christus adest, quem tota canunt oracula vatum
Venturum sub carne Deum; seseque creantem
Virgineos intrare sinus.*

Ejus etiam ista sunt verba :

Truncata libido.

*Virgineum promittit opus; hac namque propago
Pivinum concepit iter: hinc sacra Maria est
Ad partum generata nouum, quæ conjugis expersa
Mater inest, Natusque Dei de Virginis alvo
Emicat, atque hominem mediator in omnia complet.*

Hactenus Arator, qui vivebat anno a salutifero Virginis parti 545.

§ XXXIII. — *De Armando Richelieu.*

Armandus Joannes du Plessis de Richelieu, Pictavius, Gallus, et immortalis Gallorum gloria, a Gregorio XV, Pontifice Maximo, Romana purpura vestitus, dux et par Franciae, Ludovici XIII, regis Christianissimi consiliarius fidelissimus, ejus imaginem, præclarissimis heroicarum actionum ductibus delineatam, Bononiæ produxit, anno 1642, typis Tebaldini Andreas Taurellus I. C. Divionensis : inter alias conspicuas Marianæ pietatis notas, egregium, cedroque dignum, *De perfectione Christiana Opusculum*, a se compositum, Parisinis typis saepè reeiusum, Deiparæ Virgini, pro eo, quo in illam agebatur, devotionis ardore, subiecta epistola consecravit :

« Sanctissimæ Virgini, Dei Matri.

« Ut id operis, sancta, sacrata, gloriosa Virgo, sub tuis ponam auspiciis, non una quidem causa permovere. Agit ctenim primo de perfectione, quam Filius tuus pretiosus docturus, præceptorum suorum auctoritate, et consiliorum exemplorumque virtute in hunc mundum venit. Illa deinde tu es, quæ hanc perfectionem altissimo eminentiæ gradu secundum gloriosum Filium tuum attigisti. Præterea, eo mihi tempore natum est, quo præcipua quadam ratione totum hoc tibi se regnum devovit. Equidem crimen effugere neutiquam possem, si quid mihi reliquum facerem, ex eo opere, quod tibi totum debetur. At, humilitatis meæ causa timere: ne gratum munus succederet, nisi ea sp̄ erigerer, te pro tua benignitate, quæ inexhausta est, pro mea, qua maxime ope tua indigo, inopia, proque fructu, quem fert benedictio, quam ex Filio tuo divino exoratam, auctori lucubrationibusque ipsius tibi sacris imperties quasi ex debito, esse accepturam. Cæterum, quemadmodum nullus Christianorum fieri unquam potest, ut Filium tuum, mundi reparatorem, qua dignus est veneratione prosequatur, nisi, et tantæ Genitrici honorem habeat: ita nec tu tantæ charitatis incendio illum amare posses, ut amas, nisi illis adesses, qui nihil aliud respirant, nisi ipsius gratiam et nominis gloriam. Tua virtus tibi ex illo est, hocque unicō jure, spero non defuturum mihi præseus auxilium tuum. Quo si indignus censeor, meriti hoc mei est. Vulnera, quæ causa mea exceptit in cruce, ori meo, quod deest, addent; nescit enim rogare quod volo. Ita ego

docco, tantumque indeo ex ingressu aspiciens, illud a te etiam atque etiam oro, ut precum tuarum vi, cum ingressus fuero, passibus adeo magnis curram, ut postquam longius processero, advocare possim, et voce et exemplo Christi fidèles, quod nunc, licet velim, nou tamen possum. Nihil est, quod a te fieri non possit, cum potentissimi Numinis Genitrix sis, summoque tibi amore conjunctissimi; nihilque quod ad illius gloria pertineat, quod tu pro tuo in eum amore nou maxime velis. Ita spero hoc opus tantam vim relaturum ex tua potentia, tuaque bonitate, ut cum proficuum saluti animarum, quæ una præcipue res hanc mihi curam injectit, futurum sit, tum ei maxime, qui ope tuam, omni quidem vitæ sue momento, præcipue tamen in articulo mortis implorat, utilissimum. »

Scripsit, ediditque lingua Gallica, dum adhuc esset episcopus Lucionensis, *Catechismum*, seu *Instructionem Christianam*, in octo supra viginti Lectiones partitam, pietate et doctrina reseptissimam, in qua, lectione tertia, explicans illa verba apostolici Symboli *Qui concepimus est de Spiritu sancto, natus ex Maria Virgine*, tam pie, tam devote, tam dilucide, de *Conceptione et Partu beatæ Virginis locutus est*, ut admirationem afferre possit legentibus. Lectione etiam 24, *Salutationem angelicam beatæ Virginis doctissimis simulque plentissimis commentariis illustravit*, et de angustissimæ Virginis honore per totam illam lectiōnem præclarissimis modis meritus est. Ait enim ibi inter alia explicans illa verba : *Ora pro nobis*: « Nos magna ratione hanc beatæ Virgini porrigitus supplicationem, cum ejus auxilio indigamus, et ipsa velit et possit illud nobis concedere. Nos ejus auxilio indigemus, quia mundus, caro et dæmon, nostri potentissimi et præcipui inimici, suis temptationibus nos continuo adoriantur. Ipsa potest et vult suum auxilium nobis concedere, quia perfecta charitate, quæ semper in ea fuit, plena est, et quia nemo plus potest apud suum Filium, quam vera Mater: nos, justa ratione, beatæ Virgini, ut suum nobis auxilium conferat, supplicamus, quia cum omni hora in periculis simus, omni hora ejus auxilio indigemus. Nos insuper eam rogamus, ut nostri in hora mortis nostræ recordetur, quia tunc juxta eum statum, in quo deprehensi fuerimus, judicandi erimus in judicio particulari, quo in puncto illo ultimo sicut et consequenter tunc tempus erit, quo præcipue auxilio, et viribus indigebimus. » Sic ille.

Qualis ejus fuerit erga purissimam Dei Genitricis *Conceptionem sensus*, ipsem et luculentissimis, et luce clarioribus verbis declaravit, dum in tractatu *De perfectione Christiana*, cap. 40, hæc litterarum monumentis consignavit : « Solus Dominus noster Jesus Christus ab omnibus passionum depravatum ac malarum inclinationum defectibus liber fuit: et pariter sola ejus sanctissima Mater ex spe-

ciali privilegio, ipsi concesso, libera fuit ab omnibus peccatis, originali et actuali. » Et in *Catechismo*, seu *Institutione Christiana*, lect. 3 : « Nos eredimus beatam Virginem in gratia fuisse conceptam. » Et ibidem lectione 24 : « Beata Virgo dicitur benedicta in mulieribus, quia nulla fuit, nec unquam erit sine peccati macula concepta eum plenitudine gratiae, sicut ipsa. » Cætera tanti principis erga angustissimam Dei Matrem Virginem Mariam amoris atque observantie testimonia adhuc me latent. Obdormivit in Domino, Parisii, anno orbis redempti 1642, aetatis 58, die 4 Decembris.

§ XXXIV. — *De Arnoldo Vetza.*

Arnoldus e Vetza Cadureensis, Gallus, Joannis XXII Papæ (a quo purpura donatus) sororis filius : Deiparae Virginis cultui, honorique addictissimus ædem beatæ Mariæ collegiatam (ut vocant) Villa Novæ, prope urbem Avenionensem, trans Rhodanum construxit, dotavitque. Idem pia quedam in laudem beatæ Mariæ Virginis litterarum monumentis consignavit, ut ex Claudio Roberto, atque Eisingrenio dixi in *Bibliotheca Marianæ*, p. 1. Ad superos evolavit anno orbis redempti 1558.

§ XXXV. — *De Ascanio Columna.*

Ascanius Columna Romanus, Marcii Antonii Palliani, et Talliacotii ducis, rerum præclare gestarum gloria clarissimi, filius, quem sanguine, ingenio, consilio, prudentia, integritate, religione atque omni virtute inclytum, Sixtus V, Pontifex Maximus, ad Romanæ purpuræ decus evexit : inter alia pietatis sue erga Deiparam Virginem documenta, vas argenteum opere eximio et pondere non contempnendo, Lauretanæ Virgini donum dedit. Fuit titularis Sanctæ Mariæ in Cosmedin, et protector monachorum Montis Virginis. Nec alia, de ardentissimi principis in Deiparam studio, testimonia, licet non desint, mihi hactenus innotuerunt. Pie decessit Romæ, anno salutis 1608, aetatis 49, die 17 Maii.

§ XXXVI. — *De Augustino Cusano.*

Augustinus Cusanus Mediolanensis, a Sixto V, Pontifice Maximo, purpuræ honore anctus, qui in omnibus negotiis a Sede apostolica sibi commissis, magnam semper pietatis, justitiae atque prudentiae laudem tulit : Deiparae Virginis pientissimus cultor, ipsius Lauretanæ ædi sacerdotis, aræque vestem, ex auro, argentoque contextam, donum dedit. Ecclesiam Sanctæ Mariæ in Vallicella de Urbe sanctorum martyrum Papiae et Manri sacræ corporibus (quæ in sua S. Adriani diaconia inventa fuerant) Sixto V, Pontifice Max. concedente, tanquam thesauris ditissimis locupletavit, atque in ea insigne sacellum in honorem Deiparae Virginis Purificatæ erexit, ac dotavit. Fratres S. Mariæ de Mercede, Deiparae Virginis obsequiis in solidum addicatos, in suam S. Adriani diaconiam, a se ornatam, ut inibi ab iisdem Deipara Virgo semper laudaretur, libenti animo introduxit Diem suum,

ut vixerat, sanctissime obiit, anno salutis 1598, aetatis 56, die 20 Octobris.

§ XXXVII. — *De Augustino Galamino.*

Augustinus Galaminus, Brixichelleensis, ex magistro generali ordinis Prædicatorum S. R. E. cardinalis a Paule V, Pontifice Maximo, creatus, vic probatissimis moribus, et magna etiam, dum vixit, apud omnes sanctitatis opinione commendatus ; ob immatum sibi erga sanctissimam Dei Genitricem amorem, et ob reverentiam tantæ Matri ac Dominæ a suo ordine debitam, statuit, ut in festis duplicitibus, majoribusque sanctum ipsius Matris ac Dominiæ Officium continuo in choro a Fratribus recitaretur. Mille nummos aureos, libenti animo, contulit, ut in ecclesia S. Mariæ, civitatis Auxi- manæ, sacellum beatæ Virginis Mariæ de Rosario exornaretur. Ut, iuxta votum suum, esset particeps sacrificiorum et orationum, quæ fiunt in sacro-sancta æde beatæ Virginis Lauretana, huic ædi viginti loca montium testamento reliquit, quatenus eorum fructus in emptionem cereæ, seu olei, vel alterius rei, quæ in dictæ adis commodum vergeret, coverterentur. Cœnobio Meldulensi beatæ Mariæ de Olivo, ubi religiosum Sancti Dominicæ habitum induit, donavit decem loca montium, pro Missa quotidiana, ibi ante imaginem beatæ Virginis perpetuo celebranda. Cui etiam imagini, lampadem argenteam valoris ducentorum aureorum, supremis testamenti tabulis, reliquit. Ecclesiae Sanctæ Mariæ de Ara Cœli, cuius titulo fuerat insignitus, legavit lampadem pariter argenteam, trecentorum aureorum : et cum statim post obitum suum ter millia Missarum sacrificia, pro anima sua, Deo offerri ordinasset, eorum partem, in sancta domo beatæ Virginis Lauretana, offerenda esse decrevit. Ab hac vita ad meliorem migravit, anno Incarnationis Dominicæ 1639, die 6 Septembri.

§ XXXVIII. — *De Augustino Orezio.*

Augustinus Oregius, Italus, vir mormæ probitate insignis, et sacre theologie peritia clarus, quem Urbanus VIII Pontifex Maximus, virtutis intuita, Romana purpura, ac Beneventana insula decoravit : inter alia externa argumenta, quibus amorem et venerationem, qua Deiparam Virginem intimo cordis affectu plurimum prosequebatur, apud posteros testans est : in tractatu, quem *De sacrosancto Incarnationis mysterio Romanis typis evulgavit, De Mariæ Matris Jesu virginitate, matrimonio, conceptione, partu et maternitate* egregie scripsit ; snum autem erga purissimam ejusdem sacratissimæ Dei Matris Conceptionem sensum, his verbis aperuit. « Dicendum est sanctisante gratiam Virginis Matri fuisse concessam, quæ illam ab omni macula originalis peccati præservavit. Probatur. Nam non videtur de Matre Dei, quæ tota pulchra est, et sine macula, virtute Spiritus sancti habitaclum Filii Dei præparata, congrue dici posse, ut fuerit prius filia iræ, quam dilecta a Filio, id

est, prius habuerit in se maculam originalis peccati, per quam esset in massa perditionis, quam gratiam, per quam esset inter filios Dei sancta et immaculata. Fuit igitur in instanti suæ Conceptionis simul, et secundum naturam condita, et per gratiam sancta. Neque hinc sequitur, quidquam subtrahi de dignitate Filii, per quem, et in cuius fide, ante ortum Virginis, tot annorum millibus patriarchæ atque prophetæ sanctificantem gratiam receperunt, qui tamen a Christo Domino redempti fuisse dicuntur. Nec obstat, si dies, ipsos redimi potuisse, quia peccatum contraxerant, a quo si fuit præservata Virgo, non poterat redimi; nam quavis peccatum non contraxerit, quia tamen ex semine Adæ, per communem modum, quo propagatur humana proles, originem traxit, cum quo modo, est semper conjuncta peccati macula, vel eam contrahendi debitum: potest dici redempta Virgo excellentiori quodam, et eminentiori modo, ex eo, quod fuerit a peccato præservata, quod contraxisset, nisi fuisse Christi meritis præservata, quod est de ipsa singula iter dictum, quia de Christo Domino, qui de Spiritu sancto conceptus fuerat, non potest dici, nec a peccato redemptus, nec a peccato, quod deberet contrahere, subtractus. Objecies: Omnes qui in Adam peccaverunt, Redemptore indigent: si ergo beata Virgo Maria in Adam non peccavit, non indiguit Redemptore. Respondeatur: Concesso antecedenti, negatur consequentia. Nam Virgo Dei Mater Redemptore indigebat, ut præservaretur a peccato, quod contrahere debuisset; quæ est virtualis redemptio, qua etiam Christus Dominus non indiguit, quia in ipso nec peccatum, nec contrahendi peccati debitum fuit. Sic ille, et plura in hanc rem alia, quæ, brevitati consulens, omitto. Mortalem hominem exuit, anno orbis per Christum salvati, 1635, die 12 Julii.

§ XXXIX. — *De Augustino Valerio.*

Augustinus Valerius, Venetus, patricio genere natus, episcopus Veronensis, inter purpuratos Ecclesie Patres a Gregorio XIII, Pontifice Maximo,

relatus, vir ingenio, eloquentia, civilium rerum usu, et recondita sacrarum litterarum doctrina, monumentisque spectantissimus: pro eximio suo erga Deiparari Virginem Mariam affectu, Veronæ in templo Sanctæ Anastasie, Patrum Dominicanorum, SS. Rosarii sacellum erigi, et Romæ in aula palatii S. Marci super januam ædium cardinalis titularis, ejusdem Deipare Virginis Mariae effigiem depingi curavit. In ecclesia etiam Sancti Marci, cuius titulo erat insignitus, in choro a se pro canonice exstructo, super cardinalitiam sedem ipsius saceratissimæ Dei Matris, ac purissimæ Virginis Mariæ imaginem exprimi ordinavit. Plura edidit ingenii monumenta, a cardinalium nomenclatore, Sandero, Victorello, aliisque recensita, in quibus ardentissimum suum erga augustissimam cœli Reginam studium non semel patefecit. Thesaurum piarum et Christianarum institutionum in usum sodalitatis Deipare Virginis Mariæ a Joanne Perellio olim editum, iterum Veronæ imprimi curavit, ut hujus libelli auxilio Mariana pietas magis promoveretur, atque in catholicae juventutis animis altius impressa remaneret. Spiritum Deo reddidit, anno salutiferi partus 1606, ætatis 75, die 24 Maii.

§ XL. — *De Auxia de Podio.*

Auxia de Podio, Valentinus, Hispanus, vitæ sanctimonia, sacrarum Litterarum cognitione, et omni virtutum genere exornatus, quem Sixtus IV, Pont. Max., in sacrum Purpuratorum Patrum collegium ascripsit: inter alias Mariane pietatis exhibitiones, dum esset archiepiscopus Montis Regalis in Sicilia, ecclesiam beatæ Mariæ Virginis a Gulielmo II, Siciliæ rege ædificatam, multis, iisque pretiosis donis ditavit et ornavit: visiturque ibi etiam nunc ejus crux argentea cum Crucifixi effigie, prout illa ferebant tempora, eleganti artificio elaborata: et Mons cum imaginibus beatæ Virginis, et ipsiusmet cardinalis ante B. Virginem genuflexi. Mortalitatem exuit, anno salutis Christianæ 1483, ætatis 60, vii Idus Septembbris.

CAPUT II.

De Bartholomæo Cæsio, Benedicto Justiniano, Benedicto Ubaldo, Bernardo de Ambasia, Bernardo Divitio, Bernardo Maciejowski, Bernardo Sandoval, Bertrando de Montesaventio, Bertrando a Turre, Bessarione Trapezuntio, Bonaventura Baduario, ac Bonaventura Fidanza, S. R. E. cardinalibus.

§ I. — *De Bartholomæo Cæsio.*

Bartholomæus Cæsius, Romanus, S. R. E. cardinalis, vir et majorum stemmate et propria virute clarissimus, cum Clemente VIII, Pontifice Maximo, Romanum Ferraria rediens, in Lauretana beatæ Virginis æde, ab eodem Clemente, cum cardinali Aldobrandino, initiatu est sacerdotio. Idem titulo ecclesiæ Sanctæ Mariæ in Porticu insignitus, ecclesiam hanc, pene totam, instaurari, et picturis, quæ imaginis beatissimæ Virginis, Dei Matris, ab Angelis in S. Gallæ ædes olim delatae, ac ibidem

cultæ Historiam complectenterunt, non parvis expensis, illustrari curavit. Ut vero pietas et religio eorum, qui ad hanc ecclesiam confluunt, in dies magis inclaresceret, et tam sanctæ imaginis cultus, desuetudine prope obliteratus, excitaretur, Clemente VIII annuente, eamdem ecclesiam nostræ congregationis Matris Dei præbyteris, sublato canonicorum collegio, commisit. Mortalem hominem exuit anno salutis 1622, sepultus in basilica Sanctæ Mariæ Majoris.

§ II. — *De Benedicto Justiniano.*

Benedictus Justinianus, patricius Genuensis, Vincentii Justiniani cardinalis (de quo infra) ex sorore nepos, vir probitate et consilio clarus, ac magnitudine virtutis inter clarissimos sacri senatus principes (Petramellarii judicio) recensendus: erga beatissimam Virginem Mariam cultu ac pietate, dum vixit, maxime floruit; qui, etsi in egenis ope ferenda nunquam parcus, Sabbatis tamen, ejusdem pietatis causa, in elargiendis eleemosynis totus erat: quo die septem misericorum millibus munifica manu succurrisse, sunt qui de eo affirment.

Cum Bononiensi legatione ad quinquennium fungi ei contigisset, nihil ex omnibus habuit prius quam ut Lauretanæ Virginis opem imploraret, totamque eidem legationis provinciam commisit: se, prolegati tantum ipsius munere fungi velle protestatus. Hinc eo quinquennio, rebus adeo tranquillis usus est, ut numquam opus haberet ad tormenta, capitalesve pœnas deposcere aliquem, aut virum nobilem, aut scholarem, aut civem, cum toto eo temporis spatio, præter quinque fortuitas in vulgo cædes, nihil atrocis vindicandum, perpetratum esset. Cum finitimis præterea principibus nihil turbidum. Annonam, inquis frugum temporibus, eo legato nullus desideravit. Supra septuaginta viros principes, domo, hospitioque exceptit quam liberalissime, nullo publici sumptus dispensio. Quæ omnia, huic beatissimæ Virginis referebat accepta.

In supremis tabulis consignandis, quinquaginta millionum scutorum eam hæredem dixit: quam pecuniam ex censibus ac fundis, de quibus in iisdem tabulis meminit, contractam, ad Lauretanam domum, in quosdam pios usus insumendam, pertinere voluit: administrationem vero penes officiales congregationis sanctissimæ Virginis Annuntiatæ super Minervam demandavit: qui præter alia, et certo virginum numero, certas dotes, in eadem Lauretana domo distribui, et sacrum die Concepcionis Virginis Immaculatae festo solemniter fieri, perpetuis temporibus curarent. Si quid præterea superesset, in collocandis pauperibus virginibus, nobili præsertim genere natis, insunni jussit, quibus liberum esset, virginalem statum in aliquo monasterio profiteri, vel in urbe, vel extra urbem, singulis ducenta scuta constituens: In supplicatione tamen, in manibus beatæ Virginis Lauretanæ imaginem, eadem circumferre tenerentur. Pie migravit e vita, anno ab intactæ Virginis partu 1621, die 27 Martii, ætatis annum agens 67, et pro eo celebratur quotidie Missa in S. domo Lauretana. Fuit titularis Sanctæ Mariæ in Cosmedin, sepultusque est in ecclesia Sanctæ Mariæ super Minervam, in propriæ familie sacello.

§ III. — *De Benedicto Ubaldo.*

Benedictus Ubaldus, civis et episcopus Perusinus, ab Urbano VIII, Pontifice Maximo in S. R. E. cardinalium ordinem ascitus, sacratissimæ Virgi-

ni impense devotus, dum Bononiae legati apostolici munere fungeretur, felices prosperosque eventus qui in ea gerenda legatione successere, eidem sacratissimæ Virginis ascribens, ante templum D. Franciscoi marmoream columnam, imposita ejusdem Virginis statua, sequenti incisa inscriptione excitavit:

D. O. M.

Benedictus SS. Viti et Modesti diaconus card., de Monaldorum familia Perusiae ortus, ut benefici testatoris avunculi Francisci Ubaldi sacrae Rotæ Romanæ auditoris præceptum impletat, Ubaldus nuncupatus, episcopus Perusinus, et Bononiae de latere legatus, ob suam erga sacrum D. Francisci ordinem propensam voluntatem, hanc columnam Immaculatæ Conceptioni erigendam curavit, et tantæ sue, suraque domus protectricis, simulacro, proprium nomen, in adorationem submitti voluit; cumqne gubernatrix civitatis tranquillitatem, ejusdem Virginis nomini acceptam, ferat, gratiam quam illi habet, hoc marmore testari jussit, anno Domini 1637, Pont. S. D. N. Urbani Papæ VIII.

Obiit, ut æternum viveret, anno salutis 1642.

§ IV. — *De Bernardo de Ambasia.*

Bernardus de Ambasia, Gallus, Tholosanus, vir admiranda eruditio, et religiosa pietate clarissimus, quem fuisse amplissimum S. R. E. cardinalalem, affirmat, inter alios, in suo *Paradiso Carmelitici decoris*, Marcus Antonius Alegre de Casanate: pro peculiari animi sensu, quo erga, Deiparæ Virginis landes atque encomia afficiebatur, litterarum monumentis consignavit, de ejusdem Deiparæ Virginis festivitatibus sermones egregios. Cætera me fugiunt. Floruit anno a salutifero Virginis partu 1590.

§ V. — *De Bernardo Divitio.*

Bernardus Tarlatus, alio nomine, Divitius ex oppido Bibienna, diceesis Florentinæ, a Leone X, Pontifice Maximo, ob plurimas, eximiasque virtutes, quibus fulsit, ad cardinalatus fastigium meritissime elatus: inter alia pictatis sue erga Deiparæ Virginem documenta, ecclesiam Sanctæ Mariæ in Portico de Urbe (quæ illi in titulum cesserat) prope collabentem (quod marmorea tabula testatur) confirmavit. Protextit etiam sub iam dicto Leone X, sacrosanctam, totoque terrarum orbe venerandam Lauretanam beatæ Virginis ecclesiam, quæ ejusdem Virginis, carnis sarcinam ferentis cellula extitisse, atque angelicæ Salutationis, ac divini partus, quem editura esset, nuntii fuisse devote et pie creditur: et in qua se Virgo ipsa uberiorum in dies singulos exhibit gratiarum largitricem, fidelium cunctorum votis præsto succurrans. Nec alia de eo lactenius innotuerunt. Obiti Rouæ, anno a salutifero Virginis partu 1520, sepultusque est in æde S. Mariæ de Ara Cœli.

§ VI. — *De Bernardo Macieowski.*

Bernardus Macieowski, Polonus, episcopus Cracoviensis, a Clemente VIII, Pontifice Maximo

in S. R. E. cardinalium numerum, ob egregia virtutum merita, relatus: quam eximie beatam Virginem coluerit, luculenter ostendit, dum in loco quodam, a Claromonte Poloniae fere tribus stadiis dissito, in quo, cum veneranda beatæ Virginis imago, quæ nunc in Claromonte colitur, dejecta fuisset, fons novus erupisse fertur, cuius aqua partes imaginis deturpatae, lotæ fuisse perhibentur: in tantæ rei memoriam, capellam ibidem ædificari curavit. Cætera me fugiunt. Ex cœtu mortalium ad immortalem felicitatem properavit, anno salutis 1608, 14 Kal. Februarii.

§ VIII. — *De Bernardo Sandoval.*

Bernardus de Sandoval, et Rojas, Hispanus, illustrum Denicæ marchionum sanguine natus, virtutum gloria ac pietatis laude celeberrimus a Clemente VIII, Pontifice Maximo in S. R. E. cardinalium ordinem adlectus, archiepiscopus Toletanus et Hispaniarum primas: ut mirum devotionis affectum cordi suo alte impressum, quo erga augustissimam cœli Reginam afficiebatur, externo aliquo, et publico monumento demonstraret: in ecclesia sua Toletana sacellum plane admirandum, sub titulo Dominae nostræ de Sacrario, suis sumptibus erexit atque in eo dæ votissimam beatæ Virginis imaginem, antiquitate et miraeulis celebrissimam, solemmissima pompa collocauit. Exstat de hoc sacello insigne Opus, Hispanico sermone a Petro de Herrera elaboratum, Madriti anno 1617, una cum Relatione antiquitatis et translationis dictæ Imaginis typis evulgatum, quod ad tanti principis erga Deiparam affectum clarius cognoscendum consulere poterit devotus lector. Diem suum Madriti Bernardus explevit anno orbis per Christum redempti 1618, die 7 Decembris, et in ecclesia sua Toletana Mariana sepeliri voluit.

§ VIII. — *De Bernardo Uberto.*

Bernardus de Ubertis, ordinis Vallisumbrosæ, qui sanctissimæ vitæ doctrinam singularem adiuxit, et quem Urbanus II, virtutum ejus fama motus, ad se accedere coactum, S. R. E. cardinali renuntiavit: in Marianâ pietate eximius, ut melius sua emissâ vota servaret, præter juges afflictiones corporis, angelorum Reginæ, se obnixe commendabat: ejus amore adeo rapiebatur, ut nil ei esset jucundius, quam vel de ea habere colloquium, vel cum ea media meditatione ducere moram. Cum aliquando divinis interesset officiis, ob multam inediā, stomachique debilitatem, deficeret se sentiebat; officium autem relinquere non posse, cœlorum Reginam animitus orabat, ut sibi, vel vires, vel aliud remedium, in illa necessitate, conferret. Vix orationem absolverat, cum abbas, qui comitem suum extra monasterium adhibere volebat, eum advocavit, secumque comedere jussit. Quare, ille devote cibum sumens, gratias innumeratas misericordia Matri expendit. Eridanus quondam suas ripas transgressus, alluvione maxima circumpositos agros, et terras devastabat: cum Bernar-

dus ad flumen ea parte, qua altis tumebat, accedens, Deiparam genuflexus, cum lacrymis deprecabatur, quatenus alluvionis cessationem impetraret a Filio. Mirabile dictu! Precautione absoluta, viro Dei proprius flumen accedente, illa ingens aquarum moles, quasi Bernardi verita præsentiam, retrogredi cepit, denique vasto fragore, congeries illa collisa, proprio in alveo conquevit. Quibus actis, iterum vir sanctus orationem repetit; cumque, Deiparae gratias egisset, flumini in nomine Domini imperavit, ne imposterum terris illis, quas tunc sere funditos devastarat, molestum esse auderet. Et factum est (ut aiunt) usque ad præsentem diem. Decessit Parmæ, ad cujus civitatis sacerdotium, totius cleri et populi suffragiis fuerat vocatus, anno salutis 1155, et inter sanctos postea relatustus est.

§ IX. — *De Bertrando de Monte Faventio.*

Bertrandus de Monte Faventio, Vasco, Gallus, e Castro novo Ratherii, Cadurensis diœcesis, religione ac virtutibus celeberrimus, qui Joanne XXII, Pontifice Maximo douante, cardinalitiam purpuram accepit: ut devotionis studium erga beatissimam Virginem cordi suo alte impressum, publico documento, exterius etiam demonstraret, in Monte Faventio, extra muros Avenionenses, ecclesiam Sancte Marie de bona Requie fabricari eniat. Domum etiam ibi exadieicavit ampliav, in eaque canonicos regulares D. Augustini constituit, priusque sustentandis, congruos proventus assignauit. Exuvias corporis reliquit in urbe Avenionensi, sepultus extra muros Avenionenses, in æde S. Mariæ de bona Requie, a se constructa, ante aram principem, cum hoc epitaphio:

Hic jacet Bertrandus de Monte Faventio, de Castro novo Ratherii, Cadurensis diœcesis, tituli Sanctæ Marie in Aquirio diaconus cardinalis, qui post extuctam, suis expensis, et dotatam hanc ecclesiam, monasterium, aliaque pie et præclare a se gesta, in Domino feliciter obdormivit anno Domini 1345.

§ X. — *De Bertrando a Turre.*

Bertrandus a Turre, aliis a Cura, Gallus, ordinis Minorum, ex Aquitaniæ provinciali episcopus Salernitanus, ac postea S. R. E. presbyter cardinalis a Joanne XXII Pontifice Maximo creatus, necnon episcopus Tuscanus, vir insignis doctrinæ, meriti non exigui, et magne apud omnes auctoritatis; inter alia præclaræ Opusecula, quibus nonen suum immortalitatì consecravit, in laudem beatissimæ Virginis Genitricis Dei Mariæ (quam eximia devotione, inimisque præcordiis venerabatur) edidit, pro ejusdem præcipuis festivitatibus sermones tringita quatuor, videlicet:

De Conceptione et Nativitate beatæ Mariæ Virginis, Sermones 6.

De Annuntiatione ejusdem, super illa verba: Ave Maria, gratia plena, Dominus tecum, Sermones 3.

De Visitatione eiusdem, super illa verba: Benedi-

cta tu in mulieribus, et benedictus fructus re tris tui, Sermones 3.

Super illa verba: Ecce Virgo concipiet, pro Vigilia Partus ejusdem, Sermones 3.

De Partu ejusdem, Sermones 9.

De Purificatione ejusdem, Sermones 6.

De Assumptione ejusdem, Sermones 6.

Qui omnes una cum aliis ejusdem Bertrandii sermonibus excusi sunt Argentinæ, anno salutis 1501, tribus tomis: integrum in Bibliotheca Purpurea Mariana, quam instruo, si Deus dederit, offerentur.

Aiebat Bertrandus, nolle Deum nos aliquid habere ad vitam spiritualem, et ad virtutem pertinentes, nisi transiret per manus Virginis Matris suæ: prouintiabatque, quod si Virgo beatissima, quæ est peccatorum refugium, lumen errantium, et tribulacionis solatum, desineret nobis misericordia peccatoribus subvenire, non restaret nobis nisi desperatio. Ne naufragium fideles paterentur, et periclitarentur, eos hortabatur, ut continuo aspirerent ad maris Stellam, Mariam, quæ homines dirigit, qui per mare hujus saeculi navigant, ipsosque, si volunt, ad portum salutis deducit. Et quamvis non ignoraret, Virginem pueroram esse misericordissimam, timebat tamen, ne pro illuminatione peccatorum, qui sunt in peccatis inveterati, et mentis oculis caligant, non intercederet, eo quod digne illam non invocarent, nec respicerent ad ipsam. Salubre illud consilium quod, Joan. ii, dat Mater gratiæ, consulens saluti omnium: *Quodcunque dixerit vobis Filius meus facite,* id est, per opera implete, optabat ab omnibus cum effectu audiiri, omnemque hominem maledictum reputabat, qui istud Matris Christi consilium, cum effectu, non audiret. Ut nobis peccatoribus, multiplici purgatione indigentibus, exemplum purgationis daret, asserebat Virginem Mariam, licet purificatione non indigeret (quia tanta puritate nituit, qua sub Deo major nequit intelligi) nec ad purificationem teneretur (quia ab illa clarissime, ipsius legis verbis, excipiebatur), voluisse secundum legem purificari, et immunda reputari, ea ratione, qua Filius ejus circumcidì voluit, tanquam peccator. Considerans illa verba Eccli. xxiv, 24, in laudem divæ Virginis: *Ego Mater pulchra dilectionis, timoris, agnitionis et sanctæ spei,* veheminenter exhalatur, ob magnam nobis misericordiam in Virginem Matrem depositam: cum beatam Virginem appellatam crederet, Matrem pulchram dilectionis, timoris, agnitionis et sanctæ spei, quia istis illa secundaretur, et ista nobis impetrando pareret, petens contemplativis amorem, doctoribus cognitionem, et omnibus sanctam spem. Mariam appellabat Matrem virtutum, gratiam justorum, spem reorum, viam in exsiliis, veritatem in doctrinis, virtutem in præliis, vitam in præmiis, cum aliis titulis sexcentis. Dicebat eos, qui ope-

rantur in beata Virgine, id est, ad ejus exemplum et honorem, non peccatores: imo, omne peccatum vitatores, et si ex humana fragilitate contigisset, eos peccare, finaliter a peccatis justificandos. Credebat Deum, quando beatam Virginem elegit in Matrem, eidem B. Virginis commisso, sub præcepto, curam totius sui corporis mystici, quo sunt omnes fideles. Etenim cum ad matrem pertineat habere curam diligentem de corpore filii sui, Filius autem Virginis habeat duplex corpus, scilicet verum et mysticum, quod est Ecclesia, utrumque corpus commisit Virginis Jesus Christus. Et cum de corpore Filii sui haberet Virgo curam diligentissimam, quandin indiguit, videlicet in hac vita: de corpore mystico habuit et habebit curam diligentissimam, etiam quan diu indigebit, id est usque ad finem. Miram B. Virginis in cœlo, terraque potestatem aliquando contemplatus, haec, inter alia, de illa litterarum monumentis consignavit: « In Jerusalem cœlesti, et subcœlesti, id est, in utraque Ecclesia, militante scilicet, et triumphante et quantum ad omnes tam viatores, quam comprehensores, est Mariae Domini nostre potestas. Unde ipsa potest aliqualiter dicere verbum illud Filii sui, quod dixit de se ipso (Matthæi ult.): *Data est mihi omnis potestas in cœlo et in terra.* Dicat ergo Maria: Data est mihi omnis potestas in cœlo, et hoc, quantum ad omnes comprehensores. Dicat etiam: Data est mihi potestas in terra, et hoc quantum ad omnes viatores. Ipsa enim habet potestatem excusandi eorum transgressiones, allegandi ipsorum exceptiones, praesentandi ipsorum petitiones. Ipsa nempe excusat peccata nostra, et hoc non a toto, quia sic excusari non possunt: excusat tamen a tanto, et hoc allegando nostras exceptiones, videlicet quia sumus fragiles, et ad peccandum proni, et habemus fortissimos hostes, carnem, mundum et dæmones. Ipsa etiam præseuat nostras petitiones, quas facimus, tam pro spiritualibus, quam pro temporalibus bonis, et impetrat nobis frequenter exaudientes. Ipsa namque impetrat nobis enparum remissionem, gratiarum infusionem, pœnarum relaxationem, inimicorum corporalium et spiritualium fagationem, bellatorum turbinum tranquillationem, corporalis sanitatis restitutionem, et tandem gloriæ adoptionem. Sicut enim mater Salomonis, posito throno, a dextris filii, sed sit in eo, cui dixit Salomon: *Pete, mater mea, quod vis, neque fas est, ut avertam faciem tuam* (III Reg. ii, 20): sic benedictus Filius Virginis Matris, Matri sedenti jam a dextris in throno gloriæ, juxta illud Psal. XLIV, 10: *Adstitit Regina a dextris tuis,* dicit ei: Pete, Mater mea, quod vis semper pro peccatoribus, neque enim fas est avertam faciem tuam. » Sic Bertrandus, et plura in hanc rem alia, quæ brevitatibus consilens, omisso. Beatos nunc in spe, et tandem in re appellabat illos, qui beatissimæ Virginis vias, id est, monita et consilia, quæ sunt viæ dacentes ad vi-

tam, custodient; vel secundum suum modulum, ejus opera et exemplum imitarentur. Eosque in domum vitae intraturos affirmabat, qui ad eisdem beatissimae Virginis fores, quae sunt puritas, et humilitas, quotidie vigilarent, pro suo modulo ipsius puritatem, vel humilitatem imitando. Sordidum per earnis iammunditiam, aridum per mentis ignaviam, sterilem et infructuosum per gratiae carentiam, esurientem, et sitibundum per coelestis desiderii famem, ad beatam Virginem, quae voluntatis est paradisus, divina manus consitus, invitabat: cum in ea invenire posset fluvium, quo posset sanari contra foeditatem, emolliri contra ariditatem, secundari contra sterilitatem, potari de fonte vitae, et satiari de ligno vitae contra desiderii anxietatem. Studebat ipse, exemplo beatae Virginis sic vivere, ut Christus, ipsius precibus, eum possideret, sicut suum domicilium ad habitandum: et Mariam Stellam maris continuo respiciebat et invocabat, quatenus ejus meritis et precibus tandem ad visionem claram Filii ipsius, Dei et hominis, pervenire mereretur. Ut pia Dei Genitrix esset nobis propitia, nobisque obtineret splendorem salutiferæ cognitionis, qua cognosceremus saluti necessaria; dulorem intimæ refectionis, quo saperent nobis spiritualia; vigorem bonæ operationis, quo impleremus divina præcepta et consilia: ut tandem in nobis esset honor gloriosæ retributionis, suadebat Bertrandus ut detestaremur cuncta vita, et doleremus de peccatis per nos commissis, et faceremus fructus dignos pœnitentiæ, et fructificaremus in omni bono opere. Sancto fine quievit, anno Domini 1326, aliis 1328, licet alii existimant superstitem adhuc fuisse 1329. Qua de re vide, si libet, Arcturum a monasterio in Martyrologio Franciscano die 50 Julii.

§ XI.—*De Bessarione Trapezuntio.*

Bessarion Trapezuntius, nobili Graecia ortus, ordinis S. Basilii, archiepiscopus Nicænus, utraque lingua, Graeca et Latina peritissimus, maximusque et acerrimus fidei catholicae defensor, quem Engeinus IV, Pont. Max., ad purpurata dignitatis eminentiam sublimavit: inter alia propense sue erga Deiparam Virginem voluntatis testimonia, monasterium S. Mariae Cryptæ Ferratae prope Tusculanum, et maximum ecclesiæ partem refecit: vestibus sacris, et vasis aureis et argenteis et aliis ad divinum cultum necessariis rebus donatis. Bononiae etiam in ecclesia S. Mariae in Monte, multa construxit, atque ibi ante Deiparæ Virginis imaginem se positis genibus orantem, pictoris egregii manu exprimentum euravit. E cœtu mortalium, maximo omnium dolore, abiit, anno orbis redempti 1472.

§ XII.—*De Bonaventura Baduario.*

Bonaventura Baduarus, de Peraga, Patavinus, ordinis Eremitarum S. Augustini generalis magister, vir ingenio, consilio, animique constantia magnus, nec minus sanctus, quam doctus; quem Urbani-

nus VI, Pont. Max., virtutis ergo, absentem, et nihil tale cogitantem, purpureo honore donavit: pro præcipua devotione, qua imis præcordiis augustissimam cœli Reginam venerabatur, inter alia ingenii sui præclarissima monumenta, scripsit epus, pietate et doctrina refertissimum, prænotatum: *Speculum Marie*, quod editum Augustæ anno 1476, dixi in *Bibliotheca Mariana* parte I. Scripsit etiam ac posteritatis memoriae transmisit de SS. Genitrice in ejus præcipuis festivitatibus sermones luculentos, qui cum sermonibus, quos reliquit de sanctis, reperiuntur. Cætera autem pietatis officia, quibus eximium sum erga Deiparam Virginem affectum testatus est Baduarus, ad meæ hactenus cognitionis notitiam non venerunt.

Migravit in cœlum, anno salutis 1596, et in Indice sanctorum et beatorum ordinis Eremitarum S. Augustini, beati, imo martyris titulo insignitur, eo quod pro libertate ecclesiastica tuenda, sagitta immaniter transfixus, occubuerit.

§ XIII.—*De S. Bonaventura Fidanza.*

Bonaventura Fidanza, Balneoregiensis, ex generali ministro ordinis Fratrum Minorum S. R. E. cardinalis, atque episcopus Albanus, a Gregorio XI, Pontifice Maximo creatus: gloriosissimæ Virginis Mariæ Jesu Christi, Dei hominisque dignissimæ Matris, piissimus fuit cultor, ac vere seraphicus in omni vita auctor. Fidei faciunt hujus rei tot ac tam præclara Opuscula, ab ipso in tantæ Matris laudem, commendationemque elucubrata; quæ, et in *Bibliotheca Mariana* recensuisse me memini, et sparsim in ejus Operibus edita videri possunt. Adeo enim sunt pietate, affectuque redundantia; ut quiunque ea attente legerint, statim pronuntiare cogantur, illa non nisi e corde ac calamo, charitate erga magnam Dei Matrem mirifice incensis prodiisse. Integrum Psalterium Davidicum, cantica, quæ ex sacris Litteris in Officio recitantur, Symbolum S. Athanasii: *Quicunque vult salvus esse*, et hymnum sanctorum Ambrosii et Augustini, cujus initium est: *Te Deum laudamus*, mutatis subinde verbis, Deiparæ Virginis ingeniosissime accommodavit, ac in ejus laudem felicissime transtulit. Hoc autem Psalterium, gratia et adjutorio ejusdem Deiparæ Virginis, ex scintillula (ut ipse aiebat) sue parvula intelligentie a se conditum et compactum, quibusdam virginibus sanctimonialibus obtulit, ut hujus lectione, eadem virginis ad sanctissimæ Dei Genitricis amorem magis magisque inflammarentur. Poterant enim ibi diversis præconiis Mariam extollere, et nunc ipsius virginitatem et castimoniam, nunc ejus secunditatem et sanctimoniam, nunc ejus largitatem et clementiam commendare. Poterant efferre eam, velut plenam onni gratia, velut repletam omni scientia, velut illustratam omni sapientia et intelligentia. Poterant benedicere fructum ventris ejus gloriosi, membra corporis sancti et prærogativas anime omni sanctitate pollentis. Poterant ad ipsius laudes invocare

choros angelorum et sanctorum nationes hominum, insulas gentium, cœlum et pulchritudinem luminarium, ac totum orbem terrarum. Poterant eam rōgare, ut destrueret vires spiritualium hostium, ut eis impetraret venia peccatorum, ut eis redideret placabilem terribilem Judicem, ut eorum finem sua illustraret præsentia, eisque obtineret gaudia sine fine mansura. Inter plura autem easdem virgines his verbis allocutus est: « Rogo, charissimæ et desideratissimæ, ne tam nobilem, et speciosissimam Virginem repellatis, ne tam admirandam reverentissimamque Reginam Virginem Mariam vilipendatis, ne si a vobis contempta se viderit, non dico tantis donis (nempe exultatione, glorificatione, gratiarum abundantia, et virginitatis perpetuae immarcescibili corona, quæ dona Mariae enitoribus promittuntur) fraudentini; verum (quod absit) mala perpetua incurritis. Quapropter ad obsequendum ei sinum mentis extendatis, ad laudandum et glorificandum eam cor præparate, linguam laxate, ac celeri famulatu illi placere festinate. Constat enim, quod ex ipsius accessu remanebitis devoteores, ex ipsius tactu mundiores, ex ipsius amplexu, virtute et gratia profusiores et nitidiores. Igitur, o charissimæ, hoc tantillum meum munusculum primum vobis oblatum grataanter suscipite, fructuumque ex eo proferre satagit, et in eo Matrem Dei frequentius collaudate, si forte piissima super vos suum convertat amabilem vultum, ad suum amorem vos recipiens, vestram animam in præsenti recreans et resciens, et in futura gloria coronam de lapide pretioso vestro capiti superimponens. » Sic ille.

Cilibet, pie et spiritualiter in Christo vivere volunti, inter alia monita, hoc monitum dabat, a se prius perfectissime observatum (injuriæ enim erimus tanto Deiparae Virginis amatori, inquit in sua *Hierarchia Mariana* lib. iv, cap. 10, P. Bartholomæus de los Rios, si existinemus eum segnus fecisse, quam aliis commendasse, quæ vergerent ad cultum Dominæ suæ amantissimæ: neque enim sanctus vir, ut de S. Benedicto dicebat S. Gregorius, potuit aliter docere, quam vixit): « Gloriosam Reginam, Domini nostri Matrem benedictam, in summo habeas omni tempore venerationis affectu, et in cunctis ad eam necessitatibus, periculis et pressuris, tanquam ad refugium tutissimum te convertas, ipsius tutelæ præsidium flagitando: eamque in tuam suscipiens advocatam, devotissime, ac secure tuam ei causam committas, quia Mater est misericordiae, quotidie studens ei speciale, et singularem reverentiam exhibere. Et ut tua devo-tio sit ei accepta, et reverentia grata, ipsius puritatem et munditiam omni virtute, mente et corpore, illibate in te ipso servando, toto conatu nitaris humilitate et mansuetudine ejus vestigia imitari. » Haec Bonaventura.

Quandiu privatus, publice in concione locutus est, auditores suos singulari quadam zelo, adeo

strenue, ad cultum, et obsequium B. Marie Virginis excitavit, ut nullam crebrius versaret, nullam doctius explicaret, nullam ardenter inculcaret materiam: at ubi, ob publicum generalatus sui ordinis officium, ad populum dicere vetabatur, latius zelum istum suum explicandi modum invenit: præscripsit enim omnibus ordinis sui concionatoribus, ut sæpius de B. Virginis cultu sermonem facerent, sibique persuaderent, non efficacius esse medium, populum a vitiis abstrahendi, eique virtutes homine Christiano dignas inserendi, quo omnis spectat concionandi labor: adeo qui privatus concionator, omnium auditorum suorum manibus Virginem colebat, jam publice in dignitate constitutus omnium subditorum suorum vocibus eamdem de-prædicabat.

Eo auctore, in capitulo generali Fratrum Minorum, Pisis coacto, institutum est, ut *Gloria tibi Domine, Qui natus es de Virgine*, usque ad Epiphaniam continuaretur, eodem modo, quo intra Octavam Nativitatis Dominicæ cantatur: jussuque, ut novæ festivitates, videlicet Conceptionis B. V. Mariæ, Visitationis ejusdem, et B. Annae illius Genitricis, in Franciscano ordine admitterentur. Id etiam piissimus cultor gloriose Virginis Matris Jesu instituit, ut Fratres sui populum hortarentur ad salutandam eamdem, signo campanæ audito, quod post Completorium datur: quod creditum sit, ipsam, ea hora, ab angelo salutatam. Confraternitati Confalonis in Romana urbe a se erectæ, quan-dam precandi formulam, ob reverentiam B. Virginis præscripsit. Ut bonis operibus fideliter insisteremus, et malis viriliter resisteremus, necessarium nobis esse affirmabat Mariæ exemplum inspicere, Mariæ suffragium implorare: tuneque Virginem Mariam virgam floridam et fructiferam nobis esse, quando in virtutibus et in virtutum operibus per exempla et merita Mariæ proficiens. Porro imitationem B. Virginis, præsertim in humilitate, obedientia, mansuetudine et charitate, omnibus ardentissime commendabat: asserens imitatione operum B. Virginis, exultilarari angelos Dei, et beatos eos appellans, qui in ejusdem B. Virginis imitatione studium suum, atque operam collocarent. « Beati, inquit, immaculati in via, qui Matrem Domini imitantur: Beati imitatores humilitatis illius: Beati participes charitatis illius; Beati perscrutatores virtutum illius: Beati conformes imagini illius. »

Hortabatur religiosos, ut Mariam venerarentur, quia ipsa erat adjutrix, et eorum specialis advocata: vexatos a dæmone, ut ad Mariam confugerent, quia ipsa erat inimicis animarum nostrarum terribilis, ut castrorum acies ordinata: tribulatos corde, ut ad Mariam accederent, quia ipsa datura erat refrigerium animabus eorum: peccatores, ut ad Mariam respicerent, quia ipsa eos erat perductura ad indulgentiæ portum: justos, ut Mariam glorifiearent, quia ipsi fructu ventris ejus fuerant justitiam operati: cœlum et terram, ut Mariam honorifice-

rent, quia summus Artifex ipsam mirabiliter hono-
raverat: virgines, ut Mariam laudarent et exalta-
rent, quia ipsa despousaverat eis Regem angelorum.
Summumque Bonaventuræ erat votum, ut
omnes a juventute sua sanctissimam Dei Genitri-
cem exquirerent, et singulorum affectus in illam
accenderentur: ut omnes aperirent eorū ad investi-
gandum eam, labia ad glorificandum illam: ut
benedicerent illam in toto corde suo, ut in virtute
sua glorificarent eam: ut ejus vestigia amplecte-
rentur, nec dimitterent, donec ab ea mererentur
benefici: ut darent magnificientiam nomini ejus,
et collaudarent in sœculum conceptum, et partum
ejus: ut in hymnis, psalmis et canticis pulsarent
viscera ejus, et afferrent illi laudem et reveren-
tiā: ut accederent ad eam cum reverentia et de-
votione, et cor eorum delectaretur in salutatione
illius: ut impenderent illi sacrificium laudis, et
inebriarentur ab uberibus dulcoris illius: ut in
laudibus ejus delectarentur, et quiescerent in gremio
dulcedinis illius: ut laudem ejus in populis
nuntiarent, et adorarent illam in decore illius: ut
recordarentur in sempiternum misericordiæ illius,
et retinerent in mente virtutes et mirabilia ejus:
ut concupiscerent placere illi, eique in cordis lætitia
jubilarent: ut exquirerent prudentiam ejus, et in-
vestigarent thesauros misericordiæ ejus: ut senti-
rent de illa in bonitate, et in simplicitate cordis
quærerent illam: ut clamarent ad illam in per-
iculis suis, et animo reverenti servirent ei: ut
ejus precamina frequentarent, ut respirarent ad
illam in finitione sua. Denique ut omnes ab ejus
laudibus non cessarent, et per singula momenta
recogitarent illam.

Dicebat, melius esse modicum cum gratia Mariæ,
quam thesauros argenti et lapides pretiosos: scire
et cognoscere Dei Matrem, esse radicem immorta-
litatis, et enarrare virtutes illius, esse viam salu-
tis: acquirentes gratiam B. Virginis agnoscendos
a civibus paradisi, et habentes characterem nomi-
ni ejus, annotandos in libro vitæ: confidentes in
B. Virgine, non timere colubrum tortuosum, et
exaltantes eam præconiis, evadere manus Acheronis:
spem de gloria paradisi esse in corde illius,
qui devoto animo B. Virginem honorificaverit:
intellectum bonum omnibus B. Virginem honoran-
tibus, et sortem illorum inter angelos pacis: co-
lentem digne B. Virginem, justificandum, et negli-
gentem illam, moriturum in peccatis suis: amorem
B. Virginis expellere peccatum a corde, et gratiam
illius expiare conscientiam peccatoris: viam ve-
niendi ad Christum, esse appropinquare ad ejus
Matrem, et qui hanc fuderit, non invenire viam
pacis: non inveniri propitiationem sine B. Virgine,
nec salutem sine fructu illius: pacem multam
Mariam diligentibus, atque eorum animas non
visuras mortem in aeternum: sperantes in B. Vir-
gine invenire thesauros pacis, nec pervenire ad
regnum, qui eam in hac vita non invecavit: hono-

rant B. Virginem coronam perennem obtenturos,
atque in eam sperantes, latram perpetuam sor-
titros Bonum esse consiteri Virgini Mariæ, et
psallere illi gloriam prosperitatem esse mentis:
Leatum virum qui B. Virginem timeret, et beatum
cor, quod diligeret illam: cogitantem de B. Vir-
gine in tranquillitate mentis, invenire doleorem et
requiem pacis: a nescientibus B. Virginem longe
esse saltem, et perstantem in obsequio illius, pro-
cul futurum a perditione: oculos omnium nostrum,
ad manus B. Virginis respicere debere, ut per eas
aliquid boni accipiamus, et quidquid boni agimus,
Domino offeramus: longe esse a Mariæ gratia im-
mites, impatientes, iracundos, aediosos, inconti-
nentes et ebriosos: mare B. Virginis suspirii et
castigationibus, lacrymis et orationibus, eleemosy-
nis et aliis venerationibus a nobis esse movendum,
ut nobis de sua plenitudine estunderet: eos omnes,
qui in hoc mundo B. Virginis servierunt fideliter,
posse eam ad regnum sequi fiducialiter: B. Virginem
servos suos sicut pupillam oculi servare, et
nescire reatum sceleris eum, qui illam devote se-
quebatur: ut plura alia ejus de B. Virgine apo-
phthegmata, auro gemmisque incidenda, brevi-
tatis gratia, in praesentia praetereant.

Omnis creaturas ad B. Virginem laudandam in-
vitans, aiebat: « Laudate Dominum nostram de
coelis, glorificate eam in excelsis. Laudate eam,
omnes homines et jumenta, volucres coeli, et pi-
scis maris. Laudate eam sol et luna stellæ et cir-
culi planetarum. Laudate eam Cherubim et Seraphim,
Throni et Dominationes et Petestates. Lau-
date eam, omnes legiones angelorum. Laudate eam,
omnes ordines spirituum supernorum. Laudate
eam, coetus apostolorum. Laudate eam, Choropatriar-
charum et prophetarum. Laudate eam, exercitus
martyrum. Laudate eam, turmæ doctorum et con-
fessorum. laudate eam in collegio virginum et
continentium. Laudate eam ordines anachoretarum
et monachorum. Laudate eam, conventus religiosoru-
m supernorum. » Sic ille. Qui et in benedictione Do-
minæ suæ fere insatiabilis, atque assiduus, inter
alia dicebat: « Benedicta sis, Domina, in aeternum,
et majestas tua in sœculum. Benedicta sit munditia
carnis tuæ. Benedicta sit dulcedo misericordiæ
cordis tui. Benedicta sint ubera tua, quibus lacte
Deifico Salvatorem enutrasti. Benedicti sint oculi
tui splendidissimi, quos digneris misericorditer
convertere super peccatores. Benedictum sit lumen
et splendor faciei tuæ. Benedicta sit gratia vultus
tui. Benedicta sit misericordia manuum tuarum,
et emanatio virginei lactis tui. Benedictum sit im-
perium super coelos. Benedicta sit magnificencia
tua super terram. Benedictum sit cor tuum, Domi-
na, cum quo ardenter et sinceriter Filium Dei
dilexisti. Benedicta sis, Regina coelorum et ange-
lorum, et benedicantur a Deo laudatores magnifi-
centiae tue. »

Inter preces fere innumeratas, quas Dominae suæ amantissimæ, ac Matri suavissimæ, ex cordis sui visceribus, offerebat : illam suppliciter deprecabatur, ut ipsa miseretur sui, et ne averteret ab se speciositatem vultus sui : ut se in ea sperantem conservaret, sibique stillicidia suæ gratiæ impar-tiretur : ut stillaret sibi gratiam uberum suorum, et manante lacte dulcedinis sue resiceret viscera sua : ut de sedibus mitteret sibi sapientiam, per quam in omni veritate dulciter illustraretur, et dignum ficeret gloriſcendi nomen ejus : ut duetrix sua esset ad patriam, et dignaretur se angelorum cœtui aggregare : ut splendor faciei ejus esset illuminatio sua, et serenitas gratiæ ejus fulgeret menti sue : ut manus ejus esset ad succurrendum sibi parata, et auris ejus intenderet ad deprecationem suam : ut fontem vitæ influeret in os suum, et ficeret se desiderare honorificentiam et gloriam ejus : ut eum liberaret ab omni tribulatione mala, et ab omni peccato custodiret animam suam : ut non averteret sacrum aspectum suum a se, neque abominaretur se propter immunditiam suam : ut non derelinqueret se in cogitatu et consilio inimicorum suorum, et ne sineceret se cadere in exprobrationem illorum pessimam : ut impleret se servum suum virtutibus sanctis, et ira Dei non appropinquaret sibi : ut compateretur anima sue, et dirigeret illam, et dignaretur beneplacitum suum illi insinuare : ut de benedictione ventris sui daret sibi sustentationem, et de pinguedine gratiæ sue dulcoraret animam suam : ut disrumperet vineula peccatorum suorum, et velut gallina tegeret se mirabil possessione sua : ut in conspectu ejus esset omnino desiderium suum, spes sua et confidentia sua : ut gratia ejus, et virtus semper esset a dextris suis, et ne permitteret se in valle miseriae conturbari : ut effunderet gratiam suam super se, et a se solitam clementiam suam ne subtraheret : ut fructus ventris sui se reconciliaret et pacificaret ei, qui illam creavit : ut stillaret sibi gratiam suavitatis sue, quia ipsa erat pincerna gratiæ dulcoris : ut super firmam petram stabiliret mente suam, ac se tueretur a facie crudelis vastatoris : ut extinguqueret ardorem cordis sui, et refrigeraret se gratia sua : ut respiceret paupertatem, miseriam, et angustiam suam, et ne tardaret eas removere : ut illuminaret ac clarificaret se, et dulcificaret languorem suum : ut respergeret cor suum dulcedine sua, et ficeret se obliuisci miseras lujos vitæ : ut concupiscentias sempiternas excitaret in anima sua, et de gaudio suam mentem inebriaret : ut ficeret se dignum gratia et muneribus suis, et extirparet mentem suam, ad extollendam nobilitatem, et pretiositatem ipsius : ut cingulo castitatis restringeret renes suos, et gladio intelligentiæ cor suum reverberaret.

Præsertim vero ab ea humiliter postulabat, ut concederet sibi amorem suum, et adjuvaret se in hora mortis suæ. « Vulnera (inquietabat) cor meum,

o Domina, charitate tua. Excita spiritum meum ad amandum bonitatem tuam. Fac ut amor tui semper sit tecum, et cura mei semper sit tecum. Incola ego sum in terra, nihil abscondas mihi de amore tuo. Ure cor meum igne amoris tui, igneo charitatis inflamma mentem meam. Non deficiat caritas tua de præcordiis meis, accendatur amore tuo tempore meus. » Denique : « Ave Virgo, mundi ratis, da ut ignis caritatis, de te mihi semper creseat, cor amore incalescat. » Et his quidem verbis amorem a Deipara requirebat Bonaventura. Auxilium vero in hora mortis sue ab eadem Deipara verbis subjectis flagitabat : « Suscipe in fine animam meam, et introduc me in requiem aeternam. Conforta animam meam in novissimis, et in carne ista fac me conspicere Salvatorem. Intercede pro me, Domina, apud Christum tuum, neque derelinquas me in morte. In exitu animæ meæ de hoc mundo occurre illi, Domina, et suscipe eam, consolare eam vultu sancto tuo : aspectus demonis non conturbet illam ; esto illi scala in regnum celorum, et iter rectum ad paradisum Dei : impetra ei a Patre indulgentiam pacis, et sedem lucis interservos Dei.

« Cum exierit spiritus meus, Domina, sit tibi commendatus, et in terra ignota præsta illi dicatum. Non conturbent cum culpæ prius commissæ, nec inquietent ipsum occursum malignantis. Perdue eum ad portum salutarem, ibi præstoletur secure adventum Redemptoris. Ne iradas me manibus inimicorum meorum, et in die mortis meæ conforta animam meam. Erue me in die mala, et in die mortis meæ non obliviscaris animæ meæ. Deduc me ad portum salutis, inter justos scribatur nomen meum. Custodi pedem meum ne laedatur, et in fine meo sit gratia tua. » Et tandem : « Da mihi in te confidentiam bonam in fine meo, et presentia tua illustret finem meum. » Et quis sibi persuadeat beatissimam Virginem Dei, atque hominis Matrem suavissimam, flagrantissimis bissec precibus lacessitam, fidelissimo servo suo Bonaventuræ, in extremis mortalibus vitæ constituto, suo auxilio defuisse? Bonaventuræ, inquam, qui ardentissimum suum erga Deiparam affectum, corde clausum continere non valens, hæc interdum ore proferre coactus erat : « O Domina mea charissima, tuus totus ego sum, et omnia tua tua sunt, Virgo super omnes benedicta ; ponam te signaculum super cor meum, quia fortis est, ut mors, dilectio tua ! » Bonaventuræ, qui Deiparae non semel dixerat : « Dulcore tuo liquefactum est cor meum, amore tuo inflammata sunt viscera mea : Suavitatem tuarum affluentia cor meum alienavit a me, et caro mea mirabiliter exsultavit in te ! » Bonaventuræ, qui frequenter, ex cordis intimo, Deipara clamaverat : « Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum, ita ad amorem tuum anhelat anima mea ; quia tu es Genitrix vitæ meæ, et altrix Reparatoris carnis meæ, quia tu es lactatrix Salvatoris animæ meæ, initium et finis

totius salutis meæ! » Ego quidem arbitror, tanto viro, ex mundi hujus miseriis migraturo, Deiparam Virginem non solum suo auxilio non defuisse, sed sua præsentia, non sine frequenti beatarum mentium comitatu, ei adfuisse, ipsius animam vultu sancto suo recreasse, ac eamdem, purissimis suis manibus exceptam, in tranquillissimum cœlestis patriæ portum introduxisse. Sed cætera, quæ supersunt, Seraphici doctoris erga augustissimam Virginem tenerrimi affectus, ac ardentissimæ pietatis indicia quis valeat, etiam leviter delibando, recensere? Vernaculum se B. Virginis appellabat, ac minimum in familia ejus. Confitebatur ei in toto animo suo, glorificabat illam in tota mente sua: non satiabatur in laude ejus, et a relatu virtutum ipsius non fatigabatur. Voluntatem ejus semper exquirerat, et in semitam miserationum ejus deduci postulabat. Arundinem vento agitatam se in conspectu ejus agnoscebat, et ne confunderetur, sub ipsius jugo firmiter teneri desiderabat. In misericordia ejus sperabat, et per diem et noctem clamabat ad illam. Diligebat decorem faciei ejus, et venerabatur sanctam majestatem illius: speciem ejus a juventute sua concupivit, et delectatus est in voce laudis ejus. Fatebatur eam fortitudinem suam, refugium suum, consolationem suam, protectionem suam et adjutricem suam. Ad eam clamaebat dum tribularetur cor suum, et in manus ejus commendabat spiritum, et totam vitam suam. Salutabat eam ut matrem illuminationis cordis sui, et ut nutricem refoventem mentem suam. Agnoscebat eam ut altricem Reparatoris carnis sue, et ut initium, et finem totius salutis sue. Alliebatur gratia et bonitate ejus, et zelabatur amorem et honorem ipsius. In toto corde suo ad eam clamabat, et doceri ab ipsa optabat, quid acceptum esset apud eam omni tempore. Septenis horis decantabat ei laudes, et per eam omnia opera sua dirigebantur. In ipsa gaudebat et lætabatur, quia, ipsa duce, in domum Domini iturus erat. Adjutorium suum in virtute erat nominis illius, et in anima contrita ad illam veniebat. Offerebat ei planetus et suspiria sua et dolorem suum ei exponebat: in ramis virtutum et exemplorum ejus libenter cogitatione habitabat, ac in illis, tanquam avicula cœlestis, jucunde jubilabat. In solitudine consolationem ejus exspectabat, et in cubili suo attendebat misericordiam ipsius. Per singulos dies decantabat ei laudes, et per singula momenta recogitabat illam. Quid plura? sperabat in illa mane, sero et meridie, et laudare eam cuperbat usque in æternum mente et voce. Haec autem et alia quæ silentur, tenerrimi affectus, atque ardentissimæ pietatis erga Deiparam specimina, sua mercede præmioque non caruere, cum ipsem S. Bonaventura fateatur, se adjutorio B. Virginis evasisse pericula mortis, et de manu crudelis subterr fugisse. De ore leonis per B. Virginem liberatum, et tanquam infantem genitum a matre, ab ipsa suscepsum. Ipsius auxilio ablata mœstia

tiam et mœstrem, et suavitatem ejus cor suum dulcoratum. Formidinem suam erectam ab ipsa in confidentiam bonam, et aspectu ejus mellifluo mente suam serenatam. Lucem miserationum ipsius sibi infusisse, et doloribus mortis circumdatum se ejus visitatione laetificatum. In periculis, se, ejus gratia recreatum; et per ipsam expertum clementiam Jesu Christi. Voluptates sempiternas ab ipsa in se excitatas, ab ipsa se orantem exauditum, atque ab omni malo liberatum. Pro his autem fere innumeris beneficiis, favoribusque a Deipara Virgine sibi collatis, dicebat Bonaventura: « Gratias tibi, Mater pia, de omnibus quæ assecutus sum de pietate et misericordia tua. Quid pro his retribuam tibi, nisi me totum? Domina, suscipe. » Sic ille. Et quidem totus Deiparae semper fuit Seraphicus doctor Bonaventura, a cuius amore, quia nunquam declinare voluit, multa sœpe a dæmonibus aspera perpessus est, licet ipse, in Domina sua sperans, de inimicis suis gloriosum semper triumphum reportaverit. « Quoties (aiebat ipse cum Virgine loquens) exasperaverunt me peccatores inferni, quia a charitate tua declinare nolui? Ego autem speravi in te, Domina, propter imperium et magnificientiam dexteræ tuæ, contere et dissipare omnes adversarios meos, et ego offeram tibi sacrificium laudis, et gloriam tuam devotius exaltabo. Ne des inimicis meis potestatem in animam meam, custodi omnia interiora et exteriora mea. Servientes tibi plus aliis invadunt dracones inferni, sed tu, Domina, defende nos. »

At, ulterius etiam se extendit Seraphici Bonaventuræ erga Deiparam Virginem dilectio. Sacras sanctissimæ Dei Genitricis imagines, nunquam insalutatas præterebat: atque ab omnibus aut illas transeuntibus eas Salutatione angelica honorari sitiebat: hujuſque est ille versus ante innumeris fere Marianas imagines appictus:

*Virginis intactæ dum veneris ante figuram,
Prætereundo cave, ne si/eatur Ave.*

Quanti autem Salutationem angelicam Mariæ ipse fecerit, aliisque illam commendare studuerit, ex hoc patet, quod ipse auctor creditur, ut ter ubique, et trinum, quotidie ære campano signum daretur, quo excitarentur fideles, ut sepositis aliis negotiis, Virginem Salutatione angelica salutarent. Neconon ex tractatu illo vere aureo, *Speculum B. Mariae Virginis prænotato*, in quo dulcissimam B. Virginis Salutationem, luculentissima explicazione illustratam, Marianis amatoribus proposuit. In hoc porro tractatu (quem Deiparae Virgini in hac verba oblatum voluit: « Eia, benignissima Domina mea Maria, istud exiguum munus, quod dat tibi pauper amicus, accipito placide. Te enim cum hoc munusculo, te cum hoc opusculo Salutationis tuæ saluto, te genibus flexis, te capite inclinato, te corde et ore saluto»), inter cætera scriptis: « Dicamus singuli, dicamus universi, Ave Maria. Verbum bonum et suave, personemus

illud Ave, quo initia est nostra redemptio ab æterno Væ. Personemus, inquam, singuli, personemus devotissime universi, dicentes : Ave Maria, Ave et Ave, et iterum Ave, et millies Ave : oremus, ut propter suum dulcissimum Ave, nos oret liberari ab omni vœ. Et certe Maria nos libenter salutat beneficio et consolatione, si nos eam frequenter salutamus, servitio et oratione : libenter nos salutat cum gratia, si libenter eam salutamus cum Ave Maria. » Sic ille :

Erga dolores, quos B. Virgo, ob Filii passionem mortemque passa est, intimo prorsus compassionis affectu affliciebatur, dicebatque :

*Quæso, mihi misero, Virginum Regina,
Tecum flendi, lacrymas uberes propina.
Sit tuarum, obsecro, lacrymarum rivus,
In corde meo lapideo mœroris motivus.
Omnis ætas defleat mortem Salvatoris,
Gloriosæ Virginis praetextu doloris.*

Considerans vero B. Virginem non solum juxta crucem, sed in cruce cum Filio cruciatam, crucifixam, et in corde sauciam : ejus dolorum vulnerumque sitientissimus, iuhas voces erumperebat : « O Domina mea, ubi stas? Numquid juxta crucem? imo in cruce cum Filio cruciaris. Ibi enim crucifixa es secum. Hoc solum restat, quod ipse in corpore, tu vero in corde es passa; nec non singula vulnera, per corpus ejus dispersa, in tuo corde generaliter sunt unita, quia nempe tuam ipsius animam gladius pertransivit. Vulnera, obseero, cor meum, o Domina mea, nec me permittas sine vulneribus stare. Tu vulnerata es, sed ego non, qui debo vulnerari : si vulnera ergo tua magis debent esse mea, quam tua : redde, Domina, redde quod debes. Da mihi mea vulnera ; mea dico, quia pro causa mea facta sunt. Nam tuum est corpus Filii tui, quia illud genuisti, nutritisti, amplexata es, osculata es, et curam habuisti : et mea debent esse vulnera pro cuius causa perpetrata sunt. Certe si parentes mei non peccassent, ista vulnera non fuissent. O felix culpa, quæ talia meruit vulnera ; nam vulnera debent esse mea pro quo solvuntur culpæ. Tolle ergo, Domina mea, tolle quod tuum est, et da mihi vulnera : sed certe, si juxta pietatem dixeris, quod debent esse tua, quia Filius tuus est : et quia de stirpe nostra est, pro quibus solvitur culpa : vel certe, quia ista magis mereris, quia dignior es, nolo ultra tecum querere rationem, sed societatem. Tu enim vulnerata es, o Christi Mater, vulnera, et servum, sine vulneribus miserum, et nil aliud præter vulnera postulantem. Non peto cœlum, non terram, non lunam, non sidera, sed vulnera. Quid est, o Domina, quod sic mihi de his vulneribus es avara, quæ semper cunctis fuisti et es dulcis, liberalis et larga? Hoc solummodo quero, hæc vulnera sine intermissione sollemmodo peto, cum clamore, cum piis lacrymis, cancellatis manibus, tuis provolutus pedibus, benignè et humiliè postulo et postulabo : tunc desinam a ploratu, donec me sensero tuis vulneribus

vulneratum. Et sic tandem, aut hæc vulnera mihi tribues, aut me percutes, ut recedam, et sic sine vulneribus non recedam. Quia tantum stabo ad tua flagella patienter sustinendo dolorem, donec a te ero undique vulneratus. Si autem mihi volueris sine percussione blandiri : perseverabo constans, et tua libenter recipiam blandimenta : et ipsæ tuæ blanditiæ menum cor amoris fervore dulcissime vulnerabunt. Si autem nihil dixeris, vel feceris mihi, tunc cor meum crudelissime vulnerabitur præ nimia tristitia, et dolore, et sic saltem a te sine vulnera non discedam. » Hactenus affectu plane Seraphico Bonaventura. Qui licet in lib. III sent., dist. 3, art. 1, q. 1, scripserit eamdem B. Virginem in originali peccato fuisse conceptam, tamen dico Bonaventuram ibi de Conceptione carnis, carnalem parentum actum, non vero animationem corporis significante, juxta sanctorum Anselmi et Bernardi mentem fuisse locutum : et dato, quod ibidem sanctissimam Dei Genitricem in originali peccato conceptam tenerit, non ita tamen huic sententiae adhaesisse, ut in oppositam discedens, alibi conceptionem sine macula ejusdem sanctissimæ Dei Genitricis, non etiam expresse defenderit. Inquit enim in *Speculo B. Virginis* cap. 1 : « Quam purissima propter parentiam culpæ fuerit Maria, bene immittitur, cum dicitur Ave. Recte namque ei dicitur Ave, quæ ab omni vœ culpæ immunissima fuit ; sic utique Matrem Dei decuit, Anselmo teste, qui ait : Decebat, ut hominis illius *Conceptione de Matre* purissima fieret, ut ea puritate, qua major sub Deo nequit intelligi, virgo illa niteret, eni Deus Pater unicum Filium, quem de corde suo aequaliter sibi genuit ita dare disponebat, ut esset unus atque idem Dei et hominis Filius » et in serm. 1, de B. Virgine : « Domina nostra, tota fuit purissima, omni carens penitus macula, tam in corpore, quam in anima, unde ipsi soli convenit illud : *Tota pulchra es, amica mea, et macula non est in te* (*Cant. iv, 7*). Non solum ait pulchra es, in quo notat eam, omnem pulchritudinem habuisse hominis : sed addit, et macula non est in te ; in quo notat, eam nullam maculam admisisse : ut sic fuerit summe pulchra, per omnis boni præsentiam, et fuerit absque macula, per omnis mali absentiam. » Et in sermone secundo de eadem beata Virgine. « Domina nostra fuit pleia gratia præveniente in sua sanctificatione ; gratia scilicet præservativa contra fœditatem originalis culpæ, quam contraxisset ex corruptione naturæ, nisi speciali gratia præservata præventaque fuisse. Solus enim Filius Virginis, fuit ab originali culpa immunis et ipsa Mater ejus Virgo. Credendum est enim, quod novo sanctificationis genere, in ejus Conceptionis primordio, Spiritus sanctus eam a peccato originali, non quod insuit, sed quod insuisset, redemit, atque singulari gratia præservavit : » Denique in *Gursu de Compassione*

B. Virg.: « Mater carens contagio dulei privatur Filio. » In laude B. Virg.; « Tu decus excellentiae, tu lux carens fuligine culpæ, tu splendor gloriae mundum decorans lumine. » Et in Psalterio minori B. Virg.: « Ave, Virgo recti cordis, nec ullius unquam sordis inquinata fœditate, dono proliis illibatae. Ave, Virgo ruga carens, da, intacta Dei parens, ut laus tua cum dulcore, meo semper sit in ore. Ave, Parens absque nævo, ad te cor et vultum levo, ut me quoque consoleris, que cunctorum misereris. » Quomodo enim B. Virgo absolute diceretur a Bonaventura caruisse contagio, si contagio originalis macula fuisse infecta? Quomodo absolute appellaretur lux fuligine carens, si fuligine originalis culpæ fuisse obscurata? Quomodo absolute assereretur nullius unquam sordis inquinata fœditate, si sordes originalis peccati fuisse contaminata? Et quomodo absolute prædicaretur ruga et nævo carens, si ruga et nævo originariæ labis aliquando aspersa apparuisse? Nusquam igitur in Deiparae Virginis amore ac dilectione, Bonaventura minus servens, sed semper Seraphicus atque ardenter imminuit; et si ejus omnia, que erga Deiparam ostendit, eximia pietatis specimina, essent in præsentia recensenda, vix statui posset orationis finis.

Aula supernæ adtya penetravit anno a virginali partu 1274, ætatis 53, die 14 Julii, suisque adhuc Marianis operibus, tanquam ignitis facibus, ad illius Dominicæ, cuius ipse totus omnino fuit, amorem purissimum Christifidelium corda suavissime ac fructuosissime incendere non cessat. Quis enim Psalterium ipsius, a tot hodie, non sine lucro, ac pietatis augmento, frequentatum, legere attente et devote possit, quin, nisi sit

saxeus, ardentissimas in Deiparam Virginem igneiamoris tædas, cordi suo admotas experiat? Porro etiam hujus Psalterii particula utilis est, et magni facienda. Nam, ut refert Bartholomæus de los Rios in *Hierarchia Mariana*, lib. v, cap. ult. ex Carolo Stengelio; anno Domini 1470, Rome in Conventu Patrum Augustinianorum ad Sanctam Mariam de Populo, pastor, una cum collega suo, subito peste extinctus fuit, que res, omnes, qui mox eum iis egerant, religiosos mirum in modum afflixit. Prior itaque convocatos cœpit, qua potuit ratione, consolari, et simul votum edidit: Si pestis inter eos grassari cessaret, quod annis religiosorum quotidie recitaret quinque Psalmos ex sancti Bonaventuræ Psalterio, qui, litteris initialibus nomen beatæ Mariæ Virginis describerent. Accepit votum Virgo Deipara, et, res mira ex quo cœperunt Psalmos recitare, nullus unquam eorum peste fuit contaminatus. Operæ pretium ergo est tam præsens hic ponere remedium contra dirum istud generis humani flagellum. Quinque Psalmi ex Psalterio S. Bonaventuræ nomen beatæ Mariæ Virginis exprimentes sunt.

Magna es, Domina.

Ad te, Domina, clamabo.

Refugium tu es, Domina.

In te, Domina, confido.

Ad Mariam cum tribularer.

Legendus est Paulus de Barry, in *Paradiso Hagiophilo aperto*, ubi inter alia pietatis exercitia erga Dei Matrem, collocat: Recitare Psalterium B. Virginis a S. Bonaventura, corde, ore, calamo, Marianio doctore compositum, et Petrus Canisius in Opere *De Maria Deipara* lib. v, cap. 26, ubi hujusmodi Psalterium a Platzii heretici calumniis blasphemiasque defendit.

CAPUT III.

De Cæsare Baronio, Cæsare Montio, Carolo Borromæo, Carolo I a Lotharingia, Carolo II a Lotharingia, Carolo III a Lotharingia, Carolo a Sancto Spiritu, Christophoro Madruito, Clemente Moneliano, Conrado Eginonis de Vrach, Constantio Sarnano, ac Cynthio Guidonis de Pupa, S. R. E. cardinalibus.

§ I. — *De Cæsare Baronio.*

Cæsar Baronius, Soranus, S. R. E. cardinalis, saeculari apostolicae Sedis bibliothecarius, atque Annalium ecclesiasticorum scriptor eximus, ab ipso matris suæ utero, futuræ in Deiparam pietatis indicium, inter cætera, satis admirabile præbuisse fertur, ut, ubi mater ad beatissimæ Virginis Mariæ templum appropinquabat, ipse pariter, quasi semet ultra Virginis offerre vellet, inusitato quadam motu, inter materna viscera commoveri, ac veluti præ gaudio, ad instar pene D. Jo. Baptistæ, præsiliare sentiretur: unde et permota mater, simulacrum in luncem edidit (nempe anno Domini 1538, pridie Kal. Novembris), eumdem beatissimæ Virginis patrocinio obtulit et commendavit: meruitque (cum, exacto biennio infantulus gravis-

simo morbo correptus, de vita periclitaretur) ipsa eidem filio suo ad ecclesiam B. Virginis ad Vallis radiceam, mille passibus Sora distante, deducto post triduanas preces, pene mortuo in cunabulis jacenti, sanitatem de repente impetrare: voce ad eam ex improviso delapsa: « Bono animo laetogenesis, filius tuus nequaquam morietur. » Sic factum; quandoquidem subito quasi revixit infans, atque morbo gravissimo emersus, recepta, quam amiserat, voce, Matrem inclamatrice cœpit: accurrit illa, continuo filium convaluisse videt, atque admirator. Quamobrem debitas Virgini gratias agit, et gaudii plena, cum puer domum revertitur. Exinde tam præclara in se Dei Matris clementia, et benignitate Cæsar invitatus (haec enim omnia a parentibus accepérat), ubi primum adolevit, in

ejus maxime fidem et clientelam se contulit.

Dum Romæ cum S. Philippo Nerio moraretur, iterum gravissimo morbo vexatus, et morti, quam vitæ propinquior decumbens, rursus, per B. Virginis preces, ad longiorem vitam servatus est : id quod, quemadmodum acciderit, per idem tempus ipsi Cæsari divinitus ostensum est, hoc modo. Jacebat ille exanimis, atrocitate morbi pene confectus, eum ex improviso somnum capit. Mox per quietem Christum Dominum, majestatis et gloriæ plenum, stantem ex adverso videt, ad ejus dexteram, Virginem Matrem, ad pedes, Philippum Nerium salutem sibi humilibus precibus exposecentem, et maxima cum fiducia saepè illud clamantem : « Da, quæso, da Cæsarem, Domine ; sic cupio, sic volo, Domine, mihi Cæsarem redde. » Christo autem abnrente, videt extemplo Philippum, in Dei Matrem oculos precesque convertere, atque ea denique apud Filium intercedente, statim exoratum esse intelligit. Itaque experrectus, ac bonæ spei plenus, eruptum se e mortis periculo pro certo habuit. Philippo deinde ad eum venienti rem totam narrat, agitque maximas gratias : quod autem non inane falsumque somnum fuerit, sed objectum a Deo cœlitus visum, rei probavit eventus : nam illo ipso die, e morbo gravissimo ita recreatus est, ut plane jam extra omne periculum esse certo credetur.

Quia ad novas ædes S. Mariæ in Vallicella, ubi congregatio Oratorii ereta est, primus omnium venisset Cæsar, magnam cepit, in ipso aditu Vallicellanae ecclesiæ, lætitiam; continuo enim (quod ipse scribit) occurrit animo Soranum templum, ad Vallis radicem, eidem Virgini pariter dedicatum, in quo se olim infantem prope demortuum, vitam divinitus recepisse, memoria alte retinebat; quamobrem, nunc denum in augustissimæ Domine clientelam atque ædes venisse sibimet gratulabatur.

Margarita erat quædam, in familia matronæ nobilissimæ, piissimæque, Julie Ursinæ Rangonæ, nato ulcere, et carcinomate ad mammam sinistram gravissime affecta : ad hanc cum venisset Josephus Zerla, nobilis chirurgus, atque ulcus diligenter inspexisset, illius curandæ onus suscipere recusavit, quod non modo periculosum, sed omnino insanabilem morbum esse intelligeret. Adest interea Cæsar, et miseratione commotus, super ægram manus imponit, aitque : « Nos cum prole pia benedicat Virgo Maria ; » quibus dictis, abscedit. Nec dum limen excesserat, cum illa statim exsilit, et gaudio triumphans, En, ait dominæ cæterisque qui aderant : « Salva, et incolunis ego sum ; » inspectoque ulceris loco, sanus atque integer reportus est.

Bartholomæum quemdam, cognomento Catenam de Monte S. Joan.: in Campania, insignem latronem, qui in suos cives aliosque plurimos grassabatur,

et jam finitima Soræ loca cædibus incendiisque oppleverat, Cæsar bonam reduxit ad frugem, missis ad illum precariis octo B. Virginis corouis, cum epistola, qua eundem ad studium Christianæ pietatis hortabatur, imprimisque ad cultum Deiparæ, cuius patrociuio atque auxilio omnia a Deo sperare liceret.

Sabbato cujusque hebdomadæ, inter alias eleemosynas, certam panis quantitatem viduis atque virginibus distribuendam curabat; et ad suos, domi seruonem de divinis rebus, vel habebat ipse, vel ab aliquo suæ congregationis sacerdote, se audiante, haberí volebat. Ad haec, singulis annis, recurrente natali die S. Josephi, Deiparæ Virginis sponsi, multis pauperibus epulum exhibebat; cæteris autem omnibus, qui ad mensam recipi non poterant, panem et legumina cocta conditaque dari juhebat.

Congregationem nostram Dei Matris, cuius, dum vixit, protector fuit, præcipuo quodam amore semper prosecutus est : ejusque constitutiones jussu Summi Pontificis Clementis VIII, et diligenter exanimavit, ac libentissime, etiam suo chirographo, approbavit.

Deiparæ imaginem, sacrique veli particulariæ, collo appensa ad pectus, diu noctuque gestabat; atque identidem in vchenentes quosdam affectus erumpens, veluti gemmam pretiosissimam ultraque manu stringebat, deoseulabatur, et plane quasi Matrem suam dilectissimam, ita Dei Matrem, dulciter alloquebatur. Ut obsequium suum erga Deiparam perpetuo aleret ac foveret, quasdam occultæ significationis notas in tabulis, libris, aliisque ejusmodi rebus, quæ ad manum esse solent, G | M inscribebat in hunc modum : ejus rei myst.—S—terium ut aperiret rogatus, atque obsecra—M | C tus : Nihil aliud, inquit, arcuus hisce notis significatur, quam Cæsar Servus Mariæ.

Post obitum Clementis VIII, cum de eo ad summum pontificatum provehendo serventer ageatur, solutis comitiis, ubi se periculo eruptum sensit, ac liberum; gaudio triumphans, in cubiculum statim se recepit, et ad cœlum oculos manusque tendens : « Gratias tibi, inquit, maximas ago, Virgo beatissima, quæ mihi dignitatem hanc dari noluisti, ne recipere mercedem meam in vita mea. » Cumque deinde Cardinalis quidam supervenisset, diceretque patienter ferendum esse, quod cardinales aliquot promovere eum ad pontificatum noluissent. « Hæc, ait (digito atque oculis Deiparæ imaginem indicans) hæc mihi verum sumnumque pontificatum, denum largitura est. »

In publicis Ecclesiæ calamitatibus asperrimum cilicium induebat, et ad Deiparam confugiens, affectu et fiducia plene filiali dicere solebat : « Ego vero, beatissima Mater, cilicium hoc nunquam exuam, nisi prius afflictis Ecclesiæ rebus opem feras. »

Animadvertisit Vite auctor Hieronymus Barna-

bæus, Deiparam Virginem a Baronio, suæ cardinalitiae dignitatis (quam tamen semper a se longius rejecere tentavit) auctorem fuisse appellatam, quod olim cum morbo periculosisimo laboraret, eamque ardenter invocaret, audire sibi visus est dicentem: « Bono animo esto, Cæsar, nequaquam morieris, sed eris magnus Ecclesiæ præsul. » Unde ipse VII Annalium tomo in fine: « Ast, ego, inquit, cum a quiete et tranquillitate aliasque bonis abstrahar violenter, atque invitùs abripiar, unum duntaxat reliquum est, quod petam, ut cum hæc adeo inquieta, tristia, ærumnosa, metu plena atque periculis, non nisi te curante, Dei Genitrix, mihi contigerint, tu ipsa per lubrica gradienti, in summo versanti discrimine, deque æterna salute, ad singula momenta, periclitanti, feras opem assidue, et fluctuantí præsidium afferas: alioquin perplexos resolvias laqueos, atque molestæ et invitæ vita disrumpas, ne ob inanem gloriolam istam, miser, incaute veræ, perennis gloriae dispendium patiar. Sicque benedicens tu ipsa novissimis meis, magis quam principio, te juvante æternam beatitudinem consecuar. » Sic ille.

Deiparæ Virginis auxilio, virginitatem perpetuo illibatam servavit ab utero matris suæ. Cum enim annum ageret jam sexagesimum nonum, eundemque sibi extremum esse intelligeret, paucis ante mensibus, quam ex hac vita migraret, quasi commeatum petiturus, ad monasterium Purificationis se contulit, invisurus præsertim Franciscam Chetiæ, probatæ virtutis virginem Deo sacram, quam ille olim, cum esset presbyter congregationis Ora-torii, in Christo filiam aluerat atque educaverat; post multam vero dissertationem de rebus spiritualibus: « O quantum, inquit, filia, debemus Deo, qui e tantis malis tantisque periculis nos eripuit, qui talia ac tanta in nos beneficia contulit? » Tum illa secum cogitare cœpit, ideo Cæarem hæc dicere, quod virginitatis donum a Deo accepisset, et fortasse Deus ipse injectit illi hanc mentem, ut, ea ratione, servali sui virtus omnibus pateretur: igitur ea fiducia et libertate quam Christiana charitas et Spiritus dare solent, sic eum interpellat: « Dic, amabo, illustrissime domine, tu virginitatem custodis, nomine? at ille probe intelligens, et sacramentum abscondere bonum esse, et opera Dei revelare et confiteri honorificum esse, statim erexit se, aperuit caput, et ad Deiparam Virginem, cuius imago erat in altari proxime sito, oculos auminunque convertens, ait: « Dei et sanctissimæ Matris beneficio, virgo sum, neque præter matrem meam quisquam tetigit unquam corpus meum. » Idipsum paulo antequam ex hac vita migraret, data occasione, communicavit cum sacerdote quodam religiosissimo.

Porro Deiparam Virginem summo studio, summoque honore semper prosecutus est Baronus, eius patrocinio vitam scientiam, et quæcunque

demum haberet, accepta referebat. Testantur hoc Annales ecclesiastici, in quorum tomo I, vitam beatissimæ Virginis Mariæ ex veterum orthodoxorum Patrum monumentis, summa fide, litteris mandavit; omnesque undique respersit ejusdem Virginis laudibus atque præconiis. Hanc, initio cujusque tomi, præfatur, hanc incessanter loquitur, atque concelebrat, huic demum in fine semper gratias agit, et quidem (ut dixi in Bibliotheca Mariana parte I) Baronio Annalium ecclesiastico-rum grandia volumina scribenti non defuisse præcipuum, et peculiare auxilium Deiparæ Virginis, quæ simul animos faceret, simul vires sufficeret ad tam grave munus aggrediendum et sustinendum, auctores certi pro explorato confirmant. Hos certe Annales (quos apud ecclesiam S. Mariæ in Vallicella elaboravit, scripsit, recitat, ac sæpius repetivit) non tam suos, quam B. Virginis partus, natosque appellabat Cæsar, « ut enim (inquebat ipse tomo VIII, initio) quos ad genua Rachelis pariebat ejus ancilla, ipsa eos suos filios esse dicebat, Gen. xxx, ita suos, hac lege, esse dicat oportet nostros Annales ipsa Virgo sanctissima, quos summo labore, ad ejus genua provoluti, enixis precibus, consuevimus parturire. » Sic ille. Optabat Deiparam Virginem sibi Arcam esse tutissimam, in qua lucubrationes suæ servarentur, atque tutæ custodia munirentur, ne fur obrepens, appetitus, videlicet, gloriæ raperet, vel tinea et rubigo inhærentes, spes, scilicet, fallaces exederent. Sciebat namque, quod si res suæ in ejusmodi archivo repositæ essent, nulla unquam temporis varietate, vel diuturnitate labefactare, aut vetustate deletæ, perpetua memoria in terris viverent, et (quod magis optabat) æterna præmia, divina gratia largiente, assequerentur in celo. Apud sanctissimam Dei Genitricem Virginem Mariam rerum suarum omnium semper auspicem, ducem et moderatricem precibus contendebat, ut hæc apud eum (qui aperit os mutorum, et linguas infantium facit esse discetas [Sap. x, 21]), quique dat omnibus affluenter, et plusquam petimus) instanter exoraret, ut verbis, scriptis, ac maxime omnium vitæ moribus, veritatem profitens, attestans, et prædicans, lingua, calamo, animique virtutibus ipsum laudaret, confiteatur ac celebraret, cui est in Trinitate perfecta, laus, virtus et gloria in sæcula sæculorum. Et licet ex innumeris donis, per Dei Genitricem sanctissimam Virginem Mariam acceptis, nihil diffideret, sed ingens ejus jam concepta fiducia roboretur, ac semper securior redderetur, quod susceptum, eadem auspice, illustrandæ veritatis officium, optatum exitum consequeretur, tamen ad iter Annalium ecclesiastico-rum feliciter prosequendum, desiderabat semper menti suæ affulgere, ac se præcedere sublimiorem illam, et excelsiorem, animatam columnam, in qua, multo felicius, humano generi visibilis Deus apparui, ipsam, inquam, Dei Genitricem beatissimam Virgi-

nem Mariam, quæ suæ pulchritudinis fulgore cornuta, graciens antecederet, ac ducens non sineret, vel latum unguem, se ab æcta semita veritatis excedere, vel leviter aberrare. Sanctissimæ etiam Virgini Dei Genitrici Mariæ, ut conciliatrici divini numinis, sicut omnia sua accepta ferebat, ita pariter et offerebat, ut ipsa eadem, qualiaunque essent, dilecto Filio suo porrigeret: ut, imparita benedictione, sanctificaret: illamque, promovere, gratiam posceret, ut ipse esset ei portio in terra viventium.

Sub mortem beatissimæ Virginis Mariæ Patronæ suæ (quam vivens præsidium sibi tutum, indeficiens, atque præsentaneum semper fuerat expertus) salutem animæ suæ ardentissimis precibus commendabat: et oblatam sibi ejusdem imaginem, multa cum animi pietate, osculatus est. Tandem die B. V. Mariæ sacro, nempe Sabbato, placidissime in Domino quievit, anno post Christum natum 1607, ætatis 69, pridie Kal. Junii.

§ II. — *De Cæsare Montio.*

Cæsar Montius, civis atque archiepiscopus Mediolanensis, ab Urbano VIII Pontifice Maximo in amplissimum S. R. E. cardinalium ordinem adlectus; vir vite integritate, litterarum scientia, rerumque usu spectatissimus; inter alias ardentissimi amoris sui, atque obsequentissimi animi erga Deiparam Virginem significaciones, dum apud Hispanos apostolici nuntii munere fungerebatur, singulis Sabbathis ad aram Divæ Virginis de Atoca, ordinis Prædicatorum, haud longe Madrito, ubi imago ipsius beatæ Virginis, beneficiis ac rebus miris celeberrima, colitur, semper sacra facere solebat. Cui, ejusdem ordinis Patres, de se optime merenti, in eo sacello, et effigiem posuere, et Missam quolibet Sabbato decantari decrevere. Sacrarium Toletanum religiosissime invisit, et effigiem miraculis claram beatæ Virginis, neonou, et imaginem ejusdem de Pilar, sacris utrobique perfundet. Bis ad imaginem B. Virginis Montis Serrati invisendam sc contulit, et miro cum devotionis affectu, sacrosanctam Deiparæ Virginis cellam Laureti veneratus est. Titulum Sanctæ Mariæ Transpositione nunquam mutavit, eisque Ecclesiae honorificum munus, supremis testamenti tabulis, legavit. Summa pietate erga Deiparam Montis Carmeli affectus fuit: cuius habitum semper gestabat. Ecclesiam, cum cœnobio Carmelitarum Discalceatorum, sub titulo Dominae Nostræ Montis Oliveti de Concessa, procul Mediolano viginti sere milliaribus, suis sumptibus magnifice exstruxit ac dotavit. Ut studium in Deiparam Mediolani propagaret, Patres sancti Bernardi Discalceatos advocavit, eisque ecclesiam beatæ Virginis, quam Lauretanam dicunt, concessit. Dum Romæ esset, singulis Sabbathis ad altare beatissimæ Virginis in templo S. Mariæ de Populo, vel ad altare sanctissimi Rosarii in templo Sanctæ Mariæ super Mineruam, sacris operatus est. Sepulturam sibi elegit.

ante aram B. Virginis de Arbore, quæ in ecclesia metropolitana Mediolanensi religiosissime colitur; et testamento commendatissimum hæredibus ac posteris reliquit, ut penetrali corde erga beatam Virginem pietatem servarent. Mortalitatem laudissime conclusit, sui apud omnes incredibili relieto desiderio, anno orbis redempti 1630, ætatis 56, die 16 Augusti. Cujus eximium erga augustissimam cœlorum Reginam affectum celebravit, inter alios, Alexander Vitaleonus in libello inscripto: *Gloria S. Domus Lauretanæ, è Rōmæ evulgato anno 1634*, et P. Joannes Baptista Novatus, Mediolanensis, religionis Clericorum Regularium ministrantium iurisprudens theologus, et aliquando præfectus generalis, in Opere *De Eminentia Deiparæ Virginis Mariæ semper Immaculatae*, quod Bononie anno 1639, in lucem evulgavit, ac eminentissimo Cæsaris nostri nomini consecravit. Inquit enim iste in Epistola Dedicatoria: « Magnifica nominis tui expressio, singularia, quæ dive Parenti obsequia præstare consuevisti, ad multorum memoriam revocabit, quorum exemplo non pauci ad similia provocabuntur: quam vero hoc proficuum sit, aureum illud Anselmi *De excellentia Virg.* cap. 4, dictum testatur: Qui autem in dilectionis erga Mariam suavitatem transit non diffidendum, quin in retributionis ejus participium sit transitus. Quare, cardinalis amplissime, non mirandum, si Mons tuus splendidissimus inter florentes colles emineat, felicibus de caelo auris affletur, benignissimo divini favoris viro vestiatur, per lucidis sapientiae fontibus irrigetur, fructuosis rerum præclare gestarum arboribus coronetur; si talibus abundet pabulis, ut gregi dulciora et uberiora uberibus lacte turgentibus ministret, tali muniantur custodia, ut oves in eo exsultent, lupique ab eo exsulent: Si erigatur mans hic veluti fortunatum religiosis domicilium, habitatoribusque veluti beata sedes; si in eo submissianis violæ vernent, charitatis rosæ rubeant, candescent lilia puritatis, reliquaque virtutum omnium venustissimi flores suavissimum Paradisi spirent odorem: Sunt haec, sunt dona quæ munificentissima Virgo tibi, ut suo studio amatori largitur affluenter, et affluentius largietur, ut firmiter sperandum, majora. » Hæc ad Cæsarem Novatum.

§ III. — *De S. Carolo Borromæo.*

Carolus Borromæus, S. R. E. cardinalis, atque archiepiscopus Mediolanensis, vir admirandæ saeuitatis, et a Deo multipliciter cœlestium gratiarum munieribus insignitus, sanctissimæ Deiparæ Virginis Mariæ impensa devotione addictus, eam a pueritia ipsa sibi in patronam singularem assumpsit, eisque perfugio in rebus adversis semper fidenter, dum vixit, usus est. Officium beatissimæ Virginis recognovit, atque in optimam formam restituit, a Sede apostolica approbatam; quod et quotidie flexis genibus recitabat, addita Corona

quam, ne in ipso quidem itinere, omittebat. Omnibus festivitatibus Deiparæ Vigilis, insuperque singulis Sabbatis, in magnæ Dei Matris honorem, pane tantum et aqua jejunabat. Publicum audiens Salutationis angelicæ signum, statim, etiamsi in lutulenta esset via, genua ponebat in solo, et de equo etiam, si equitaret, desiliebat, ut gennflexo Salutationem angelicam recitaret. Statuit ut annis singulis, feria & Dominicæ Quinquagesimæ, solemnis supplicatio (cui semper ipse interfuit) ad templum S. Mariæ Gratiarum perageretur: et ut mense Julio, in die Visitationis beatissimæ Virginis Mariae, in solemnî pariter supplicatione, quam ipse semper comitabatur, septem urbis Mediolanensis ecclesiae visitarentur. Festa sanctissimæ Dei Genitricis, summa devotione celebrabat: Nativitatis vero et Assumptionis, pontificalis Missæ, atque utrarumque Vesperarum solemnissima celebratione festivissima reddere studebat. Populum horتابatur, ut præcipuis Deiparæ festis communicaret. Romæ degens, secreto noctis tempore, paucis suis intimioribus aulicis comitatus, basilicam S. Mariæ Majoris devote frequentabat, totamque illam montis partem quæ a templo S. Potentianæ incipit, genibus ascendebat. In hac basilica, dum ejus esset archipresbyter, non semel concionatus est, atque ipsius chorum restaurari, portasque reformari proenravit. Cultum etiam divinum in ea auxit, dum præbendas, ut vocant, beneficiarias in ipsa instituit, et candelabra argentea non exigui valoris eidem donavit. Cui propterea canonici, ad grati animi significationem, hoc in sacrario monumentum posuere: « S. Carolus Borromæus, hujus basilicæ archipresbyter cardinalis, canoniconorum Odænum magnificenter imæ apsidi circumduxit, institutis beneficiariis octodecem, ac duodecim etiam clericis, templi cultum mirifice auxit, suppellectilem sacram plurimis donariis ampliavit. » In eadem ecclesia ingentem pecunia summam, ex rebus, quæ sibi ob fratris obitum obvenerant, venditiis retractam, aliquando, post Missæ sacrificium, in centum pauperum virginum, quas ibi, supplicatione prævia, congregari jusseral, dotem liberaliter distribuit. Nocte Salvatoris natalitia, qua B. Virgo Deum hominem peperit, de pontificio synavi, ad eamdem S. Mariæ Majoris basilicam longe profectus, ibi abjectus ad sanctissimum præsepe precando, divinisque mysteriis contemplandis vigilabat, donec ad eamdem synaxim mane in Vaticanum reverteretur. Apud Pium IV, Pont. Max. patruum suum precibus instituit, ut Diocletiani Thermæ, in ecclesiæ formam redactæ, sub titulo S. Mariæ Angelorum conserarentur. Itinera longa et difficultia suscepit, peregrinando, ut B. Virgini dicata templa, suis pedibus inviseret. Dum ad sacrosanctam B. Virginis Lauretanæ ædem proficeretur, iter ad millia passuum circiter viginti sacro loco proximum, pedibus confecit. In sanctissima autem Virginis

ædricula Laureti, tota nocte vigilavit, proximo die qui Natalis Virginis erat, Missæ sacrum ritu celebriore fecit, et in eo concionatus est, eo pietatis ardore, ut omnes præsentes, incolæ et advenæ, vehementer commoverentur, effigiem suam a pectori argenteam, pondo librarium quinque, Laurentanæ Virgini donum obtulit. Ecclesiam metropolitanam Mediolanensem, quæ sacris B. Virginis Natalibus dicata est, variis, iisque insignibus, ornamenti, quæ adhuc videri possunt, decoravit. Inter alia autem altare magnificum in ea extruxit, sanctissimæ Dei Genitricis sub titulo B. Virginis de Arbore consecratum; in quo pretiosam illam, et ad vivum expressam D. Annuntiatæ de Florentia imaginem, a Francisco Mediceo, magno Etruriæ duce, ac intimo amico suo, sibi antea donatam, collocavit: ibi Rosarii beatissimæ Virginis sodalitatem cum omnibus privilegiis, indulgentiis et gratiis, quibus quælibet alia dicti Rosarii sodalitas Romæ vel alibi gaudet, instituit, in *Pastoralibus*, quas edidit, de hujusmodi institutione litteris, inter cætera fatas: « Auctoritate apostolica nobis a S. D. N. Papæ Gregorii XIII concessa, in nostram ecclesiam metropolitanam societatem generalem sanctissimi Sacramenti, cum amplio spirituallum gratiarum thesauro, nuper introduximus; nunc vero, eadem auctoritate, in eadem nostra ecclesia instituere deliberavimus Rosarii societatem, quæ sanctissimi exercitii ac divinissimæ devotionis societas est, præterquam quod multis et singularibus gratiis ac indulgentiis est ditata. Et quidem justum est, ut ubi est societas Christi Domini nostri, sit etiam societas sanctissimæ suæ Matris, piissimæ Domini nostræ atque Advocate. Si haec societas in aliqua civitatis ecclesia reperitur, debet etiam reperiri in metropolitana, aliarum matrice, quam, cum spiritu specialis devotionis erga Dei Matrem, magnus rex Ambrosius, non solum omnino egregie de ea scribendo, sed ad ejus honorem augustissima templa consecrando. Præterea in ecclesia metropolitana, cum sit illa instar matris, ad quam frequentius filii recurrere debent, convenit, quod reperiatur haec religiosa devotione erga Dei Matrem, cuius (Gregorio summo Pontifice attestante) cum semper fuerit hic cleris populusque devotissimus, variis temporibus, per tam magnæ ac singularis advocatæ intercessionem, infinitas gratias a Dei misericordia obtinuit. Unde postea factum est, ut ob ferventem hujus nostri gregis devotionem, tot ecclesiæ in hac civitate, ac diœcesi, forte plusquam in multis aliis, ad ejus honorem erectæ sint. Nos igitur antiquam, sanctam, candidamque filiorum nostrorum dilectissimorum pietatem, etiam cum majore Spiritus ardore, in dies magis excitare cupientes, hodiernæ festivitatis occasione, supradictæ divini Rosarii societati principium dare voluimus. Præter alias autem causas ob quas dicti Rosarii societatem hic in ecclesia metropolitana erigere

statim, hæc nua est, quod in ea exsistat sacra imago B. Virginis de Arbore, quæ, ut scitis, cum devotione universæ hujus civitatis visitata est et frequentata. Quapropter rationi consentaneum valde est, ibi hanc singularem devotionem repetriri, ubi tan antiqua et devota B. Virginis reperiebatur imago, quæ quolibet primo Dominicæ die mensis, ob hanc institutionem, in supplicatione, quam ordinabimus, deferetur, &c.

Nullam omisit occasionem, qua populum sibi creditum possit ad Dei Matris cultum devotionemque excitare. Quamobrem, cum in terra Saronis sacra beatissimæ Virginis imago e suo loco removenda esset, ut super altare maius ecclesie noviter fabricatae decentius collocaretur, decrevit, hanc mutationem celebri translatione peragendam: præsertim cum imago esset miraculosa, et multæ venerationis apud totam Mediolanensem diœcesem. Ut igitur hæc actio, cum magno honore ac fidelium frequentia perageretur, ac in beneficium, fructumque animarum redundaret, indulgentiam plenariam a summo Pontifice impetravit, pro illis omnibus qui, peccatis expiati, ac sacra communione refecti, huic translationi interfuerint. Postea litteras pastorales per totam suam diœcesin publicavit, in quibus cum multa doctrina, auctoritatibus, exemplisque demonstravit, quanta veneratione dignæ essent sacræ imagines; ac particulare debitum, quo erga imaginem immaculatæ Dei Matris Meliolanenses obstringuntur, et quod hæc Saronis præsertim, in maxima semper fuerat veneratione. Ideo omnes hortabatur, ut ipsius translationi honorandæ præsentes esse vellet. Quibus porro litteris adeo populum Carolus comunovit, ut indicibilis hominum numerus, ad dictam translationem advenerit. Quam translationem, ut illustriorem redderet, idem ipse in pontificali habitu comitatus est, et solemnis Missæ celebrationem, divini verbi prædicationem, ac Dominicæ corporis numerosissima communione honoratam voluit.

Prope terram Raudensem, a Mediolanensi urbe octo prope milliaribus distantem, parvum reperiebatur oratorium, in cuius pariete picta erat devota beatissimæ Virginis Filium examinem in alni gestantis imago, quæ ob miraculorum signa olim patrata in multa erat apud populum veneratione. Cumque fama vulgaretur, ex hac beatissimæ Virginis imagine iterum nova miracula cornucasse, circa finem Aprilis anni 1583, ex omnibus Galliae Cisalpinae finibus; magnus populorum numerus, cum munieribus, ad eam visitandam advenit. Quod intelligens Carolus, postquam ea, quæ ad ejus imaginem, invocata Virgine, mirabiliter impetrata dicebantur, legitimis testimoniis confirmata, vera esse deprehendisset: magnificum ibi, in honorem immaculatæ Dei Matris erexit templum, et ad divini cultus augmentum, fideliumque frequentissime concurcentium utilitatem, sacerdotum collegium stabilivit.

Brixensem ecclesiam visitans, cum ad Tellinæ

Vallis, haeresi laborantis, fines venisset, se minime continuit, quin, millia passuum duodecim, pedes in eam penetrans, nobilem beatissimæ Virginis, quæ Tirani dicuntur, ædem inviseret: in ea, licet itinere fessus, pernoctaret, ibique etiam post Evangelium in Missæ sacrificio, concessionem ad populum haberet. In Brixensi diœcesi, in Renovati montis vertice, est Deiparae Virginis ecclesia, miraculis inclita, in qua Carolus Federicus Borromæus ecclesiastica toga, et primis sanctioris vitæ libaminibus insigniuit. Dunn vallem Mesolinam in Helvetiis visitaret, devotione B. Virginis illectus, ad vallem perrexit Calaocam, ut ecclesiam beatissimæ Virginis Dominæ suæ, ibi supra montis fastigium positam veneraretur. Cujus porro moutis ascensum, licet alte nivibus coopertum, et ad quatuor millaria via difficultima productum, pedes consecit, Missam illuc celebravit, ac gentes illas, fere silvestres, divini verbi prædicatione recreavit. Modestiam veniens, ibi Patrum Barnabitarum ecclesiam, quæ Mariae Deiparae dicata est, cum tribus altaribus dedicavit. Cum, tempore pestis, ad Dei iram avertendam, ac misericordiam impetrandas, ad templum B. Virginis, quæ a S. Celso, Mediolani cognominatur, solemnem supplicationem indixisset: dum ibi concessionem ad populum haberet, maximam fiduciam peccatoribus injecit misericordiam apud summum Deum iuveniendi, si ad hunc cum vera poenitentia recurrentes, intercessionem B. Virginis peccatorum advocatæ, ac veræ misericordiæ Parentis, implorarent. Et cum templum illud Deiparae dedicatum, in maxima esset apud Mediolanensem populum veneratione, multis etiam clementissimæ Reginæ cœli devotionem eidem populo persuadere studuit collegium nobilium Mediolani a se fundatum, ut sub beatissimæ Virginis Mariæ patrocinio illud poneret, collegium S. Mariæ nuncupavit: omniaque, quæ ipse condidit, sodalitia, confraternitates et loca pia, sub ejusdem beatissimæ Virginis Mariæ tutela præsidioque constituit. Omnibus autem, Dei Matrem in advocatam tribuebat ac jubebat, ut singuli sodales ac fratres ad studium erga eam declarandum, ipsius Rosarium et Officium recitarent. Sue familie insignia, quæ in variis locis palatii archiepiscopaloris, enim nomine depicta erant, deleri, ac eorum loco, imagines Mariæ Virginis Dominae suæ substitui jussit. Spiritum sanctum deprecabatur, ut per B. Virginis merita, sibi omnes gratias, quibus divinæ majestati acceptior redderetur, concedere vellet: atque interdum hæc verba promebat: «Mater Dei, ore te, ut me Filio tuo commendare, atque in tuum servum recipere digneris.» Erga quinque preciosos B. Virginis dolores, speciali devotione affectus, hæc in oratione sua ponebat:

4. «O Domine, et Redemptor mens, Jesu Christe, in memoriam illius doloris, quem benedicta Mater tua passa est, quando Simeon prophetando te mortem obitum pronuntiavit. Ego cum omni

humilitate, ac meorum peccatorum poenitentia, te salutans, dico : Pater noster, etc. Ave Maria, etc. »

2. « Et in memoriam illius doloris, quem ipsa passa est, quando trium dierum spatio tui praesentia earuit ; ego cum omni humilitate, et veniespe, dico : Pater noster, etc. Ave Maria, etc. »

3. « Et in memoriam illius doloris, quem ipsa passa est, quando intellexit te fuisse captum et ligatum ; ego cum omni humilitate, et desiderio omnis virtutis, te salutans, dico : Pater noster, etc. Ave Maria, etc. »

4. « Et in memoriam illius doloris, quem ipsa passa est, quando te vidit cruci affixum ; ego cum omni humilitate, et sancte vivendi morientique voluntate, te salutans dico : Pater noster, etc. Ave, Maria, etc. »

5. « Et tandem in memoriam illius doloris, qui ejus anima pertransivit, quando te mortuum, atque in sepulcro positum conspexit ; ego cum omni humilitate, atque affectu tui aspectu persuendi ; te salutans, dico : Pater noster, etc. Ave Maria, etc. »

Christi corpus et sanguinem in Eucharistiae sacramento recepturus, Deiparæ Virgini in hæc verba humiliiter supplicabat atque alios eidem, supplicare docebat : « O Virgo sanetissima misericordia plena, ostende pro nobis duleissimo Filio tuo sacrum pectus ac beatissima ubera, quibus cum laetasti, ut ipse ostendat Patri gloriosum latus et sacratissima vulnera, quibus redempti sumus. Tuis meritis, et precibus digni reddamur tam magna sacramenta recipere, nullumque in nobis reperiatur obstaculum, in quibus tanta sunt suffragia charitatis. Amen. » Post Dominicæ autem corporis, sanguinisque receptionem, in hunc modum orabat : « O serenissima Virgo et Mater Domini nostri Jesu Christi, quæ in tuo sacratissimo utero portare meruisti ipsum rerum omnium Creatorem, enjus sacratissimum corpus et sanguinem recepi apud ipsum pro me intercedere digneris, ut quidquid per ignorantiam, negligentiam, irreverentiamque in hoc ineffabili Sacramento omisi, vel commisi, idem dilectus Filius tuus, sanctissimis tuis precibus exoratus, condonare dignetur. Amen. »

Statuit, ut die Sabbati semper Missa de beata Virgine celebraretur, nisi diei solemnitas, vel Ecclesiæ institutum interdum obstaret ; quo casu, nisi, et id Ecclesiæ instituto impediretur, ejus omnino commemorationem fieri voluit. Statam illam et solemnem, quæ veteri Ecclesiæ instituto, perpetuoque usu de beata Virgine dicitur Antiphona : *Salve Regina*; vel alia, pro ratione temporis, in parochiali, tum urbana, tum diocesana unaquamque ecclesia, a parocho, et reliquis illius parochiæ clericis, quibus ab episcopo jussum fuerit : singulis etiam Sabbathis sub vesperum, ante crepusculum scilicet, pie religiose eam ordinavit, convocatis etiam certo campanæ signo fidelibus. Decrevit, ut in cujuscunque ecclesiæ, præsentim parochialis, frontispicio, a superiori scilicet, parte ostii majoris, extrinsecus, pingeretur, aut sculpe-

retur decore religioseque imago beatissimæ Mariæ Virginis Jesum Filium in complexu habentis, a cuius latere dextero, exprimeretur effigies sancti, sanctæve, cuius nomine illa ecclesia nuncuparetur, a sinistro vero, alia sancti, vel sanctæ, cui præ ceteris parochiæ illius populus venerationem tribueret; quod si vel Annuntiationis, vel Assumptionis, vel Nativitatis S. Mariæ titulum, diemque festum, ea ecclesia haberet, beatissimæ Virginis effigies exprimeretur, quæ mysterii rationi conveniret.

Præcepit, ut unusquisque beatissimæ Virginis Mariæ Matris imaginem, domi suæ, locis honestis statueret : et ut milites in stationis loco, eamdem ob oenlos propositam haberent, quod et infirmis, et careere detentis injunctum voluit. Hortabatur concessionatores, ne ostentandæ doctrinæ et eloquentiæ causa, difficilest atque inanest quæstiones, futurumque orationis et pigmenta conquerirerent, sed, inter alia fidei Christianæ capita, præcipue in angelicæ Salutationis dilucida explicatione versarentur. Omnibus, singulisque animarum curatoribus, et ceteris confessariis, sive sacerdotalibus, sive regularibus, in virtute sanctæ obedientiæ præcepit, ut facerent, antequam confessiones audirent, poenitentes eamdem Salutationem angelicam recitare, acriter reprehendentes, si quos illius ignaros rudesque offendissent. Horarias preces B. Virginis, quas ipse (ut diximus) humi positis genibus obibat, a suæ diocesis clericis, neconon ab inferiori familia, quotidie recitari ordinavit. Mandavit, ut quicunque contumeliosis aut obsecenis verbis gloriosam Virginem Mariam Dei Matrem expresse blasphemasset; si clericus esset, primum fructibus unius anni beneficiorum ecclesiasticorum, quæcumque habuisset, multaretur; si iterum in eo peccasset, eo beneficio, quod haberet, privaretur; et si plura obtineret, eo privaretur, quo ordinarius privandum censuisset : si tertio blasphemasset, dignitates et beneficia omnia, quæcumque habuisset, eo ipso amitteret, ad eaque deinceps retinenda, aut obtinenda inhabilis esset; si vero laicus fuisset, primum, aut etiam secundo pecunia multaretur, ex præscripta in concilio Lateranensi, ratione; tertio gravem poenitentiam publice ageret, eo modo, quo a saeculari canonibus præscriptum est. Instruens concessionatores verbi Dei, illos ne de beatissimæ ac immaculatae Virginis Conceptione contra præscriptum sanctionis pontificiæ Pii V, disputare audent, admonebat, denuntians censorum poenas transgressoribus, a Sixti IV, summi Pontificis Constitutionibus impositas. Quo autem animo erga immaculatae Deiparæ Virginis Conceptionem fuerit, patet ex ejus diplomate, quod pro eadem Conceptione promulgavit, enjus tenorem integrum assert Armamentarium Seraphicum, in *Regesto*, pag. 528. Statuit ut ad Mariæ nomen sacerdos celebrans, et clericus ministrans caput inclinarent, ut eorum exemplo, populus ad idem faciendum moveretur.

Edixit ut die sacro Purificationis beatissimæ Virginis Mariæ, retineretur usus ritusque benedictionis candelarum, cereorumve, cum plenus mysteriorum esset salutariumque utilitatum : quas non solum ex orationibus, quibus Ecclesia in ea benedictione utitur, sed ex omni rituali libro probato, parochus et concionator eo ipso die fidelibus studiose exponeret, quo religiosius illas et gestarent et haberent. Nam cum illius benedictionis precatio ad alia multa referretur, tum ad hec in primis : ut candela valerent ad sanitatem animæ et corporis, terra marique : ut de locis, ubi accenderentur, dæmon, et quidquid dæmonis ars moliretur, machinaretur, depelleretur ; ut mentes et corda fidelium igne et splendore sancti Spiritus accenderentur, illustrarenturque, ac depulsis viatorum tenebris viderent, quæ essent Deo grata, et saluti utilia : ut ignis charitatis, cum lumine fidei, in aninis accenderetur, quo ad lumen æternum vitæ cœlestis perduceretur. Quæ omnia, a Christo Domino, qui est Deus verus, et splendor lucis æternæ, sibi concedi precaretur, intercessione, et sanctissimi meritis beatæ Mariæ Virginis, qui-cunque fideles, in illius honorem candelas, quibus benedictionis preces eo die adhibitæ essent, devote gestarent. Peregrinis, inter alias preces in itinere peragendas, precariæ coronæ B. Mariæ Virginis recitationem commendabat : militibus vero, Marianæ Rosarii quotidiani, quod militibus, bello contra Turcas suscepto, olim præscriptum fuit, religiosum usum suadebat. Decrexit ut confessarii, confessione audita, pœnitentes monerent, ad beatissimam Mariam Matrem Dei sibi in cœlestem patronam diligendam, ejusque intercessionem quotidie implorandam. Clericos sui seminarii ad quotidianum Officii, Rosarii et Coronæ B. Virginis pensum astrictos voluit. Oblatos (quorum congregationem Mediolani, a se fundataam, sub protectione B. Virginis constituit) totos Marianos esse optavit : in eorumque institutione hæc verba exaravit : « Sanctissimam Virginem Dei Matrem perpetuo pro humano genere intercedentem, atque hujus sanctæ Mediolanensis ecclesiæ, cuius ministeriis sese obtulerunt, peculiarem patronam, præcipuo pietatis affectu prosequantur. Cumque illa Mediolanensi populo varia beneficia a Filio suo Domino nostro Jesu Christo sæpius alias impetraverit, in omnibus periculis, ærumnisque, sive totius Ecclesiæ, sive congregationis suæ, ad hæc autem, vel maxime in missionibus ab archiepiscopo imponendis, aliarumque gravium rerum tractationibus, ad illius patrocinium atque præsidium, fidenti animo, confugiant. » Sic ibi. Inter salutaria ejus mouita suæ diœcesis populo data, hæc habentur : « Gloriosam Virginem Mariam in tham accipies protectionem, et præcipue ad ipsam, in omnius tuis necessitatibus, confuges. Ejus imaginem in tuo cubiculo habebis. Die Sabbati in Vesperis ihs vel ad tuam parochiam, vel ad aliam ecclesiam, in

qua Litania B. Virginis canuntur, ut iis intersis. Quando mane, meridie et sero datur signum Salutationis angelicæ, flexis genibus ter dices Ave Maria, cum tribus illis versiculis : Angelus Domini, etc. Ecce ancilla Domini, etc., et Verbum caro, etc. Mane surgens e lecto, te semper gloriosæ Virgini Mariæ commendabis. »

Ex hujs mundi tempestuosissimo pelago ad portum tranquillitatis enatavit magnus magnæ Dei Matris cultor et amator Carolus, anno orbis redempti 1584, ætatis 47, 3 Nonas Novemboris.

§ IV. — *De Carolo a Lotharingia.*

Carolus I, a Lotharingia, Claudi I Guisæ ducis filius, natione Gallus, a Paulo III Pontifice Maximo in S. R. E. cardinalium ordinem relatus, magnarum variarumque virtutum princeps, quem Olivarius Franciæ nomophylax, ob ingenii stupendi fecunditatem, primis annis, naturæ monstrum nuncupabat : inter alias Christianæ pietate significaciones, quibus impensum suum erga Deiparam Virginem studium comprobavit; in ejusdem Deiparae Virginis cultum, cuiuslibet hebdomadæ die Sabbatho, jejunabat. Cœli civibus adjunctus est, anno salutis 1574, ætatis 49, die 26 Decembbris.

§ V. — *De Carolo II a Lotharingia.*

Carolus II a Lotharingia, Gallus, ducis Mercurii et Vaudemontari comitis filius, a Gregorio XIII Pontifice Maximo in S. R. E. cardinalium numerum electus : inter alias regias animi dotes, Mariæ Deiparae Virginis studiosissimus cultor, ipsius sacrosanctæ domui Lauretanæ lampadem auream dono dedit, et ut perpetuo ibidem arderet, dotem assignavit. Cætera tanti principis in augustissimam cœli Reginam devotissimæ pietatis specimina, licet non desint, ad meæ tamen cognitionis notitiam haetenus non venerunt. Mortalem hominem exuit, anno salutis 1588, ætatis 26, 3 Kal. Novembbris.

§ VI. — *De Carolo III a Lotharingia.*

Carolus III a Lotharingia, Gallus, Caroli Lotharingiae ducis filius, S. R. E. cardinalis a Sixto V Pontifice maximo creatus, vir consilio, prudentia, vita exemplo, abstinentia, gravitate, justitia, religione, cæterisque virtutibus clarissimus : inter alia pietatis indicia, quibus se Deiparae Virginis cultorem eximum atque amatorem ferventissimum declaravit, Lauretanæ ejusdem Deiparae Virginis ædi, multiplex regiae opulentiae munus, per certos homines misit : videlicet crucem crystallinam, cum aurea Christi effigie, calicem item aureum, pede suffultum crystallino : candelabra duo : binos ureos cum pollubro : vasculum aquæ lustralis, cum suo aspergillo : pyxidem, paciferamque imaginem, omnia e nobili crystallo, auro, electroque perfecta, binis ternisve aureorum millibus aestimata. In meliorem et tranquilliores vitam receptus est, anno salutis 1607, die 24 Novembbris.

§ VII. — *De Carolo a S. Spiritu.*

Carolus de Sancto Spiritu, ordinis sanctissimae Trinitatis Redemptoris captivorum, natione Italio, ob vitæ probitatem, singularem doctrinam, ac eminentem in rebus gerendis prudentiam, ad purpuratam dignitatem electus, inter alia pietatis tributa beatæ Virginis impensa, snum erga purissimam ejusdem beatæ Virginis Conceptionem studium voluntatemque testatus est, scribendo *De Conceptione beatæ et immaculatæ Virginis Mariæ* libros duos. In isto miseriarum oceano fluctuare destitutus, anno orbis redempti 1251.

§ VIII. — *De Christophoro Madrucio.*

Christophorus Madrucius, civis et episcopus Tridentinus, integritate morum, et singulari eruditio spectabilis, a Paulo III Pontifice Maximo Romana purpura donatus, Deiparam Virginem singulari prorsus devotione colebat, eique contumaciam fere jejunium perpetuamque abstinenciam dedicaverat. Inter alia religionis suæ erga augustinianarum cœli Reginam testimonia, in sacrosancto templo Lauretano sacellum beatæ Virginis de Rosario, laudatissimorum, qua pictorum, qua plastarum operibus, exornavit; idem, auream sibulam ingentem (quali cardinales episcopi uti in pontificali amicu solent) tribus margaritarum acervis, instar nodorum, nobilem, Lauretanæ Virginis obtulit. Ex legatione, qua apud Rodulphum Cæsareum funetus erat, reversus, crucem argenteam, talium legatorum insigne, eidem Lauretanæ Virginis donum tulit, legationis feliciter obite, illius presidio atque ope, monumentum. Sed, et ecclesiæ B. Virginis Lauretanæ, extra urbem Spoletinam, solemni ritu, primum lapidem imposuit, ipsius fabricam suo ære non parum juvit, ac bina candelabra argentea eidem liberaliter douavit, ad cultum atque ornamentum miraculosæ imaginis sanctissimæ Dei Genitricis, quæ ibidem sub Patrum Barnabitarum cura religiose asservatur. Fuit titularis Sanctæ Mariae Transtiberim: illumque, utpote Sanctam Dei Matrem impenso colentem, Pius IV Pontifex Maximus Piceni legatione ornavit. Diem clausit extremum, anno salutis 1587, etatis 66, die 5 Julii. Cujus corpus, triennio post obitum, integrum repertum fuit.

§ IX. — *De Clemente Moneliano.*

Clemens Monelianus, dictus etiam Clemens Olera, aliis Olera, ex oppido Monelia Genuensis diœcesis oriundus, ordinis Minorum, quem summæ doctrinæ et religionis virum, multisque prudentiae documentis abunde probatum, Paulus IV Pontifex Maximus purpuratorum Patrum numero ascripsit: in obsequio beatæ Virginis eminens, pro peculiari animi sensu, quo erga ejusdem B. Virginis laudes, atque encomia rapiebatur, de Maria loquens dicebat: *Hæc est illa, ad cuius nomen omnes animæ recreantur piorum.* Eva si quidem, diabolo assentiens, mortem orbit et maledictionem intulit: Maria vero, angelo fidem adlibens, benedictionem

et vitam protulit. Per Evans serpentis affatu deceplam venit calamitas, per Virginem Spiritus sancti affatu gravida rediit beatitudo. Per prævaricationem Evæ iræ filii nascimur, per Mariam vero, Deo perfecte subditam, dicto angelico credentem, Christum accepimus, per quem renascimur, et filii Dei adoptivi efficiemur. Eva, Dei mandatum contempnens, gratiam Dei amisit, audivitque: « Multiplicabo serumnas tuas, et in dolore paries» (*Gen. iii, 16*): Maria apud Deum inveniens gratiam, humilis audivit: *Ave, gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui* (*Luc. i, 28, 42*). Sic ille.

Opinioni, quæ asserit beatam Virginem sine originalis peccati macula conceptam, se libentissimo calamo subscripsit, dum *De Incarnationis matrimonio* expōens prophetiam Adæ consentientis connubio Evæ, ex costa sui lateris formatae, ac dicentis, *Gen. ii: Hoc nunc os de ossibus meis, et caro de carne mea: diserte pronuntiavit, beatissimam Virginem dici specialiter carnem Christi, propter speciale privilegium præservationis ab originali peccato.*

Aiebat Deiparam Virginem Mariam, post Trinitatem summam, et ejus prolem beatissimam, præcipue a nobis amandam esse, landandam ac venerandam, quia placuit ei (vere in hoc fortis, pia, duleis pariter et severa, sibi parca, ei nobis largissima) quod Unigenitus suus, pro salute nostra offerretur, et tantum etiam compassa est, ut (si fieri potuisset) omnia tormenta que Filius pertulit, ipsa multo libentius sustinuisset. Scripsit, ediditque non senec, *Catholicarum Institutionum ad Christianam theologiam Compendium*, in quo dum de Conceptu, partu, virginitate, maternitate, adoratione, atque impeccabilitate beatissime Virginis luculententer disseruit, snum erga tantam Matrem, Patronamque affectum publico documento posteritati consignatum reliquit. Ex humanis migravit anno post Christum natum 1568, etatis 66, 8 Idus Januarii, et in templo Sanctæ Mariæ de Araceli (cujus titulum ad purpuram promotus obtinuit, et ad mortem usque retinuit) suum corpus sepeliri mandavit.

§ X. — *De Conrado Eginonis de Urach.*

Conradus Eginonis de Urach, Suitonum dynastæ filius, primum Villarii, post Claretallis, demum Cisterci abbas, ac tandem S. R. E. cardinalis, episcopus Portuensis ab Honorio III creatus, sanguinis splendore et vitæ sanctimonia celeberrimus; ordinem Prædicatorum noviter inchoatum, auctoritate apostolica confirmavit, et mira charitate promovit, ad id ab ipsa Dei Parente, Domina sua amantissima, quæ ei apparuit, et quod ordinem sibi dilectum, et Filio suo gratissimum promovisset, gratulata est, inire excitans. Plenus meritis, et miraculis clarus, obdormivit in Domino, pridie Kalend. Octobris, anno salutis 1227.

§ XI. — *De Constantino Sarnano.*

Constantinus Sarnanus, Picens ordinis Minorum

conventionalium, quem Sixtus V. Pontifex Maximus, doctrina et vitae integritate illustrem, sibique familiarem, S. R. E. cardinalium albo inseruit : considerans S. Thomam Aquinatem, eximium Ecclesiae doctorem, in iii parte sue *Theologicae Summae*, dicere beatam Virginem in sui Conceptione, malum originalis peccati contraxisse : Joannem vero Scotum, ingenii praestantia clarum (qui prepterea Doctor Subtilis jure meritoque appellatur) contrarium asserere : et in iii lib. sent., dist. iii, q. 4, de possibili in dist. autem 18, xii lib. de facto sustinere, beatam Virginem in sui Conceptione non contraxisse peccatum originale : ut hos duos egregios scholasticos theologos magistros, ut plerisque videri potest, inter se dissidentes conciliaret, aiebat peccatum originale duplamente contrahi posse : primo modo, de facto : secundo modo, in debito ; sanctum igitur Thomam locutum, non de facto, sed de debito : nam ex solo debito beata Virgo originale peccatum contravisset, nisi divina gratia præventa fuisset ; Scotum vero locutum non de debito, sed de solo facto, cum de facto beata Virgo, quia divina gratia præventa, originale peccatum non contraxerit. Hinc inferens,

tantos viros, uno eodemque spiritu ductos, pugnantia nec sentisse, nec voluisse, verbisque tantum, non autem rebus ipsis, inter se disensusse. Ad astra volavit Sarnanus anno salutis 1595, pridie Kalend. Januarii, natus anno 1531, die 4 Octobris.

§ XII. — *De Cynthio Guidonis de Papa.*

Cynthus Guidonis de Papa, Romanus, de regione Transtiberim, Innocentii II Pontificis Maximi propinquus, ab Adriano IV Pont. Max. in S. R. E. cardinalium ordinem relatus : inter alia pietatis sua erga beatam Virginem specimina, ad ejusdem beatæ Virginis laudem templum ædificari curavit, ut patet ex subjecta inscriptione, quæ in tabula marmorea exstat in ecclesia Sancti Jacobi in Septimiano Transtiberim :

*Moribus et vita, nobili de saignine natus,
Originem sumpsit de stirpe pontificatus,
En fuit nepos Innocentii Papæ secundi,
Notum sit cunctis instructis norma legendi,
Quod præsens opus ad laudem Virginis aluit,
Fieri fecit Cynthus Domini Petri Papæ
De filiis Joannis Guidonis Papæ.*

Mortalitatis palestram deseruit, sub Lucio III, circa annum Domini 1483.

CAPUT IV.

De Decio Caraffa, Dominico Gymnasio, Dominico Pinello, Dominico de Ruvere, et Dominico Tusco, S. R. E. Cardinalibus.

§ I. — *De Decio Caraffa.*

Decius Caraffa, Neapolitanus, genere et virtute spectatissimus, ex archiepiscopo Damasceno, et nuntio apostolico in Hispania, S. R. E. cardinalis a Paulo V. Pont. Max. creatus; qua observantia Deiparam Virginem coleret, publico testimonio declaravit, dum anno salutis 1607, extra urbem Neapolitanam, in loco qui dicitur Fonseca, ecclesiam in ejusdem Deiparæ Virginis honorem, sub Annuntiationis titulo erexit ac dotavit. Nec alind de tanti principis erga Deiparam Virginem observantia specimen mihi hactenus innotuit. E vivis cessit Neapoli, ubi erat archiepiscopus, anno salutis 1626. ætatis 79, die 23 Januarii, sepultus in ecclesia metropolitana Mariana.

§ II. — *De Dominico Gymnasio.*

Dominicus Gymnasius, S. R. E. cardinalis a Clemente VIII Pont. Max. creatus (quem allusione ad cognomen legitime facta, non sine clarissimis recte ab ipso gestorum testimoniosis, Christianarum virtutum Gymnasium, oratione integra in ipsius funere habita, verissime asseruit præclari ingenii ac elegantis facundia vir P. Carolus Franciscus De Luca, Societ. Jesu), inter alia Mariani cultus præclara specimen, in castro Bononiensi, Imolensis diœcesis (ex quo erat oriundus), ecclesiam et monasterium monialium Ordinis D. Dominici, sub invocatione gloriosissimæ Virginis Marie, ære proprio, insigni pietatis ac religionis opera fun-

davit. Idem Romæ, in propriis ædibus, monasterium monialium B. Mariæ Virginis de Monte Carmelo, munificent liberalitate erexit et dotavit. Templumque huic monasterio proximum, D. Lucia sacrum, a se splendide reædificatum, Deiparæ quoque Virginis, ob propensissimam suam in illa collenda voluntatem, dicatum voluit; marmorea Deiparæ Virginis statua super ipsius templi janua, nobiliter collocata, cum inscriptione :

*Deiparæ Virginis,
et S. Lucia
Virginis, ac Martyri.*

Scripsit in omnes Psalms David *Enarrationes*, mysticis sensibus devotionisque affectibus referatas, quas et duabus magnis voluminibus Romæ edidit, anno 1636, illas autem nemini consecratas voluit, nisi illi, in cuius clientelam, ab ipsa pueritia, se devovit; et quam unice semper in omni vita, post Deum, amavit, nempe Marie. Quapropter, in eamundem Enarrationum fronte, ipsem cardinalis ad vivum expressus, ante Deiparæ imaginem genuflexus conspicitur, prædictas Enarrationes magnæ Dei Matri humiliiter representans cum his verbis : « Quidquid illud est, quod offero, Mariæ commendatum volo. » Porro ipsius epistola, qua ille ingenii sui pietatisque monumenta Deiparæ Virginis nunçavavit, hujusmodi est :

« Beatissimæ semper virginis Deiparæ Marie. Labores istos meos, in exponentis sancti regis

Psalmis, cui aptius dicarem, haud compperi, quam tibi Virgini glorioissimæ. Etenim Davidi adeo conjuncta progenie es, ut per te, Dei Genitricem, id impletum sit, ab eo acceptæ pollicitationis : *De fructu ventris tui, ponam super sedem tuam* (*Psal. cxxxii, 11*). Dicavit rex David opera sua Regi Christo Filio, fas sit et mihi enarrationes hasce meas tibi dicare, filia item ejus, et Matri Christi simul ac Reginæ : de te quippe is eximum illud protulit encomium : « Astitit Regina ad extremitatis tuis, in vestito deaurato, circumdata virtutum omnium et sanctarum virginum varietate » (*Psal. xliv, 10*). Harum virginum in duabus, quæ exstruxi, monasteriis, sub duarum varietate regularum, exhibui tibi comitatum, ut et Patris tui die nocteque Psalmos decantent. Et quid tutius turri David, quæ tui existit typus? Jure igitur optimo opus istud, quale quale est, depono devotus apud te, turrim ædificatam cum propugnaculis, adversus oblatantes. Et certe mille clypei, ac innumeræ ex te pendunt confidentiae meæ in tua protectione rationes, quibus hominum propulsentur jacula linguae. Suscipe, Domina mea, munus istud, suscipe et me, monialesque meas in tui patrocinium, tuaque adjuves apud Filium tuum intercessione, quau merito omnium dixerim armaturam fortium. » Sic ille.

Multa Psalmorum loca de B. Virginis interpretatus est, ac in fine cuiuslibet suæ in eodem Psalmos enarrationis, sere semper eandem B. Virginem invocare, ejus gratiam et auxilium implorare, ejusdemque merita et intercessionem apud Deum interponere consuevit.

Mariæ Deiparae Virginis buccinator egregius, illam appellabat : Reginam cœli et terræ, ex stirpe David sine macula ortam, quæ mundo dedit Salvatorem Dei : Tabernaculum Dei, in quo Deus carne assumpta per novem menses habitavit : Solem, sole visibili lucidiorum, semper lacidum, et nunquam deficiente, quæ lucidissimum Filium Dei, qui est lux ipsa, concepit atque portavit : Terram, a Domino benedictam, ex qua fructus ventris ejus Jesus Christus conceptus et natus est : Basin scalæ, in qua innixus est Dominus, et usque ad cœlum pervenit : Nubem levem, quæ gennit Salvatorem mundi : Montem de quo lapis sine manibus præcisis est, id est, Christus sine opere hominum natus : Dominam angelorum, et nostram : Cœlum, per quod nolis cœli aperti sunt; cum aliis epithetis, noninibusque sexcentis.

Purissimæ Conceptionis Deiparae Virginis fuit acerrimus propugnator. Unde tuum alibi sepe, tuum vero enarratione in Psalmum XLV, ad illa verba : *Sanctificavit Tabernaculum suum Altissimum*; haec aliquando litterarum monumentis consignavit : « Si gratia es plena, o beata Virgo, quomodo potuit esse in te originalis macula? Si Tabernaculum suum ab æterna ordinatione sanctificavit, quomodo in Tabernaculo suo, quod es tu, Virgo sanctissima, in

primo conceptionis tue instanti, permiserit Dominus coequinatum aliquod, et non fecerit te totam immaculatam, totam puram, totam pulchram, Virginem Deo claram, Altissimi Filii Dei Domum mundam, Tabernaculum sanctissimum? Tota enim pulchra es, amica Dei, Mater Christi, Mater vitæ fideli. Adjuvabit te Deus manu diluculo. Quid mano diluculo, nisi in primo instanti, in principio tuæ sanctissimæ Conceptionis, per gratiam Dei ab immunditia originali præservata? Mane sanctificatus est Joannes, hoc est, ante nativitatem in ventre matris suæ, hoc idem de Jeremiah dicitur, non tamen mane diluculo, non in ipso conceptionis instanti; mane diluculo, speciali sanctificationis ratione, per præservationem a peccato originis, dispensata est Virgo, mane diluculo præservata est Mater Christi et Virgo: dignior enim erat prærogativa Matris Christi, quæ in corpore suo gestatura erat Filium Dei, Salvatorem, et Redemptorem Joannis, et totius mundi. » Haec, et plura alia in hanc rem, pro immaculata Dei Matre, ac dulcissima Domina sua Dominie.

Sanctorum auxilium implorabat, ut, mundus ipse ab omni carnis inquinamento, valeret B. Virginis Mariæ Dei Matri, totis viribus, et ferventi devotione servire. A Virgine vero Maria sanctissima unigeniti Filii Dei Matre, et advoeata sua, nihil aliud petebat in terra, nisi ut, intercessione ejus, de terra ipsa perduceretur ad cœlum.

Quolibet die Sabbati ad honorem Deiparae Virginis (cui dies Sabbati sacratus) pauperibus pœciae, aliisque pluribus, qui rei familiaris angustia premebantur, largas eleemosynas erogabat: eodemque die, magnæ Dei Matri humili animo ac contrito corde hac oratione supplicabat :

« O Virgo sanctissima Mater Dei, gratia plena, Sabbati dies est, quæ tibi a devotis tuis est dicata, succurre mihi pauperi, et indigno servo tuo, ut tecum partem aliquam in regno cœlorum, ubi habitas, et ego habere possim, per merita Passionis Filii tui Domini mei Jesu Christi. Inclina, Domine, aurem tuam ad dilectissimam Matrem tuam, pro me deprecantem, ut ego in torrentis via bibens, securus ad te transcam. Amen. »

Quo affectu, pietate, devotione Deiparae Virginis festivitates celebraret, ex subjectis, quas ipse compositus, orationibus, cuiilibet potest esse perspicuum :

Dominici cardinalis Gymnasii in Festivitatibus Deiparae Virginis Orationes.

In festo Conceptionis. Orat. I.

« Ad te confugimus, o beata Dei Genitrix, sine aliqua peccati originalis macula concepta, tota pulchra, habitaculum Filii tui laudatissimum, ab æterno ordinatum, et præservatum, mundissimum Tabernaculum Jesu Christi tui et Redemptoris mei. Per te, o Virgo, ille nos recipiat, qui per te nos redemit. Exaudi me, Virgo et Mater, Domina et Regina nostra, per hanc sanctam quam hodie ce-

ebramus, et immaculatam tuam Conceptionem, ut tecum ad æterna mereamur pervenire regna cœlestia. Amen. »

Ejusdem in Vigilia Nativitatis B. Virginis. Orat. II.

« Sine te, Virgo Maria, sine Dei auxilio, quonodo me exsule a Domino, propinqua illi erit oratio mea? quomodo clamor meus ad illum pervenire poterit, cui intermedia facta est nubes multorum peccatorum meorum? Per Nativitatem tuam, Virgo benedicta, cuius hodie festum diem devote celebrando prævenimus quæ ideo nata es, ut, Christi Mater facta, nostra essemus advocata; succurre mihi misero, peccata mea Domino Iesu Christo ac tibi confitenti, ut deleantur delicta mea, propter quæ deductus sum usque ad mortis portas: exaudi me, Virgo sacratissima, ut, deleta culpa, valeam per misericordiam Dei ad te pervenire. Amen. »

Ejusdem in festo Nativitatis beatiss. Virg. Orat. III.

« Succurre nobis, Virgo Dei Genitrix Maria, per sanctam Nativitatem tuam, cuius hodie festum colimus, succurre nobis miseris, juva pusillanimes, fiat impetrabile quod fida mente poscimus, redona quod rogamus, excusa quod timemus; quia tu es advocata peccatorum; per te delictorum veniam speramus, per te, beatissima, nostrorum est exspectatio premiorum: sentiamus omnes tuum juvamen quicunque celebramus tuam sanctam Nativitatem. Amen. »

Ejusdem in festo Annunt. beatiss. Virg. Orat. IV.

« Maria Virgo, quæ hodie angelum te salutantem andisti, preces etiam supplicantis populi tui in afflictione positi exaudi, respice; intercedere dignare, ut et nos ipsi tecum dicere valeamus: Ecce, Domine, populus tuus humili; in nobis fiat voluntas tua, ut per te serva tua fiat anima nostra. Amen. »

Ejusdem in festo Visitationis. Orat. V.

Illuminare, illuminare Filii tui gratia digneris, sancta Dei Genitrix, cor servi tui, quod est in tenebris, quæ hodie transiliens montes cum festinatione, Elizabeth cognatam tuam visitare dignata es; quando exultavit infans in utero ejus: Moyses quoque servus Dei cum Aaron populum Israel in captivitate Ægyptiorum positum visitando in manu forti Dei omnipotentis liberavit. In Ægypto constituta est anima mea. Tu, Mater Salvatoris, tu lumen in nocte, ne tenebræ me comprehendant. Tu nubes in die, ne sol mundanarum rerum me occidat, ne nubes variarum cogitationum cor meum obumbret. Intercede, D. Virgo Maria, pro me, qui non sum dignus ut meam protectione tua visites animam, quia peccavi coram Domino Deo meo, et coram te. Mater misericordiarum, exaudi me, ut exultans merear et ego, de tribulationum hujus mundi periculis eductus, ad te Filiumque tuum Unigenitum Dei pervenire. Murmuraverunt Israëlitæ in deserto, quia carnem desiderabant: at ego gaudeo, quia Filius tuus Dominus meus carnem

suam dat mihi quotidie ad manducandum, et sanguinem suum ad bibendum: panem angelorum manducaverunt illi, panem corporis Christi indigens ego veneranter suscipio. Ad terram lacte et melle manantem latentes pervenerunt illi, et gaudentes, ac divites, duce eisdem Filio tuo in deserto patribus nostris, quos manna cœlesti pascere dignatus est; te intercedente, Virgo Dei Genitrix, dux sit et mihi mirabilia sua confitenti, ut ex hac lacrymarum valle, cœlesti pastus pane, inoffensus et incolumis ad ipsum valeam et ego pervenire. Amen. »

Ejusdem in festo Purificationis. Orat. VI.

« Ave, Virgo virginum et Mater Christi, quæ hodie Filium tuum in templo præsentasti. Ecce ego senex cum, Simeone adoro Filium tuum, et te Matrem et Virginem confiteor, et agnosco, et adoro; fac me dignum, Mater misericordiarum, ut, me sene infantem Christum ferente, in cordis mei ulnis, ipse Filius tuus regat meam senectutem, ut, factus in pueru puer, innovatus in ætate, efficiar mundus totus a peccato. Tunc et ego dicam exsultans: Nunc dimittis servum tuum, Domine, quia dignus factus sum, tua pietate, a spirituali morte liberari et cripsi. Amen. »

Ejusdem in eodem festo. Oratio VII.

« Domine Iesu, senex Simeon te puerum bodice portabat, puer autem senem regebat, et tu, Domine, nunc me senem ita regas, ut te in corde portans, quod superest vitæ sine tui transigam offensione. Gloriosissima Virgo Maria, pueri Iesu Mater, in ulnas, quæso, puerum tuum et mihi præbeas, ut, illius exhilaratus consolatione, et prævalido munitus tutissimæ spei robore, cum Simeone illo sancto exclamem: Nunc dimittis servum tuum in pace. Amen. »

Ejusdem in eodem festo. Oratio VIII.

« Virgo Dei Genitrix, Maria, quæ hac die Filium tuum in templo præsentare voluisti, templum obnitor esse et ego Domini mei Filii tui, in ulnas intimi cordis mei ponas illum, ut illuc permaneat, donec in cœlestem patriam veniam ad ipsum, per intercessionem tuam et gratiam illius. Amen. »

Ejusdem in festo Assumptionis. Oratio IX.

Mater Dei Genitrix, Tabernaculum facta Jesu Christi Filii tui Salvatoris, impetra nobis salutem in sæcula ab illo, qui propter te nos redemit, et assumpsit te corporaliter in cœlum, ad æterna gaudia. Assumpta es, Mater Dei, hodie in cœlum, gaudet exercitus angelorum: exultavit terra, quia, te intercedente, sperat pervenire ad gaudia sempiterna. Fiat Domina nostra Virgo, et advocata nostra. Intercede pro populo tuo, pro me misero peccatore, ut tecum sim, ut tecum ambulem, ut ad te possim et ego pervenire. Audi, et exaudi me, dulcissima Virgo Maria. Amen. »

Ejusdem in eodem festo. Oratio X.

« Pro nobis, Virgo gloria, Mater Domini Dei, intercede ut, muri Jerichontini cadant, contraria-

rum, inquam, potestatum infestæ munitiones, ut et cum David exultemus spiritu, quia hodie Arca Domini requievit; cum Gabriele archangelo et nos mereamur dicere: *Ave Maria, gratia plena, Dominus tecum, Sancta Maria, ora pro nobis peccatoribus, nunc, et semper, quia tu es unicum molestiarum levamen, per quam mors est expulsa, et vita introducta.* Cum S. Bernardo, et ego dicam: Per te, Regina clemens, gratiae suæ munera largiatur Jesus Christus Filius tuus, Dominus noster, qui est super omnia benedictus in sæcula. Sit pietatis tuae ipsam, quam apud Deum gratiam, invenisti, notam facere mundo, reis veniam, medelam ægris, pusillis corde robur, afflictis consolationem, periclitantibus adjutorium, et liberationis sanctis tuis precibus obtinendo. Amen. »

Eiusdem in eodem festo. Oratio XI.

« Virgo Maria, Dei Genitrix, cujus Assumptionis diem celebramus, exaltata super sidera, porrigi aures nihili in valle Cedar existenti, ut tua intercessione libera sit a malis omnibus anima mea. Amen. »

Eiusdem in eodem festo. Oratio XII.

« Virgo Dei Genitrix, cujus hodie diem Assumptionis in cœlum celebramus, intercede pro me, ut, digne servans divina præcepta, una cum creaturis universis que faciunt verbum Dei, laudem illum, et mente mea conspiciens Filium tuum, Dominum meum firmam fide illi appropinquando, hymnum illum dicere cum sanctis ejus dignus esset, ut nunquam illum in hac vita laudare cessans, in regnum ejus admittar, et claritati corporis ejus conformis effectus, non amplius locali et transitorio cantu, sed perpetuo et immobili cœlestis stationis hymno, jugi modulazione canam, cui et Patri cum sancto Spiritu sit gloria æterna. Amen. »

Sanetissimæ Dei Matri in acerbissima Filii sui Domini nostri Passione dolorosæ tenerrimo prorsus ac vehementissimo cordis affectu condolebat: unde feria sexta in Paraseeve, quando ab Ecclesia Dominicæ Passionis recolitur memoria, ante Deiparam Virginem se prosternens, his illam orationibus humiliter deprecabatur.

« Adjuva me, gloriosa Virgo Maria, quæ hodie juxta crucem stabas dolorosa, dum pendebat Filius tuus in illa, fac me tecum plangere, Crucifixo condolere; gladius doloris cordis tui pertranseat et animam meam, quia pati voluit ipse, et tu simul, Domina mea, pro me misero peccatore, ut deleantur scelera mea. Intercede pro me, dulcissima Virgo, Mater Jesu, ut post exsilium dignus officiar audire: *Euge, serve fidelis, ingredere in requiem Domini, quia te pœnitentem vidi et dolenter.* Amen. »

« Virgo gloriosa Mariæ Mater, cujus et hodie anima pertransivit gladius, in Filii Passione socia, nunc in cœlo in gloria sempiterna cum Filio tuo permanens; pro me misero peccatore intercede, ut in

tui pro illius Passione consortium, plangam et ego, donec vixero, quia mortuus est Filius tuus propter scelera mea, ut deleret illa, et salva fieret anima mea. Amen. »

Sicut autem Deiparae Virgini in Filii Passione dolenti condolebat Dominiens, ita eidem in ejusdem Filii Resurrectione gaudenti congaudebat. Quapropter Resurrectioni Dominicæ die sacro bis verbis ex cordis intimo expromptis eidem Deiparae Virgini supplicabat.

« Succurre nobis, beatissima Virgo Dei Genitrix, ut quæ hodie Filium tuum a mortuis resurgentem vidisti; et populum tuum Christianum videoas a peccatorum morte, intercessione tua, resurgentem, et æterna fruentem beatitudine. Fias Domina nostra, Mater divinæ gratiæ, et Advocata nostra.

« Virgo gloriosa Maria, tempus gaudii et lætitiae est, cum jam resurrexerit Dominus Jesus Christus Filius tuus, memento mei, et intercede, ut cum latrone Deum confiteante, et ego Jesum audiam pollicitem: Mecum eris in paradiso.

In die Pentecostes, Deiparam Virginem, quæ eo die in eodem loco, cum beatis apostolis congregata, superabundantius repleta esset Spiritu sancto, suppliciter exorabat, ut sibi succurrere dignaretur, juvaret pusillanimem, resoveret flebilem, oraret pro misero peccatore, ut per eam, obtenta gratia, remitterentur sibi peccata sua.

In festo Sancti Angeli Custodis, post humilem Deo factam suorum peccatorum confessionem, gloriosissimam Virginem Mariam, Matrem Dei, Dominam suam invocabat, ut ipsa juberet hanc suam lenitatem, et confessionem, per manus Angeli Custodis (cujus memoria eo die agebatur) ipsa interveniente, ad tribunal Filii sui perferri, ut omni ipse repleretur benedictione cœlesti:

S. Bonaventuram doctorem Ecclesiae Seraphicum, ac sibi in dignitate socium, propensissimo cordis affectu venerabatur, sed non sine Maria, unde in ejus festivitate aliquando scripsit.

« S. Maria Dei Genitrix Virgo, quæ hodie Bonaventuræ a Domino Jesu Filio tuo impetrasti gloriam, intercede etiam pro me peccatore infirmo, ut Dominus dat benignitatem, terra etiam mea det fructus suos: ut, perceptis Bonaventuræ doctoris Ecclesiae documentis, cum ipso, et ego mater, soror, et frater Domini effectus, dignus officiar audire a Domino: Ingridere in requiem meam, quia tibi pœnitenti per Passionem meam remissa sunt delicta tua. Fiat, Domine. Amen. »

Sed flagrantissimum Dominicæ nostri erga Deiparam studium, meridiano solis splendore clarissime elucescit, in plurimis tenerrinisque ejus affectibus, quibus tanquam pretiosissimis gemmis, aureas suas in Davidicos Psalmos Narrationes pulcherrime inoculavit, quorum saltem quinquagena (ne omnes colligendo fastidio sim) ad tanti viri erga Deiparam animum luculentius declarandum, hoc loco describere operæ pretium existimavi.

Affectus pii Dominici cardinalis Gymnasii erga Deiparum Virginem Mariam.

4. « Succurre mihi, Virgo Maria, sanctissima Mater orphanorum, intercede pro me. »

2. « Fiat, Domine Jesu, per intercessionem Matris tuæ, et Domine nostræ, Mariæ Virginis, ut extinguitur in nobis calor igneus cupidinis, et anima nostra, sicut nix dealbata, fruat̄ aeterna beatitudine. »

3. « Tu, Domine Jesu, tu sis salus mea, permērita B. Virginis Mariæ Matris tuæ, et Domine meæ. »

4. « In Salutatione B. Virginis Mariæ continuas landes et præconia pronuntians, merear auxilium impetrare apud te, dulcissime Jesu, Redemptorem meum et Salvatorem. »

5. « Domine Jesu, per merita beate Genitricis tuæ Mariæ et Domine meæ, exaudi, adjuva, festina, donec comprehendam te. »

6. « Fiat, Domine Jesu, ut ego servus tuus in afflictione positus, tribulationes taliter sustineam, ut fortis evadens, venire merear ad te Deum meum fortē et vivum, per intercessionem sanctissimæ Virginis Mariæ. »

7. Succurre nobis, Immaculata Virgo, et Mater Christi Dei, Beata Maria, cuius et anima et caro in ventre matris tuæ Annæ mane diluculo munda ac sancta fuit, sine peccato concepta. Sicut per uteri fructum deleta fuere nostra delicta, nostra peccata; sic per intercessionem tuam fluminis impetus gratia descendat in nostra pectora. »

8. « Animani quam mihi dedisti, fac, ut reddam tibi Creatori et Redemptori meo, per intercessionem B. Virginis Mariæ Matris tuæ et Domine meæ. »

9. « Virgo benedicta, Maria, Mater Jesu, Mater misericordiarum, dico Filio tuo, quia defecit in me vinum charitatis, ut merear et ego audire: Imple aqua hydrias, ut aqua lacrymarum vinum effecta charitatis, inveniam gratiam in oculis divinæ majestatis. »

10. Virgo et Mater tua, o Domine, ante crucem lacrymosa stans, orat pro me dolente, et pœnitente: Domine Jesu, per Matris tuæ intercessionem a peccatis meis absolve. »

11. « Adjuva me, Virgo gloria Maria, succurre mihi, intercede pro me, ut dignus efficiar promissionibus Christi Filii tui. »

12. Succurrat mihi intemerata atque beata Virgo Maria, ut ego servus ejus, ab illa merear protegi in die illa tremenda. »

13. « Dei Genitrix Virgo Maria, cum angelis cœlestibus salutem posce miseris, ut cum Judex advenerit Christus in fine sæculi, nos sempiterni gaudii faciat esse compotes. »

14. « Intercede pro me, beata Virgo Maria, ideo particeps Passionis Filii tui Jesu Christi facta, ut redempcionis meæ partem, et tua haberes passione. »

15. « Matris Mariæ Virginis imploremus auxilium, ut ipsa intercedat pro nobis apud Filium suum. »

16. « Adjuva, nos templum Domini sanctum, Virgo

Maria, gratia plena, ut stillicidilis rivorum ex flumine aquarum multarum tuarum repleti, merear lucis perpetuae, tanquam oves arietum, beatitudine perfrui. »

17. « O beata Virgo, Mater Jesu Maria, juvame pusillanimem, resove flebilem, et sub tuum præsidium fugientis deprecationem non despicias. »

18. « Succurre mihi, gloriosa Virgo Maria, ex cuius terra fructus salvationis mundo est genitus. »

19. « Tu, o Virgo Maria, Mater Christi, cuius animum pertransivit gladius Passionis Christi, quæ stella facta es hujus maris, ut ad te confugientium illuminatrix sis, succurre mihi tenebroso peccatori, ut te Stella due, te pro me intercedente apud unigenitum Filium tuum Redemptorem, sit mihi via, per quam perducatur ad gaudia æterna. »

20. « Virgo Maria, gratia plena, et misericordiarum Mater, intercede, succurre, adjuva, accelerata, ut a periculis mundi hujus tenebrarum harum, ad lucem, quam inhabitas, et nos pervenire mereamur. Virgo clemens, Virgo fidelis, Mater amabilis, Mater Redemptoris, Mater humani generis. »

21. « Impetra mihi, ut tecum, sanctissima Mater, plangam, et Crucifixo condoleam, donec vixero, ut sua sancta cruce custodita anima mea, ad te incolumis valeam pervenire. »

22. « Ad te genua flectens, o Virgo Dei Genitrix Maria, Mater misericordiarum, humiliiter peto, ut deletis peccatis meis sub umbra alarum tuarum protectus mundi crimina superando, sanctam Dei merear gratiam. »

23. « Beatissima Dei Genitrix, Virgo Maria, succurre mihi, adjuva me, intercede cum omnibus sanctis, ut Dominus mea deleat peccata, et ignorantiā mearum obliviscens, salvum me faciat. »

24. Virgo Dei Genitrix, succurre mihi famulo tuo, ut digne in viis et præceptis Filii tui ambulans merear exaudiri. »

25. Beatissima Virgo, Dei Genitrix Maria, ad vocata mea, intercessione tua succurre mihi famulo tuo, sub cuius præsidium in hac miseriarum valle confugio. »

26. « Virgo Maria, Dei Genitrix, precibus tuis succurre mihi misero peccatori, ut digne et laudabiliter tibi gratias agendo, merear et ego, sub tuum præsidium confugiens, ab omni peccato in die mala liberari. »

27. « Gratia plena, Virgo Dei Genitrix Maria, ad me tuos misericordes convertens oculos, apud Filium tuum Jesum Christum intercede, ut absolvens me a peccatis meis, in gratiam suam recipiat, et sicut unum ex servis suis introducat in viam suam, ut nunquam declinem ab ipso, et sub alis ejus protectus, pabulum mortis discedat a me. »

28. « Adjuva me, benedicta Virgo Maria, et semper, et ubique, voce et opere benedicat anima mea Domino Jesu Christo Redemptori meo, et tibi

ut nunquam obliviscar retributionis ejus qui pro mea culpa semper illi sui infensus. »

29. « Tua intercessione, Virgo Dei Genitrix, propitiatur Dominus omnibus iniuriantibus meis, qui pro me factus est homo et infirmus. Speciem tutam in illo habeo, si tui intercessione, Virgo Maria, fuero suffultus. Longe factus sum ab eo, quia peccavi nimis in vita mea. Tu, Mater sanctissima, ille Pater et Redemptor, cui notum est segmentum, et infirmitas mea: Non sum dignus vocari filius, ecce lugens et pœnitens, ad te clamo, perditus etiam, ad te venio, te deprecans, ut Dominus Filius tuus ignoscens mihi, delectat iniquitatem meam, dimittat peccata mea. »

30. « Virgo benedicta, Dei Genitrix, Maria, succurre mihi famulo tuo; memento mei, ut anima mea in salutari meo Jesu Christo salva fiat, in novissimo die. »

31. « Beata Virgo Maria, succurre misero mihi peccatori servo tuo pœnitenti, ut semper paratum sit cor meum te laudare et prædicare, et puro corde servire, ut tua apud Filium tuum Dominum intercessione merear ab omni culpa peccati liberari, et ad te digne valeam pervenire. »

32. « Gloriosissima Maria, Mater Christi, et Domina mea, succurre mihi indigno servo, ut liberatus ab omnibus tentationibus, et peccatis meis, tuam valeam digne laudare virginitatem. »

33. « Domina mea Maria Virgo Dei Genitrix, succurre mihi, ut intercessione tua, fidei Jesu Christi congrua devotione suscepta, in mandatis Domini velim et cupiam nimis, ut inter sanctos et electos Filii tui valeam et ego annumerari. »

34. « O gloria Domina, succurre animæ meæ in hoc deserto existenti, ut tui intercessione pura et lota tota inveniatur apud Deum. »

35. « Eia, advocata mea Maria, Mater Christi, oculos tuos ad me converte, ut te suscipiente me servum tuum, valeam ad Deum meum pervenire. »

36. « Virgo Maria Dei Genitrix, in vestitu deaurato circumdata varietate, intercessione tua merear pœnitens, et sub tuum confugiens præsidium inter electos tuos gloriae veste circumdatus, ante Filium tuum Dominum nostrum Jesum Christum incolunis præsentari. »

37. « Virgo Maria, Dei Genitrix, et Domina, intercede pro me: ut in hac æruminosa vita, non offendam pedem meum, sed iniquorum versutias evadens, per Passionem Filii tui, ope tua, merear ad imperturbabilem pervenire quietem. »

38. « Tu, spes mea, Virgo Dei Genitrix Maria, memor mei esto, quia servus tuus sum ego, ut, te intercedente, firmus in opere et fide, valeam præcepta Filii tui adimplendo, ad te pervenire. »

39. « O Maria Virgo, advocata nostra, succurre mihi captivo, adhuc in tenebris permanenti, ut Filium tuum Jesum Christum lucem meam sequendo, tenebras evadam hujus saeculi, et coram eo,

merear de te præsentari ad illius dextram in judicio. »

40. « O beata Maria Virgo, ne me derelinquas in hac vita æruminosa, impetra ut digne in via Filii tui ambulem, et te intercedente ad eum pervenire possim per tuam misericordiam. »

41. « O Virgo Maria, ne me derelinquas in via, ut crucem portare valeam, donec ad te per Dei gratiam perveniam. »

42. « O Virgo dulcissima, Mater Christi, succurre mihi misero peccatori, ut te intercedente, valeam Domino meo Filio tuo servire. »

43. « Beata Virgo, Mater misericordiae, Mater divinæ gratiæ, adjuva me apud Filium tuum, ut a pœnis eripiar quas pro peccatis meis mereor. »

44. « Non aurum, thus et myrrham tibi offero, Virgo Maria benedicta, sed quod eisdem muneribus declaratur, immolatur et sunitur, Jesum Christum Filium tuum in altari quotidie tibi offero, ut, te intercedente, per manus angeli in sublime altare tuum perforatur, ut, omni benedictione cœlesti repletus, merear gaudiis semipternis perfrui. »

45. « Mater Christi, Virgo Maria, Advocata et Damna mea, in hac lacrymarum valle, succurre mihi misero peccatori, ut per bona opera extendens manus meas in saneta, benedicens Dominum, merear et ego per Filii tui gratiam ad te, in sæcula sæculorum, ubi habitas, pervenire. »

46. « Regina cœli, Mater Domini nostri Jesu Christi, ne me deseras in hac Babylonis confusione, sed adesto mihi efficaci tua solita protectionis ope, ut ad Filium tuum, atque ad te valeam pervenire. »

47. « Beata Virgo Maria, quæ in sexu fragili victoriæ martyrii impetrasti, ignem quoque Filii tui dilectissimi in corde meo impetra, ut ad te securus digne valeam pervenire. »

48. « Salve, gloria Virgo Maria, et pro me Filium tuum Jesum Christum exora, ut ejus lux in tenebris meis luceat, et nox ista sicut dies illuminetur; sieqne longe sicut a me omnia peccata, ut dignus, tua intercessione, efficiar promissionibus Christi. »

49. « Sancta Maria, Dei Genitrix Virgo, intercede pro me, ut digne valeam in omni generatione et progenie verba Filii Dei decantare, et funiculum hereditatis Domini dilatare. »

50. « Virgo Dei Genitrix, juva pusilliæmes, refove flebiles, sentiat anima mea juvamen tuum, cuius laus semper in ore meo nunc sit et in aeternum. »

Cum ætatis suæ anno 82, Enarrationes in omnes Davidicos Psalmos (quas ante annos decem incepérat) feliciter absolvisset in die Natali gloriosissimæ Virginis Genitricis Dei Mariæ, eamdem gloriosissimam Virginem Genitricem Dei Mariam statim suppliciter exoravit, ut pro se intercedere dignaretur, ad hoc ut in eo, quod tunc celebrabat Ecclesia, Nativitatis ejus festo, ad majores et ipse in virtutum studio renasceretur progressus.

In Domina sua, Dei Genitricie Maria (eius, post Deum, totus fuerat, cui vixerat, et quam semper spiraverat), exspiravit Dominicus, anno orbis redempti 1659, — aetatis 89, iv Idus Martii.

§ III. — *De Dominico Pinello.*

Dominicus Pinellus, Genuensis, quem virum omnibus egregiis animi dotibus ornatissimum, Sextus V., Pontifex Maximus in sacrum purpuratorum Patrum S. R. E. cardinalium senatum legit: inter alia pietatis suae erga Deiparam Virginem specimina, basilicam Sanctae Mariæ Majoris de Urbe (eius erat archipresbyter) ingenti sumptu conquisitis operibus, partim novis, partim renovatis musivis, atque depictis, elegantissime, celeriterque ornavit, ut testatur marmoreum hoc supra majorem januam incisum, monumentum:

Dominicus S. R. E. cardinalis Pinellus ornavit, anno Domini 604.

Christiano orbi erexit, anno partus virginis 1611, — aetatis 72, die 9 Augusti.

§ IV. — *De Dominico de Ruvere.*

Dominicus de Ruvere, Taurinensis, Allobrox, doctrina, moribus et pietate insignis, a Sixto IV.

Pontifice Maximo in amplissimum S. R. E. cardinalium ordinem relatus; inter alia Marianæ servitutis auctoramenta, Romæ, nobile sacellum in templo Sanctæ Mariæ de Populo erexit, et congruadote dotavit. Idem ecclesiam S. Mariæ Salutarum virtute Bullæ Sixti IV, dum esset episcopus Taurinensis, in collegiatam erexit. Ecclesiam item Sanctæ Mariæ de Tivoletto, in territorio Vicinovi, reparavit, ibique eremitam constituit. E mortalium societate egressus est, anno orbis redempti 1501.

§ V. — *De Dominico Tusco.*

Dominicus Tuscus, Regiensis, a Clemente VIII, Pontifice Maximo ob eximia magnarum virtutum merita, amplissimo purpuratorum Patrum ordini ascriptus: quo animi affectu erga Deiparae Virginis obsequia afficeretur, illud inter cetera argumento esse potest, quod in cathedrali Regii ecclesia (enjus olim fuerat canonicus), Visitationi beatæ Virginis, cuius protectioni semper humillime se commendaverat, insigne sacellum ornari mandavit, et sibi vivens locum ibi sepulturæ delegit. E mortalium statione evocatus est anno a Christo nato 1620, — aetatis 86, die 6 Martii.

CAPUT V.

De Elziario de Sabrano, atque Evangelista Pallotta S. R. E. cardinalibus.

§ I. — *De Elziario de Sabrano.*

Elziarius (aliis Eleazarus) de Sabrano, Arianensis, ab Urbano VI, Pontifice Maximo cardinalitia purpura ornatus, et a Gregorio XI, Ecclesiae Theatinæ praefectus, vir vitae innocentia, et morum integritate insignis: inter alia pietatis suae erga Deiparam testimonia, tercentum florenos ex testamento assignavit, ad hoc ut olivetum emeretur, ex cuius oleo semper ante Virginis imaginem in basilica Sanctæ Mariæ Majoris de Urbe asservatam, lampades replerentur. Sic enim in archivio ejusdem basilice habetur: « Elziarius tit. Sanctæ Balbinæ presbyter cardinalis, suo testamento reliquit florenos tercentum, ex quibus emeretur unum olivetum, ex cuius oleo ardeant perpetuo tot lampades ante imaginem gloriosæ Virginis, anno Domini 1294. » Quo anno, vel paulo post, naturæ debitum solvit Elziarius.

§ II. — *De Evangelista Pallotta.*

Evangelista Pallotta, Picens, Joannis Baptiste Pallottæ S. R. E. cardinalis (qui nunc vivit, et in fervore devotionis, et sinceritate cultus erga Deiparam Virginem nemini cedit) patruus, magnæ

humanitatis ac liberalitatis vir, atque ob eximiam animi pietatem, ardenterque divinæ gloriæ zelum, semper, et ubique memorabilis, quem Sextus V., Pontifex Maximus, post varios honorum gradus, Romanæ purpurae dignitate decoravit: licet summo devotionis erga augustinissimam Dei Genitricem affectu flagrans, illam semper ardentissime amaverit, ac fidele obsequium ipsi jugiter, in omni vita, exhibuerit: nihil tamen de illo hactenus mihi lectum, aut compertum, nisi quod in abbatia S. Genesii ecclesiam in honorem B. Virginis a fundamentis erexerit. Sed quæ indubie existant, et me fugiunt, tanti principis erga Deiparam Virginem exactissimæ observantie testimonia, ea per feliciorum scriptorum calamos, ab oblivione vindicata, et morti erecta, ad posteriorum notitiam revocanda, immortalitatique astruenda esse, non diffido. Corpus depositus Evangelista, Romæ, anno salutis 1620, in octava Assumptionis Deiparae Virginis, die Sabbati, ejusque funus in ecclesia Sanctæ Mariæ Transpontinæ curatum est.

CAPUT VI.

De Federico Borromæo, Federico Cæsio, Felice Centino, Ferdinando Austriaco, Ferdinando Gonzaga, Ferdinando Mediceo, Ferrio de Cluniaco, Francisco Adietrichstein, Francisco Alidosio, Francisco Boncompagno, Francisco Gioiosa, Francisco Gonzaga, Francisco Lando, Francisco Mariade Monte, Francisco Pacieco, Francisco Quignonio, Francisco Rochefoucauldo, Francisco Toletto, Francisco Vendramino, Francisco Zabarella, Francisco Ximeno, ac Fulvio Corneo, S. R. E. cardinalibus.

§ I. — *De Federico Borromæo.*

Federicus Borromæus, ex clarissima Borromæorum Mediolanensium familia progenitus, vir ange-

licis moribus, ac integerrimæ vite exemplo suspiciendus, qui a Sixto V., Pont. Max. Romanæ purpurae decus obtinuit, in cultu atque obsequio bea-

tissimæ Virginis Dei Matris eximius, si quis purpuratorum Patrum alias, potest jure merito deprædicari. Adhuc adolescens, dum Bononiæ sub cura cardinalis Palleotti, studiis operam daret, a sancto Carolo patruele suo, per litteras instantissime postulavit, ut sibi ad sacrosanctam B. Virginis Lauretanæ ædem proficisciendi licentiam concedere dignaretur. In Deiparæ Virginis æde, miraculis inelyta, que in Renovati montis vertice sita est, ab eodem sancto Carolo ecclesiasticam togam, et prima sanctioris vitæ libamina religiosissime accepit: et in ecclesia S. Mariæ Angelorum de Urbe, quam in cardinalitum titulum sortitus fuerat, a Clemente VIII, Pont. Max. archiepiscopus Mediolanensis solemnni ritu fuit inauguratus. Inter alia amoris, atque obsequentissimi animi sui erga Deiparam pignora, ad templum S. Mariæ in Vallicella de Urbe exstruendum, quatuor aureorum millia contulit: atque ejusdem templi aram maximam, in qua pulcherrima exstat Deiparæ Virginis imago, magnis sumptibus erexit. Mediolani ecclesiam S. Mariæ de Pedona a se restitutam, in collegiatam erexit, eique inter alia ornamenta pallium et tabernaculum argenteum dono obtulit. Ibidem etiam, ac in sua diœcesi plures renovavit ecclesias, Mariano nomini dedicatas, atque ab illis (quia humillimus, et ab omni sæculari fastu alienus) nomen suum, ac Borromeæ familie insignia prorsus exsulare voluit. Dum Roma Mediolanum proficisci reterat, plura adiit visitque in itinere Deiparæ Virginis templo, miraculorum fama illustria, et ad Lauretanam præcipue ædem substitit, incunabula illa B. Virginis sine fine venerando et contemplando: indeque ægerrime ipsum abscessisse, inviteque d. vulsum adnotaverunt familiares.

Bibliothecam amplissimam, et lectissimis qui busque ac undique conquisitis codicibus refertissimam, quam Mediolani regiis prope sumptibus magnificissime excitavit, Deiparæ Virginis Patronæ suæ, ac parenti urbis Ambrosio dedicatam voluit, atque ad solemnem ejus dedicationem Immaculatae Virginis Conceptioni sacrum diem elegit.

Gropelliana archiepiscopatus rura, forte quodam anno, tantam vini copiam effudere, quantam ante minquam. Cumque parum felix alibi annus vineis fuisse, ea publica penuria, emolummentum cardinali ingens latura erat, si aliis quilibet fuisse. Scire voluit, quanti venundaretur, atque percontatus super ea re œconomum, postquam audivit, posse in præsentia, singulas metretas, quæ ad quatuor fere millia ascendebant, venundari quaternis aureis nummis, sed pretium haud dubie fore majus si æstivi menses, venditioni commodiore, exspectarentur; aspernatus ejusmodi lucrum, distrahi protinus emne, vendique jussit. Omne vero vini pretium (præter ducentas metretas, quas in monasteria oœtusque pios divisit) in crucem, et candelabra argentea cedere voluit, quod Virgini Dei-

paræ donum in ara maxima ponere destinarat, posuitque eodem anno.

Ex Romano itinere, cum Florentiæ, apud Medicos, principum eorum invitatu, pro amicitia, et vetere consanguinitate substitisset Federicus: voluit adamantem raræ magnitudinis ei donare Christierna Lotharingia, magnorum ducum Ferdinandi uxor, Cosmi mater, femina pietatis eximiae, eaque virtutum suarum parte, respiciens assidue virtutes, animumque cardinalis. Volebat hæc, pretiosissimæ indicaturæ gemmam hospiti tanto donare, non tam opum suarum, quam venerationis erga ipsum illustre specimen. Sed haud ignara contemptionis, fastidique ejus, adversus accipiendi dulcedinem, excogitaverat dolum, per quem accipere suum illud munus utcumque cogeretur. Et fuit hujusmodi largitricis dolus. Sciebat Deiparæ Virginis effigie, propter quam, Florentiæ visitur cœlesti ad eam nuntio dicata ædes, imo propter cuius picturæ excellentiam Florentia etiam ipsa visitur, mirifice delectatum suisse cardinalem; quanto intelligentior artis ille esset, et quanto tenerior ille erga divina mysteria sensus, animusque erectior in cœlum, tanto plus temporis circa imaginem eam, nunc orando, nunc etiam oculis cuncta perlustrando consumpsisse. Sic aulae illius proceres, herili jussu, cardinalem ad templum Annuntiatiæ assecinati renuntiarant, dominæque narrarant. Utitur igitur occasione hac Christierna princeps, traditaque eburnea arca uni e familiaribus, jubet eam offerre cardinali, verbaque suo nomine addere hæc: Icunculam inesse Divæ, cuius aspectus nuper ipse satiari non potuisset. Haberet saltem, anferretque exemplar, et quotiescumque suis precibus ea simulacra adoraret, meminisset etiam commendare domum, quæ jam inde a D. Carlo esset in tutela Borromææ pietatis, et quæ cæteris tutelæ jura, continuata cum ipso patruele ejus, per pignus hoc cœleste renovaret. Hactenus læto serenoque vultu Federicus audiverat, responderatque magnifice de sacro munusculo, modeste de precibus suis, areculaque reserabat. Qua aperta, ubi offendit cum imagine geminam, statim, intellecta fraude veluti pœfæctus, accersito e suis abbate Besutio, qui familiarium antiquissimum aderat: Vos, inquit, pro ea, qua mecum estis antiqua servitute conjuncti, jurate sanctissimum jusjurandum, ut si quidquam unquam ab ullo mortalium, quod muneri datum sit, accipere nos vidistis, istud quoque recipemus, ea lege, quæ repudiari munera regum vetat. Cum haud dubia res esset, audiretque circumfusa principis aula inviolabile per omne tempus institutum hoc manere cardinali, munera nulla, parva, sive magna accipiendi, silentium fuit, neque ut acciperet, ultra fatigabant. Sic arcula quidem retenta est, cum cœlesti B. Virginis simulacro, quod includebat; adamus vero cum stupore omnium relatius est in aulam. Ad Lauretanam ædem, in re qui-

denī aliquanto minore, cæterum majore frequentia, plausuque hominum spectata par animi magnitudo est. Lauretani tractus incolæ comportarunt ad Federicum Laureti subsistentem omnia, quæ mensis expetuntur, vini cados, sacchari sportas, venationis et aucupii genus omne, genus omne pomorum, quæ in hiemem asservantur (etenim Decembribus tempus erat), genus omne bellariorum. Ob id struxere quamdam ejusmodi pompam, agmenque ferentium dona, quæ preparabant: bini, quaternive procedebant in ordinem, cum suo quique pondere; prout graviora, sive leviora, in singulos onera descripta, et divisa fuerunt. Haec sic composita paria, longo ducentes ordine decuriones ad cardinalem accessere, et meditata oratione precati sunt, ut devotæ sibi terræ, devotæque urbis animalia illa, et fructus, muneraque alia incolarum, accipere ne gravaretur; minima esse quidem, sed animos astimaret, pietatemque regionis: mereri homines terramque ipsam simplicitate et amore, cultuque erga Borromæorum nomen, uti ante alias plerosque haberentur, nec siéculi cæteris, daretur repulsa munusculo, quod offerrent. Legatio dixerat hæc; et simul procedere cœperunt, qui sportas, cados et apros, ac reliqua, sine fine portabant. Per Lauretanæ ædis aulam ingressi, transibant ante cardinalem, exibantque postlimnio per horæ spatium: tanta multitudo fuit. Cardinalis, inspecto libenter agmine ferentorum, et landata municipum in se benevolentia, dixit, collocari posse cuneta melius atque utilius, si Deiparae ipsi, in cuius vere agro nata essent, hoc est, pauperibus, hospitibusque ejus fruenda relinquerentur, atque sicut imperarat, ita factum est. Doctoribus collegi a se Mediolanensi in urbe instituti numisma aureum sua manu dedit, cuius adversa pars Deiparae Virginis effigiem preferret: legeque statuit, ut illud gestarent doctores e collo suspensum, et sine eo nunquam in publico apparerent. Anno 1626, imaginem thaumaturgam B. Virginis, quæ Mediolani in templo S. Laurentii religiosissime colitur, magua cum pompa ac totius populi concurso, in supplicatione deduxit, ac in locum illustriorem solemnissime transtulit.

Cum anno 1593, die 15 Octobris, titulum ecclesie S. Mariæ angelorum, ad Diocletiani Thermas, obtinuisse, pro amore, quo erga Deiparam Virginem Angelorum Reginam, Dominam suam ardebat, licet hujusmodi titulum mutandi non sciens oblatæ esset occasio, illum tamen ad mortem usque, constanti pietate retinuit, suosque libros, quos multos eruditæ et diserte seripsit, imagine B. Virginis septem angelorum figuris circumdatae, in prima ipsorum librorum fronte ornatos, in publicam lucem prodire voluit. Cum fere semper, et ubique Reginam cœli Mariam Virginem benediceret, præsertim vero hoc faciebat, dum erat in templo maximo Mediolanensi, eo quod ibi eamdem cœli Reginam in speciali honore ac reverentia ha-

beri non ignoraret. Dum Mediolani fuit, semper intersuit processioni sanctissimi Rosarii, quæ prima eiuslibet mensis hebdomada in eodem templo fieri solet, et Litanis Lauretanis quæ ibidem ad altare B. Virginis de Arbore modis musicis decantabantur.

Jucundas de Deipara Virgine historias, ut audire, ita etiam aliis referre, suumopere delectabatur: narrabatque aliquando ex vetustissimis Mediolanensis urbis Annalibus haberet, quod anno millesimo quadragesimo octogesimo, in ejusdem urbis monasterio fuit Archangela quædam, quæ cum haberet quemdam sui studiosum, petiit is ab ea, ut a sanctissima Virgine impetraret, ut se haberet in filii loco. Obtinuit ipsa tantum munus: atque pro signo et monumento voluit ipsum parare sibi annulum aureum inclusa petra quadam et figura quam ipsa prescrivit; quem cum non inventaret ille, incidit in juvenem gratissimum aspectus, quem antea vidisset nunquam. Is, capta occasione, protulit ejusmodi annulum, dixitque esse venale, atque ita emptum ille detulit ad Archangelam, quam deinde Archangela sanctissimæ Virgini, oblata temporis opportunitate, benedicendum obtulit. Cumque juveni reddidisset annulum, retinuit eum aliquandiu, donec scilicet sancte innocenterque vixit: sed postquam salutaria instituta dedit oblivioni, cœpitque dissolute vivere, annulus ei est abreptus invisibili modo, delatusque ad Dei servam, atque in hunc diem asservatur in monasterio illo, et per eum annulum multa mirabiliter impetrata sunt. Legendus est Federicus in opere *De vera et occulta sanctitate*, lib. III, cap. 47, ubi de duabus puellis, quarum primam, nomine Musam, morientem Virgo Deipara ad paradisi gaudia invitavit; altera vero septennis, cum psallendi studio gestiret, obtulit ei sese Deipara per quietem, eruditivitque ita, ut recte atque expedite legeret, cum litteram antea nullumque librurn vidisset; et in opere *De Christianæ mentis jucunditate*, lib. III, ubi quonodo Deipara Virgo, vetulæ specie assumpta, Hermannum Steinfeldensem reprehenderit: quonodo eidem agrotanti, et post incisam venam ineautius dormienti apparens openi tulerit: quonodo ipsi infantem Jesum gestandum obtulerit: eumque Josephi nomine nomenpaverit: et ne omnia congeram, quonodo eundem, ut fidem apellanum suum, a quibusdam monialibus suscipi honorarique præceperit. Scripsit (ut alias dixi in *Bibliotheca Mariana*, parte prima) de moribus ejusdem Deiparae Virginis librum unum, de quo ipse in suis Meditamentis litterariis Mediolani evulgatis anno 1632, in hunc modum loquitur: « Cumi de Christi moribus egissemus, putavimus esse consentaneum, ut de sanctissima ejus Matre nonnulla etiam dicerentur; et licet admodum pauca de sanctissima hac Virgine seripserim, ea tamen causa scripti hujus brevitatem defendet, non enim sequi voluimus probabilia, quanvis vera essent,

quorum plena sunt pia aliquot volumina. Alia insuper fuit causa brevitas, quia propositum nobis erat, ut evangelicis tantummodo locis uteremur, neque aliunde quidquam peteremus. » Sic ille. Exstant inter ejus Opera, Mediolani edita, anno 1646, tom. VI, VII, VIII, IX et X, de Nativitate B. Virginis sermones 12, quos ipse, et piissimo stylo conscripsit, et ad suum Mediolanensem populum in ejusdem Virginea Nativitatis festo, magno spiritu fervore habuit; in iis vero pium, purum, candidum divae Virginis laudatorem sese lucenter demonstravit Federicus, et quam singulari pietatis ac teuerrimi amoris affectu augustissimam cœli Reginam veneraretur, apertissime declaravit.

Suavissimum Dominicæ Nativitatis, Virgineique partus mysterium aliquando mentis oculis contemplatus, in hæc verba prorupit: « Ubique fuit Maria mirabilis, sed in spelunca illa Bethleemitica, et in obscuritate illa, ultra modum resplenduit. Postquam Virgo suum peperit Filium, quis potest perfecte intelligere quid illa faceret, quid cogaret, qualis esset ejus animi ardor, quomodo disposita esset ipsius divina mens, quid optaret, quid peteret, quid impetraret? Credi debet, quod stnderet variis modis Regi gloriæ humiliiter inseruire, et lacte nutrire illa membra, quæ ejus, et non alterius erant pars corporalis. Est igitur Mater, quæ Deum nutrit, et Deus vere nutritur: illa est vera Mater, et ille est vere Filius. » Ilactenus ille. Veram autem Dei Matrem contra Nestorium, aliosque hæreticos, Mariam luculentiter probavit. Federicus in sermonibus de Nativitate Domini, præsertim sermone 3 quem legisse non pœnitentebit.

Magno compassionis affectu prosequebatur dolorem B. Virginis, quem in Circumcisione amantissimi Filii perpessa est: « Si enim (dicebat) filia Pharaonis adeo pia fuit erga Moysem adhuc infantem, quid cogitare debemus de corde tenero Matri Dei Mariæ, dum vidit dolores, et sanguinem, et martyrium illud, quod in Circumcisione ejus innocens Filius patiebat? Optime cognoscebat suum esse Filium, et sine mensura erat amor. Quapropter si Job de alienis loquens miseriis, dixit: Flebam quondam super eo, qui afflictus erat, et compatiebatur anima mea pauperi; quid nos dicere debemus de tali Matre, et de tanto Filio? Et si David'adeo doluit pro puero in peccatis nato, ita ut justæ punitionis, et peccati sui gravis alienæque offensæ quasi oblitus, sustinere non posset illum infirmum videre; quid facere debuit Maria dum præsens fuit fero illi spectaculo, et propriis oculis aspexit viscera sua vulnere saucia, sanguineaque cruentata et dolore plena? Neque in hec fuit illa minoris animi quam aliae matres, imo multo majoris, quia earum nulla vidit sibi circumcidì inuocentem, ab omni culpa alienissimum, et quod majus est, Dei Filium, ut Maria vidit. » Haec, et plura alia quæ apud ipsum in sermone 1 de Cir-

cumcisione Domini videri possunt, de dolore B. Virginis in Circumcisione Filii, in corde suo jucundissime simulque dolentissime meditahatur Federicus.

Quarentibus, an beatissima Virgo (quæ vere sanctitatis speculum fuit) toto vitæ suæ cursu, dedita fuerit pœnitentiæ operibus, et affligendi corporis disciplinæ, respondebat B. Virginem, pro sua conditione, statuque, tum intrinseco, tum extrinseco, in nullo genere virtutis a quoquam fuisse superatam. Dubitantibus vero quomodo potuerit Deipara Virgo delicatissimo suo corpore sustinere divini Spiritus impetum, flamasque cœlestes, siquidem tantum interioris luminis, tantumque divinorum munerum, ac præcipue tanto plus charitatis obtinuit, quam sanctorum aliorum præterea quisquam, in hunc modum satisfaciebat: « Non potuisset haud dubie (inquietabat) Virgo Deipara corporis viribus sustinere tantam vim, et copiam divinorum munerum, quantam omnibus animi sui partibus exceptit, nisi præcipuo quodam, et singulari munere, membra partesque corporis munitæ divinitus essent adversus offenditionem, quam tot tantorumque donorum concursus intulisset. Assidue enim ea dona sine modo immitebantur, voluntasque, et memoria et ratio, sive intellectus perpetuo circumfluebant ejusmodi donis. Cumque exstasis etiam, scienti credimus, et adesset, ita temperata debuit esse res, ut ne corpori minimum noceret, neve morbum ullum, aut dolorem inferret: contingenterque tantum, vel ipsius Virginis arbitru, vel nutu divino, parcer, et moderate. » Sic ille.

Integro discursu aliquando probavit, B. Virginem Mariam perfecta rerum omnium cognitione præditam, nostra omnia, sive quæ agimus, sive quæ loquimur, perspecta habere, atque ideo ob illius reverentiam, nihil seu in actibus, seu in verbis nostris inordinatum, a nobis esse relinquendum.

Auditores suos, populosque suæ curæ commissos certos de rei hujus veritate esse volebat, videbilecit, quod si beatorum mentes, ob mala nostra, et peccata quæ agimus, tristitiam capere possent, carum nulla majorem tristitiam caperet, quam B. Virgo. Et quia hoc esse non potest, nulla pura creatura tantum offenditur, et injuria afficitur, cum peccamus, quantum offenditur, et injuria afficitur B. Virgo, etiam hoc tempore, quando ipsa in cœlo empyreo vivit et triumphat. Angeli enim, et beatorum animæ, licet Deum ament, non ea tamen affectus magnitudine amant, qua illum assidue amat B. Virgo, cuius solus amor indicibili, et infinitæ charitati divinæ assimilatur. « Vis videre (inquietabat ipse) quod dum peccas, post Deum, magis offendis B. Virginem quam quamlibet aliam personam beatam, quæ vel ante mundum, vel post, fuerit creatione producta? Quantum in te est, tu illud destruis opus, cuius ipsa non solum fuit particeps, sed præ omnibus maximam partem habuit, cum mundi genuerit Salvatorem. Ideo, o

templorum violatores, o aleatores, o blasphemi, primam personam quam offenditis, quæ sit solum creatura, est Virgo sacra, et dum peccatis non solum divinum illud Incarnationis opus destruitis, sed summo studio, quantum ad vos spectat, efficitis, ut nulla memoria, si fieri possit, nullus fructus, in mundo appareat, operum Redemptionis, Passionis Salvatoris et sanguinis Iesu Christi. Alterum nunc in ejusdem rei probationem argumentum addite, videlicet: tanto major est injuria, quanto major est persona, quæ illam recipit, et ideo scimus quod illud idem verbum, quod leviter offendit agricolas, intolerandum fere est personis nobilibus et potestate pollutibns. Hinc est, quod offensæ B. Virginis factæ, licet illis sint pares, quas alii sancti a scelestis operibus recipiunt, maiores tamen semper evadunt respectu magnitudinis et dignitatis illius, quæ illas recipit. An nescis, quod quotiescumque Deum offendis, simul offendis, et injuria afficias hanc sacratissimam Virginem, cuius te ostendis esse fidelissimum servum, eamque adorare, et amore intimo revereri prosteris, dum coronam manu tenens, ecclesias ipsius sanctissimo nomini dedicatas frequentare non cessas? Noli credere, o auditor parum B. Virginis devote, quod ego verbis hisce meis te a bonis, quæ commemo- ravi, operibus retrahere velim, et frigidam reddere tuam in tantam Matrem benevolentiam, et extinguere residuum luminis, quod de ejus memoria vix in te vivit. Hoc enim Deus avertat: imo affirma has bonas consuetudines, et religiosas et meritorias operationes a te nullo pacto esse relinquendas. Sed solum dico, vanam esse tuam fidem, si ob hoc solum credis mereri gratiam, favorem et auxilium hujus supernæ nostræ Mediaticis; nam cum honoribus, quos ipsi reddit, assidue jungis ignominias, eamque offendis et despiciis operibus pessimis, tuosque corruptos appetitus sequendo. Si Reginam hanc vere amares, tu nunquam faceres, quod ei displiceret: imo ea omnia, quæ ei summopere placent, exequi studeres. » Sicille.

Peccatores, qui B. Virginem non timerent, eamque humiliter non revererentur, pejores dæmonibns appellabat: cum Tartarei spiritus Dei Matris imperium nunquam refutaverint. Sine timore ullo absolute pronuntiabat nullum esse, sive in Ecclesia militanti, sive triumphanti, qui magnam Reginam honorare non teneretur, ob maxima beneficia, et præsentि, et præterito tempore, ab ejus benignitate recepta: ut exempli gratia, ob pericula, quæ ejus ope evasimus: ob gratias quibus ab ipsa dignati sumus: et ob consolationes et adminicula, quibus eadem, superabundanti pietate miseræ vitae mortali eujuslibet personæ peccataricis subvenire voluit. Imitatione B. Virginis, quæ verba auditæ conservans, et conferens in corde suo, divina mysteria secum ipsa tacite contemplabatur, fidelium mentes animabat ad propria conscientie discussionem, et ad solli-

cite cogitandum eaquæ ad ipsorum salutem pertinebant. Considerans B. Virginis maximam, tum in celo, cum in terra, atque etiam in ipso inferno potestatem, statim inferebat, maxime decere fideles, erga beatissimam Virginem summa reverentia, et devotione affici, atque ejus imperio voluntate promptissima subiacere.

Licet omnia laudaret opera, quibus noster religiosus affectus, ac singularis reverentiae cultus erga B. Virginem demonstratnr: hæc tamen, inter alia, summopere probabat, et a populo sibi commisso instanter postulabat, requirebatque, ut scilicet unusquisque diligenter observaret tempora, et horas hujus magnæ Reginæ venerationi consecratas: vi leliceret, ejus festa solemnia, et quod in ipsis præsertim majestatis divinæ offensam omni diligentia devitaret, et quod firmiter proponeret se nec visurum, nec auditurum, nec facturum aliquam illarum flagitiosarum, et vitiosarum rerum, quæ Virgini displicant, et Deum ipsum offendunt. Aiebat omnes personas eminenti virtute ornatas semper suis beatissimæ Virginis devotione insignes; hancque illarum devotionem, suis sæpius causam magnitudinum earumdem. Hac vero spe, tanquam stimulo, fideles ad ejusdem beatissimæ Virginis reverentiam impellens, modum valde facilem et communem omnibus proponebat, quo unusquisque purissimum ac pretiosissimum tantæ Dominæ amorem consequi posset; modus vero, quem proponebat, erat hujusmodi: ut quilibet quotidie culpam aliquam devitaret, hac speciali intentione, colendi atque honorandi sanctissimam Dei Genitricem Virginem Mariam. Mediolani sub titulo et protectione B. Virginis de Rosario pium erexit locum, ut in eo virgines orphanae, pauperesque salvarentur: quem cum in vita, suis eleemosynis sustentasset, in morte reliquit suarum facultatum hæredem. Ad altare imaginis B. Virginis de Arbore in ecclesia metropolitana, antequam suum corpus sepeliri voluit, quatuor quotidie sacrificia offerri ultimis testamento tabulis ordinavit.

Ad lucis æternæ gaudium, sempiternæque gloriæ fruitionem, per mortem, pervenit devotissimus Deiparae Virginis alumnus, anno post Christum natum 1631, ætatis 67, die 21 Septembbris. Cuius corpus Mediolani ad altare B. Virginis de Arbore in cathedrali tumulatum est, in sepulcro, quod vivens sibi posuerat, cum hac inscriptione pariter a se formata:

Federicus Borromæus, cardinalis, et archiepiscopus Mediolani, sub præsidio B. Mariæ Virginis, hic quiescit in pace.

§ II. — *De Federico Cæsio.*

Federicus Cæsius, Romanus, episcopus Tudertinus, qui ob nobilitatem generis, eximiaque virtutum merita, sacro purpuræ honore a Paulo III, Pontifice Maximo exornari meruit, inter alias pietatis sue erga Deiparam Virginem significatio-

nes, Romæ, in ecclesia Sanctæ Mariæ Pacis conspicuum sacellum, imaginibus decoratum, construxit et dotavit. Aliud item ad divæ Mariæ Majoris basilicam sacellum amplum ædificavit; in quo sacerdotibus sex a primogenito Cæsare familie præsentandis (ut dicunt) amplos annuos redditus, prædio præsertim Petrae latæ attributo, constituit. Idem aræ ornatum argenteum beatissimæ Virgini Lauretanæ donum tulit. Cætera Marianæ religionis testimonia, quibus tantus princeps amorem suum erga augustissimam cœlorum Reginam, dum in hoc mundo viveret, expressit, adhuc me latent. Mortalitate exutus ad vitam transiit immortalem, anno salutis 1565, v Kalendas Februario, sepultus ad Sanctæ Mariæ Majoris templum, in sacello a se ædificato.

§ III. — *De Felice Centino.*

Felix Centinus, Asculanus, ex procuratore generali ordinis Minorum Conventualium S. R. E. cardinalis a Paulo V, Pontifice Maximo creatus, vir in quo, pari cum doctrina, mores emendassimi, ac animi dotes præclarissimæ præfulsere: inter alia obsequiorum genera, quibus eximium sum erga Deiparam Virginem pietatis affectum luculenter testatus est, Macerate in ecclesia sua metropolitana (cuit enim Maceratensis episcopus) ad altare Conceptionis beatæ Virginis Mariæ, societatem Stellarum fundavit, ab Urbano VII, Pontifice Maximo indulgentiis honoratam, legesque pro eadem societate condidit, Maceratae anno salutis 1639 in lucem evulgatas. Porro, dum vixit Felix, ut subditis suis in Deipara colenda exemplo præluceret, quolibet die festo, recitationi Stellarum in ecclesia sua semper interfuit: idemque Stellarum, ante prædictum Conceptionis altare genuflexus, una cum populo, singulare pietatis significatio, persolvit, in fine populo benedicens, in hæc verba: « Nos cum prole pia benedicat Virgo Maria. » Ecclesiam Patrum Capuccinorum Maceratensem, in honorem purissimæ Conceptionis Deiparæ Virginis Marie libentissime consecravit: atque in hujus rei memoriam, ante ejusdem ecclesiæ altare maius, subjectum exstat in lapide monumentum:

Die 12 Octobris 1614, illustrissimus et reverendissimus dominus F. Felix Centinus S. R. E. presbyter cardinalis Asculanus, episcopus Maceratensis, hanc ecclesiam in honorem Immaculatae Conceptionis beatissimæ Virginis Mariæ consecravit, eamdemque in ejus anniversario visitantibus centum dies de vera indulgentia concessit.

Parvam Deiparæ Virginis imaginem, argento inclusam, quæ ipsam ab angelo salutatam repræsentabat, semper e collo appensam gerebat Felix, ut indicaret se totum sub ejusdem Deiparæ Virginis patrocinio esse, cum sub illius tutela esse soleant Romæ domus, cuius insignia toribus appensa cernuntur. Hanc imaginem sæpe tenera oculorum devotione aspiciebat, atque ori admovens, impres-

sis osculis, prorsus filiali affectu amantissime salutabat. Coronam et Stellarum beatissimæ Virginis nunquam a se abesse patiebatur, hasque Marianæ pietatis tesseras sæpe manu terens, atque ardenti affectu percurrentes, observantissimum suum in illis augustissimæ cœlorum Reginæ famulatum impensa voluntate declarabat.

Mortalitatis compede solutus, beatæ æternitatis iter feliciter arripuit, anno orbis redempti 1641, die 24 Januarii, septuagenario major.

§ IV. — *De Ferdinando Austriaco.*

Ferdinandus Austriacus, Hispaniarum infans, Philippi III, regis Catholici filius secundo genitus, die B. Virgini Mariæ sacro, nempe Sabbato, in hanc mundi lucem natus est, ut indicaretur illum, a nativitate ipsa, usque ad ultimum vitæ terminum, augustissimæ cœlorum Reginæ constantissima pietate, ac immutabili devotione victurum. Statim natus, a serenissima parente Margarita Austriaca regina Hispaniarum, eidem augustissimæ cœlorum Reginæ oblatus est, ne prius naturæ, quam Mariæ vixisse videretur. Adhuc puer, B. Virginis ope ex periculo morbo convalusit. A Paulo V, Pontifice Maximo in S. R. E. cardinalium numerum cooptatus, ecclesiam nostram S. Mariæ in Portico in titulum obtinuit; illam, inquam, ecclesiam, in qua asservatur miraculosa illa Deiparæ Virginis imago, anreis lineis in lapide pretioso sapphirino, angelorum manibus efformata, et S. Gallæ vidua Romanæ nobilissimæ in dominum delata, quæ sumorum Pontificum jussu, solemni ponipa per urbis vias circumdata grassantem in ea pestem non semel depulit, ac Turearum imminentes impetus avertit. Cuius imaginis historiam a P. Josepho Matraria nostræ congregationis clericorum regularium Matris Dei rectore generali, Latino sermone luculenter scriptam, ac augustinissimo suo nomini consecrata, pro eximio suo in Deiparam affectu, apertissime excepit, ac etiam acceptissimam sibi esse haud obscura significatione declaravit, dum statim nostris Patribus suæ Ecclesiæ, ac imaginis prædictæ cultoribus seuta tercentum munificentissima pietate assignavit, ex redditibus sui archiepiscopatus Toletani ab ipsis in annos singulos libere percipienda. Ut erat ab iis parentibus ortus, in quibus incredibilis erga immaculatæ Dei Matris Conceptionem ardor et pietas semper refulsi: egregia majorum suorum exempla æmulatus, se ejusdem Conceptionis cultorem devotissimum, insuperque zelatorem ferventissimum luculentissime demonstravit, dum anno a Virginali parte 1621, pro eadem Immaculatae Virginis Conceptione Gregorio XV, Pontifici Maximo, his a se scriptis litteris, humiliiter supplicavit:

« Sanctissime Pater. — Adeo antiqua et recepta est in his regnisi pia devotione erga mundam et puram Virginis Mariæ Dominæ nostræ Conceptionem ut quicunque velit contrarium, etiam per modum disputationis, tueri, notorium excitet scand-

dalum : prop̄terea toties, et tam instanter suppli-
catum est, ut vellet Sedes apostolica infallibili sua
determinatione tollere omnem libertatem contra
Immaculatam Conceptionem sentiendi. Quod vero
hucusque factum non sit, ego tribuendum puto
divinæ voluntati, quæ ita disposuit, ut gloriosum
hoc facinus felicissimo Vestræ Sanctitatis pontifica-
tui servaretur, quæ alias tot signis suam in Imma-
culatæ Conceptionis mysterium devotionem ostendit.
Eadem etiam ego commotus, neenon servidis
desideriis omnium incolarum horum regnorum,
securus, et supplex oro Vestram Beatitudinem, ut
dignetur totaliter resolvere negotium, quod in
omnium votis est, et magni censemur momenti. Si
vero rei gravitas morari exegerit, deprecor, ut
interim prohibeat Vestra Beatitudo defendi con-
trariam sententiam, tam in publico, quam in se-
creto : adeo enim adversatur communī hominum
devotioni, ut in omnibus scandalum generet. Do-
minus noster sanctissimam personam Vestræ Bea-
titudinis eustodiat incolunam ad multos et felices
annos, pro Christianæ reipublicæ emolumento. Ma-
dridi, quinta Novembri 1624.

Sanctissimie Pater, osculatur sanctos tue Beatitudo
pedes suus humillimus filius, Cardinalis In-
fans.

Neque his contentus, anno Domini 1625, sub
die 22, Februarii seripsit ad Urbanum VIII, Pontifi-
cem Maximum, pro eadem Immaculatæ Deiparæ
Virginis Conceptione epistolam, aureis sae-
ris exarandam, quam Ms. vidi apud Bernardum
de Toro Hispanensem.

Cum Bruxellæ in Belgio, in templo Eremitarum
S. Augustini sodalitas mancipiorum B. Mariæ Vir-
ginis ejusque sanctissimi nominis fuisse instituta,
cardinalis Infans virorum in Belgio primus, augu-
stissima manu sua, sese in ejusdem sodalitatis al-
bum, mancipium beatæ Mariæ Virginis inscripsit,
hoc modo :

El Cardenal Infante, esclavo de la Vergen Maria.

De qua tanti principis in mancipiorum album
inscriptione, ita loquitur Bartholomæus de los Rios
in sua *Hierarchia Mariana* lib. II, cap. 18 : « Ma-
te virtute, princeps glorioissime, iterum te signa
mancipium istius Dominae, cuius jamdudum in
minori ætate, patris exemplo, professus eras fa-
mulum : non pœnitit te facti, sed novo affectu
profiteris, quod vivere vis, et mori mancipium B.
Mariæ Virginis : vel in solo te ostendens, quod
nihil orbis habeat supra omnem hominum stupro-
rem admirabile, quod non debeat isti cœli, terræ-
que Imperatrici humillime famulari : quando infans
cardinalis, hoc est, seu sæculum, seu ecclesiam
species, utriusque magnitudinis fastigium, et apex,
uno tantum, hinc a Potentissimo monareharum,
inde a sanctissimo Pontificis gradu divisus, se
ipsi tanta mancipat animi demissione, ut etiam
compedibus ab indignis manibus meis acceptis, et
propria manu signato nomine, se professus sit

mancipium Deiparae, ejusque dulcissimi nominis
Mariæ. O Virgo glorioissima, struxerint tibi tem-
pla profusa liberalitate tot reges et principes :
imagines tibi consecrarint pontifices : nomen tuum
sanctissimum atque dulessimum apostoli tui, qua
Filii se extendit gloria, promulgant : imperatores
imaginem tuam currui impositam triumphabun-
dam circumduxerint, dесcio tamen an non plus
unico isto actu tibi placuerit cardinalis infans Fer-
dinandus, tot regum et imperatorum sanguis, apo-
stolus nominis tui zelosissimus, pontificum om-
nium, si summum excipias, maximus princeps,
denique cui quidquid hodie vivit principum, ultra
magnitudinis, prudentiae, virtutis bellicae et di-
vinæ palmam concedit : quando omnem istam in
uno se collocatam magnitudinem, tibi mancipii
humillimi obsequio subjicit. Audite, Christi fide-
les, audite, Virginis Mariæ quoevere nomine,
aut titulo servi, hoc demum est inauditos cœlorum
Reginæ triumphos adornare, hoc est nomen ejus,
qua patet orbis deprædicare, hoc est ejus glorioissi-
mam imaginem depingere, hoc denique est ei
templum supra omnium structurarum miracula
magnificum exædificare. Avelli nequeo a gustu,
quem ex consideratione hujus facti percipio, suauissimæque pietatis. Acuite calamos vestros, ex
amore Virginis adhortor, scriptores, et principis
hujus victorias ac triumphos, Ferdinandi virtu-
tem, et indolem, infantis genus, et magnitudinem,
cardinalis zelum, et religionem ; viri denique tam
singulari Numinis providentia ad Belgii liberatio-
nem, hereticorum subjectionem, temporumque ho-
rum difficultissimorum conversionem nati merita, et
gloriam, quibus potestis laudibus deprædicare ;
quandoquidem jam singulari principis hujus vir-
tute, et humilitate factum sit, ut omnes ejus lau-
des sint Virginis deprædications, omnia infantis
spolia, sint Deiparæ tropæa, omnis denique Fer-
dinandi ovatio, sit Mariæ triumphus : nam quo
gloriosius eum circumduxeritis, eo major erit Do-
mine istius gloria, enjus se qui tantus est, ga-
udeat dicere humillimum mancipium. Tam avide
Virginis Mariæ laudes celebrarunt, tamque zelose
mortales ad ejus obsequium sunt abortati, ut
fuerint etiam quibus ipsa apostoli sui gloriosum
titulum tribuerit, quod eorum professio esset,
quemadmodum apostoli cerebant Nomen Jesu co-
ram principibus et gentibus : ita Nomen Virginis
ad easdem deportare. Perge vero, perge, Ferdi-
nande, implere orbem terrarum viatoriis, subju-
gare rebelles, vincere ecclesiæ perturbatores, de-
bellare gentes ex omni barbarie ad petendam per
Austriæorum jugulum Ecclesiam excitas : hæc
enim ipsa tua glorioissima exercitatio jam aposto-
latus Marianus professio est, quandoquidem nusquam
extendere possis tuas victorias, nunquam possit
nominis tui quod jam orbem implevit, laus propa-
gari, quin eodem magnificentissime inferatur No-
minis Marianæ gloria : cum omnes intelligunt te

mancipium ejus esse, illius te non tantum auspicis pugnare, sed illi soli vincere, ipsi deberi omnem gloriam, ipsam esse victricem, ipsam triumphatricem : te autem, qui tanta auxilio ejus patraveris, solum esse humilium ejus, sanctissimumque ipsius nominis mancipium. Multa fecisti, cardinalis et pontifex religiosissime, quando te ad mancipatum hujus Reginæ demisisti. Pontificum est consecrare statuas, collocare Virginis imagines populis venerandas : tu autem, cum mancipientibus sit imitari dominos suos, quando te scripsisti Deiparæ mancipium, eam exorsus es imaginem, quam dum quotidie ad Dominæ mores polis, tanquam factorum tuorum auges gloria, nobis quotidie reddis venerabiliorem. Substructiones templorum in Virginis honorem stupendas, quamvis nihil vetet ab ista tua facta ad liberalitatem indeole sperare ; majoris tamen ego facio professionem istam mancipatus, qua cum nihil tibi retinueris, omnem magnitudinem, vires, industriam, totque præcelentes animi dotes, tot virtutes bellicas, verbo unico, totum te in hoc consecrasti Virginis, ut conciliata generali pace Europam universam facias Dei Virginisque amplissimum templum, in qua fugatis Barbaris, extirpatis haereticis, nihil audiatur quam nominis utriusque gloria. Huic operi impensurum te, nulla proprii commodi, sed tantum Dominae tuae habita ratione, promisisti, quando scripsisti te mancipium B. Mariae Virginis. Hujus tu architectus sapientissimus jamdudum ideam concepisti, huic tu jam manum admovisti, quando per tot insperatas orbi Christiano victorias primus viam aperuisti operi perficiendo in Germania, in Belgio, in Francia. Hie invitatione suavissima præaco pacis blandissimus, ibi plene desperatorum conservator insignis : in Germania haereticorum vitor, et ulti acerrimus, ubique triumphator gloriosus. Deus ergo et Virgo Domina tua cœpta et consilia tua secundet, ut perducto ad fastigium hoc templo pacis, tu per Virginem, et illa in te gloriissimos agat triumphos, quibus omnes tui libentissime acclamabimini : ita solent vincere, ita regnare, ita triumphare, qui norunt cœli terræque Reginæ debito mancipatu servire. » Hactenus de los Rios.

Cum mancipientibus Deiparæ sit, tributi alicujus pensitatione, testari suam eidem Deiparæ serviendi voluntatem, Ferdinandus, qui se mancipium B. Mariae Virginis scripserat, inter alias hujus tributi pensitationes pro supplicatione generali annua, quæ Bruxellæ a mancipientibus B. Virginis celebrabatur, pensitabat, tributi loco, centum florenos quot annis inter canonicos et religiosos, supplicationem comitantes, dividendos : et tringinta tres libras ceræ virgineæ, ante imaginem beatæ Virginis de Bono Successu, in honorem annorum quibus Servator nobiscum conversatus est in terris, accendendas. Cumque anno 1637, P. Bartholomæus de los Rios de more illum invitaret ad

supplicationem mancipientorum ; adderetque cum mancipium esse B. Mariae Virginis, ac propterea tributi pendendi admoneret. « Ego vero sum (inquit) mancipium, et libens tributum pendam, immo assignabo, unde quotannis desumatur ista pecunia, et cera, quæ me testetur mancipii officio Virginis Deiparæ deservire. » Verba calamus potest exprimere, sensum autem pietatis, quo tantus princeps ea pronuntiavit, neque ullus dicere, neque puto hoc legentium quisquam imaginabitur : poterunt tamen a tanta magnitudine exemplum capere serio se. Virginis mancipandi, et constanter pendendi tributum, in signum sui mancipatus.

Anno 1635, cum in Belgium descendisset, supplicationi beatæ Virginis de Bono Successu, que Bruxellæ, ut dixi, quotannis a mancipientibus B. Virginis solemniter celebratur, interesse voluit, illamque nullo modo retardari permisit, licet ea dies, qua peragi debebat, continuis imbris ita esset infesta, ut cœlum ipsum liquescere in nubes, ac defluere in terras videretur. Ipse autem, generosissimæ pietatis exemplo, per densissimos imbris, nudo capite, pedes, eo vultu, longissimo itinere incessit, quo visus est, inter suorum applausus, ob stratos ad Nordlingam hostes, primo in Belgium ingressu triumphare. Cum vero in supplicatione prædicta solum imago B. Mariae Virginis de Bono Successu circumferretur, augustissimum etiam Eucharistiae sacramentum cum ipsa deinceps circumferri contra aulicorum ratiocinia, sua serenissima auctoritate stabilivit.

Memorabilem illam, multisque fœtam victoriis, victoriam, quam anno 1638, recuperata Calloa, præter omnium opinionem et spem obtinuit, Deiparæ Virginis totam ascripsit, cuius ibidem impie crematam ab haereticis statuam iverat vindicatum. Quod, quæ animi fortitudine, quo in Dei, Deiparæque honorem zelo accensus peregerit, qui principis pietatem novit, ignorare non potest. Certe tanto ipse animi dolore, tanto pietatis sensu injuriam a blasphemis haereticis sanctissimæ semper virginis Marie statuæ illatam narrabat, ut lacrymas abundantibus excuteret. In præfatæ autem victoriæ mnemosynon æviternum, in summo altari ecclesiæ parochialis in Calloa, collocata Deiparæ statua, maximi patrocinii, vindicative sacrilegii testis, cum epigraphæ :

B. Maria de Victoria.

Ob liberatam mirabiliter Calloam, libera servitute sibi mancipatum, ipsum haereticorum triumphatorem Ferdinandum, ejusque fideles subditos, triumphans.

*Vicus cecidit Hollandus,
Qui cecidit Ferdinandus
Virginis dat gloriam.
Ut hanc saepe possit dare,
Tuque, Virgo, triumphare,
Sæpe da victoriam.*

Et cum tota vita sua augustissimæ Dei Genitrici, jugi, ac immutabili devotione vixisset, tandem ad conspectum Deiparæ Virginis Sylvæducensis, ani-

num firmavit ad mortem, feliciterque emortuus est anno salatis 1641, ætatis 52, mense Novembri. Qua de re Jo. Vincartius lib. iii *De cultu Deiparae* n. 22, in hunc modum cecinit :

*Dicitur Austriades, quem raptum Belgia luget,
Extremum fati sic subiisse diem.
Scilicet Hispanis dum cingitur Adria castris
Et patitur longas obsidione moras.
Ceperat hunc febris : sisti jubet ergo Marie
Effigiem ; ante oculos sistitur illa suos.
Crescit amor visu, pariter fiducia crescit,
At mala purpureum parca premebat opus.
Membra labant ; stabat major tamen ipse periclo
(Austriacis virtus qualis inesse solet) :
Ergo austriam est, Genitrix, ergo defungitur, inquit,
Ut tubet : at vixi qualis et usque tuus.
Deheo prima tibi, debebimus ultima, Mater,
Sic melior cæpti finis amoris erit.
Desit in lacrymis : lacrymæ decuere cadentem,
Venturi faustum funeris omen erant.*

§ V. — *De Ferdinando Gonzaga.*

Ferdinandus Gonzaga, Mantuanus, regii omnino animi princeps, non minus ab eminentia Romanæ purpuræ a Paolo V concessæ, quam a Mariæ pietatis prærogativa, nutritis cum lacte haustæ celebrandus; ecclesie Sanctæ Mariæ in Porticu titulo insignitus, pro ardentissimo suo erga Deiparam Virginem studio, multa ad hujus ecclesie ornatum moliebatur; sed Francisco Gonzaga Mantuae duce immatura morte prærepto, rebus ecclesiasticis abdicare se, et principatus euram coactus est suscipere. Tamen quantæ sibi credita Mariana ecclesia curæ esset, testatum ut relinqueret, candelabra quatuor, crucemque cælato opere, argentea omnia, pondo triginta fere librarum donavit. Numismata etiam aurea Sanctæ Mariæ in Porticu imagine, suaque ipsius effigie ornata, ac titulo cardinalis insignita eudit. Cum Carolo Niveniensium duce, et Adolpho comite ab Althain, fundavit religionem Equitum Militiae Christianæ sub titulo Conceptionis beatæ et immaculatæ Virginis : juravitque ac promisit se semper defensurum ejusdem B. Virginis immaculatae Conceptionem, et in hac re et in omnibus sanctæ Dei Matris gloriam promoturnu; imaginem thaumaturgam S. Marie de Gratiis, in ejusdem noniniis templo Franciscanorum Patrum non procul Mantua dis-sito elegantissime suis ornari sumptibus curavit, ut frequentior ad hanc populi pietas confluueret. Ad pronubum B. Virginis annulum frequenter, libenter, reverenter usque Perusiam est peregrinatus, qui censuit hunc esse non Onychinum, sed Chaledonium. Mortalem hontinem exxit anno Dominiæ Incarnationis 1626, die 50 Octobris.

§ VI. — *De Ferdinando Mediceo.*

Ferdinandus Medices, Cosmi Etruriæ ducis et Eleonoræ de Toleto filius, magni nominis et prudentiae princeps; quem Pius IV, Pontifex Maximus anno 1563, 6 Januarii cardinalitia purpura ornavit, licet hanc Francisco, fratri suo, magno Etruriæ duci sine liberis mortuo, in principatu succedens, anno 1588, pridie Idus Decembris, in publico se-

nati renuntiaverit: ut erat Deiparae Virginis cultui mira devotione addictus, cum cardinalis creatus, Marianam ecclesiam, videlicet ecclesiam Sanctæ Mariæ in Dominica, in cardinalitium titulum obtinuisse, ad suum erga Deiparam Virginem studium publico monumento posteritati consignandum, varia in eadem ecclesia ornamenta fieri curavit, a Panzirolo in thesauris absconsis, Floravante Martinello in Roma sacra, aliisque scriptoribus memorata. Cætera autem, quæ tantus princeps, post dimissam purpuram, et jam dux Etruriæ, Mariæ posuit religionis monumenta, vide, si libet, apud Principes nostros Marianos cap. 6.

§ VII. — *De Ferrico de Cluniaco.*

Ferricus de Cluniaco, Burgundus, cuius mores egregii, prudentia, sapientia, et religio singularis, qui a Sixto IV, Pontifice Maximo Tornacensem ecclesiam, et sacræ purpuræ dignitatem adeptus, utramque provinciam non sine laude administravit. Inter alia perinsignia sue erga Deiparam Virginem pietatis, et liberalitatis monumenta, in urbe Patavina collegium Tornacense, sub ejusdem Deiparae Virginis titulo, fundavit. Decessit Romæ, anno salutis 1483, die 7 Octobris, sepultus in ecclesia Sanctæ Mariæ de Populo.

§ VIII. — *De Francisco a Dietrichstein.*

Franciseus a Dietrichstein, princeps Germanus, S. R. E. cardinalis, et Marcomannorum episcopus, vir vitæ integritate, morumque candore spectatis-simus; quem sanctus Philipus Neri, propter singularem hominis honestatem, unice diligebat: Virginem Dei præpotentis Matrem, supra quam dici potest, coluit: quod iis, qui celeberrimum illud Lauretanum beatæ Virginis templum, quod est in Picenis, viderunt, testimonio suo comprobauit; ibi etenim ipsius donum omnino præclarum conspexerint, tabulam magnam argenteam pondo librarum multarum ante beatæ Virginis simulacrum collocatam, cum versiculo subiecto :

Adietrichstanidas tu pia Virgo fore.

Inter non panca cœlitum templæ, quæ a fundamentis erexit, templum beatissimæ Dei Genitricis apud suos, nempe Nuolsburgii Moraviae, Laurretano non absiuile, quo statis diebus multi mortales concurrunt, facieundum curavit. Lauretum autem ad beatæ Virginis ædem cum voti solvendi causa ex urbe sæpe proficeretur, forte incidit in id tempus, quo aderat mulier genio malo afflata: quæ, ut illum ingredientem, et parietes illos sacros suppliciter demisseque venerantem aspergit, aggressa est, palmaque maxillam ferit nec opinanti. Ea re nihil perturbatus alteram præbuit; geminavit mulier, vel furia potius, quæ mulierem agitabat. Mirum dictu! Animi illa summa dejectio, atque incre-dibilis tolerantia in Virginea domo adeo Deo ac Deiparae Virginis grata fuit, ut mulieri etiam a dñe-mone obsessæ salutis fuerit. Etenim pestis illa immanis ejulans e miseræ illius corpore abacta, ad loca fœda et inulta, situque et tenebris obsita

semipiternis ignibus in perpetuum crucienda remingavit: ut a viris præstantibus, apud quos hujus rei fides sit, relatum est. Ad æternæ quietis portum transiit, Brunæ, quo se contulerat ad conventus celebrandos xiii Kal. Octobris, anno salutis humanae 1636, ætatis 66, cum circiter septem et triginta cardinalis et pontifex fuisset. Cor vero suum in templo beatæ Virginis Lauretanæ, quod ipse exererat, sepeliendum ordinavit.

§ IX.— De Francisco Alidosio.

Franciscus Alidosius ex Castro Rini, Imolensis diocesis, in S. R. E. cardinalium numerum a Julio II cooptatus: cum, eo in Bononiensi cathedra sedente, civitas Bononiensis assiduis belli terroribus affligeretur, Annibale Bentivolo castra cum Gallis in agro metante, atque omnia infesta circumquaque habente, monuit, ut imago beatæ Virginis, quam ipse totusque Bononiensis populus ut Parentem amantissimam Advocatamque fidissimam religiose admodum colebant, publica in supplicatione cum sanctorum capitibus deferretur. Quo facto, Bentivolis discedentibus, a belli terroribus civitas liberata est. Desit esse inter vivos, anno salutis 1511, x Kal. Junias.

§ X.— De Francisco Boncompagno.

Franciscus Boncompagnus, Romanus; Gregorii XIII nepos, ab Urbano VIII cardinalitia purpura decoratus, cuius excellens virtus in monte dignitatis posita fulgentes lucis suæ radios quaquam versus effudit: inter alia manifesta Marianæ pietatis ac religionis quæ protulit, indicia, Neapoli, ubi erat archiepiscopus, extra mœnia civitatis, in ora maris, a fundamentis erexit peramplam ecclesiam, sub nomine Sanctæ Mariæ ad Capellam, in eaque ultra quatuordecim mille ducatos impendit. Coronam B. Virginis frequenter manu tenebat, ac quolibet sero, in sui palatii oratorio, totum Marianum Rosarium, vel ejus partem, simul cum tota familia devotissime recitabat. Sepe dicere solitus erat, contra illos, qui remotas Marianas ecclesias, devotionis ergo, curiose adeunt, devotionem beatæ Virginis in cultu ejus imaginis, quæ ad lecti caput in proprio uniuersu jusque cubiculo appensa est, præsertim pro mulieribus, tutorem esse, et magis probandam. Decessit Neapoli, anno salutis 1641, die 9 Decembri, in ecclesia Sanctæ Mariæ ad Capellam a se exstructa, tumulatus.

§ XI.— De Francisco Gioiosa.

Franciscus Gioiosa, seu Ioiosa, Gallus, S. R. E. cardinalis a Gregorio XIII, Pont. Maximo creatus; qui ad clarissimos suæ familie duecumque titulos, magnum justitiae, integratatis et religionis deens adjecit, dum se indefessum catholicæ veritatis assertorem, et ecclesiastice dignitatis vindicem exhibuit, inter alia studii sui erga Deiparam Virginem specimina, cum novus esset Galliæ patronus declaratus, Romanum petens ex Gallia, cum no-

bilissimorum hominum comitatu, Lauretum divertit, deductusque in ædem beatæ Virginis Lauretanam, ibi in Virginis cella pie admodum sacris operatus, sibi in animo esse dixit, suum Galliæ patrocinium certissimæ mortalium Patronæ impensis commendare: ac proinde solemnem quadraginta Horarum supplicationem inibi instituere. Pium cardinalis consilium non modo auctoritas probavit Lauretani episcopi, sed etiam concio decoravit. A concione supplicatio summis hominum studiis celebrata, tum a clero Lauretano oppidanisque, tum a Capuccinorum manu, quam ad id Ioiosa secum adduxerat. Cardinalis autem in eo, cuius ipse auctor foret, nemini cedens, suis cæterisque omnibus, vel pietatis, vel modestiae exemplo fuit. Lauretanæ porro beatæ Virginis ecclesiae toto orbe celeberrima duodecim librarium millia contulit Ioiosa, qui et ex peregrinatione Hispanica redux, ecclesie B. Mariæ Montis Serrati, quam veneratus est, duo millia libellarum Turonensem erogavit, ad recitandas quolibet die Deiparae Virginis Litanias. Cetera me fugint. Mortalium vitam deseruit, anno Dominicæ Incarnationis 1615, die 2 Augusti.

§ XII.— De Francisco Gonzaga.

Franciscus Gonzaga, Mantuanus, Ludovici Mantuae marchionis filius secundogenitus, in S. R. E. cardinalium album, sub tit. sanctæ Mariæ novæ, a Pio II, Pontifice Maximo relatus: vir, qui summa omnia, ad summam in Ecclesia gloriam habuit, genus, ingenium, linguam, auctoritatem, et gratiam hominum conatibus suis faventem: inter alia Marianæ pietatis specimina, Bononiensi populo (cuius erat episcopus) auctor fuit, ut beatæ Virginis clariora in dies suæ erga hanc civitatem misericordia documenta præbenti fanum in Galeria conderet. Vetus ac religious is ante exigni cuiusdam hospitalis fuerat locus, gloriósæ ipsius Deiparae imagine insignitus: verum negligentia, ut sit hominum, eo erat redactus, ut vicina familia ipsun sibi pro stabulo, sancta conservata imagine, vindicaret. Quod ut sepe a piis hominibus improbatum, negligi sanctissima Virgo cognovit (eludant videlicet, qui cultum sacris imaginibus admittunt) repente ipsa quasi loci turpitudinem aversata, unum, atque alterum ibi se deprecantem votorum compotem fecit. Qua re animadversa, populus religione obstrictus certatim tantum anri argentine congessit, ut magnificum, atque eximii operis oratorium, episcopo ipso procurante, construxerit. Quod nunc demum variis donis eximie decoratum videmus, quæ in dies salutarium remediorum mercedem ægri votorum damnati numini optime merito sacraverunt. Idem per Andream episcopum Sassinatem suffraganeum suum Kalendis Iulii ædem Sanctæ Mariæ in Monte Guardiæ consecravit, atque nomini S. Lucæ et beatæ Virginis dedicavit, atque indulgentia exornavit. Ex his tenebris abiit, anno salutis 1485, xi Kal. Novembris.

§ XIII. — *De Francisco Lando.*

Franciscus Landus, Venetus, ex patriarcha Gradiensi Constantinopolitanus, ac deinde S. R. E. presbyter cardinalis a Joanne XXII Pontifice Maximo creatus, vir non minus pietate, justitia, prudenterque, quam utriusque juris cognitione celeberrimus: inter alia obsequantis sui erga beatissimam Virginem affectus indicia, optans ut in basilica Sanctæ Mariæ Majoris de Urbe divinus, simulque Marianus cultus augeretur, ad laudem, gloriam et honorem individuæ Trinitatis, et glorio-sissimæ Virginis Mariae fieri curavit unum saeculum cum altari, juxta altare majus dictæ ecclesiæ, versus latus sinistrum, quo Evangelium cantatur, ipsumque sacellum sub nomine, et vocabulo Assumptionis beatæ Mariæ Virginis, intitulatum fore decrevit. Instituit autem in eo sacello duas perpetuas, ut aiunt, capellanias, redditusque annuos ad alendos sacerdotes attribuit. Et cum sepulcrum sui corporis in eadem basilica Sanctæ Mariæ Majoris elegisset, tandem ex hac luce decessit anno salutis 1417. Cuius beneficiis ut se gratos canonii i Sauctæ Mariæ Majoris testarentur, hoc publico e'ogio, quod in sacrario cernitur, eum decorandum curarunt:

Franciscus Landus, archipresbyter cardinalis, hac in basilica sacellum exstruxit, adiecta pro pluribus sacerdotibus dote, delectoque ibidem sepulcro, ubi mortuus conderetur.

§ XIV. — *De Francisco Maria de Monte.*

Franciscus Maria, ex marchionibus sanctæ Mariæ, a Monte Sanctæ Mariæ, suorum natali oppido, in Pisaurensi ditione, sito, cardinalis de Monte nominatus, vir zelo Dei plenus, justitiaeque amator et cultor, qui Romanæ purpuræ dignitatem, sibi a Sixto V Pontifice Maximio delatam admirandis virtutibus illustravit: ut erat beatæ Mariæ Virginis obsequiis deditissimus, in ejus honorem, omnibus Sabbati diebus, solo pane et aqua contentus, jejunabat; eodemque die largas eleemosynas pauperibus erogabat. Fuit titularis ecclesiarum Sanctæ Mariæ in Dominica, Sanctæ Mariæ Araceli, et Sanctæ Mariæ Transtiberim. Romæ in Domino obdormivit, anno salutis 1620, ætatis 73, die 27 Augusti.

§ XV. — *De Francisco Pacieco.*

Franciscus Pacieco, Hispanus, marchionibus Cerralui ortus, S. R. E. cardinalis, et archiepiscopus Burgensis, inter alia pietatis suæ erga Deiparam Virginem testimonia, in synodo Burgis celebrata anno 1575, ut habetur in libro *Constitutionum synodalium* prædicti archiepiscopatus lib. II statutum edidit, quo colentibus diem Immaculatae Virginis Conceptioni saerum indulgentias concessit tenoris sequentis:

« Anno 1575, Conceptio Dominiæ nostræ, que calit in diem octavum Decembbris colitur in ista Burgensi civitate, ex voto facto eam colendi, et carnes in vigilia non comedendi, atque in multis

etiam aliis hujus archiepiscopatus locis colitur ex devotione, dictum autem festum colentibus 80 dies indulgentiarum concedimus. » Sic ille.

Idem Deiparae Virginis Lauretanæ donum obtulit sacerdotalem amictum opere Phrygio conspicuum, sui affectus in illam testem. Et plura etiam alia in Deiparae Virginis honorem prestitit, quæ me suæ sunt. Obiit Brugis in Hispania, anno salutis 1579, x Kalend. Septembbris.

§ XVI. — *De Francisco Quignonio.*

Franciscus Quignonius, ordinis Minorum, Hispanus, filius comitis de Luua, quem omnium virtutum prærogativa conspicuum Clemens VII Pontifex Maximus in sacrum S. R. E. cardinalium collegium cooptavit: ut erat amantissimus Deiparae Virginis alumnus, in ejus conventu, qui sanctissimæ Mariæ de Angelis in Angelorum provincia nuncupatur, religiosum sancti Francisci habitum induere, et regulam profiteri voluit. Pietate in Deiparam, ejusque sine originalis peccati manu Conceptionem accensus, ordinavit Officium de eadem Immaculata Virginis Conceptione a prædicto summo Pontifice Clemente VII approbatum. Obiit anno salutis 1540.

§ XVII. — *De Francisco Rocheſoucauld.*

Franciscus Rocheſoucauldus, Gallus, S. R. E. cardinalis, a Paulo V Pont. Max. creatus, vir pietate et litteris clarissimus, præter Ecclesiæ junia, singulis totius anni Sabbatis ad honorem beatæ Virginis jejunabat: tempore etiam Adventus, ut cor suum ad ejusdem beatæ Virginis Filium recipiendum dignis præpararet: quod ad annum usque atatis suæ septuagesimum observavit. Dum litterarum studio adhuc incumberet, in omnibus Deiparae Virginis festivitatibus se sacra expiabat exomologesi. Maxima delectatione ac jucunditate afficiebatur in imaginibus sanctissimæ Dei Genitilis contemplandis, quas sæpe invisens, fixis oculis intuebatur, ac duleissimis verbis, tanquam vivas alloquebatur, asserens magnæ esse consolationis videlicet imagines illorum quos amamus, quando ob absentiam in se ipsis videri non possunt. Oh singulari erga Deiparam affectum ab ipsa pueritia, se in ejus congregationis album ascribi voluit, sumique erga tantam Matrem studium fidelissimo semper famulatu comprobavit. Dicebat sæpe in Deiparae Virginis devotione fiduciam nostram præcipue esse reponendam, eosque qui se vere Marianos cultores ostendissent, perire non posse pronuntiabat. Plures variasque collegerat magnæ Dei Genitricis Mariæ imagines, in quibus suas sitas delicias affirmabat, easque cum magna amoris ac reverentie significatione venerabatur, utilius represeutativas, quam cum Ecclesia Causam nostræ laetitiae, ac salutis humanæ Matrem intelligebat. Quotidie in vesperis, cum domesticis suis in oratorio congregatis, Litanias B. Virginis recitabat. Et quando ob etatem infirmitatemque hoc amplius exsequi non potuit, eas in sua præsentia recitari jussit, ut

famulis suis præberet exemplum Deiparam Virginem honorandi, atque ad eam in omnibus necessitatibus recurrendi. Semper Resarium Æcate Virginis in manibus gestabat: cuius tunc statim partem aliquam recitabat, cum aliquam temporis partem a negotiis vacuam nanciscebatur. Quando jacebat in strato, quando ad ecclesiam proficiscebatur, quando in curru per civitatem vehebatur, vel quando in suo deambulabat viridario, nunquam de manu Coronam beatae Virginis deponebat, cuius etiam cruci saepè, magno affectu suavissima oscula infigebat. A prandio in sumum secedens deambulacrum, eo tempore Rosarium integrum devotissime persolvebat cum multa spiritus consolatione degustans sacra nostre salutis mysteria, in beatissima Virgine peracta. Hoc idem post cœnam faciebat, et de hujusmodi devotione loquens asserebat, hanc esse armaturam, qua cor suum muniebat ad inimicorum impetus, in hora mortis, superandos: medium enim, quo in extrema illa hora magna acquiritur confidentia, erat sæpe Salutationem angelicam sanctissimam Dominam nostram præsentare, cum esset impossibile illam eo tempore iis non assistere, qui toties in die ejus assistantiam postulassent. In hac porro Rosarii devotione adeo erat assuetus, ut in ultima ejus infirmitate, nocte diem mortis antecedente, licet aliqua lethargi specie, quæ ei auditus ac loquelæ usum ademerat, occupatus, a religioso quodam, qui ei assistebat, visus sit talia digitis signa ostendere, qualia ab iis, qui digitis precarios globulos per filum demittunt, ostendi solent. Interrogatus autem summe vellet Rosarium. Et hoc, inquit, est, quod quero. Illoque accepto, exosculatoque, statim illius calculos, unum post alium, quasi Rosarium integrum recitare vellet, numerare aggressus est; quo in actu fere semper, agonia durante, usque ad omnino amissionem sensuum perduravit. Die Purificationis beatae Virginis, jam morti paratus, non sine maxima spiritus tranquillitate cum Simeone cecinit: *Nunc dimittis servum tuum, Domine.* Ordini S. Augustini, quem reformavit, Litanias B. Virginis quolibet die in sero persolvendas præscripsit. Monialibus vero Assumptionis beatae Virginis ordinavit, ut, præter Rosarium in mane, post prandium Litanias Lauretanæ simul recitarent, ad bene moriendi gratiam, B. Virginis intercessione mediante, consequendam Orationem, qua se sodales B. Virginis, eidem B. Virgini dedicant, præsidiumque in morte cum primis ab illa postulant, postremis vitæ annis sæpius solebat iterare. Num ultimum ageret vitæ spiritum, Rosarium B. Virginis manu tenendo, labiaque movendo, eo modo, quo poterat, non obscuræ demonstrabat, se Dominam suam Deiparam Virginem Mariam amantis ne salutare. Ex hac lacrymarum valle in cœlum alii, anno salutis 1645, ætatis 87, die 14 Februarii.

§ XVIII. — *De Francisco Toleto.*

Franciscus Toletus, Hispanus, Cordobensis,

primus ex societate Jesu S. R. E. cardinalis, a Clemente VIII Pontifice Maximo creatus, vir doctissimus et ad Christianæ reipublicæ, fideique catholicae beneficium natus, purissimæ Virginis Dei Matris studiosissimus, eam inviolabili observantia semper coluit, ac perseveranti famulatu prosecutus est. Quadragesima dies totos, etiam in ætate, jam ultima, ante Assumptionis B. Virginis festum, jejunabat, virgineumque illud Marianæ resurrectionis, et in cœlum transitus Pascha pia severaque Quadragesima preveniebat. Ad festa etiam Conceptionis, et Annuntiationis octo dierum jejunio se præparabat; atque in his aliisque Deiparæ solemnitatibus, præter largiores eleemosynas tunc pauperibus erogatas, noctu pedibus ecclesiæ ejus religiose invisere consueverat.

Ad honorem B. Virginis singulos Sabbati dies illo jejunandi ritu habuit solemnes, ut victum omnem pane arcto, et aqua brevi definiret. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Majoris de Urbe duodecim lampades argenteas, et multa ornamenta, et sacras vestes donavit: maxime veneratus illam basilicam, quod nominis celebritate alias antecelleret, et prima in Urbe fuisset B. Virgini dicata. Ad hanc basilicam, singulis diebus Sabbati, e Vaticano, longo satis itinere, non currū vel jumento vectus, aut gestatus, sed pedes, quæcumque anni vel temporis tempestas esset, itare: illuc se Mariæ pro aris sistere, et Filium Dei et Virginis æterno Patri apud Matrem litare consueverat. Hanc præterea basilicam, suarum omnium facultatum (una duntaxat excepta bibliotheca) hæredem instituit, ea ratione, ut tot instituerentur sacerdotia, quæ quotidie in honorem ejusdem Virginis, rem sacram haberent, quot pecunia suppellectilis recipiendæ postularent. In festo S. Mariæ ad Nives, multas virgines, propriis sumptibus, in matrimonium collocari jussit. Templum B. Mariæ Virginis in Via Appia, dictum a Plantis, quod ibi Christus divo Petro Neronis rabiem fugienti apparuerat, et in lapide pedum suorum vestigia reliquerit, cum ob vetustatem ruinam innaretur, pro sua in B. Virginem pietate reficeret cœpit, licet per mortem id perficere, et splendori restituere non valuerit. In sanctum Lucam evangelistam ut amores suos omnes jam pridem contulerat, sic et vires, conatus, et suam operam omnem: non aliam ob cansam, nisi quia in eo frequentior incideret mentio de sanctissima Dei Matre, quam unice colebat, et de qua erat studiosissimus disserendi. Dicebat beatae Virginis intercessionem, plurimum valere apud Deum, cum preces Matris a Filio plura et majora impetrant, quam servorum a Domino, imo filiorum adoptionis a Patre: et idcirco Deum voluisse sibi Matrem assumere, ut plurima ac maxima beneficia nobis impertiendi et peccatoribus veniam concedendi, causam et argumentum haberet ex parte nostra. Quantum autem ejus intercessio apud Deum posset, ex his tribus, quæ intercessorem maxime com-

mendant, intelligi volebat : nempe, ut is possit plurimum apud eum, apud quem intercedit, quod sit, si ei est gratissimus; præterea ut etiam sapiat, et prudenter agat ea, quibus opus nobis est, et quomodo subveniendum est; denique ut velit, nihil enim prodesset, si posset et saperet, sed nolle intercedere. Beatissimam autem Virginem, utpote Dei Matrem, omnia posse impetrare a Filio, et dilectissimam super omnes a dilectissimo: nihil ignorare corum, quibus indigenius, cum esset prudentissima et sapientissima: et maxime cupere nostram salutem cum ejus charitas erga nos omnem sanctorum charitatem longo intervallo superaret, et nemo nos diligeret, post Filium, sicut ipsa, cuius eramus non solum servi, pretiosissimo sanguine dilectissimi Filii ejus redempti, sed filii adoptionis in ipso Joanne prope crucem adoptati: hinc deducens tantæ Matris intercessionem, efficacissimam esse: et inter beneficia inenarrabilia a Deo accepta, magnum locum tenere istud, quod Matrem Dei habemus intercedentem: et in hoc statum evangelicum supra legis illius statum plurimum inter cetera eminere.

Convenientissime factum asserebat, ut Deus (cum potuisse concipi, et nasci de B. Virgine, ejus consensu non requisito, sicut etiam de Adam dormiente Eram formavit), ipsius tamen consensum liberum habere voluerit: videlicet, ut nos omnes eidem B. Virgini strictissimo charitatis vinculo obligaret, insinuaretque magno affectu esse a nobis prosequendam eam, cuius arbitrio salus hominum esset commendata, cum non aliter voluisset ipse homo fieri pro nobis, quam ipsa B. Virgine libere consentiente: concludens multum profecto nos B. Virgini debere, et quod caro Christi de ea sumpta esset, et quod consensum liberum exhibuisset, dicendo, *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum.*

Beatissimam Virginem, in Passione Filii Dolosam, singulari compassionis affectu prosequebatur: ac magnitudinem dolorum ipsius, licet inexplicabilem, ex septem præsertim capitibus conjiciebat. Primo, ex objecto ipso, super quo dollebat: erat enim Filius unicus, non qualiscunque, sed totus ipsius Matris; cæteri enim filii non ex matris solius, sed patris etiam substantia sunt: Christus autem, secundum carnem, ex sola Matre substantiam accepit, utpote Spiritus sancti opera conceptus, unde erat Filius ipsius supra ceteros omnes. Si autem filiorum incommoda adeo tangunt matres, quanto magis tetigit Passio Christi talem Matrem! Secundo, ex acerbitate Passionis quam Filius patiebatnr, quæ tanta fuit, quantam nemo unquam passus aut passurus erat. Si enim sperrabat Pilatus, dura et saxeæ, seu potius ferina Iudeorum corda, aspectu Christi flagellati ad commiserandum provocare, quanta fuit compassio Matris, etiam post crucifixionem! Et si feminas illas, quæ non erant conjunctæ, ita permovit, ut

super eum flerent, et lamentarentur, quantum putabimus Matri ipsi excitare dolorem! Tertio, ex præsentia: quia præsentem vidit Filium in tormentis positum. Si enim Agar (*Gen. xxii*) non sustinuit Ismaelem puerum præ sibi morientem oculis cernere, sed recessit, ne videret: quantis vulneribus cor B. Virginis laceratum esse credimus, quæ propriis oculis morientem et patientem conspexit! et si multi non possunt ferre reorum crudelia tormenta absque gravi passione, quo dolore B. Virgo innocentem Filium suum super omnes nocentes torqueri intuita est! Quarto, a temporis longitudine: multæ enim horæ ab apprehensione usque ad mortem intercessere. Quinto, ex solitudine: quia consolantem non solum non habuit, sed etiam omnes experiebatur adversarios, et super Filii Passione illudentes et gaudentes: discipulos Christi in fugam conversos, Joannem et feminas paucas ita turbatos, ut consolatione egerent. Sexto, quia horribiles blasphemias, et scelera Iudeorum perpetrata contra Deum audiebat, que eam summopere affligebant. Septimo denique, ex dilectione vehementissima, qua Christum prosequebatur, quæ quanto major erat, tanto acerbioris passionis et cruciatus causa in ea fuit: dilectio enim quæ in martyribus minuit, in Maria auxit doloris vehementiam.

Conceptionem B. Virginis, ab originali labe liberam non solum corde tenuit, atque ore coram aliis confessus est; sed calamo etiam scriptisque doctissimis defendit, eamdem, si oportuisset, sua vita ac sanguine propugnaturus. Nam super illa verba Luce cap. 1, *Ave, gratia plena,* in hunc modum scripsit: « Nemo justus in hoc sæculo sine aliquo peccato fuit; omnes quidem in originali concepti sunt, et quamvis quidam adulti per gratiam a mortali præservati fuerint, venialia tamen habuerunt, a quibus per gratiam ordinariam nemo est immunis. Ex quo factum est ut nullus merus homo ab omni peccato fuerit purus. At B. Virgo eam sortita est gratiam a Filio, quæ omne peccatum impedivit: nec enim originale contraxit, nec ullum actuale, non solum mortale, sed nec veniale admisit, quæ gratia ex privilegio divino illi concessa est. » Sic ille. Et quidem quod B. Virgo originale peccatum non contraxerit, ostendit ibi auctoritate S. Augustini in libro *De natura et gratia*, cap. 36, scribentis: « Excepta S. Virgine de qua propter honorem Filii, nullam prorsus, cum de peccatis agitur, habere volo quæstionem: inde enim scimus, quod ei plus gratiae collatum fuerit ad vincendum omni ex parte peccatum, quod conceperet et parere meruit eum, quem constat nullum habuisse peccatum. » -- « Sunt enim (subdit Tolletus) ponderanda verba sancti et egregii doctoris, Propter honorem Filii. Igitur spectabat ad honorem Filii, Matrem omni carere peccato. Rursus nota causam: Meruit concipere et parere; igitur ante Conceptionem Filii omni carebat peccato, si

quia meruit concipere, inde est, nullum habuisse peccatum. Nota illud, Omni ex parte : igitur loquitur de omni peccato actuali atque originali ; et si honor fuit Filii, Matrem non habere veniale, igitur nec originale. Nam hoc gravius est, cum privet Dei gratia, et efficiat filium iræ et inimicum Deo. Præterea ibi Augustinus de omni peccato agit, etiam originali, nam generaliter probat omnes habuisse peccatum, etiam infantes, et nimirum illo testimonio Pauli ad Rom. v : Omnes peccaverunt ; igitur B. Virginem ab omni peccato immunem fuisse asseverat. » Hæc Toletus, quem Gregorius XIII, in quodam Brevi Romæ dato xvi Kal. Decembris anno Domini 1584, tanta doctrina præditum cognovit, ut illum a communi hominum conditione secernens, ejus scripta, ut cæterorum nullius judicio, ac examini subjicienda esse judicaverit. Legendus est Toletus in cap. i Lucæ, Annotatione 68, ubi probat, tum ex parte Christi, tum ex parte B. Virginis, congruum valde fuisse, ipsam B. Virginem nullius peccati, etiam originalis, fuisse participem, sed sanctam indequaque. Et ibidem Annotatione 115, ubi declarat beatam Virginem dici sine peccato conceptam, non quidem quod ex natura propagationis suæ immunis esset a labe, cum Adæ filia esset, et in lumbis ejus exstitisset : sed quia, ne peccato insiceretur, fuit per Dei gratiam præservata.

Vitam hanc cum meliore commutavit anno salutis 1596, ætatis 64, 14 Septembri, die Sabbati B. Virginis sacro, quem diem arctissimo panis et aquæ jejunio toties vivens sanctificaverat. In agricultura autem beatissimam Dei Matrem in suum auxilium frequenter vocavit, orans ut sibi in supremo vita periculo adesse vellet, et cum illa usque ad extrellum spiritum suavissime colloctus est. Ejus corpus ad amatam S. Mariae Majoris basilicam delatum, in magnificeo sanc separato e regione sepulcri Jo. Patricii, atque uxoris, ejusdem basilicæ fundatorum, humatum est, tali eloquio.

D. O. M.

Francisco Toleto, Cordubensi S. R. E. presbytero cardinali, summo theologo, verbi Dei prædicatori eximio, in rebus magnis agendis consilio et prudenter singulari, qui ob excellentem virtutem et merita præclaro Clementis VIII Pont. Max. iudicio primus in Soc. Jesu amplissimam dignitatem intulit, et sancta Dei Genitrice hærede instituta, presbyteris, qui ad ejus altare Missas celebrent, censum perpetuum attribui jussit : capitulum et canonici hujus basilicæ viro amplissimo, et optime de se merito posuere.

§ XIX.— De Francisco Vendramino.

Franciscus Vendraminus, patricius Venetus, ex Veneriarum patriarcha S. R. E. cardinalis a Paulo V Pontifice Maximo creatus; vir pius, prudens, benignus, a fastu alienus, in pauperes liberalis, et quod ad rem facit, in Deipara Virginis amore eximus : inter alia sue erga augustissimam

cœli Reginam pietatis, devotionisque indicia, ejus miraculosam imaginem, ex profanis ædibus, in sacrum virginum templum, quod Venetiis D. Mariae Formosa nuncupatur, solemní ritu ornatusque transnuntiat, ubi hæc exstat inscriptio a Francisco Pola Veronensi eruditissimo viro concinnata :

*Testimonium hic esto immortale
Propensi huic domini cali,
In hac parietis parte
Depictum Mariæ Virginis Matris
Simulaerum.
Suum præstantissimum nomen
Variis eximiis miraculis
Significavit, probavit.
Quod uti religiosus coleretur, et sanctius,
Franciscus Vendraminus,
Circumspectissima sanctione,
Ex hisce privatâ, præfatis ædibus,
Ad illam publicam sacram ardem,
Quæ Formose Mariæ dicata est,
Rite transferri curavit,
Ad aramque donatam collocari.*

1610.

Pie cessit e vita, plenior gloria quam atate, Vendraminus, anno salutis 1619, die 5 Octobris.

§ XX. — De Francisco Zabarella.

Franciscus Zarabella, Patavinus, divini humanique juris interpres præstantissimus, a Joan. XXII Pontice Maximo in sacrum cardinalium collegium, ob summam sapientiam, cooptatus : vitæ præsertim puritate, ac in pauperes beneficentia, Deiparae Virginis, quam puritatis ac misericordiae Matrem noverat, in omni vita sua inservire studuit. A concupiscentiis enim carnis prorsus alienus, cæteros quoque ut ita essent sedulo admonebat. Et cum supra modum fortunarum suarum esset in omnes liberalis, in miserabiles præsertim multo propensius ferebatur : hosque in primis omni tempore, summa cum pietate fovere consueverat. Opinionis, que asserit beatam Virginem sine originali peccato conceptam, prono affectu atque animo adhæsit; et in 2 Decretalium, cap. 9, de seriis § Conquestus, ex Poloniæ Chronica retulit, quemdam doctorem, nomine Paulum, dicendo Virginem Mariam conceptam fuisse in peccato originali, coram toto clero in Cracovia, civitate Poloniæ, expirasse in medio sermone.

Obit Constantiæ, anno salutis 1417, ætatis 87, die sexta Novembri. Sed postmodum a suis in patriam translatus, Patavii in templo maximo repositus est, in Zabarellorum saccello, beatæ Mariæ Virginis dicato, in sublimi loco, cum figura mar morea ipsiusmet cardinalis quiescentis.

§ XXI. — De Francisco Ximenio.

Franciscus Ximenes, Cisnerus, Hispanus, ord. Min. ex archiepiscopo Toletano S. R. E. cardinalis a Julio II creatus (eius gesta amplissima, et dignitatis plena, ne ab hominum memoria evellementur, vii libris conscripsit Alvarus Gomecius) augustissime colorum Reginæ cultui quam dedicatus fuerit, atque adductus, multa præclara monu-

menta virgineæ Matris honori ab ipso erectora dedicataque, manifestis argumentis demonstrant. Turri Lacunæ (quod illi solum natale fuit) magnis impensis, ædem præclarum et magnificam Deiparæ erexit, in qua Franciscani sodales sanctissimæ Virginis numen religiosis precibus, et obsequiis demerentur. Illescis, insigne cœnobium sacrarum seminarum eidem Deiparæ condidit, annnis proventibus per pulchre instructum. Compluti, domini titulo Matris Dei ædificavit, ubi ægrotantes scholastici curarentur. Orani, mesquitam maximam, Mahometanis ritibus conspurcatam, postquam illam rite emundasset et expurgasset, Mariæ Victrici et angelicæ ad eam Annuntiationi dedicavit. In hoc autem templo, cœnotaphio ad aram maximum constituto, ut sibi anniversario sacro xv Kal. Junias, quo die Oranum capta fuit, parentaret, instituit, triginta millibus nummorum ad hanc operam in perpetuum datis. Inter multa, quæ e reipublicæ ecclesiastice utilitate, in Complutensi conventu, fecit decreta, primariis sacerdotibus (quos Curas vulgo vocant) præcepit, ut singulis Dominicis diebus, post horas Vespertinas campanæ sonitu, vicorum sibi subjectorum pueros, ad Deiparæ Virginis Salutationem convocarent, ibique eos per se, aut per æditum, Christianæ religionis symbola edocerent. Inter alia, quæ circa pietatem divis debitam religiose sanxit, diem Præsentationis Dei Genitricis Mariæ ii Kal. Octobris solemní pompa et festo apparatu coli jussit. xiv vero Kal. Aprilis eadem solemnitate D. Josephus Virginis Mariæ sponsus ut coleretur, non solum sanxit, sed in Kalendarium Toletanum, in quo desiderabatur, referri mandavit.

Capta Granatensi urbe, anno 1499, xv Kal. Januarias, eo scilicet die, qui Gothicis temporibus, Reccquintho rege procurante, angelicæ ad Deiparam legationi, ex institutione Eugenii II archiepiscopi Toletani consecratus religiosissime, et persancte colitur, plusquam tria millia hominum lustrali aqua, non privatim singulos de ecclesiastico more tingendo, sed aspersorio universo lustrando, expiavit Ximenius. Cum hoc igitur auspicatissimo die, bona quadam Ximenii fortuna, tanta res fieri coepit esset, ingentis hujus beneficij causa, quo res publica Granatensis tunc per eum affecta fuit, Deiparæ Virginis, sub cuius tutela ecclesia Toletana est, solemnia sacra, cum Granatæ, tum Toleti eo die quotannis facienda curavit.

Post celebrem illam victoriam, quam, Ornano urbe capta, ex Afris hostibus reportavit, Compluto Toletum venit Ximenius, ut vota, quæ in periculis transmarinis voverat, in Virginis Deiparæ templo maximo, ubi illa coli gaudet, supplex redderet. Durant ad nostram ætatem sacri dies, in monumentum Africanæ victoriae instituti, quibus postridie Dominicæ Ascensionis, atque altero in sequenti, templi maximi sacerdotes sacra in Ximenii parentationem faciunt, amplis redditibus in hoc contri-

butis. Ad sacram vero templi Toletani Marianæ supellectilem renovandam tria nummorum aureorum millia una vice donari jussit. Sodalitatem Conceptionis B. Virginis Toleti erexit, ab Adriano VI anno 1522 confirmatam, aliisque Romanis Pontificibus amplissimis favoribus enmulcatam, quæ adeo principum personarum nominibus nobilitata est, ut præter duces, marchiones, comites, equitesque magno numero, omnes archiepiscopi Toletani, post Ximenium nostrum, ipsique Hispaniae reges, a Ferdinando et Isabella, omnes, ut patroni et confratres ascripti reperiantur. In erectionis porro prædictæ sodalitatis, quod ipse evulgavit, diplomate, hæc inter alia posuit Ximenius: « Ob specialem devotionem, quam semper habuimus et habemus erga Immaculatam Conceptionem Matris Dei, volumus esse patroni et confratres sodalitatis ejusdem Immaculatæ Conceptionis Matris Dei, quam Toleti fundavimus, optamusque quod archiepiscopi nostri successores, sint patroni et confratres dictæ sodalitatis, quos magno affectu rogamus, ut profectui, utilitati atque incremento dictæ sodalitatis invigilent, pro certo habentes, quod si illi hoc agent, a Dei Matre omnia, quæ desiderant, obtinebunt. » Sic ille.

Quoniam vero sodalitas jam dicta Conceptionis inter alia pietatis exercitia, pauperibus, infirmisque juvandis invigilat: Ximenius, præter alias per amplas opum donationes ipsi factas, quodam tempore, quo ob squalidum et impluvium cœlum, frugum inopia laborabatur, lectissimi frumenti quatuor millia, et amplius modiorum eidem in usus pauperum distribuendos dedit. Quæ summa, ob immnane tunc grani pretium, admirationi fuit. Idecirco sanctæ Dei Genitricis Conceptionis die, Ximenio anniversaria sacra, quotannis, sunt, sodalibus ad cœnobium Franciscanorum solemní pompa ventientibus. Deinde (quoniam pharmacis et medicamentis ad ægrotantium curam comparandis, vicena nummorum millia, nongentos item frumenti modios, in singulos annos, quoad vixit, contulit) Ascensionis Dominicæ die, in codem cœnobio solemnibus sacris laudes cœlitibus et Ximenio offerunt. Rursus quia tria millia nummorum aureorum dedit, quibus pascua miræ ubertatis coempta sunt, quæ nunc maximos proventus reddunt, Kal. Novembri ac postridie ejus diei, sacra in æde propria Ximenio parentatur, deque ipsius præclaris gestis apud sodales frequentes concio habetur. Et quoniam sodalitati a se institutæ condonationes (quas indulgentias appellant) quo majori religione sodalium animos devinceret, concessit, in Augustinianorum cœnobio, sub Idibus Augusti, ad aram Virginis Matris, quæ Gratiae cognomen habet in Ximenii memoriam festum diem celebrant, stipe quinquaginta pauperibus tributa. Ædiculam, quæ juxta domum antistitis Toleti est, suæ sodalitati pro sacris peragendis Ximenius tradidit, quæ in diem præsentem sodales

fruuntur. In hujus porro sodalitatis institutæ monumentum iv Non. Octobr. (qui dies B. Franciso religiosus est) tanquam Ximenii tutelari, sodales sacra faciunt, quinquaginta sportulas totidem egenis distribuunt, et anniversario, funebrisbusque hostiis Ximenii animam et cognatorem expiant. Porro, ædicularæ pontificiae traditæ gratia, sacra, per tria Paschata pro pontificibus Toletanis religiosissimo apparatu, peraguntur, et singulis quibusque hebdomadum Sabbatis, pro eorum salute, sub vesperam, preces ad Virginem funduntur. Vocans in suum patrocinium Deiparam Virginem Mariam (quam vivens semper amantissime coluerat) de hac rerum humanarum instabilitate, vani-

tateque in cœlum decepsit Ximenius, anno salutis 1517, ætatis 80, vi Idus Novembris.

§ XXII. — *De Fulvio Corneo.*

Fulvius Corneus, civis et episcopus Perusinus, Julii III Pont. Maximi sororis filius, S. R. E. cardinalis, tituli S. Mariæ in Via, ab eodem summo Pontifice renuntiatus, vir ingenii felicite et incomparabili virtute clarissimus: inter alia pietatis suæ erga augustissimam cœli Reginam testimonia, sacerdotalem amictum opere Phrygio conspicuum Lauretanæ Virgini donum obtulit. Ad mortalis vitæ exitum venit, anno Domini 1585, ætatis 66, die 2 Martii.

CAPUT VII.

De Gabriele Paleotto, Gabriele Tressio, Gaspare Borgia, Gaspare Contareno, Georgio Costa, Georgio Radzivil, Goffrido Vindocinensi, Gregorio Cortesio, Gualla de Bicheris, Guidone Ascanio Sforzia, Guidone de Pore, Gulielmo de Agrifolio, Gulielmo Alano, Gulielmo Estouteville, atque Gulielmo Syrleto S. R. E. cardinalibus.

§ I. *De Gabriele Paleotto.*

Gabriel Paleottus, Bononiensis, a Pio IV^o Pont. Max. præsentim per D. Caroli Borromæi (qui viri virtutem noverat) commendationem, in cardinalium collegium cooptatus, pro innata sibi erga sanctissimam Dei Genitricem pietate, ac religione, dum doctoris insignia consecutus, adhuc jurisprudentiam publice in patria profiteretur, vires studiorum laboribus defatigatas, post publicæ operæ intermissionem, maxime æstivis feris, recreare solebat piis peregrinationibus, seu ad sacrosanctam ædem Laurentianam, seu ad alia insignia Deiparæ Virginis in Italia templo, religiose suscepit. Bononiensis antistes factus, seminarium, quod satis amplum, attributa etiam de suo pecunia, Bononiæ excitatit, optans cum Mariana pietate conjunctum; ad eam non tam verbis, quam exemplis clericos inducebat, dum inter alias pietatis exercitationes Officium parvum beatæ Mariæ Virginis, cum iisdem clericis frequenter recitabat. Cum assidue, ac vehementer pluviae maximam omnibus curam injecissent, ne (ut sæpe contigerat) Bononiensis agri segetes jam maturescentes extinguerent, multis frustra imploratis auxiliis, Paleottus una cum magistris decrevit, ut imago Deiparæ Virginis, quæ apud vicum S. Petri Bononiæ colitur, per urbem deferretur, atque illa religiose in pompa perlata, supplicatio de more exhibitis sacris, et profanis ordinibus ageretur. Quo facto, lux statim optatae serenitatis affulxit, non tam cœlo, quam Bononiensem animis. Cum per Gregorium XIII, Ecclesia Bononiensi ad fastigium metropolitanæ dignitatis erecta, archiepiscopus ipse fuisse renuntiatus, ob eximum suum erga Deiparam studium, die Annuntiatae Virgini dicata, prima sacra archiepiscopalia celebavit: inter quæ apud magistratus et senatores, de eadem Annuntiata Virgine Latinum sermonem habuit, Bononiensis senatus jussu tunc in lu-

cem evulgatum, ut ex Sigonio lib v *De episcopi: Bononiensibus* dixi in *Bibliotheca Mariana* parte 1.

Sermonem vero a se habitum (integrum quandoque in *Bibliotheca purpurea Mariana*, si Deus voluerit, afferendum) in hæc verba conclusit: « Tu quoque, Regina cœlorum, populi Bononiensis præsidium, et clamantium ad te perfugium, hanc ciuitatem multarum hodie ecclesiarum matrem effectam, tu omnium Mater clementissima, in sinum benignitatis tuæ recipe. Tu clerum nostrum, magistratus, senatores, aliorumque civium ordines pietate tua custodi, clementia protege, ut cum dignitatis amplificatione crescant virtutum merita, ac sanctitatis, castitatis, veritatis, justitiaeque studio se extollant, ut tuo hodie exemplo vere nos quoque canere possimus: Ecce servi Domini, fiat nobis secundum verbum tuum. » Hæc ille.

Beatissimam Virginem Mariam, quam ut parentem amantissimam, advocatamque fidissimam, religiose semper coluit, in omnibus quidem virtutibus, sed præsentim in humilitate, enjus decor, inter cæteras potissimum in illa effulsit, imitari satagebat. Unde archiepiscopali dignitate auctus: « Nos quoque, inquietabat, exemplo beatæ Virginis, per humilitatis portam ingredientes, quidquid hoc honoris est, multo meritis nostris excelsius: quidquid ponderis, multo viribus nostris gravius: quidquid officii, facultate nostra majus esse agnoscamus, et confitemur divinæ hoc opus beneficentiae esse, quæ parva extollit, quæ suscitat de pulvere egenum, quæ intellectum dat parvulis, et facit mirabilia magna, ut inde potentiae, sapientiae, bonitatisque suæ splendor magis eluceat. Et quando eidem placuit, ut per nos, qui nobis ipsis non sufficiamus, veluti tamen ministros suos nobilissimæ hujus provinciæ commodis consuleretur, iterenus sapius eamdem cum beata Virgine vocem, Fiat nobis secundum verbum tuum. » Sic ille.

Nullum agebat diem, quo B. Mariae Corollæ et Officii precationem non adhiberet : ac Marianam pietatem, quam ab incunabulis hauserat, novis in dies documentis confirmabat. Et quidem parvum B. Virginis Officium Coronamque sole exoriente recitabat : vesperi vero, antequam cubitum iretur, universos domesticos ad beatæ Virginis Litaniæ eum aliis precibus recitandas convocabat.

In sua archiepiscopali basilica, ad dexterum latitudinis aræ maximæ, in honorem beatissimæ Virginis Mariae sacellum, marmoribus, picturis, organis, musicis, atque suppellectili valde spectabile exstruxit, congruaque censu, ad divinum in eo cultum retinendum, locupletavit; ad quod apparatu quam maxime solemni plurimas sanctorum reliquias aureis argenteisque thecis distinctas, a veteri, ubi in episcopio privatim asservabantur, loco transtulit, easque populo Bononiensi perpetuo colendas tradidit. Huic etiam sacello a se fundato omnem penitus ornatum pontificium, ac præterea candelabra, crucem, aliaque vasa argentea, in postremæ voluntatis suæ tabulis, reliquit. Placidissime animam Deo reddidit anno salutis humanæ 1597, atatis 75, undecimo Kal. Augusti.

§ II. — *De Gabriele Tressio.*

Gabriel Tressius, seu Treius, Paniaqua Hispanus, vir cunctis numeris absolutus, et propter vitæ integratatem, et litterarum singularem splendorem omnibus venerandus, quem Paulus V Pontifex Maximus, anno 1615, in amplissimum S. R. E. cardinalium ordinem cooptavit, inter alia Marianæ affectus specimina, quibus eximiæ pictatis suæ erga sanctissimam Dei Genitricem studium luculentier demonstravit, pro purissima ejusdem sanctissimæ Dei Genitricis Conceptione, multum operæ studiique posuit, et a Paulo V, Pontifice Maximo, omni qua potuit precum instantia postulavit, ut ipsius purissimæ Conceptionis mysterium Christiano populo auctoritate apostolica declarare dignaretur : ad id, et a propria erga tantum mysterium devotione, et a Catholici regis litteris (quarum exemplar subjicio) efficaciter provocatus.

Exemplar litterarum catholici regis Philippi III, ad cardinalem de Trejo :

« D. Philippus Dei gratia rex Castellæ, etc. R. Adm. in Christo Pater cardinalis, mihi valde charæ et dilectæ amice, quanvis jam perspectum habeas, quot, et quantæ, et quam justæ se offerant ratios, ut Sua Sanctitas velit, sicut desideratur, mysterium aperire purissimæ Conceptionis Domine nostræ, et episcopus Carthaginensis frater tuus (quem in illam mitto curiam, ut pro me legatione fungatur extraordinaria, et ut hoc solum postulet), in particulari te de omnibus informabit : attamen has ad te volui dare litteras, ut magnopere tibi injungam, sicut et injungo, ut enim adjuves, et dirigas in hoc negotio, ea sollicitudine et cura, quam rei gravitas expostulat, alliciendo et disponendo Suam Beatitudinem, ut locum mysterium declareret, ad

hoc ut multa cesserent inconvenientia, quæ sequuntur ex opinionum contrarietate, et præcipue quæ novissime visa sunt post decretum, quod Sua Beatus emisit : propterea quod non tam efficax fuerit remedium, sicut sperabatur, ex sancto et pio suo zelo et reipublicæ expediebat Christianæ. Ita ego Suae Beatitudini scribo, hoc ab eo efficaciter flagitans, sicut tibi tuus referet frater. Scripti etiam cardinali Boriae, ut cum adjuvet ad efficaciter et sollicite meo nomine instantum in hoc, et similiter cæteris cardinalibus, sicut ipse perripies. Ad omnia, quæ pro tui virili feceris, ut bene dirigatur et brevitatem expediatur hoc negotium, magnopere gaudeho. Et sit, reverende cardinalis, mi valde et dilectæ amice, Dominus noster in tui continua tutela et protectione. Datum Madrii, 9 Octobris anno 1618. Ego rex. Ex præcepto Suae Majestatis, Antonius de Arostigui secretarius. »

Eadem precum instantias apud Gregorium XV, Pontificem Max. Pauli successorem, continuavit Tressius; licet una cum aliis purissimæ Conceptionis fautoribus (quia ultimæ definitionis nondum in cœlo statuta hora advenerat) ab ejus Sanctitate solum impetraverit, ut nullus, non solum in publicis concionibus, lectionibus, conclusionibus, et aliis quibuscumque actibus publicis (quod statuerat Paulus), sed neque etiam in sermonibus et scriptis privatis impostorum asserere auderet, beatissimam Virginem fuisse conceptam in peccato originali, nec de hac opinione affirmativa, aliquo modo agere seu tractare, exceptis tamen quibus a sancta Sede apostolica fuerit super hoc specialiter indulsum : et ut omnes et singulæ personæ ecclesiasticæ, tam sæculares, quam cuiusvis ordinis et instituti regulares, in sacrosancto Missæ sacrificio ac divino Officio celebrandis, tam publice quam privatum, omni alio exploso, non alio, quam Conceptionis nomine uterentur. Alia licet non desint a tanto principe edita Marianæ religionis specimina, quia tamen illa ad meæ cognitionis notitiam hactenus non venerunt, hoc loco ea ad posteros transmittere non possum. Ad meliorem vitam transmigravit Tressius, obsequiorum, quæ Deiparæ Virgini præstiti, a Deo Optimo Maximo in cœlesti regno præmia percepturus, anno a parti Virginico 1630, die 12 Februarii.

§ III. — *De Gaspare Borgia.*

Gaspar Borgia, Hispanus, canonicus Toletanus, quem ob generis virtutisque nobilitatem, Paulus V Pontifex Maximus ad honoris cardinalitii fastigium sublimavit, Marie Deiparæ Virginis devotissimus cliens, inter alia, quæ in omni vita ostendit, Marianæ religionis specimina, multum pro beata Virgine et pro ejus immunitate ab originali labore laboravit, et non parum juvit, ut Paulus V Pontifex Maximus ederet illud in favorem purissimæ Conceptionis beatissimæ Virginis decretum, præceptum continens de non affirmando, quod beatissima Virgo Domina nostra peccatum habuerit

originale, sive in sermonibus, sive in aliis actibus, propter scandalum, quod ex ejusmodi assertione recipit populus Christianus. Idem, apud eundem Paulum V, omni qua potuit preeam efficacia iustitit, ut ejusdem purissimae Conceptionis Dominae nostrae mysterium, auctoritate apostolica, Christiano populo declarare dignaretur : ad id et proprio in tantum mysterium affectu, et catholici regis ad eum litteris, nunc subjiciendis, exstimum-latus.

Exemplar litterarum catholici regis Philippi III, ad illustrissimum cardinalem Borgiam, qui tune regii oratoris ordinarii vice fungebatur in urbe :

« D. Philippus, Dei gratia rex Castellæ, Legionis, Aragonie etc. R. Adm. in Christo Pater cardinalis de Borgia et Vélasco, mihi chare et valde dilecte amice. Episcopum Carthaginensem (per quem hanc accipies epistolam) in illam curiam mitto, ad obtundam legationem extraordinariam apud Suam Beatitudinem, ut velit declarare mysterium purissimæ Conceptionis Dominae nostræ, ut sic eessent scandala, quæ eveniunt in populo Christiano ex opinionum diversitate, et quæ ultimo agnita sunt per decretum Sue Beatitudinis, cum non fuerit officia illud remedium, quod suo pio et sancto zelo sperabatur, in re tanti momenti. Et quamvis probe norim, quod perspecta rei gravitate, et magna convenientia, ut hoc declaretur mysterium, sollicite et diligenter, quantum in te fuerit, adjuvabis episcopum, ut Sue Beatitudini vivaciter repræsentet prementes urgentesque rationes, ut hoc fiat (de quibus ille bene est instructus, quas tibi referet, eum his quæ offeruntur), tamen hoc tibi volui injungere, sicut injungo, quod ei assistas, et adsis, cumque adjuves in omnibus quæ expedierint, eo affectu quem ego mihi de te promitto. Familiarius circa haec eum eo communicato, et eum animadverte de his, quæ tibi videbuntur expedire, ut siant eo tempore et occasione, quibus hoc expediendum sit negotium. Omnia adjunge media, quæ fuerint necessaria; meo etiam nomine pete a quibus expiderit, ad bonam negotii directionem, ut similliter instent apud Suam Sanctitatem (est enim causa haec omnibus communis), certiores eos reddens, mihi valde placitum, quod eorum quilibet per se, et quantum potuerit, adjuvet et promoveat opus hoc tam sanctum, in Dei obsequium et bonum Christianæ reipublicæ. Bonora etiam, et existima valde, ipsum episcopum, sicut meretur propter suam virtutem, sapientiam et laudabilem zelum, quo pergit ad hoc negotium peragendum. De his omnibus maximopere gaudebo. Ad Suam Beatitudinem in episcopi commendationem et auctoritatem litteras dedi, quarum exemplar hic tibi mitto. Et sit, Rev. in Christo Pater cardinalis de Borgia et Vela-sco, mihi valde chare et valde dilecte amice, Dominus noster in tui continua tutela et protec-tione. Datum apud S. Laurentium 24 Septembris,

anno 1618. Ego rex. Ex præcepto Suæ Majestatis Antonius de Aróstegui secretarius. »

Sed et Borgia noster, pro ardentí suo erga immaculatam Virginem affectu, apud Gregorium XV, Pauli successorem, pro ultima decisione mysterii purissimæ Conceptionis preces renovavit, ab eoque una eum aliis obtinuit, ut ederetur illa constitutio, qua idem Pontifex omnibus et singulis mandat et præcipit, ne de cætero, donec articulus hujusmodi a Sede apostolica definitus, et per Sanctitatem Suam et Sedem apostolicam fuerit aliter ordinatum, neque etiam in sermonibus et scriptis privatis audeant asserere, quod beatissima Virgo fuerit concepta cum peccato originali, nee de hac opinione affirmativa, aliquo modo agere, seu tractare (exceptis tamen quibus a Sede apostolica fuerit super hoc specialiter indultum), et quia insuper mandat et præcipit omnibus et singulis personis ecclesiasticis, tam sæcularibus, quam cuiusvis ordinis et instituti regularibus, ut cum sancta Romana Ecclesia de beatissimæ et intemeratae Virginis Mariae Conceptione festum solemniter et Officium celebret, in sacrosaneto Missæ sacrificio ac divino Officio celebrandis, tam publice quam privatim, non alio quam Conceptionis nomine uti debeant.

Romæ ecclesiam Sanctæ Mariæ, nuncupatam de Sancto Joannino, pia liberalitate refecit Borgia, et pro propenso suo in Deipara Virgine colenda affectu, plura in ejusdem Deiparae Virginis honore præstitit, quæ me latent. Mortalem hominem exuit, anno Incarnationis Dominicæ 1645.

§ IV. — *De Gaspare Contarenio.*

Gaspar Contarenus, Venetus, clarissimo genere natus, et præstantissima virtute conspicuus, a Paulo III Pontifice Maximo (licet invitus) in purpuratorum Patrum collegium cooptatus, et S. Mariæ in Aquino titulo insignitus, enjus admirandam integritatem, doctrinam et eloquentiam, et apud summos reges gesta et scripta testantur, morum præsertim honestate, virginali pudore, et assiduo innocentia, justitiae, pietatisque solide cultu Deiparae Virginis honorem debitum exhibere studuit. Cum Lauretanæ beatæ Virginis aedi a Paulo III protector fuisse datus, ob singularem suum erga Dei Matrem affectum, per Galeatum Florcimontium (qui postea Aquini amistes fuit) rem Lauretanam optime gerebat : sed ingenti sni exspectatione concitata, cessit e vita, et quæ ad ampliorem Marianæ camieræ venerationem mentis utero conceperat, fetu operis edere non potuit. Ex hac luce migravit Bononiae, anno salutiferi partus 1542, cum annum ageret 59, Kalendis Septembbris, cuius corpus postea Venetas translatum in sepulcro majorum suorum, in ecclesia Sanctæ Mariæ de Horto collectum est.

§ V. — *De Georgio Costa.*

Georgius Costa, Lusitanus, archiepiscopus Ulyssiponensis, ob eminentem virtutem, pietate ornataui, inter purpurati ordinis senatores a Sixto IV,

Pontifice Maximo relatus, inter alia Marianæ reliquias specimina, Romæ in ecclesia Sanctæ Mariæ de Populo capellam construxit, doteisque dedit: atque alia bona, ob suam in Virginem singularem devotionem, eidem monasterio religiose contulit. E mortalium numero abiit, anno orbis Christiani 1508.

§ VI. — *De Georgio Radzivil.*

Georgius Radzivil, Lithuanus, Nicolai Radzivil, Olœa ducis, et Niesvissii Palatini Vilnensis filius, episcopus primum Viluensis, deinde Cracoviensis, qui in eximiae virtutis merito et veræ pietatis estimatione insignem, Gregorius XIII, Pont. Max. sacro purpuratorum Patrum cœtui adjunxit, Virginis Matri Deiparæ ardenti studio devotissimus, ad illam in omnibus suis difficultatibus fidentissime recurrebat, semperque subsidium apud illam ei desiderii sui quietem plenam inveniebat. Quando ignotus mentitoque habitu iter arripuit, et pedes (ut aiunt) S. Jacobi corpus in Hispania visitavit, nullam prætermisit religione et cultu celebrem Deiparæ Virginis ecclesiam visitare, assiduisque devotionis studiis pietatisque exercitiis cœlestis Reginæ gratiam, dum vixit, sibi demereri studuit. Quæ propterea Regina, vere clemens, vere misericors, clienti suo observantissimo, in extremis mortalis vitae terminis constituto, præsentiam suam exhibuisse, eumque ad æternum duratura supernæ gloriae gaudia amantissime invitasse perhibetur. Misera hanc vitam cum beata commutavit, anno Jubilei 1600, ætatis 44, mense Januarii.

§ VII. — *De Goffrido Vindocinensi.*

Goffridus, natione Gallus, patria autem Andegavensis, genere in primis claro ac nobili progenitus, ex abbe Vindocinensis monasterii, ordinis D. Benedicti, S. R. E. cardinalis, tituli S. Priscae, in Monte Aventino, ab Urbano II Pont. Maximo creatus, sanctissimæ Dei Genitricis (quam præ affectus teneritudine bonæ Mariæ, bonæque Matris nomine nuncupabat) fuit a prima pueritia ad mortem usque observantissimus. Non solum omnipotenti Deo, Creatori suo piissimo, summo et vero Sacerdoti, sed etiam ejus beatissimæ Matri Mariæ semper Virginis se multum miserum et peccatorem confitebatur. Aiquid a Deo Opt. Max. postulatus, cum ineffabili Dei pietate, gloriosam B. Mariæ semper Virginis intercessionem, quam (ut postea videbimus) sciebat efficacissimam, conjungebat. Sæpe Dei Matrem orabat, ut sui miseretur, et de convallelaerymarum, pressus peccatorum mole, ad illam clamabat:

*Virgo pia,
Sis mihi dux atque via,
Quem tu benedicta regis,
Observat præcepta legis.
Deum amat, Deum credit,
Nunquam ab illo recedit.
Rege queso me miserum,
Sanctissima mulierum,
Ut divinæ memor legis,
Sim ad velle magni Regis :*

*Peccans corde, peccans ore,
Recessi a Creatore,
Sed succurre mihi reo,
Mater ejus sancta Virgo.
Fac mihi propitium,
Quem genuisti Filium,
Pro me apud ipsum ora,
Et succurre sine mora.
Qui assumpsit ex te carnem,
Exaudiens tuam precem,
Nihil tibi denegabit,
Quem mamilla tua pavit.
Et cui inter cunabula,
Chara dedit oscula,
Quidquid illum petieris,
Impetrare poteris.
Deus puer ex te natus,
Et Filius nobis datus,
Mundet sua pietate
Me ab omni iniquitate. Amen.*

Aiebat, sine Deiparæ Virginis laude Deo placere impossibile esse, et cum laude ipsius, ei displicere posse neminem. Unde hortabatur, ut sanctissimam et admirabilem Virginem laudaremus; cum Virginis Filio placere sine Matris Virginis laude non possemus. « Diligamus, inquiebat, eam, sicut charissimam Matrem, quam ipse diligit ut propriam carnem. Haec est, dulcissima Mater Virgo Maria, quæ mortis peperit mortem, vitam hominis, diaboli confusionem, absolutionem peccatorum, omnium justorum beatitudinem. Haec est cui angeli serviant, archangeli famulantur, omnis etiam mil tia cœlestis exercitus hanc Virginem laudat et veneratur. Haec sola post Deum super omnes creature obtinet principatum. »

Asserebat Dei Filium Matris suæ injuriam gravius ulcisci, quam suam, et nulla ratione inultam dimittere, nisi prius ipsa pro suo injuriatore rogaret. Affirmabat, Dei simul et Hominis Matrem incorruptam, post Filium suum esse præcipuum remedium peccatoribus, quo post lapsum fugiant: consilium ut pœnitentiant; auxilium ut convertantur, ne pereant. Nullam tam gravem esse peccati vel criminis plagam, cuius non esset, si ipsa vellet, medicina. Confessionem et pœnitentiam in hominibus desiderare peccatorum, ut pro illis occasionem habeat deprecandi. Quapropter suadebat, ut excellentissimæ ac piissimæ Matri Domini, semper Virgini Mariæ humiliiter supplicantibus, quod male fecimus, constiterit nulla occasione differremus, et per supplicabiles ipsius preces nos, et omnes actus nostros Domino commendaremus: ut ad ipsum, qui et peccantibus juste irascitur, et pœnitentibus misericorditer indulget, pervenire meremur.

Considerans vero bonam Mariam peperisse Christum et in Christo peperisse Christianos, in hunc modum ratio inuabatur: « Est itaque Mater Christi Mater Christianorum. Si Mater Christi Christianorum Mater est, patet profecto, quia fratres sunt Christus et Christiani. Nec solum Christus Christianorum frater est, sed pater omnium hominum, et præcipue Christianorum: et nos quidem Christiani

sumus, et voluntate, malitia et multiplici malignitate a tanta fraternitate facti degeneres, tanti Patris nos indignos fecimus haereditate. Unde ad Matrem ipsius, et per ipsam ad ipsum recurramus, quia pia et misericordi dispensatione Matrem suam nostram esse voluit, ut nobis in nostra necessitate ferret auxilium. Et quoniam Redemptorem nostrum paratissimum ad ignoscendum novimus, et ejus gloriosam Matrem habemus, si volumus, in adjutorium, non est nobis jacendum in peccatis, sed citius resurgendum. Et quia nostris meritis hoc minus, imo nihil penitus agere possumus, aliunde queramus consilium. Solummodo, et misericordia Redemptoris, et ejus Matris auxilio nobis restat agendum. Et ideo, Fratres, nos miseris et infelices humiliiter confiteamur, et cum timore et dilectione oremus bonam Domini Matrem piam Virginem, ut nobis peccatoribus non indignetur, quam nunquam, ut dignum est, honoravimus, sed multis injuriis provocavimus ad iram. Non sit memor injuriarum, sed quo nos genuit amore vincatur, et matris pietate circa nos haereat, quasi jam pro peccatis deputatos ad poenam, suscipiat causam nostram piissima Mater, et negotium nostrum agat, nobisque auxilietur, ut nos a morte peccatorum, ejus auxilio suscitatos, inducat eum lumine fidei et sapientiae in templum gloriae cœlestis, et offerat Filio suo, et ad pedes ejus nos ponat. » Sic ille.

Virginitatis perpetuae Deiparæ Virginis fuit acerrimus propugnator, ac de ea aliquando sermonem habens, hæc inter cætera dixit: « Quibusdam personis ascribitur, quod Matrem Domini, et ante partum et post partum prædicant quidem Virginem, sed portam ventris ejus apertam in suo partu et post partum statim clausam fuisse fatentur; quasi ad horam fuerit Virgo, et ad horam perdiderit virginitatem. Insanum est hoc dicere, et credere profanum. Qui hoc dicit, vel credit, Spiritui sancto contradicit, nam disfictetur veritatem quam Spiritus sanctus per Ezechielem prophetam confitetur dicentem, xliv: *Est porta in domo Domini clausa, et non aperietur. Ego autem in Spiritu sancto firmiter credo et indubitanter proficer, et ad horam, et ad moram, et ante partum, et in partu, et post partum, eam fuisse Virginem, et peperisse in una persona Deum et hominem, et sine carnis apertione, et sine corporis et animæ corruptione.* In paradiso fuisset quidem ista conditio, nisi primi parentes peccasset, quod sine corruptione, id est, sine læsione corporis et animæ crearent et crearentur, non tamen sine carnis apertione; nam si decesset carnis apertio, virginitas servaretur, et ita unusquisque nasceretur de virgine: sed fieri minime potuit, ut nasceretur de virgine homo, nisi ille solus, qui est Deus et homo. Quicunque igitur super hoc aliter sapiunt, despiunt, et quod est prorsus alienum a veritate narrant: sed errant, et nihil prodest eis Matrem

Salvatoris, et ante partum, et post partum confiteri Virginem, qui eam in suo partu fuisse Virginem negant; Virgo etenim sancta fuit ante partum, et in partu Virgo sanctior, et sanctissima Virgo post partum, quia quanto majora egit in ea divina operatio, tanto major in ipsa sanctitas crevit atque religio. Hoc docemur fide catholica, et Christiana doctrina contrarium exsecurum. Nunquam igitur aperta, sed clausa semper et sigillata fuit uteri Matris Salvatoris nostri janna, per quam exiuit ipse Deus homo, tanquam sponsus procedens de thalamo. Sicut radius ex stella procedit, sic Dei Filius processit ex Maria. Nec stella radio produente corruptitur, nec beata Mater Filio nascente violatur. » Sic ille.

De potentia atque efficacitate precum beatissime Virginis apud Deum quam digne sentiret, satis abunde declaravit, dum hæc perennaturis litterarum monumentis consignavit: « Beata Maria, Mater Virgo et Sponsa intacta, piissima apud piissimum Filium suum obtinebit, ut nemo illorum pereat, pro quibus vel semel oraverit. Nec mirum, quia universum suis precibus mundum salvare potest, si ipsa voluerit. Et ipsa quidem pro universo mundo paratissima esset ad precandum, totusque mundus salvaretur, si precibus ejus se faceret dignum. Ille veracissime apud omnipotentem Filium, ut diximus, orando, potest quidquid desiderat: sed pro illis, qui semper peccare desiderant, nullatenus orat. Nam qui hujusmodi sunt, Deo placere ulla ratione non possunt. Cæteri sancti Dominum Deum orant, et orando impetrant. Sed honorabilis Virgo Maria si illum, ex eo, quod Deus et Dominus est, exorare merito creditur: ex eo tamen quod homo est, et natus ex ea, quasi quodam Matris imperio, apud ipsum impetrare quidquid voluerit, sua fide, non dubitatur. Nam si quilibet sanctus apud justum iudicem Deum obtinet, quidquid sibi jure debetur, hæc quæ est Mater Iudicis, et omnium sanctorum Domina, jure Matris nunquam fraudabitur. Hoc est enim materni juris, apud filios dignitate sublimes, ut si eos matres eorum sèpius rogent, quia domini sunt, eis etiam aliquando quasi imperent, quia filii sunt. Bonum utique naturæ, quod Deus hominibus dedit, nunquam sibi, qui est summum bonum, et a quo bona cuncta procedunt, negabit. Et quod hæc beatissima Virgo Mater Dei fecisse legitur in terris, immorito facere dubitaretur et in cœlis. Nam vino deficiente nuptiarum in Cana Galilææ, dixit Mater Jesu ad Jesum, Virgo videlicet Maria ad Filium: *Vinum non habent (Joan. ii, 3), ac si ei ipsa præcipere, ut ipse faceret, quod qui non habebant vimini, haberent.* Hæc bona Mater pietate quidem præcepit, quod bonus Filius pia obedientia complevit. » Hæc ille.

Erga omnia quidem beatissimæ Virginis mysteria, sed præsertim erga sacrosanctum ejus puerperium dulcissimo mentis affectu rapiebatur. Hinc

de eodem puerperio quatuor piissimos sermones compositi, in iisque exhortatus est omnes, ut Dei et hominis Nativitatem devotione celebrantes, exultaremus: quia Dei et Domini nostri nativitas perditum vite remedium hominibus reddidit, nonnumque intulit cœlo gaudium: insuperque, ut Christum verum Deum et verum hominem de Matre Virgine natum toto corde credentes, et confitentes, et condignis nostræ fidei laudibus ipsum et beatissimam ejus Matrem Mariam Virginem humiliter atque suppliciter imploraremus: ut sua dulcissima pietate, et suæ duteissimæ Matris intercessione, animas et corpora nostra a peccatis omnibus purgaret, virtutibusque illustraret, quantum suæ sanctissimæ Nativitatis festivitatem digne celebremus, et eum, qui pro nobis nasci datus est, videre et habere mereamur.

Solemnitatem Purificationis beatissime Virginis Marie majoribus festivitatibus anni asserebat non minorem, et eadem devotione, qua dies Nativitatis Domini, et Epiphaniæ, a Christiana religione noscitur celebrata, affirmabat esse celebrandam. Nam sicut illa erat sua præcipue, et Matris ipsius; sic et ista erat sua specialiter, et Matris illius: et quidem illius diei solemnitas magna, qua Christus de Virgine Matre natus erat, et qua erat a Joanne baptizatus: et ista æqualiter magna, qua ab ipsa eadem Virgine, et a justo Simeone erat Deo Patri in templo oblatus. Deus Pater ante tempora ex se genitum, ut homo fieret in ea, contulit Virginis Matri: Mater Virgo cumdem ipsum ex se in tempore natum, eo die, hominem obtulit Deo Patri.

Utrum pro nitentissima Deiparæ Virginis Conceptione steterit, annon, patet ex serm. 3 de *Nativitate Domini*, ubi inquit: « Dei Filius sanctam in sancta, immaculatam in immaculata Matre animam suscepit, » et carnem. Atque ex serm. 5 de *Resurrectione Domini*, ubi scripsit: « Dei Filius in sanctissima Virgine totum hominem, id est, animam et carnem suscepit, sed talem quallem habuit Adam ante peccatum, non quallem Adam peccando fecit. Non enim aliqua ex parte non sanctissima esse poterat in qua plenitudo Divinitatis corporaliter habitavit. »

Corpus Christi Domini in Eucharistia sumptuosus, illud unum idemque vere, et non aliud confessus est, quod cooperante Spiritu sancto conceputum, natum est de Virgine Maria. Ejus porro ingenii monumenta, quibus suum erga Deiparam studium publico testimonio professus est, enumeraui in Bibliotheca Mariana parte I, atque integra (si Deus favere perrexerit) afferentur in Bibliotheca purpurea Mariana, qua purpuratorum Patrum, eminentissimorum S. R. E. cardinalium de Maria Deipara Virgine Opera continebantur. Vixit usque ad annum reparatae salutis 1129.

§ VIII. — *De Gregorio Cortesio.*

Gregorius Cortesius, Mutinensis, monachus

Cassinas, vir Græcis Latinisque litteris mirum in modum eruditus, quem, ejus virtutis, probitatis, religionis, ac scientiae fama inductus, Paulus III Pont. Max. in amplissimum S. R. E. cardinalium collegium ascivit, augustissimæ cœlorum Regime Mariæ Dei Matri ab ipsa infantia devotus, cum quodam anno contigisset, ut dies ille, quem nos Paraseve appellamus, et qui anniversario ritu Christi Dei et Regis nostri obitus recordationem, singulis annis, renovare consuevit, idem esset, quo et cœlestis nunti ad Deiparæ Virginem missi memoria celebraretur: Cortesius, hac ipsa die, multum temporis in secreto absens, diu cum animo suo versavit inenarrabilem illam mortis vim, quæ Denim Opt. Maximum non hominem fieri tantum, sed mori etiam, et eo præcipue mortis genere, cogisset, quo nullum ea tempestate magis contumeliosum et infame putabatur: et hoc quidem tali affectu, ut in meditatione ejus, non modo ignis exardesceret, sed oculi etiam vim lacrymarum profunderent. Cumque diutius in suavi gratissimoque hoc incerto versatus fuisset, convertit deinceps animum ad Virginem Matrem illam, enjus innocentissimi mores, illibata integritas, humilitas excelsissima, ipsum Dei Filium ad se traxerunt, statimque, velut divino œstro percitus, hoc carmen effudit:

*Swave dicite, virgines,
Carmen, et vario caput;
Flore cingite, totus hic
Transcal celebris dies
Et pia prece latus.
Splendidum viden, ut micat
Lumen: advenit, adrenit
Virgo, quæ peperit Deum,
Sola que meruit Parens
Virgoque, et Nurus esse.
Qualis in Libano cedrus,
Et velut platans virens,
Explicat patulas comas,
Quaque crevit in arduis
Cotibus cyparissus;
Et velut crocea nitet
Veste quæ fugat emicous
Diva luciferum, aut nigræ
Farcta mercibus Indiæ
Salutat æquora navis:
Talis hæc graditur, rosis
Vincta purpureis caput,
Quæ throno sedet aureo,
Inter candida lilia,
Et rubros amaranthos.
Hinc atque hinc resonant chori,
Spirat undique cinnamum
Aura leniter instrepens,
Summa per juga montium,
Ridet undique terra.
Ipsa per medios venit,
Axe quadrijuga sedens,
Canit quam sequitur fides,
Et pudicitæ latus
Servat optima custos.
Cernis ut jubar induat
Solis, ut pedibus premat
Lunan, et ut caput ambiant
Sidera, ut Dominam genuit
Laudet omne animantium?
Ergo vos agite obvias*

*Virgini date virgines,
 Spendeat rutilo chorus
 Igne, thura manu pia
 Luridis date flammis.
 Ne tamen maculas pudor
 Uspiana male traxerit
 Sordidas, caveat rogo,
 Si qua virginio cupit
 Ire proxima curru.
 Sentit illico Virginis,
 Virgo sentit anhelitum,
 Ut sagax leporem canis,
 Virgo que fuerit placet,
 Digna Virgine socrum.
 Nam quod inveniet statim
 Tot nurus faciet sibi,
 Unicum genuit quidem,
 Sed potest tamen hoc, Deus
 Natus unicus ille est.*

Hæc Cortesius, qui (ut ipse dicebat) tantum abest, ut admirandum illud divinitatis sacrarium satis hoc hymno laudatum putaret, ut omnius ab ejus laudibus cessatus esset, ni certo scivisset admirandæ bonitati hoc etiam accedere, ut quæ a mortalibus dantur munera, non propria celsitudine, sed eorum, qui illa offerunt, modulo esse metienda. Alioquin si nihil illi placitum esset, nisi quod ejus magnitudine dignum esse videretur, possent jam cœlestes spiritus ab ejus laude cessare, quos longe magis ei meritis concedere non dubitabat, quam nos ipsi hoc in genere concedamus. Cætera tanti viri eximium erga Deiparam Virginem studium amoremque testantia adhuc me latent. E vivis excessit Romæ, anno salutis 1548, xi Kal. Octobris.

§ IX.—*De Gualla de Bicheris.*

Gualla de Bicheris, aliis Jacobus Gualla de Bicheris, nobilis Vercellensis, S. R. E. cardinalis, titulo Sanctæ Mariæ in Porticu, ab Innocentio III Pontifice Maximo creatus, inter alia sue pietatis erga beatam Virginem specimina, ecclesiæ beati Eusebii Vercellensis quadraginta libras Papienses reliquit, pro uno capellano, qui ad altare beatæ Mariæ Virginis Missam ter in hebdomada celebraret: pecunias etiam et dona reliquit ecclesiis Sanctæ Mariæ de Lagatesco, S. Mariæ de Girunda, S. Mariæ de Ponte, S. Mariæ de Hipporedia, S. Mariæ de Lucedio, et aliis in diœcesi Vercellensi sitis. Item ecclesiis S. Mariæ Majoris et S. Mariæ Novæ de Urbe. Vita functus est circa annum a salutifero beatæ Virginis partu 1241.

§ X.—*De Guidone Ascanio Sfortia.*

Guido Ascanius Sfortia, Romanus, Pauli III, Pontificis Maximi, a quo cardinalis creatus, nepos, vir non modo nobilissimæ familie laude conspicuus, verum etiam propria virtute, et indolis præclaræ indiciis commendabilis, inter alia Marianæ pietatis specimina, una cum fratre Alexandro Sfortia, in basilica Sanctæ Mariæ Majoris de Urbe in honorem Virginis Assumptæ sacellum, singulare artificio, ex Michaelis Angeli Bonarotæ modulo ædificavit. Idem hujus Marianæ basilicæ cernens indigentiam, sibi innata munificentia cum

Paulo VI Pontifice patruo egit, illumque precibus exoravit, ut in reparationem, manutentionem, decus et ornamentum dictæ basilicæ ac divini cultus in ea augmentum, sui archipresbyteratus redditus eidem basilicæ perpetuo assignare atque applicare dignaretur: sicut de facto, illius precibus permotus, assignavit et applicavit, ut ex subiecto diplomate comprehenditor.

¶ Paulus episcopus, servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam, etc. Conspicimus salubriter expedire sane, ut dilectus filius Guido Ascanius Sfortia Sancti Eustachii diaconus cardinalis de S. Flora nuncupatus, camerarius noster, qui archipresbyteratum ecclesiæ beatæ Mariæ Majoris ejusdem urbis ex dispensatione apostolica obtinet, nobis nuper exposuit, redditus et proventus fabricæ ipsius ecclesiæ adeo tenues exsistant, ut ad illius reparationem et manutentionem non sufficiant, si omnes et singuli sanctæ Pudentianæ et sanctæ Eupheniae ecclesiam, etiam de Urbe, et illis forsitan annexorum fructus, redditus et proventus, dudum eidem archipresbyteratu apostolica auctoritate perpetuo applicati et appropriati, ab eodem archipresbyteratu separarentur et dismembrarentur, ac ecclesiæ beatæ Mariæ, ad illius fabricæ hujusmodi in reparationem et manutentionem, ac decus et ornamentum ejusdem ecclesiæ, ac divini cultus in ea augmentum, necnon manutentionem cantorum et puerorum inibi divinas laudes Altissimo decantantium, per dilectos filios, capitulum et canonicos dictæ ecclesiæ beatæ Mariæ convertendi, perpetuo applicarentur et appropriarentur: profecto ipsius ecclesiæ beatæ Mariæ decori et ornamento ac utilitati, et necessitatibus opportune provideretur, cultusque divinus non solum in ea manuteneretur, sed etiam non modicum suscipiat inercentium. Quare cum Guido Ascanius cardinalis et camerarius supplicaverit, ut omnes et singulos fructus, redditus et proventus hujusmodi, qui tercentorum ducatorum auri de camera, secundum communem aestimationem, valorem annum non excedant, ab eodem archipresbyteratu separare et dismembrare de benignitate apostolica dignaremur; nos igitur hujusmodi supplicationibus inclinati, omnes et singulos fructus, redditus et proventus applicatos hujusmodi, ab eodem archipresbyteratu apostolica auctoritate tenore præsentium, ipsius Guidonis Ascanii cardinalis et camerarii ad hoc expresso accidente consensu, perpetuo separamus, ac dismembramus, ac ecclesiæ beatæ Mariæ et fabricæ prædictis, pro reparatione, decore ac ornamento ac illius et cantorum, necnon puerorum inibi divinas laudes decantantium manutentione, divinique cultus augmendo, perpetuo applicamus et appropriamus, etc. Datum Romæ apud S. Marcum, anno Incarnationis Domini 1545, xii Kalend. Junii, pontificatus nostri anno II. ¶

Hujus porro beneficii, ut perpetua apud poste-

ros exstaret memoria canonici basilice Sancte Marie Majoris ad grati animi significationem eidem Guidoni Ascanio hoc in sacrario monumentum posuere :

*Guido Ascanius
Et Alexander Sfortia fratres,
Hujus basilicae archipresbyteri cardinales
In qua Virginis Assumptionis sacellum
Artificio singulari aedificarunt.
Sed Guido Ascanius liberalitate celebrior
Sancta Pudentianæ redditus
Archipresbytero conjunctorum attributos
Retinendis musicis
Aliisque basilicae commodis assignavit.*

Cœlum petiit anno a Virginali partu 1364, Nonis Octobris, cum vixisset annos 45, menses 10, dies 12.

§ XI.—*De Guidone de Pore.*

Guido de Pore, Gallus, S. R. E. cardinalis, titulus Sanctæ Mariæ Transtiberim, a Clemente III Pontifice Maximo creatus, vir eruditionis ac pietatis fama celebris, dum totius ordinis Cisterciensis abbas generalis electus, devote de sibi commissi ordinis statu inquireret, per sanctam Virginem (cui addictissimus erat) responsum de cœlo accipere meruit. Cisterciense sumptuosum templum, in beatæ Virginis honorem erectum, dedicavit, anno 1194. Officium beatæ Mariæ Virginis, quod hactenus a singulis ab initio Cisterciis recitabatur in infirmitorio, a cunctis simul psalli præcepit, edita super hoc Constitutione: nec multo post in choro cantari jussit. Ab exactionibus, quibus vexabatur, impositis ad Virginem appellavit, ejusdemque interventu miraculo Cisterciū liberavit. Cœlum petiit anno Domini 1206, decimo tertio Kalend. Junias, quem Kalendarium Cisterciense inter beatos numerat, et Chrysostomus Henriquez in *Fasciculo sanctorum* ejusdem ordinis.

§ XII.—*De Gulielmo de Agrifolio.*

Gulielmus de Agrifolio, Gallus, genere et virtute nobilis, ab Urbano V in purpuratorum Patrum senatum cooptatus, quam eximie beatam Virginem coluerit, luculenter ostendit, scribendo in laudem ejusdem beatæ Virginis sermones, a Giacconio, Frizonio, Nomenclatore, aliquis memoratos. Jura naturæ persolvit anno salutis 1401, die 13 Januarii, ut dixi in *Bibliotheca Mariana*, parte I.

§ XIII.—*De Gulielmo Alanio.*

Gulielmus Alanus, Anglus, S. R. E. cardinalis, a Sexto V Pontifice Maximo creatus, vir scientiae, pietatis, modestiae ac integratatis fama celeberrimus, inter alia, quæ scimus, sui in Deiparam affectus ac religionis argumenta, cum esset Oxoniensis Academiæ doctor, cuius academicæ a temporibus Scotti doctoris subtilis, Virginem Mariam ab omni originali labe mundissimam prædicant et fatentur, immaculatae magnæ Dei Matris Conceptionem tenuit et defendit. Idem in suo, quod scripsit ediditque, *De Imaginibus*, opusculo, sacras Deiparæ Virginis imagines, contra hæreticorum blasphemias, validissime tutatus est. Occupauit

Romæ, anno salutis humanæ 1391, aetatis 63, xvii Kalend. Novembri.

§ XIV.—*De Gulielmo Estonterilla.*

Gulielmus Estonterilla, seu Totaviilla, cardinalis Rothomagensis uncupatus, Normannus, Gallus, ex monacho Benedictino, atque archiepiscopo Rothomagensi, ob familiae splendorem et vitæ integratem, ab Eugenio IV Pontifice Maximo cardinalitia dignitate ornatus, inter alias propensæ suæ erga Deiparam Virginem voluntatis significaciones, sacravit aram divæ Annuntiatæ de Florentia, ut patet ex inscriptione, quæ ibidem ad parietes legitur:

Gulielmus card. Rothomagensis, cum superni in terris nuntii muovere fangeretur, innumeris miraculis, locisque religione motus, hauc Annuntiatæ aram, summa cum celebitate et solemni pompa sacravit. Anno salutis 1452.

Idem basilicæ Sanctæ Mariæ Majoris de Urbe multos, ad cultum divinum, reliquit proventus: vasa aurea et argentea ingentis valoris donavit: naues laterales cum fornicibus restituit, atque altare magis columnis quatuor porphyreticis a tornavit. Legavit præterea ducatos 1050 auri, ex quibus emerentur prædia, ut eorum fructus ipsius animæ suffragiis impenderentur. Ne vero tanti viri de se optime meriti unquam memoria deperiret, capitulum et canonici basilicæ Sanctæ Mariæ Majoris, ad grati animi significationem, hoc in sacrario monumentum exstare voluerunt :

*Gulielmus Estouerville curd. Rothomagensis
Regiae vir nobilitatis S. R. E.*

Camerarius

*Utramque basilica concavationem fecit,
Campanariam turrim,
Nola addita, restituit,
Geminas ad occidentem valvas aperuit,
Archangelo Michaeli, et B. Petro ad Vincula
Quatuor sacerdotes addixit,
In ara maxima ciborum excitavit.*

Sodalitium etiam Annuntiationis beatæ Virginis in ecclesia Sancti Genesii Lodovensis instituit, ministerio Joannis Dorchii preceptoris, ejusdem ecclesiæ vicarii sui generalis. Legati quoque potestate usus anno 1432, indulgentias contulit ecclesiæ Sanctæ Mariæ Boloniensis, non longe a Lutetia. Terram reliquit, cœlum petitus, octogenario major, anno salutis 1485, xvi Kalendas Februarii.

§ XV.—*De Gulielmo Syrleto.*

Gulielmus Syrletus, Stili in Calabria natus, Hebraicæ, Græcæ Latinæque linguae peritissimus, et humanarum, aliarumque disciplinarum scientia inclutus, quem ob ipsius probitatem, pietatemque Pius IV, Pontifex Maximus, instantे sacro collegio, cardinalem creavit: ut erat in Mariana pietate adinodum eminentis, cum non adessent nummi ad absolvendum sanctæ Mariæ de Montibus in urbe templum necessarii, præfectis dixit: Pergat Marianum opus inceptum, libros (quorum bibliothecam habebat instructissimam) vendam, et cum hi defuerint, Dei benignitas non

interibit. Ejus vivæ vocis oraculum pro Conceptione beatæ Virginis, exstat apud Armamentarium Seraphicum in *Regesto* pag. 471. Scripsit de basilica Sanctæ Mariæ Majoris de Urbe tractatum egregium, qui ms. et adhuc ineditus in Bibliotheca Vaticana asservatur: ejusque meminit abbas

Paulus de Angelis in Descriptione ejusdem basilicæ lib. vi, cap. 5, et alibi.

Cætera tanti principis, quæ exstant, et me su-
gient, Marianæ pietatis specimina, adjungi ab iis
qui ea sciunt, avidissime desidero. Ex hac luce
cessit, anno a salutifero Virginis partu 1585, æta-
tis 71.

CAPUT VIII.

De Haymerico Burgundo, Henrico Caetano, Henrico de Cardona, Henrico Lusitano, Henrico Minutulo, Hieronymo Pamphilio, Hieronymo Rusticuccio, Hieronymo de Ruvere, Hieronymo Seripando, Hieronymo Stridonensi, Hieronymo Vidono, Hieronymo Xaverio, Hippolyto Estensi, Horatio Justiniano, Hugone Charensi, Hugone Verdala, atque Hugone Victorino, S. R. E. cardinalibus.

§ I. — *De Haymerico Burgundo.*

Haymericus, aliis Aymericus, Burgundus, Gallus, vir illustris, ex canonico regulari S. R. E. diaconus cardinalis a Calisto II, Pontifice Maximo, creatus, ad quem sanctus Bernardus plures scripsit epistolas, inter alia pietatis suæ erga Deiparam Virginem docimeta, anno salutis 1123, ecclesiam Sanctæ Mariæ Novæ de Urbe, quæ ei in titulum obvenerat, et quæ una est ex vetustissi-
mis diaconiis, titulo cardinalatus insignitis, cum monasterio, instaurandam curavit, et canonicos regulares congregationis Sancti Frigidiani Lucensis ibidem locavit. Quo anno ex hac vita migraverit, mili hactenus ignotum.

§ II. — *De Henrico Caetano.*

Henricus Caetanus, patricia et Romana nobilitate natus, a Sixto V Pontifice Maximo S. R. E. cardinalis renuntiatus, vir summa foris domi-
que auctoritate et apud omnes gratia, inter alia sui in Deiparam affectus pietatisque testimonia, dum ad Parisiensem legationem proficeretur, et ecclesia beatæ Mariæ Consolatrix, apud Taurinates, non satis, pro miraculoso imaginis beatæ Virginis ibi cultæ celebritate, illi videretur ampla, novam et augustiorem ædificari curavit. Idem Romæ, in templo Sanctæ Prudentianæ (quod jam fere vetustate consumptum ac collabens honorificentissime restauravit) pulcherrimum sacellum beatissimæ Virginis patrui sacrum extruxit, pretiosisque lapidibus exornavit. Mortalem hominem exuit, anno Domini 1599, ætatis 50, Idibus Decembribus, sepultus in saecello a se exstruxo.

§ III. — *De Henrico de Cardona.*

Henricus de Cardona, Hispanus, ducis Cardonæ filius, ex archiepiscopo Montis Regalis S. R. E. cardinalis a Clemente VII Pontifice Maximo crea-
tus, vir singularis virtutis, ac dignus memoria sempiterna: inter alia pietatis suæ erga amabilissimam Dei Genitricem documenta, ecclesiam metropolitanam Montis Regalis, Deiparæ Virgini dicatam, magnificis donis et beneficiis auxit. Ecclesiæ etiam sanctæ Mariæ Montis Serrati de Urbe, nationis Aragonensis, magna ex parte ædificasse dicitur: in qua et sepulturam accepit, anno Do-
mini 1550, ætatis 45, die 7 Februarii.

§ IV. — *De Henrico Lusitano.*

Henricus Lusitanus, Emmanuelis Lusitaniae regis filius, S. R. E. cardinalis a Paulo III Pontifice Maximo creatus, et post mortem Sebastiani regis Lusitaniae in regno successor, qui non solum rara quadam sanctitatis perfectione, sed etiam regali majestate (quod ad ejus ætatem visum non fuerat) sacrum cardinalium collegium illustravit, et corona galero, sceptro baculum, et utramque purpuram copulavit, cum beatissimæ Dei Genitricis ac Virginis Mariæ obsequiis esset devotissimus ac devinctissimus, in solemnitate præsentim Assumptionis ejus, in viduas urbis Eborensis (eujus erat archiepiscopus) largiores pecunias effundebat. In proprium usum commentatus est, et in vivum sue pietatis specimen posteris reliquit, meditationes, spiritus et succi plenas, in evangelia festivitatum Deiparæ Virginis, integras in Bibliotheca purpurea Mariana, Deo volente, reponendas. Aiebat Deo non convenire habere Matrem nisi Virginem, nec Matri Virgini habere Filium, nisi simul esset Deus. Admirans divinæ sapientiæ abyssum, quod apponi fecerit in lege, quod beatam Virginem a Purificationis lege excusabat, et tamen, volnerit eamdem beatam Virginem purificari: asserebat hoc factum, ut manifeste cognosceretur, quam obediens esset divinæ legi ea, quæ cum non teneretur, legem adimplevit, et ut ipsa confunderet nostram inobedientiam, qui cum divina lege teneamus, tam male tamen ei satisfacimus. Addebat beatam Virginem exemplo Filii (qui ad tempus haberi voluit filius Josephi, et circumcidì, absque necessitate et obligatione) voluisse, quamvis non teneretur, et in substantia esset libera, adimplere omnem justitiam: maluisseque potius videri ad tempus peperisse ut cæteræ feminæ, cum humilitate et obser-
vantia legis, quam ostendere puritatem virginalem, cum superbia et inobedientia.

In festo Assumptionis Deiparæ Virginis, ejusdem Deiparæ Virginis gloriam ac triumphum contemplatus, tanquam pauper et exsul, desideriis, suspiriis, lacrymis et orationibus Dominam suam in cœlum ascendentem sequebatur, et ut aliquam tanti festi cognitionem consequeretur, enixe laborabat. Ut etiam sentire in anima sua posset magnam gloriam,

quam beata Virgo in sua Assumptione accepit, eamdem beatam Virginem in toto cordis affectu deprecabatur, ne suam gratiam sibi in hoc deesse pateretur, camque sibi a Filio impetrare dignaretur, quatenus per ipsam posset sustentari, usque dum ad veram gloriam vitamque perpetuam perveniret.

In Eborensi academia, a se erecta, ac Societas Jesu Patribus tradita, nobile collegium exædificavit, Purificate Virginis (cujus prope diem festum natus fuerat) rite dedicatum, ut in eo quinquaginta theologi alerentur. Cœleste regnum adeptus est anno orbis redempti 1580, die 31 Januarii, eodem die, ante octo et sexaginta annos natus: ejusque corpus in ecclesia Sanctæ Mariæ de Bethleem sepultum est.

§ V.—*De Henrico Minutulo.*

Henricus Minutulus, civis atque archiepiscopus Neapolitanus, in amplissimum purpuratorum Patrum ordinem a Bonifacio IX Pontifice Maximo relatus, inter alia pietatis suæ in Deiparam Virginem testimonia, construxit pulcherrimam marmoream portam majoris ecclesiæ Neapolitanæ, in honorem Assumptæ Virginis in cœlum, erectæ; rem equidem admirandam, et operis vastitate, et statuis et sculpturæ artificio, cum columnis e porphyretico marmore; in qua ejus marmorea statua flexis genibus ante beatissimam Virginem conspicitur. Obiit anno salutis 1412, die 17 Junii.

§ VI.—*De Hieronymo Pamphilio.*

Hieronymus Pamphilus, Romanus, Innocentii X, nunc Ecclesiæ Dei apicis supremi, patruus, vir iis ingenii, pietatis, prudentiæ, aliarumque præclarissimorum virtutum ornamenti auctus, ut Romane purpuræ, quam a Clemente VIII accepit, non parum lucis splendorisque attulerit, a S. Philippo Neri, magistro suo, cuius fuit unus e charissimis alumnis, edocitus, precatiunculas istas jaculatorias, ad Deiparæ Virginis opeū implorandam, frequenter usurpabat, videlicet: « Virgo Maria Dei Genitrix, Jesum pro me ora. » Et: « Virgo et Mater, da mihi, ut semper tui sim memor; » atque ex his Coronam crebro in honorem Deiparæ recitabat, in hunc modum, ut ad numerum globulorum Coronæ beatæ Virginis, loco Orationis Dominicæ, et Salutationis angelicæ (quæ recitari solent) aliquam ex his precatiunculis, identidem repetendam, substitueret. Ad aram sui domestici sacelli imaginem beate Virginis de Pietate suspendit, suamque dominum esse voluit sanctissimæ Dei Genitricis sacerarium. Hanc porro imaginem unicum habuit in rebus quibuslibet asylum, sæpeque illam amanti obtutu respiciens, humi prostratus, in fragrantibonæ ac ardoris orationis thure, ei humiliiter prosuis ac publicis totius Ecclesiæ necessitatibus supplicare solitus fuit. Ut cor suum, amore plenum, Matri Virgini Mariæ Dominæ sive clementissimæ probaret, inter alia tempora, Mariano nominis dicata, ecclesiam Sanctæ Mariæ in Vallicella (ubi

ejus in spirituali vita duxor sanctus Philippus Neri degebat) frequenter adibat: in eoque, haud exigua temporis spatia inter preces et sacras de Deipara meditationes exigebat. Huic ecclesiæ ac ejus oratorio, Deiparæ Virginis in cœlum Assumptæ dicato, pro singulari affectu, quo amabilissimam Reginam Mariam Matrem Jesu prosequebatur, ultimis testamenti tabulis legavit ornamenta ac res omnes pretiosas, quæ erant in suo domestico scelло: atque in eadem ecclesia mortalitas suæ exuvias post obitum sepeliri voluit.

Decessit anno Incarnationis Dominicæ 1610, aetatis 66, tertio Idus Augusti: cuius, qua extant et me fugiunt, tenerimi amoris ac devotissimi affectus erga augustinianam Dei Matrem ac Virginem monumenta, feliciori reservantur calam.

§ VII.—*De Hieronymo Rusticuccio.*

Hieronymus Rusticuccius, Fanensis, a Pio V Pontifice Maximo Vaticanus senator institutus, qui inter cætera virtutum ornamenta, tantum in omni vita modestiæ atque placabilitatis specimen præbuit, ut ea parte animi, qua irarum existit ardor, caruisse quodammodo videretur, licet in obsequiis beatæ Virginis fuerit emineus, atque in ea, quæ ipsius honorem tangerent, peculiari animi sensu raperetur, de ejus tanien erga augustinianam Dei Matrem pietatis indicis nihil hactenus reseire potui, nisi quod Lauretum profectus, aræ et sacerdotis vestes argenteas Lauretanæ Virginis effigie, et gentiis suæ insignibus conspicuas, eidem Lauretanæ Virgini donum attulerit. E vita migravit anno salutis 1603, die 14 Junii, natus anno 1557, mense Januarii.

§ VIII.—*De Hieronymo de Ruvere.*

Hieronymus Bassus, de Ruvere, Savonensis, S. R. E. cardinalis Sixti IV, Pontificis Maximi, sororis filius, episcopus Recinetensis, deinde Praenestinus, vir in omni vita constans, integer, religiosus, inter alia pietatis suæ erga Deiparam Virginem, cœlorum Reginam inclytam, documenta, cum ædis Lauretanæ tutelam, sibi ab eodem Sixto, avunculo suo, commendatam suscepisset, ob specialem, quem erga eamdem Deiparam Virginem gerebat devotionis affectum, ipsius ædis Lauretanæ templum, a Paulo II Pontifice Maximo inchoatum, exædificavit, ejusque cultum sacra supelletile, lectissimis sacerdotibus cantoribusque adauxit. Cum (eo Laurentanæ ædis protectore) ingens Turearum manus Lauretanæ opulentie immunita, divinitus esset fugata, aduersus hujusmodi repentina, qui iterum excitari poterant, hostium incursum, Laurentanum templum, destinatis propugnaculis, in arcis modum, primo quoque tempore communire cogitavit, quod et sub Julio II postea in effectum deduxit. Videns enim Julius Laurentanam ædem non minus sanctimoniam, quam opulentia fama inclytam, in vico immunito, expositam seu militum seu barbarorum avaritiæ fore, Laurentanum templum, a Paullo II, ut diximus, inchoatum, cuius absolutio variis

casibus turbata fuerat, non solum extrudere, sed etiam (ut Robureus noster optabat) preunire statuit. Bramantis ergo nobilis architecti consilio atque opera usus, per Hieronymum nostrum Laureti patronum rem urgere coepit. Et Hieronymus, Laurentanam ædem oīni epe ornare, munus ac decus Robureæ familie ratus, basilicam in arcis modum extruxit munivitque. Quippe sacelle ipsa propugnaculorum instar assurgunt: additæ undique in summis muris pinnæ, aditusque sub tecto, ut ad propugnandum quoquaversus tuto discurrere milles possit. Haud parum memor, Carmelitanos Patres, totos atque in solidum Marianos (quorum etiam erat protector), super certis argumentis probasse Sexto IV, avunculo suo, sacram beatæ Virginis domum, priusquam e Galilæa discederet, Carmelitanorum commissam fuisse curæ, eosdem ex auctoritate Suam Pontificis, tunc sedentis, Innocentii VIII, Laurentio beatæ Virginis praecepit templo. Ecce tringita ex eorum numero maxime ad eam rem idonei. Quorum ex numero Baptista Mauthanus fuit, congregationis Mantuanæ vicarius generalis, qui Laurentianæ domus scripsit Historiam, et cardinali nostro dicavit, eo ipso anno, quo Laurentum venit, hoc est, millesimo quadringentesimo undenonagesimo.

Cum Reciuetenses ex voto publice, ob depulsam pestilentiam, nuncupato, decreta supplicatione, coronam auream geminis distinctam clarissimis, Laurentianæ Virginis donum tulissent, et anno ejus saeculi 96 corona B. Virgini fuisset imposita: a Hieronymo nostro simul impetratum est, ut ea nunquam removeretur. Cardinalisque beneficium Juliani II et aliorum deinde Pontificum auctoritate firmatum. Et valuit apud finitos populos gratæ pietatis exemplum. Ille ille mos increbuit, qui hodieque viget, ut Piceni urbes et oppida quotannis insigui supplicatione ac pompa coronam Laurentianæ offerant Virgini. Haud ita multo post, cardinalis noster sanctissimæ cellæ pavimentum, qua supplicantum genibus attritum, qua avelletum manibus effossum (quippe avulsa inde saxa, sericoque involuta, pro reliquis auferebantur) quadrato marmore discolori pulcherrime statuit. Opus scutulatum est egregium, et vel in tanta, quanta nunc Laurentianum saeculum est, magnificentia visendum. Porro circa vestibulum templi magnificentissimas ædes a Bramante, architecto illa tempestate inchoata, descriptas, Roburens moliri coepit, annuente pontifice. Cisternam quoque ingenti amplitudine in medio templi atrio exstruxit ornavitque, ne quando oppidanis advenisse deesset aqua. Humanam vitam pretiosa justorum morte conclusit, anno salutis reparatae 1507, die 1 Septembris.

§ IX. — De Hieronymo Seripando.

Hieronymus Seripandus, Neapolitanus, ordinis Eremitarum S. Augustini, cui ob illustria virtutum merita, Pius IV, Pontifex Maximus, in magnum reipublicæ Christianæ et apostolicæ Sedis ornata

mentum, Romanæ purpuræ insignia honoremque detulit, inter alia devotissimi sui erga Deiparam Virginem obsequii experimenta, explicans illa Apostolici Symboli verba, *Qui concep'us est de Spiritu sancto, natus ex Maria Virgine*, seripsit de Concepcione, Partu et Laudibus beatae Virginis conceptionem insignem, in qua sumum Virgini sine originalis peccati macula conceptæ studium ac voluntatem testatur, bæc litterarum monumentis consignavit: « Sancti Patres in consideratione propriæ conceptionis affligebantur, eorumque afflictionis causa erat peccatum, in quo communiter omnis humana creatura concipitur. Non loquitur nunc de Maria Virgine, de qua, cum de peccatis agitur, nulla debet fieri mentio, cum seamus quam magna et copiosa fuerit gratia contra omne peccati genus ei a Deo Optimo Maximo collata. » Sic ille. Legendus est in tractatu *De peccato originali*, ac in aliis que ad posteros transmisit, præstantissimi ingenii monumentis, in quibus eximia ejus in B. Virginem pietas, tanquam in speculo, eluet. Migravit in cœlum, anno salutis 1563, ætatis 70, 16 Kalend. Aprilis.

§ X. — De S. Hieronymo Stridonensi.

Sanctus Hieronymus Stridoneus (quia ex oppido Stridonis in Dalmatia oriundus), vir in omni doctrinarum genere absolutissimus, et divinarum Scripturarum peritia inter omnes doctores maximus (quem fuisse S. R. E. presbyterum cardinalem, a Damaso Papa creatum, classis testatur auctorum, et late comprobat Alphonsus Ciaccionius in peculiari libello, quem de hoc arguento elucubravit), tantus exstitit inelytae cœlorum Reginæ in omni vita sua amator et cultor, ut solem ipsum ignorare videatur, qui hoc ignorat. Ille (ut ex revelatione ipsius inelytae cœlorum Reginæ, Alano Rupensi facta, perspicuum est) Marianum Rosarium, seu orandi ritum ad calculos 150 angelicis Salutationibus frequentavit; cui et singulare exstitit refugium, tuum adversus haereticos, tum ut in omni scientiarum genere tantum præstaret stylo, quantum orbis admiratur. Salutatiq[ue] autem angelicam appellabat Arborem vitæ suscitantem mortuos, sanantem infirmos, conservantem vivos: Scalami Jacob, qua in cœlum ascenditur, et tota cœlestisuria promeretur ac possidetur: Monteum Dei verum, quo terrena relinquentur, homines in bono firmantur, sursum corda eriguntur, et hostes devincuntur: Prophetiarum Regnam, ad quam cæteræ semper sunt ordinatae prophetiae: denique Virginum puritatem, per quam Deo sunt desponsatae.

Credebat quod Virgo Maria tota fuit fides in credendo, tota oculus in cognoscendo, tota charitas in diligendo, tota virtus in operando, tota candor in concepiendo, tota splendor in pariendo, et tota decus in aseendendo. Nulli dubium esse volebat, quin Dei Mater talis esse debuerit, quæ de peccato redargui non posset, cum hoc ad ini-

properium Filii sui finisset. Cujus præterea ab omni peccato immunitatem, super illud Psalmi LXXVII : *Et deduxit eos in nube dici : aperte testatus est istis verbis :* « Certe nubem levem debemus S. Mariam accipere : pulebre dixit, in nube dici ; nubes enim illa non fuit in tenebris, sed semper in luce. »

Quanquam nihil magis quam Mariam laudare desideraret, tamen timebat satis, et valde pertimescebat, ne laudator indignus inveniretur, eum sibi nec sanctitas, nec facundia suppeteret, ad tam beatam et gloriosam Virginem digne prædicandam. Nec solum de tali tantaque Virgine loqui se indignum fatebatur, sed et putabat, quod nemo esset, nisi qui quanta essent quæ panduntur, penitus ignoraret. Addebat tamen, et si ad virginea laudes nemo idoneus inveniretur, votis omnibus, etiam quemlibet peccatorem, non debere ab iisdem landibus cessare, quævis explorare non queat, quod sentit. Unde nec ipse cessans, dicebat : « Hæc est Virgo, quæ sola interemit universam hæreticam pravitatem : sola post Deum, quæ nos confirmet in omni veritate, suisque commendet meritis, et precibus auxilietur. Hæc est forma disciplinæ Christi, et exemplum perfectionis virginibus : a prophetis quidem prænuntiata, a patriarchis figuris et ænigmatibus præsignata, ab evangelistis exhibita et monstrata, ab angelo venerabiliter atque officiosissime salutata. Talibus namque decebat Virginem oppignerari muneribus, ut esset gratia plena, quæ dedit cœlis gloriam, terris Dominum, pacemque refudit, fidem gentibus, finem vitæ, vite ordinem, moribus disciplinam. Cæteris per partes præstatur ; Mariæ vero simul se tota infudit plenitudo gratiæ : vere gratia plena, per quam largo sancti Spiritus imbre superfusa est omnis creatura. Quidquid maledictionis infusum est per Evam, totum abstulit benedictio Mariæ. Erat Maria candidata multis meritorum virtutibus, et dealbata nive candidior, Spiritus sancti muneribus simplicitatem columbe in omnibus repræsentans : quoniam quidquid in ea gestum est, totum puritas et simplicitas, totum veritas et gratia fuit, totum misericordia et justitia, quæ de cœlo prospexit, et ideo immaculata, quia in nullo corrupta. In ea posuit Rex thronum suum, quia concupivit ejus speciem ae decorum : fuit enim plena charitate ae dilectione : et ideo sequitur post eam purpuratorum exercitus et candidatorum grec : quam si diligenterias aspicias, nihil virtutis est, nihil speciositatis, nihil candoris gloriaeque quod ex ea non resplendeat. Et ideo bene circumdant eam flores rosarum, et lilia convallium, ut virtutes virtutibus fulciantur, et formositas deore castitatis augeatur. Matrem Virginem ideo Deus elegit, ut ipsa omnibus esset exemplum castitatis, in qua velut in speculo refulget forma virtutis. Quid nobilius Matre Domini ? quid splendidius ea quæ splendor elegit paternæ gloriæ ? quid castius ea, quæ corpus Christi sine

contagione corporis generavit ? Mariæ vita omnium est disciplina, eujs mores instituta sunt ecclesiærum, quæ præcellit eum ceteros, supereminet universis. Sieut in comparatione Dei nemo bonus, ita in comparatione Matris Domini nulla invenitur perfecta, quamvis virtutibus eximiis comprobetur. Hæc est hortus conclusus, fons signatus, puteus aquarum viventium, ad quam nulli potuerunt doli irrumpare, nec prævaluit frans inimici, sed permansit sancta mente et corpore, multorum donorum privilegiis sublimata. O Genitrix gloria, o puerpera sublimis, cujus visceribus auctor cœli terrenæque committitur ! Felicia oscula labris impressa lactentibus, eum inter cerebra indicia reptantis infantæ, utpote verus ex te Filius, tibi, Mater, alluderet, cum vernis ex Patre Dominus imperaret. Nam auctorem tuum ipsa conspiciens edidisti in tempore puberem, quem habueras ante tempora Conditorem. Felix puerperum, lætabile angelis, exspectabile sanctis, necessarium perditis, eougrum profligatis, qui post multas assumptæ earnis injurias, ad ultimum verberatus flagellis, potatus felle, patibulo affixus, ut te veram Matrem ostenderet, verum se hominem patiente tormenta monstravit. Tu ergo beata gloriaque Maria, inter ista, et propter ista laudabilis, quæ sic meruisti dominum fecunditatis, quæ virginitatis non amisisti suffragium. Tu es enim benedicta inter mulieres, tu prærogata cunctis virginum catervis, tu sequentis Aguum quoenamque perrexeris : tu virginicos choros et ab incentivæ earnis illecebris alienos, per albentia lilia, rosasque vernantes ad fontem perennis vite invitias. Tu in illa beatorum felicissima regione, primi ordinis dignitatem adepta es : plantis rosidis oberrans inter paradisi amœnitates, et gramineos choros tenero poplite pergens, felicique palma, violas immarcescibles carpis : concinentibus sine fine angelis coniuncta archangelisque sociata, indefessa clamitare voce, *Sanctus, sanctus, sanctus*, non desimis. Sed quid dieam pauper ingenio, cum de te quidquid dixeris, minus profecto est, quam dignitas tua meretur ? Si Matrem vocem gentium, præcellis. Si formam Dei appellerem, digna existis. Si nutricem cœlestis panis vocitem, lactis dulcedine reples. Lacta ergo, Mater, cibum nostrum, lacta cibum angelorum, lacta eum, qui tales te fecit, ut ipse fieret in te, qui tibi munus fecunditatis attulit conceptus, et decus virginitatis non abstulit natus ; qui prius quam nasceretur, te Matrem creavit ex qua nasceretur, ut illuc procederet tanquam Sponsus de thalamo suo, quo mortalibus oculis posset videri. Quanta fuit hæc dignatio, ut eraretur ex te quam creavit, portaretur manibus quas formavit, sugeret ubera quæ ipse implevit ? His atque aliis laudibus salutis antricem venerabatur Hieronymus : asserens, totum ad gloriam laudis Dei pertinere, quidquid digne Genitrici sue impensum fuerit, atque solemniter attributum : honorem

maternum ejus esse qui est natus ex ea : Mariæ celebritatem, laudem, et favorem esse Salvatoris.

Mariam Theotocon veraeiter confitebatur, Dei scilicet Genitricem, quia Deum vere genuit incarnatum. Laudem, amorem, atque imitationem beatissimæ Dei Genitricis omnium cordibus alte insculpere satagebat. Unde in epistola ad Paulam et Eustoehium : « Hæc, inquit, vos et commoneo, in hac sacra solemnitate Genitricis Dei Mariæ, nolite cessare a laudibus. Quod si virgo es, gaudie, quia meruisti esse, et tu, quod laudas ; tantum eura ut sis, quæ digne laudare possis. Quod si continens et casta es, venerare et lauda, quia non aliunde constat, ut possis esse casta, quam ex gratia Christi, quæ fuit plenissime in Maria, quam landas. Quod si eonjugata certe, aut peccatrix, nihilominus eonfite, et lauda, quoniam inde misericordia omnibus profluxit, et gratia, ut laudent, et quamvis non sit speciosa laus in ore peccatoris, noli cessare a laude, quia inde tibi promittitur venia, unde et omnibus, ut landes. » Et infra : « Diligite Matrem Domini, quæ vobis Sponsum genuit immortalem. Imitamini quam amatis beatam et gloriosam Virginem. Amate quam eolitis, et eolite quam amatis, quia tunc eam vere colitis et amatis, si imitari velitis de toto eorde quam landatis. » Denique : « Mariam imitamini moribus, sequimini castitate : » ut alia id generis plurima prætermittam. Sed quamvis in cæteris virtutibus non negaret, in humilitate tamen maxime Deiparam imitandam esse affirmabat. « Habetis, inquit, in ea, id est in Virgine, magisteria probitatis expressa; quid primum eligere, quid respuere, quid sequi debeatis. Prima ejus virtus est fundatum omnium virtutum et custos : humilitas ipsa, de qua gloriatur, quia respexit humilitatem ancillæ suæ. Idcirco et vos humilitatem seetemini, et Matrem Domini, quæ se ancillam vocat, eordis amore imitari procurete, quæ didicit ab ipso Sponso, cui vos devovistis, humilitatem. Non enim beata Dei Genitrix a Filio suo Domino nostro didicit celos fabricare, non angelos ereare, non miracula Deitatis insignia operari, sed tantum humiliari, cæteraque virtutum doementa intra humilitatis eustodiam aggregare; et ideo, si placet vobis talis et tanta Virgo, placeat et opus virtutis. Quæcumque virgo sibi ab ea optat præmium, debet imitari exemplum. » Sic ille.

Ad sensum suæ pietatis erga beatam Virginem ostendendum, Bethleem pergens, præsepe Domini veneraturus, præter monachorum cœnobium, insignem ibi Deiparæ Virgini basilicam dedicavit, quod a quamplurimis memoriae proditum est, teste Pio Rubeo Placentino Commentariorum in Vitam S. Hieronymi capite 9, n. 47. Idem seripsit contra Helvidium *De B. Mariæ Virginitate perpetua librum unum*, cuius ipse sèpius meminit in suis scriptis, et præsertim in Libro *De viris illustribus*,

in Epistola de eustodia virginitatis ad Eustoehium, et in Matthæi Commentariis. « Helvidius enim Augustini discipulus (ut Genuadius habet in Catalogo), Symmachi imitator, religionis quidem studio, sed non secundum scientiam, librum seripsit, neque sermone, neque vera ratione nitidum : in eius opere ita sanctorum Scripturarum sensum ad suam perveritatem flectere conatus est, ut earum testimoniis asserere voluerit, S. Mariam post Nativitatem Domini, quem Virgo peperit, Joseph sponso suo junetam, et ex ejus consortio filios suscepisse, qui fratres Domini appellati sint. Cujus pravitatem Hieronymus arguens libellum doementis Scripturarum sufficienter factum adversus eum edidit. » Hæc Gennadius, qui minus quam par est, optimum illum Hieronymi librum commendat, ut in Apparatu sacro inquit Pater Antonius Possevinus. Porro Hieronymus, sancto prius invocato Spiritu, ut beatae Mariæ virginitatem, suo sensu, ore ejus defenderet : invocato Domino Jesu, ut sacri ventris hospitium, ejus novem mensibus inhabitator fuit, ab omni eontribitus suspicione tueretur : invocato quoque Deo Patre, ut Matrem Filii sui Virginem ostenderet suisce post partum : Helvidium velut idiotam, et Scripturas penitus ignorantem redarguit, oblatrantis canis, qui ex blasphemia sibi gloriam comparare studebat, maxillas confregit, cumque respectui omnino habuit, ut propria ejus verba declarant, quibus eumdem ita alloquitur : « Imperitissime hominum, ad injuriam Virginis tuam rabiem contulisti, in exemplum ejus, quem fabulæ ferunt, cum vulgo esset ignotus et nihil boni posset facinoris excogitare, quo nobilis fieret, Diana incendisse templum, et nullo prodente sacrilegium fertur ipse in medium processisse, clamitans sese incendium subjeisse; seiscitantibus Ephesi principibus quam ob eausam hoc facere voluisset, respondisse, ut quia bene non poteram, male omnibus innotescerem. Et hoc quidem Graeca narrat Historia. Tu vero templum Dominicæ corporis succendisti, tu contaminasti saecularium Spiritus sancti, ex quo vis quadrigam fratrum et sororum processisse congeriem : denique cum Judæis voce sociata gloris : Nonne hic est fabri filius? Nonne Mater ejus dicitur Maria, et fratres ejus Jacobus, et Joannes, et Simon, et Judas. et sorores ejus omnes apud nos sunt? (Matth. xiii, 55, 56.) Omnes, nisi de turba non dicitur. Quis te, oro, ante hanc blasphemiam uoverat, quis dupondii suppeditabat? Consecutus es, quod volebas : nobilis es factus in seelere. Ego ipse, qui contra te scribo, eum in eadem tecum urbe consistam, albus, ut aiunt, aterve sis, nescio. Prætermitto vitia sermonis, quibus omnis liber tuus seatet, taceo ridiculum exordium, O tempora, o mores : non quero eloquentiam, quam ipse non habens, in fratre Craterio requisisti, etc. Intuens sorores suas venerabilis Paula Romana, eirea cultum sanctæ Dei Genitricis ac Virginis devotissimas, beatæ

Hieronymo, una cum filia Eustochio supplicavit, ut de ipsius Assumptione sermonem ficeret, ejusdem Virginis praeconia continentem, quarum pias petitiones vir pariter devotus admittens, cum summa diligentia, quod rogabatur, implevit, sermone illo ad eas dato, cuius initium est : *Cogitisme, o Paula, etc.* quem germanum Hieronymi factum doctissimi etiam agnoscent auctores. In eo sermone B. Mariam singularibus omnino praeconiis doctorum maximus attollit, appellans Genitricem Dei beatam : Interemptriem unicam universae hereticee pravitatis : Formam disciplinæ Christi : Exemplum perfectionis : Virginitatem pudicissimam : Primam inter primas summi regis cohortes : Reginam mundi : Vellus virginum, in quo cœlestis imber placido se infudit illapsu : Auroram novi diluculi rutilantem : Lunam sine sui defectu cœnscantem, cœlestibus illustrataam fulgoribus : Hortum deliciarum, in quo consita sunt universa florum genera et odoramenta virtutum : Fontem totius Trinitatis sigillo signatum : Domum, in qua parata sunt nuptiae Ecclesiarum Dei, et terrenis cœlestia fœderata : Speculum in quo resulget forma virtutis : Spiritus sancti Sculpturam : Aquarum viventium Pœnum : Sponsi immortalis Genitricem : Lanam candidissimam suo colore dealbatam : Purpuram verissimam, ad indumentum et gloriam summi Regis, divinitus aptissime dedicataum, cum aliis laudibus sexcentis.

Luculentum etiam se Mariae Virginis laudatorem ostendit in sermone 2, de Assumptione, in Epistola de Nativitate S. Mariæ ad Chromatium et Heliodorum, in Epistola ad Amicum ægrotum de viro perfecto : in Epistola ad Rusticum, Narbonensem episcopum, de 7 gradibus Ecclesie : in Epistola ad Mauritiū filiam, de laude virginitatis, in libro 1 adversus Jovinianum : in Apologia ad Pamphilium : in Epistola ad Eustochium de custodia Virginitatis : in Epistola ad Cælantiam de Institutione matrisfamilias, et alibi sœpe in suorum operum tomis.

Obiit, Honorio imperante, anno Domini 422, ætatis sue anno 91, ex Chronicō S. Prosperi ; vel anno Domini 420, ætatis anno 78, ex Annalibus cardinalis Baronii, et ad præsepe Domini, partu B. Mariæ Virginis nobile sepultus est. Cujus corpus postea Romanam translatum, in basilica S. Marie Majoris, digno honore, servatur : translationem vero venerabilis Pater Lupus Hispalensis, hujusmodi stylo prosequitur : « Inter laudabiles prærogativas, quas reverenda ac almæ Ubi divina elementia contulit abundanter, B. Hieronymi, doctoris egregii corpore exornavit. Cui et apud basilicam perpetua Virginis Mariæ, quam in vita magnificis et devotissimis laudibus studuit commendare, locum magnificum detulit. Qualiter itaque corpus ejusdem doctoris mirabilis a Bethleem ubi sepultus fuerat, ad præstatam gloriose Virginis aulam, quæ ad Præsepe dicitur, Romæ delatum fuerit, sicut a sanctis et honestis episcopis et ab antiquoribus

Patribus et sacerdotibus Deum timentibus assertione veridica perceperimus, ad laudem ipsius Hieronymi beatissimi, brevi quidem sermone, cum dilectione legentibus refrenus. Igitur postquam civitas sancta Jerusalem, propter hominum culpas, sacratissimis penè omnibus remansit orbata reliquiis, venerandi solum doctoris corpus in sancta Maria de Bethleem secretius tunc et absque decenti honore jacebat. Volens igitur ad magnificentiam Urbem, unde prius cardinalis recesserat, corpus suum deferrit, et in præfata Genitricis Altissimi domo collocari, monacho cuidam in partibus ultramarinis agenti apparuit, cui et benigno oraculo : *Scias, inquit, frater charissime, tuo corpus meum labore extumulandum, Romamque quantocius integre devoteque ante januam devotissimæ illius cryptæ, quæ Præsepe Domini appellatur, deportandum, ut in sancta illa basilica duleissimæ Reginæ adhæreat, quan vivens ab infantia dilexi, in juventute quæsivi, et in senectute totis viribus, licet insufficiens, prædicavi, ad extremum denique nsque vitæ sanctis Scripturarum testimonis collaudavi. Cæterum enim monachus jussis cœlestibus obtulerat formidaret, post trianam demum jussionem, rem ipsam aggressus, ad locum accessit, atque duobus assumptis comitibus, sacrum inde sustulit pignus. mira undique odoris fragrantia exuberans. Quod ne scandalum aliquod oriretur, clam tamdiu illud apud se retinuit quamdiu ad Urbem, sicut vir sanctus præceperat, proficeretur. Denique iterum monachus, per visionem, de vitando in via populorum plausu admonitus, ne videlicet aliqua in reliquiis diminutio fieret, ad hujusmodi basilicam, cum comitibus, nocte perveniens, solis ecclesiæ canonici convocatis, sacrum in ea pignus depositit, inter columnas videlicet ejusdem, et jannam præsepis : ubi et maxima lux, vocunque concentus, necnon suavissimus odor obortus est. Adhæreat nunc sepulturæ doctissimi laudatoris, et devotissimi sui Hieronymi luna lucidior, et sole splendidior, omnibus odoramentis suavior, rosis et convallium mysticis vallata, pretiosis liliis splendifissima semper Virgo Maria, quæ cuncta ad honorem et gloriam fidelissimi sni complevit, per Salomonem de se ipsa testimonium perhibent : Qui elucidant me, vitam aeternam possidebunt (Eccl. xxiv, 31). » Hæc Lupus de sacri Hieronymi corporis translatione.*

Neque hic omittam pulcherrimum Deiparae Virginis de sancto Hieronymo elogium, quod apud divam Birgittam in ejus *Revelationibus* reperitur. Cum enim Birgitta hanc ad Deum de ejus virtute et magnificencia habuisse orationem, scilicet : « Benedictus sis tu, Deus meus, qui es trinus et unus : trinus in personis, unus in natura : tu es ipsa bonitas, et ipsa sapientia, tu ipsa pulchritudo et potestas : tu ipsa justitia et veritas, per quam sunt omnia, vivunt et subsistunt. Tu vere similis es flori crescenti singulariter in campo, de quo

omnes appropinquantes flori, obtinent suavitatem in gusto, et alleviationem in cerebro, delectationem in visu, fortitudinem in reliquis membris. Sie omnes appropinquantes tibi sunt pulchriores, relinquentio peccatum: sunt sapientiores, sequendo voluntatem tuam et non carnis: sunt justiores, sequendo utilitatem animae et honorem Dei. Propterea, piissime Deus, da mihi id amare, quod te delectat, temptationibus viriliter resistere, mundana omnia contempnere, et te jugiter in memoria retinere. » Cum, inquam, Birgitta hanc ad Deum orationem habuisset, ei Deipara Virgo respondit: « Habe salutationem promeruit tibi ille bonus Hieronymus, qui recessit de falsa sapientia, et invenit sapientiam veram, qui contempsit honorem terrenum, et lucratus est ipsum Deum. Felix talis Hieronymus, felices, qui ejus imitantur doctrinam et vitam, qui fuit amator viduarum, speculum profitentium, doctorque totius veritatis et puritatis. » Sic Deipara. Atque eidem Birgittae iterum loquens, subdidit: « Quid tibi dixit magister ille ventilator verborum, quod Epistola Hieronymi mei, quæ legitur de Assumptione mea, non esset legenda in Ecclesia Dei, quia videtur sibi in legenda illa, quod Hieronymus dubitavit de Assumptione mea, eo quod dixit se nescire, utrum sim assumpta in corpore, vel non, vel a quibus personis asportata? Ideo ego Mater Dei respondeo magistro, quod Hieronymus non dubitavit de Assumptione mea, sed quia Deus non revelavit aperte hujusmodi veritatem, ideo Hieronymus maluit pie dubitare, quam definire non ostensa a Deo. Sed recordare, filia, quod dixi tibi prius, quod Hieronymus erat amator viduarum, imitator monachorum perfectorum, et assertor et defensor veritatis, qui et promeruit tibi orationem illam, qua me salutabas. Ideo nunc addo, quod Hieronymus fuit tuba ductilis, per quam loquebatur Spiritus sanctus, ne non et flamma inflammat de illo igne, qui venit super me et super apostolos in die Pentecostes. Ideo felices qui hanc tubam audiunt et sequuntur. » Haec Mater Domini de Hieronymo.

§ XI. — *De Hieronymo Vidono.*

Hieronymus Vidonus, Cremonensis, vir pietate, doctrina, prudentia, aliamque virtutum corona redimitus, quem Urbanus VIII, Pontifex Maximus, per honorum gradus amplissimo purpulatorum Patrum ordini aggregavit, inter alia exterius exhibita documenta illius amoris, quem interius erga semper amandam et numquam satis dilectam Deiparam Virginem jugiter lovebat, Romæ in templo S. Mariæ de Victoria elegans pretiosumque sacellum eidem Deiparæ Virgini in cœlum Assumptæ dicatum erexit ac dotavit. Cætera tanti principis erga augustissimam cœli terrarumque Reginam religionis ancoramenta, quæ ad mense cognitionis notitiam non venerint, utinam alii hoc attexere dignentur. Ex hac vita migravit ad meliorem, anno orbis redempti 1532, etatis 51.

§ XII. — *De Hieronymo Xaverio.*

Hieronymus Xaverius, Hispanus, Cœsaraugustanus, ex generali magistro ordinis Prædicatorum S. R. E. cardinalis a Paulo V Pontifice Maximo creatus, vir doctrina pietateque incomparabilis, cæterisque virtutibus tanto culmine dignis ornatus, eximii sui in Deiparam Virginem affectus inclemens satis testimonium dedit, dum in capitulo generali sui ordinis, celebrato anno salutis 1602, et proprio et totius sui ordinis nomine, decretum edidit, quo striete prohibuit, ne quis aderet in publico prædicare vel docere, quod beata Virgo fuerit concepta in peccato originali, propter scandalum fidelium. Idem primus fuit, qui Romæ in ecclesia Sanctæ Mariæ super Minervam introduxit modum recitandi Rosarium beate Virginis, alteris eboris, quem deinde nonnullæ civitates, et præcipue Neapolis, cum magna spirituali consolatione ac animarum fructu receperunt. Erga Rosarium vero Deiparæ Virginis præcipua devotione affectus, non solum jussit prædicatores suos in suggestis populum ad hanc devotionem excitare ejusque miracula referre, sed ut eam ubique magis magisque propagaret, Rosarii societatem, in omni loco, aut terra, etiamsi locus, vel terra tantum millario distaret ab aliis locis, vel terris, in quibus jam dicta societas erecta esset, fundari posse concessit. Auctor etiam fuit, ut festum Sanctæ Mariæ ad Nives, sub die 5 Augusti in Prædicatorum ordine celebraretur. Obiit, quin potius cœlo natus est, anno 1608, in festo Nativitatis beatissimæ Virginis Marie.

§ XIII. — *De Hippolyto Estensi.*

Hippolytus Estensis, hujus nominis primus, Herculis I, Ferrarie ducis filius, ab Alexandro VI Pontifice Maximo in amplissimum S. R. E. cardinalium ordinem cooptatus, vir admirabilis prudentiae et judicio in tractandis rebus arduis ac magnis admirandus, puer etiamnum, nullam rem prius quam sacras laudes, quæ Deiparæ Virginis statis horis canuntur, memorie mandavit, hasque deinceps laudes nunquam præteriit. Ob amorem beatæ Virginis, puellis maritandis, et publicæ sodalitati, ad id opus institutæ privatim multum contulit, neque annum prætermisit, quo non doce supra decem persolverit. Cætera me fugiunt. Sed de ejus erga augustissimam Dei Matrem pietatis obsequiis plura alii commemorabunt, milique nunc sufficit lampada in cursu cæteris tradidisse. Obiit Ferrarie anno 1520, postridie Kalendas Septembris.

§ XIV. — *De Horatio Justiniano.*

Horatius Justinianus, Januensis, presbyter congregacionis Oratorii Sanctæ Mariæ in Vallicella, S. R. E. cardinalis ab Innocentio X Pont. Max. creates, vir non minus majorum titulis, quem propriæ virtutis meritis insignis, Deiparam Virginem Mariam inis præordiis venerabatur, ejusque Rosarium singulari qualam animi pietate

crebro persolvebat. Quidquid pateretur, quidquid desideraret, semper Mariam in obtutu habuit, et in negotiis ac rebus dubiis ejus auxilium semper imploravit. Invisebat frequenter eidem Virginis dicatum altare, in ecclesia Sanctae Mariæ super Minervam, ibique saepius sacrum faciebat. Eleemosynas pauperibus erogare solitus erat, ea conditione, ut juxta suam mentem beatissimum Virginis Rosarium attente recitarent. Clarum etiam erga beatam Virginem devotionis tanti principis argumentum fuit imago quadam ejusdem beatissimæ Virginis juxta Græcum ritum expressa, cui ipse, tanquam charissimæ, prope lectum positæ, in extremo præsertim vite termino constitutus, sese demississimis precibus commendavit.

Ad lucem transiit immortalem, anno orbis redempti 1649, ætatis 71, die 25 Iulii.

§ XV. — *De Hugone de S. Charo.*

Hugo de S. Charo, alias de S. Theodorico, natione Gallus, in diœcesi Viennensi natus, primus ex ordine Prædicatorum in purpuratorum Patronum numerum ab Innocentio IV, Pontifice Maximo, ascitus, vir ingenio, moribus et doctrina præstantissimus, beatissimam Virginem Mariam, suavissimam Dei atque hominem parentem, ardenter amore ac veneratione amplissima completebatur. Ille interdum enixe cupideque rogabat, ut nomen suum (quod interpretatur Stella maris, Domina, et amarum mare) interpretari dignaretur in nobis: nempe ut Stella maris, tenebras nostras illuminaret: ut Domina, adversarios nostros compesceret: et ut Mare amarum, noxias delicias nostras amarificaret. Aiebat cum Salomonœ, Ecclesiastici cap. xxiv, eos qui operantur in B. Virgine, non peccare: id est, eos qui B. Virginem ex corde contulant, peccato perire non posse: omnes in laudem B. Virginis convenire debere, quia omnes ejus beneficia participant: B. Virginis librum esse grandem, in quo tot sunt litteræ, quot virtutes, in coquæ nescire legere illum, qui virtutes non habebat: consolationis vel visitationis dulcedinem non recipere a B. Virgine, nisi pueros, a puritate, de quibus Isaiae cap. viii: *Ecce ego, et pueri mei, quos dedit mihi Dominus*: cum proiectæ ætatis homines de papilla non hauriant: in religioso posuisse Dominum testimonium honoris B. Virginis, quia per votum castitatis ejus virginitatem honorat, per votum obedientiae obedientiam ancillæ Domini, per votum paupertatis ejus paupertatem. Hortabatur peccatores, qui gratiam peccando amiserant, ad B. Virginem currere, ut amissam gratiam apud eam invenient, humiliiter salutando, et secure illi dicendo: « Redde nobis rem nostram, quam invenisti gratiam apud Deum, quam nemo ante te potuit invenire: invenisti quod Eva amiserat: invenisti, quia quæsivisti apud Deum, qui est locus gratiarum. Non dicit angelus, habens gratiam apud Deum: sed, invenisti, quia res habita ut propria custoditur, res inventa resti ait illis, qui amiser-

runt. Quia igitur non tibi soli retentura eras gratiam, sed omnibus qui eam amiserant, restituta, ideo dixit angelus, Invenisti. » Considerans in Dei Matre omnem spem vitæ, et virtutis reperiri (ut cap. xxiv loquitur Ecclesiasticus), ad eam, sicut cervas ad fontem properans, omnia quæ sunt mundi affectu transiliendo, correbat: ipsamque meliori modo, quo poterat, honorare concupiscens, a generationibus, id est operibus ejus, per imitationem adimplere satagebat; probe sciens et manifeste affirmans, veram Dei Matris venerationem, in ipsis præsertim imitatione repositam esse. Hanc porro beatissimæ Virginis imitationem, a se præclare admodum cultam, nobis etiam in virtutum maxima, charitate videlicet, excolendam luculentiter commendavit, dum in suis Postillis super caput in Canticorum, de eadem beatissima Virginine, sub titulo Ferculi Salomonici, locutus, litterarum monumentis consignavit: « Hujus Ferculi media, charitate constrata, id est ejus cor, charitate fuisse repletum, propter filias Hierusalem, id est propter debiliores, qui sunt in Ecclesia, ut scilicet possent imitando charitatem beatæ Virginis, cum ea ascendere, et videre regem Salomonem in diadematè quo coronavit eum mater sua. » Alibi etiam, nempe in Postillis super Psalmum LXXX scripsit, quod eam Judith B. Virginem, tam facto, quam interpretatione designaret (interpretatur enim, consistens, sive, glorificans Deum), debebant omnes venire in Bethuliam, id est, in adorationem et honorem B. Virginis, ut viderent Judith, id est, ipsam B. Virginem, et virtutes ejus imitarentur, dicentes; *Tu gloria Hierusalem, tu latitia Israel, tu honorificenta populi nostri.*

In ea aliquando cogitatione defixus, quod solus angelus ingressus diceretur ad beatam Virginem, ut eam salutaret, pronuntiare non dubitavit, quod qui non fuerit angelicæ conversationis, frustra vel temere presumit ad Virginem ingredi salutandam. « Quomodo enim (inquietabat ille) luxuriosus Virginem, vel superbus humilium salutabit? Et si forte salutaverit, non resalutabitur, quia indignus est. Oportere igitur, » affirmabat, « angelum esse eum, qui ad Virginem ingredi vult, et eam salutare cupit. Unde Hieronymus: In carne, præter carnem vivere, angelicum est, non humanum. Charitatem in communione vitæ probari: quia supernæ civitatis participatio est ejus in idipsum. Humilitatem angelicam cognosci in obedientia et ministerio. Per haec tria quenlibet de mundo exire. Puritate abjici concupiscentiam carnis: charitate concupiscentiam oculorum: humilitate superbiam vitæ; et qui haec abjecit, jam ingressum ad Virginem in cellam vinariam vere posse dicere: *Ave, Maria, gracie plena.* » Notum vero omnibus esse cupiebat, beatissimam Virginem dignam esse salutari non solum ab angelo, sed etiam ab homine magis, qui per se perditus, per eam salutem invenit: asserens, invitarî nos ad salutationem in

Mariæ Gabrieli exemplo, qui eam primitus salutavit : Joannis tripudio, et resalutationis luero. « Nam si eam (subdebat ipse) salutaverimus, non est tam rustica, ut nos sine resalutatione dimitiat Ecclesiastici xli : Erubescet a salutantibus de silentio : quod si fecerit, exsultabit in gaudio infans, id est, gaudium ineffabile in utero mentis nostræ, ut vere possimus dicere, *Ecce ut facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, exsultavit infans in utero meo.* Hinc dicit Apostolus ad Rom. xvi : *Salutate Mariam, quæ multum laboravit in vobis, pro vobis orando, in Ægyptum fugiendo, paupertatem sustinendo.* » Qualiter vero B. Virgo a nobis salutanda esset, edocebat his verbis : « Salutanda frequenter, fideliter, sapienter. Frequenter quia tota pulchra est, Cantic. iv; Isa xxiii : Bene cane, frequenta canticum, ut memoria tui sit. Fideliter, ut corde, ore, opere, salutetur, ne merito possit dicere B. Virgo illud Isa. xxix : *Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me.* Sapienter, ut recta intentione salutetur. » Sic ille.

Versans illa verba Psalmi lxxx : *Buccinate in Neomenia tuba, in insigni die solemnitatis vestræ :* aiebat per Neomeniam, Nativitatem B. Virginis, quæ nascendo mense Septembri, progressa est ut rova luna, esse intelligendam, atque in hac Neomenia debere nos gaudere et buccinare tuba, ut eamdem beatissimam Virginem prædicaremus et laudaremus, cum esset omni laude dignissima, diesque illa esset admodum insignis, utpote quia multis prophetarum oraculis præsignata beatam Virginem terræ aliquando assimilans, inter alia multa, in hoc terræ similem illam asseruit : quod sicut omne ædificium in terra fundatur, ita bona nostra omnia in ipsa beata Virgine fundare debeamus, cum ipsa dicat Ecclesiastici xxiv : *In me omnis spes vitæ et virtutis :* et quod sicut terra intra cadentes recipit, sic B. Virgo ad se confugientes recipiebat peccatores. Ut vero omnes ad B. Virginem confugerent, his verbis utebatur : « In forti munitione habitant homines securi et læti : in insirna autem sunt timidi. Item in magna munitione et opulenta multi, in maxima omnium est spes et refugium : sic ad B. Virginem omnes confugere debent, quæ est turris fortissima, et inexpugnabilis, et terribilis inimicis, ut castrorum acies ordinata. Opulenta est, virtutum et gratiarum abundantia : quia gratia plena, et in gloria plena : maxima autem est charitatis amplitudine, quia omnes amplectitur, unde cantat Ecclesia : *Sub tuum præsidium confugimus, sancta Dei Genitrix.* » Ad dilectionem cultumque sanctissimæ Dei Genitricis Virginis Mariæ omnes hac similitudine horتابatur : « Si quis esset obligatus multis debitibus, et haberet portionem terræ, quæ sine omni semine et labore, in uno anno, tantam fructus copiam afferret, ut posset solvere omne debitum, et bene vivere de reliquo ; multum diligenter illam terram.

Ita nos debemus diligere et honorare beatam Virginem, quæ dedit nobis fructum, de quo redempti sumus ab obligatione gehennæ, et de quo vivemus in eternum in omni abundantia et suavitate. » Sic ille.

In suavissima suorum operum cithara, adeo frequenter, duleiter, luculenterque augustissimæ Dei Matris, Virginis Mariæ laudes cecinit, atque encomia decantavit, ut citharistæ Mariæ cognomentum jure maximo sibi ipsi comparaverit ; nam, ut in sua *Gallia purpurata* refert Frizon, hæc in ejus antiquo sepulcro legebantur :

Iste fuit, per quem patuit doctrina Sophiæ, Praecepit Dei, doctor fidei, citharista Mariæ.

Et quidem quomodo non citharista Mariæ, qui eam dixit : Advocatam apud Deum in causa eorum qui eam honorant : Apothecam gratiarum : Apem dulcissimi fructus, nempe Jesu : Amicam Dei humilitate, pulchram misericordiæ ubertate, suarum gratiarum plenitudine decoram : Auroram inter noctem humani generis, et lucem claritatis æternæ medianam : Aquæductum, quæ de paradiso, id est, a Deo, per creationem exiit, et aquas deitatis humano generi attulit : et Arcam sanctificationis, quæ in se totius sanctificationis fontem, Christum videlicet, continuit ? Quomodo non citharista Mariæ, qui eam appellavit, Collum Ecclesiæ, caput corpori jungens : Cypressum misericordia flexibilem, ac dilectione rectissimam : Cedrum imputribilem, et virginitate virentem : Castellum ad refugium peccatorum in terra positum : Columnam nubis ita stabilem, ut nec ab ipsis peccatoribus recedat : Domum Sapientiæ, ex qua effunduntur nobis dona gratiarum ; et Civitatem Dei in virtutibus fundatam, de qua multa gloriosa per prophetas dicta sunt ? Quomodo non citharista Mariæ, qui eam nuncupavit Exemplar virginitatis : Fundam Davidis : Ferculum Salomonis de lignis Libani, id est, de membris omni puritate candidissimis, quoad corpus, et altis virtutibus, quoad animam compactum : Fontem de loco voluptatis egrediente, a quo exiit fluvius irrigans totum mundum : Gloriam claustralium, quibus, cum dixit : *Fiat mihi secundum verbum tuum,* dedit formam et regulam obedientiæ : Horum voluntatis et deliciarum amoënsimum, omniægena arborum plantatione consitum : Hereditatem Jacob : Honorificentiam laicorum : et Hester, quæ liberavit populum morti adjudicatum ? Quomodo non citharista Mariæ qui eam asservit Ignem contra diabolum et tenebras peccatorum : Jordanem, per quem populus Christianus transit ad terram consolationis : Lætitiam scholarium et clericorum : Limum terræ, pietate tractabilem, de quo Deus Pater, vel Trinitas formavit hominem, scilicet Christum : Libanum candidam, mundam et castam, et vitæ altitudine eminentem, ac meritorum prærogativa, super choros angelorum exaltatam, de qua aquæ gratiarum cum impetu fluunt : et Librum vitæ, de antiquorum patrum Abrahami,

Jesse, David, pellibus compactum, in quo tot sunt litteræ quot virtutes? Quomodo non citharista Mariæ, qui eam celebravit, Medicamentum generationis, quod humanum genus, ab Eva percutsum et vulneratum persanavit: Murum stabilem et firmum nobis ad defensionem datum, super quem aedificavit Dominus propugnacula argentea divinorum eloquiorum: Munitionem fortē, opulentam, magnam, et maximam ad se confugientibus: Navem amplam, quæ nos portat in cœlum: Nebulam, ab ardore iræ Dei omnem carnem tegentem, humilitatem tenuem, charitate rorantem, exemplo castitatis refrigerantem, et contra ardorem solis, id est tentationis, vel persecutionis obumbrantem; Ostium, per quod ingressus est ad nos Filius Dei: et Olivam, quæ fructum fecit in frigore, id est hieme peperit Salvatorem, de qua nascitur nobis oleum gratiæ, oleum lœtitiae? Quomodo non citharista Mariæ, qui eam pronuntiavit Principium Christi: Promissionem Israel: Phison, terram Evilat, id est dolentium, eos consolando, circumeuntem: Puteum aquarum, id est, populorum secularium, cum vita gratiæ viventium: Resam pulcherrimam, quæ famæ suæ odore totam pigmentat Ecclesiam: Signiferam virginitatis: Stellam de nocte lucentem, et naufragantes hujus mundi ad portum salutis dirigentem: Sedem regiam, quæ Regem regum in utero suo concepit et portavit, et peperit: Sion, ob cœlestium contemplationem: et Sunamitidem, quæ Deum Patrem, ab amore humani generis quasi tepentem, calefecit? Denique quomodo non citharista Mariæ, qui eam prædicavit, Sagittam quæ Sponsum cœlestem vulneravit: Saram a Deo Patre visitatam, quæ concepit, et peperit Isaac, id est Christum, risum et gaudium nostrum: Sororem Dei, Dei Patris voluntati per omnia obedientem: Sponsam Christi, ab ipso omni virtutum genere prædotatam: Testamentum Altissimi: Testem in cœlo fidelem: Tramitem aquæ immense de fluvio dulci, non de mari amaro venientis: Thronum Salomonis, candore virginitatis eburneum, ac auro fulvo nimis charitatis eximiae decoratum: Templum in quo preces porrigitur ad Deum: Tabernaculum Altissimi, in quo Deus mortalitatis nostræ armis se arnavit, ut contra diabolum militaret: Terram lacte et meile manantem, de qua per Nativitatem fluxit Christus, in quo est mel divinitatis, et lac humanitatis: Vineam, de qua vitis vera processit, tot vites habentem, quot virtutes: Viam rectam, per quam aquæ gratiæ fluunt in Ecclesiam: Virgam Dei, nos in omni tribulatione nostra consolantem: Vestem ovis, ob simplicium atque innocentium protectionem, et (ne plura congeram) Vellus, ex quo facta est a Spiritu sancto vestis, id est, caro Filii Dei, frigora pellens infidelitatis?

Possederat totum Hugonis cor animunque Maria, atque ideo nil mirum, si Hugo Mariæ laudes tam copiose luculenterque celebravit; quis enim

SUMMA AUREA DE B. V. MARIA. X.

amans non ultiro lubensque loquitur de amata? immo quis amans perpetuus in amatæ laudibus non est? Cum igitur Virgo Deipara universum Hugonis peccatus occupasset, non potuit Hugo non verbis effundere igneum erga ipsam amorem, corde clausum, atque in illo se eloquentem demonstrare. Felicem vero animam ad fontem vitæ perennem emisit nobilis hic et suavissimus præconiorum Deiparae Virginis citharista, anno Redemptionis nostræ 1260, 14 Kal. Aprilis.

§ XVI. — *De Hugone Verdala.*

Hugo Verdala, Gallus, magnus militiae ordinis Hierosolymitani magister, bellie non solum virtutis gloria, sed litterarum etiam, eloquentiæ, ac optimorum morum prærogativa suspiciendus, quem Sixtus V Pontifex Maximus ad se accitum, et honorifice, publico in senatu, exceptum S. R. E. diaconum cardinalem, tit. S. Mariæ in Porticu, pronuntiavit, inter alia pietatis sue erga Deiparam Virginem documenta, frontem ecclesie Sanctæ Mariæ in Porticu, cuius titulo fuerat insignitus, apertis fundamentis, exstruxit, et odeum laqueariibus auratis exornavit. Vivendi finem fecit anno Dominicæ Incarnationis 1595, 4 Nonas Maii.

§ XVII. — *De Hugone de S. Victore.*

Hugo de S. Victore, Saxo, Germanus, ex canonicō regulari cœnobii S. Victoris in Andrio prope Parisios, S. R. E. cardinalis, et episcopus Tusculanus, ab Innocentio II Pont. Max. creatus, virtutum omnium splendore clarissimus, et qui ob perspicacissimum ingenium, cœlestemque sapientiam, qua polluit, alter sui temporis Augustinus appellari promeruit, Deiparæ Virginis fuit amantissimus ac ejus cultui immutabili devotione addictus. Ut acquiesceret precibus fratris ejusdem amicissimi sui, qui verba illa: *Tota pulchra es, amica mea, et macula non est in te:* quæ, in laudem Matris et Virginis, de Canticis canticorum sumpta, canit Ecclesia, compendiosa sibi expositione reserari flagitaverat, illa præsertim causa adductus, quod monasterium suum in honorem ejusdem Virginis consecratum esset, et idecirco omnino decens esset, eos, qui speciali titulo illius insignes essent, singulari quoque devotione charissimos inveniri, Hugo sermonem mirificum et nectarea dulcedine plenum, super prædicta verba, de Assumpta Deipara Virginie composuit, ac eidem charissimo fratri, ut fraternalè charitati ejus obtemperaret, libenter transmisit: sentiens se ad hoc vel maxime urgeri a charitate B. Virginis in cuius laudem præfata verba dicebantur.

Cum a sancto pontifice G. audisset, temerarium ac præsumptuosum hominem quemdam de sacro sancta B. Mariæ virginitate, non ea, qua decebat, reverentia, immo non sine impietate fuisse locutum; Mariani honoris zelo incensus, calumniam arripiens, scripto libello Epistolari, quem *de B. Mariæ Matris Dei virginitate perpetua prænotatum voluit, impietatem ac ignorantiam insulsi hominis doctissime*

ac solidissime confutavit, in ipso libelli exordio, pro Domina sua, contra calumniatorem impium his verbis invectus : « De incorrupta virginitate Matris Dei hoc fides pie, et pietas fideliter constitetur, quod ejus perfectionem nullo modo inminuit conjugalis consensus, quemadmodum castitatem illius non violavit conceptus, nec integritatem abstulit partus. Ipsa namque eadem Virgo perpetua, et cum desponsaretur viro, non tamen deseruit, aut mutavit propositum continentiae : et cum secundaretur (non a viro), concepit sine libidine ; et cum filium ederet, peperit sine dolore. Quid dicas nunc, inquisitor contentiose, et non pie auditor ? Miraris, an diffidis ? simularis miranda, mirandus non es : si non credis credenda, tolerandus non es ; si falsa conarisi asserere, audiendus non es : si vera niteris oppugnare, convincendus es : denique si manifesta negas, confutandus es. Fateor, æquo animo ferre non possum temerariam præsumptionem tuam, quam tam impudica et nugaci loquacitate temerare sinceram et intactam maculare conaris. Stulte, istis tenebris tuis in Matrem lucis impegisti ; quid enim sibi voluerunt exsufflanda illa argumenta tua, quæ tu cum longa ac diutina ruminazione texuissest, quasi novum et magnum aliquod inventum prolaturus (sicut tibi consuetudinis est) circumire coepisti, aures prurientes quærcens, amplius quidem te doctis insipientem, quam insipientibus doctum demonstrans ? Quid enim ? doctor esse voluisti ? novitatis relator au assertor veritatis ? Sed esto, inveneras quid doceres. Cur tibi visum est infamare castitatem et oppugnare veritatem ? Sed forte (quod et ego magis suspicor) nihil contra veritatem molebaris, sed solita et inolita levitate, auras popularis famæ captans, acumen ingenii tui probare putasti, si prius rem (quasi quæstionis ambage) apud alios involveres, ut in solutione ejus postmodum tu doctor appareres. At nunc res tibi in contrarium versa est; in quæstione enim tua temerarius probatus es, sed in solutione non es doctus inventus. » Sic ille.

Hanc enim particulam, ex jam dicto libello, asserre volui, ut qui libelli illius ignem non habent, vel totum legendo sentire non possunt, saltem ex ipsis scientiæ scintillula percipere valeant zeli ardorem, quo vir tantus erga ea, quæ Deiparae Virginis honorem tangunt, aestuabat.

Maximum existimabat, quidquid sanctissimæ Dei Genitrici esset acceptum : et quæcunque in Scripturis, quæcunque in creaturis erant amabilia, quæcunque suavia, quæcunque dulcia, quæcunque pulchra, quæcunque redolentia, quæcunque jucunda, quæcunque pretiosa, quæcunque laudabilia, ejusdem sanctissima Dei Genitricis laudibus convenientia esse pronuntiabat. Hinc Mariam appellabat Auroram veræ lucis præventione, Florem pulchritudine, Favum dulcedine, Violam humilitate, Rosam charitate, Lilium suavitate, Vitem fructificatione, Aroma quodlibet

bona opinione, Castrum securitate, Murum fortitudine, Clypeum defensione, Columnam rectitudine, Spousam fide, Amicam dilectione, Matrem fecunditatem, Virginem integritatem, Dominam dignitatem, Reginam majestatem, Ovem innocentiam, Agnam munditiam, Columbam simplicitatem, Turturam castitatem, Animal quodlibet mundum et domesticum munda et mansueta conversatione, Nubem protectione, Stellam, Lunam et Solem cuiuslibet virtutis aut boni operis inchoatione, augmentatione, aut consummatione : denique (ne longior sim) Paradisum cœlestem cœlestis boni pulchritudine. Illoc autem in Maria laudanda solemne habuit Hugo, (quod utinam omnes Mariæ pro concione laudatores solemne etiam habeant!) ut in iis, in quibus ipsam laudabat, ad suum et suorum auditorum fructum, semper ejusdem eliceret ac requireret imitationem. Unde in sermonum suorum 46 qui est de Assumptione, cum beatissimam Virginem in multis proprietatibus ut violam laudasset, subiunxit : « Et nos, charissimi, nos, inquam, viola sumus : nos B. Virginem imitemur, quantum valemus. Simus quasi naturaliter frigidi, per incendiis carnales extinctionem : simus virides per justitiae inchoationem, et per ipsius perpetuitatem, vel cœlestium bonorum spem immarcescibilem et expectationem. Simus purpurei, nosmetipsos bene regendo : odoriferi, apud omnes nomen bonum obtinendo : caput ad ima deponamus, de nobis humillima semper sentiendo. Conformemur B. Virginis pro viribus, in sanctitate, ut consortes illius fieri mereamur in beatitudine. » Et in serm. 47, qui pariter est de Assumptione, cum sanctissimam Dei Genitricem cedro, cypresso, palmæ, rosæ, olivæ, platano, cinnamomo, balsamo, ac myrræ assimilasset, subtexuit : « Beatissimam Virginem, dilectissimi, pro viribus imitemur, ut et nos qualicunque modulo simus, quasi cedrus, per incorruptionem ; quasi cypressus, per fortitudinem ; quasi palma, per victoriam : quasi plantatio rosæ, per compassionem fraternalm, quasi oliva per misericordiam, quasi platanus per operationem bonam, quasi cinnamomum per laudem et gratiarum actionem : quasi ba'samum per bonam opinionem ; quasi myrra per carnis nostræ mortificationem. Imitemur eam in bona conversatione, ut ejus meritis et precibus ei sociari mereamur in beatitudine. » Et in sermone 53 qui est in quolibet festo B. Mariæ, cum augustissimam Dei Matrem storaci, galbano, unguæ, guttae, libano, balsamo et terebintho comparasset, subintulit : « Nunc igitur ad nosmetipsos redeamus, et in iis quæ dieta sunt, B. Mariam pro viribus imitari studeamus, ut ejus meritis et precibus cum ipsa glorificari valeamus. Simus et nos quasi storax, clarificate voce cordium laudem Deo celebrando : quasi galbanus, reptilia cogitationum inutilium devotis orationibus effumigando : quasi unguula, libidinem carnis extingendo : quasi gutta,

superbiā cordis subigendo : quasi libanus, castitatem corporis custodiendo : quasi balsamum, bonam famam circumquaque diffundendo : quasi terebinthus, Deum super omnia, et proximum sicut nos ipsos diligendo. In his omnibus imitemur B. Mariam sub brevitate temporis, ut cum ipsa gloriari mereamur in diutinitate aeternitatis. » Denique in sermone 65 qui est de Nativitate B. Mariæ, cum semper nominandam et nulla oblivione tacendam Dei Matrem cum rosa composuisset, conclusit : « Imitemur, fratres, B. Virginem Mariam, maximè secundum hoc, quod de rosa superius diximus, et vitiositatis nostræ flammis, secundum ejus naturam frigidam, extinguamus : corda nostra, secundum formam ejus, in dilectione Dei et proximi latius expandamus : sinus rubicundi, et si non pro Christo sanguinem effundendo, saltem infirmis ejus membris compatiendo : et odoriferi, bonam opinionem ubique dispergendo. Judaicam vitemus nequitiam, a malo declinando : B. Mariæ Virginis imitemur sanctimoniam, bene faciendo, ut ejus meritis et precibus evadere damnationem, et consequi mereamur beatitudinem. » Haec ille. Ex quibus clare satis ac luculentiter agnoscitur, quantum Hugoni cordi esset ac curæ B. Virginis imitatio, quæ sine dubio, inter omnes Marianæ cultu's praxes, ut eidem B. Virginis charior, sic etiam nobis utilior ac fructuosior inventitur.

Ut omnes peccatores ad B. Virginem libere et absque impedimento respicerent, ad ipsam consenserent, ab ipsa consilium quererent, auxilium perciperent, per ipsam Deo reconciliati, venia lætificati, gratia locupletati, fide illuminati, spe confortati, charitate justificati, alii virtutibus exercitati, bonis operibus adornati, et tandem gloria beatificati: cognitum omnibus esse cupiebat, B. Virginem esse Olivam speciosam in campis, id est, in planicie sæculi præsentis, vel in latitudine sanctæ Ecclesiæ ubique terrarum diffusæ. Orabat, ut sanctæ Mariæ Virginis meritis et precibus Sol justitiae sibi semper illucesceret, semper staret, nunquam occumberet; et exemplo Josue, cui sol stetit ad Gabaon, donec ulcisceretur se de inimicis suis, secum esset, ut suis fidelibus promisit, usque ad consummationem sæculi: donec et ipse, interfictis suis hostibus, supernis donaretur sedibus. Num erga omnimodam B. Virginis puritatem sensum omnibus testatum ac manifestum esse voluit, tum in serm. de Assumptione tom. II super illa verba: *Tota pulchra es, amica mea, et macula non est in te*, ubi in persona Dei sic B. Virginem alloquitur: « Tota pulchra es, amica mea. Ego totus pulcher, et tu tota pulchra: ego per naturam, et tu per gratiam. Ego totus pulcher, quia omne quod pulchrum est in me est: tu tota pulchra,

quia nihil quod turpe est, in te est. Antiqua illa Maria nominis tantum, non lepræ te reliquit haeredem: quia nec maculam, nec rugam habuisti, quam unguenta tergerent, sed unguenta accepisti, ut speciem et formam tuam gratius commendarent. » Tum etiam libro iv *Eruditionum Theologiarum*, ex libro*Miscellaneorum*, tit. vi, ubi loquens de fisella Moysis Exodi 11, de B. Virgine in hunc modum fatur: « Fisella est Maria, scirpea, fragili ex carne, sine modo culpæ. Valida fisella interior omne bonum continet, exterior nullum malum accedit. In tali vasi venit in Ægyptum hujus mundi Dominus. » Sic ille.

Pretiosa porro encomiorum talenta, quæ Hugo in magnam Dei Matrem, tanquam in sacrum gazophylacium, plena manu intulit (quorum jam titulos in Bibliotheca Mariana enumeravi ac, Deo volente, in Bibliotheca Mariana purpurea, integra afferentur), operosum valde esset, hoc loco congerere: libensque omitto, quia ea in ipsis operibus editis, a quolibet videri possunt: quæ tanien de B. Virgine, ut purpura, purpuratus iste contexuit, a Mariana hac purpura non divellam: « Purpura autem regum est (inquit ille). Hinc est, quod Alexander rex Syriæ misit Jonathæ purporam et auream coronam, velut regio munere honorando. Sed et cum idem Jonathas, prafato regi, et Ptolomæo regi Ægypti, apud Ptolemaidem occurrisset, jussit cum prafatus rex suis vestibus spoliari, et purpura indui, volens eum regio ornamento glorificare. Bene ergo purpura regalem significat dignitatem. Beata itaque Virgo Maria vere purpura fuit, quæ super omnes sanctos regali dignitate, velut Domina mundi et Regina cœli, effulsi: quæ se præ omnibus regaliter egit, et rexit, virtus deppressit, virtutes erexit. Depressit enim in semetipsa superbiam, erexit humilitatem: deppressit iram, erexit pacem: deppressit invidiam, erexit charitatem: deppressit tristitiam sæculi, erexit exultationem Dei: deppressit tenacitatem, erexit largitatem: deppressit gastrum, erexit parcimoniam: deppressit luxuriam, erexit castitatem, imo virginitatem eximiam. Quia ergo mala deppressit, et bona erexit, vel quia, secundum prophetæ sententiam, illa evellit et destruxit, ista ædificavit et plantavit, vere fuit purpura, vere regia dignitate decorata. » Haec enim Hugo, cuius haec erat ob B. Virginem apostrophe: « O Virgo grata, totum nobis quodammodo est a te, quod per illum nobis est, qui natus est ex te. »

Ad cœlitum consortium vitamque immortalem perrexit vir mira sapientia, et veneranda sanctitate candidatus, anno salutis 1139, die 2 Februarii purificatæ Virgini sacro, quem, ante suscepta cardinalatus insignia, ex hac vita migrasse opinatur, in sua *Historia tripartita*, abbas Pennottus.

CAPUT IX.

De Jacobo Columna, Jacobo de Vitriaco, Joanne Castellar, Joanne Columna, Joanne diacono, Joanne Dominici, Joanne Fischerio, Joanne Franciogia, Joanne Francisco a Balneo, Joanne Francisco Gambara, Joanne Garzia Millino, Joanne de la Grolaye, Joanne Hailgrino, Joanne Morono, Joanne Oczko, Joanne Salviato, Joanne Siliceo, Joanne Turrecremata, Joanne Vincentio Gonzaga, Joannettino Doria, Jordano de Cuccano, Jordano Ursino, Julio Antonio Sanctorio, atque Julio de Ruvere, S. R. E. cardinalibus.

§ I. — *De Jacobo Columna.*

Jacobus Columna, Romanus, S. R. E. cardinalis, tit. Sanctæ Mariæ in Via Lata, a Nicolao III Pontifice Maximo renuntiatus, eximiæ suæ in Deiparam pietatis clarum perhibuit testimonium, dum basilicæ Sanctæ Mariæ Majoris (enjus fuit archipresbyter) anteriorem partem et absidem omnem, ut ex elogiis apparet, musivo opere, pro temporum conditione, elegantissime decoravit, et multa sacella (ut ex manuscriptis archivii cognoscitur) a fundamētis erexit. Nec plane contentus, dum viveret, basilicam jam dictam Sanctæ Mariæ Majoris amplificare, etiam post mortem auxit, velut ex testamento deprehenditur, in quo illam omnium prorsus quæ sui juris erant, hæredem instituit.

Obiit, incertum quo loco et anno, sub Joanne XXII, Pontifice Maximo, ejusque sanctissimam Matrem suppliciter venerantis effigies, mira arte, consue-toque cardinalium ornatu conspicua, in Liberiana basilica adhuc conspicitur. Jacobo autem et Petro Columnæ (de quo iuſtra) ejusdem basilicæ canonici, in grati animi pro beneficiis acceptis testificationem, hoc elogium in sacrario appendendum curarunt :

Petrus et Jacobus Columnæ, Hujus templi archipresbyteri cardinales, Ambo de re sacra præclare meriti, Sed Jacobus opere, sumptuque Collato cum Nicolao pontifice, Ex instauratione basilicæ Decessit illustrior.

§ II. — *De Jacobo de Vitriaco.*

Jacobus de Vitriaco, natione Gallus, a Gregorio IX Pont. Max. cardinalitia purpura donatus, vir longe eruditissimus, multo rerum usu insignis et gravissimis legationibus illustris, suum erga Deiparam Virginem studium amoreisque spectatum fecit, dum Albigensium hæresin, sua tempestate exortam (quæ ejusdem Deiparæ Virginis invocationem negabat), ut apostolice Sedis legatus, summa vi profligavit: et dum Nestorium, ejusque sequaces (qui B. Virginem Mariam Matrem Dei esse inficiabantur) validissimis rationum atque auctoritatum telis confosso reliquit. Inter alia secundi sui et semper parturientis ingenii monumenta, scripsit, ac posteriorum memorie tradidit, in seriis Deiparæ Virginis solemnioribus sermones egregios, in quibus declamandis, et ad populum habendis, facundia plurimum excelluit.

Dum in Palæstina moraretur, visitavit omnia fere loca Deiparæ Virginis præsentia consecrata: præsertim vero Nazareth, ubi B. Virgo Dei Filiū hominem factum, angelo nuntiante, concepit, et

ibidem rem divinam fecit, ipso anniversario angelicæ Salutationis die: et Bethlēm, ubi eumdem, lœtantibus angelis, immaculato utero editum et pannis involutum, in præsepio reclinavit. Visitavit etiam ecclesiam a D. Petro apostolo, in Anteradensi civitate, Deiparæ Virgini erectam, ac de illa, in libro suæ *Hist. Orientalis* cap. 44, in hunc modum scripsit: « Anteradensis civitas, sic dicta, quasi ante Aradum sita, vulgari autem appellatione hodie dicitur Tortosa, in qua B. Petrus, Phœnicien circumiens, cum a partibus Hierosolymitanis transiret in Antiochiam, in honorem B. V. Mariæ modicam fundavit ecclesiolum, in qua etiam divina celebravit mysteria, quæ usque hodie in magno habetur honore, et multorum populorum accessu frequentatur: eo quod B. Virgo in illa, sibi ab infantia primitivæ Ecclesiae consecrata, multa operatur miracula, et infirmis illuc venientibus grata confert subsidia sanitatum. Dicitur autem a multis, quod inter omnes B. Mariæ ecclesias ista fuerit prima. Non solum autem a Christianis, sed etiam a Sarracenis, in magna habetur reverentia; qui filios suos plerumque ad præfata in adducunt baptizandos, ut diutius vivant, vel ut corporalem reeiperent sanitatem. » Haec tenus ille. Loquens de monachis Cisterciensibus, qui Deiparæ Virgini unanimiter et uno humero ubique devotissime serviunt, hoc de B. Virgine narrabat exemplum: « Cum quadam die frater quidam, qui physicus probatus et nominatus fuerat in sæculo, communis cibos ordinis, quasi complexioni suæ contrarios, respueret, et aliis fratribus materia scandali singularis effectus fuisset: sequenti nocte vidit in somnis beatam Cisterciensis Ordinis Advocatam, Virginem Mariam, singulis fratribus, quasi in processione transeuntibus, in cochleari argenteo, et pyxide aurea, electuarium tribuentem; cum autem ad prædictum physicum perventum fuisset, et ipse os suum medicinae porrigeret, B. Virgo manum retrahens, quasi indignando, et increpando dixit illi: *Medice, cura te ipsum.* »

Aiebat, principalem viam, per quam Dominus venit ad nos, fuisse B. Virginem, et per hanc viam nos Christo obviam pergere, eique occurtere posse: infelicem appellans animam illius, qui se malis operibus cruentasset, avaritiae nigredine obscurasset, iracundiae igne combussisset, assidua luxuria sordidasset, superbiae tyrannide devastasset, et curris hujus sæculi aggravasset, ut per hujusmodi viam Christo occurtere, eumque in suo hospitio recipere non valeret. « In B. Virgine (inquietabat ille)

fecit Salomon noster thronum de ebore, carnem ex ea assumendo. Elegit enim Virginem incorruptam, ne vinum novum mitteret in utrem veterem. Hæc fuit illa virgo, quæ quæsita est ut calefaceret David, sine sui corporis corruptione: non enim Synagoga poterat eum calefacere, licet operiretur pellibus absque estimatione et numero, id est sacrificiorum multitudine. Hæc fuit ostiolum humilitatis, per quod Dominus ad nos intravit. Hæc fuit scala Jacob, per quam Dominus ad nos descendit, et nos per eam ascendimus, per quam terrena coelestibus conjunguntur. Hæc fuit Sara maturior, Rebecca sapientior, Lia fecundior, Rachele gratiosior, Anna devotior, et castior Susanna: in qua cedrus alta cum hyssopo, leo cum agno, seu ove, divinitas cum humanitate pariter habitavit. Hæc est mulier illa amicta sole, quam in Apocalypsi vidit Joannes, architecta, et protecta propitiatorio, quæ luna plena fuit in Conceptione, sed in solem conversa est in Filii Nativitate. » Sic ille.

Pro iunctata sibi in Mariana encomia propensione, Mariam appellabat Thalamum quietis, Thronum veri Salomonis, Cœnaculum refectionis: Hortum deliciarum, Domum habitationis, Templum sanctitatis, Pratum floridum, delectabile et amœnum: Cellam pigmentariam, Fiscellam Moysi intus et exterius, ad luxuriæ aquam arcendum, bituminatam: Arcam intus et foris deauratam, coeleste Manu in se continentem; eamque suppliciter humiliterque rogabat, ut se commendaret apud Filium, et loqueretur pro se bonum; ut ejus humilitas vanitatem et elationem suam excusaret apud Dominum: ejus virginitas corruptioni sue veniam impetraret: ejus charitas suorum opereret multitudinem peccatorum, et ejus fecunditas sibi fecunditatem conferret meritorum.

Versans illa Salomonis verba Prov. xxxi: *Facta est quasi navis institoris, de longe portans panem suum, et ad laudes B. Virginis detorquens, hæc aliquando scripsit: « Eva quasi Navis constraeta, et submersa fuit; beata autem Virgo navis integra fuit, cum velo charitatis et anchora spei, et gubernaculo discretionis et humilitatis, transiens mare hujus sæculi. Vidit Deus Pater servum suum, quasi phreneticum et insanum se præcipitasse in profundum; misericordia motus, misit Filium suum, ut cum integra et secura nave, maris fluctus ingrediens, hominem naufragum, ad portum salutis perduceret. Fuit igitur Maria quasi navis institoris, id est Christi, qui tanquam mercator lucrum desiderans, multis se periculis exposuit: de longe autem panem suum portavit, quia de celo panem angelorum in utero suscepit. » Sic ille.*

Temporalis vita luci subtractus, beatissimæ Virginis Dominæ sibi amatissimæ ductu, aulae supernæ adyta penetravit, anno salutis 1244, pridie Kalend. Maii.

§ III. — *De Joanne Castellar.*

Joannes Castellar, Hispanus, S. R. E. cardinalis, tituli S. Marie Traustiberim, ab Alexandro VI creatus, archiepiscopus Tranensis ac tandem Montis Regalis, vir et majorum sanguine et propria virtute spectatissimus, licet fuerit in Deiparam Virginem studio ac pietate eminentis, nihil tamen de eo hactenus scire potui, nisi quod beatæ Virginis Lauretanæ effigiem ex argento expressam, pondio librarum decem ad ipsam Laurentianam ædem pro beneficiis acceptis donum attulerit. Natus anno 1441 obiit Valentia, anno 1504, ætatis suæ anno climatico 63.

§ IV. — *De Joanne Columna.*

Joannes Columna, Romanus, ab Honorio III, Pont. Maximo, cardinalitia purpura donatus, qui Constantinopoli primun, deinde in Syria, diu legationis munere functus, Hierosolymis columnam, ad quam Christum alligatum et flagellatum fuisse ferunt, Romam adduxit, et in suo S. Praxedis titulo locavit; pro maximo devotionis ardore, quo in Deiparam Virginem, ejusque cultum atque honorem amantissime rapiebatur, basilicam Sanctæ Mariæ Majoris de urbe, magnis muneribus (quorum etiam adhuc memoria viget) fulcire nunquam destitut; nec ullum tempus, vel occasione omisit, quominus eamdem basilicam sua liberalitate amplificaret, ut Honorius Papa III, in Bulla, quæ in ipsius basilicæ archivio asservatur, his verbis confirmat: « Honorius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Romanis archipresbytero, et canoniciis ecclesiae Sanctæ Mariæ Majoris, salutem, et apostolicam benedictionem. Justis petitionum desideriis dignum est nos facilem præbere consensum, et vota, quæ a rationis tramite non discordant, effectu prosequente complere. Quapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, monasterium Megalacio Squistuens, diœcesis, positum in imperio Romanorum, cum pertinentiis suis, a dilecto filio nostro Joanne Columna, tituli Sanctæ Praxedis presbytero cardinali, cum in illis partibus legationis officio fungeretur, ecclesiæ vestre concessum, sicut illud juste, canouice ac pacifice posseditis, vobis et per vos eidem ecclesiæ vestre, auctoritate apostolica confirmamus et præsentis scripti patrocino communimus. Nulli ergo, etc. Datum Laterani, 14 Kalend. Augusti, pontificatus nostri anno 6. »

Obiit Joannes circa annum Domini 1245, sub Innocentio V Pontifice Maximo.

§ V.—*De Joanne Diacono.*

Joannes Diaconus, natione Italus, ex monacho Casinensi ordinis divi Benedicti S. R. E. cardinalis, vir humanæ divinæque sapientiæ laude admundum insignis, inter alia pietatis specimina, quibus affectum suum erga angustissimam cœli Reginam posteritatis memoriarum consiguatum voluit, edidit (ut testantur Arnoldus Vuion lib. II *Ligni*

vitæ, cap. 70, et Petrus Diaconus, in libro *De Viris illustribus Montis Cassini*) in laudem sanctæ Dei Genitricis et Virginis Mariæ carmina claruit anno Domini 860.

§ VI. — *De Joanne Dominici.*

Joannes Dominici, Florentinus, ordinis Prædictorum, ex Ragusinæ ecclesie præsule, S. R. E. cardinalis a Gregorio XII Pontifice Maximo creatus, vir eruditionis eximia, miræ facundiæ, prudentiæ perrare, et divini verbi præco excellentissimus, inter alia clarissima suæ pietatis erga Deiparam Virginem testimonia, scripsit (ut ex Leandro Alberto retuli in Bibliotheca Mariana, parte prima) *Super Magnificat almæ ejusdem Dei Genitricis laudes multa devotione conspicuas et sermones in præcipuis Deiparæ Virginis festivitatibus.* Auioram a Deo electam ad beatas cœli mansiones efflavit, anno salutiferae reparationis 1420, quem clariusse miraculis, in III part. *Histor.* tit. 23, cap. 21, refert sanctus Antoninus.

§ VII. — *De Joanne Fischerio.*

Joannes Fischerius, Roffensis in Anglia episcopus, et S. R. E. cardinalis, a Paulo III Pontifice Maximo creatus, quo nihil ant doctius, aut sanctius Anglia protulit, gloriosissimæ Dei Genitricis Mariæ, a prima pueritia, observantissimus, illam nevo quovis, et labo tam actualis quam originalis peccati carentem, nedum voce, sed scriptis etiam editis, libere confitebatur. Aiebat sacratissimam Virginem ac Dei Matrem Mariam, propter eximiam splendoris puritatem (quippe in qua nunquam labes, aut tenuissima vitæ macula reperta est) majus esse in cœlo Ecclesiæ Catholice luminare; eamque justis omnibus quantumcunque bonis operibus splendeant, tanta adhuc supereminenti luce affulgere, ut semper ex ea discere possent, unde proficerent. Hereticos, illosque, qui Virginis gloriæ præcellentiam, vel pilo minuere studerent, miseros appellabat: iisque, nisi maturius resipiscerent, ultiōnem divinam haud dubie imminere ominabatur: cum ingenitem, præ cæteris, singularis hæc, et eximia Virgo, quæ sola inter cæteras Deum enixa est, mereretur prærogativam: nec deberet ad cæteras argumento trahi, quod huic uni peculiariter donatum est. Inter alia laudatissima præstantis ingenii solidæque sapientiæ monumenta, scripsit (ut dixi etiam in Bibliothecæ Marianæ parte I) *Matris Jesu Mariæ carmen*, seu *Paraphrasin in Canticum B. Virginis Magnificat*, nec non, *de Nativitate beatissimæ Virginis luculentissimum sermonem*: in quo probans sacratissimam Virginem, Salvatoris nostri Matrem, Auroram merito dici oportere, eo quod ante eam nemo peccati expers fuerit, ac post eam Sol clarissimus Christus Jesus mundo ortus sit, qui tenebras illas, quibus mundus universus involutus et obductus fuit, lucis suæ splendore penitus dispulit: hæc inter cætera, hic nullo pacto reticenda, litterarum monumentis consigna-

vit: « Aurora (uti quotidianus rei usus docet) ex tenebris ortum habet: quod et Apostoli testimonio comprobatur: Dens, inquit, qui dixit de tenebris lucem splendescere. Quæ res Orpheum poetam in magnam admirationem rapuit, cum dicebat: O nox, quæ lucem emitte. Et certe, res est admodum stupenda, si ex humanæ rationis modo metienda sit, quod lux ex tenebris oriatur. Eodem plane modo, et hæc beatissima Virgo magnam nobis admirandi materiam præbat, eo scilicet quod sitab omni prorsus peccati labo immunis, quodque tam præclarum lucis splendorem emitte, cum sit ab illis parentibus oriunda, qui peccati tenebris et nocte circumfusi ac obducti fuerunt. Porro post auroram oritur sol, perinde ac si ab ea productus esset, originemque duceret: ita et Salvator noster Christus Jesus, ab intemerata Virgine productus et natus, lumen suum in universum mundum diffudit. Deinde quemadmodum sol ab aurora ortus, ipsam luminis sui diffusione multo illustriorem reddit: ita et Christus ab intacta Virgine natus, nulla Matrem peccati labo contaminavit, sed multo majori quam antea luminis et gratiarum accessione cumulavit, et plane replevit. Denique quamvis ita videri possit, quod aurora soli causam tribuat, certa tamen res est quod aurora, contra, causam a sole originemque hauriat: ita et beatissima Virgo, quamvis ipsa Salvatorem nostrum Christum Jesum in lucem ediderit, ille tamen Matrem creavit, ejusque in hunc mundum producendæ causa exstitit. Item, sicut aurora inter magnum solis splendorem et ingentes noctis tenebras, medio loco incedit: ita D. Virgo, inter splendidum justitiæ Solem, Salvatorem nostrum, et homines impios peccati tenebris obvolutos, media exsistit, et cum utrisque participat; est enim illa et ipsius Dei Filii et hominum peccatis obnoxiorum Mater. Cum igitur sacratissima Virgo Maria instar auroræ sit, quæ inter noctem nostram et Christi diem, inter tenebras nostras et Salvatoris splendorem, denique inter peccatorum nostrorum miserias et divinæ bonitatis misericordiam intercedat, quodnam aliud nobis implorandum est auxilium, nt ab his miseriariarum nexibus explicati, misericordiam consequamur, quamquod ab hac gratiosa Mediatrix exspectatur? » Sic ille.

Asserebat peccatores, divinæ gratiæ munere justos jam effectos, Virginis Matris tutelæ commendari, ut nimis eos in suam fidem recipiret, et maternam eorum curam gereret. Quidquid boni ipse habebat, Mariæ Dei Matri acceptum humiliter referebat. Sacratissimam Virginem ex divina providentia, ab omni prorsus peccati labo munitam, aliquando contemplatus, recte illam in hunc modum compellare posse sibi videbatur: *Tota pulchra es, amica mea, et macula non est in te.* Hortabatur omnes, ut saeculissimæ Virginis supplices essent, suainque misericordiam agnoscentes, ingenuo ejus opem implorarent,

quodecumque ab illa postularent, facile consequerentur: in hunc modum illam alloquentes: « Sanetissima beatissima Virgo, tu Dei Mater es. Mater misericordiae, tu etiam hominum peccatis obnoxiorum et Mater es, et singulare praesidium: dulceque eorum omnium, qui rebus adversis et moestitudine confluantur, solatium. Ad te igitur, in magnis rerum angustiis constituti, confugimus, illud impense contendentes, ut preces, quas fundimus, exaudire, calamitates et mala quae patimur considerare, nobisque de remedii opportunitate prospicere, pro materna pietate digneris. » Suadebat etiam, ut, quemadmodum mulier Chananæa, cum Domino simplex fieret, exaudita non fuit, mox tamen discipuli, commiseratione ducti, causam ejus apud Magistrum, ea, qua pollebant gratia, promoverunt, sic et nos, ne forte misericors Dominus, preces quas fundimus, propter scelerum nostrorum acerbitatem, gratas non habuerit, ad clementissimam ipsius et misericordiae Matrem converteremus, ejus fidem implorantes, ut causam nostram apud Filium procuraret, suaque auctoritate interposita, promoveret. Non tautum curabat de coelestibus Deiparæ Virginis virtutibus, quæ omnem rerum creatarum facultatem superant, disserere, quam nobis persuadere, ut ad sacratissimam Virginem Matrem orationes institueremus, quo divinam ejus opem rebus nostris afflitis imploraremus. Si enim calamitatibus subjecti, sanctissimam Virginem Matrem supplices adissemus, pro sua apud Filium auctoritate, quæ sunt nostris malis contraria, facili momento nobis impetrasset. Considerans prophetam Davidem, æterni supplicii metu conuersum, clamorem ad Deum in hunc modum instituisse: *Domine, ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me* (*Psal. xxxvii, 4*), nos illius exemplo idem facere, orationemque ad sanctissimam Dei Matrem convertere docebant, dicendo: « Domina beatissima, te mediaticem statuas inter Filium tuum, et nos peccatorum pondere depressos, et illud ab eo contendas, ut nos æternis cruciatibus non addiccat. » Nec solum ad beatissimam Dei Matrem orationem nos convertere docebant, ut ipsius apud Deum precibus in illis inferni cruciatibus, nullo unquam tempore finiendis, argueremur; sed etiam ne in Purgatoriis tormentis, finem suo tempore habituris, corriperemur: illam enixe deprecantes, ut obscuram peccati nubem, et nebras a nobis depellere vellat, quo divina gratia muniti, et peccati foeditatem horrere, et Dei tremendi Judicis nostri præsentiam revereri possemus.

Glorioso pro Dei Ecclesia certamine consummato, ad æternæ felicitatis quietem perductus est, propensissimi vir in Deiparam obsequii, anno salutis 1531.

§ VIII. — *De Joanne Franciogia.*

Joannes Franciogia, Gallus, Burgundus, ordinis Cisterciensis, ex archiepiscopo Bisuntino S. R. E. cardinalis ab Innocentio IV Pontifice Maximo

creatus, theologiæ doctor litteratissimus et charissimus Deiparæ Virginis alumnus, inter alia industria Marianæ pietatis specimina, monasterium Sanctæ Mariæ de Paradiso Viterbiæ fundavit, ut in eo sni ordinis moniales divinum et Marianum cultum urgerent. Vita finem imposuit Lugduni, anno salutis 1274, pridie Idus Julii.

• § IX. — *De Joanne Francisco a Balneo.*

Joannes Franciscus, ex comitibus Guidiis a Balneo, in Flaminia, utraque sanguinis et virtutis prærogativa lectissimus, quem inter purpurati ordinis senatores Urbanus VIII Pontifex Maximus cooptavit, quo amore erga augustissimam mundi Dominam ferretur, publico testimonio declaravit, dum adiunctorum ipsius decorum diligens, abbatias Sanctæ Mariæ, in diœcesi Salernitana, Sanctæ Mariæ de Pantano, in diœcesi Tudertina, et Sanctæ Mariæ Saiani, in diœcesi Montis Feltrii, de suis redditibus varie exornavit. Creatori spiritum reddidit, ea nominis memoria, quam laudatissimis vita moribus promeruerat, anno salutis 1644, die 25 Julii.

§ X. — *De Joanne Francisco Gambara.*

Joannes Franciscus Gambara, Brixensis, S. R. E. cardinalis a Pio IV Pontifice Maximo creatus, vir sapientiae, consilii et religionis plenus, qui majorum suorum nobilitatem, non tam purpurea decole, quam suarum virtutum ornamenti cumulavit, a puero, sanctissimæ Virginis Dei Matri, cuius ope innumeris pene beneficiis se a Deo affectum fatebatur, addictus fuit. Adem beatæ Mariæ Virginis de Quercu nuncupatam, extra et prepe moenia Viterbiensis urbis positam, toto terrarum orbe celeberrimam, consecravit, eique calicem aureum, sex lampades argenteas et plura alia pretiosa ornamenta donavit. Sacre Lauretanæ domui, moriens non pauca pie legavit. E vita abiit, anno Redemptionis nostræ 1587, atatis 54, Nonas Maii, cuius corpus in divæ Mariæ de Pœnlo depositum, deportatum est ad beatæ Mariæ Virginis templum de Quercu vocatum, et in sacello ab eodem dotato, statua et sepulcro ornato, reconditum.

§ XI. — *De Joanne Garzia Millino.*

Joannes Garzias Millinus, Romanus, a Paulo V Pontifice Maximo in amplissimum purpuratum Patrum collegium cooptatus, vir pietate, prudenter et juris scientia notus, magna que in rebus agendis auctoritatis ac peritiæ, qui legatus olim de latere ad Austriacos fratres Rodolphum Cæsarem, et Matthiam regem pacando, missus est: inter alia obsequiorum genera, quibus pietatem suam erga Deiparam astruxit, et se totum a tantæ Dominae clientela dependentem declaravit, Germanica legatione defunctus, Lauretanam dominum invisit, ubi sacris peractis, ad longum tempus orationi operam dedit, archipresbyter sanctæ Mariæ Majoris factus, plurimi dignitatem illam semper fecit, cum propter suam in Immaculatam Virginem pietatem, tum propter loci ipsius præstantiam, quem in sedem suam ipsamet Virgo Nivium miraculo

festivarum, post suam in cœlum Assumptionem delegisset. Hinc cum per valetudinem licuit, frequens ibi fuit, nec solum, si quis dies festus vocaret, sed etiam cum relaxandi animi gratia, iter per urbem haberet. Maxime jucundum illi fuit, cum Paulum V, ejusdem basilicæ magnificentiam pontificis opibus curantem, ex animi sui sententia, conspexit. Donaria quædam, non parum pretiosa, huic basilicæ elargitus est, inter quæ utensilia quædam argentea auro perlita, et phrygio opere contextas vestes, ad aræ usum et ornatum, sicut in hoc suarum facultatum vires desiderio pares non essent. Ejusdem vero ecclesiæ jura ac privilegia summo opere, ubique opus esset, defendit ac promovit, pontifices maximos de iis, quæ ad eam basilicam patriarchalem, et iisdem pontificibus immediate creditam, pertinenter, admonendo, et quam non solum deceret, sed ad divinum cultum prope necessarium esset, ut ea cæteris ecclesiis præferretur, propriaque jurisdictione uteretur, inculcando. Nihil plane pensius habuit, quam ut accuratissime divina in ea ministeria peragerentur, malebatque sibi, quam iisdem ministros, quos ipse providisset, deesse; quibus nullam unquam exemptionem, etsi facile potuisset, voluit impetrare.

Anno 1619, publica solemnitate, primum lapidem ecclesiæ nostræ Sanctæ Mariæ in Campitello fundamentis injecit, cum, ut in nostras manus eadem ecclesia deveniret, non parum operæ suæ contulisset apud Summum Pontificem Paulum V. Lapis sic erat inscriptus :

M-P O-Y

Paulo V, Pont. Opt. Max.

Jo. Garzias, S. R. E. cardinalis Millinus, Tit. SS. Quatuor Coronatorum, Papæ Vicarius, Tempulum, quod Congregatio Matris Dei Deiparæ Natalibus curavit exstruendum, primum hunc lapidem solemní ritu a se consecratum, in fundamenta conjecit. VI Idus Maii M. DC. XIX.

Cum lapide quædam ærea numismata conjecta sunt, quibus effigies ipsius cardinalis expressa ex una parte visebatur, cum epigraphe :

Jo. Garzias S. R. E. Card.

Millinus tit. Quatuor Coronatorum. Ex altera vero : Ecclesiam Sanctæ Mariæ in Campitello Congregationi Matris Dei obtinuit, novæque curandæ primum lapidem posuit. Anno sal. 1619.

Iltimum, quod peregit, Sacrum, fuit de beata Virgine ; nam cum anno 1629, in ecclesia Sanctæ Mariæ Majoris, die festo Assumptionis Virginæ, Missæ sacrificium celebrasset, paulo post, lethali morbo correptus est, et 6 Nonas Octobris ejusdem anni, hora noctis 6 lucis hujus usum amisisit, cum ejus jam morituri vox in ea verba defecisset :

*Maria, Mater gratiæ,
Mater misericordiæ,
Tu nos ab hoste protege,
Et hora mortis suscipe.*

Corpus in templo sanctæ Mariæ de Populo, in

Millinorum sacello, ab ipso instaurato et ordinato tumulatum.

§ XII. — *De Joanne de la Grolaye.*

Joannes de la Grolaye, vel de Villariis, natione Gallus, ex abbate Sancti Dionysii Parisiensis, episcopo Lombariensi, et oratore regis Francorum, S. R. E. cardinalis ab Alexandro VI Pontifice Maximo creatus, vir (ut refert Claudio Robertus) cui amori religio, cui honori sapientia, et cui bono odori justitia fuit, inter alia obsequiorum genera, quibus studium suum erga Deiparam Virginem comprobavit, dum Romæ ageret, curavit fabricari a Michaeli Angelo Bonaroto, adhuc adolescentem, excellentissimam iconem marmoream divæ Mariæ, Filium mortuum inter brachia materna tenentis, positam in capella regia Franciæ, in divi Petri, deinde ob novam fabricam alio translatam, ut notavit Hieronymus Garimbartus episcopus Gallesiae. Decessit Romæ anno salutis 1499, octavo Idus Augusti.

§ XIII. — *De Joanne Hailgrinio.*

Joannes Hailgrinus, aliis Halgrinus, sive Algrinus, Gallus, ordinis Cluniacensis monachus, ex decano, priore, seu abbate monasterii Sancti Petri de Abbatis Villa, et magistro gymnasii Parisiensis, archiepiscopus Bisuntinus, cui Gregorius IX Pont. Max. ob probitatis et scientiæ reverentiam, cardinalitiam purpuram detulit, vir fuit Mariæ collendæ et laudandæ propemodum natus. Ad honorem Matris et Filii, Cantica cantorum expositorus, se sensu pauperem modicumque (qua erat humilitate) agnoscens, ejusdem Matris auxilium implorabat, et beneficium Filii suppliciter petebat, ut quæ Verbum æternum genuit in tempore, in Verbi laudibus, verbum impetraret, et Verbum Patris humanatum in Virgine, in Matris præconiis suggereret verbum; petitionis autem suæ tam a Matre, quam a Filio plene cumulateque compotem factum, nemo, qui ejus opera attente legerit, inficiari auderet. De laudibus enim Virginis Matris et Christi Filii, eadem Cantica cantorum felicissime exposuit, totiusque Operis argumentum, his verbis breviter complexus est : « Continet hoc Canticum Matris et Filii, beatæ scilicet Virginis, et Domini Iesu Christi, applausum, jucundum et mutuum. Hic enim applaudit Mater Filio; hic Filius jucundatur in Matre : hic Matris privilegia describit Filius, hic excellentiam Filii describit Mater. Loquuntur autem in hoc Cantico quatuor personæ, videlicet, Mater et Filius, et angeli qui Filio assistunt et Domino, et adolescentes virgines, quæ tanquam suæ dominæ assistunt Virgini. » Sic ille. Porro in ea Cantici cantorum expositione (quam una cum Thomæ Cisterciensis in Cantica Commemtariorum, anno 1521, Jodecus Badius Ascensus excudit Parisiis, quamque integrum, si Deus voluerit, in Bibliotheca purpurea Mariana, ex Ascensiana editione afferam) se luculentissimum Mariæ Deiparæ Virginis encomiasten declaravit Hailgrinus, dum

ibi eam appellavit Tabernaculum Regis justitiae : Pellem delicatam veri Salomonis : Stellam maris, quæ non solum bene merentes dirigit, sed etiam errantes et devios reducit ad portum salutis : Mediaticem Dei et hominum, quæ peccatores discordantes a Filio suo reducit ad concordiam : Reconciliatricem ovium erronearum : Columbam Dei simplicem, Spiritu sancto illustratam : Agrum, qui nondum floruerat, et tamen ejus florum fragrantiam Isaiae in filio odorabatur : Terram, quæ illum fructum sublimem produxit, de quo dixit Isaías iv, 2 : *Et fructus terræ sublimis* : Virgulam sumi, quæ habens omnia aromata virtutum, omnium virtutum odore profudit Ecclesiam : Lectulum Salomonis, id est, Christi veri pacifici ; in ea enim, deitatis inclinato capite, Dei Filius requievit, velut in lectulo : Ferculum a Domino factum, propter filias Jersalem, id est, propter salutem fidelium animarum : Amicam Dei pulchram in iis virtutibus, quæ coronant et venustant animam : Matrem Domini speciosam, propter ruborem verecundiae et candorem innocentiae, cuius quanta sit species, ille solus novit, qui dedit : Turrim David, quam Christus in Jersalem, id est, in Ecclesia sua ædificavit et erexit, ut esset peccatoribus munimen et refugium : Holocaustum Domino gratum : Sororem Domini, propter humanæ naturæ contubernium : Sponsam Domini, de cuius carne formatus est Sponsus ejus : Paradisum, in qua plantavit Deus lignum vitae, quando in ea Filius Dei, qui vita est, carnem assumpsit : Urbem fortitudinis nostræ, in qua conclusus est Salvator per incarnationis mysterium : Fontem signatum, de cuius rivo, id est Filio, hortus Ecclesiae irrigatur : Libanum non incisum, quia sine incisione, cum integritate virginitatis, Filium peperit : Hortum Dci, quem Auster, id est, inspiratio sancti Spiritus perflat, id est, perseveranter insufflat gratiarum abundantia, ut ab ipsa abundanter et indeficierenter defluant ad infirmos beneficiorum remedia : Auroram, quæ de tenebris Synagogæ exorta, Christum peperit verum Solem : Signum ævi, insigniens omnem ætatem præteritam et futuram : Lunam nostræ festivitatis : Sunamitem, in qua videntur chori castrorum adhaerentes, videlicet, ipsi beatæ sanctorum acies, qui cum ipsa pro nobis militant contra hostem : Filiam Principis, cinctam byssso castitatis et virginitatis astrictam balteo : Monitorium castitatis : Ostium Ecclesiæ, malignus obsistens spiritibus, ne ad devotos suos intrent et accedant : ut plura alia Marianarum laudum ornamenta, quibus, tanquam lucidissimis gemmis, auream expositionis suæ coronam pretiose inoculat, brevitat consilens omittant.

Qualis ejus fuerit de omnimoda beatæ Virginis puritate, et de totali a qualibet peccato immunitate sensus, ipsem, suis verbis, luculenter aperuit, dum ad illud Canticor. n, 2 : *Sicut lily inter spinas, sic amica mea inter filias* : in persona

Christi dixit : « Sieut lily spinis est incomparabile, sic inter filias hominum, nulla Matri meæ comparabilis inventur ; omnes enim aliae spinas habeant, ista nitet, ut lily sine spina ; » et dum ad illud : *Surge, propera, amica mea*, ejusdem Christi ore in hunc modum locutus est : « Surge, formosa mea, tota pulchra, in qua non est macula : » et dum ad illud : *Hortus conclusus, soror mea sponsa*, de beata Virgine sub paradisi atque horti conclusi symbolo fatus, scripsit : « Hunc paradiſum sic conclusit Dominus, ut nulli hosti maligno ejus pateret ingressus : nec tantum semel, sed etiam iterum vocatur, Hortos conclusus : et est ipsa iteratio veritatis confirmatio. Conclusit autem hunc Hortum tota Trinitas, quoniam potentia Dei Patris muniuit Virginem contra diaboli violentiam ; sapientia Filii, contra hostis fraudulentiam ; bonitas Spiritus sancti, contra ejusdem malitiam ; » et dum ad illud : *Messui myrrham meam*, his dictis usus est : « Illa myrrha electa est, quæ sine vulnere, amaram carnis mortificationem designat, quam profert anima, nullo peccati vulnere sauciata. Talem myrrham messuit Dominus in beata Virgine, quæ licet vulnus peccati non haberet, se ipsam multipliciter mortificare curavit ; » et denique, dum ad illud : *Ego dormio, et cor meum vigilat*, discrete et absolute pronuntiavit, beatam Virginem Dei amicam, et secretorum Dei conscientiam, a jugo servitutis peccati et maledictione fuisse liberam ; hocque in salutatione angeli per verbum Ave, designari. Aiebat, quod, licet beata Virgo a multis quasi dormire videtur, quia contra inde votos non statim aeingitur ad vindictam, et erga devotos non statim assurgit ad misericordiam, attamen vigilabat, quando volebat, sciebatque devotis postulare misericordiam, et contra inde votos suscitare vindictam, sicut ostendunt ipsius infinita miracula. Aiebat, quod sicut oleum rerum aliarum liquorem supernat, sic nomen Mariæ, et invocationis nominis ejus, omnium sanctorum nomina, et invocations nominum superexcellebat, et superabat in efficacia subventionis, et obtenu divinæ gratiæ, et dæmonum fuga. Aiebat, quod sicut arbor triumphalis Dominicæ crucis terribilis est malignis spiritibus, sic beata Virgo, merito sue rectitudinis, malignos spiritus terrebatur atque expellebat. Aiebat, quod sicut pelles protegebant totum tabernaculum, sic heata Virgo sub umbra sue defensionis, protegebat totam Ecclesiam, pie sollicita in precibus ad Filium, et in defensionibus contra inimicum. Aiebat denique, eum, qui diligit Filium, diligere et Matrem, et inseparabile esse consortium Matris et Filii in piæ dilectionis affectu : et ita Christum, et Matrem manere in eo qui diligit alterum, licet diversimode, cum in corde diligentis se maneat Christus per inhabitantem gratiam, Mater vero per devotionem ipsius. Dicebat, cuiusque conscientiam esse Jesu et Mariæ quietis lectulum, si ipsa sit

florida, habens decorem pariter et odorem, ut sit decora per ornamenta virtutum, et in operibus odorifera per exemplum. Animas sanctas appellabat Jesu et Mariæ domos, quarum domorum tigna, id est virtutes, debebant esse cedrina, ut non vermiscerent nec putrescerent, sed per humilitatem in profundum radicatae, crescerent in immensum, sicut cedrus. Guttur beatæ Virginis, id est, preces ex gutture procedentes, asserebat esse sicut vinum optimum, quia sicut vinum optimum, sine difficultate, et cum delectatione sorbetur, sic petitio-nes beatæ Virginis, enī omni facilitate et delectatione admittebat Deus. Præter auream super cantorum Cantica in laudem beatæ Virginis Expositionem, scripsit Hailgrinus. *De præcipuis ejusdem beatæ Virginis festivitatibus sermones egregios,* mihi hactenus invisos, devotissimi sui erga tantam Dominam obsequii ac propensissimæ voluntatis monumenta. Beatorum in cœlo numerum auxit, anno salutis 1237, die 28 Septembris.

§ XIV. — *De Joanne Morono.*

Joannes Moronus, patricius Mediolanensis, a Paulo III Pontifice Maximo Romana purpura donatus, quem Pius V insigni prædentalia et magnarum rerum usū præstantem dilexit, fecitque maximi, sapientique ejus consilio ad graviora negotia confiencia uti consuevit, inter alia pietatis indicia, quibus Mariam Deiparam Virginem sibi cordi esse demonstravit, anno 1579, ex concessione Gregorii XIII, aggregavit confraternitatem purissimæ Conceptionis, sitam in cœnobio Sancti Francisci Valentino, archiconfraternitati Charitatis de Urbe, ut patet ex hujus aggregationis diplomate, quod exstat apud Armamentarium Seraphicum, in *Regesto*, fol. 7, 4. Idem, periculoso implicitus morbo, Lauretana Virgine implorata, repente convuluit. Itaque damnatus voti Lauretum protinus venit, et beatæ Mariæ gratiis actis, exstare voluit divini munieris monumentum. Proinde votivam inibi tabellam suspendit, hoc maxime titulo insinem :

*Joannes Card. Moronus, episcopus Portuensis,
Gravissima infirmitate oppressus,
A Deo, intercessione B. Mariae semper Virginis
Liberatus,
Voti compos, votum persolvit,
Anno Domini MDLXV.*

Cum cardinali Urbanati in tutela Lauretanæ domus successisset, Vincentium Casalem Lauretanæ rei administrationi præposuit, spectata pietate ac fide virum; eoque patrono Lauretanum templum, ac supplex haud parva incrementa cepit. Canonicæ Lauretani, auctis stipendiis, ad amplificandum templi cultum incitati: pœnitentiarii linteis vestibus superinduti, sericis insulis (stolas vocamus) ad ipsorum et templi decorem ornati: duodecim pueris sacrorum ministris rubræ vestis insigne datum: novum odeum (quia vetus, aucto sacerdotum symphoniacorumque numero, erat angustius) multo amplius, multoque commodius institutum,

ornatumque: ad solemne aræ ornatum, duodecim apostolorum simulacra, ex argento sesquicubitalia, egregio opere facta, pondo septingentiarum ac viginti librarum: Lauretanæ Historiæ Summa, a Teremano præside olim edita, in octo præcipuas linguis, Græcam, Arabicam, Hispanam, Gallicam, Germanam, Illyricam, Latinam, Italicanam versa: eademque in totidem ingentibus tabulis descripta, medio proposita templo, ut omnium nationum advenis ipsius Historiæ cognoscendæ copia foret: ut alia, brevitiati consulens, omittam. Ad gaudia cœlestis aule migravit Moronus anno a Virginali partu 1580, ætatis 71, die 1 Decembris, humatus in æde Sanctæ Mariæ super Minervam.

§ XV. — *De Joanne Oczko.*

Joannes Oczko, a familia Vlassina, Bohemus, episcopus Olmutziensis, ex archiepiscopo Pragensi presbyter cardinalis basilicæ sanctorum duodecim apostolorum ab Urbano VI creatus, vir eximia in Dei Matrem religione spectatissimus, in domo archiepiscopali Pragensi (quam mirifice auxit) sacellum in honorem beatissimæ Mariæ Virginis construxit. Ferunt aliqui (ut narrat Augustinus Brnnensis præpositus in Catalogo Olmutzensium episcoporum) hunc Genitricem Dei Mariam in areæ Radwile visibiliter apparuisse de quo plura in Bohemia pia Georgii Bertoldi Pontani a Bractenbergli Olmutziensis præpositi. Rebus humanis excessit Joannes, Pragæ in Bohemia, anno salutis 1581, mense Februario.

§ XVI. — *De Joanne Salviato.*

Joannes Salviatus, Florentinus, Leonis X Pontificis Maximi (a quo Romanæ purpura decore auctus) ex sorore nepos, vir illustri germine clarus, mira prudentia insignitus, et omni prorsus virtutis splendore percelebris, inter alia obsequiorum genera, quibus tenerrimum suum erga Deiparam Virginem pietatis sensum declaravit, dum, anno 1525, esset Toleti Sedis apostolicæ a latere legatus, edidit Bullam, qua confraternitati Conceptionis Toletanæ concessit jus crucem propriam, cum insignibus solitis, publice deferendi. Bullam integrum affert Armamentarium Seraphicum in *Regesto*, pag. 158, ejusque initium est: « Joannes, miseratione divina Sanctorum Cosmæ et Damiani diaconus cardinalis de Salviatis, ad Hispanias, et alia regna et loca, ad quæ nos declinare contigerit, sanctiss. D. N. D. Clementis Papæ VII, et Sedis apostolicæ legatus de latere, dilectis nobis in Christo confratribus confraternitatis Immaculatae Conceptionis Virginis Mariæ in civitate Toletana institutæ, salutem in Domino sempiternam, » etc. Abiit e vita anno salutis 1553, v. Kal. Novembris, natus anno 1490, die 24 Martii, in Vigilia Annunciationis beatæ Virginis.

§ XVII. — *De Joanne Siliceo.*

Joannes Siliceus (aliis Joannes de Guiso Siliceus, vel Joannes Martinus Siliceus), natione Hispanus, Philippi II magister, invictus Christianæ sincerit-

tatis ac catholicae fidei propugnator, quem Paulus IV Pontifex Maximus S. R. E. cardinalis renuntiavit, ut erat præcipua quadam erga Deiparum Virginem religione propensus, inter alia sui affectus erga tantam Dominam specimina, Salutationem angelicam, B. Virgini factam, commentatus est, mirisque eam locupletavit hieroglyphicis. Elegantissimum B. Virgini sacellum intra ecclesiam Toletanam construxit: ipsamque ecclesiam Toletanam, Deiparæ Virginis consecratam, cuius erat archiepiscopus, locupletare et illustrare studuit. Unde multa prædia alienata restituit; et impuris ac minus dignis hominibus in posterum fore purgataim voluit. Leges enim sanxit, Romani Pontificis auctoritate roboratas, ut nemo Judæorum aut Maurorum stirpe natus, in illo angustissimo Deiparæ Virginis templo, sacerdotis aut beneficii ecclesiastici titulo honestaretur, neve magistratum, aut humile quantumvis officium exerceret. Quievit in Domino anno orbis redempti 1537, ætatis 80, die 31 Maii.

§ XVIII. — *De Joanne Turrecremata.*

Joannes de Turrecremata, Hispanus, ordinis Prædicatorum, propter excellentiam, doctrinam, et morum probitatem ingenuam, ab Eugenio IV Pont. Max. ad amplissimum S. R. E. cardinalatus apicem sublimatus, inter alia eximiæ amoris sui erga augustissimam Dei Genitricem specimina, templum S. Mariæ ad Minervam in urbe nuncupatum, testudine ornavit, et primum ædium impluvium hujus Mariani templi (quod Claustrum vocant) e fundamentis a se erectum, picturis exornavit: quibus meditationes præcipuas utriusque Testamenti graphicæ inscriptas, ut facilius picturæ dignosci valerent, apponi jussit. Sacellum item in eodem templo erexit S. Mariæ cœli Reginæ dicatum, ubi societatem fundavit, sub nomine Annuntiatae, ejus interesset, quotannis, in festo Annuntiationis Virginis, puellas Romanas inopes, quarum pudicitiae, ob paupertatem, non satis prospicetum, certa pecuniae quantitate, nuptui tradere. Ex multis enim eximiis et sanctis operibus, que fieri pro amore Dei Matris possunt, Reginæ virginum apprime acceptum est, pauperes puellas, amore ejusdem beatæ Virginis, honesta dote instruere; sive quod hac ratione puellarum pudicitiae consulatur, atque a periculo intereundi serventur; sive quod natura nostra, pauperula quædam puella sit, quam si Deus sibi, per Incarnationem, non despondisset, ejusque fuisse missus, quid actum de nobis fuisse? Quæ causa, inter alias, Joannem nostrum impulit, ad eam quam diximus, societatem instituendam. Hæc autem societas, ejus Joannes noster primus auctor exstitit et fundator, tam fuit Romano Pontifici commendata, ut illi perpetuum deinde Romæ morem invexerit, singulis annis, die Annuntiationis, solemnissimo cultu ad jam dietum S. Mariæ super Minervam templum procedendi, ubi Sacro

ab uno cardinalium celebrato, ipse Pontifex, ducentis et amplius virginibus pauperibus, qui viris se matrimonio jungere volunt, scuta 80, in dotem donat, centum vero iis quæ Deo sese despousare desiderant.

Accerrimus fuit defensor et vindicis revelationum cœlestium prædictæ sponsæ Christi S. Birgittæ viduae de regno Sueciae, et per consequens approbator istius revelationis, libro v, in fine, qua ipse Pater æternus, quid erga Filii sui Matrem actum fuerit, sic Birgittam edocuit: « De radice Adæ processit et de peccatoribus nata est, licet sine peccato concepta, ut Filius meus de ea sine peccato nasceretur; » necnon Revelationis istius, lib. vi, cap. 49, ubi Deipara Virgo, eamdem alloquens Birgittam, hæc protulit verba: « Veritas est, quod ego concepta sum sine peccato originali, et non in peccato. » Certe cum, ex commissione Sedis apostolice, bas S. Birgittæ Revelations studiose et diligenter perlegisset Turrecremata, affirmavit, omnes a divino Spiritu veraciter emauasse, omnesque, fidei catholicae veritate salva, et absque doctrinæ doctorum sanctorum injuria, sustinueri posse: pronuntiavitque in testimonium veritatis sermonum, quos S. Birgitta, divini luminis gratia illustrata et inspirata, locuta fuisse creditur, posse ei convenientissime, secundum allegoricam intelligentiam, adaptari illa verba, quæ olim illi sanctæ et famosissimæ viduae Judith ab Ozia principe, et presbyteris populi Israel (*Judith cap. viii, 28*) dieta leguntur: *Omnia quæ locuta es, vera sunt, et non est in sermonibus tuis ulla reprehensio.* Neque ideo, quia de veritate Conceptionis beatissimæ Virginis Mariæ opus scripsisse dicitur Turrecremata, censeri ex eo debet contrarius purissimæ ejusdem beatissimæ Virginis Mariæ Conceptioni, quam, Revelationes D. Birgittæ approbans, approbavit, et veram agnovit; opus enim illud de Conceptionis veritate (ut pote viri integerim, et late patenti doctrina priscis Patribus comparandi) summa cum veneratione exciperemus, ac deoscularemur, si incorruptum, et ut ab auctore scriptum est, ad nos pervenisset. Sed cum post centum et amplius annos a F. Bartholomæo Spina in multis auctum, inversum, immutatumque, editum fuerit Romæ apud Antonium Bladum anno 1547, nullam jam opus Turrecrematæ, quod modo circumfertur, auctoritatem obtinet; nec Conceptionis veritas, quam titulus splendide pollicetur, nunc ex illo hauriri potest. Certe vir doctissimus Ambrosius Catharinus, Minorensis primus episcopus, ac postea Compsæ archiepiscopus, prudentissimo judicio statuit, opus *De Veritate Conceptionis*, sub nomine Turrecrematæ a Spina productum, non tam esse Turrecrematæ, quam Spinæ. En eius verba, in Praefatione Disputationis de Conceptione B. Virginis ad synodum Tridentinam: « Hæc igitur in synodo cum tractarentur (intererat Catharinus synodo Tridentinæ anno

Domini 1546, quando sessione v de præservatione beatæ Virginis ab originali macula actuam fuit), ecce novus liber, imo vetus a situ et carie jam semesus eripitur, qui non multo post, typis excusus, in lucem prodiit. Libri ejus argumentum erat, contra immaculatam beatæ Virginis Conceptionem: cuius auctor inscribitur, cardinalis de Turrecremata, cum nondum tamen esset cardinalis, sed adhuc Frater sub ordine Prædicatorum constitutus. Editionis autem ejus libri promotor Fr. Bartholomæus Spina, ejusdem ordinis, et sacri palatii magister; et nescio, quis ejus discipulus (*sicut hic Albertus Duimius de Catharo*); ille enim Spina, eodem discipulo teste, qui epistolam præfatoriam ad eum librum ascripsit, zelo fidei totus incensus, magno labore, librum ab erroribus expurgari et publicari curavit: quem extrema ægritudine præventus, vix perficere valuit, quod totus liber ita vitio scriptoris erat corruptus, ut alicubi minus intelligibilis videretur. Horum igitur, hoc est Spinæ et discipuli, summa diligentia et solerti opera tandem est candori pristino restitutus: quin etiam tot insuper (eodem discipulo teste) adjecta et mutata, ut jam queat homo mediocrei prudentia prædictus olfacere, eum librum non tam esse Turrecrematae, quam Spinæ. Sic Catharinius. Cui subscriptibunt viri doctissimi atque integrissimi Lucas Waddingus in Legatione pro Conceptione, pag. 121 et 130, Gaspar de la Fuente, Petrus de Valvas, Petrus de Alva et Astorga, Joannes Gutierrez, in Argumentario seraphico fol. 423, Antonius Calderon, cap. 5, § 31, et alii plures.

Et quidem Spina solus, et non Turrecremata (quem modestissime de pia opinione locutum suadet approbatio ab ipso facta revelationum S. Birgittæ, quibus, ut supra vidimus, gloriosissimæ Virginis a peccato originali præservatio tanta claritate astruitur), solus, inquam, Spina subnotare potuit in calce illius operis quinquaginta et octo errores, et eos quidem non quoslibet, sed errores in fide, ab hac conclusione exorientes; videlicet: beatam Virginem absque originali peccato conceptam; ac per hoc quinquaginta et octies hæreticos nos, qui eam conclusionem sequimur, declarare, sed de Spina alibi. Mortalis vitæ finem incurrens, immortalitatis invenit initium Turrecremata, anno post redemptum genus humanum 1464, die 26 Septembbris.

§ XIX. — *De Joanne Vincentio Gonzaga.*

Joannes Vincentius Gonzaga, S. R. E. cardinalis a Gregorio XIII Pontifice Maximo creatus, vir ad beneficentiam natus, nec solum nobilitate generis, sed præclaris animi dotibus clarissimus, inter alia pietatis suæ erga angustissimam cœli Reginam obsequia, ecclesiam S. Mariæ in Cosmedin (quam in titulum obtinuerat) variis structuris ornauit: ibidemque sœcillum, sacristiam, et chorum biemalem, ad divina officia canenda, exstruxit.

Huic præterea ecclesiæ plurima ornamenta, totamque supellectilem, testamento legavit, atque in ea corpus suum post mortem sepeliri voluit. Christiano orbi ereptus est, anno salutis 1591, ætatis 51, die 23 Decembris.

§ XX. — *De Joannettino Doria.*

Joannettinus Doria, Januensis, Joannis Andree Melisæ principis, ac D. Zenobiae Careto ex Finialis marchionibus filius, a Clemente VIII Pont. Max. in sacrum S. R. E. cardinalium ordinem ascitus, inter alia sui affectus erga semper amandam et nunquam satis dilectam Mariam Deiparam Virginem documenta, cum anno 1613, die 27 Decembris, Octavius de Aragonia præclarissimus clavis Siciliæ præfectus, octo tantum triremibus Panormio enavigans, decem Turcarum triremes invassisset, atque septem ovans captivas abducens, mille ferme Christicolas e misera servitute emisset, voluit Joannettinus, tunc archiepiscopus Panormitanus, eos omnes Christiani nominis homines, lauro, palmaque redimitos urbem obire, et ad D. Mariæ de Pede Grutta, gratias Deo Virginique acturos adesse. Ille etiam ipse in pontificali habitu se contulit, atque ut moneret cives, undenam venirent suppetie in dubiis rebus, sollempne illud: *Te Deum laudamus*, musicis modis decantari jussit. Pro eo quo astabat erga B. Virginem ejusque puram Conceptionem amore, anno 1624, scripsit ad Urbanum VIII Pont. Max., pro decisione ejusdem puræ Conceptionis epistolam insignem, quam, una cum aliis hujus cardinalis epistolis, ad Hispanos causæ Conceptionis in Romana curia agentes, ea de re datis, legi olim ms., apud illustrem ac Mariano cultui addictissimum virum D. Bernardum de Toro, Hispanensem. Eodem anno, die 43 Augusti, cum senatu populoque Panormitano, voto ac juramento se astrinxit de tuenda Virginis Conceptione ab originis noxa, hac voti juramentique formula usus:

« Ad tuæ Majestatis pedes, o cœli terræque Regina, provolutus, ego cardinalis Joannettinus Doria, archiepiscopus Panormitanus, S. D. N. D. Urbani divina providentia Papæ VIII, de tuæ gloriæ amplificatione bene meriti, ejusdemque prædecessorum Romanorum Pontificum, ac sacrorum conciliorum, Tridentini præsertim, probatissimorumque Patrum, universo fere populo Christiano plaudente, vestigiis inhærens, in hoc tibi sacro templo, in hac nobis lata et fausta solemnitate, per merita Filii tui, te jam, ab ipsa æternitate, sine peccato originali previsam et præservatam confiteor; testorque Deum et Filium tuum, me hanc sententiam de tua ab originali præservatione, meo jamdudum insitam pectori, Deo inspirante, constantissime ad ultimum vitæ spiritum retenturum, atque a mihi subjectis, quantum in me fuerit, teneri et doceri, Deo adjuvante, curaturum: et insuper Conceptionis tuæ sacratissimum diem festivitate solemnii, ac illius pervigilium ecclesiastico jejunio celebraturum.

Ita voveo, ita spondeo, ita juro: sic me Deus adjuvet, et hæc sancta Dei Evangelia. Quam assertiōnem, votum et juramentum ad pedes SS. D. N. Urbanī Papæ VIII submitto, ut hæc omnia apostolica benedictione promovere dignetur. Tu ergo, o felix, o summe felix, B. Virgo, quæ in æternitate, ab ipso Deo, electa fuisti et præservata, SS. D. N. Urbanū VIII diuturnitate felicissimæ pacis amplisie: catholiceum regem Philippum, tuæ sine peccato Conceptioni constanter addictum, omnibus bonis accumula: et ineffabili pietatis tuæ largissimo dono dintius conserva: universæ reipublicæ Christianæ perpetuam pacem et tranquillitatem elargire: et ut Filius tuus mihi, et huic populo, animorum puritatem, corporumque incolumitatem concedat, et ab hac civitate, ac toto Siciliæ regno mortalitatis et pestilentiae flagellum avertat, impetrare digueris, piissima Mater. • Hæc Joannettinus, qui diem clausit extreum circa annum Redemptionis humanae 1650.

§ XXI. — *De Jordano de Caccano.*

Jordanus de Caccano, Italus, Campanns, nobilissima familia oriundus, ordinis Cisterciensis monachus, atque ex abbate Fossæ novæ, S. R. E. cardinalis a Clemente III Pontifice Maximo creatus, vir Deiparæ Virginis amantissimus, totusque ejus obsequiis mancipatus, inter alia sui amoris obsequiique erga illam documenta, Ceceani ecclesiam Sanctæ Mariæ ad Fluvium condidit et dedicavit.

Mortalem hominem exuit, anno salutis 1210, aliis 1206, Kal. Martii.

§ XXII. — *De Jordano Ursino.*

Jordanus Ursinus, Romanus, majorum sanguine et propria virtute nobilissimus, quem rerum gerendarum peritia, et gestarum gloria spectatissimum, Innocentius VII Pontifex Maximus inter S. R. E. purpuratos Patres cooptavit, Bracciani, in Sutrina diœcesi, ecclesiam et conventum Sanctæ Mariæ Novellæ pro Patribus ordinis Eremitarum sancti Augustini fundavit, devotissimi sui erga augustissimam cœli Reginam obsequii apud posteros monumentum.

Idem sunin erga basilicam Sanctæ Mariæ Majoris de Urbe affectum luculenter declaravit, dum generalis urbis Romæ visitator, cernens monasterium Sancti Andreæ de Fractis, jam esse extinctum, quatuor, quæ supererant, monialibus alteri cœnobio assignatis, et redditibus, pro earum alimento, reservatis, omnia bona in eamdem basilicam transtulit, ut patet ex Bulla Eugenii Papæ IV, in archivio prædictæ basilicæ asservata, cuius tenorem affert abbas Paulus de Angelis in Descriptione basilicæ Liberianæ lib. vii, cap. 1. E mortaliū numero abiit Jordanus, anno orbis redempti 1450, v. Kalendas Junii.

§ XXIII. — *De Julio Antonio Sanctorio.*

Julius Antonius Sanctorius, nobilis Casertanus, Sanctæ Severinæ archiepiscopus, propter excellen-

tem sacrarum litterarum eruditioñem et innocentissimæ vitæ laudem insigni cum religionis ardore coniunctam, inter purpuratos S. R. E. Patres a Pio V Pontifice Maximo relatus, et cardinalis Sanctæ Severinæ nuncupatus, inter alia Marianæ pietatis specimina, quibus internum suum erga augustissimam Dei Matrem affectum exterius declaravit, in ecclesia Sanctæ Mariæ Transtiberim fecit laqueare deauratum quod ante chormm, in supraea ejusdem ecclesiæ parte reperitur. Excessit e vita, anno humanæ reparationis 1602, ætatis 70, die 7 Junii.

§ XXIV. — *De Julio de Ruvere.*

Julius de Ruvere, Urbinas, Francisci Mariæ Ruverei Urbini ducis, et Eleonoræ Gonzagæ filius, quem avita non minus nobilitate, quam propria virtute eminentissimum, Paulus III Pont. Max. in sacrum cardinalium collegium cooptavit, Lauretanæ domini protector constitutus (ut erat Deiparæ Virgini ab ipsa infantia devotissimus) in eam curam totus incubuit, nullique veterum patronorum pietate ac studio erga Lauretanam Virginem cessit. Ac primum, per Pompeium Palanterium ædis Lauretanæ præsidem, templi tholum intrinseca exornandum marmorato opere curavit: et ad radices Lauretanæ collis, in via quæ fert ad portum Recinetensem, satis überem ornatumque peregrinis præbuit fontem. Deinde, per Robertum Saxatellum, virummann et consilio promptum, quem post Palanterium Lanreto, cum summa potestate, præfecerat, ad augendam Lauretanæ templi majestatem, sacerdotum canonicorumque delectum habuit, eximiis undique cantoribus ingenti pretio accitis. Symphoniacorum chorum, nulli secundum instituit: sacram supellectilem auxit; tabulis pulcherrime pictis, peripetasnatis comparatis, nitorem altariis, templo splendorem addidit. Illa autem precipua augustissimæ cellæ ornamenti: stibyllarum signa decem, e Ligustico marmore pulcherrime facta, et in suis loculamentis disposita: quatuor insuper æneæ valvæ, januis impositæ, mirabili opere cœlatæ, Hieronymi Lombardi, nobilis, illa ætate, statuarii et fectoris, manu. His accesserunt bina principum apostolorum simulacra ex argento, sexcubitalia, præclara arte perfecta, præcipuis diebus festi ornamento altariis futura; quin etiam sacratissimæ Eucharistiae honeste ac decore ad ægros deferendæ, mortuis rite sepelendis, nominis Jesu et Mariæ religioni tuendæ, sodalitates quatuor constitutæ, Corporis Christi, Misericordiæ, Nominis Jesu, Rosariique B. Virginis; et snum enique sacellum cum sacra supellectili, suus ad convenientum locus, suæ leges datae. Quibus sodalitatibus ingens sane et Lauretano populo commodum, et templo decus accessit. Nec templi finibus Julii nostri se tenuit eura. Nam Saxatelli opera, publicam bibliothecam cuiusque generis libris instruxit: noxiis memoribus, quæ supererant, excisis, circumiacentes lacunas penitus exsiccavit:

submotoque Misionis fluvii mœnia subterlabentis alveo, Lauretanam habitationem longe salubriorem fecit. Inde ut peregrinis Lauretum potentibus liber et expeditus undique pateret accessus, vias omnes quæ Lauretum ferunt, jam longo usu viatias atque corruptas, partim latereculo, partim glareoa, magna ex parte, stravit. Navigium quoque ingens, subvehendis e Dalmatia ingentibus saxorum glebis, ad Lauretanæ adificationis usum, ædificavit, magnamque saxorum vim Lanretum subvehendum curavit. Hisque lapidibus a Joanne Boccalino, architecto haud ignobilis, præclara basilicae Lauretanæ facies, antiquo opere, strui cepta. Nec templo, oppido, viis ornandis intentus, charitatis, benignitatisque Christianæ munia intermisit. Nam Saxonelli jam dicti opera usus, centenos primo, inde ducenos, saepe etiam trecentos, eoque amplius pauperes peregrinos hospitio exceptos, haud sane maligne alebat quotidie. Et quoniam vetus xenodochium viris erat attributum, crescenti in dies quoque seminarum multitudine, novum mulieribus hospitium exstruxit, instruxitque. Honestiores etiam pauperum, quos a petenda propalam stipe retardabant pudor, occulta juvabat ope. Principes quoque viros humaniter æque liberaliterque tractabat. Lauretanam B. Virginis ædem (Iulio nostro protectore) omnium gentium, omnium fere ordinum hospitam dices. Haud facile alia apparuit magis divina providentia, in humana benignitate juvanda. Eleemosynarum, votivæque pecuniae tanta vis extitit, ut ad tot tantaque pietatis Christianæque benignitatis opera non suppetarent solum, sed etiam superarent. Adeo res familiaris, Dei causa erogata,

divina quadam vi cumulatior redit. Ex pecunia autem supererfluenta (quo benignitatis fons perennis foret) luculenta sane ac frugifera prædia coempta, ex quibus tum aliæ commoditates plurimæ, tum vero annuum veetigal ternorum ferme aureorum millium Lauretanæ domui accessit, haud leve subsidium benignitatis cultusque divini.

Nec solum vivens, sed mortuus etiam Lauretanæ domus opulentiam Iulius noster cumulavit: nam, ne minus liberalis moriens in Lauretanam Virginem esset, quam vivus fuerat, testamento sacram sacelli sui supellectilem, luculentam in primis et copiosam, B. Mariæ magna legavit ex parte. Missæ igitur Lauretum ab heredibus: crux argentea præclara, cum binis candelabris egregio opere factis: pontificales amictus duo ex veste Attalica: totidem altarium ac sacerdotum sacris operantium vestes, ex auro textili: toralia insuper, et sacrorum calicum velamina, phrygio opere, auro argentoque distincta. Ad hæc sacra ara mobilis (petram sacratam vocant) e gemmis compacta, calices aurei aliquot, bini ureoli argentei, cum suo pollubro, pulcherrime cælati, aliaque generis ejusdem, haud obscura Robureæ munificè ac Marianæ pietatis argumenta. Sed præter insignia pietatis monumenta, quæ in sacra B. Virginis Lauretanæ domo reliquit Julius, ad ampliorum ejusdem Lauretanæ domus cultum, in sacra eremi S. Crucis Avellanae area, cellam B. Mariæ semper Virgini Lauretanæ nuncupatam, erigendam curavit. Excessit ex hac mortalium regione anno Redemptionis humanæ 1578, iii Nonas Septembris.

CAPUT X.

*De Latino Frangipane, Latino Ursino, Laurentio Cibo, Ludovico Alemando, Ludovico Barry,
Ludovico Borbonio, Ludovico Ludorisio, Ludovico Madruccio, ac Ludovico de Torres,
S. R. E. cardinalibus.*

§ I.—*De Latino Frangipane.*

Latinus Frangipanis, vel (ut habent Vitæ cardin.) Malabranca, sacri ordinis Prædicatorum alumnus, Nicolai Ursini Papæ III ex sorore nepos, ab eodem Nicolao III sacro purpuratorum Patrum senatu ascriptus, nobilitate quidem sanguinis, ac familiæ splendore clarus, sed clarius virtutibus atque doctrina, inter alia testimonia, quibus ardens suum erga Deiparam studium luculenter declaravit, scripsit in laudem ejusdem Deiparæ et gloriosæ semper Virginis Mariæ Proses, ab Eisengrenio, Antonio Senensi, Alphonso Fernández, aliisque memoratas. E quibus duas vere piissimas, ex perantiquo codice Pergameno ms. quondam bibliothecæ Torrigianæ de Urbe excerptas, et Romæ anno 1651, typis Manelphii, in fine Marialis Isidori Thessalonicensis a me primo in lucem productas, ad Marianorum cultorum commodum, iterum hoc loco producere visum est, ut ex iis tanti principis ad-

miranda pietas, et singularis erga beatam Virginem devotio, mundo clarius innotescat.

Latini Frangipani S. R. E. card. Prosæ de beata Virgine.

Prosa prima.

*Ecce ad te confugio,
Virgo, nostra salvatio,
Spes salutis et venia,
Mater misericordiae.*

Serva ad te fugientem.

*Salva de te confidentem
Super omnes te adoro,
Super cunctos te imploro.*

Tu omnium es poterior,

*Inter omnes et dulcior,
Inter omnes humilior,
Inter cunctos sublimior.*

Nullus enim confunditur,

*Reus tantum non perditur,
Qui se tibi commendabit,*

Qui te, Virgo, invocabit.

O Maria, Mater Dei,

Miserere, precor, mei,

Atque pro me ora Deum,
Ut me salvet nimis reum.
Ecce tibi me commendo,
Mea vota nunc impendo,
Tu, Domina, me suscipe,
Et clementer me respice.
Et visita me misericordia,
Oppressum mole criminum,
Nam si tu me visitabis,
Visitando, me curabis.
Ave donum pietatis,
Me absolvas a peccatis.
Te devote invocare,
Hoc est valde salutare.
Nomen tuum dulce niuis,
Memorandum est in primis.
Ubi tuum nomen sonat,
Spem salutis semper donat.
Ille potest desperare,
Qui te non vult invocare;
Per te enim, salus nostra,
Paradisi patet porta.
Per te credo reparari,
Per te credo me salvare,
O Domina gloria,
Super omnes speciosa.
Memor esto servi tui,
Fac me semper pace frui,
O stella splendissima
O Domina dulcissima.
Adsis mihi supplicanti,
Et te multum invocanti;
Fac me digne te laudare,
Venerari et amare.
Virgo pura ante partum,
Et in partu, et post partum,
Super omnes exaltata,
Cunctis jure es prelatia.
O Beata beatarum,
O Regina reginarum,
Propter tuam pietatem,
Pelle meam paupertatem,
Et ad portum fac venire,
Nunquam sinas me perire,
Sed ad caeli palatia,
Tua da ferri gratia. Amen.

Prosa secunda.

Ad laudem Virginis invitat hominem:
Ipsa mens hominis, lata per Virginem,
Maria nascitur, salus creditum;
Et vere creditur salus nascentium.
Puella nobilis, comes humilium,
Magistra humilis, et dux nobilium,
Regina gloria, Regis et filia;
Sed Regis Filiae ab intus gloria.
Hac die nata est per quam pax redditur,
Et vita data est, quibus haec nascitur,
In terris fulserit, in caelis lucida,
Undis illuxerit haec stella fulgida.
Respirat naufragus in mundi pelago:
Tranquillat pelagus Maria naufrago,
Haec mare turbidum nautis elucidat;
Per hanc fit lucidum, quod Eva turbidat.
Trem fretum navigat fretus remigio;
Securo revigat nauta navigio;
Si navis frangitur, haec est consurgum;
Ad hanc si fugitur, non fit naufragium.
Haec vita simplici decore duplicat;
Decore duplice se Deo simplicat;
Nam carne splendida dum mens paeniteat,
Fit tota nitida, ut sposo splendeat.
Jam mittit prænium haec Dei Filia
Ad Dei Filium, nardus et præmia,
Haec missa nuntio in caeli solium,
De caeli solio eduxit nuntium.
It ventis ocior, qui missus fuerat;

Misso velocior intrat, qui miserat;
Amicis ostium patet cælestibus;
Urbs haec cælestium non patet hostibus.
Nam minuit Virginem turris humilitas:
Et ambit humilem murus virginitas:
Haec intrat humilis, quod est mirabile,
Jesus mirabilis castellum humile.
Hunc ventris gremium, capit hic spatia,
Nullum hoc spatium, nec mundi gremia,
Est hoc in sæculo novum miraculum,
Tanto miraculo miratur sæculum.
Collotum simili nil est mirabile,
Huic mirabili quis videt simile?
Haec virum peperit, nec virum norerat,
Hunc virum norerat, nec dum pepererat.
Novit in utero virum et puerum,
Vir est a puero, intrat in uterum;
Hinc nobis oriens nunquam commoritur,
Quo mundus moriens per mortem oritur.
Ad hanc, qui pungitur, respectans, anguum
Ultra non angitur viru pungentium;
Ad hanc si respicit qui mari mergitur,
Per hanc emerget, ab hac respicitur.
O sidus oriens, ut Solem parias,
O Solem pariens, per quem tu radias,
O Mater Numinis, quod seruis suberat,
O Mater hominis, qui ventis imperat,
Nos apud Filium reos concilia,
Reis consilium da, Regis filia,
Ut trahat homines ad se Dux virginum,
Clamat ad Virginem gemens cor hominum, Amen.

Vitæ cursum consummavit præclarus Deiparae
Virginis encomiastes, anno salutis 1294, iv Idus
Augusti.

§ II. — *De Latino Ursino.*

Latinus Ursinus, Romanus, prosapia et virtute
nobilissimus, quem Nicolaus V Pont. Max. purpu-
ratis S. R. E. Patribus adjunxit, Deiparae colendæ
natus, religiose admodum celebrabat dies, qui
ejusdem Deiparae virginitati incorruptæ, ac ejus
maternitatæ et Assumptioni dicati erant. In iis je-
junabat, frequentissimeque ad eam oratione con-
fugiebat. Ex quo id consecutus est, ut secundum
quietem illam viderit aliquando pro se Filium de-
precantem, ab eaque certior factus sit de hora
mortis, et quod tunc dæmones, salutis nostræ ho-
stes, non videret. Cœlum petiit Romæ anno salu-
tis 1477, ætatis 74, iii Idus Augusti.

§ III. — *De Laurentio Cibo.*

Laurentius Cibo, Genuensis, ab Innocentio VIII
Pontifice Max., cui erat ex fratre nepos, in purpu-
ratorum Patrum ordinem cooptatus, vir probitatis
maximæ et ob justitiam, fidem, pietatem, a qua-
rum virtutum cultu nunquam deseivit, apud omnes
summe commendatus, inter alia affectus sui erga
Deiparam Virginem specimina, Romæ in ecclesia
Sanctæ Mariæ de Populo sacellum exstruxit, pi-
cturis eximiis ac dote ampla ornavit. Obiit anno
salutis 1503, Kalend. Decembris, et in sacello
S. Mariæ de Populo a se constructo sepultus
est.

§ IV. — *De B. Ludovico Alemando.*

Ludovicus Alemandus, alias Alemannus, Gallus, no-
bili apud Burgundos familia natus, primus episcopus
Madoviensis, tum Arlatensis archipresul, deinde
S. R. E. cardinalis a Martino V Pontifice Maximo

creatus (licet enim durante schismate per Eugenium Papam IV, titulo cardinalis privatus fuerit, schismate tamen extincto, per Nicolaum V, Eugenii successorem, honori pristino restitutus est, illumque post obitum, ob præstantia virtutum merita, inclytamque miraculorum gloriam, Clemens Papa VII, Romæ dato diplome anno 1557, illum in cœlum numerum, beatitatis nomine retulit, honoribusque, quibus beati coli consueverunt, una cum B. Petro de Luxemburgo, prosequendum decrevit), inter alia pietatis suæ erga Deiparam Virginem specimina, dum in Germania esset Sedis apostolice a latere legatus, Cellensem Deiparæ Virginis ecclesiam, prævia confessione visitantibus, manus pro structura adjutrices porrigitibus, signum peregrinationis secum inde deferentibus, 400 dierum indulgentias, toties, quoties id fecissent, iisque, qui diebus Sabbatis et per Quadragesimam *Salve Regina* decantassent, vel decantationi interessent, quadraginta dierum, in perpetuum duraturas concessit.

Hic idem Ludovicus, signifer et dux fuit in concilio Basileensi, e plurimis Christianis partibus congregato, dum anno Domini 1459, pro purissima Deiparae Virginis Conceptione, et ab originali peccati macula præservatione, editum fuit decretum tenoris sequentis :

« Sacrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem Ecclesiam repræsentans, ad perpetuam rei memoriaam.

« Elucidantibus divinæ gratiæ mysteriis mercedeum gloriosam reprobmisit æterna Dei Patris Sapientia, dum ait : *Qui elucidant me, vitam æternam habebunt* (*Ecli. xxiv, 51*) : quod etiam de gloria Virgine, quæ ipsam Patris Sapientiam, Dei Filium æternum in utero protulit, ac mundo peperit, sacrosancta legit Ecclesia. Nam quidquid de dignitate et sublimitate Virginis Matris educitur in Iucem, hoc non dubium est ad laudem et honorem Filii sui pertinere. Et qui honorificant gratiam et sanctitatem Matris, honorificant et elucidant gloriosum nomen Filii ejus, qui ipsam sanctificavit et replevit gratia. Unde si in cæteris rebus elucidatio veritatis, quæ a Domino Deo est, præclaræ merita parturit : in ea re specialiter fructus uberrimos afferre speranda est, quæ sanctificationem et dedicationem templi illius concernit, in quo ante sæcula antequam terra fieret, et ab æterno, sibi mansionem ordinavit prima et æterna Veritas. Id quoque maxime congruit, ut pax habeatur in quæstionibus concernentibus sanctitatem illius, per quam pax diffusa est in terris. Hactenus vera difficultas quæstio in diversis partibus, et coram hac sancta synodo, super Conceptione ipsius gloriosæ Virginis Mariæ Matris, et exordio sanctificationis ejus facta est : quibusdam dicentibus, ipsam Virginem et ejus animam, per aliud tempus, aut instans temporis, subjacuisse

actualiter originali culpæ : aliis autem e converso dicentibus, a principio creationis sua, Deum, ipsam diligendo, gratiam eidem contulisse per quam a macula originali illam beatissimam personam liberans et præservans, sublimiori sanctificationis genere redemit, cum fundaret eam Altissimus ipse, et ipsam fabricaret Filius Dei Patris, ut esset Mater ejus in terris. Nos vero, diligenter inspectis auctoritatibus et rationibus quæ jam a pluribus annis, in publicis relationibus, ex parte utriusque doctrinæ, coram hac sancta synodo allegata sunt, aliisque etiam plurimis super hac revisis, et matura consideratione pensatis ; doctrinam illam disserentem, gloriosam Virginem Dei Genitricem Mariam præveniente et operante divini Numinis gratia singulari, nunquam actualiter subjacuisse originali peccato, sed immunem semper fuisse ab omni originali et actuali culpa, sanctam et immaculatam, tanquam piam et consonam cultui ecclesiastico, fidei, catholieæ, rectioni et sacræ Scripturæ, ab omnibus catholicis approbandam fore, tenendam et amplectendam desinimus et declaramus, nullique de cætero licitum esse in contrarium prædicare et docere. Renovantes præterea institutionem de celebranda sancta ejus Conceptione, quæ tam per Romanam quam per alias ecclesias sexto Idus Decembris, antiqua et laudabili consuetudine celebratur, statuimus et ordinamus, eamdem celebritatem præfata die in omnibus ecclesiis, monasteriis et conventibus Christianæ religionis, sub nomine Conceptionis, festis laudibus colendam esse, cunctisque fidelibus vere poenitentibus et confessis, ea die Missarum solemnis, centum, primis autem, vel secundis Vesperis totidem ; sermoni vero verbi divini intercessentibus, centum quinquaginta dies concessione perpetuis temporibus duratura, de injunctis sibi poenitentiis, hæc sancta synodus elargitur.

« Datum Basileæ, in sessione nostra publica, in majori ecclesia Basileensi solemniter celebrata, decimo quinto Kalendas Octobris, anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo tricesimo nono. »

Hactenus decretum concilii Basileensis (cui Ludovicus noster tunc præterat) pro Conceptione gloriosissimæ Virginis Mariae. Licet enim decretum hoc, quia concilium tunc temporis ab obedientia Eugenii IV Romani Pontificis desciverat, auctoritatem non habeat, magnum tamen apud aliquos auctoritatis robur habet : non solum quia a pluribus et selectissimis variarum nationum episopis et theologis profectum, sed quia a Ludovico nostro emanatum, quem constat fuisse admirandæ sanctitatis, et incomparabilis doctrinæ, et post mortem, ob miracula, quibus fulsit, a Clemente VII, vero Pontifice, inter beatos fuisse recensitum.

Ad æternam feliciter evolavit requiem Deiparae Virginis sine macula conceptæ cultor amantissimus

ac studiosissimus, Ludovicus Alemandus, anno salatis 1450, etatis 60, die 17 Septembris, pro quo Numini in Missa in hæc verba litant Arelatenses :

Sacerdos, et pontifex, et virtutum opifex, cardinalis gloriose, pastor bone in populo, in patria Provincia, qui plauisti Deo vivens religiose, intercede pro nobis ad Dominum.

*Ora pro nobis, S. Ludovice cardinale,
Ut per te eruamur ab universis malis.*

OREMUS.

Deus, qui meritis, et intercessione beati Ludovici Alemandi confessoris tui, atque urbis Arelatensis episcopi, et Sanctæ Cæcilie presbyteri cardinalis, dignaris mortuos suscitare, cæcos illuminare, claudis gressum, surdis auditum restituere : concede propitiis, ut omnes, qui ejus implorant auxilium, petitionis suæ salutarem consequantur effectum. Per Dominum nostrum, etc.

§ V.—*De Ludovico Barri.*

Ludovicus dux Barri, parente Roberto I Barri duce, matre Maria Galliarum regis filia natus, genere et virtute nobilissimus, quem Alexander V, Pontifex Maximus, ad purpuratam S. R. E. cardinalium dignitatem promovit, pro peculiari cultu, quo colebat Virginem Matrem, in ecclesia cathedrali Virdunensi Deiparæ, multas erogavit pecunias pro fundatione. A regione mortalitatis excescit, anno salutis 1410, die 23 Junii, sepultus in ecclesia divæ Mariæ Virdunensis (eujus erat episcopus) cum hoc epitaphio :

*Hic situs est fulgens Ludovicus laude perenni,
Quem Barri genuit gens generosa ducum.
Filia regis erat, genitrix de culmine summo
Francorum, et cunctæ nobilitatis apex.
Hunc decus et mores quondam celebrare solebant
Dum Portuensi cardine dignus erat.
Egregius pariter præseutis pastor ovilis,
Ac Virdunensis pontificalis honor.
Nuñe Matris precibus æternæ dona quietis
Illi pro meritis det Deus omnipotens.*

§ VI.—*De Ludovico Borbonio.*

Ludovicus Borbonius, Gallus, a Leone X in purpuratorum Patrum societatem vocatus, vir natalibus, et litteratura summus, inter alia pie-tatis suæ erga Deiparam Virginem specimina, honestissimo desiderio exarsit, ut ea quæ a piis doctisque viris, in ejusdem Deiparæ Virginis laudem conscripta, in bibliothecis adhuc mss. latabant, per typos in aliorum commodum lucrumque publicarentur. (Quæ enim utilitas in sapientia absconsa et thesauro inviso?) Unde in causa fuit, ut contemplatio mellislua super *Salve Regina*, seu eloquentissima, piissima ac plane aurea ejusdem Cantici Paraphrasis, auctore magistro Martino a Magistris, theologo Parisiensi excellentissimo (eius Cortemplationis, seu Paraphrasis, unicum tantum exstabat exemplar) a Jodoco Badio Ascensio Parisiis anno 1519, excuderetur, ac in mille volumina chalco-graphio transcriberetur. Hanc utinam

pietatem multi sibi ante oculos ponant ad imitan-dum, et sanctorum Patrum, piorminque aucterum Mariana monumenta, quæ in bibliothecarum angu-lis cum tineis blattisque luctantur, omnium pro-fectni atque emolumento, suis consiliis, hortatio-nibus, opibus, e tenebris in lucem cruenda pro-curent.

Mortalitatis spoliis exutus, immortalitatem induit Ludovicus, anno salutis restitutæ per Chri-stum 1556, die 11 Martii.

§ VII.—*De Ludovico Ludovisio.*

Ludovicus Ludovisius, Bononiensis, Gregorii XV, Pontificis Maximi (a quo purpuram accepit) ex fra-tre nepos, vir heroicis virtutibus ornatus, excelsis-que animi dotibus fere ad miraculum instructus, reverentissimo quodam erga magnam Dei Matrem affectu ab ipsa pueritia imbutus fuit, atque ejus-dem magnæ Dei Matris ope, a periculosissimo morbo aliquando convalescens. Conceptionem beatæ Virginis immaculatae toto cordis sui affectu am-plexus est : ejusque festum, tanquam præcipuum nostræ redēptionis, nostræque salutis originem prædicavit, ut patet ex ejus sermonibus Bononiae in lucem evulgatis, anno 1625, et per Joannem Paulum Nazarium inquisitorem Dominicanum ap-probatæ et commendatis. Adfuit, et summo studio apud patrum suum Gregorium XV, Pontificem Maximum, institut, ut anno a Nativitate Do-minii 1622, die 24 Maii decretum illud ederet Conceptioni beatissimæ Virginis Immaculatae prorsus favorabile, quo opinionem, asserentem beatam Virginem in originali peccato conceptam (cui Paulus V sua Constitutione silentium in publico indixerat) mutam omnino reddidit, dum ne in privatis quidem colloquiis, aut scriptis fandi fa-cultatem permisit, jussitque præterea, ut in officiis divinis, omnes Conceptionis nomine uterentur. Quo decreto quantum Conceptioni sanctæ et im-maculatae Virginis faverit Gregorius, demonstrat inter alios vir doctissimus divus Antonius Calde-ron in suo Opere *De Conceptione B. Virginis*, Matrii edito, anno 1650, quo lectorem amando.

Dum aliquando Bononie (ubi ipse erat archi-episcopus) in ecclesia Sanctæ Mariæ de Galiera, Dominica secunda Adventus, in qua festum Conceptionis beatæ Virginis incidit, esset apud popu-lum verba facturus : considerans ex una parte Evangelii currentis verba, quibus Dominus Jesus dubiis Joannis discipulis se verum Messiam ac Salvatorem variis modis declaravit, ex alia vero animadvertisens, eo die Conceptionem beatæ Virginis Immaculatae ab Ecclesia celebrari, illud Augustini inter Christum Dominum et beatam Virginem stantis exclamabat : « Positus in medio, quo me vertam, nescio : hinc pascor a vulnere, hinc factor ab ubere. » Sermonem autem ad beatam Virginem convertens, super illa verba Matth. xi : *Quid existis in desertum videre, arundinem vento agitatam? Hominem mollibus vestitum?*

*Plusquam prophetam : angelum qui præparabit viam tuam ante te : quæ in prædictæ Dominicæ Evangelio leguntur : integro discursu probavit, laudes a Christo Domino S. Joanni Baptiste, recitatis verbis, attributas, magis proprie atque in excellentiori gradu Deiparæ Virgini convenire, hæc quatuor de eadem B. Virgine ostendens : Primo, illam non fuisse arundinem vento agitata; secundo, non fuisse hominem mollibus vestitum; tertio, fuisse plusquam prophetam; quarto denique, fuisse angelum Adventus Christi in mundum hominibus nuntium. Et quidem de beata Virgine, prout non exstitit arundo vento agitata, hæc dixit Ludovicus : « Visa est Virgo sanctissima in hujus mundi deserto, sicut dicitur in Canticis caput viii : Quæ est ista quæ ascendit de deserto ? et fuit, ut ita dicam, Arundo. Nam quemadmodum arundo, ex naturali proprietate, si percūtiat capita serpentum, illos sternit et occidit : ita beata Virgo ex gratia et singulari virtute sibi a Deo concessis, percūtiens caput potentissimi serpentis, nempe dæmonis, prostravit et vicit, in divinae sententiae exsecutionem Gen. iii : *Ipsa conteret caput tuum.* Quapropter, serpens malignus, confusione plenus, animadvertens eam non esse ex aliarum mulierum conditione, sed illam, de qua dictum est, Cant. vi : *Terribilis ut castrorum acies ordinata,* cum suis asseclis ipsam fugiens, ut in Exodo cap. xiv legitur, vociferabatur : *Castra Dei sunt hæc, fugiamus.* Sentiensque se ab hac arundine percuti instar pueri debilis Elisci, IV Reg. iv, elata voce clamat : *Caput meum doleo, caput meum doleo :* ita ut, ex mea sententia, bene beatæ Virgini illa verba David applicentur, Psal. LXVII : *Increpa feras arundinis,* cum sanctus Hilarius ibi per feras intelligat dæmones, feras inimicissimas hujus pretiosissimæ ac miraculosissimæ arundinis, qua Deus comminationem adimplevit : *Ipsa conteret caput tuum.* Fuit beata Virgo arundo, non quidem mobilis, quamvis in aquis humanarum miseriarum posita, ut lib. III Regum cap. xiv de Jeroboam dictum fuit : *Sicut moveri solet arundo in aqua;* sed potius fuit arundo illa aurea, qua Joannes in Apocalypsi, cap. xxi, Dei civitatem mensurari consperxit : *Habebat mensuram arundineam auream, et mensus est civitatem de arundine aurea,* per quam Rupertus abbas intelligit distributionem gratiæ, et Lyranus gloriæ gradus, qui dispensantur in cœlo. Recepit Maria supra omnes angelorum choros, ad mensuram scilicet plenitudinis gratiæ, quam consecuta est, dum in Dei Matrem electa fuit. Et idcirco gratiæ et meriti plena, nunquam ab aliquo peccati ventis, nec a concupiscentiæ fomite, nec a carnis contra spiritum rebellione, nec a sensualitate contra rationem agitari potuit, vel contorqueri: nam, ut de ea loquitur gloriosæ memorie cardinalis Bellarminus, ratio imperabat, sensus parebat, nec sensus contra rationem, nec ratio contra Deum unquam insurgebat :*

sed semper Filio suo firmiter immixa perseveravit, tali deliciarum concurso, ut ipsi angeli dicerent : *Quæ est ista, quæ ascendit de deserto, deliciis affluens, immixta super dilectum suum ?* Quidni delicias dixerim (inquit S. Bernardus) virginitatis deus cum munere fecunditatis, humilitatis insigne, distillantem charitatis favum, misericordiæ viscera, plenitudinem gratiæ, prærogativam gloriæ ? Fuit certe sanctissima Virgo Arundo, sed non vacua, cum de ejus purissime utero dicatur : *Venter tuus sicut acervus tritici* (Cant. vii, 2) : et ab ipso sue Conceptionis instanti omni gratia plena mirabiliter remanserit, juxta salutationem illi ab angelo in Annuntiatione factam : *Ave, gratia plena* (Luc. i, 28), virtutibus omnibus ornata et munita, ut vitiis omnibus humanisque defectibus se singulariter opponeret, ut mirabiliter exponit cardinalis Bellarminus dicendo : « Erat in Virgine æquitas contra iniquitatem, temperantia contra luxuriam, fortitudo contra ignaviam, prudentia contra temeritatem, honestas contra turpitudinem, fides contra incredulitatem, pietas contra seculus, omnes virtutes contra omnia vitia. Et Spiritus sanctus in persona ipsius : *In me gratia omnis vita et veritatis, in me omnis spes vita et virtutis* (Eccli. xxiv, 25). Hoc totum ab instanti sue Conceptionis habuit B. Virgo, quam quia Deus, ut futuram Verbi Matrem inspexit et amavit, ei dedit gratiam huic amori correspondentem : quæ licet creverit, excessit tamen, cum supremam angelorum atque hominum gratiam superaverit, ut docent S. cardinalis Petrus Damianus, et S. Vincentius Ferrerius. Fuit profecto beata Virgo Arundo, sed minime infructuosa ; nam nostræ utilitatibus produxit fructum super omnes alios fructus benedictum et pretiosum : *Benedictus fructus ventris tui.* Vel fuit instar illius Arundinis, quæ liquorum dulcissimum ac suavissimum producit : illa enim plena est pietatis et misericordiæ dulcedine, ut eam invocans, sancta canit Ecclesia : *Vita, dulcedo : dulcis Virgo Maria.* Fuit sanctissima Virgo Arundo, sed non eo modo, quo intelligit Ezechiel, loquens de Pharaone : *Fuisti baculus arundineus domui Israel, quando apprehenderunt te manu, et confractus es* (Ezech. xxix, 6) : nam fuit illa contra spirituales humani generis hostes animosior et fortior quam Abigail in facie exercitus David ; quam Debora in debellando rege Canaan ; quam Jael in magno duce Sisara transfigendo ; quam Esther in Hebraica gente a flagello subtrahenda (Esther viii, 7) ; quam Reth in mundi honoribus, parentibus, divitiisque contempnendis : quam Judith in Olophernis capite obtruncando (Judith. xiii, 10) ; et quam omnes aliæ mulieres in sacris Litteris famosiores et celebriores. Atque idcirco magis ei quam ipsi Judith ille convenit applausus, quo recepta fuit a populo Israel canente : *Tu gloria Jerusalem, tu lætitia Israel, tu honorificentia populi nostri, eo quod castitatem amaveris, ideo et manus Domini confortavit te, et eris benedicta in aeternum* (Ibid. xv, 10, 11).

Fuit sanctissima Virgo arundo, sed non ut illa, de qua dicitur, lib. IV Reg. cap. xvii : *An speras in baculo arundineo atque confracto ? enim sit nostrae salutis secunda spes et fulcimentum.* Unde a sancta Ecclesia vocatur : *Spes nostra, Mater sanctae spei :* ab aliis, *Spes publica:* a S. Ephrem, *Spes desperantium :* et a S. Bernardo, *consueta sibi affectu, maxima Fiducia, tota Ratio spei.* Et si forte dicere volumus fuisse Arundinem, interdum erectam, et interdum inclinatam : si vitam ejus observaverimus, inveniemus, quod ipsa in prosperitate se ipsam humilitate inclinabat, atque in tribulationibus se ipsam fortitudine erigebat. Inclinavit se, quando sublimata fuit ad dignitatem maternalem : *Ecce ancilla Domini ;* et animose se crexit ad Simeonis vaticinium : *Tuam ipsius animam pertransibit gladius.* Inclinavit se in humili tugurio Bethleemitico, dum et Filius, ut Rex, et ipsa, ut Regina a tribus Magis adorati fuerunt : *Et procidentes adoraverunt eum.* Sed constanter se erexit in fuga Aegypti per promptam suo Sponso coelesti ac terrestri obedientiam : *Accipe Puerum, et Matrem ejus, et fuge in Aegyptum.* Et ne sermonem protraham, recessu humili se inclinat, dum Filius tantis ac tam eximiis miraculis se ipsum Messiam Salvatoremque manifestat ; sed intrepide se erigit in Calvarie monte, recipiens et patiens in proprio corde elavorum ac lancearum vulnera, quae suum benedictum Filium transiebant : *Stabat juxta crucem Jesu Mater ejus (Joan. xix, 25).* Et haec quidem de beata Virgine, prout illa non exstitit arundo vento agitata, Ludovicus.

De eadem autem, prout non fuit homo mollibus vestitus, sic locutus est : « Non exquisivit Virgo gloriosa vestimenta delicata et vana, quia cum summa humilitate, et sancta paupertate, omnia terrena semper despexit : et quamvis ipsa esset sublimi genere regiaque stirpe progenita, nunquam tamen vel appetiit, vel induit splendidas illas superbasque vestes, quae, ut in Evangelio dicitur, in dominibus regum sunt : sed amavit, et magno studio secuta est sanctam paupertatem, sciens hanc esse charissimam Deo, qui Apostoli testimonio, *cum esset dives, propter nos egenus factus est, ut illius inopia divites essemus (II Cor. viii, 9),* et ideo pauperculum artificem in sponsum habere contenta, ut cœci Hebræi de Christo dieebant : *Nonne hic est faber, et fabri filius (Matth. xiii, 53) ?* digna postmodum facta est Spiritum sanctum in sponsum recipiendi : hoc enim titulo ipse Spiritus sanctus illam in Canticis appellavit, dicens : *Veni de Libano, sponsa mea (Cant. iv, 8) :* ut in cœlis Regina sanctorum, et in terris Regina sis regnum, » glossat Rupertus abbas. In angelica Annuntiatione sese ancillam pauperem professa : *Respexit humilitatem ancillæ suæ, ipsius Dei Mater esse meruit.* « Eris Mater semper intacta, juxta vaticinium, jam a sibylla Erythræa editum : *Nascetur de Paupereula verus Deus, verusque homo.* » Cum Dei Verbum

esset paritura, ex divina dispositione desertur in Bethleem, inter omnes Judeæ civitates pauperiorum angustioremque (et ideo ipsa non minus digna civitas Dei, quam Bethleem, adeo exaltatur, et magnificatur a S. Bernardo dicente : *O Bethleem parva, sed magnifica a Domino : magnificat te, qui factus est in te parvus ex magno : in universa siquidem terra tam celebre est nomen tuum, ut beatam te dicant omnes generationes, ubique gloriosa dicantur de te, Civitas Dei)* et ibi pro suo hospitio, viliorum abjectioremque locum elegit, stabulum scilicet, humile animalium receptaculum : ubi alia eunacula pro Rege cœli non habuit, quam præsepe, nec alias fascias ad ipsum cooperiendum, quam pauperes panniculos. Quæ abjectiones atque humilitates postmodum a gentibus et a mundi monarchis sublimioribus adeo celebratae ac honoratae sunt, ut in earum comparatione ditiora et pretiosiora ornamenta regalia, vilia reputentur. Audite S. Bernardum, quidnam dieat de illo felice stabulo : *Quæ tibi civitas non invideat pretiosissimum istud stabulum ? De præsepio : Gloriosissim hoc præsepe regum soliis deauratis ; de pannis : Ipsi panni Salvatoris deditæ nostræ sunt, pretiosiores omni purpura. Et de ejus paupertate : Ditior Christi paupertas cunctis opibus, cunctisque sæculi thesauris. Quapropter jure optimo sanctissima Virgo ab omni exteriori ornamento abhorrens, solum procuravit et obtinuit, interioribus divinæ gratiae ornamentiis indui, ut prædicti Prophetæ, psal. XLIV : Omnis gloria ejus filie Regis ab intus. Pulchritudines veræ et ornamenta digniora mulieris sapientis (scripsit card. Antonianus in lib. II, De educatione Christiana filiorum) sunt castitas, modestia, verecundia, taciturnitas, sobrietas, amor sincerus erga maritum, filios et domum, aliaque similes virtutes : quod idem fere est, quod ad Timotheum scripsit Apostolus : *Mulieres in habitu ornato, cum verecundia et sobrietate ornantes se, et non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, vel teste pretiosa ; sed quod decet mulieres, promittentes pietatem per opera bona (I Tim. II, 9, 10).* Talia fuerunt ornamenta Mariæ Virginis, non ordinaria, sed suprahumana, id est, ipsi, quæ erat Regina cœli, convenientia : ad cuius ornatum certatim convenierunt omnes pulchritudines et virtutes simul, ut aperuit, juxta Patrum expositionem, Joannes in Apocalypsi, cap. XII : *Mulier amicta sole, luna sub pedibus ejus, et in capite ejus corona stellarum duodecim, non aliud per solem intelligens quam resplendentem ipsius puritatem quæ nunquam alicujus peccati umbram passa est : Tota pulchra es, amica mea, et macula non est in te ; et ardentiissimum charitatis ignem, quo illa erga Deum et proximum austabat : Maria (inquit S. Bernardus) meruit, non velut summam tangi, sed operiri magis undique, et circumfundi, et tanquam ipso igne concludi ; per lunam sub pedibus contemplationem, quam habuit rerum terrenarum, luna ipsa variarum magis et**

inconstantium : in luna, quæ menstruis suppletionibus deficit, mutabilitas temporalitatis accipitur (inquit S. Gregorius) ; vel ipsius in fide stabilitatem in qua, quasi luna, seipsam semper renovabat : vel cursum velocem, quem illa, præ omnibus aliis sanetis simul, in virtutibus peregit, sicut luna motu suo omnium aliorum planetarum superat motum. Per coronam duodecim stellarum, splendorem quem in ipsa, plusquam in aliquo alio subjecto, majorem reddebat, attributa, duodecim ordinibus, in quos Ecclesia sancta partitur, applicata, videlicet fides patriarcharum, lumen prophetarum, fervor apostolorum, fortitudo martyrum, intelligentia doctorum, patientia confessorum, sanctimonia sacerdotum, contemplatio anachoretarum, humilitas monachorum, puritas virginum, continentia viduarum, fecunditas conjugatarum. Universus pulvis pigmentarius (inquit S. cardinalis Petrus Damianus) in Virgine projectus est, quando in ea virtutum conuentus reverendum sibi thalamum consecravit. Et quamvis ipsa externum omnem despiceret apparatus, cœlesti quadam pulchritudine præsentia angelica ac maiestate divina non caruit, ut devotissimus S. Philippus eam invocare solebat : O Virgo aspectu pulcherrima, venustate affluens et decore ; et Richardus cap. 26, in Cant. inquit : « Dubium non est, eam, quæ puritatem angelicam habuit, vultum etiam angelicum babuisse : aliisque graves Patres animadvertisunt ab ipsius venerabili aspectu nescio quid divini prodiisse, quod mirifice proderat ad omnem inordinatum affectum reprimendum eumque in puriore castioremque convertendum, atque ob hanc causam bene poterant ei applicari illa Zachariae verba : *Bonum et pulchrum ejus germinans virgines* (Zach. ix, 17). Hinc est, quod solum, ut admirarentur ac revererentur ipsius venerabilem aspectum, e remotis regionibus multi se in Iudeam transferebant, ut fecit S. Dionysius Areopagita, qui cum ad ejus præsentiam aspectumque pervenisset, pronuntiavit, nisi de mysteriis sanctæ fidei optime instructus fuisset, se illam pro Deo potius quam pro Dei Matre crediturum. In cuius rei propositum gloriatus martyr Ignatius dixit : Ille et alia excitaverunt viscera nostra, et cogunt valde desiderare aspectum hujus (si fas sit fari) sacratissimi monstri, et colestis prodigi. Nec debunt ali sancti, qui ipsius pulchritudinem tam internam, quam externam meditantes, ob hanc eam appellarent : Miraculum mundi, imo omnium miraculorum Abyssum, ut S. Ephrem Præstantissimum orbis terræ miraculum, et S. Jo. Damascenus, Miraculum omnium miraculorum maxime novum, et miraculorum Abyssum. » Et quidem in hoc argumenti genere plura alia produxisset Ludovicus, sed minime ignorans immensum Marianarum laudum mare intra modici vasis angustias non posse concindi, ad tertium quod proposuerat caput pertransivit, et Deiparam Virginem plusquam prophetam esse, his verbis demonstravit : « Cum divinæ

majestati summopere placeat suis creaturis sua dona communicare, diversis temporibus dignatus est Deus simul cum aliis donis propheticum lumen tam Veteris quam Novi Testamenti viris sanctioribus impertiri, quemadmodum dixit Zeccharias Luc. i : *Sicut locutus est per os sanctorum, qui a sæculo sunt prophetarum ejus* : atque ideo minime est in dubium revocandum, quin pariter propriæ concesserit Matri quod nec suis servis voluit denegare. Quod cæteris (inquit Bernardus) constat fuisse collatum, fas certe non est suspicari tantæ Virgini fuisse negatum : præsertim, cum inter Virginem et Matrem, et servos Dei, in gratia et merito maximum sit intervallum, ut bene dixit S. Jo. Damascenus : Dei Matris et servorum Dei infinitum est disserimen. Et ut omnis ambiguitas præcidatur, clare hoc affirmat Isaias propheta, dicens : *Accessi ad Prophetissam, et peperit filium* (Isa. viii, 3) : quæ verba exponit Basilius : Quod Maria Prophetissa fuerit, ad quam proxime accessit Isaias, per prænitionem spiritus, nemo contradixerit qui sit memor verborum Mariæ, quæ propheticæ afflata Spiritu elocuta est dicens : *Magnificat anima mea Dominum*. Unde, cum evidentissimum sit quod ipsa habuerit donum et lumen prophetæ, dum a principio sue Conceptionis dictata fuit omnibus virtutibus et donis Spiritus sancti, qui locutus est per prophetas, quæ dona in ea aucta fuerint, quando in suis purissimis visceribus Verbum concepit æternum, ita ut, sicut inquit Andreas Cretensis : Excepto Deo solo, est omnibus altior, constanter affirmare possimus, illam, et in cognitione divinorum mysteriorum et sacramentorum, et in lumine prævidendi et prædicendi res futuras, et interpretandi et declarandi præteritas, prophetis omnibus longe excelluisse. Ita affirmat S. Petrus Damianus cardinalis : Non providus prophetarum numerus huic beatissimæ Virgini poterit comparari. Et Rupertus abbas lib. i in Cant. eam vocat prophetarum Prophetissam, quia et prophetas docuit, et de ipsa omnes prophetæ prophetarunt. Insuper appellari potest B. Virgo prophetissa, et prophetis, qui ut lib. I Regum cap. ix legitur, videntes dicebantur, superior; quia non solum ipsa videt oculis corporeis æternum Verbum incarnatum, a patriarchis et prophetis desideratum et promissum, sed digna fuit illud in suo virginali ventre concipere, mortali carne vestire, mundo parere, nutrire, et denique tam longo tempore suo casto pectori stringere. Unde majori ratione ipsi, quam aliis, applicari potest illud, quod Christus discipulis dixit ; *Beati oculi, qui vident, quæ vos videtis. Dico enim vobis, quod multi prophetæ et reges voluerunt videre, quæ vos videtis, et non viderunt* (Luc. x, 23, 24). Huic igitur puncto finem imponentes, illam tandem cum sancta Ecclesia invocemus : *Regina prophetarum*. » Sic ille. Sed quæ oratione B. Virginem ut angelum nobis representaverit Ludovicus, operæ pretium est au-

dire. « Præcursor (inquit) Christi Joannes, dictus fuit angelus, id est nuntius, solum quia missus fuit, ut mundo Messiae nuntiaret adventum. Angelus vocari potest Maria : quia quemadmodum angeli ex quo se in Deum converterunt, a primo instanti suæ creationis nunquam ab actuali illius amore cessarunt : ita pariter B. Virgini ab ipsis immaculata Conceptione fuit privilegium hoc angelicum communicatum, ut graves hujus ævi theologi argumentantur. Potest Maria appellari angelus, quia non solum sua Conceptione, ut canit S. Ecclesia, *gaudium annuntiavit universo mundo*, sed quia ab ipsa ortus est magni consilii Angelus, Christus Deus noster ; atque ob hanc causam Regina et Patrona omnium angelorum nuncupatur a S. Ecclesia, Regina et Domina angelorum et omnium novem ordinum spirituum beatorum, quos longe multumque superat in puritate, ut ait S. Anselmus : Decens erat, ut ea puritate niteret, qua major sub Deo nequit intelligi : et confirmat S. Joan. Chrysostomus : Quidnam B. Maria sanctius ? non Angeli, non Throni, non Dominationes, non Seraphin, non Cherubin, non denique aliud quidpiam inter creatas res visibles majus, aut excelsius inveniri potest. Et quidem rationi consonum erat, quod illa ea gratiæ plenitudine sublimaretur, quæ dignitatí quodammodo (ut probat S. Thomas) infinitæ ad quam electa fuerat, conveniret : cum Deus, cuius ipsa est Mater, sit infinitæ perfectio- nis. Idem asserit S. Bernardinus, dicens : Oportuit, ut ita dicam, eam elevari ad quamdam æqua- litatem divinam, per quamdam infinitatem perfectionum et gratiarum, quam æqualitatem creature nunquam experta est. Et S. Gregorius in librum I Regum cap. i, confirmat, scribens : Quia ut Conceptionem æterni Verbi pertingeret, meritorum verticem supra omnes angelorum choros, usque ad solum Deitatis erexit. Unde mirum non est si in cœlo etiam in pietate et misericordia erga nos, ipsis superat spiritus angelicos, ut dicit S. Anselmus ; si ipsi spiritus beati ad eam recurrunt, ut affir- mat S. Athanasius ; si angelicæ militiae princeps, omnesque angelici ordines eam assidue circum- dant, magna jubilatione contemplantur, magna humilitate adorant, magna promptitudine ei obse- quuntur, et denique si ipsi, ut S. Bernardus ait, Data est potestas in cœlo et in terra. » Hactenus eminentissimus hic cardinalis et Deiparae Virginis amantissimus orator. Cui licet, cum Anselmo, im- mensitatem gratiae, et gloriae, et felicitatis Mariæ considerare cupienti, et sensus deficeret, et lingua fatisceret : omnes tamen hortahatur, ut semper stabiliores et constantiores in devotione Matris Dei Dominæ nostræ perseverarent, memores sententiae S. Anselmi : Omnis peccator ad te conversus, et a te respectus impossibile est, ut pereat. « Ex vero corde (inquietabat) nos ipsis semper commendemus Virginis sanctissimæ, quæ cum sit omnibus prophè-

tis major, cognitionem dabit rerum utilium, ut ea amplectamur, noxiarumque, ut eas fugiamus. Te, Domina, exorante (exclamat S. Bernardus) tollatur hæc crassa nebula ab oculis, ut revelata facie gloriam Domini speculantes, in immensum illud pelagus divini luminis absorbeamur, et Domini spiritu, ac Deo nostro in viventis charitatis astricti, unum eum ipso efficiamur. Et ut Domina angelorum, non solum de ipsis ad nostram custodiæ disponet, sed ipsam ad defensionem nostram snum impendi patrocinium. Et denique, cum sit Virgo sancta, Dei atque hominis Mater, spem omnem nostram in ea reponamus, atque ad ejus auxilium cum S. Bernardo confugiamus dicentes : Tu Mater Regis, tu Mater exsulis : tu Mater Iudicis, tu Mater rei, tu Mater Dei et hominis : cum sis Mater utriusque, discordiam inter tuos filios ne sustineas. » Sic ille.

Die Dominicæ Nativitatis, in sua metropolitana ecclesia Bononiensi aliquando perorans, probansque Christi ortum cœlo, terre, mari, mundo, et denique creaturis omnibus lætitiam attulisse, de B. Virginis gaudio in hunc modum locutus est : « Præ omnibus lætatur et jubilat Virgo sanctissima. Si enim matres ob partus gaudium, graviditatis onus, et molestias, et in pariendo dolores, et pericula ohliviscentur, ut dixit Christus : *Mulier, cum parit, tristitiam habet, cum autem peperit, jam non meminit pressuræ propter gaudium, quia natus est homo in mundum* (Joan. xvi, 21) : quam nos credimus suisse lætitiam beate Virginis, quæ in gestatione uteri nihil passa est, nec in partu dolorem sensit, aut periculum incurrit, nec detrimentum ullum in sua intacta virginitate sustinuit, ut inter alios Patres, testatur mirabiliter S. Fulgentius : Nulla fieri gravedo potuit concipienti, nulla tristitia parturienti ; qui enim venerat triste lætificare sæculum, ventris non contristavit hospitium ; imo cum divino partu Dei Matris crevit virginitas. Feliciter parturit (inquit S. Chrysologus) quæ virginitatis coronam magis magisque pariendo conquisivit et gloriam ; et S. Augustinus : Crevit in ejus partu integritas corporis potius quam decrevit, et virginitas ampliata est potius quam fugata. Et si magnæ mulieres reginæ ac imperatrices in suorum filiorum nativitate lætantur, ob securitatem, quam capiunt, de successione in regnū atque imperiis, etiamsi non sine causa timere possint se naturæ monstra peperisse, quæ illis fortasse mortuæ sunt allatura, ut attulerint, Orestes Clytemnestræ, Ninus Semiramidi, Ptolomeus Cleopatræ, Fabricius Fabiæ, Nero Agrippinæ : multo magis gaudere debet B. Virgo, certa se genuisse Regem cœli, Filium Dei, Dominum snum, qui non nascitur, ut mortali afferat, sed vitam, quemadmodum ipse protestatur : *Veni, ut vitam habeant, et abundantius habeant* (Joan. x, 10) : non ut occidat, sed ut occidatur. Non perdendum (inquit S. Bernardus), sed sua morte salvandum re-

quirit : et S. Bernardinus in hanc rem ait : Chri-
stum magis pro Virgine Matre sua redimenda,
quam pro reliquis hominibus mortem oppetiisse :
unde eam vocat Primogenitam Redemptoris, eique
verba illa Canticorum applicat : *Vulnerasti cor
meum, soror mea Sponsa* (*Cant. iv, 9*). Et si ante
partum ipsa dixit : *Exsultavit spiritus meus in
Deo salutari meo* (*Luc. i, 47*) : quam credimus ejus
fuisse juvenditatem, laetitiam, jubilum et consola-
tionem, post sanctissimum partum ? » Ita Ludovi-
cus, qui pro tenerimo ardentissimo erga
Matrem Virginem Mariam amabilissimam Domi-
nam suam affectu, saepe cum aliis de ipsa sermo-
nem instituebat, ac ejusdem laudes atque encomia,
ubi sese offerebat occasio, libentissime publicabat.
Unde cum Bononiae, Dominica 25 post Pentecoste,
in congregacione nobilium apud Patres Soc.
Jesu, quodam tempore, sermocinaretur, probaret-
que charitatem et amorem Dei humilitate vivi-
ficari atque accendi, haec in laudem beatæ Virginis
attexuit : « Hujus rei perfectissimum exemplum ha-
bemus in sanctissima Virgine Dei Matre, quæ, dum
a S. Elisabetha, Praecursoris matre, indignam se
ejus visitatione reputante, summis laudibus ex-
tolleretur, dum inter mulieres benedicta appellatur,
et Beata prædicaretur : *Unde hoc mihi ut ve-
niat Mater Domini mei ad me? benedicta tu inter
mulieres, et benedictus fructus ventris tui : et beata
quæ credidisti, quoniam perficiuntur in te, quæ dicta
sunt tibi a Domino : quid respondit humilissima
Virgo? an suæ virginitati, suæ sanctitati, suisque
meritis aliquid attribuit? Non certe : sed totum
gloriam et bonitatem Dei, dicens : *Magnificat anima
mea Dominum, et exsultavit spiritus meus in Deo
salutari meo, quia respexit humilitatem ancillæ
suæ*. Se tanto dono indignam reputans, in Dei amore
semper amplius accendebat, eumque glorificabat,
quod in suam humilitatem oculos ponere dignatus
esset. » Sic ille.*

Mariani autem cultus provehendi studiosissimus,
Bononiæ ecclesiam Sanctæ Mariæ Viæ Majoris
Carmelitanis Discalceatis Patribus, ecclesiam vero
S. Mariæ de Galiera congregationis Oratorii S.
Philippi Neri Presbyteris uniri curavit : et cum
suis precibus a Gregorio XIV Pont. Max. eidem
ecclesia S. Mariæ de Galiera, omnes indulgentias
S. Mariæ Majoris de Urbe concedi obtinueret, et
tamen videret eamdem ecclesiam (qua in tota Bo-
noniensi urbe locus non erat sanctior, et in qua ex
singulari Sedis apost. privilegio magni indulgen-
tiarum thesauri dispensabantur) a Bononiensi
populo, non eo, quo optabat, devotionis fervore
enltam veneratamque, Marianii honoris zelantis-
simus, publice de hac re pro concione aliquando
conquestus est ; snumque ob id dolorem cuneti
apertum testatumque esse voluit. Sed maxime
tunc in Ludovico enituit Marianii honoris zelus,
quando cum acerbissimo animi sui sensu intelli-
gens sacrilegis impiorum manibus nonnullas bea-

tissimæ Virginis imagines in Bononiensi urbe, Ma-
riæ cultui addictissima, sumo ac stercore deturpatas,
præ incredibili dolore cordis fere examinis factus
est, nihilque non egit, ut impiissimi sacrilegii au-
ctores detegerentur, ac debito sceleri supplicio
punirentur.

Ex hac terre palestra excedens Ludovicus ad
præmia perrexit, Marianis cultoribus in regno coe-
lesti a Deo optimo maximo reposita, anno salutis
1632, ætatis 37, die 18 Novembris. Cujus, quæ ex-
stant, et me fugiunt, erga magnam Dei Matrem
devotissimi affectus specimina, ac reverentissimi
obsequii monumenta, ab aliis, quibus felicior
est calamus, suo tempore publicanda non dif-
fido.

§ VII. — *De Ludovico Madruccio.*

Ludovicus Madruccius, Germanus, civis et epi-
scopus Tridentinus, quem majorum stemmatibus,
et propria virtute clarissimum, necnon doctrina,
probitate, beneque gerendæ reipublicæ peritia
excellentem, Pius IV, Pontifex Maximus, in S. R.
E. cardinalium numerum ascivit, inter alia obse-
quentissimi amoris sui erga Deiparam Virginem
testimonia, Romæ in templo S. Honnphrii, eidem
Deipara Virginis sacellum erexit. E mortalitatis car-
cere in cœlum abiit, anno salutiferi partus 1600,
die 2 Aprilis, sepultusque est in Mariano sacello a
se erecto.

§ VIII. — *De Ludovico de Torres.*

Ludovicus de Torres, Romanus, ex archiepi-
scopo Montis Regalis in Sicilia S. R. E. cardinalis
a Paulo V Pontifice Maximo creatus, vir religio-
nis studio, vitae integritate, animi candore, mo-
rum suavitate, rerum usu, ac pia quadam in
omnes beneficentia spectatissimus, inter alia haud
obscura testimonia, quibus eximium summ erga
sacerdissimam Dei Matrem studium comprobavit,
in ecclesia beatæ Mariae Virginis Montis Regalis,
a Gulielmo II Siciliæ rege ædificata, hinc et inde
in navibus lateralibus pavimentum ex marmore
rubro, albis lineis, seu venis vermiculato stravit,
et ante altare majus, necnon ante altaria collate-
ralia hand exigui valoris lampades collocavit. Prope
fores, duo vasa marmorea, et pulchritudine et ma-
gnitudine conspicua, ad aquam benedictam in-
troemtibus exhibendam, posuit, et plura alia in
ejusdem ecclesiæ commodum ornatumque molitus
est, quæ longum esset in præsentia recensere. Hoc
minime prætereundum silentio est, Ludovicum e
veteribus tabulariis collegisse, et (ut dixi in Bi-
bliotheca Mariana parte 1) sub alieno Joannis
Aloysii, seu Ludovici Lelli nomine edidisse histo-
riam, seu descriptionem regalis templi, et mo-
nasterii Sanctæ Mariæ Novæ in Monte Regali.
Morti debita solvit, anno Domini 1609, vi Idus
Julii.

CAPUT XI.

De Marcello Lantes, Marco Sittico ab Altemps, Marco Vigerio, Mariano Perbenedicto, Mattheo Rhemensi, et Michaeli Bonello, S. R. E. cardinalibus.

§ I. — *De Marcello Lantes.*

Marcellus Lantes, Romanus, S. R. E. cardinalis, a Paulo V Pontifice Maximo creatus : ejus virtutes, et præseritum effusa, et nunquam interrupta in pauperes charitas libros integros merentur ; inter alia pietatis suæ erga Deiparam Virginem specimen :

Templum S. Mariæ apud Portam angelicam, in cuius ara maxima imago sanctissimæ Dei Genitricis, miraculis conspicua, a quodam Albentio Calabro, anno 1588, Romam delata, religiose asservatur, ære suo adeo in ædificatione juvit, ut illius jure merito fundator dici possit.

Templum et monasterium monialium Discalceatarum, primitive regulae ordinis beatæ Mariæ Virginis de Monte Carmelo, S. Josepho, Deiparae Virginis sponso, ac ipsi Deiparae consecratum, non solum suis sumptibus promovit, sed ejus fundamentis primum lapidem posuit eum hac inscriptione :

Jesus, Maria, Joseph.
Marcellus Lantes, Romanus,
Protector,
Primum lapidem posuit.
Die 26 Maii 1628.
Urbani VIII Pont. Max. anno v.

Templum quoque S. Mariæ Liberatricis, in foro Boario, ad radices hortorum Farnesiorum, a S. Silvestro Papa olim consecratum, beatæ Virginis Marie dicatum, ampliori digniorique ædificio illustravit : ut subjecta inscriptione, quæ super majorem portam conspicitur, est manifestum.

Mariæ Virginis, cognomento Libera nos a pœnis inferni; cui Michael Lantes, annis abhinc 54, scutellum hic in ædencia, loco humili, per angusto, miraculo tamen S. Silvestri Papæ in Praconem, et S. Franciscæ Romane parietinis illustri, excitarat ; eidem hanc ædem, in editiore exædificatam, ampliori ornatioremque Marcellus frater S. R. E. cardinalis a fundamentis extruxit, anno salutis 1617.

Licet in eroganda pauperibus eleemosyna semper et ubique effusus, effusior tamen in Deiparae Virginis Dominae suæ festivitatibus, quas jejunio præveniebat, et devotissimo mentis suæ affectu celebrabat

Ad beatorum concordit optatissimam mansiōnem, alter nostri temporis Joannes Eleemosynarius anno salutis 1632, die 19 Aprilis.

§ II. — *De Marco Sittico ab Altemps.*

Marcus Sitticus Altempsius, ex comitibus de Altemps, Pii IV Pont. Max. (a quo in purpurato rum Patrum ordinem cooptatus) ex Clara Medicea serore nepos, vir religione, prudentia, omniumque virtutum titulis conspicuus, ut erat singularis eu-
jusdam ac propensæ erga Deiparau Virginem

pietatis, celebrem ejus basilicam, S. Mariæ Trans-tiberim nuncupatam (quam in titulum obtinuerat) instauravit, ornavit, atque in ea, in splendidissimo saeculo a se erecto ac dotato, imaginem thaumaturgam B. Virginis, a Clementia appellatam, solemnī ritu collocavit. Idem pro recuperata pueri, propinquā cognitione juncti, salute, ejus imaginem ex argento expressam, decem librarum pondo, B. Virginis Lauretanæ donum misit : cui etiam obtulit sacerdotalem ornatum ex auro argentoque, opere tam reticulato, quam Phrygio contextum : atque eidem moriens pretiosa dona legavit. Nec alia cardinalis Marci Sittici ab Altemps pietatis erga Deiparam Virginem monumenta mihi haec tenus innotuerunt. Decessit Romæ, anno Christi 1595, ætatis 62, 15 Kalend. Martii, et in ecclesia sui tituli, in saeculo a se ædificato et dotato sepultus fuit.

§ III. — *De Marco Vigerio.*

Marcus Vigerius, Saonensis, ord. Minorum, ex episcopo Senogallensi S. R. E. cardinalis, tituli S. Mariæ Transtiberim, a Julio II, Pont. Maximo creatus, licet pro eximio suo erga magnam Dei Matrem affectu, omnia ejus mysteria pietate religiosissima veneraretur, peculiari tamen studio colebat ipsius Annuntiationem, Partum et Purificationem, ut ex libris, quos de his mysteriis edidit, cuilibet potest esse manifestum. Aiebat, canticum novum, ad quod cantandum David rex nos invitat, esse canticum gratiæ Novi Testamenti, ejus inter incunabula angelus gratiam præfatus est, domini Virginem salutans dicere incepit : Ave, gratia plena, excellentemque legationis gratiam, quam angelus ad Mariam missus a salutatione cœpit exponere, nulla lingua, pro minima parte, recenseri, nulloque ingenio comprehendendi posse asserebat. Quis enim, inquietabat, mundi complementum et integrum ornamentum, aut verbis explicuisse, aut mente se penitus attigisse considat ? Ea certe legatione (ut ipse verissime philosophabatur) sua ultimam perfectionem mundus accepit, quando Architectus mundi, Dei Filius, Patris aeterni Sapientia Speculum, et Imago suo extremo operi se conjunxit. Nam quemadmodum circulus tunc incipit esse perfectus, quando linea, qua concluditur, initium jungitur extremo, ita creaturarum series et varietas impermutabilis, ac certus ordo, quo creata omnia coniectantur, et invicem revolvantur (ut suam aliquando ultimam perfectionem assequeretur) erat consentaneum, principium ere atnumve principium ultimæ creaturæ sociari. Dei Sapientia igitur, quæ obliquari non potest; ars cui nihil decidere, nihil adjici possibile est, que sibi ipsi est rectitudo perennis : Verbum suum, quod erat in principio, principium per quod facta sunt omnia,

homini qui teste Moyse, omnibus jam creatis, formatus est, per hanc ipsam legationem sociavit, atque conjunxit, effecitque, ut idem Deus ipse, qui esset aeternus, certo tempore cum homine de Virginis utero nasceretur Deus simul et homo, fieretque principium finis, unde finis universi principium rerum omnium diceretur et esset. » Sic ille.

Ex hac autem ratiocinatione inferebat, decens esse omnes creature legationem angelicam B. Virginis factam maxime venerari, quando omnes suam perfectionem inde fuerunt consecutæ. Sed, præter cæteras, angelos et homines eam maximo studio colere debere, quando, præter universi perfectiōnem, specialia et propria munera, et amplissima quidem, per hanc obtinuerunt. Angelorum namque numerus, qui fuerat minutus, inde suppetias accepit; homo, qui ex toto perierat, reparatus est, et restitutus in integrum, evasit in melius. Nempe qui antea amicus Dei, per justitiam originalem, fuerat institutus, et se, sua culpa, eo munere spoliaverat, angelicæ legationis beneficio, pro innata justitia gratiam, pro amicitia adoptionem, et jus filii naturalis est assecutus a Deo, quando hominiis Filius Dei Filius est factus.

Considerans sanctos Magos puerum Jesum sine Maria non invenisse, neque adorasse, in hac meditatione versabatur: « A rege aliquid petituri, ultra captatam loci et temporis opportunitatem, amicos regis suis postulatis adhibere nituntur. Qui habent coram judice causas, procuratores et advocatos (quos uno nomine patronos dicere possumus) fidos imprimis et judicibus gratos conduceunt. Volentes igitur adorare Dominum Deum, et ab eo gratiam petere, quasi a rege, quasi a judice misericordiam impetrare, aut compensam damni, vel injuriaæ postulare, cur nobis ipsis fidere præsumamus, nulla certe est ratio. Adhibenda sunt potentum suffragia, intercessiones amicorum, patronorum quoque præsidia interponenda sunt. Quem apud Regem regum, et Judicem omnium vivorum et mortuorum, vitæ ac necis causam habentes, illi magis amicum possumus interponere, quem patronum accuratiorem et fideliorum adhibere, quam sanctam Mariam Virginem Matrem ejus? Quam, quia illum lactavit et aluit, pro nobis intercedentem certissime exaudiet. Dixit Salomon matri suæ Bersabeæ: Pete, Mater mea, quod vis, neque enim fas est, ut avertam faciem ab ea quæ me genuit (*III Reg. n. 20*). Quid putamus aliud dicere Dominum Jesum Christum, qui longe sapientior et justior est Salomone, qui matrem longe sincerius veneratur et amat? Mater Salomonis illum genuit, obstetrices abstulerunt, nutrices lactaverunt, bajulae distinuerunt, et custodierunt, pedagogi et præceptores instituerunt; Maria Filio suo, Matris, obstetricis, nutricis, bajulae et educatoris beneficia præstítit, et obsequia. Itaque adorare volentes Filium ejus, apud illum hanc inveniamus: quando Magi antequam adorarent, ingredientes domum invenerunt puerum cum Matre

ejus, et illa præsente adoraverunt eum. » Sic ille. Et quia apertis a Magis coram magno Rege thesauris suis, mansit infans Jesus in Matris gremio, cum hilaritate faciei majestatem jam præferens, venustoque corporis motu et murmur suavissimo, grati animi notas ostendens, nihil tamen pro humanæ infantiae imbecillitate loqui voluit: Vigerius non sine dulcissimo cordis seu, Magos ad Matrem Virginem hac oratione usos, mente et cogitatione agitabat: « Debemus, o Regina cœli, Filio tuo, quem tenes in gremio, quidquid habemus, quidquid valemus, et sumus. Adorantes illum, debitum hoc nostrum in secreta cordis ara professi sumus. Nunc quantum possumus, debitum ipsum solvere, non ut liberemur (neque enim id velle debemus), sed ut plus debeamus, prompti sumus et præsto. Dissolvemus autem, simulque debebimus, si nos Filii tui obsequiis, nostrosque omnes comites designaveris. Nobis hoc maxime accedet gloriæ, non solum inter nostros, sed ubique gentium tanti principis milites, aut saltem pedissequos fieri, tibi vero fortasse non erit inutile, id præstitisse. Præsagit namque animus, Herodem Salvatori suo, in omnium saluti, Filio scilicet tuo tendere insidias, a quibus, nostra diligentia, infans tutus erit. Quod si vim apertam Herodes tentare constitutus, nobis est ingens hominum et bellicorum apparatus copia, quæ remanentibus hic nobis apud te, mature omnia hue a nostris convehentur. Interea pro thesaurorum quos vides copia, non solum victui necessaria suppeditabimus, sed milites et arma parare poterimus, ad fraudem et vim hominis perditissimi propulsandam. Tantum nos effice dignos Filii tui, o Regina, ministros, nosque suscipe vernacula servos. Tui enim sumus, et nusquam melius, quam hic tecum, ad Filii tui tetelam, pro suæ infantiae et humanitatis imbecillitate possumus esse. Thesauros, quos coram illo aperiūmus, pro illo tu suscipe, et ad necessarios usus, pro tua sapientia, dispensandos serva, nosque deinceps parere mandatis scito esse paratos. Ihi venerabundi, et lati comites nostri seipsos nobiscum Filio tuo et tibi se cum muneribus nostris dono dant: ita comites simul thesauros apertos ingerunt. »

Ad hæc Virginem, Reginam prudentissimam, sic respondisse meditabatur Vigerius: « Cessate, quiescite, viri optimi, et vos, o Magi, audite quæso, Dei Ancillam, pro suo Filio, Deo vero et Rege summo studiis vestris satisfacere volentem. Quæ debere Filio meo, adorantes, apud vosmet ipsos professi fueritis, quid etiam sibi munera vestra velint, vobis tacentibus, res loquitur. Non enim ad hominem adorandum, præsertim infantulum, et in præsocio reclinatum paupere, vos homines sapientissimos potestateque præcellentes, de tam remotis orbis terrarum oris adducere potuit, nisi fides et devotio erga meum Filium, major sane quam erga hominem haberi posset. Felices vos, quibus Deum verum, in carne natum cognou-

visse concessum est, et quid illi debeatis intelligere atque monstrare. Gestus, dulcis balbuties ac serenitas frontis Regis nostri, fidem faciunt, studium vestrae adorationis illi fuisse gratissimum, cuius est super omnia de agnita et culta veritate latari, quoniam ad hoc ipsum venit in mundum ut testimonium perhibeat veritati, et in viam pacis homines benae voluntatis dirigat. Sed quia non est ejus vim vi, fraudemque repellere fraude, qui pius est, mitis, et humilis corde, non reddens pro malo malum, sed in bono malum superans, et omnes fraudum caligines invincibili luce veritatis effugans, vestro vestroruinque famulatu, qui usui nobis cedere non posset, ne, quæso, gravetis Regem nostrum : vestratibus potius servate vos ipsos, vestra opera indignis. Gratissimum hoc erit et Filio meo et Matri, si mature repetentes populos vestros, juste et tranquille eos servabitis. Puto vos non latere, minus hominem contra Deum posse, quam pulicem minimum contra maximum elephantum : non est enim scientia, non est prudenter, non virtus, non potentia contra Deum. Quare, viri optimi, neque bellicis apparatibus adversus Herodem nobis est opus : thesauros porro vestros, quos in usus exponemus, aut quibus opportunitatibus conservabimus ? Sanctum est legibus æternæ sapientia, et revocari non debet, Filium meum pauperem hic vitam agere : ut non per divitias, quæ fortuitæ sunt, sed per virtutem, universum sibi subjiciat orbem terræ. Quod enim per vim et arma, quod per pecuniam acquiritur, durare non potest : quia nullum violentum fit perpetuum : et causæ fortuitæ, fluxæ et momentaneæ, solidum effectum adducere non possunt. Veritate et virtute Filius meus omnem mundum subacturus est : quæ quoniam stabilia bona sunt, et immutabilia, regnum ejus hostes devastare non poterunt. Vobis, o Magi, opus est thesauris ; quoniam non nisi per illos jura vestra tenentur. Itaque, quos aperuistis, thesaurorum loculos claudite, reportate domum, vobis habete. Nos animorum vestrorum promptitudinem accipimus : pro qua, Regis nostri ac meo nomine, gratias vobis habemus et agimus : retinemus autem amplissimas, dum Filius meus celebrari faciet gloriosi nominis vestri, inter mortales, memoriam sempiternam : inter ecclites vera felicitate non defectura vos donabit, quarum ego rerum me vobis vadem exhibeo. Vos accipite, et cum pace felices regiones vestras vestro cum coinitatu repetite. »

Ad hæc Magos, in hanc, quæ sequitur sententiam respondisse, consentaneum reputabat Vigerius : « Nostrum est, quod semper fuit, o Regina cœlorum, Filii tui Regis regum, cœlorum Conditoris ac Domini, tuisque parere decretis, monita suscipere, obsequi voluntati. Nunc autem quod tantas premias manere pro exigua opera nostra promittis pro his insuper te nobis vadem præbes, quanquam nos pudeat nostris hæc meritis non de-

beri, pro Filii tamen tui profusa munificentia; proque tua in omnes clementia, magno ac libenti animo promissa suscipimus, exultantes ac gloriante, ac nobis gloriosum fore profitentes, plusquam mereri potuerimus, accepisse. His igitur pollicitis tuis, magno debitorum pondere libenter onusti, ad propria remeabimus, populorum nostrorum commodis attentissime (ut jubes) invigilaturi. Referemus insuper thesauros nostros, ut jubes. Sed antequam illos hinc amoveamus (quoniam eis onerari non vis) rogamus saltem in animi grati et acceptiois iudicium, tantillum de his non asperneris accipere quod presentem inopiam tuam (si non vis ex toto relevare) saltem levare sufficiat. Hoc profecto te, o Regina, recusare protuta clementia ac sapientia non convenit, ne nos contristes. Non te fugit Deum ipsum, quem tenes in gremio, suis humanis necessitatibus, per homines, ad diem subveniri constituisse. Ejus namque sapientia sic homines regit, moderatur, atque sustentat, ut quæ fieri in illis et de illis vult, per creaturam suam semper efficiat. Concede, quæsumus, dignos nos Dei sapientiae ministros fieri : ne asperneris de nostra abundantia tuis ac Filii tui necessitatibus subveniri : fortasse, quoniam æquanimitate et mansuetudine, Herodis furorem evadere constituit Filius tuis, te, cum illo, longa peregrinatione, Herodianarum insidiarum pericolo subtrahes; accipe igitur hoe pusillum auri. Ne respicias, o Regina, quod te gravare non potest, quod sine anxietate ad futuras necessitates pro modico tempore sublevandas, donec saltem ablactetur infans, præsidio tibi sit. Videmus inter præsepsis angustias, Filii tui, quem adoramus, incunabula collocata, unde indignis jumentorum odoribus Salvatoris forte laetetur infantia. Quare modicum et hoc thuris accipias, unde suffumigata dominus salubrior fiat et infantis animales spiritus valeant confortari. Perspicuum est pro voluntaria paupertate, te, ad usum infantis, pannis non esse copiosam : si te abundantiorem facere voluerimus, seimus impedimento hanc esse suppellectileni : ne sudariolorum, fasciarum, pannulorumque indigenitia sordescat aliquid in carne pueri, myrrham attulimus, vim habentem (ut ipsa nosti) ab omni putredine conservandi. Non ad delicias, sed ad munditiam etiam, paupertati tuae ista convenient; non enim a sordibus hædi decet pudicitiam tuam : quare et hoc paululum myrrhae dignanter accicias, rogamus et supplicamus. Sic porrigit aurum, thus et myrrham : quæ Maria leta fronte suscipiens, jam, quid ea munera sibi vellent, sapientissima mente revolvens, gratissima habere, vultu et voce demonstrat, abeundiique Magis potestatem facit. » Et hæc quidem tenerrimo affectu ac dulcissimo cordis sensu, mente, animoque agitabat Vigerius.

Dolores sanctissimæ Virginis, quos ipsa ob mortem Filii juxta crucem perpessa est, frequen-

ter, non sine lacrymis, dolentissime meditabatur; cogitans, inter alia, moestissimam Dei Matrem juxta crucem stantem, dum ipsa consideraret Filii sui angustias, duras sane et acerbissimas, quibus acerrime materno cruciabatur affectu, et nihilo minus, pro sua sapientia et charitatis iucendio, expenderet utilitatem humano generi inde provenientem, Dei Patris, et Filii sui, et Spiritus sancti gloriam inde surgentem, amorem immensum Patris, et Filii ad se ipsam, ad omnes homines liberandos, honorandos, glorificandos, beatificandosque, promptissimum Filium suum talia pati cogentem: si unquam alias, tunc maxime subiectum Magnificat cecinisse.

Magnificat anima mea Dominum: Filius meus, qui non iam dimidium animæ meæ, sed est tota anima mea, magnificat nunc, per passionem suam, Dominum Deum, Patrem suum, Sponsum meum. Anima mea, Filius meus, qui me corpore simul et anima vivam fecit, qui per has tam duras poenas, me et omnes progenitores meos liberat a poena inferni, reparat ad gaudia paradisi, vere nunc magnificat Dominum Deum, illum tanta justitia preditum ostendens, ut proprio Filio non pareat, sed mortem durissimam, pro justitia, illum subire compellat: tanta clementia, ut pro servis Filium tradat: tanta liberalitate et largitatem, ut cura potuisse modis innumeris, longe facilius, sine injuria humanitatis, sine poena Filii, hominam incommodes obviare, maluit tamen Filii saugineum et vitam expendere. Stabat, et in se ipsa diebat semper: *Exsultavit spiritus meus in Deo salutari meo: exspectans per Filium meum homines salvari, quod jam credidi, quod desideravi, nunc video, ideo exsulto, dum hic dolore ac tristitia quasi Mater pro tantis Filii mei poenis affligor et stringor: iude utilitates, sequentes has poenas, cogitans, et amore quo genus humanum amplector, quo Patrem et Sponsum meum, quo Filium meum [prosequor, confortata dilator, subito ita exsulto, extra salto, salto extra tristitias, et vicissim contristor. Tantus est hic mihi motus contristationis, dum a Filii mei poenis examinandis transeo ad utilitates inde surgentes, quod tantam agitationem ferre non possem. Desicerem certe; neque mirum: si enim acerbus dolor, dum nimis stringit, sufficit enecare; si gaudium excellens (quoniam nimis solet vitales resolvere vires) gaudentes extinguit: ego in tanto dolore constituta, tantoque gaudio suffusa, exsultans inter haec, nunc incredibili restricta dolore, nunc gaudio indicibili dilatata, quomodo ferrem? Sed quia respexit Filius meus, et Deus meus humiliatem ancillæ suæ, tenuitatem, scilicet virium mearum: vires præstitit, ut in tanto dolore et gaudio durare sufficiem, ideo ecce enim certe, ex hoc ejus auxilio, quod constans, impavida, imperturbata ibo juxta crucem Filii mei, quod nulla unquam mater facere potuisset, Beatam me dicent omnes generationes. Nam quod talcm conceperim*

Filium, Spiritu sancto factum est, non opere meo: quod lactaverim, quod educaverim, quod secutam semper, mihi est commune cum matribus multis: quod ad crucem ejus steterim sine querela, quod sanguinem ejus viderim de toto corpore profluentem, neque vocem dederim, quod unicum Filium morientem viderim, et non syncopizaverim, mihi est singulare privilegium, a Deo Patre, et Filio ejus, Filio meo, et a Spiritu sancto mihi tributum: quia uteisque, cum Spiritu sancto, fecit mihi magna, qui potens est, Pater aeternus omnipotens Deus, et sanctum nomen ejus; non illud tetragrammaton, quod nescii fabulantur; sed Filius suus Jesus, Verbum ejus, veritas ejus, quod illi est nomen sanctum, ineffabile et incomprehensible. *fecit mihi magna, magnam scilicet animi constantiam, magnam prudentiam, magnam sapientiam, magnam charitatem, per quæ ego ad crucem ejus sto, cogitans inter magna, quæ fecit in me, magnam ejus misericordiam. Sto igitur, et mente revolo, quod nunc misericordia ejus, a progenie in progenies omnium sæculorum extenditur, timentibus eum timore sancto: cuius rei gratia Latro dexter non incondite dixit ad rebellem et contumacem poenæ socium: Ne quetu times Deum? Time eum, ut ejus misericordiam potius experiaris quam justitiam. Sum et ego de timentium numero. Quis enim te non timeat, o Fili, omnia potens? Tu es brachium Dei omnipotentis, tu es vires ejus. En aperta brachia tua, dulcissime Fili, ad tuam potentiam declarandam nunc video. Aspice, omnes, fecit potentiam in brachio suo dextro, latronem illic pendentem absolvit a poenis inferni: donavit gaudiis paradisi.*

Fecit potentiam in brachio suo sinistro, latronem illic pendentem, superbum, contumacem, in-pœnitentem, et illi similes, dispersit superbos in supplicium damnationis æternæ, mente, verbo, proposito cordis sui, sue voluntatis. Vel *dispersit superbos mente cordis sui*, id est, voluntate animæ sue in superbia obstinatos. *Deposituit potentes de sede*; malignos spiritus et draconem principem eorum, potentes nequitia, et per tyrannidem opprimentes genus humanum: Filius meus per poenas, quas video illum sustinere, jam de sede depositus: mox illos fugabit. *Et exaltavit humiles*, patrum animas in sinu Abrahæ, illum ardentissimo desiderio postulantes. Esurientes has animas restituet libertati. Esurientes beatitudine saturari a Filio meo, per has poenas replevit bonis; et divites dimisit inanes: quando diabolum et infernum, tantis opibus, et animarum justarum thessauris, injuste divites, juste exxit, et penitus inanes dereliquit. Reliquit etiam divites inanes, quasdam animas, quæ nullam frugem bonorum operum, attulerant, plenas inanitatibus et inanitionibus iniquitatum reliquit in poenis. Joseph venditus a fratribus triginta argenteis, post calumniam incontinentis et procacis feminæ, post carcerem, *Egypto præfis-*

citur, fratres pascit invidiosos, et illis injuriam condonat. Sic ab Israel suo patre suscipitur. En Jesus magni Israel, non multarum, sed cunctarum gentium Patris, puer et Filius ejus, secundum divinitatem, hono perissimus, nullo peccato inaculatus, per invidiam, a Iuda, quem sibi in fratre adsciverat, venditus, a Synagoga proaci falso accusatus, a pontificibus, in dominibus Annae et Caiphæ, quasi in carcere asservatus, et Pilato quasi Ismaelitis traditus, a Pilato autem nunc crucifixus, fratres et mundum famelicum pavit jam antea corpore simul, et sanguine proprio, nunc omnibus injuriam condonavit; ita suscepit illum paulo post Pater æternus, sicut suscepit Israel puerum, recordatus misericordiae: Israel super omnia lætatus est, suscipiendo Joseph, quod ille fratribus condonasset injuriam, quam ultus non esset: neque filii improveravit pater, recordatus nempe misericordiae sui Joseph, quem tam ardentius amebat: quoniam ille remiserat fratribus injuriam, pater voluit penitus esse remissam. Ita Deus omnipotens, magnus Israel, recordatus misericordiae sui, meique Joseph, qui rogans in cruce pro fratribus dixit: *Pater, ignosce illis*, illosque excusavit, Judæos habuit excusatos, et veniam præstit illis, si modo voluerint acceptare. Suscepit Israel puerum suum, recordatus misericordiae suæ. Modum etiam susceptionis enarrat: *Sicut locutus est ad patres nostros, Abraham, et semini ejus in sacula*. Ita suscepit eum, sicut locutus est ad patres nostros. Et quomodo locutus est ad patres nostros, o Mater sanctissima, o Mater sapientissima, o Mater mœstissima, et inter angustias, pro tua sapientia, gaudia cogitans! Locutus est ad Adam: *Maledicta terra in opere tuo, spinas et tribulos germinabit tibi*. (Gen. iii, 17, 18.) Terra Judæorum, synagoga, maledicta sua iniquitate, quantulibet bene culta fuerit a Filio meo in opere suo, in laboribus peregrinationum, doctrinæ et sanitatum, spinas in capite ejus, tribulos in pedibus et manibus germinavit. Unde Israel magnus, Joseph puerum suum suscepit, sicut locutus est ad patrem suum primum Adam. Videte spinas in capite, in manibus et pedibus tribulos ferreos. Locutus est ad Noe: *Cumque obduxero nubibus cælum, apparebit arcus meus in nubibus, recordaborque fœderis mei, quod pepigi vobiscum, et cum omni anima vivente, et non erunt ultra aquæ diluvii, ad delendam universam carnem* (Gen. ix, 14, 15); cum corpus Filii mei, Sedes Dei, verum Cœlum, obductum est nubibus passionis, cum clavis affixum est cruci, apparuit arcus in nubibus, brachia arcuata inter angustias visa sunt, unde pronittit Deus homines non ultra disperdere: quoniam redempti sunt paenit inundantibus, quas arcus brachiorum cruci affixorum reducit in mentem. Suscepit ergo puerum suum, Filium suum, et meum, sicut locutus est ad Noe.

Ad Abraham autem locutus est ita: *Tolle filium tuum unigenitum, quem diligis Isaac et vade in ter-*

ram visionis, et offeres eum ibi in holocaustum, super unum montium, quem monstravero tibi (Gen. xxii, 2.) Venit Abraham in montem, erexit altare, ligna imposuit, filium superposuit, ut illum immolaret, gladium arripuit, sed prohibitus jugulare filium, invenit arietem, quem pro illo obtulit. Et magnus Abraham omnipotens Deus, unigenitum Filium suum Jesum Filium meum, sicut locutus est ad Abraham, in figura, duxit in illum ipsum montem, ubi altare Abraham dudum erexit, cruci locum designauit, ligna super altare, id est, crucem in loco præparato stabilivit, composuit Isaac super ligna, id est, Christum super crucem. Et quoniam de se nata in Filio Divinitas mori non potest, humanitatem quam de me sumpsit, quasi arietem immolavit. Non poterat Isaac pro peccatis hominum satisfacere, poterat autem Filius meus, quia sic decretum a Deo fuerat, per suam mortem, hominibus veniam impetrare. Ideo evasit ille, hic moritur in cruce. Odoratusque est Dominus odorem suavitatis, ex Filii mei carnis oblationis. Quis iste odor fuit, o Virgo sanctissima? Odor clementiae, odor remissionis tantæ injurie, odor obedientie, odor satisfactionis: quando per suam mortem justitiae satisfactum est. Ita suscepit Israel puerum suum, sicut locutus est ad Abraham, et semini ejus in sæcula. Primum germen legitimi seminis Abrahæ fuit Isaac. Ad hunc locutus est Dominus: *Quiesce in terra quam dixero tibi, et peregrinare in ea: eroque tecum, et benedicam tibi* (Gen. xxvi, 2, 3). Ego sum illa terra, in qua Isaæ Filius meus peregrinatus est cum quiete: nusquam enim quievit de cœlo descendens Verbum Patris æterni, nisi in ventre meo per novem menses: nam ut primum est natus, extuli eum de Bethleem, et in Nazareth, domum habitationis suæ reportavi: non multo post, Judæam cum illo deserui, Herodis crudelitatem fugiens. Eo mortuo, reversa sum enim Filio meo in terram nativitatis meæ, ubi ut adolevit Filius mens, pro sanetimonia et doctrinæ veritate odio habitus, nusquam stetit din, quievit tantum in ventre meo. Implevit quod dixerat Deus ad Isaac in figura: *Quiesce in terra quam dixero tibi*: implebit et paulo post in sepulcro reconditum lacerum corpus. *Ero tecum*. Fuit Deus cum humana natura Filii mei in ventre meo, erit cum exsangi et exanimi corpore in sepulcro. *Et benedicam tibi*: spero istud mox futurum. Non nocent, o Judæi, vestra blasphemie Filio meo. Benedic statim illi Deus: quæ sit futura benedictio, audite. Tibi enim et semini tuo dabo omnes regiones has, inferas in prædam, medias in tutebam, superas in regni gloriam. In nomine enim Domini Jesu, mei Filii, omne genu flectitur, cœlestium, quia ministri; terrestrium, quia redempti; inferorum, quia subacti et carcerati. Secundum semen Abraham est Jacob. Ad hunc locutus est in visione Deus, quando ostendit illi scalam, stantem super terram, et cœcum illius cœlum

tangens, angelosque Dei ascendentes et descendentes per eam, et Dominum scalæ innixum. Crux ista, in qua meum Filium pendentem video, scala est, enjus cacumen tangit et penetrat cœlos, per hanc nempe ad summum cœlorum Dei thronum ascenditur. En angelos ascendentes et descendentes per hanc sealam ad Filii mei sanguinem colligendum et conservandum. Gratiae innumere, per quas homines in angelos transeunt, a Deo Patre in homines, per Filii mei crucem, descendunt; homines, sine numero, per susceptas, virtute crucis, gratias ad cœlos ascendunt. En Dominum Jesum Christum, Dominum universorum, Dominum et Filium meum scalæ innixum; per clavos illi adhaeret, sustentatur in illa. Ergo suscepit illum Deus per crucem, sicut locutus est semini Abraham in scalæ visione quam retuli.

Atque hoc est Magnificat, quod a B. Virgine juxta cruncem stante decantatum, tenerrimo compassionis affectu contemplabatur Vigerius. Imitationem Deiparae Virginis (in qua tantæ Dominæ precipiuus ac solidus relucet cultus) et sibi ipsi primum, deinde etiam aliis efficaciter suadebat. Unde et dicebat: « Quem nostrum a peccatis purgari jam pudeat, qui omnium peccatorum, quasi putridæ sentinæ fætore sordens, quando Virgo Mater sine macula, summi Regis Sponsa castissima, tota pulchra, legem Purificationis implevit? » Et iterum: « O matronæ, o virgines, utinam a magistra virtutis (nempe Maria) vestram pudicitiam tueri disceretis, quæ præconio laudum tam eminentium, et angelo excellentissimo summi Dei nuntio laudanti, non arrisit, neque tantis laudibus est exhilarata! Turbata est, id est, facie aspectuque quasi ad mœstitiam mutata; turbata est, il est, potius ad vultus gravitatem, quam ad serenitatem versa; depositus oculos, se tantis indignam laudibus existimans, pro suæ de se opinionis modestia, erubuit sic landari. Mementote, matronæ, mementote, o virgines, quid in suis laudibus egerit saneta Virgo: *Cogitabat qualis esset ista salutatio, tantarum laudum titulis sublimata. Cogitate et vos cum laudamini, qualis sit salutatio; a quo sit, ad quam sit, ad quid sit: et quantumlibet vera sit, et a bono salutatore profecta, cogitate quid oporteat de ea credere: quid ad illam deceat respondere: sicut Maria fecit, quæ quamvis ab angelo veridico, summi Dei nuntio, et ad optimum finem missa salutaretur et laudaretur, cogitabat tamen examinans sapientissime, qualis esset ista salutatio, ne quid inconsulte respondisse videri posset.* » Haec et plura alia de imitatione beatæ Virginis Mariæ Vigerius.

Sententia, quæ tenet, beatissimam Virginem ab originali peccato præservatam, libertissimo calamo se subscriptis, dum in suo *Decachordo* lib. III, c. 8, publicis monumentis consignavit: « Sanctissimam Dei Genitricem, Virginem Mariam, congrue Filium suum nominare posse Jesum, et dicere illum Sal-

vatorem suum; cum iste dum haec concepta est, ab originali peccato servaverit illæsam; pro humana enim conditione corruisset, nisi Deus illam ruinæ, pro lege communi, ei imminentि, subtraxisset. » Plura in laudem beatæ Virginis litteris mandavit, in Bibliotheca purpurea Mariana, si Deus voluerit, integra reponenda, quibus eximium sum erga magnam Dei Matrem studium satis abunde declaravit. In iis Mariam appellat: Virgin æquitatis et totius rectitudinis, de Radice Jessæ egressam, de qua flos Christus ascendit: Lilium inter spinas; cuius virginitatis decus spinæ virilis consortii non lacerare, neque de honestate potuerunt: Virginem, totam pulchram, in qua maenla nunquam fuit, aspectu decoram modestis, terribilem adversariis honestatis: Mulierem omni virtute ornatissimam, omnium hominum prudentissimam, temperatissimam, fortissimam, justissimam et sapientissimam: Apem solertissimam, quæ de odoriferò virginitatis flore, deque suo sanguine roseo, mel Divinitatis, et ceram humanitatis, utroque lumine veritatis fulgido, et fervore charitatis ardente, in una Domini Jesu Christi persona, nobis invexit: Lumen fulgentissimum castitatis et sanctimonie omnibus hominibus; Pelagum infinita multitudine gratiarum; Fontem signatum, qui perpetua puritate scatere non desit; Rivum indeficientem omnis gratiae; Sponsam Patris aeterni; Cooperatricem Spiritus sancti, ut alios honoris ac excellentiæ titulos, quibus amantissimam Dominam suam ornat, brevitiati consulens, omittam.

Ad aeternæ quietis portum transit Vigerius, Romæ, anno Christiano 1516, sepultus in basilica Sanctæ Mariæ Traustiberim.

§ IV. — *De Mariano Perbenedicto.*

Marianus Perbenedictus, Camers, in amplissimum cardinalium ordinem a Sixto V Pont. Max. relatus, virtutis et pietatis strenuus cultor, et qui avitam nobilitatem multiplici doctrina, vita integritate, scelerum odio, rei Catholicæ, ecclesiasticæ libertatis, et publici boni acri studio illustravit, sanctissimo Mariæ nomini adeo fuit in omni vita addictus, ut, etiamsi Mariani nomen a parentibus non accepisset, illud tamen singulari suo atque insigni erga Mariam Deiparam affectu, nullo negotio sibi comparasset. Ejus opera potissimum studioque perfectum est, ut primaria illa Virginis Annuntiatæ congregatio, Romæ fundata sit, multæque ex ea, veluti perenni quodam fonte rivuli, congregations aliæ promanarent. Cum adhuc adolescens, Romæ in ecclesia Sanctæ Mariæ de Anima, quadam die, Gabrielem Flaminam, illius ævi concionatorem insignem, e suggestu verbum Dei evangelizantem audisset, adeo Spiritus sancti gratia se motum sensit, ut statim se totum Deo et Deiparae Virgini dederit ac devoverit. Sed proh dolor! preclaræ illæ purpurali hujus, ac vere Mariani principis erga Mariam Deiparam ardentissimi amoris notæ, quas in omni vita ostendit, adhuc me

latent; atque utinam eas ævi incuria ac malignitate adhuc suppressas ad aliorum utilitatem aliquando dies publicet. Ex hac infelici, ad æternam vitam religiosissime transmigravit, re, plusquam nomine Marianus, anno salutis per Mariam partæ 1611, ætatis 72, die 20 Januarii; cuius corpus ad basilicam Sanctæ Mariæ Majoris delatum, in pavimento, non longe a sacello Sanctæ Mariæ ad Præsepe, humatum est.

§ V. — *De Matthæo Rhemensi,*

Matthæus Rhemensis, ex monacho Cluniacensi S. R. E. cardinalis atque episcopus Albanus, ab Honorio II creatus, vir tantæ religionis et virtutis, ut Arnoldus Uvion, illum in Agiologio Benedictinorum, ad octavum Kalendas Januarias, retulerit, cum esset Deiparæ Virginis observantissimus, ad cœlestia quondam raptus, jucundissimo ipsius Deiparæ aspectu recreari meruit, et de gloria sibi in cœlo parata certificari. Quoties in cantibus, quoties in lectionibus, B. Virginis Matris Domini nomine legi, vel cantari advertebat, toties oculis sursum levatis, toties manibus in cœlum extensis, ubi mens ejus conversaretur, et quo sancta illa anima raperetur, monstrabat. Gravi morbo cruciatus, cum Dominicum corpus sibi afferti rogasset, eo allato: « Confiteor, ait, hoc sacrum Salvatoris mei corpus, illud vere et essentialiter esse, quod de S. Virgine Maria ab ipso sumptum est. » Cum ad eum venisset, visitandi causa, Joannes Cluniacensis monachus, et cum illo colloquens dixisset, videri sibi, quod in proximo esset moriturus, respondit ille, ex revelatione sibi facta, quando beatam Virginem vidi: Non hac certe, non hac nocte moriar. Datum enim mihi a Domino est, ut ea die, qua ipse de Virginie natus,

ad homines venit, eadem ego ab hominibus rediens, ad ipsum, ejus prævia misericordia, pergam: ut de facto, felicissimo itinere perrexit, anno salutis 1155.

§ VI. — *De Michaeli Bonello.*

Michael Bonellus, ordinis Prædicatorum S. R. E. cardinalis Alexandrinus, Pii V Pontificis Maximi ex Gardina sorore pronepos, vir religionis, prudentiae, integritatis, eximiæque virtutis laude præstantissimus, elementissimæ cœlorum Reginæ, cui se, ob collata beneficia, omnino devinctissimum profitebatur, studiis semper multiplicatis obsequiis congruum exhibere famulatum. Hunc, cum Pius V Pontifex Maximus gravi periculosoque implicitum morbo, jamque morti proximum cognovisset, dolens (illium etenim, non ob sanguinis necessitudinem, sed ob egregias virtutes, integrosque et castos mores unice diligebat) beatæ Virginis Lauretanæ pro eodem vota fecit, haud frustra. Extemplo enim Pii Pontificis preces audita, et moribundo cardinali salus reddit. Pontifex autem voti compos, celeritati divini muneris pari religionis celeritate respondit; dum, ut primum Michael per valetudinem iter illud exequi potuit, eum ad Lauretanam Virginem misit, recepte divinitus salutis testem, votivo cum dono, futurum. Donum vero fuit, aræ et sacerdotis præclara vestis argentea opere criso, hoc insignius, quod et pro egregii cardinalis salute, et a Pio Pontifice sanctissimo mittebatur. A summo rerum moderatore in cœlestem patriam vocatus est Michael, anno salutis 1598, ætatis 57, 6 Kal. Aprilis, ejusque pars mortalvis in sacra æde S. Mariæ super Minervam, ubi religiosum S. Dominici habitum induerat, humata est.

CAPUT XII.

De Nicolao Albergato, Nicolao Capoccio, Nicolao de Cusa, Nicolao Gaetano, Nicolao de Romanis, et Nicolao de Tudeschis S. R. E. cardinalibus.

§ I. — *De Nicolao Albergato.*

Nicolaus Albergatus, ordinis Carthusianorum, civis et episcopus Bononiensis, et S. R. E. cardinalis, a Martino III Pontifice Maximo creatus, vir celebris sanctimonie et sapientiae singularis, et qui in purpuræ fastigio eamdem semper retinuit humilitatem, inter alia exardescens sui in Deiparam Virginem studii monumenta canonican S. Mariæ ad Rhenum, proximis bellis afflictam ac canonicis regularibus vacuatam, accepto Pontificis decreto, restituit: Bononiæ etiam insignem fabri- cam hospitalis sanctæ Mariæ de Morte in amplioram commodioremque formam reduxit, multisque salutaribus legibus stabilivit: et in ecclesia sanctæ Mariæ Valverdis, quæ extra portam sancti Mammæ, Bononiæ sita est, afflictis Italæ rebus opem tulit, dum ibi pacem inter dissidentes Italæ

principes composuit. Idem, cum assiduae ac vehementes pluviae, ac tetræ et immoderatae tempestates, maximam curam omnibus Bononiensibus injecissent, ne (ut sœpe contigerat) segetes jam maturescentes extinguerent: cæteris frustra imploratis auxiliis, decretivit, ut imago Deiparæ Virginis Mariæ, manu S. Lucæ expressa (quæ Constantinopoli allata, in æde S. Mariæ Montis Guardiæ servabatur) intra civitatis Bononiensis mœnia deferretur, atque illa religiose in pompa perlata, supplicatio de more, adhibitis sacris et profanis ordinibus ageretur: qua peracta, lux statim optata serenitatis affulgit. Senis (quæ Virginis civitas est) præsentis vitæ calamitatibus perfunctus, immaculatum spiritum ad cœlos transmisit Nicolaus, anno salutis nostræ 1443, 4 Idus Maii, ætatis annum agens sexagesimum octavum. Quem, anno 1439, fuisse

archipresbyterum basilicæ S. Marie Majoris de Urbe, refert abbas Paulus de Angelis in Descriptione ejusdem basilicæ lib. iii, cap. 5.

§ II. — *De Nicolao Capoccio.*

Nicolaus Capoccius, Romanus, episcopus Urgellensis, olim Francorum regis Joannis cancellarius, vir omnium gravissimorum munerum capax, quem amplissimo S. R. E. cardinalium ordini Clemens VI Pontifex Max. ascripsit inter alia pietatis, quæ extulit, æternum in ævum duratura, monumenta, ut erat Deiparae Virginis amore flagrans, monachis, qui ordinis B. Mariae Montis Oliveti nuncupantur, nobile monasterium in Monte Murcio ædificavit. Et Perusiae cœnobium ecclesiamque pro menialibus ejusdem ordinis, suis sumptibus construxit. Idem, basilicæ sanctæ Marie Majoris de urbe archipresbyter, sacellum in ea, a patre inchoatum, maximo splendore perfecit : et collegium ibi duodecim sacerdotum erigi mandavit, qui, præter sacram quotidie celebrandum, tenerentur divinis recitandis et celebrandis, cum capitulo dictæ basilicæ, semper interesse ; illis autem congnos redditus assignavit, ac ædes in dictæ basilicæ platea eisdem ad collegialiter vivendum concessit. Lucis usuram perdidit apud montem Falconem, anno salutis 1368, die 26 Julii, suumque corpus Romam transferri, et in basilica S. Marie Majoris, in sacello a se erecto, sepeliri ultimis testamenti tabulis curavit. Cui canonici S. Marie Majoris, ad grati significationem animi, hoc elegium in sacrario appendendum curarunt :

Nicolaus Capoccius, archipresbyter cardinalis, sacellum hac in basilica excitavit. Quod inter commovendum odeum, et valvas Occidentem versus apriendas, exturbatum est. Tria largitus sacello prædia est. Eademque in basilica existinctum condicorpus, suprema voluntate, curavit.

§ III. — *De Nicolao de Cusa.*

Nicolaus de Cusa, Germanus, Trevirensis diœcesis, ex canonico regulari atque archidiacono Leodiensi S. R. E. cardinalis a Nicolao V Pont. Max. creatus, magnarum virtutum vir, et clarum Germanie sidus, qui, rebus præclare gestis, nominis sui memoriam in ventura sæcula cum laude summa propagavit, de beatissima Virgine Dei Genitrice Maria (enjus ab ipsa infantia fuit cultor eximus) verba facturus, dicebat cum Petro Comestore :

Si fieri posset, quod arenæ, pulvis et undæ, Undarum guttæ, rosæ, gemmæ, lilia, flammæ, Æthera, cœlicolæ, nix, grando, sexus uterque, Ventorum pennæ, volucrum, pecudum genus omne, Linguae cunctæ forent, minime deprimere possent, Quæ sis, et quanta, Virgo Regina, Maria.

Opinioni, quæ tenet, B. Virginem ab originali labo fuisse a Deo, ex speciali privilegio, præservatam, non semel libentissimo calamo se subscriptis; suumque erga illam ardens studium ac propensissimam voluntatem lib. v *Exercitationum*, ad illa verba : *Cœlum et terra transibunt : luculentissime*

testatus est, his verbis : « Virgo gloria, cum esset prædestinata ante sæcula, ut ex ipsa recipiret Dei Filius naturam humanam, ut Dei Filius fieret Filius hominis, ita concepita est, ut dignum ad hoc habitaculum fieret. Inducere se debuit Deus humanitatem Mariæ, quare humana natura Virginis digna facta est ab initio. Nam etsi ipsa concepita fuit ex virili semine, via propagationis ab Adam, et quantum ad suum initium indiguit liberatore, quia in Adam, nisi liberarentur, aut præserventur, omnes moriuntur, ut in Christo omnes viviscantur ; tamen sicut anima ejus rationalis nullo tempore fuit, antequam esset corpori unita : ita ipsa, dum crearetur, sancta creata fuit : sic etiam quod nulla duratione fuit verum dicere : Virginem fuisse sub peccato. Secundum enim instans naturæ ipsa ex Adam non fuit, uti omnes, indigena gratia quam assequuntur, quando possunt: sed non possunt, nisi prius sint capaces, hoc est, post infusionem animæ, quæ sola est capax gratiæ. Gratia igitur adfuit ei, quando ipsa fuit capax ejus. Ita ordine naturæ non prius fuit, uti omnes ex Adam, sed ascenda est prius omnibus gratiam. Nam Joannes Baptista et Jeremias sanctificati in utero, citius sanctificari potuerunt : Virgo autem non. Unde in nullo instanti aut naturæ aut temporis, quod sequitur instans naturæ post unionem animæ et corporis, fuit sub peccato. » Sic ille. Sed et earumdem *Exercitationum* libro viii, ad illa verba : *Sicut lîlium inter spinas*, pro eadem B. Virginis ab originali peccato præservatione, haec litterarum monumentis consignavit : « Cedit ad laudem Dei, et Virginis Matris, quod ipsa sub principatu auctoris mortis nullo unquam tempore fuit, in qua vita debuit incarnari. Non indiguit Virgo liberatore, qui ipsam absolveret a sententia in Adam et in posteris ex voluptate carnis lata, cui nunquam subiacuit : quia prævenit succurrere misericordia electæ Matri misericordiæ. Qui concipitur et nascitur liber, non indiget liberatore a servitute, in qua nunquam fuit. Præliberatorem enim Virgo sancta habuit, cæteri liberatorem et postliberatorem. Christus enim sic omnium liberator, quod et Virginis liberator et præliberator, cæterorum vero liberator et postliberator. Ipsa sola, post Adæ lapsum, non indiga, sed pleni originali justitia, ut Eva, et multo magis creata fuit : sicut Christus secundum humanitatis naturam, in omni plenitudine justitiae multo magis quam Adam creatus est. Sola ipsa electissima Dei Mater hoc habet, quod in initio mundi sub servitute maligni desicere nequivit : puta quod in creatione rationalis animæ in corpore, et in separatione a corpore, in potestate maligni nunquam fuit. Sola igitur glorioissima Virgo non reperitur, tempore ullo, peccato originali subiacuisse. Anima ejus creata non in umbroso ex Adam corpore indiguit luce vitæ ; quæ copiose creationi absque mora ulla coassuit. Non est Maria delata in libro mortis

principis mortis : quia nunquam in eo scripta fuit ; sed inscriptio ejus ex æterna præfinitione antequam concepta ad librum vitæ pervenit. » Haec enim aureus Nicolai nostri calamus, quem summa cum veneratione deosensor.

Inter alia obsequentis sui erga Deiparam argumenta, edidit Nicolaus de Annuntiatione gloriosissimæ Virginis Mariæ dialogum devotissimum, in Bibliotheca Mariana, parte II recensitum : ipseque et non alias (ut ego quidem arbitror) est ille, de quo ibi ipse sub Christiani nomine loquitur : qui volens festivitatem Annuntiationis digne peragere, intravit cubiculum suum, et prostratus humi, primo suam culpam dixit, post fletum et lacrymas, quadam intima devotione, et ferventi desiderio cogitavit, si posset debite memorare ea, quæ eo die festo memoranda erant, et occurrens hoc illi non esse possibile, confugit ad orationem, ut ei daretur sapientia : apparuitque illi Virgo gloria, et territus, hæsit pavimento, ipsa autem confortavit eum, dicens : « Noli timere : ego sum Mater humiliæ, Mater misericordiæ ; Mater tua, et omnium hæredum regni, cohaerendum Christi : » et tetigit eum tactu gratiæ et fortitudinis, et resumpsit spiritum ; et confortatus, se parum et timide erexit dicens : « Recede a me, Mater Regis cœlorum, quia peccator ego sum, homo omnium hominum sordidissimus, domus hæc tota immunda est propter peccata mea. » Cui Maria respondit : « Quia te immundum cognoscis, gratia non cares, et quanto te immundiorem esse respicias, tanto te melius cognoscis. Ego autem Mater sum omnium, qui se ipsos cognoscunt : illi enim sunt filii illuminati omni scientia, et ego sum Maria illuminatrix. Unde cum illis participo lumen, qui scipios cognoscunt : sed esto consolatus ; nam cum tibi peccata tua fœda sint et immunda, signum est, quod dignus es, ut a me visiteris, quæ sieut myrra electa præfero suavitatem odoris. Cui enim peccata sua sunt foetores displicantissimi, hic sanus est, habens sanum odoratum : hic habet lucidos oculos, qui suam intuetur vilitatem, et mereatur ipse, ut me sibi repräsentem quæ sum Mater pulchræ dilectionis, et eum ut Mater diligam et pascam. Sed quia toto corde flagitasti tibi dari sapientiæ gratiam, ut digne possis meam recolere festivitatem, ecce ego adsum Mater gratiæ, ut tuis petitionibus satisfaciam. » Erectus itaque paulisper Christianus (nempe Nicolaus noster) ad Matrem Gratiae sic exorsus est : « O Mater gratiæ, dignum esset, quia ad meum miserum tugurium dignata es descendere, ut te aliqua digna laude et salutatione exciperem. Sed quis ego sum, qui aliquid tale proferre valeam, quod excedit omnem valorem ? Quibus te laudibus efferam, Virgo, quia quem cœli capere non poterant, tuo gremio contulisti ? Regina es cœlorum, Mater angelorum et hominum, Jubilus prophetarum, et quidquid dici potest, tu excellis in eo quod Mater Dei es et hominis. Quo-

modo agam, saltem pro meo debito ? Nam ut te decet, impossibile est aggredi : contendere tamen debo, ut in me non sit defectus ullus, quin omnia peragam. » Ad haec Maria : « Pater omnium cœlestis, qui te creavit et cuncta, te instruit, quomodo me, ut Filii sui Matrem salutes : nam nihil gratius fieri potest, quam ut fiat, quod Deus ordinavit, ut scilicet Angelica Salutatione utaris, quando humanæ ad salutandam Christi Matrem deficiunt laudes. » Confortatus est itaque spiritus Nicolai, et dixit : Ave, Maria grata plena, Dominus tecum. Ad haec Maria, quasi in lætitia spiritus, et charitate supra modum arrisit Nicolaus, dicens : « Angelus mihi eam ipsam Salutationem angelice protulit, et quanto ipsam audio magis angelice proferri, tanto magis gaudio adimpleor. Dum enim mihi memoria tantæ gratiæ devote præsentatur, interno gaudio perfundor. » Ad haec Nicolaus : « Die, quæso, Maria, quomodo ad hoc pervenire possim, ut angelice a me saluteris ? » Respondit Maria : « Angelus, spiritus est intellectualis : quanto igitur aliquis spiritualis magis est, et minus carnalis, tanto in eo spiritus est intellectualior, et minus distractus, sed collectior et ferventior, tantoque magis angelizat. Cogita igitur, dum me salutas, nunquam te satis me angeliformiter Salutasse, et semper salutando, contendere interiori ferventia spiritus velie me salutare, et sic grata perges. » Nicolaus autem resumpsit altiori gradu salutationem : et vidit majori lætitia inflammari Mariam : quæ eum amorosiori intuitu aspiciens, aiebat : « Fili, sic persevera, et te non deseram, ut mater, fovere et nutrire, ut sis particeps hæreditatis filiorum Dei, et cohaerendum Filii mei. » Atque his aliisque pluribus enuntiatis, disparnit Regina misericordiæ : et recedens, replevit devotum famulum suum Nicolaum omni spe, fide et charitate.

Eius fuit opinionis, Christum Dominum fuisse diutius in utero B. Virginis, quam aliquem hominem : eumque plus nutrimenti accepisse a matre, quam cæteros, et quod ibi diutius fuerit, et a minori quantitate augeri cœperit. Aiebat neminem dubitare debere B. Virginem, quæ Dei Verbo humanæ naturæ materiam ministravit, cunctas virgines omni virtutis perfectione excessisse, et inter omnes mulieres fecundas excellentiorem benedictionem habuisse : subdebatque illam, quæ per omnia fuit ad unicum virginalem partum præordinata, omnibus ex debito carere debuisse, quæ aut puritati, aut vigorositat, similitudine et unitatam præcellentis partus obesse potuisse. « Si enim (inquietabat) præelectissima Virgo non fuisset, quomodo ad partum virginalem sine virili semine apta fuisset ? Si sanctissima et superbenedicta a Domino non fuisset, quomodo sacrarium Spiritus sancti, in quo Filio Dei corpus effingeret, facta fuisset ? Si post partum virgo non remansisset, prius excellentissimo partui centrum maternæ fecunditatis, in sua extrema perfectione limpiditatis

non communicasset, sed divisive et diminute, non ut tanto Filio unico et supremo debuisse. Si igitur Virgo sanctissima se totam Deo obtulit, cui, operatione Spiritus sancti, etiam omnem secunditatis naturam penitus communicavit, remansit in ipsa immaculata virginitas ante partum, in partu et post partum, supra omnem generationem naturalem communem incorrupta. Ex Patre igitur æterno, et Matre temporali, Virgine scilicet gloriosissima Maria, Deus et Homo Jesus Christus natus est: ex Patre maximo et absolute plenissimo, ex Matre plenissima virginali secunditate, suprema benedictione referta, in temporis plenitudine. Non enim potuit esse Homo ex Matre virgine, nisi temporaliter, neque ex Patre Deo, nisi æternaliter; sed ipsa temporalis Nativitas requisivit in tempore plenitudinem perfectionis, sicut in Matre plenitudinem secunditatis. Sic ille: qui relicta hac mortali sarcina ad immortalem vitam transiit, recepturus suæ erga B. Virginem pietatis beatam cœlestis præmii coronam, anno salutis 1484, ætatis 63, die 11 Aug.

§ IV. — *De Nicolao Gaetano.*

Nicolaus Gaetanus, de Sermoneta, S. R. E. cardinalis a Paulo III Pont. Max. creatus, quem G. Conæus purpurati collegii lumen, et Romanæ togæ decus nuncupavit, et communis familiæ (erat enim ex gente Bonifacii VIII, ejus pontificatum sacrosanctæ Cellæ in Italiam adventus insignem fecerat) et privato quodam studio Lauretanæ Virginis unice deditus erat. Itaque sanus ac valens, in templo Lauretanæ, haud procul Deiparæ cella, sedem sepulcro suo delegit, idque magnifico sane opere exstruxit. Præclara utique ac perampla est monumenti species, vario distincta marmore, et æneo Nicolai cardinalis simulacro, pulcherrime facta, insignis. Tabula marmorea sub eo posita, his incisa litteris:

« Nicolaus Gaetanus, cardinalis Sermoneta, genitilis Papæ Bonif. VIII, cum sub id tempus, quo ille Pontificatum iniit, sanctam hanc domum hic tandem divinitus consedisse, et multa se a Deo Opt. Max. B. Virginis Deiparæ precibus obtinuisse meminisset: sperans ejusdem opem morienti non defutram, monumentum hoc marmoreum, vivens et in columis sibi faciendum curavit: atque in eo, ubi mortalitatem exuisset, corpus suum recondi voluit, annum agens 54. Obiit annos natus ferme 60, anno salutis humanæ 1585, Kalend. Maii.

Nicolaus igitur vita functus ab urbe Roma Laurentum defertur. Ibi funus maximo apparatus factum, et absoluto dudum sepulero corpus illatum, lapisque superpositus cum hoc titulo:

Hic habitabo, quoniam elegi eam.

Exstat hodie in templo Lauretanæ stragulum ingens ex veste Attalica, quod undique ambit fascia prægrandis ex holoserico villosa, nigra, qua gentilitiis Gaetanæ familiæ insignibus, qua crucibus auris

magnificè distincta, haud obscurum magnifici funeris argumentum.

§ V. — *De Nicolao de Romanis.*

Nicolaus de Romanis, Romanus, S. R. E. cardinalis, et episcopus Tusculanus, ab Innocentio III Pont. Max. creatus, quem hic idem Pontifex, pacis et salutis angelum Deo et hominibus gratum, præque aliis a se dilectum, haud inaniter asserebat, inter alia testimonia, quibus eximium suum erga sanctissimam Dei Genitricem affectum cultumque apud posteros comprobavit, imaginem beatæ Mariæ Virginis, a S. Luca evangelista delineatam et divinitus pictam, diu in Oriente cultam, et cœlesti disposito vectore angelico, postea in urbem advectam (dum e Transtiberina regione, Honorii III Pontificis jussu, a S. Dominico ordinis Prædicatorum patriarcha ad templum monialium S. Sixti transferret) propriis humeris, una cum Stephano de Fossanova cardinali S. Angeli (de quo suo loco dicemus) nudis pedibus incedens, religiosissime ac summa cum reverentia deportavit. Occubuit in Christo, anno salutiferi partus 1219.

§ VI. — *De Nicolao de Tudeschis.*

Nicolaus de Tudeschis, Siculus, Lucerna juris appellatus, ex abbate et archiepiscopo Panormitano S. R. E. cardinalis a Felice V pseudopontifice creatus (Felici tamen bujus electiones, in concilio Basiliensi factas, Nicolao V vero pontifice approbante, ratasque haberri volente), cum Catanae, in conventu S. Mariæ Novæ Lucis religiosum ordinis S. Benedicti habitum induisset, Mannella de Torrelles ipsius Mater prædicto cœnobio Mariano medietatem Salinæ in agro Petraliæ, et medietatem gabellæ conciuniorum Castri Joannis, anno salutis 1400, ultimis testamenti tabulis legavit. Inter alia autem pietatis indicia, quæ Deiparæ Virginis amori, obsequiisque impendit Nicolaus, amabilissimæ Reginæ Mariæ Matris Jesu imaginem in sigillo, quo ad signandas litteras utebatur, insculptam voluit: et se suaque gentilitia insignia, in templo D. Agathæ Maniacensi, ante nobilissimam B. Mariæ Virginis iconem depingi jussit. Quo vero affectu erga opinionem, quæ tenet B. Virginem sine originali peccato conceptam, raperetur, ipse in Commentariis primæ partis in 2 Decretalium librum *De Feris C. Conquestus*, his verbis expressit: « Credendum est, Deum ab hac obligatione (contrahendi scilicet peccatum originale) absolvisse a principio B. Virginem, ex qua debebat carnem humanam assumere: et hæc opinio mihi placet, tanquam pia et satis rationabilis. Cum enim in ea non sołum peccatum originale deleverit, sed etiam omnem pravitatem et concupiscentiam, adeo quod peccare non poterat, fortius credendum, quod a principio eam exempti ab illa obligatione originalis peccati. » Sic ille. Qui naturæ debitum solvit anno salutis 1445, mense Julio.

CAPUT IX.

e Octavio Aquariva, Odoardo Farnesio, Odone de Chasteau-roux, Oliverio Caraffa, atque Othonne Trusches S. R. E. cardinalibus.

§ I. — De Octavio Aquariva.

Octavius Aquaviva, Aragonius, patricius atque archiepiscopus Neapolitanus, quem virum, animi candore, morum integritate, in adversis constantia, in prosperis humilitate, plane memorandum, Gregorius XIV Pont. Max. Romana purpura illustravit, inter alia Marianæ religionis specimina ab ipso, posteritatis documento, relecta; cum esset commendatarius abbas ecclesiae S. Marie de Praepetiano, quæ in Aprutio posita est, inter agrum oppidorum Notaresci et Morri, et sexto ab urbe Hadria lapide distat, erexit commodum ibi cœnobium Fratribus S. Francisci de Observantia, qui nunc eam sacram beatæ Virginis ædem incolunt: in quo is maximam pecuniam sumuram impendit. E vivis excessit, anno post Verbum hominem factum 1612, atatis 52, die 15 Decembris, sepultus Neapoli in sua ecclesia metropolitana Marianæ.

§ II. — De Odoardo Farnesio.

Odoardus Farnesius, Alexandri Parmæ et Placentiae ducis, et Mariæ regis Lusitanæ Emmauelis neptis filius, quem Gregorius XIV, Pontifex Maximus, inter purpuratos S. R. E. Patres annumeravit, vir comis, humanus, munificus, modestus et prudens, ut erat Mariano cultui addictissimus, sodalitates beatæ Virginis de Rosario, B. Virginis de Monte Carmelo, et ejusdem B. Virginis alias, suæ euræ in urbe commissas, beneficiis amplissimis atque erogata pecunia locupletavit. Caprarolæ, Patribus Excalecatis B. Mariæ de Monte Carmelo cœnobium et ædem a fundamentis erexit, eaque pro religiosorum Deiparam laudantium cultu, reditu et facultatibus instruxit. Romæ, sodalitio sanctissimæ Virginis Annuntiatæ, ad inores virgines quotannis dotandas, dona contulit. Ad beatam Virginem Lauretanam, B. Virginem Rhegiensem, atque alias Deiparae Virginis imagines thaumaturgas, insignem aureorum summam, alieno sub nomine, sæpe misit. Basilicam sanctæ Mariæ Majoris nudis pedibus alignando invisit. Mortalitatem exuit anno salutis 1626, die 21 Februarii.

§ III. — De Odone de Chasteau-roux.

Odo de Chasteau-roux (aliis Otto de castro Rodulphi), Gallus, Bituricensis, qui ex monacho, et cœnobiorum monasterii Grandissimæ ordinis Cisterciensis, ad pupillæ dignitatis culmen, Innocentio IV, summo Pontifice promovente, concendet, vir ob eximiam sapientiam, virtutesque heroë dignas præstantissimus, inter alia eximii affectus erga Deiparam Virginem specimina, edidit de ejusdem Deiparae Virginis festivitatibus homilias, quæ integræ ex codicibus Bibliothecæ Vaticanæ, et

Bibliothecæ Cremonensis Augustinianorum, ubi cum aliis ejusdem Odonis honiliis MM. SS. reperiuntur, in Bibliotheca purpurea Marianæ, si Deus voluerit, afferentur. Terram deseruit anno orbis redempti 1273, die 16 Januarii.

§ IV. — De Oliverio Caraffa.

Oliverius Caraffa, civis atque archiepiscopus Neapolitanus, nobilitate generis, pietate, religione, munificentia, prudentia, humanitate, usque rerum princeps spectatissimus, quem Paulus II Pont. Max. amplissimo purporatorum Patrum ordini aseripsit, ut devotionem beatæ Virginis, quam cordi suo alte impressam gerebat, publicis documentis apud posteros consignaret, Romæ templum sanctæ Mariæ de Pace, organo et aukæs ditavit, ibique in beatæ Virginis cultum, pro canonicis regularibus Lateranensis cœnobium suis sumptibus ædificavit, ut subjecta doceat inscriptio:

D. Mariæ Virgini, et gloriæ Deiparae canonicasque regularibus congregationis Lateranensis Oliverius Caraffa episcopus Ostiensis Neapolitanus pie a fundamentis erexit, anno salutis Christianæ 1504.

In templo etiam Sanctæ Mariæ de Araceli, duas tertias partes eidem templo restituit: et in ecclesia Sanctæ Mariæ super Minervam sacellum fundavit, ornavit et dotavit. Societati etiam SS. Annuntiatæ censum legavit, ad inopum puellarum dotes, quas Romanus Pontifex solemní pompa quotannis distribuit. Neapoli quoque nobilissimam iconem, in summo altari cathedralis ecclesiæ, beatissimæ Virginis ad coelum Assumptæ, cum apostolis circa sepulcrum admirantibus, suis sumptibus, fieri curavit, per Petrum Perusinum, pictorem ea ætate illustrem, Raphaelis Urbinate magistrum, in qua Oliverii effigies conspicitur. In eadem cathedrali Neapolitana, quæ Deiparae Virginis Mariae dicata est, ultra paramenta opulenta, dona argentea, et alios sumptus in Deiparae honorem, subter chorum, ædificavit ex marmore electo, ornato diversis sculpturis, aram, cum sepulcro sibi, et successoribus archiepiscopis Neapolitanis. Obiit Romæ, anno salutis 1551, atatis 80, xiii Kalendas Februarii, depositus in ecclesia S. Marie super Minervam.

§ V. — De Otthonne Trusches.

Otto Trusches, seu, Tuchesius, Germanus, civis et episcopus Augustanus, sacri Romani imperii princeps, cui Paulus III, Pontifex Maximus, ob excelsas animi dotes, atque eximia virtutum merita, purpurae deens attribuit, inter alia pietatis suæ erga Mariam Deiparam Virginem monumenta, in sacrosancta beatæ Virginis ade Lauretana sacel

rum erexit, laudatissimorum, qua pictorum, qua plastarum operibus conspiciendum. Vestem item auream opere præclaro; monile ex unionibus centum quinquaginta, certa per intervallo aureis distinctum globis: ad hæc anreum numisma pendulum, gemmis et margaritis insigne, Lauretanæ Virgini donum tulit. Idem hierothecam nobilem, Græcis litteris inscriptam, Roma Augustam detu-

lit, et in æde summa Virginis collocavit: in qua præter aliorum sanctorum pignora erat pars zone B. Virginis; necnon pars fasciarum, quibus eadem B. Virgo corpus Christi infantis obtextit. Nec alia mihi haec tenus innoverunt. Ab hominibus ad superos feliciter demigravit, anno salutis 1573, & Nonas Aprilis, enjus corpus in ecclesia Sanctæ Mariæ de Anima humatum est.

CAPUT XIV.

De Pandulpho Ostiensi, Paulo Æmilio Sfondrato, Paulo de Aretio, Petro Aldobrandino, Petro de Alliaco, Petro de Aubusson, Petro Aureolo, Petro Berullio, Petro Camporeo, Petro Capoccio, Petro Capuano, Petro Columna, Petro Damiano, Petro Deza, Petro Donato Cæsio, Petro de Fuxo, Petro Gonzales, Petro de Luxemburgo, Petro Maria Burghegio, Petro Paulo Crescentio, Petro Pazmany, Petro Valerio, Philippo Bavaro, Philippo Boncompagno, Philippo a Ferraria, Philippo Vastavillano, Pompeio Aragonio, et Pompeio Columna S. R. E. cardinalibus.

§ I. — *De Pandulpho Ostiensi.*

Pandulphus, Ostiensis episcopus, a Paschale II Pont. Max. S. R: E. cardinalis creatus, vir doctrina singulare et pietate mirabiliter refertus, qui parvulus, in Casino, fuerat D. Benedicto oblatus, inter alia obsequiorum genera, quibus sibi augustissimæ cœlorum Reginæ gratiam conciliare studuit, scripsit (ut ex Petro Diacono in Libro *De viris Illustribus Montis Casini* dixi in Bibliotheca Mariana, parte II) *Rhythnum in Laudem S. Mariæ*, necnon *Sermones in SS. Dei Genitricis festivitatibus*. Eternitati transcriptus est, anno orbis a Christo liberati 1454.

§ II. — *De Paulo Æmilio Sfondrato.*

Paulus Æmilii Sfondratus, nobilis Mediolanensis, Gregorii XIV Pont. Max. ex fratre Paulo Sfondrato nepos, S. R. E. presbyter cardinalis tit. S. Cæcilie, pietate in Deum, charitate in pauperes, plane memorandus, augustissimam Virginem Dei Genitricem Mariam accenso semper studio, ac assiduo cultu veneratus est. Cum ad Bononiensem legationem proficeret, Laurentum divertit: ibique Deipara (cui laminam argenteam antea dicaverat) enixe salutata, ingens eum cupidio incessit Laurentianam effigiem proprius contemplandi. Igitur sealis admotis, venerabundus ascendit, B. Virginis lineamenta diu multumque contemplatus, annulum egregium, cardinalatus insigne, clam sibimet detrahit, et B. Mariæ dictum descendens reliquit, sive religionis erga illam suæ pignus, sive illius erga se patrociniū argumentum. Annulus est aureus, egregio adamante illustris, quingentis aureis æstimatus. Hæc autem præcipua cardinalis Sfondrati laus, quod, intra biennium, ter Laurentanam Virginem ex eo itinere intervisit, tribusque eam eximiis munieribus coluit: adeo pius ejus animum angustissime cellæ dulcedo cœperat. Eodem quippe anno, Bononia Romam remigrans, Laurentum ad Patronam suam salutandam revertit, et ne appareret in ejus conspectu vacuus, crucem auream octo pulcherrimis

smaragdis visendam beatæ Virgini conseravit. Ea crux quatuor circiter aureorum millibus esse prohibetur: penitusque ex opulentissimo Deipara torque gemmato, egregium ejus ornamentum. In sequenti deinde anno, cardinalis Sfondratus Mediolanum repetens, Laurentanam revisit Virginem, eique annulum aureum, eximio adamante insignem, dono dedit. Adamas humano ungue major est, qui Christi pueri digito insertus, lumen repercussu, veluti sidus emicat; hoc insignius donum, quod ad id ipsum ab illo emptum duobus aureorum millibus constat. Anno salutis 1615, die 6 Augusti testamentum a se ipso confectum, clausum, et sigillo suo munitum, publico scribæ servandum tradidit, atque in eo, simulacri beatæ Virginis Dei Matris, quod Laurenti colitur, pectus aureo corde, centum aureis nummis æstimate ornari jussit, in memoriam, aiebat, illius amoris quo ipsam Deiparam prosequi cupio. Annulum præterea, incisa ejusdem imagine nobilem, quo digitum decorabat, eidem Laurentane Virgini, testamenti tabulis donavit. In manus sanctissimæ, et (ut ipse dicebat) nunquam satis laudatae Matris et Virginis Mariæ purissimæ, veræ peccatorum Advocate, ut in vita, ita etiam in morte, animam suam demississime ac affectuosissime commendavit. Mortalitatem explevit, vir immortalitate dignissimus anno salutis 1618, ætatis 57, die 14 Februarii.

§ III. — *De Paulo de Aretio.*

Paulus de Aretio, S. R. E. presbyter cardinalis (quem Jo. Antonius Petramellarius virtutum omnium exemplar splendidissimum, sacrique purpurei senatus deus atque ornamentum jure merito nuncupavit), ab ipsa pueritia beatissimam Virginem Dei Matrem præcipuo quadam venerabatur affectu. Adolescentulus enim, templum Sanctæ Mariæ de Misericordia, prope suam domum, in patria situm, frequenter visitabat, in eoque sacrosanctum Missæ sacrificium magna cum devotione audiens, augustissimo Eucharistiæ sacramento jucundis-

sime reficiebatur. Doctoratus lenream Bononiae accepturus, illam die Sabbati recipere voluit, ob singularem suum erga beatam Virginem affectum. Ob quem etiam, Neapoli degens, quolibet die Sabbati, sua peccata apud confessariorum humiliter confitebatur. Anno 1548, in patriam reversus, cum predictum Sanctæ Mariæ de Misericordia templum ex parte dirntum invenisset, illius statim restauracioni totum sese dedit, in quo, cum ineredibili devotione, tam longas trahebat moras, ut in illo ejus omnes animi deliciae repositæ esse viderentur. Religioso clericorum regularium Theatinarum habitu induitus, anno salutis 1558, die 2 Februarii, vota sua Domino reddidit, die seilieet Purificationi gloriosissimæ Virginis Dominæ nostræ sacro, eique ob tenerrimum erga magnam hanc cœli terræque Reginam affectum, omni ex parte jucundissimo. Tunc ejus menti, hac oceasione, infixa est magna illa Virginis humilitas, quam in eo actu ostendit, cum seraphieos spiritus vincens puritate, se purificationis indigam declaravit; atque in hac tam magnæ humilitatis eon sideratione omnino immersus, seipsum cogitatione ad nihilum reducebat, gratiam ree cogitans singularem, illa ipsa die a Deo factam animæ suæ, tam ab omni merito alienæ, quam ipse, ob suam animi modestiam, existimabat. Jam, licet invitus, in amplissimum cardinalium collegium aseitus, ac Placentina insula donatus, dum quadam die (ut consueverat) Placentiae ecclesiam Sanctæ Mariæ in Campania visitaret, precibus, in hac ecclesia, ad beatam Virginem fusis, mulierem a dæmone obsessam, ac crudeliter exagitatam, mirabiliter (ut persuasum fuit omnibus) liberavit. Factus archiepiscopus Neapolitanus, oceasione nactus est, studium suum erga eultum et venerationem saerarum imaginum beatissimæ Virginis Mariæ palam omnibus faciendi. Hujus enim tempore, cum in Burgo Virginum, extra Portam Sancti Januarii, devotissima beatæ Virginis imago inventa esset, Paulus, utpote Reginæ cœli semper devotissimus, illam sèpsum invisere, atque ante illam multa cum reverentia, diu in oratione persistere deletabatur. Imo cum multa miracula, quæ ad ipsius invocationem acciderant, ejus jussu juridice recognita ac vera inventa fuissent, illam etiam voluit supplieatione publica revereri. Ex quo Neapolitani populi erga illam, mirum in modum, aueta devotione. Optans autem, sacram hanc imaginem debito cultu ac reverentia eustodiri, illius custodiæ Dominicanis Patribus antistes optimus commendavit. Et quia ipsi innotuit, locum illum, ubi iniugo detecta est, Vallem sanitatis, ob amoenitatem forte salutiferi aeris, antiquitus appellatum, cum saerae illi imagini nondum nomen aliquod esset impositum, jussit illam exinde beatam Virginem Sanitatis appellari, his marmori, in rei memoriam, verbis incisis :

*Templum sanctum hoc, fædis purgatum.
Divinoque cultui redditum,*

*Ubi sollicititudinem beatissimæ Matri Dci
De salute nostra palpabilem habes,
Illi, et Rev. Paulus de Areto
S. R. E. presbyter cardinalis,
Tituli S. Pudentiane,
Ac Neapolitanus antistes,
Almae Prædicatorum familæ concessit :
Anno 1577.*

Coronam beatæ Virginis sepe gestabat in manu, magnanque Dei Mætrem sacræ precibus atque orationibus jugiter venerabatur. Omnibus tum civitatis Placentia, tum ejus diœcesis parochis ordinavit, ut in omnibus suis ecclesiis, sero, ad solis occasum, æris campani signo populum invitarent ad Salve Regina, seu aliam antiphonam, pro temporum varietate, simul concinendum. Cum Itrii in patria, eo præcipue admittente, Capucini Patres monasterium obtinuerint, voluit in eorum ecclesia peculiare construi saeculum, cum imagine beatissimæ Virginis, ae sui, ante hanc genuflexi effigie. Ad nomen Dei Matris, atque ad eouspectum imaginum ipsius (etiam cum in via esset) semper, detraeto pileo, seu bireto, caput inclinabat, et venerationem internam exterius demonstrabat. Lieet autem omnes Deiparæ Virginis imagines debito cultu prosequeretur, unam tamen habuit, præ aliis, chariorem, ante quam in sui cubiculi secreto preces suas fundere, in cor suum effundere solitus erat, quamque secum semper habere voluit, ubique tandem ei esset eommorandum. Hanc in ultima infirmitate, prope lectum suum colloeari jussit: altera addita Christi Servatoris in cruce pendens, ut illud Augustini posset melius usurpare: « Hinc paseor a vulnere, hinc laetor ab ubere. » Decessit anno orbis redempti 1578, ætatis 67, die 17 Junii.

§ IV. — *De Petro Aldobrandino.*

Petrus Aldobrandinus, a Clemente VIII Pontifice Max. (eius erat ex fratre nepos) Romana purpura exornatus, vir magna apud princeps gratia et auctoritate, perpetua animi æquitate et constantia, domi, forisque clarissimus, anno salutis 1598, ab eodem Clemente, Ferraria Romam redeunte, in Lauretanæ Virginis saecello, cum cardinali Cæsio, saerdotio fuit initiatus. Eximum autem sunn erga magnam Dei Matrem affectum lueulenter explicavit, dum Romæ Sanctæ Mariæ Transtiberim basilicam restituit, extulit, aurato cælatoque ingentis pretii laqueari et horologio expolivit. In extrema laquearis parte, aream versus, hoc exstat monumentum :

Dei Matri, Virginique Mariæ in cœlum Assumptæ, Petrus cardinalis Aldobrandinus S. R. E. camerarius D. D. anno 1618.

Matthæus Chariophilus, Leonii archiepiscopus, de aurato laqueari hæc :

*Tres aurum reges, Regique Deoque dederunt.
Auratum laquear dat tibi, Virgo, Petrus.
Descendentem illi e cœlis, te Petrus adorat
Carne ascendentem, cœlitum Dominam.*

*Ergo ut stella Magis dux, Christi luce praeirit :
Sis dux in patriam, tu quoque stella Petro.*

Et in effigiem Dei Matris, in cœlum evolantis, in eodem laqueari, coloribus affabre expressam :

*Aether cum peteres, redivivo corpore, Virgo,
Humanos sensus id latuisse ferunt.
At nos ire palam te nunc super astra videmus,
Domum Petri auratum conspicimus laquear.
Mentitur pictor : non hoc opus artis, at ipsa es,
Quæ templum invisens, rursus ad astra volas.*

Canonici Sanctæ Marie Transtiberini, ad perpetuam gloriae cardinalis memoriam, in sacrarii ejusdem basilicæ vestibulo, marmorea in tabula hoc monumentum posuere :

*Petro cardinali Aldobrandino S. R. E. camera-
rio, Clementis VIII, Pon. Maximi, fratris filio, qui
erga Mariam Dei Genitricem pietate, basilicæ hujus
parietes, vetustate collabentes, restituit, tectum
altius sustulit, laqueari cælato exornavit; capitul-
lum, et canonici Opt. Patrono. B. M. F. C., anno
Christi 1620.*

Hic idem cardinalis Lauretum tulit amictum ar-
genteum nobilissimum, pro beatæ Virginis ima-
gine, miro artificio elaboratum : in quo sculpta
erat Ferrariae civitas, atque expressa ipsiusmet
cardinalis effigies, cum inscriptione :

*Petrus cardinalis Aldobrandinus S. R. E. recu-
peratam ob Ferrariam gratias agit.*

Idem etiam in æde Sanctæ Marie ad Aquas Sal-
vias, cui vulgo Scala cœli nomen est, aram prin-
cipem extruxit, et testudinem musivo opere ex-
ornavit.

E mortalium numero avulsus est, anno Christiano
1621, die 10 Februarii, ejusque corpus in ecclesia
Sanctæ Marie super Minervam tumulo traditum.

§ V. — *De Petro de Alliaco.*

Petrus de Alliaco, Gallus, quondam dictus
aquila Franciæ, atque aberrantium a veritate
malleus indefessus, ex academiæ Parisiensis can-
cellario, S. capellæ Lutetianæ thesaurario, magno
Franciæ eleemosynario, sedisque Cameracensis
episcopo, S. R. E. cardinalis a Joanne XXIII
Pontifice Maximo creatus, rara Deiparæ Virginis
pietate addictus, cum collegii Navarrei amplissi-
mam aulam, et bibliothecam regiam erexisset,
ædesque baccalaureis theologis deditset inhabitan-
das; pro eam foribus stare voluit Deiparæ Vir-
ginis imaginem. Scripsit vir litteratissimus *Super
Salutationem angelicam Ave Maria, et super beatæ
Virginis Canticum Magnificat, Meditationes pien-
tissimas, devotissimi sui erga augustissinam Dei
Matrem obsequii, nunquam apud posteros interi-
tura, monumenta.* Et quia sponsi honor redundat
in sponsam; cupiens Alliacus Deiparam Virginem
honorare, composuit *De 12 honoribus S. Joseph,*
*B. Virginis sponsi, opusculum insigne, a Nomen-
clatore, Frizone, Ciaeconio, aliisque scriptoribus
memoratum. Se servum indignum beatæ Virginis,
appellabat Alliacus; cogitansque, et desideranti
animo cupiens, ad laudem Dei Matris aliquid di-*

cere, stupebat mente, nec habens in lingua sua
Mariæ dignissimis auribus verba digna, non sua,
sed angelica verba eidem proferebat, dicebat : *Ave,
Maria, gratia plena, Dominus tecum.* Aiebat beatæ
Matris et intactæ Virginis aures nihil audire posse
jucundius, vel recipere suavius, nil acceptare be-
nignius, quam verba hæc angelica, quibus eadem
beata Mater, et intacta Virgo, gratissime salutatur :
Ave; quibus dignissime commendatur : *gratia
plena* : quibus dulcissime consolatur : *Dominus te-
cum.* Optabatque verba hæc gratissima, dignis-
sima, dulcissima, devotis cordibus inscribi, piis
vocabus depromi, clementissimis quoque Mariæ
auribus, a nobis (licet peccatoribus) humiliter
proferri, et cum infatigibili devotione sæpius re-
peti. Per hanc gratissimam Salutationem, beatam
Virginem deprecabatur, ut sibi servo suo impetra-
ret gratiam salutarem, quatenus sic ei diceret
Ave, quod per eam liberaretur a vñ, non solum
præsentis culpæ, sed etiam futuræ miseriæ. Con-
siderans illa verba Salutationis angelicæ : *gratia
plena* : per hanc gratiæ plenitudinem, piissimam
Dei Matrem supplex orabat, ut hujus plenitudinis
gratiæ se participem efficeret, et apud Filium sum
acceptabilem redderet. Versans vero illa verba :
Dominus tecum : Virginem et Matrem ardenter
implorabat, ut Domiuus, qui erat cum ea per spe-
cialiem assistentiam, esse dignaretur secum per
spiritualem gratiam, ut esset tandem cum illo per
finalem gloriam. Opinioni piæ, quæ asserit beatam
Virginem absque peccati originalis macula conce-
ptam, libentissimo calamo se subscrispit, dum in
Explicatione Salutationis angelicæ, ad illud ver-
bum : *Ave*; in hunc modum scripsit : «Ave, o Virgo
salutifera, que Evæ maledictionem in benedictio-
nen transferens, sola esse meruisti sine vñ. Me-
ruisti quidem non tua justitia, sed divina gratia,
ut sola esses sine vñ culpæ venialis, et mortalis,
et (ut pie creditur) etiam originalis, ut tibi merito
a Sponso tuo intelligatur illud dictum esse in Can-
ticis : *Tota pulchra es, amica mea, et macula non
est in te.* » (Cant. iv, 7.) Sic ille. Idem in medita-
tione super Cantica cantorum, ad illa verba,
Ferculum fecit sibi rex Salomon (Cant. iii, 9), per
ferculum Salomonis, de lignis Libani compactum,
enius columnæ argenteæ, reclinatorium aureum,
atque ascensus purpureus; beatissimam Virginem,
quæ verum Salomonem suo utero gestavit, inter-
pretatus : hujus ferculi media, id est, cor ejus,
charitate constratum, id est, decoratum affirmavit,
propter filias Hierusalem, id est, propter animas
nostras; ut eam, videlicet, imitando, possimus
secum ascendere, et videre regem Salomonem in
diadematæ suo. E saeculo in cœlum recessit Allia-
cus, in Germania moriens, anno salutis 1425, die
9 Augusti.

§ VI. — *De Petro de Abusson.*

Petrus de Abusson, Gallus, ex magno Rhodiorum
equitum magistro S. R. E. cardinalis ab In-

nocentio VIII Pont. Max. creatus, vir sane pietate, benignitate, clementia, judicii acrimonia, prudentia, justitia et fortitudine magnus, inter alia quæ exhibuit, Marianæ observantiae, ac religionis signa, in Deiparae Virginis honorem nobile sacellum erexit, sub titulo Sanctæ Marie de Victoria, ob victorianam de Turcis, ejusdem Deiparae Virginis ope, reportatam, sui erga tantam Matrem propensissimi affectus, et debitæ gratitudinis, posteriorum memorie, monumentum. E vivis erexit, anno salutis 1503, ætatis 50, die 30 Julii.

§ VII. — *De Petro Aureolo.*

Petrus Aureolus, Verberius, ordinis Minorum, natione Gallus, ex Parisiensis academia doctore, et provinciali Aquitaniae, archiepiscopus Aquensis, et S. R. E. cardinalis a Joanne XXII Pont. Max. renuntiatus, vir sane ingenio clarissimus, eruditione admirandus, omniumque scientiarum peritius præstantissimus, pro ardentí suo erga Deiparam studio, non solum pie tenuit, crediditque, beatam Virginem non contraxisse peccatum originale, sed ad hoc etiam aliis ostendendum, validas rationes adduxit. Ejus etenim ista sunt verba, ex ipsius in librum in *Sent.*, distinct. 3, Commentariis fideliter deprompta : « Sicut in Scriptura sunt aliquæ propositiones universales, quibus promulgatur, quod nullus sine peccato nascitur : et, quod omnes peccaverunt : sic est ista propositio universalis in Scriptura, quod nullus sine peccato vivit : ut dicit Joannes in sua I Canonica, et Augustinus ibidem exponit illud de peccato actuali. Sed ista propositio negatur de beata Virgine, ut dicit Augustinus, *De natura et gratia*, c. 35 : Cum de peccatis agitur, nullam de Maria volo facere mentionem. Prima ergo propositiones : quod nullus sine peccato nascitur, sunt valde universales ; istud autem fuit privilegium : privilegium autem derogat juri communi : sicut enim datum est beatae Virgini ex privilegio, quod esset imminutus a peccato actuali, quod fuit mater : sic ei possim attribuere, quod nec concepta in originali : et si illud non alias assurrit, sed pie creditur, sic et istud. Item, si vis auctoritates sequi, prima facie ostendam tibi, quod beata Virgo fuit nata in peccato. Dicit enim Augustinus, de Fide ad Petrum : Firmissime teneo, omne quod ex concubitu nascitur, in peccato nascitur. Et alibi : Omnis, qui secundum legem propagationis concipitur, in peccato nascitur. Igitur, vel per hoc intelligis, illa habere locum in beata Virgine, vel non : si sic : ergo fuit nata in peccato ; et sic ejus Nativitas non est celebranda : si non ; habeo propositum, quod similiter dicam de omnibus auctoritatibus generalibus, in quibus hahetur : quod omnis homo concipitur in peccato. Item quidquid honoris est possibile creaturæ exhiberi, totum debuit exhiberi Matri Christi, et cum teneas, quod saltem fuerit sanctificata in utero, non habes, unde probes, nisi quia istud fecit Deus aliis,

ut Joanni et Hieremio. Item Deus fecit corpus beatæ Virginis non esse incineratum, et hoc pie creditur, et tenet Ecclesia, nec hoc aliter probas, nisi quia fuit concessum (ut creditur) Joanni : et certe magis est indecens, et plus repugnat, quod beata Virgo fuerit in peccato concepta, quam quod fuerit incinerata. Item, si hoc non debeo pie tenere, est, quia repugnat fidei pietati : sed hoc non repugnat. Probo sic : Aut repugnat, quia hoc est de tribus privilegiis Christi, quæ ipse solus habuit : scilicet, quod est Redemptor omnium universalis, vel quia solus Christus sine peccato, et innocens solus : ergo beata Virgo cum aliquo peccato saltem originali : vel quia Christus aperuit januam cœli : etsi beata Virgo fuisset mortua in illo instanti, evolasset inmediate, quia januam cœli solum peccatum originale claudit. Sed dieo quod hæc non obstant : quia Christus, ex hoc non solum fuisset Redemptor, sed etiam Mariæ magis Redemptor, quia ipsam fecit esse sine odio Dei : ista est major gratia, si mediavit, ut non esset odita, quam si post oditam reconciliasset. Secundo non obstat, quod Christus solus sit innocens, quia Christus solus non debuit peccare, nec potuit : beata autem Virgo saltem potuit. Tertium etiam non repugnat, quod fuisset ei aperta janua, quia, quantum erat ex se, erat ei clausa : et tamen dando ei gratiam tantam, adhuc janua non fuisset aperta, nisi Christus fuisset passus, et si tunc fuisset mortua, nou evolasset ante passionem Christi, nam janua non poterat aperiri, nisi per Passionem Christi, et ideo quantumcumque fuisset sine peccato originali, et decessisset, non propter hoc evolavisset, quia adhuc porta clausa esset. » Sic ille. Nec solum in Commentariis super Sententiarum libros, beatam Virginem sine originalis peccati macula conceptam tuctur Aureolus, sed et peculiare opus *De Conceptione Immaculata et beatissimæ Virginis* compositum, quod excusum Tolosæ anno 1314, extareque M. S. in collegio Fuxensi dixi in Bibliotheca Mariana, part. II. Suæ etiam erga Deiparam Virginem pietatis luculentum testimonium dedit, in quæstione illa super lib. in *Sent.*, dist. 4, utrum beata Virgo possit dici Mater Dei hominis, vel hominis Dei. Nec non in illa super lib. IV *Sent.*, dist. 50 : utrum inter Mariam et Joseph fuerit verum matrimonium ; quas tu consule. Clarebat anno salutiferae Redemptionis 1527.

§ VIII. — *De Petro Berullio.*

Petros Berullius, seu de Berulle, natione Gallus, congregationis Oratarii Domini nostri Jesu Christi, in Gallia, fundator, vir divine gratia: testimoniis illustris, quem ob summam pietatem et doctrinam singularem, qua haereticos impetit, Urbanus VIII Pont. Max. ad S. R. E. cardinalatus fastigium evenxit, quanto Deiparam Virginem studio semper prosecutus fuerit, illud testatur, quod puer septennis, integerrimæ ipsius puritatis candidissimus æmulator, virginicum tum mentis, tum corporis

pudorem, sub ejusdem auspiciis, voto devinctum constituit. Cum litterarum studiis adolescens operam daret, Palladem suam, Deiparam Virginem demereri quotidie aliquo officio solebat; qua sibi aspirante facilitas juvaretur ingenii. Nec frustra: is enim, cum in humanioribus litteris, tum in philosophicis ac theologicis, brevissimo temporis spatio, profectus apparuit, ut omnem et diligentiam ipsius, et facultatem cum longe superaret, Deipara beneficio accessisse videretur.

Per id tempus nihil ei erat antiquius, nihil solemnius, quam Deipara sum et honori inservire, et imitari virtutes. Concinnandae aræ, ac sacelli congregationis, sub ejusdem auspiciis dicati, exornandi negotium sibi susceperebat; atque in eo adeo totus erat, ut nulli condiscipulorum pietatis ejusmodi igniculos non injiceret. Varius tamen erat, pro variis festivitatibus, ille cultus, cui nova semper pietas novam ornatus rationem suggerebat. Ilujus rei causa, ex variis ipsius magnæ Dominae virtutibus, argumentum ducere solebat; illud sacratissimam attendens, Psal. XLIV: *Attit Regina*, etc., circumdata varietate.

Hinc verissime de se pronuntiatum in Proverbiis cap. viii, Deipara Virgo, ut ostenderet: *Ego diligentes me diligo, et qui mane vigilaverint ad me, innivent me*: eidem visibili specie identidem sedabat videndam; quodque Ecclesiæ vox, singultu, lacrymisque exorare saltem aliquando, post hoc mortalitatis exsilium, ab ea summis precibus contendit, huic aliquando feliciter videre, in ipso exsilii curriculo contigit, Matrem nimirum Virginem, et Jesum benedictum fructum ventris ipsius, Virginico complexu devinetum.

Videre autem, etiam contingere, frui, osculari, per eam potuisse, nisi tantum beneficium modestissime recusasset. Aliquando enim ei apparens, divina cum prole, Mater, e suis manibus, puerum suum ut sibi acciperet, permittebat, offerebatque; at ille, ne audacissimus tanti muneris usu videtur, penitissimo humilitatis sensu recusans: « Haud ita, inquit, o sanctissima, haud ita fieri, quam pulchrius et jucundius, sinus tui habitator est, quem mihi defers, Infantulus! Illud unum mihi a te etiam atque etiam peto ac volo, ut in ipsius me societatem, et admittas, et serves. »

Profecturus in Hispaniam, Carmelitides aliquot saeras virgines, inde in patriam adducturus, ad quarum imaginem, ac formam, quedam inibi recens institutâ virginum familia componeretur; dum deliberat de itineris ejusmodi suscipiendo ratione, divini non plane adhuc certus consilii, exploratum sibi omnino esse maxime cupit, ne quid temere, Deoque non dñe aggredetur; cum summis precibus utendo, tum rem divinam in honorem Deiparae saepius ad aram Lauretani sacelli fieri curando, allaborare non prius destitut, quam nulla dubitandi ansa remaneret. Ipsa enim Dei Mater, divina aliquando mysteria peragenti appa-

rens, certiore fecit: si illud itineris adire sui causa vellet, sibi quidem rem gratissimam factrum; at, non ingratam, si nollet. Jure enim suo in ea re uti posse; ac salva utrinque benevolentia: gratius tamen si vellet. Nihil aliud igitur sibi desiderandum putavit, Dominæ sue voluntate sic explorata. Omnia posthabuit, hiemis inclem tam, itinerum difficultates, navigationis pericula. In Hispaniam continuo solvit, initio Februarii, nihil tanta auspice veritus, nihil horrescens, vel si marinis vorticibus pedes imprimere, tempestatum spumas eluctari, medium per naufragium moliri iter oportet. Ibi vero cum rem, quam petebat, plenam difficultatis reperisset; negantibus iis, quorum ductu eæ virgines regebantur, licere alio, ex suis asceteriis transferri; non spem idcirco tamen abjecit, sed geminatis precibus, quasi quibusdam machinis, adversantia queque arietare nunquam cessabat. Frequenter autem ante Deiparae quamdam imaginem provolutus, puerulo similis, in maternos complexus irruenti, hærentique, dum voti compos evadat: « Non te dimittam, divina Mater, dicebat, donec iis quæ ad tuam, tuique Filii Jesu gloriam spectantia deprecor, non subserbas. » Toto co temporis spatio, quo Hispanicam profectionem complexus est, quotidie de beatissima Virgine (cum daretur) rem divinam fecit, illudque incredibili pietatis significatione repetebat: *Monstra te esse Matrem*. Ejusdem tandem auspiciis rem cœptam felicissime, atque ex sententia absolvit, die 20 Augusti 1604, Octava Assumptionis: virginibus, quas petebat, impetratis. Iis autem novi gynæcci quasi fundamentis institutis, nullis laboribus deinde parcebat, quibus nascentem Deo Deique Matri familiam posset promovere. Nec parvos eorum fructus carpere putabat, quando Deiparae ipsi placere, ex frequentibus sibi ejusdem apparitionibus intelligebat. Inter quas ea fuit maxime insignis, cum proantistita monasterii eligenda aliquando esset; isque suffragia daturis assisteret: sese enim illie famulo suo videndum offerens cœlestis Domina, ratam se habere eam electionem, disertissimis verbis affirmavit, illud addens: « Sunum illi se spiritum impartitam fuisse, ut optime filiarum suarum rebus consuleret: nec dissensuram sententia, quidquid ad bene eam constituendam familiam ipse deliberasset. » Contracta vero, ex laborum magnitudine, gravissima infirmitate, imagines hinc Jesu Filii, hinc sanctissimæ Genitricis, e regione, duabus conopæi columellis affixas, veluti geminum intuens clypeum, quo ægritudinis ictus, inconcussa patientia exceptos eluderet, quotidie nullies salutando venerabatur, unumque solamen habebat.

Mariam de Trinitate, antistitam principis Carmelitum monasterii Burdigalensis civitatis, phthisi laborantem, jamque a medicis destitutam, et vitam tabitico mistam sanguine propediem vomituram, cum visendi causa adiisset Petrus, misericordia

adductus, sibi alia, quam ut humana remedia quereret, bortatus est. Audiit illa; votique religione erga imaginem Deiparæ Virginis, Tuaresconi, beneficiorum mira munificentia celeberrimam sese obstrinxit, non tamen idcirco convaluerat. In partem enim beneficii servum suum Petrum Virgo ipsa Dei Mater vocabat. Nam cum maxime conducere virginæ familie rebus existimaret Petrus, ut ea, cui præcipue incumbebant, incolumitati restitueretur per Deiparam Virginem; postero die ad eam reversus, ingenti fiducia erga Dei sanctissimam Genitricem, eamdem appellare, vehementerque precibus sollicitare, pro deposita cœpit. Tum ad agram conversus: « Volo, inquit, recte valeas, ut perfectissimam sanctissimam Deiparavitam (eui te devoveo ac consecro, quatenus, in hoc ordine, illius jussis ac voluntati ancilleris) excolare imitando possis. » Vix ea, cum (dictu mirum!) ægra virgo, quodam veluti gravi pondere circa pectus allevata, sic repente convaluit, ut nec virium, nec coloris, nec valetudinis, ullam unquam jacturam passa esse videretur. Nulla inde pituita, nulla phthisis: consurgere ad solita munia: domesticis laboribus reddi: nihil eorum quæ prius experiri.

Peregrinationem ad Lauretanam domum suscepit Petrus, unde (cum nemo adeo marmoreus ac ferreus sit, quin ibi vel ipsius sanctitate loci afflari, emollirique in pietatis sensum se miretur) quis dicat quo cultor Deiparæ eximus cœlestium beneficiorum cunulo locupletatus recesserit? Illud tantum constat ex iis, quæ cum Maria de S. Hieronymo, Virgine Deo sacra, familiariter communieavit: hujusmodi erga Dei Matrem, mentem sibi occupatam sensisse confidentia, ut ab ea petere non dubitaret, in hora mortis suæ, divi Josephi ad instar, animam in sinum ipsius, ac Jesu Filii, efflare sibi ut licet, idque piae mentis votum tam alte in pectus descendisse, ut nonnisi cum vita, idem sibi petendi finem fecerit. Nec frustra, ut inferius videndum.

Inter purpuratos S. R. E. Patres ascriptum simul ac se intellexit, ad ædem Virginis Matri Dei sacram convolavit, se ut totum eidem devoveret, in ea ordinis eminentia: dignitates ac decora ad aræ ipsius calcem submisit, Reginæ Magnæ munus reginarum Maximæ detulit. Semper se optimæ parentis e sinu, sicut ablacatum super Matre sua, a qua ali regisque cognoscit, pendente futurum, areti fœderis sanctione recepit, ac pollicitus est.

Familiaæ suæ insignia, ne vulgarentur, diu Romanam mittere tardavit. Voluisset pro gentilitorum oratoriis insigne usurpare; quo sanctissima Jesu ac Mariæ nomina spineo coronamento circumdata, ex ejus instituto, exprimuntur, apice tantum dignitatis superaddito. Sed amicis dissuadentibus, adduci tandem se passus, ut insigne etiam familiare, iisdem divinis nominibus subjectum, edì in lucem permitteret.

Multa constituit ad rectum congregationis sue regimen, quibus præcipua erga Deiparam Virginem studii argumenta non contemnenda reliquit. Nimurum, ut ipsius Litanie, singulis diebus mane, a mensa vero Litanie Nominis Jesu decantantur; affirmans, nunquam Matrem a Filio, in nostris precibus seceruendam, utpote arctissimo charitatis vincendo illi conjunctam: ut dies festus Nomini Dei Matris esset eadem celebritate, qua alter dies Jesu Nomi sacer: quorum dierum alterum, sequenti a Nativitate Dominica luce, alterum a virginis Natalitiis aspicari volnisset, nisi propriis festivitatibus iis diebus occupatis, alterum ad finem mensis Januarii, alterum vero post Octavam Natalis Virginis, transferre fuisset coactus: ut non ii tantum dies, quos universalis Ecclesiae pietas Deiparæ festos concelebrat, sed et ii quos, præcipuo cultu, civitates ubique gentium, aut regularium ordines eidem addidere, susciperentur in suam congregationem.

Præcipua prosequi veneratione consuevit eos Ecclesiae doctores, qui pro Dominica Incarnationis veritate, Virginisque maternitate acriter depugnabant, Athanasium scilicet, Augustinum, Cyrilum.

Deiparæ Virginis, post Jesu Christi Filii, in servitutem se voto asseruit: nihil indignum ratus, si prope Filium, omnium creaturarum moderatorem, solium sisteret Matri. Quanquam vero mancipii loco ei se semel devoverat; abire tamen diem non patiebatur, quin iterum vindicias secundum servitutem firmaret, novoque jure, tantæ Dominiæ deditiitum sese offerret, hac oratione:

« O Virgo sancta, Mater Dei, hominum et angelorum Regina; te suppliciter veneror omnibus modis, quibus secundum Deum valeo, quibus secundum tuam magnitudinem debo, et quibus unigenitus Filius tuus Dominus noster in terris et in cœlis te honorari desiderat. Animam meam et vitam meam offero tibi; volo semper tui juris esse, et tibi peculiarem vovere servitutem, et in tempore et æternitate a te dependere. Eligo te, o Mater gratiæ et misericordie, in animæ meæ Matrem, oh honorem, quo placuit Deo te in suam Matrem eligere. O hominum et angelorum Regina, accipio et agnoscó te in Dominum meam supremam, ob honorem dependentiæ, quam a te, tanquam a Genitrice sua, voluit habere Salvator meus: et hoc præcipuo titulo, omnem quam, secundum Deum, possum, auctoritatem super animam meam tibi tribuo. Respic me, o Virgo sancta, sicut unum et tuis: et habe me bonitate tua sicut tuæ potentiae subjectum et tuarum misericordiarum objectum. O vitæ et gratiarum origo, peccatorum refugium, ut a peccato liberer, et ab æterna morte præserver, ad te recurro. Fac, ut tua sub tutela vivam, privilegio rum tuorum sim particeps, ut thæ celsitudinis, et gratiarum titulis, et jure servitutis, quam tibi vovi; quod meis offensis obtinere nequuo, impetrare va-

team. Fac ut, extrema vita meæ hora, æteruitatis meæ decisiva, sit præ manibus tuis, in honorem felicis illius momenti Incarnationis, in quo Deus factus est homo, et tu Mater illius effecta es. O Virgo simul et Mater! o templum Divinitatis sacrum! o cœli et terræ miraculum! o Dei mei Mater! tuus sum, propter magnitudinem tuarum universalem titulum; sed tuus etiam esse volo, propter præcipuum titulum electionis, et liberæ meæ voluntatis. Do igitur totum me tibi, et Filio unico tuo, Domino meo Iesu Christo; et nolo dies pætreat, quin illi et tibi aliquam rependam servitutis meæ notam, in testimonium dependentiæ, in qua mori et vivere in æternum desidero. Amen. Sic ille.

Inter alia devotionis monumenta, quibus impensum suum erga Deiparam studium comprobavit, edidit Gallice:

De Salutatione Angelica beatæ Virginis facta, ejusque excellentiis, Discursus 1.

De Festo Annuntiationis beatæ Virginis; Discursus 2.

De Mysterio Visitationis ejusdem, Discursus 2.

De Gratiis, et magnitudinibus beatæ Virginis in Nativitate Filii, Discursus 1.

De Manuductione Dei ad devotionem B. Virginis, Discursus 1.

De Maternitate B. Virginis, Discursus 1.

De Dolore B. Virginis in Passione Filii, Discursus 1.

De Vita interiori et exteriori B. Virginis, Discursus 1.

De Concordia Virginitatis et Maternitatis in Maria Discurs. 1, et plura alia, eximie ab omnibus laudanda et probanda, quæ una cum ejus Operibus prodierunt Parisiis anno 1644. Ex iis quanto pietatis æstu, in eamdem ferveret Deiparam, intelligi facile poterit. Quorum quedam fragmenta decerpsi hujus fere sententiae.

« Terra, inquit, sceleribus oppleta, cum Servatoris adventu jaceret indigna, Deus Virginem, semper Virginem nasci voluit, nulla illi scelerum contagione conjunctam, quæ susciperet, ac mundo pareret Servatorem mundi.

« Virgo Deipara non comprehenditur in iis controversiis, quibus agitur de peccato, nec in iis quidem, quibus fere, ac generatim de Gratia, nisi nominatum exprimatur, utpote, quæ quasi infinite supra communem ordinariamque gratiam elevata fuerit.

« Deipara Virgine, post tres divinas Personas, nihil est grandius.

« Deipara, in ordine gratiæ, singularem constituit hierarchiam.

« Ipsius gratia, prodigii ac miraculi simile est, in ordine maxime mirabili gratiæ. Haec enim infinite elevata est, ac divina. Ea solus Jesus Christus dignus est solus ejus consuetudine ac so-

cietate dignus; quæ solitaria in terris est, si ille absit.

« Ipsius gratiæ ratio duo singularia privilegia habet, quæ nulli ab ipsa convenient; plenitudinem scilicet atque eminentiam: cum ejusmodi sit ea gratia, per quam Dei Genitrix facta est, ut omnes cæterorum gratias emiuenter contineat, hominum, sanctorum, angelorum; ut Oceanus continet omnia flumina: ab eaque illæ proficiscuntur, ac derivantur, ut eadem flumina de mari exirent.

« Novem angelorum chori respicint, atque adorant divina attributa, pro statu suæ gratiæ: Deipara vero Virgo pro statu, et gratia divinæ Maternitatis respicit, et adorat in suis proprietatibus tres divinas Personas.

« Divina Paternitas, exemplar est ipsius Maternitatis, Paterque ipse æternus et Virgo convenient in Incarnatione in personam Filii; ut Pater et Filius, in personam Spiritus sancti in Trinitate.

« Virgo inaccessible est peccato, tentationi, illusioni: ejusdem gratiæ privilegia, status virginalis, sanctuaria sunt arcana, atque latentia maligno spiritui.

« Virgo familiariter agere solebat cum angelis, cum usque ut angelus versari, intuebatur in propria essentia, non in solis speciebus assumptis

« Virgo antequam ab angelo Dei Mater salutaretur, cooperata est gratiæ, quam nunquam quæsivit; idque, divina quadam simplicitate, atque incomparabili fide.

« Votum virginitatis in Maria, origo fuit in Ecclesia status gratiæ virginitatis.

« Virgo pervenit ad Maternitatem divinam per virginitatem.

« Duæ sunt vitæ rationes in Virgine, altera qua preparatur inscia ad Maternitatem divinam: altera idem status Matris Dei.

« Admiratio Virginis in angelica Salutatione, pertinuit ad spiritum, non ad sensus: ad gratiam, non ad naturam: ad lumen, non ad imbecillitatem.

« Illud Virginis responsum: *Quomodo fiet?* verbum fide, prudentia, puritate, secunditate plenisimum est, verbum item arbitrii, quod innuit, Deum posuisse iu manu Virginis, ut deliberaret in ea re quidquid vellet, nihilque nisi per ejus consensum in ea esse facturum.

« Certamen fuit inter Virginem et angelum, tranquillum tamen, tacitum, clarum; ut certamen cœleste, ac cœlestium spirituum: quo in certamine eo plus se Virgo demisit, quo plus ab angelo laudibus tollebatur.

« Humilitas beatæ Virginis, ex magnitudine rerum quæ illi ab angelo nuntiabantur, nihil periculi extimuit. Humilitas enim Dei, atque exanimatio, quæ demonstrabatur, sustinuit, auxitque humilitatem ejus, nedum quidquam detraxerit, aut diminuerit.

¶ Hæc verba : *Fiat mihi secundum verbum tuum :* arguunt duplices in Virgine animi motus, valde diversos. Alterum demissionis ad subjectionem, ac nihilum creaturæ : alterum exaltationis ad Divinitatem, Deumque suum, quatenus fieret ejus Mater. Eoque momento, suum nibilum ingressa est, ut divinæ essentia locus esset.

¶ Operatus est Deus in beata Virgine in hoc mysterio, simili ratione, qua operatur in se ipso ab aeterno.

¶ B. Virginis potestas est, Filium suum mundo elargiendi, propter unionem cum voluntate paterna, ejusdemque Filii. Atque hæc potestas non transitoria est, vel ad momentum ejus Nativitatis in Bethlehem, sed permanens, diversa licet ratione.

¶ Filius Dei datus est beatæ Virgini ; per beatam Virginem mundo : quemadmodum in Trinitate essentia divina communicatur Filio, et per Filium Spiritui sancto.

¶ Maternitas B. Virginis, quæ cœpit in Incarnationis momento, perfecta est in Nativitate Jesu, cum materna super eum auctoritate uti cœpit.

¶ Jesus nascendo ex Virgine Matre, divine eamdem tamen inhabitat, ineffabilique quiete, atque invariabili, centrum obtinet ipsius cordis, eo fere modo, quo est in sinu Dei Patris.

¶ Jesus est in Maria, et ut Filius, et ut Deus : ut Deus illi vitam ministrat, ut Filius vitam illi reficit acceptam.

¶ Jesus et Maria accipiunt, dantque vitam in mysteriis Incarnationis ; non eadem tamen ratione : Jesus enim vitam dat accipiendo, Maria vero accipit dando.

¶ Dignitas divinæ Maternitatis perseverat etiam nunc in celo in beatissima Virgine, semper enim Mater est atque ancilla, uti Filius semper Deus et homo.

¶ Virgo duplice gratiam habet super Filio suo, amoris videlicet ac potentiae : habetque peculiare Ius, ac privilegium dandi illum, ac transferendi ad animas.

¶ Deus, Jesus, Maria, omne bonum Christianorum sunt, quod unice amare debent atque indagare.

¶ Incarnationis mysterium dividitur inter Trinitatem sanctissimam ac beatam Virginem.

¶ B. Virgo rerum omnium, quæ intra circulum circumferentia dominationis atque eminentia divinæ in rebus creatis sunt, maxima, dignissima, eminentissimaque est. Deus autem in ordine creaturarum, nullum in rem majorem habet imperium, nil sanctius unquam contemplatur.

¶ Omnes creaturæ relationem habent servitutis ad beatam Virginem.

¶ B. Virgo abyssus est magnitudinem, mundus excellentiarum, sua cœlum pulchritudine attrahen-

tium, terrestri vero obscuritati latentium. Nec vero cum ea minime lateant, tria in iis præcipua ratione contemplari venerarie debemus. Maternitatem, qua ita Deo propinquavit, ut nihil supra dici excogitarie possit. Eminentiam super omnes creatas res, juxta eminentiam ipsius gratiæ, atque auctoritatem respective ad ipsum Deum. Sanctitatem, respondentem, comparatamque ejus conditioni, quæ electa fuit, ut honorem Matris, et quidem dignæ Matris Dei obtineret. ¶

Plura alia de ipsius piis meditationibus afferre, et brevitas ratio non patitur, et ea, quæ hactenus allata sunt, omnium instar esse posse, mihi persuadeo. Illud superioribus pietatis erga beatissimam Virginem argumentis videtur addendum, quod nunquam domo pedem efferre consuevit, quin saeculum Virginis sacrum adiret, eique sese piissime offerret ; nunquam domum reverti, quin eodem loci gratias exsolveret. Idque moris, in sua congregatione ab eo suscepti, post ipsum adhuc perdurat.

Illud quoque memoratu dignum existimo, quod in ædificatione ejusdem sacrae domus, quæ episcopi urbis Diniensis opibus parabatur, contigit. Nam sub ipsis fere initiis, eodem episcopo morte sublato, cum omnium iudicio, ab incepto omnius desistendum, ob turbatas rerum rationes, pecuniarumque defectum videretur, nunquam se id noster passurum affirmavit ; sed confugiendum potius ad beatam Virginem, quacum dicitur sunt et gloria, nec quidquam eam negaturam, cum omnia nobis, cum Filio suo, iam donaverit. Quamobrem superiorum admonuit, ut ad open illius se conferret exorandam, eo confidentius, quo ipsius Virginis res in ædificatione ejus ecclesiæ agebatur (sub auspiciis enim Deiparae de Succursu erigenda erat). Paruit ille, cumque in summis aliquando angustiis laborare res nihilominus viderentur, nec decesset, qui fortaretur ab incepto tandem desistere, viri Dei verbo fretus, respondit sic exhortanti : Bono animo esset ; quinque tantum Salutationem angelicam coram Virginis imagine (quæ S. Lucæ evangelistæ opus existimat) recitaret ; cetera divino consilio permetteret. Quod cum fecisset, brevi ejusdem Virginis liberalitatemi expertus est, quæ piæ ejusdam feminæ pietatem excitavit, ut quæ necessaria erant, abunde suppeditaret.

Mense Aprili 1629, gravissimum in morbum cum incidisset, unoque tantum gradu mors atque ipse dividerentur, nihil adeo moleste ferebat, quam quod interea officium suum erga Dei Matrem præstare non posset. Cujus beneficio e mortis pene saucibus creptum fuisse, ita constat ut in dubitationem revocari minime possit. Cum enim die festo Visitationis ejusdem Virginis, de rebus ad pietatem spectantibus, cum Maria a S. Hieronymo, familiari sermone colloqueretur, continuo quasi teto corpore ægritudine excussa, ita repente conva-

luit, ut exclamare potuerit, se in aliud immutatum, aliamque vitam jam vivere, nulli ægritudini obnoxiam; eodemque tempore, ea, quacum loquebatur, virgo, Deiparam ipsam, visibili specie, ei sanitatem impartientem, se vidisse testata est.

Eo die, quo desierit esse mortalis, sacris ne operaretur, nulla impediri persuasione potuit. Dumque de Annuntiatione beatæ Virginis, sacra ipsa peragit, invocatis sanctis Iesu et Mariæ nominibus, sibi suæque congregatiōni tutelaribus, vita reperente destitutus, evolavit ad superos, die 2 Octobri, anno salutis 1629, ætatis 54.

§ IX.—*De Petro Camporeo.*

Petrus Camporeus, episcopus Cremonensis, Ferdinandi Cæsaris diplomate, et Philippi Hispaniarum regis testificatione, industriae et prudentiae miraculum, prudentissimo Pauli V Pontificis Maximi iudicio ad Romanam purpuram evectus, vir innocentissimæ vitae, atque omnis magnitudinis capax, qui in pontificiis comitis, universæ Ecclesiæ regendæ, virtutum suffragiis destinatus est, eximiam erga beatissimam Virginem animi sui pietatem non paucis testatam reliquit. Dum esset commendator archihospitalis S. Spiritus in Saxia, ad sacellum divi Joannis Baptiste marmoreum, in ejusdem sancti Spiritus ecclesia situm, quod suo sumptu extruxerat, antiquissimam eam Virginis effigiem transtulit, ex qua facile eidem ecclesie antiquitus, Sanctæ Mariæ Saxonum nomen inditum, ubi quandiu archihospitalle illud curavit, saeris quotidie operatus est. Ad ordinem vero purpuratorum Patrum inde evocatus, sacrificium tamen ibidem quotidie fieri, donec vixit, singulis autem Sabbatis musico concentu Litanias Lauretanæ ante eam imaginem decantari curavit. Mutinæ in ecclesia beatæ Marie de Paradiso extruxit, ornavit, dotavitqne capellam, familiæ suæ patronatum, eni dimidium supellectilis capellæ cardinalitiae attribuit, ac Missam quotidianam constituit. Cremonæ similiter altare B. Virgini extraxit in ecclesia Castrinovi episcopalæ ditionis rure, ubi quotidie sacrificium offerri, ad ejus vicinæ commoditatem voluit. Apud Mutinam in ecclesia parochiali Lignanensi, ex ipsius mandato, inter cætera ad ejusdem ecclesiæ restaurationem pertinentia, beatæ Virgini sacellum positum, eleganterque adoratum est, ubi quotidianum sacrificium fieri ipsius nepotes curarunt. Burghesiani, apud Sanctam Mariam Majorem, sacelli, ipsius prudentiae et integratitati curam omnem atque administrationem Paulus V demandavit: unde factum est, ut Litaniis, quæ singulis Sabbatis, musico modulatu, ibidem decantantur, nunquam non interfuerit: quam consuetudinem, et in Cremonensi ecclesia, ubi simili ratione, ex veteri instituto, Litaniæ coram effigie tutelaris Virginis decantantur, deinde ejus diœcesis præsul continuavit: solitus, iisdem absolutis, populo benedictionem impendere, coilariori vultu, quo ille frequentior ad Virgineas

laudes celebrandas convenerat. Congregationem nostram Lucæ primitus erectam, quia Dei Matris, tenerrimo semper affectu dilexit, ei ecclesiam Sanctæ Mariæ Curtis Orlandinghorum, in Lucensi civitate, a summo Pontifice rite unienda curavit: ex ea dum Romæ vixit, Patrem, qui sibi esset a conscientiæ secretis, elegit: canique consiliis, officiis, eleemosynis, ut ipsius Pater amantissimus, favere numquam destitit. Postquam sacris peragendis, caliganti senio impeditus, operam ulterius dare suam nou potuit, e Discalceatorum Carmelitarum ordine sacerdotes assumpsit, qui quotidie in aro Deiparæ apud eos, sacra pro se facerent. Ipse vero ter in die Coronam beatæ Virginis recitabat; alteram quidem pro se: alteram pro benefactoribus vivis: tertiam denique pro suis amicis, conjunctis et benefactoribus defunctis. Prope aram beatæ Virgini dicatam, sepulturæ sili locum elegit, ad quam quotidie, ut sacra fierent, providit: reliquaque cardinalitiae capellæ supellestili ipsam aram exornavit. Vitæ coronidem impausit, Cremonæ, anno salutis 1643, pridie Nonas Februarii, ætatis unde nonagesimo, longiore dignus ævo, si tempora meruissent.

§ X.—*De Petro Capoccio.*

Petrus Capoccius, Romanus, quem scientia præditum, honestate decorum, atque in negotiis circumspectum inter purpuratos Patres Innocentius IV summus Pontifex ascripsit, in Mariam Deiparam Virginem pietate evinxens, dum e Gallia iter ad ipsum Innocentium IV prosequens, Florentiam attigisset, ibi in magnifici templi beatæ Mariæ Virginis Annuntiatæ fundamentis, primum lapidein, sacro ritu, benedictum posuit.

In hujus cardinalis domo, anno a partu Virginis 1256, Alexandro IV Pontifice Maximo sedente, miraculum universo orbi, Romæque præcipue notum accidit. Nocte enim aqua putei in stabulo ipsius domus adeo se extulit exundavitque, ut equi in eo manentes pene mergerentur. Novitate rei exterriti domestici famuli, et causa diligenter investigata, aquam ex ore putei redundare, in eoque lapideum silicem, in quo beatæ Mariæ Virginis imago depicta erat, supernatare conspexerunt. Cumque illum extrahere non valerent, omnia cardinali Petro retulerunt: qui statim eo se contulit, Deoque confusus, summa humilitate lapidem extraxit, cunctaque Pontifici enarravit; qui re bene discussa et veritate comperta, stabulum commutare in ecclesiam decrevit. Itaque populo Romano publicis supplicationibns indictis, in quibus venerabilis ille lapis, ipso Pontifice comitante, efferebatur, in eo ipso loco, et prope cumdem putum Petrus reposuit et ecclesiam extruxit, nuncupatam Sancta Maria in Via. In potu antem aquæ puti jam dicti, intercessione sanctissimæ Virginis, gratia sanitatis in ægrotos incepit, quæ exinde in dies, per tot sæcula, usque ad hæc nostra tempora

perdurat. Migravit Romæ, xiii Kalendas Junii anno 1259, sub Alexandro IV. Corpus vero in basilica Sanctæ Mariæ Majoris, cuius archipresbyter erat, et in qua sacellum construxerat, marmoreo tumulo, sepultum est, cum hoc epitaphio : *Cardine prælatum genitum de stipite claro
Quem rea mors rapuit insina busta tenent.
Cultor justitiae, rigidus servator honesti.
Quæque dari voluit, pauca retenta tulit.
Gente Capoccinius Petrus datus est tibi duplex
Eius ab Ecclesia, quod tueatur eam.
Prætulit arma togæ, Federicum schismate plenum
Bellii jura fugat, undique clarus oval.
Donat opes largas, largo de pectore fusas
Gratis in hac æde, Virgo Maria, tibi.
Aurum vestit epus, sculptit manus arte magistra,
Mira columna levat, iste ministrat opes.
Condit opus sacra, condas animam, precor, hujus
Ædibus æthereis, intemerata parens.*

§ XI.—*De Petro Capuano.*

Petrus Capuanus, Amalphitanus, S. R. E. cardinalis, tit. S. Mariæ in Via lata, a Coelestino III, Pontifice Maximo, creatus, vir opere et sermone pollens, multisque legationibus præclare obitis clarissimus, ut erat eximia erga Deiparam Virginem devotione spectabilis, domum pauperum in civitate Amalphitana construi fecit, sub vocabulo et denominatione Sanctæ Mariæ Virginis de Hospitali, eamque sub cura, regimine, protectione et administratione ordinis Cruciferorum supposuit. In qua languentes ac debiles, temporalium solatio destituti, misericorditer alerentur, et salutiferis fruerentur auxiliis : quam utique domum prædiis et possessionibus dilatamat, pauperum Christi perpetuo mancipavit obsequiis, sperans sibi salubriter profuturum in cœlis, quod charitatis opera, sub tutela ac protectione Deiparae Virginis, seminaret in terris. Obiit Romæ, anno 1208, viii Idus Martii, atque in ecclesia Sanctæ Mariæ de Ara cœli sepultus est.

§ XII.—*De Petro Columna.*

Petrus Columna, Romanus, S. R. E. cardinalis, tituli S. Eustachii, a Nicolao IV, Pontifice Maximo, creatus, Deiparae Virginis ab ipsa infantia devotissimus, dum Avenionem pergens, in mari, saeva suborta tempestate, graviter jactaretur, beatæ Virginis imaginem, in S. Mariæ Majoris ecclesia positam mente accipiens, ut sibi opem ferret, suppliciter exoravit. Quæ servuli sui miserata, mox inter tenebras turbinesque ac procellas, eadem, quæ ibi inspicitur imago, parvulum Jesum gestans, refulsit, et una secum lucem, tranquillitatem ac salutem adduxit. Quod cum aliunde veraciter constet, etiam ex pictura apparet adhuc extante, in una ecclesiæ columnæ, ante portam, quæ appellatur, Porta Reginæ : quia eadem imago, Regina appellata, super eam servabatur ; quæ porta ad baptisterium duebat. Propter hoc miraculum idem cardinalis, atque Jacobus frater, etiam cardinalis, prædia et bona in basilicam transfe-

rentes, tandem in ea quiescere voluerunt. Et Petrus Avenione decedens, ad eam suum corpus asportari mandavit.

Idem erga imaginem beatæ Virginis a divo Luca depictam, Romæ in ecclesia sanctorum Sixti et Dominici, apud moniales Dominicanas religiose cultam, singulari devotione affectus, eidem lampadem argenteam dono dedit, atque, ut hæc ante prædictam imaginem jugiter arderet, dotem liberaliter assignavit. Qua de re in libro pergamencaceo, apud prefatas moniales asservato, hæc habentur : « Divus Petrus de Columna cardinalis, dedit 23 florenos pro quadam oliveto emendo, pro lampade argentea, quam ipse fieri fecit pro imagine beatæ Mariae. Quod quidem olivetum emptum fuit in Tibure pro pretio librarium 49, anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo quarto. » Sic ibi.

Excessit Avenione anno orbis redempti 1526, ejusque corpus Romam relatum, in basilica Sanctæ Mariæ Majoris sepultum est, ad pedes sepulcri Nicolai IV.

§ XIII.—*De S. Petro Damiano.*

Beatus Petrus Damianus, Ravennæ, ex monacho ordinis sancti Benedicti S. R. E. cardinalis, atque episcopus Ostiensis, quem Alexander II, Pont. Max. suum oculum, et apostolicæ Sedis immobile firmamentum nominavit, in Mariano cultu studioque nemini purpuratorum Patrum inferiorfuit. Fratrem habuit, nomine Marinum, qui (ipso referente Damiano), dum vegetus adhuc et sanitate floreret incolumis, depositis nudatus exuvias, collo corrigiam, qua cingebatur, innexit : altari se beatæ Dei Genitricis velut servile mancipium tradidit : mox se, quasi servum malum coram Domina sua fecit verberibus affici, dicens : « Domina mea gloriosa, virginalis munditiae speculum, et omnium norma virtutum, quam ego te, miser et infelix, offendì, per obscenam carnis meæ putredinem, et eam, cuius tu, Mater et auctor es, violavi mei corporis castitatem ! Nunc itaque, quod solum remedii superest, me tibi famulum trado, tuæ ditionis imperio substrati cordis colla submitto. Flecte rebellem, suspice contumacem, nec tua pietas respuat delinquentem, cuius intemerata virginitas peperit veræ pietatis auctorem. Per istud ergo munuscum servitutis meæ, tibi nunc offero censum, et amodo, ac deinceps quoad vixero certi canonis appendam annuale tributum. » Quamidam ergo pecuniae summam in altaris crepidine posuit, et sic de misericordia quam quæsierat, confusus abscessit. Hic autem Marinus, laicus quidem habitu, sed timoratus spiritu, ingravescente pulmonis ac pectoris valetudine, cum tandem ad extrema pervenisset, ejusdam diei jam illucescente diluculo, repente cœpit, quasi cuiquam adventanti, gratulabundus aggliscere, jucundanter hilarescere, et festiva serenitate vultus alaceriter as-

sultare. Mox et in verba prorumpens, cum magno animadversionis impulsu, circumsedentes alloquuntur : « Levate, inquit, levate, ac Dominæ meæ reverenter assurgite. » Dicinde aliorum mutatae vocis eloquium dirigens, aiebat : « Et quid est, Domina mea, Regina cœli et terræ, quia visitare dignata es pauperculum servulum tuum ? Benedic me, Domina mea, et ne patiaris in tenebras ire, cui lucem tantæ præsentiae contulisti. » Cum igitur hujusmodi sermones implesset, iterumque a domesticis, ad cœlestis Reginæ adventum, debitæ venerationis obsequia postularet : tanquam ab ægritudine dementatus delirare, ac vana et frivola profundere arguebatur. Ad quod ille : « Non ignoratis, ait, quia languor iste, quem patior, nunquam alienare nentes ægrotantium consuevit ? Firmiter igitur, et absque ulla prorsus ambiguitate cognoscite, quoniam angelicis comitata vestigiis, beata Redemptoris nostri me Mater invisit, hilaritatem mihi sereni vultus ostendit, benedixit me, et protinus abiit. » Atque his dictis, Marinus paulo post, vinculis carnis solitus, Dominam suam in eccliam abundem lataenter subsecutus est. Haec autem hoc loco exarata volui, non quod ad Damiani nostri laudem faciat, pietatemque Marianam in eo immuat, habuisse fratrem, Reginæ cœli visitatione dignatum, qui eorum, qui Deipare Virgini in servilia mancipia sese offeront, fere prototypum fuerit exemplar : sed quod probabile multum apud me sit, Marianum Marii mancipatum, modo relatrum, a Damiano quoque fratre, ænnulatione atque imitatione expressum. Verumtamen ut nunc, quæ sunt Damiani certa, ac propria prosequamur, hic Dei Filio in oratione supplicatus, timens, ne preces suæ, tam sordido (ut ipse pro sua animi demissione dicebat) ore prolatæ, ad ejusdem Filii Dei præsentiam ascendere non valerent, beatam Virginem Mariam, Templum Dei vivum, Aulam Regis aëterni, et Sacrarium Spiritus sancti, humillime deprecabatur, ut ipsa preces suas, ad Filium et Creatorem suum deserret ; imo ipsa illum pro se oraret et obsecraret, cuius nimurum vota non possent despici, cuius preces, in ejus conspectu, nequicquid parvipendi. Considerans quoque sciosum tanquam infelicem, in crimen deprehensem, ductum ad furcas, raptum ad gladium, pertractum ad supplicium, ut Deiparam Virginem ad sui commiserationem inclinaret, exclamabat : « Ecce, Domina mea, infelix ego deprehensus in crimen, ducor ad furcas, raptor ad gladium, pertrahor ad supplicium. Exsurgat ergo Regina mundi, opponat se, ingrediatur ad Filium, et liberetur. » Sic ille. Qui et subiectas, ex amantissimi cordis pharetra, tanquam ignita jacula, profectas, ad Patronam suam Deiparam Virginem, dirigebat orationes :

*Pro nobis Virgo virginum
Tuum deposce Filium,
Per quam nostra suscepserat,
Utsua nobis præbeat.*

*Da cor tenebris eripi,
Da vera luce perfrui,
Quæ noctem vitaæ veteris
Novis illustret meritis.
Per te purgemur vitiis,
Solvamur culpæ vinculis,
Mens vulsis spinis eruta,
Virtutum ferat germina.
Fac tuum nobis Filium
Pia prece propitium,
Quem graviter offendimus,
Tu mitem redde, quasumus.
Tu nos venturo Judicii
Commenda prece supplici,
Tuis intentos laudibus
Mitis cernat et placidus.
Tu nos culparum nexibus,
Sacris absolve precibus,
Tua promentes merita,
Ad cœli transfer preæmia.
Tu nos avulsos veteri,
Complanta novo germini,
Per te sit genus hominum,
Regale sacerdotium.
Tu solve quod debemus,
Averte quod timemus,
Impetra quod optamus,
Perfice quod speramus.*

Item : « Subveni, Domina, clamantibus ad te jugiter. Sancta Maria Virgo, Mater Dei et hominis, Templum Dei vivi, Virgo ante partum, et Virgo post partum, exaltata super choros angelorum, ora pro nobis omnibus. » Denique : « O Regina mundi, Scala cœli, Thronus Dei, Janua paradisi, audi preces pauperum, ne despicias gemitus miserorum : inferantur a te vota nostra atque suspiria conspectui Redemptoris, ut que nostris excluduntur meritis, per te locum apud aures divinas obtineant pietatis. Dele peccata, relaxa facinora, erige lapsos, solve compeditos, per te succidantur vepres et germinia vitiorm, præbeantur flores et ornamenti virtutum. Placa precibus Judicem, quem genuisti singulari puerperio, Salvatorem, ut qui per te factus est particeps humanitatis nostræ, per te quoque nos consortes efficiat Divinitatis suæ. » Haec Damianus.

Contra tempus nubilosum et tempestatem ministans, hac ad sanctissimam Dei Genitricem Virginem Mariam deprecatione utebatur :

*O Misericatrix, o Dominatrix, præcipe dictu,
Ne devastemur, ne lapidemur grandinis ictu.
Est tibi latus Pontificatus, Mater ab avo :
Ergo precamur, ne moriamur turbine sâvo.
Turbida leni, daque sereni temporis usum,
Redde serenum sidus amaranum, nube reclusum :
Virgo, regamus, ne pereamus peste, vel ira,
Tetra diescant, atque quiescant fulgura dira.*

Voluntaria oris sui, augustissimam Genitricem sibi beneplacita facere, exorabat, et de tanta Matre locuturus, ut ipsa sensum acueret, dirigeret stylum, et linguam venustiori eloquio respergeret, ardentissime desiderabat. Et quia haec Domina singularem in ejus corde sibi vindicaverat principatum, ejus memoriam ille jugiter frequentabat. Ad ipsius nomen corpus humiliter inclinabat; et quoties de ea sermo succederet, letitia nimia ge-

stiebat. Et licet oratio desiceret, et dives cogitatio, vocis paupertate confunderetur, totus tamen ab affectione trahebatur; unde nec tacere, nec quiescere poterat, donec de sua Domina conceptus sermo, si non ut lampas, saltem ut scintilla accenderetur: Qualiter (inquietabat) eam laudare poterit mortalis hominis transitorium verbum, quem illud de se protulit Verbum, quod manet in aeternum? Quae lingua in ejus laude inveniatur idonea, quae illum genuit, cui omnia benedicunt, et cum tremore obediunt elementa? » Quantum tamen ipse ingenio valuit, quantum oratione, versusque consecutus est, tantum contulit ad Virginem ornandam. Hanc dixit Aurora veri luminis pre-viam: Amorem specialem civium beatorum: Aulam speciosam ecclie Regis: Agrum plenum, cui benedixit Dominus: Creaturam unicam, cui Deus identitate inest: Caelum, in quo novem mensibus tota Divinitatis plenitudo pertransit: Dominam benignissimam, nos amore invincibili amantem: Domum virginalem, septem columnis suffultam, id est, septem sancti Spiritus donis dotatam: Exordium totius humanae salutis: Aerarium talenti, per quod sumus redempti: Facturam Dei, in qua ipse Deus omnium factor factus est: Filiam, ex qua ortus est Pater: Fenestram cœli: Fontem fontis vivi: Gloriam Dei: Gazophylacium Thesauri, quo sumus de cruenti praedonis servitio comparati: Genitricem lucis: Gaudium mundi: Hortum deliciarum: Imperatricem cœli: integritatem virginalem: Januam paradisi: Locum voluptatis, de quo fons ille debebat ascendere, qui universam terræ superficiem irrigaret: Librum signatum, victori viro datum: Lectulum sacratissimum, in quo Deus per humilitatis assumptæ mysterium requievit: Lilium inter spinas, de spino propagine Judæorum natum, munditia virginæ castitatis candescens in corpore, ardore geminæ charitatis flammescens in mente, boni operis odore flagrans, et intentione continua cordis ad sublimia tendens: Matrem veræ pacis: Nitorem orbis: Normam omnium virtutum: Odorem suavitatum: Originem principii: Opus, quod solus Opifex supergreditur: Portam Misericordiae: Portam Templi clausam: Palatium Regis aeterni. Puellam innuptam: Puritatem virgineam: Puerperam felicem, quae sic gaudet de felicitate prolis, ut nequaquam doleat de amissione virginitatis: Rivulum exiguum, ex quo ortus est fons aquæ salientis in vitam aeternam: Reginam cœli et terræ: Reclinatorium aureum, in quo Deus post tumultus angelorum et hominum se reclinans, requiem invenerit: Stellam, ex qua Sol eniuit: Sacrarium, in quo Dens Dei Filius carnem suscepit: Solum Divinitatis: Sponsam Domini: Speculum virginalis munditiae: Sealum ima supernis jungentem: Thronum Dei: Timorem singularem malignorum spirituum: Thalamum virginalem, qui venientem ad nuptias sanctæ Ecclesie Sponsum suscepit: Templum Divinitatis: Terram cœlestem, luctis

mellisque feracem: Tabernaculum, non corporea huius acris nube obtectum, sed Spiritu sancto invisibiliter obumbratum: et (ne undantiori titulorum imbre lectorem obruum) Virginitatem mirabiliter secundam, quæ novo et inaudito miraculo, et Mater dici potuit, et Virgo.

Perpendere omnes optabat, quam debitores essemus sanctissimæ Dei Genitrici; quantasque illi, post Deum, de nostra redemptione gratias agere deberemus. Illud siquidem Christi corpus, quod beatissima Virgo genuit, quod in gremio fovit, quod fasciis cinxit, quod materna eura nutritivit: illud, inquam, absque ulla dubietate, non aliud, nunc de saero altari percipimus, et ejus sanguinem in sacramentum nostræ redēptionis hanrimus. Attendere etiam omnes cupiebat, quibus laudibus digna esset beata et gloria Virgo Maria, quæ illum nobis de castissimis suis visceribus genuit, qui nos de profundo gutture avidissimi draconis eripuit. Summam gloriam existimabat post Deum, videre Mariam, illi adhaerere, et in ipsius protectionis munimine demorari. Animam, Mariæ gladio in hoc mundo transfixam, cum ipsa postmodum de aeternæ felicitatis dulcedine satiandam non dubitabat. Angelicos spiritus felices appellabat, quia B. Virginis habebant præsentiam; nos vero, quos careerarie mortalitatis ærnumna contorquet, si tantæ Virginis habemamus memoriam: et donec ipse dulcedine præsentiae satiaretur, se memoriae suavitate consolabatur. Dicebat, Mariam esse Terram videntium, ad quam debemus intentis semper amoris gressibus festinare: bonum esse in Maria esse, melius immorari; optimum permanere: ad aeterni Judicis non posse perire conspectum, qui Genitricis ejus sibi providit auxilium: Deiparam Virginem Mariam maris Stellam, nobis in exemplum relictam, ut sequamur vestigia ejus; et ad verum Solem nos pervenire posse, si Virginis et Stellæ nostræ vestigia fuerimus imitati. Rogabat clementissimam ipsius pietatis et misericordiae Matrem, ut qui ejus laudis insigia frequentare gauderet in terris, ipsius intercessionis auxilium habere mereretur in cœlis quatenus, sicut per illam Dei Filius dignatus est ad nostra descendere, ita et ipse per illam ad ejus valeret consortium pervenire. Alter Augustinus, medius inter Jesum atque ejus Matrem suavissimam constitutus, corde haec atque ore promebat: « Dulcis Dominus, dulcis Domina: hic Deus meus, misericordia mea; haec Domina mea, misericordia porta. Dueat nos Mater ad Filium, Filia ad Patrem, Spousa ad Spousum. » Sic ille.

Mariani honoris cultusque zelantissimus, cum intellexisset, jejunium in Vigilia Assumptionis Beatissimæ Virginis Mariæ, antiqua Patrum nostrorum traditione cultum, suo tempore a quibusdam, novas veluti sectas introduceentibus, per indectionem et abusum passim negligi, et in prandiorum epulas mintari, vehementer indoluit: scriptaque ad congregacionis suæ eremitas monachos ardentí

epistola, quæ inter epistolæ ejus libro vi, est in ordine 3, hujusmodi jejunium ab abusu liberare, atque ad consuetudinem pristinam reducere tentavit. Probe sciens Sabbatum, quod *requies* interpretatur, quo videlicet die Deus requievisse legitur, satis congrue beatissimæ Virginis dedicatum, quam nimirum sapientia sibi dominum ædificavit, atque in ea per humilitatis assumptæ mysterium, velut in sacratissimo lectulo requievit; ipsius cultum apud suos monachos et eremitas promovere satagit. Sed quæ pro Officio seu Horariis precibus beatissimæ Virginis Mariæ egit Damianus, quis digno potest eloquo recensere? Putat ecclesiasticae Historiae lumen Baronius tomo II, ad annum Christi 1056, Damianum nostrum auctorem fuisse, ut in monasterio suo Officium sanctissimæ Dei Genitricis dicendum assumeretur, atque ex hoc fonte deinde manasse, ut illud ipsum, toto Christiano orbe Occidentalis Ecclesiae, non a monachis tantum et clericis, sed etiam a laicis, viris atque mulieribus, quotidianis pensis, Urbano II summo Pontifice monente, persolveretur. Verum (ut in sua *Psallentis Ecclesiae Harmonia*, nuper Romanis typis evulgata, cap. 42, § 2, num. 2, observat vir doctissimus, simulque eruditissimus D. Joannes Bona, congregationis Reformatæ S. Bernardi ordinis Cisterciensis nunc abbas generalis) cum Vincentii Belvacensis, et Petri Diaconi auctoritate constet, trecentis et amplius ante Damianum annis, in utraque Ecclesia, Graeca et Latina, Officium beatæ Virginis institutum, manifeste evincitur, illius auctorem non potuisse esse Damianum; præsertim cum Joannes Monachus, Damiani discipulus, Joannes Antonius Flaminius, Forocorneliensis, Augustinus Fortunius, Camaldulensis, et Hieronymus Rubeus, scriptores gravissimi et fide dignissimi, uniformiter asserant, Officium beatæ Virginis a Damiano non institutum, sed restitutum, ut cuius desuetudo paulatim irrepererat, ipso procurante, ad pristinam observantiam revocaretur. Et certe, nullam ille prætermisit occasionem, qua piissimum hunc ac saluberrimum, Horarias preces Deiparae Virginis recitandi, usum a se cultum, apud alios etiam dilatare posset ac promovere. Hinc scribens ad religiosum virum Stephanum monachum, haec inter alia dixit: «Cum in psalmodiæ studiis et divinis laudibus, te vigilanter exerceas, hortor, venerande Frater, et moneo, ut quotidianum quoque beatæ Mariæ semper Virginis Officium non omittas. Dignum quippe est, ut quæ laudum præconia meretur ab angelis, obsequiis etiam frequenter humanis: eique, post Deum, totus orbis exhibeat laudem, per quam suscepit propriæ salutis Auctorem. Optima sane spes est apud eam habere confugium, quæ scilicet inter omnes cœlestis curiæ senatores, impetrandi apud Deum primum obtinet locum; nempe sororis meæ filius Damianus, reliquæ videlicet indolis adolescens, dum hæ coram eo scriberem, retulit, quod apud Gallias in littera-

rarum studiis constitutus, fama vulgante, cognovit: Clericus quidam Nivernensis Ecclesiae, morbo depresso elanguit, jamjamque super excrescente molestia moribundus, ad extrema pervenit. Hic plane regulam sibi sanctæ servitutis indixerat, ut beatae Dei Genitricis quotidiana, per singulas horas, laudum vota persolveret: cumque de vita illius jam nemo pene consideret, et velut egressurus, in ejus pectore spiritus anxie palpitaret, ecce gloriosa Mater Dei sibi visibiliter astitit, et sacri uberioris papilla lac exprimens, ejus labiis instillavit: et divinae virtutis antidoto protinus ille, resumptis viribus, ex infirmitate convalescere coepit. Et mox clericis aliis ornamenti indutus ecclesiam adiit, seseque choro psallentium fratrum laetus interserens, mirum videntibus spectaculum præbuit. Dicitur etiam, quod adhuc tunc in labiis ejus quedam lactis videbantur vestigia. Quæ autem sibi verba beata Virgo protulerit, quamvis mihi uteunque dicantur, quia certus non sum, non adhibeo fidem; quoniam in veritatis lineam, vel leviter, impingere pertimesco: quamvis per hoc convinci possit, quoniam eisdem labiis, quibus eam ille laudavit et coluit, gloriosa Virgo lac salutis immulsa: ut per illud corporis membrum, quo sibi venerabilis clericus, laudis obtulerat gloriam, congrua vicissitudine recuperandæ salutis suæ recipere medicinam. » Haec ille. Qui et viro cuidam nobili, ad quem Opusculum *De Horis Canonicas*, a se compositum transmisit, easdem Horarias beatæ Virginis preces, his verbis commendavit: «Cujus spiritus in amore Dei paulo ferventius inardescit, ad hoc etiam extenditur, ut Horas beatæ Dei Genitricis audire quotidie non gravetur. Et quia se occasio præbuit, quid ex fraterna relatione didicerim, mihi quidem non pigrum est scribere, si modo te non pigrat audire. Clericus enim quidam multis erat peccatis obnoxius, et præcipue carnalis illecebræ fœtoribus inquinatus: qui tandem languore corruptus atque ad extrema perveniens, tremefactis visceribus expavescere, et accusante conscientia, divinum cœpit judicium medullitus formidare. Cumque spem in se nullius boni operis inveniret, totum se protinus ad postulandum beatæ Mariæ semper Virginis auxilium contulit, et sub ejus patrocinium, importuna cordis anxietate, confugit, hujusmodi fere verbis insistens: Non ignoro, inquit, o beata Regina mundi, quia te in multis offendit, et castitatis atque integratatis, cuius tu Mater es, ego in meo corpore signaculum violavi: innumeris etiam peccatorum sordibus involutus sum, nec dignus invenior, te totius munditiæ principem politus labiis invocare. Verumtamen, o Janua cœli, Fenestra paradisi, vera Mater Dei et hominis, tu mihi testis es, quia septies in die laudem dixi tibi, et quamvis peccator, quamvis indignus, omnibus tamen canoniciis Horis, tue laudis obsequium non fraudavi. Cumque hujusmodi verba clericus protulisset, decumbenti postmodum piissima Dei Gen-

trix astitit, et blande consolata, peccata sibi met dis-
missa ex largitate divinae misericordiae nuntiavit.
Quod tamen nos trepidantes proferimus, quia utrum
juxta relationis fidem vere contigerit, ignoramus.
Hoc tamen procul dubio novissus quia quisquis
quotidiana prædictis Horis Officia, in ejus laudibus
frequentare studuerit, adjutricem sibi met ac pa-
trocinaturam ipsius Judicis Matrem in die neces-
sitatis acquirit. » Ilactenus Damianus. Sed quod illi cum monasterii Gamungensis, S. Barnabæ,
monachis accidit, piaculum omnino esset hoc loco
præterire. Statutum erat, atque iam per triennium
fere in hoc monasterio servatum, ut cum Horis
canonicis, quotidie beatæ Mariæ semper Virginis
Officia dicerentur. Erat autem inter eos Gozo,
habitu monachus, reprobæ quidem vitæ, sed dica-
cis et accuratae facundiae. Ille cœpit conqueri,
satis superque sufficere, quod sanctus præcipit
Benedictus, nec novæ adinventionis pondus debere
superponi, nec huius monasterii monachos esse
antiquis Patribus sanctiores, qui videlicet haec
superstitiosa ac supervacua judicantes, psallendi
eis metam omnemque vivendi regulam præfixerunt;
haec sane debere eos esse contentos, ne ab illa
incautius declinantes per anfractus et invia
ducerentur erronei. Quid plura? contra Reginam
mundi præliari visus est, et confecit: ad hoc ni-
mirum fratres versuta machinatione pellexit, ut
solitas beatæ Mariæ laudes ulterius non offerrent.
Sed, o divinum judicium, a pravitatis intuitu non
dormitans! Mox enim adversus præstatum monaste-
rium tot adversitatum grandines, tot undique bel-
lorum atque conflictuum exortæ sunt tempestates,
ut ipsis quotidie monachis minaces gladii necis
exitum intentarent. Fiunt undique deprædationes
atque rapinæ; conflagrantur cum segetibus areæ;
familiares ac servi sancti loci crudeliter trucidan-
tur; et non jam imago mortis, sed mors ipsa gras-
satur; adeo ut taderet jam monachos vivere, dum
nequaquam possent, in procinctu certaminis, ami-
cum quieti sue possessionis officium custodire. Non
parvis expensis ad Teutonum partes imperator
expeditur; pragmaticæ sanctiones cum singulis
imperialibus advehuntur, sed tantumdem est: in
omnibus quippe studiis non fructus, sed labor
supervacuus. Unde cum Damianus noster peti-
tione fratrum sœpe pulsaretur, quatenus sequester
accederet, et si possibile esset, pacis inter eos
fœdera continuaret; hac rogantibus voce respon-
dit: « Christus est pax nostra; de quo etiam de
Virgine recens nato angelitus dictum est: *Gloria
in excelsis Deo, et in terra pax.* Quia ergo Matrem
veræ pacis de vestro monasterio projectis, di-
gnum est, ut inquietis calamitatibus tribulatio-
numque procellis atque turbinibus agitemini. » Verum cum fratres illi haec, quæ Damianus dixe-
rat, non dubiis erumpentibus signis, vera proban-
tes, in arcto siti, tandem ad eorū rediissent, pav-
imento se humiliiter prostrassent, ac percepta pœni-

tentia, nunquam de se cætero neglecturos solita
Dei Genitricis præconia unanimiter promisissent:
mox post coruscos atque tonitrus, tanta cœli
serenitas rediit, ut ab eo tempore ipsimet Fratres
juenndæ pacis otio perfruerentur, ac de Seyllea
voragine se delatos ad portum, gubernante Filio
Virginis, gratularentur.

Felicissimo atque angelico ad cœlos transitu,
mortalis vitæ peregrinationem absolvit ardентissi-
mus beatæ Virginis amator, ejusque cultus studio-
sissimus promotor Damianus, Faventia, in domo
eidem Virgini sacra, nempe in venerabili mona-
sterio S. Mariae quod extra portam nuncupatur,
anno orbis redempti 1072, ætatis 66, die 22 Fe-
bruarii; ibidem in basilica sanctissimæ Dei Geni-
tricis summo cum honore tumulatus. Post mortem
vero, Urbano cœnobii sancti Georgii Ariminensis
abbati, per visum apparens, inter cætera dixit:
« An nescis, quod in camera S. Marie Virginis
habito, in ejus sacerario demoror, ac illius came-
rarium me esse profiteor? »

Porro Bellarminus in lib. iv *De ammissione gratiæ
et statu peccati*, cap. 15, probans B. Virginem Mariam,
singulari Dei privilegio, ab originali peccato fuisse
immunem, inter alios Patres, qui huic positioni
suis testimonii suffragantur, adducit collegam
suum Damianum, his verbis: « Habetus Petrus
Damiani, qui in sermone de Nativitate S. Jo. Ba-
ptiste scribit: altiore genere sanctificationis B.
Virginem mundatam fuisse a peccato, quam Joannem,
vel Jeremiam, qui in utero sanctificati legun-
tur. Non videtur autem aliud genus sanctificationis
fingi posse, quam ut B. Virgo mundata sit a peccato,
in quod necessario incidisset, nisi per gratiam
præservata fuisse. Joannes vero et Jeremias
sanctificati sunt a peccato, in quod jam, re ipsa,
inciderant. Idem Petrus in sermone de Annuntia-
tione beatæ Mariæ: « Cum fecerit, inquit, Deus om-
nia opera sua valde bona, hoc melius fecit, con-
secrans sibi in ea, reclinatorium aureum, in qua
sola se, post tumultus angelorum et hominum,
reclinaret, et requiem inveniret. » Ilactenus Bel-
larminus ex Damiano.

§ XIV. — *De Petro Deza.*

Petrus Deza, Hispanus, antiqua et nobili stirpe
parentum editus, Lusitanæque regibus sanguine
junctus, vir non minus prudentia juris, et exacta
legum notitia, quam judicij excellentia, et justitiæ
summa observantia mirabilis; quem Gregorius XIII
P. M. Romana purpura decoravit, inter alia pie-
tatis sue erga augustissimam Virginem specimina,
ut in ecclesia Conchensi festum S. Nominis Mariæ,
quotannis, solemni pompa celebraretur, apud Six-
tum V, Pontificem Maximum, suis supplicationibus
impetravit. Celebratur hoc festum Conchæ ab
anno 1513, per Breve apostolicum, ritu duplo,
ut reliqua festa majora per annum; illudque fun-
davit canonicus Petrus de Pozo, propter insignem
devotionem, qua erga sanctissimum nomen Mariæ

affiebatur; deditque pro fundatione sex millia maravediziorum, voluitque ut præbendum habentibus solverentur, eo modo, quo in matutinis fit, id est, selis ad illud comparantibus. Joannes vero de Pozo, Conchensis quoque canonicus, ac domini Petri nepos, posteaquam Pius V Pontifex Maximus ex decreto atque ordinatione sacrosancti concilii Tridentini multa festa, inter quæ et illud, reformasset, sanctitati suæ per cardinalem Deza supplicavit, ut in integrum restitui posset, legibus concilii servandis accommodatum, quod et impetravit, ut ex subjecto testimonio ejusdem eminentissimi cardinalis Deza liquebit.

¶ Petrus miseratione divina tit. S. Priscæ S. R. E. cardinalis Deza, dilecto nobis in Christo Joanni del Pozo Palominio, canonico ecclesiae Conchensis, in Domino salutem. Nobis tuo nomine fuit expositum, esse in ecclesia Conchensi sacellum, seu capellam sanctissimæ Dei Genitrici dicatam, annuoque censu dotatam, in qua magna devotione ac solemnitate, proprio etiam ac peculiari Officio, festum de Nomine ejusdem semper Virginis, octavo ejus Nativitatis die, celebrari solet; quad ex decreto sacrosancti concilii Tridentini, atque jussu pii V, Pontificis Maximi, vetus precandi ritus in melius est restitutus. Ex quo tempore, sub una duntaxat commemoratione, hactenus fuit celebratum. Quapropter enixe a nobis efflagitasti, ut supplices a sua Sanctitate facultatem impetraremus, quo id festum rursum sub integro proprioque Officio celebrari posset. Nos vero, partim nostra in beatissimam Virginem devotione permoti, partim etiam tuis justis ac p[ro]p[ter]is votis satisfacere cupientes, a sanctissimo in Christo Patre ac domino Sixto divina Providentia Papa V, viva vocis oraculo super id nobis facto, facultatem obtinuimus, ut dictum festum in 17 diem mensis Septembris translatum, duplice ac proprio Officio, ad novam precandi formam, ut supra accommodato, deinceps in perpetuum libere isthic celebrari queat. Quam nos facultatem, tenore præsentium, tibi et isti ecclesiæ, a sua Sanctitate concessam largitamque declaramus et attestamur, non obstantibus Constitutionibus apostolicis, ceterisque quibuscunque. In quorum fidem, etc. Datum Romæ 16 Januarii anno Domini 1587, Petrus cardinalis Deza. ¶ Obiit autem Deza octogenarius, anno salutis per Christum Dominum orbi restitutæ 1600, die 27 Augusti.

§ XV. — *De Petro Donato Cæsio.*

Petrus Donatus Cæsius, Romanus, ex Cæsiæ gentis familia, quæ generis claritate, et rerum gestarum splendore Romæ niti, exortus, vir sacrati juris scientia, ac integerrimæ vitæ exemplo laudissimus, quem Pius V Pontifex Max. in amplissimum purpuratorum Patrum ordinem, eximia virtutis merito, cooptavit, cum glorioissimam Virginem, Dei Genitricem Mariam, ex intimis cordis sui visceribus adamaret, dum Bononiæ legati munere fungeretur, ædi ejusdem gloriosissimæ

Virginis, Dei Genitricis Mariæ, in summo palatio a Julio III coptæ, supremam imposuit manum: alteramque alibi ipsius Dei Matris ædem, vetustam ac pene collapsam, renovavit, Romæ etiam ecclesie Sancte Mariæ (quam de Vallicella vulgo dicimus) absidem fundavit, ædes multas coemit, sacerdotum habitationem ampliavit. Suavi mortis sonno consepitis, eternam evectus est ad requiem, anno Christi Domini 1586, in Kal. Octobris, ejusque cadaver in eadem ecclesia S. Mariæ de Vallicella, sepultum est, hoc elogio:

Petro Donato Cæsio

S. R. E. cardinali

Harum ædium amplificatori

Templique absidis fundatori.

§ XVI. — *De Petro de Fuxo.*

Petrus de Fuxo, senior, Gallus, ordinis Minorum, a Martino V, Pontifice Maximo, cardinalitio honore insignitus, vir suo sæculo magnus, qui in concilio Constantiensi cum cardinalibus, et in Hispania legatus, schisma delevit, duos Hispaniæ reges confederavit, et diversas provincias, ut pater patriæ, annis triginta duobus, summa cum laude administravit, inter alia pietatis obsequia, quibus Diparæ Virginis amorem in corde suo ardore manifeste declaravit, anno 1457, Sedis apostolice a latere legatus, celebravit Avenionem concilium provinciale, in quo inter alias ordinationes, statutum edidit tenoris sequentis: « Decretum in concilio Basileiensi factum de Conceptione beatissimæ Virginis Mariæ, statuimus inviolabiliter observari, districte omnibus inhibendo sub excommunicationis poena, ne quisquam aliquid in contrarium prædicare, vel publice disputare præsumat. Quod si secus aliquis fecerit, dictam sententiam eum incurrire columnis ipso facto et in prima synodo per dioeceses, per quemlibet celebranda, prædicta statuimus publicari, et curatis ecclesiarum injungi, ut haec populo manifestent. Datum in ecclesia cathedrali Avenionensi, die 7 ensis Septembris, anno Incarnationis Dominicæ 1457, pontificatus domini nostri Calixti Papæ III anno 3. » Subscripserunt huic statuto, non solum ipse Petrus, qui toti præerat concilio, sed Alanus Coctivus S. R. E. cardinalis (de quo supra), Robertus Aquensis archiepiscopus, Petrus episcopus Aptensis, Georgius Senecensis, Gaucherius Vapincensis, Nicolaus Massiliensis, Petrus Dignensis, Petrus Glanavensis, Palamedes Cavallicensis, Pontius Vaiciensis, Joannes Rheiensis, Stephanus Tricassensis, Michael Carpecteractensis, et Joannes Auracensis.

Animam cœlo reddidit Petrus noster anno post redemptum genus humanum 1464, die 13 Decembris.

§ XVII. — *De Petro Gonzales de Mendoza.*

Petrus Gonzales de Mendoza, Hispanus, marchionis de Sanctigliana filius, a Sixto IV, Pontifice Maximo, anno 1473, Cardine ordinis collega datus, patriarcha Alexandrinus, archiepiscopus Toletanus,

Hispaniarum primas, Castellæ ac Toleti regnorum archicancellarius, vir ad omnia summa natus, et suo sèculo magnus, quem universa Hispania coluit, et externi etiam principes venerati sunt: eximio pietatis devotionisque affectus erenissimam cœli terrarumque Reginam, a pueritia ad senectam usque, colere studuit: sciensque a majoribus suis, inter gentilitiæ domus tesseras cœruleis litteris, in Campo aureo, hæc verba apposita: *Ave, Maria, gratia plena*: Deiparam Virginem non solum sape ore salutare, sed semper intimo amoris sinu eam excipere; et cultu, quo potuit, maximo, assidue venerari conatus est. Ut Hispanæ primas, et sedis apostolicæ a latere legatus, templum maximum urbis Granatensis, quod rex catholicus Ferdinandus V, et Isabella serenissima conjux, ob victoriæ de Mauris hostibus reportatam, purissimæ Conceptioni Dominæ nostræ erigendum voverant, in honorem ejusdem purissimæ Conceptionis erexit, dicavitque. Extra Calahorræ civitatem, ecclesiam Dominæ Nostræ de Hortis fundavit et dotavit; et ad constructionem ecclesiae parochialis Sanctæ Marie de la Fluente, in urbe Guadalajara, ingenteum pecuniæsummam contulit, cum aliam, extra eamdem urbem, ecclesiam Mariano Nomi dedicatam, suis impensis, construxisset. Monasterio beatissimæ Virginis, Dominæ nostræ, cognomento de Sopretanæ, prope Hitæ Villam, largas eleemosynas donavit in vita, moriensque tantam ei reliquit pecuniæ summam, ut ea, ejusdem monasterii templo manus ultima imponi potuerit. In ecclesia S. Mariæ de Guadalupe, quatuor capellanias fundavit et dotavit. Ecclesiam suam Toletanam, Mariæ Deiparæ Virginis consecratam, ac eidem Mariæ Deiparæ Virginis singulariter dilectam, tenerrimo amoris affectu dilexit, eamque multis ac eximiis donis, ornamenti, ac beneficiis munificentissime cumulavit. Sed et alia in Deiparæ Virginis obsequium præstitit Mendoza, dictus magnus Hispaniæ cardinalis, quæ hactenus ad meæ cognitionis notitiam non venerunt. Decessit anno salutis partæ 1495, etatis 67, in Idus Januarii, suumque corpus in ecclesia jam dicta Toletana sepeliendum, ultimis testamento tabulis, ordinavit.

§ XVIII. — *De Petro de Luxemburgo.*

Petrus de Luxemburgo, Gallus, imperatoriis quidem, et regiis cognitionibus illustris, sed animi splendore, et sanctitatis fulgore illustrior; qui licet a Clemente VII pseudopontifice, anno 1586, S. R. E. cardinalium numero aggregatus, a Clemente tamen VII Mediceo vero Pontifice anno 1527, apostolico diplomate in beatorum numerum relatus est: B. Virginis ab ipsa pueritia devotissimus, vix quintum aut sextum annum excesserat, cum castitatis florem Deo, in honorem ejusdem beatæ Virginis, voto promisit. Cum augustissimam Christi Servatoris Matrem filiali prorsus affectu prosequeretur, eam non alio nomine, quam Matris suæ, appellare solitus erat. In quinque Vigiliis solenni-

tatum amantissimæ Matri sue, solins panis e' aquæ jejunium hilari animo tolerabat. Quotidie vero, priusquam ad mensam accederet, centies Salutationem angelicam, flexis genibus, in faciem procumbens, recitabat. Spiritum Deo reddidit, anno 1387, etatis 18, die 5 Junii, qui dies ejus sanctissimæ memoriae quotannis consecratur Avenione, ubi nobile sacellum in ejus honorem est, et aliud Parisiis apud Cœlestinos.

§ XIX. — *De Petro Maria Burghesio.*

Petrus Maria Burghesius, Senensis, S. R. E. cardinalis ab Urbano VIII Pontifice Maximo creatus, Reginæ cœli a prima pueritia observantissimus, tanto erga illam affectu atque observantia in omnî vita emulit, ut ipsius nomen, non minus in suo nomine, quam suo in corde semper insculptum gestaverit. Primum Missæ sacrificium, in basilie Sanctæ Mariæ Majoris, ante sacratissimam magnæ Dei Matris Virginis Mariæ imaginem, a D. Luca depictam, in Burghesiano sacello cultam, celebravit: erga quam porro imaginem tam amanti fuit pietate ac religione affectus, ut nulla dies elaberetur, quin ipse, vel per suum nobilem aulicum (laudando sane, simulque imitando posteris exemplo) illam religiose inviseret, ac demississime, in illa, divam suam veneraretur. Rebus humanis excessit, anno salutis mortalibus allatæ 1642, die 15 Junii.

§ XX. — *De Petro Paulo Crescentio.*

Petrus Paulus Crescentius, Romanus, ex apostolice Romane camere auditore S. R. E. presbyter cardinalis a Paulo V Pont. Max. creatus; vir, e' nobilissimæ familie laude conspicuus, et propriæ virtutis meritis commendabilis; S. Philippi Neri familiari consuetudine atque institutione usus, miram inde erga beatissimam Virginem pietatem hausit. Illud identidem affirmabat, fieri omnino non posse, ut quis non beatæ Virginis studio pietatis addictus, ad salutem pertingeret; e contra vero vix fieri posse, ut non pertingeret, huic si operam suam navare vellet. Nunquam familiari sermone hujusmodi pietatis cultum destitit promovere. Fortuna adversa si quis uteretur, vel magno aliquo æruminarum fluctu jaetatus, ipsius consilii clavo regi deposceret, ab hac una Virgine pietatis aura res sibi tranquillas optare, sperareque jubebat. Sæpe interfuit, dum in ecclesia Urbevetana (eius erat episcopus) Rosariæ B. Virginis preces habentur: popularique pietati, in iisdem habendis, sua præsentia non parum suffragatus est. Urbevetana ecclesia S. Mariæ Virginis Deiparæ Assumptæ subtulæ est. Hic vetus rebusque miris insignis divæ Virginis imago, ante quadringentos annos colebatur, quo tempore ad beneficia ipsius impetranda, undique gentium confluente maxima multitudine, e votis pecuniis affatim congestis, ea templi moles excitata est, quam etiam nunc licet mirari. Erga quam imaginem Crescentius, antiquam illam populi sui pietatem novis incitamen-

uis, ut excitaret, loco veteri dimoveri, novoque ae meliori collolocari primum voluit. Deinde quo facilius felieiusque cultores alliceret, singulis sabbatis, multa praeluentium faciem copia, imaginem saeculam populo videndam detegi, dum numerosis musicorum vocibus Litaniæ Lauretanæ, atque aliæ quædam sacra odæ dicerentur, instituit. Quo tempore non solum aderat ipse, genibus ante B. Virginem semper flexis, sed et verba exhortationis ad populum habere solebat; vel saltem, si per occupationes non liceret, pia alicujus lectionis pabulo gregem suum recreabat. Mortalitatem explevit, et placidissime obdormivit in Domino, anno orbis redempti 1645, die 25 Februarii.

§ XXI. — *De Petro Pazmany.*

Petrus Pazmany, Hungarus, et Hungariae primas, qui societatem Jesu a prima ætate complexus, postmodum ob eximiam doctrinam, et spectatissimæ virtutis meritum, postulante Ferdinando II, augustissimæ memorie imperatore, cui summo erat in pretio, ab Urbano VIII Pontifice Maximo Romana purpura donatus est, beatissimæ Virginis, ab ipsa infantia, devotissimus, fatebatur ingenuus, se, a puero, innumera beneficia, e liberalissima Dei manu, ejusdem divinissimæ Virginis intercessione, impetrasse: et triumphabat laetitia plenus, quod Varadini, id est, eam urbe natus esset, quam S. Ladislaus rex Hungariae, ipsius cœlestis Reginæ jussu, exstruxisset, et nobilissima ejusdem basilica illustrasset. Gloriabatur, suprema S. Stephani voluntate Hungariam Mariæ hæreditatem factam esse, et Mariam Hungarum esse in pretio, etiam dum suis numinis Deiparae imaginem imprimit, et hanc epigraphen: *Patrona Hungarie*: dolebat vero ingemisceratque, dum considerabat hæreditatem hanc, quondam a leo præclaram, nunc prope ad nihilum redactam esse, et pro Hungaria sua his verbis Deiparae Virgini supplicabat: « O Virgo benedicta, o benigna regni Hungariae Domina, converte oculos in multa, quæ nobis desunt: miserere nostrarum prægrandium ruinarum. Ecce jam prope mortuum est, quod amasti, regnum: jam prope exinanitum est regnum tuum, nobilissima Domina nostra. Quocirca prodi coram Filio tuo in medium. Dic illi: Fili, in regno meo defecit vera religio, procul abest justitia: procul castus Dei amor: procul prisca pietas. In aquam abiit vinum illius potissima ex parte, fides transiit in errorem: templum desertum: virés collapsæ: libertas jugo ethnico inancipata. » Sic ille. Hungariam autem allōquens, dicebat: « Mili crede, chara patria mea Hungaria, quod, si beatissimæ nostræ Dominae consilio fueris obsecuta, habebunt obtinendi vim preces Virginis. Eapropter impense cordi insere cœlestis hujus Reginæ doctrinam, et fac quocunque jusserit Christus: certa esto futurum, ut aquam tuam commutet in vinum, et profligatam fortunam tuam integratam restituat. »

Inter alia ferventis amoris sui erga angustissimam Dei Genitricem specimina, purissimum Marianæ Conceptionis mysterium dictione luculentissima explicavit eminentissimus hic ecclesiastes atque theologus; et concione integra, quam 8 Decembris in festo purissimæ Conceptionis dedit, magno rationum et auctoritatum pondere, solidis fundamentis constabilivit, quod ab originalis peccati macula vacua fuerit beatissimæ Virginis Conceptionis. Ea vero quibus ille astruit immaculatus mysterii dignitatem, cum fere ad quatuor capita revocentur, carpan e singulis aliquid, e lineam Apellis ostendam.

Primum est, ducto a præcellentissima Dei Matris dignitate argumento, ubi Christum Mariæ libatores fuisse defendit, ex illo Augustini argumento in Psalmo LXXXV: « Liberavit ab ægritudine, non in qua eras, sed in qua futurus eras: » et de iis, qui ad careerem ducti non sunt, alias ducendi loquens Augustinus: « Inde, inquit, se recte dicunt liberari, quo, per liberatores suos, non sunt permitti perduci. » Unde idem in Confess. c. 7: « Gratiae tuae deputo, quæcumque non feci mala. Et omnia mihi dimissa fateor, quæ te duece non feci. Ideo amplius te diligat, qui se videt peccatorum laqueis non implicari. » Atque hunc liberandi modum et filio et Matri fuisse magis gloriosum.

Quod vero saeculae Paginae, dum de peccati originalis in totum genus humanum propagatione loquuntur, beatissimam Deiparam non includant, patet primo, nam concil. Trident., sess. 5, dum de originali peccato loquitur, relinquunt nobis libertatem affirmandi, Deiparam sine illo esse conceptam: non relinqueret vero, si Scriptura id etiam de illa affirmasset. Secundo, Tridentinum, sess. 6, can. 23: « Tota, inquit, vita, peccata omnia venialia, ex speciali Dei privilegio, vitasse beatam Virginem tenet Ecclesia. » S. Th. iii part., quæst. 27, art. 4: « Beata Virgo nullum actuale peccatum commisit, nec mortale, nec veniale. Non fuisse idonea Mater Dei, si peccasset aliquando: tum quia ignominia Matris ad Filium redundasset, tum quia singularem affinitatem habuit ad Christum, qui ab ea carnem accepit. »

Atque ex his ita ratiocinatur sapientissimus cardinalis: « Nec sèpius, nec magis evidenter affirmat saeculae Scripturæ auctoritas, omnes nos originali labore contactos, quam quod omnes peccamus: et tamen Ecclesia Deiparam ab omni actuali peccato semper immunem fuisse affirmat. Et id quod de omnibus mortalibus asserunt saeculae Literæ, illa ita intelligit, ut ex omnium illorum numero eximat Dei Matrem. Eapropter etiam ea quæ de originali peccato in mortales omnes transfuso affirmat sacer Codex, possunt, cum exceptione divinæ Matris, intelligi. Accedit quod et hic ignominia Matris in Filium redundasset, ut de actuali peccato argumentatur sanctus Thomas. Deinde eo majori asseveratione dici potest, beatissimam Dei-

param non tantum ab omni veniali actuali, verum et ab omni originali labo fuisse innocentem, quo originale peccatum est deterius, ac magis exitiabile quam omnia mundi totius venialia peccata : illud est sors et radix actualium, quo etiam ex capite argumentatus Augustinus contra Julian. cap. 9, sub finem probat, Christum nunquam peccasse, eo quod originali labo infectus non fuerit, et adjungit : Profecto peccatum etiam major fecisset, si parvulus habuisset. Eadem ratione licet, ex eo quod beatissima Virgo nullius actualis peccati rea fuerit, etiam ratiocinari, quod nec peccato originis fuerit maculata. Denique eo ipso, quod Ecclesia sub anathemate prohibuerit, ne quis haereticam audeat censere esse sententiam de immaculata Conceptione, perspicue sententiam dixit, hoc mysterium nulli sacrae Scripturæ dogmati repugnare. Ergo juxta sensum Ecclesie, eximitur Dei Mater ab universalibus illis in Scriptura loquendi modis, quibus peccatum originale ad hominum universitatem extenditur ; sicut exempta fuit, ne eum dolore pareret, Gen. iii, v. 16, 19, et ne, Eccli. xl, 11, converteretur in terram. »

Alterum caput est, ignominia Christo inurenda, si dicere audeamus, illum tali Matre natum, quæ antea, immanis dæmonis mancipium et filia fuerit : « Nam cum Christi caro (inquit ille) sit e carne beatæ Virginis, tanquam veræ Matris Christi ; si caro Matris aliquando fuit in maledictione sub dæmonis jugo, etiam Christi carnem aliquando sub maledicto fuisse necesse esset dicere. » Addit deinde ibidem e sacra et profana eruditione plura, de honore, vel dedecore parentum in filios descendente.

Tertium caput est, filialis erga Matrem suam in Christo reverentia et necessitudo ac obligatio. Unde ait : Exodi i, v. 17 ; Levit. xv, v. 9 ; Prov. xx, v. 20 ; Matth. xv, Marci vii, v. 50, Filius patri, vel matri si maledicat, nefaria res ceusetur. At vero quisquis originali inquinamento contaminatus est, est filius iræ, Ephes. ii, v. 2 ; peccator, in condemnationem, Rom. v ; et Matth. xxv, judex condemnandos vocat maledictos. S. Gregorius ait a Job cap. iii, et a Jeremias cap. xx, maledictam vocari noctem, in qua conceptus est homo, ideo quia ibi est peccatum originale. Hœu ! quis ausit credere, quod filius, quo melior filius nunquam fuit, irato aliquando oculo aspicerit, vel maledicto subjectam viderit ? ut ne Pomponio illo Attico quasi inferior videatur, qui juratus affirmavit : se cum matre nonagenaria nunquam in gratiam rediisse, quia nunquam aliquid dignum venia intercessit. Ad hæc, filii etiam propriis periculis parentum honori consultum volunt, ac vitæ. Aeneas Anchisen e Trojano incendio effert per flamas, et milie sequentia tela. Cimou patri sepulturam voluntariis vineulis emit. Quid tale pro Matris sue honore Christus, qui id, sola voluntate, citra sudorem potuit, ut illa originali foeditate nunquam

sorderet ? Id si non fecit, quomodo illam honoravit ? In luto illam reliquit, ut postea elueret ? In dæmonis captivitate, in Dei maledictione, in statu quo damnationem æternam commiseretur, illam prius esse passus est, ut illam postea adornaret : et prius hostibus suis ludibrio esse permissam, sibi postea dilectam deligeret ? Si forte integrum esset mortalibus, matrem sibi eligere arbitratu, uti Deo integrum fuit, ecquid putas, essetne quispiam filiorum, qui talcm sibi matrem eligeret, quæ prius, infami quapiam nota fuerit indecenter infamis ? Certe inter homines, immortaliter infamis habetur, qui matrem, qui sponsam, citra sudorem omnem, a Tartarorum, seu ethnicorum captivitate, securam servare posset, neque tamen servaret : quanto id minus decet de Deo cogitare ?

« Matrem suam pluribus corporis animique dotibus ornavit Deus. Corpus illi semper virgo ; partus citra dolorem, facta est Mater Dei. Anima nullo unquam peccato inquinata, et admirabilibus beneficiis cumulata. Si penes Mariam fuisse alterutrum eligere, maluisset his donis omnibus carere potius quam, vel uno iectu oculi, in divinæ iræ et maledictionis statum incidere. Si eum Mathatia, vel Susanna eligenda sit, vel gratiæ Dei per peccatum, vel famæ ac vitæ jactura, sine peccato, imo infernus ipse, juxta Anselmi Chrysostomique sententiam : infamia, mors, infernus, præ peccato est eligendus. Nec dignus est amari a Deo, qui aliquid pluris aestimat, quam gratiam Dei. Si itaque Dei Mater maluisset illis corporis animique dotibus potius carere, quam exitialis illius labis nota inquinari, quis eredat, quod illé Deus, qui Adamum et Evam, qui angelos absque ullo inquinamento creavit, id negaverit Matri sue, quam hoc desideraturam sciebat, si illi electio offerretur ?

« Si dicas, illam dum conciperetur, nec dum fuisse Matrem Dei, quare Christum illi honorem illum non dedisse : parum perite id objicitur : alias nec sanctificatam in utero dices, nec natam sine macula, nec sine peccato conservatam. antequam Deum utero conciperet. »

Quarta ratio ducitur a festo Conceptionis B. Virginis, quia, ut S. Th. ait in part., quæst. 27, art. 1 : « In ipsa Nativitate fuit sancta, quia non celebrat Ecclesia festum, nisi pro aliquo sancto. » Et S. Bern. Ep. 174 : « Ortum Virginis indubitanter sanctum habeo. Nec fallitur Ecclesia, sanctum reputans Nativitatis ejus diem. Quomodo festus habeatur, qui minime sanctus est conceptus ? » Ita ille. « Cum ergo (subdit Petrus) nunc jam celebret Ecclesia festum Conceptionis B. Virginis, sancta est illa Conceptio ; si autem fuisse in peccato, esset maledicta, Job, cap. iii, non sancta. Certe lapidibus illum obrueremus, qui maledictum fuisse dicere auderet diem, quo beata Virgo, veluti purpurea salutis aurora, concepta est. Neque sanctificationis, sed Conceptionis diem statuit Ecclesia celebrandum.

« Verum enim vero, tametsi hæc non essent,

magnum tribunalium axioma est, quod, si de quopiam quæstio suboriatur; liberne sit, an servus; reus, an innocens? liber et innocens debeat censi, donec indubitatis indiciis et luce clarioribus demonstrari possit, illum servum esse, vel reum. » Vide Aristotelem Problem. 29, quæst. 15: « Reum liberare volumus potius nocentem, quam condemnare innocentem. Etsi iniquum etiam est, liberum asseruisse, qui servus est; longe tamen iniquius, servum sanxisse, qui liber est. Idcirco cum beatissimam Virginem illius noxæ ream esse, indubitatis et luce clarioribus ostendi non possit, imo illam defendere sine ullo errore liceat per Ecclesiam; id nos illi non negare tenemur. » Hac-tenus sapientissimus cardinalis; cuius et in fine concionis prædictæ ista est ad beatam Virginem apostrophe: « O benedicta Virgo! O principis sacerdotum virga florens! O scala sanctissima, per quam non angeli, verum Dei Filius descendit ad nos! O cœlestis aquæductus, canalis et fluvius benedictionum! O rosa, nullius peccati flammam afflata! O arca testamenti, in qua non lapis, virga, vel manna, verum cœlestis opulentiae thesaurs est! Te coram humi provolutus, non solum suscep-tos in verbi divini prædicatione labores per tuas manus porrigo Deo meo; verum etiam, primum quidem reo huic capiti, deinde huic tuo regno Hungariae universo, per te misericordiam imploro. Chara Domina nostra, monstra te esse Matrem, Matrem Christi. Filius tuus non minus te honorat, quam Salomon matrem suam, III Reg. II. Pete, Mater, pete a Filio tuo, ut sopitam in gente Hungarica erga te excitet pietatem, hæreses eradicet, blasphemos freno coereat, peccato menses illuminet, ut omnes, uno corde, Creatori fideliter serviamus. Amen. »

Civitatem Tirnaviensem in Hungaria insigni academia auxit, quam sub beatissimæ Virginis patrocinio constitutam esse voluit. Porro inscrip-tio sigilli, et insigniæ tesseriariorum illius aca-demiæ, seu universitatis, hæc est: « Patrona Hungariæ, Mater Universitatis Tirnaviensis. » Scutum ipsum occupat sedens Virgo Mater, Parvulum sinu complexa, qui laureatum librū tenet. Ad pedes vero Virginis sunt insignia regni Hungariae et tres pennæ Petri cardinalis Pazmany fundatoris.

Mortuus est Posonii, anno Domini 1637, nocte inter S. Josephi ac Joachimi dies media; ut qui spiritum se in regno Mariano, in civitate Mariana, id est, Mariæ jussu erecta, gloriabatur hausisse, eundem in medio Mariani sponsi Josephi et pa-rentis Joachimi complexu deponeret. Princeps, si quis alias, in Deiparae Virginis cultum propensus, ac de ejus honore in iis etiam, quæ de fidei con-troversiis multa exquisite edidit, operibus, præ-cellarissimis modis meritus.

§ XXII.—*De Petro Valerio.*

Petrus Valerius, Venetus, Augustini, Valerii,

cardinalis (cujus supra memini), nepos, episcopus Famagustanus, mox archiepiscopus Cretensis, ac tandem Patavinæ ecclesiæ antistes, quem Paulus V Pontifex Maximus, exigentibus virtutum meritis, ad purpuræ dignitatis fastigium extulit: inter alia pietatis suæ erga Deiparam Virginem speci-mina, Veronæ, in ecclesia cathedrali, in honorem ejusdem Deiparae Virginis, magnificum sacellum a fundamentis erexit, ac pro ejus perpetuo cultu novem capellianas instituit ac dotavit. In ecclesia etiam Sanctæ Mariæ Gratiarum, quæ in' insula prope Venetas celebris est, nobilem capellam, suis sumptibus excitavit, et sacerdotibus, qui eidem inservient, congruos redditus assignavit.

Idem, ære proprio, a fundamentis restituit sa-cellum beatæ Virginis nobilium de Zabarellis, quod in cathedrali urbis Patavinæ templo situm est. Caetera, quæ tanti principis erga augustissimam Dei Matrem cultum atque amorem tangunt, ad meæ hactenus lectionis notitiam non venerunt. Abiit ad bonorum operum præmia, anno Do-minii 1629, nonis Aprilis.

§ XXIII.—*De Philippo Bararo.*

Philippus Bararus, serenissimi et nunquam satis laudati principis Gulielmi Bavariæ ducis filius, vere miraculum naturæ, sive sapientiam species rerum tam divinarum, quam humanarum, sive humanita-tem, mansuetudinem, clementiam, qui Vaticanam purpuram, a Clemente VIII Pontifice Maximo ac-ceptam, magnis virtutibus decoravit: dum adhuc (ut ita dicam) lac sugeret, Marianam pietatem ex-suxit: Deiparam Virginem, erga quam non solum amore, sed ardore ferebatur, virgineo pudore et demissione animi præsertim coluit: nullo enim unquam impuræ Veneris vapore afflatus est, et ad mentis puritatem conservandam et augendam, octavo quoque die, piacularē confessionem ob-ibat, et Deiparae Virginis Filium Christum Ser-vatorem, perennem puritatis fontem, in Eucharistiæ augustissimo Sacramento suscipiebat: tenuiorum domos benevolentiae causa subibat, nosocomia lu-strabat, pauperibus ægrotisque nummos sua tra-debat manu, et eorum pedes abluebat: homines, vel infirmæ sortis, comi ac sereno vultu salutabat, compellabat, audiebat. Thaumaturgam divæ Virginis imaginein quæ Oetingæ in Germania colitur, unice diligebat, cui, ut semper, qua licet, adisset, sui effigiem corporis inter statuas principum, quæ sacelli per ambitum interiorem complures positiæ sunt, collocavit. Abstulit eum terris dies 18 Maii anno 1598, tanta salutis æternæ fiducia, ut medicis curandi spem dimittentibus, impavidus juxta ac latus dixerit: « Amici, in cœlo suavius vivemus. » Ästatis, quando decessit, agebat annum 22, di-gnusque erat, ut in republica vitam inciperet, cum finivit.

§ XXIV.—*De Philippo Boncompagno.*

Philippus Boncompagnus, Bononiensis, Gregorii

XIIII Pontificis Maximi (a quo cardinalis creatus) ex fratre Boncompagno senatore nepos; qui in Christianæ reipublicæ muneribus regendis singularem ingenii et pietatis laudem obtinuit: inter alia devotissimi sui erga Deiparam Virginem obsequii monumenta, basilicæ Sanctæ Mariæ Majoris (cujus fuit archipresbyter) prædium Salonicæ donavit; eidemque candelabra et crucees argenteas, variaque altarium integumenta dicavit; ad extremum, ante Virginis effigiem corpori tumulum elegit. Cætera Deiparae affectum spectantia rescire nondum contigit. Obiit anno salutis 1586, ætatis 38, septimo Idus Junii; cui canonici Sanctæ Mariæ Majoris, ad grati animi significationem, et posteritatis memoriam, hoc in suo sacrario monumentum extare voluerunt:

*Philippus Boncompagnus,
S. Sixti cardinalis,
Salonicæ prædium canoniciis donavit,
Candelabra, argenteas cruces,
Variaque altarium integumenta
Basilicæ dicavit.
Ad extremum ante Virginis effigiem
Corpori tumulum elegit.*

§ XXV.—*De Philippo a Ferraria.*

Philippus a Ferraria, Sieulus, ob singularem eruditionem, morumque integritatem stimulans, episcopus primo Pacensis, deinde vero (ut quidam, referente Trithemio, volunt) S. R. E. eminentissimus cardinalis: beatissimæ Virginis cultor atque amator eximius, inter alia obsequiorum genera, quibus sibi ejusdem beatissimæ Virginis gratiam devincere studuit, edidit Sermones in præcipuis ipsius Deiparae solemnitatibus. Nec alia ad meæ cognitionis notitiam hactenus venerunt. Claruit anno orbis redempti 1594.

§ XXVI.—*De Philippo Vastavillano.*

Philippus Vastavillanus, Bononiensis, Gregorii XIIII Pontificis Maximi sororis filius, ab eodem Gregorio, purpuræ honore et titulo Sanctæ Mariæ Novæ, ac deinde S. Mariæ in Cosmedin, inter diaconos cardinales coherestatus; inter alia pietatis suæ erga magnam Dei Matrem indicia, Lauretanæ domus patrocinio suscepto, per Vitalem Leonorium, quem Laureti præsidem constituit, sedula agrorum cultura, Lauretanæ domus vectigalia auctiora fecit, ac benignitate in pauperes peregrinos nihil remissa, in procerum hospitium laetum ac liberale curam ostendit. Itaque novum egregiunque conclave, quod nuper in pontificis Lanrentianis ædibus exstructum erat, magnifice ac hoc ipsum ornatum voluit. Ibi principes viri excipiebantur, et quæcumque ad hospitalitatis munus pertinebant, summa cum cura perficiebantur. Ita omnes læti domum redibant, liberaliter se Laureti habitos cultosque memorantes. Et ea res, fruictuosa etiam Lauretanæ domui, non solum decora beatæ Mariæ exstitit.

Viam universæ carnis ingressus est Vastavilla-

nus anno salutis 1587, ætatis 47, xvi Kalend. Septembbris.

§ XXVII.—*De Pompeio Aragonio.*

Pompeius Aragonius, Romanus, quem pietatis, prudentiae, justitiae, aliarnque virtutum nominibus clarissimum, Clemens V Pontifex Maximus in amplissimum purpuratorum Patrum collegium cooptavit; inter alia pietatis suæ erga sanctissimam Dei Genitricem pignora, edidit vivæ vocis oraculum, a Paulo V Pontifice Maximo acceptum, concedens Fratribus Minoribus, ut singulis Sabbatis, Officium Immaculatæ Conceptionis B. Virginis, quod incipit: *Sicut lilium*, recitare valeant; est autem hujusmodi:

« Pompeius miseratione divina tituli S. Balbinæ S. R. E. presbyter cardinalis, Aragonius nuncupatus, totius Ordinis S. Francisci protector, corrector et gubernator.

« Universis et singulis præsentes litteras inspeceturis, lecturis pariter et audituris, fidem facimus et attestamur, qualiter die 19 mensis Januarii anno ab orbe redempto 1609, sanctissimus Dominus et in Christo Pater D. Noster Paulus divina Providentia Papa V, suæ vivæ vocis oraculo nobis facto, ad instantiam et supplicationem Adm. R. P. F. Ludovici a S. Joanne evangelista, ejusdem Ordinis, in Romana curia commissarii generalis ultramontanæ familie, propter eximiam devotionem quam totus ordo habet in Deiparae Virginis Immaculatam Conceptionem, concessit, quod omnes Fratres totius Ordinis supradicti, omnibus diebus Sabbati, festo novem lectionum non impeditis, possint recitare Officium Immaculatae Conceptionis, quod incipit: *Sicut lilium*, etc., sub ritu semiduplicis. In quorum omnium et singulorum fidem ac testimonium præmissorum præsentes manu nostra subscriptas, per secretarium nostrum subscríbi, ac sigillo, quo utimur in similibus, iussimus communiri. Datum Romæ in palatio nostro solitæ residentie, sub anno parte salutis 1609, die 21 Januarii, pontificatus ejusdem sanctissimi Domini nostri anno quarto. POMPEIUS, cardinalis Aragonius protector. » Exstat autem hoc vivæ vocis oraculum, subscriptum a Francisco Ferentillo secretario, in principio fere omnium Breviariorum Ordinis Minorum, et Antuerpiæ anno 1656, Madriti anno 1611, et Roaræ ex typographia reverendæ Cameræ apostolicæ excusum est. Terram deseruit, cœlum petiturus Aragonius, anno salutis 1616, ætatis 64, die 4 Aprilis, fuitque titularis S. Mariæ in Aquiro.

§ XXVIII.—*De Pompeio Columna.*

Pompeius Columna, Romanus, S. R. E. cardinalis a Leone X Pontifice Maximo creatus, quo auctore Clemens Papa VII, obsidione liberatus, restituta Romæ pax, et hostilis exercitus mœnibus egressus fuit: inter alia pietatis suæ erga Deiparam documenta, dum esset archiepiscopus Montis Regalis, templum cathedralē beatæ Virginis Mariæ,

a Gulielmo II. Siciliæ rege, erectum, in multis decoravit ac illustravit. Cætera ad meæ cognitionis notitiam hactenus non venerunt. Mortalitatem ex-

plevit Neapoli anno salutis 1532, iv Kalend Augusti. Sepultus in Ecclesia monachorum beatæ Virginis Montis Oliveti.

CAPUT XV.

De Raphaele Riario, Raymundo Nonnato, Raymundo Perauldo, Raynero Capoccio, Reginaldo Polo, Riccardo Petrono, Roberto Bellarmino, Roberto Nobilio, Rodulpho Chevrières, et Rodulpho Pio, S. R. E. cardinalibus.

§ I. — *De Raphaele Riario.*

Raphael Riarius, Savouensis, Ligur, a Sixto IV Pontifice Maxino, amplissimo purpuraterum Patrum ordini ascriptus, ab eoque honoribus et fortunis honestatus : inter alia pietatis tributa beatissimæ Virginis soluta, dum esset summi Pontificis camerarius, miraculosam Conceptæ Virginis iconem, quæ nunc colitur in templo sanctorum Laurentii et Damasi, in venerabili ecclesia Sancti Salvatoris ad Fornicem, prope plateam Campi Floræ in urbe olim asservatam ; cum hæc ecclesia jam esset profanata ac destructa, inde in prædictum templum sanctorum Laurentii et Damasi, a se, una cum adjunctis ædibus, magnis impensis, magnifice a fundamentis ædificatum, religiosissime transtulit ; et ibidem sacellum ornatissimum sub Conceptionis beatæ Virginis titulo erexit ; ut in eo jam dicta Conceptæ Virginis imago, omni studio pietatis et religionis, honorifice custodiretur, coleretur et susciperetur. Cætera obsequiorum genera, quæ tantus princeps, Deiparae Virgini impensa voluntate persolvit, ad meæ hactenus cognitionis notitiam non venerunt. Debitum naturæ solvit Riarius, anno salutis 1521, natus anno 1461.

§ II. — *De S. Raymundo Nonnato.*

Sanctus Raymundus Nonnatus (ideo Nonnatus dictus, quod caeso defunctæ matris utero proditi), natione Hispanus, patria Portelensis, diœcesis Urgellensis in Catalonia, ordinis B. Mariæ de Mercede Redemptionis captivorum, ipsius in Romana curia procurator generalis, totiusque Hispaniæ clarissimum sidus ; diaconus quidem cardinalis tit. S. Enstachii, a Gregorio IX creatus, sanctorum vero catalogo ob egregiam vitæ sanctitatem, et miraculorum multitudinem, ab apostolica Sede ab immemorabili ascriptus ; denique, hoc nostro ævo, ab Urbano VIII, extensione Officii, pro universa sua religione, donatus : ab ipsis fere incunabulis, augustissimæ cælorum Reginæ cultui, atque obsequiis addictissimus fuit. Cum annos, quibus bonum malumque discernitur, attigisset, atque a suo parente (ut a studio literarum, quibus puer erat propensissimus, arcereatur) : in villam relegatus, oviculas alias ex propriis gregibus (licet Cardonæ comitibus sanguine juntes) pascere adactus esset, divina Providentia factum est, ut in agro in quo Raymundus suum pusillum pascebat gregem, parva ecclesia, seu eremitorium S. Nicolao Myrensi episcopo dicatum foret, in eoque per pulchra Deiparae Virginis Do-

minæ nostræ imago, quam ipse genusflexus, intimo cordis affectu, summoque devotionis studio sæpius (ne dicam assidue) demississimo cultu venerabatur. Ante hanc imaginem, dum puer Raymundus eorū suum aliquando effunderet, post suavisimum cum ea colloquium, hæc a Domina sua audire meruit : « Ne timeas, Raymunde, ex nunc enim te in meum recipio filium ; quocirca ore pleno me poteris appellare Matrem, de meisque in posterum patrocinio et protectione confisis, securus esse. » Exinde, licet augustissimæ cælorum Reginæ servus esset humillimus, ac ejus sese mancipium insimum (ut omnes sane sunnus) candide consideret, quotiescumque tamen imaginem Deiparae Virginis conspiciebat, se ipsum haud contineare poterat, quin illam elata voce Matrem suam amantissime appellaret, asserens disertis verbis, nec aliam sibi matrem aliquando fuisse, nec fore, ut esset cordis sui Domina et Tutelaris, nisi ea, cui in filium, ipsa misericorditer annuente, se totum devoverat, et a qua anima et gressus sui in Dei mandatis jugiter dirigebantur. De beatissimæ Virginis puritate atque præstantia, data quæsitaque occasione, suavissimos cum aliis sermones permiscebatur : atque ob ipsius præsertim amorem ejusdem filios, religiosos ordinis S. Mariæ de Mercede Redemptionis captivorum (quem ex ipsius beatissimæ Virginis Mariæ revelatione, nuper Barchinonæ fundatum, jam probe noverat), tenerrimo prorsus affectu prosequebatur.

Cum sub id tempus, per Italiam totam, Hispaniasque, sanctissimi Mariani Rosarii, a D. Dominico Prædicatorum patriarcha, ad inventus recitandi modus, late fuisse propagatus ; nihil Raymundo greges suos pascenti, atque ante Deiparae imaginem, in ædicula S. Nicolai oranti, dulcius ac suavius erat, quam hæc devotione uti, et Salutationes angelicas Matri suæ amantissimæ multiplicare. Cum quondam Tartaro hosti, sub falsa pastoris forma varios sibi errores paranti, respondisset, se non aliam posse apprehendere doctrinam, nisi eam, quam imago sanctissimæ Virginis Mariæ, illuc in æde D. Nicolai sita, illum docebat : vix talia protulit, cum sacrosanctum Mariæ nomen dignatus dæmon, fragore præcipiti, fumum evaporans stygium, sese dedit in Tartara ; quapropter, cognita hostis fraude, Raymundus, nihil cunctatus, ad consuetum sibi asylum, divæ scilicet suæ imaginem, se proripiuit dulcique affectu laudes gratesque Virginis liberatrici dixit. Cumque iterum, sui omnia jura,

corde libentissimo, Deiparæ Virgini resignasset, visa sibi illa est, hilari vultu, sui servitutem manipulatimque acceptare. Dissolvebatur hic in lacrymas, cœlesti dulcedine redundantes, mirisque consolationibus, ac spiritualibus deliciis, a consolationum ac spiritualium deliciarum Matre, cordis ejus intima replebantur. Aucta autem Raymundi pietas in Virginem est, quando cognovit, toties cœlestem angelum, sub pulcherrimi juvenis forma, vices suas in gregum custodia implere, ac super oves suas, ex cœli Reginæ præcepto, invigilare, quoties ipse ad jam dictam S. Nicolai ædicularum se conferebat, ut ante sanctissimæ Dei Genitricis Dominae suæ imaginem, cor suum, ac plenissimos amoris sensus aperiret. Cum a Deipara Virgine Maria, quæ sibi apparuerat, intellexisset, se rem gratissimam eidem Deiparæ facturum, si in ipsius honorem, virginitatem suam Deo sacrasset; continuo in ipsius Deiparæ præsentia, virginitatis votum emisit, et quod Deo voverat, (ut instantissime petierat, et ardentissime optabat) se usque ad mortem perfectissime impleturum a Dominâ sua certitudinem accepit. S. Nicolaum Myrensem episcopum (cujus ædicularæ incola erat fere assiduus) saepè sæpius summo affectu deprecebat, ut suus intercessor esse dignaretur apud Reginam, et Dominam illam, a qua tantis gratiis favoribusque quotidie indesinenter cumulabatur. Familiari B. Virginis colloquio jussus, pascuis saltibusque relictis, Barcinonem proficisci, quoque Ordini de Mercede Redemptionis captivorum nomina dare: lète obsecuturum se respondit, ni de patris sui displicentia formidaret. Verum patris licentia per virum principem (Cardonæ, scilicet, comitem) qui eadem loca venationis causa frequentabat, B. Virginis admonitu obtenta, Barcinonem, ut jussus fuerat, concedens, post navatam illic studiis operam, per manus S. Petri Nolasci fundatoris candidum ejusdem B. Virginis habitum, summa cum animi sui jucunditate, suscepit. Conscriptus in sacerdium Marianorum clientum numerum, relatu incredibile est, quam grato animo beneficium, a D. Virgine acceptum, prosequeretur. Saepè totam sui meliorem portionem, cor videlicet, augustissimæ cœlorum Reginæ in holocaustum lètanter offerebat: atque in tantæ Dominæ cultu, obsequisque, alacriori ac ferventiori studio seipsum exercere enitebatur; præcipuo autem sensu pro viro illo principe orationes fundere consuevit, quo auctore, placato patre, omnibus, quæ sunt mundi renuntiaverat.

In Africam, redimendis captivis, ex sui Ordinis instituto proiectus, Christianæ religionis causa, Virgine Domina sua in adjutorium appellata non solum ob illata sibi verbera pœnam non sensit, sed potius laetissima dulcedine perfusus est. Ejusdem B. Virginis favore, cum labia ipsius repagulo ferreo fuissent occlusa, ne verbum Dei disseminaret, expeditius tamen loqui auditus est. Jam in S.

R. E. cardinalium ordinem ascriptus, cum die quodam imbris madido, hiemisque tempore, in Barcinonensis urbis via, pauperem, atate et canitie venerandum, sine capiti tegumento, pluviae frigorige expositum deprehendisset; compassionem motus, statim pileum sibi detractum, cano senis capiti, libenti animo, summaque voluntate impo-
suit; quod quam gratum Deiparæ Virgini acciderit, ex hoc potest haud difficulter agnosciri, quod Raymundus domum rediens, atque orationi, juxta morem, enixe incumbens, in extasin raptus, vidit, se ad pulcherrimum deduci viridarium, in coquè conspexit speciosissimam Reginam (quæ sine dubio Virgo fuit Deipara) cum frequenti virginum comitatu varios flores colligere, ex iis pulcherrimam coronam pertexere, ac tandem in prænium pilei, quem paulo ante seni pauperi de-
derat, supra sui capitum verticem collocare. Hanc autem florum coronam, a Deipara Virgine oblatam, cum sibi in cœlo reservari petisset Raymundus, atque interim, dum in hac vita degeret, coronam spinarum, quæ dolorum tolerantia contexta est, si concedi instanter postulasset, immisso capitum dolore, qui ab eo tempore ad obitum usque perdura-
vit, continuo voti compos effectus est.

E stadio bujus mortalitatis, vix quadragenarius, excessit, angelicis manibus sacra synaxi refectus, circa annum reparatæ salutis 1240. Cujus corpus, cum suum esse vellent Cardonæ comites (in quorum domo obierat), suum vero Barchinonense cœnobium ordinis S. Mariæ de Mercede (ubi religiosum habitum induerat), litem exortam B. Virgo diremit, dum illud ad ædicularam S. Nicolai (in qua Raymundus, adhuc puer, pietatis suæ lac suixerat, atque a sua imagine tot ibi gratias favoresque accepérat) per mulam, oculis captam, fecit mirabiliter deportari. Voluit enim suavissima Dei Mater, ac benignissima mundi Domina, servum suum Raymundum, præcipuo religionis cultu, eo in loco honorari, in quo ille a pueritia, tenerissimo semper summoque filiali affectu, seipsam studuerat honorare. Ab eo namque tempore, prædicta ædi-
cula S. Nicolai, in celeberrimum conversa est templum, ipsius S. Raymundi Nonnati nomini de-
dicatum; quod ad hodiernum usque diem (præ-
sertim vero ultima Dominica Augusti, qua ejusdem S. Raymundi festum, tota Catalonia, quotannis, solemnissime colitur) permagno ac inereditibili populorum concursu, ob crebra, quæ ibi exhibentur, miraculorum beneficia, frequentatur.

§ III. — *De Raymundo Perauldo.*

Raymundus Perauldus, Gallus, Surgeris in Xantonibus natus, ex episcopo Gurensi, et nuntio apostolico per totam Germaniam, S. R. E. cardinalis ab Alexandro VI Pontifice Maximo creatus, vir egregie pius et doctus, adeoque opulentæ contemptor, ut elargiendo, nihil sibi retinuerit; inter alia affectus sui erga Deiparam Virginem docu-
menta, anno salutis 1502, dum in Germania esset

Sedis apostolice legatus, edidit de confraternitate Rosarii ejusdem Deiparæ Virginis Bullam unam, quæ Magdeburgi, sœculo superiori, custodiebatur; ut resert Joannes Andreas Coppensteinius, lib. iii, de eadem Fraternitate, cap. 6 et 8. Morti succubuit, anno orbis redempti 1550, atatis 70, Nonis Septembris. Fuit titularis ecclesiarum S. Mariæ in Cosmedin et S. Mariæ Novæ.

§ IV. — *De Raynero Capoccio.*

Raynerius Capoccii, Viterbiensis, ex monacho Cisterciensi S. R. E. cardinalis, tituli Sanctæ Mariæ in Cosmedin, ab Innocentio III Pontifice Maximo creatus, vir per omnia eximius, et qui cum purpura, vita sanctitudinem, et præsertim obsequentissimum erga Mariam Deiparam Virginem amoris affectum assidue conjunxit: dum Viterbii nocte aliquando oraret, cœlitus illi somnus immensus est, moxque astitit matrona quedam longe de cora, flammantem cereum manu præferens: ea, apprehensa Capoccii dextera, visa illum in proximum nemus ducere, suoque illo cereo arbusta magno ambitu exurere. Evigilans Capoccius, visum memoria repetit, stupetque, quid istud sibi vellet ignarus: anachoretam adit, nomine et vitæ candore Album, a quo non semel, de rebus obscuris divina responsa expetierat et acceperat. Albus, nocte eadem, illo ipso loco, Mariam Deiparam aspicerat, splendido, regioque solio sedentem, suadentemque, qui tum quoque adesse videbatur. Capoccio, uti eo loci templum ejus nomini exstrueret. Quocirea Capoccio ex Albo mysterium, ejusque interpretationem petenti, facilis, ac prompta fuit Albi responsio: Virginem sanctissimam omnino cupere, uti templum ibi excitet, suæ tuteleari sacrum. Lætns hoc oraculo Capoccius, e monte Sancti Martini, in quo Albi domicilium Viterbio proximum, propere locum sibi cœlitus ostensem petit, nocturnique incendi vestigia, et situm, sacris ignibus, virginea manu, futuræ ædi designatum, conspicit. Extemplo manum operi admoveat, Romaque deducto sancto Dominico, Prædicatorii ordinis antesignano, cui erat maxima familiaritate conjunctus, templum, cœnobiumque ultra offert.

Præter hanc ecclesiam, construxit Capoccio ecclesiam Sanctæ Mariæ de Paradiso, ut ex catalogo Viterbiensium episcoporum manucripto habetur; et alia etiam præclara Marianæ pietatis specimina edidit, quæ me fugiunt.

Decessit anno 1212, vi Kal. Junii, sepultusque est Viterbii in ecclesia S. Mariæ, quæ dicitur ad Gradus, a se fundata, ante majus altare: de coquæ in propinquiori sacello, hoc epitaphium, penicillo expressum legitur:

*Raniero Capoccio Viterbiensi,
Tit. S. Mariae in Cosmedin
Diacono Cardinali.*

*Ædis hujus, cœlitus demonstratæ,
Religioso fundatori,*

*Familiæque Prædicatorum piissimo largitor
Frates, ad beneficij memoriam sempiternam,
Amplissime benemerito, ante digniorem
Aram condito nuncuparunt.*

§ V. — *De Reginaldo Polo.*

Reginaldus Polus, Anglus, regio sanguine ortus, a Paulo III Pontifice Maximo Romana purpura donatus, vir, in quo par fuit nobilitati virtus, et utriusque haud impar rerum divinarum cognitio, summaque pietas, quæ cum admirabili continencia certavit: erga sacerdissimam Dei Matrem Virginem Mariam præcipua quadam et pia devotione affectus, anno 1546, die 17 Junii, dum in Tridentina œcumonica synodo esset Sedis apostolice legatus, declaravit non esse suæ intentionis comprehendere in decreto de peccato originali beatam et immaculatam Virginem Mariam Dei Genitricem: sed observandas esse Constitutiones felices recordationis Sixti Papæ IV sub penis in ejus Constitutionibus contentis. Qua declaratione quantum Dei Genitricis purissima Conceptio favorem acceperit, domestico hoc exemplo ostendit Lezana in *Apologetico pro Conceptione*, cap. 13: « Si rex (inquit) aut princeps publico legis edicto statueret, omnes sibi subditos, cujuscunque honoris et honestatis sint, alicui oneri, vectigali, tributo, impositione astricatos esse: cum hoc tamen expresse declararet non esse suæ intentionis reginam sibi despontatam sub hoc edicto comprehendere; quis tam improbus exactor exsisteret, ut a regina regia sponsa tale vectigal exigeret? Aut quis non putaret regiam voluntatem esse, ut regina omnipotens libera, immunisque a tali solvendo tributo permaneret? Iloc igitur pari in præsenti accidit eventu. Spiritus namque sanctus, qui per Patres Tridentinæ synodi loquitur, omnes homines sub originalis iingo mansisse declarat: sub hoc tamen decreto Dei Genitricem, consociam et sponsam sibi comprehendendi penitus prohibet. Qualiter ergo licebit, alieui, aut tali reginæ tale crimen impingere, aut eam non omnino liberam et immunem putare? » Sic Lezana. Cujus ibidem, et ista sunt verba: « Licit clare concilium Tridentinum non definiat, Dei Matrem sub generalibus Scripturæ locutionibus, in quibus omnes homines sub peccati originalis vinculo constrictos esse dicitur, non includi nobis tamen facultatem ad id affirmandum tribuit. Si namque existimaret sub illis generalibus regulis comprehendendi: quo jure posset, non modo eam excipere, sed nec asserere non esse suæ intentionis comprehendere beatam Virginem Mariam? Si autem in sacris Litteris non continetur oppositum nostræ assertioni, quis eam audebit negare? Aut qua facie talem ac tantam dignitatem, tam eximie Dei Matrem decorantem diffiteri audebit? » Haec tenus ille. Sed quam faverit sanctissimæ Deiparæ Virginis Conceptioni concilium Tridentinum, cui Reginaldus noster, tanquam Sedis apostolice legatus, præfuit, optime inter alios demonstrat

Waddingus in legatione, sect. 2, tract. 8, quem consuluisse non pœnitibit. Obiit Reginaldus, magnus in Tridentina synodo Mariana excellens advocate, anno salutis 1558, xvi Kal. Decembris.

§ VI. — *De Riccardo Petrono.*

Riccardus Petronus, Senensis, nobili genere ortus, qui cum suo tempore in jurisprudentia difficultatibus, tanquam oraculum publicum adiretur, et doctrinæ eximiae opinione, maximam, tota Itatia, existimationem acquisivisset, a Bonifacio VIII Pontifice Maximo, in amplissimum S. R. E. cardinalium ordinem relatus est : pro amore illo, quo in Deiparam Virginem ardebat, inter multa ædificia, quibus civitatem Virginis, et patriam suam Senam, magnifice ornavit, monasterium Carthusianorum, in ejusdem Deiparæ Virginiis in cœlum assumptæ honorem, a fundamentis erexit, sui erga augustissimam cœli Reginam religiosi affectus monumentum. Stamen mortalitatis abrupit, anno salutis 1513, iv Kal. Martii, ejusque corpus Senis in templo maximo Mariano, marmoreo monumento sepultum est.

§ VII. — *De Roberto Bellarmino.*

Robertus Bellarminus, Soc. Jesu, a Clemente VIII Pont. Max. ad cardinalitiam purpuram suscipiendam adactus; vir virtutum meritis toti orbi Christiano conspicuus, siveque catholicæ athleta robustissimus : a pueritia ipsa quotidie Horarias beatissimæ Virginis preces veuerabundus legebat : ejusdemque implorabat nomen, per illustres titulos, quos Litanias vocant. Idem demittebat per filum adductos precarios globulos, qui numerant Virginis, aut singuli, vitæ annos ; aut deni, virtutum Rosas. Suasor erat sociis, vana ut sua mutant gaudia, itarentque ad templum aliquod, vel iconem Virginis Deiparæ frequentatione populi venerabilem, et in hanc sententiam sèpissime impulit socios. Nihil illi tam gratum, quam invitari ad cœtus sodalium, qui devoutent se Virgini Dei Genitrici. Sed quo affectu esset erga sanctissimam Deiparam, succendentibus annis patuit, quando, tum voce in pulpitibus, tum calamo in scribendo, zelantissimum se præbuit ipsius cultus honorisque propagatorem ac propugnatorem. Populos ad imitationem virtutum beatæ Virginis suis sermonibus invitabat atque ad patrocinium ejusdem implorandum effeciter impellebat. « Si Regiuam nostram (inquietabat) in diademate, quo in Assumptione a Domino coronata est, intueri desideramus, beatæ Mariæ vestigiis insistamus, eamque, quantum infirmitas nostra patitur, imitemur. Beatae Mariæ pedibus provolvamur, ejusque patrocinium imploramus, ejus preces flagitemus, eam advocatam apud Deum habere toto animo cupiamus. » Sic ille. Magnas nobis utilitates a Deiparæ proposito exemplo provenire asserebat : hanc vero inter alias, ut, cum in varias tentationes inciderimus,

non conqueramur. « Numquid enim (dicebat ille) non præclare nobiscum agitur, si similes Mariæ esseceimus ? Mater sine peccato existens, nihil in hac vita, nisi tribulationes invenit ; et tu terræ vermiculus, in peccatis natus, in peccatis vivis, et tamen indignaris, si non omnia pro voto succedunt ? Discamus ergo, discamus, exemplo Mariæ, quod Christianorum est proprium, bona agere et mala pati. » Sic ille. Neminem prorsus esse affirmabat, qui aliquo nomine ad Mariæ thronum adiutum non habeat : nam si virgo erat, invocare poterat virginum Virginem : si matrimonio copulatus, invocare poterat Matrem et Sponsam Dei : si dives ac nobilis, invocare poterat cœli Regiuam : si miser atque afflictus, invocare poterat amaritudinis mare : si peccator, invocare poterat Matrem misericordiae : denique si justus, invocare Matrem Solis justitiae. Ut nihil erat, quod enim cum Bernardo magis delectaret, ita nihil erat, quod eum terrorret magis quam laudes et gloriam beatæ Virginis prædicare. De qua apud populum dicturus, ipsam beatam Virginem appellabat, ejusque opem implorabat, ut sibi vocem et verba et vires suppeditaret, ut talia per eam diceret de ea, quæ Deo et ipsi honorem et gloriam, ei auditoribus utilitatein aliquam, ac emolumentum afferrent. Spem suam Mariam nunenupabat, et post Dominum, in ipsius potissimum intercessione considerabat. Elogium illud, quo beata Virgo ab Ecclesia, in Antiphona *Salve Regina*, *Dulcedo* appellatur, optimo jure in ipsam beatam Virginem, contra haereticos id inscientes, quadrare asseverabat ; ob innumerabilia beneficia, quibus illa semper consolata est, et quotidie consolatnr afflictos : cum non sit angulus orbis terræ, in quo non luceat memoria aliqua beneficiorum ejus.

Inter alia, quæ in laudem B. Virginis, litterarum monumentis consignavit, in Bibliotheca Mariana recensita, scripsit atque edidit super *Missus est angelus Gabriel* Conciones 5, quibus plurima, pulcherrimaque ejusdem B. Virginis encomia complexus est. Mariam ibi appellat Abigail prudentissimam, et pulcherrimam, quæ Davidis, id est, Dei iram justissima indignatione succensam contra stultum Nabal, id est, hominem peccatorem, suis precibus et intercessione mitigavit : Annam felicissimam, quæ post multas lacrymas, multaque jejunia, tandem a Deo Filium, multo Samuele majorem et meliorem obtinuit, eumque statim ab infantia, in templum allatum, Domino consecravit : Judith fortissimam et castissimam, quæ non caput Holofernis amputavit, sed caput draconis concenleavit et contrivit : Advocatam peccatorum, quæ a peccatoribus justissimam Dei iram precibus suis et intercessione avertit : Plantam peregrinam, quæ fructum protulit nuptiarum, et florem virginitatis non amisit : Membrum Ecclesiæ præstantissimum, pulcherrimum et glorioissimum : Vellus candidissimum et tenuissimum, merito suæ pietatis et in-

nocentie, cui tota se infudit Divinitatis plenitudo : Vas amplissimum et capacissimum, omni vanitate vacuum, et gratia usque ad summum repletum : Lumen et Decus orbis terrae : Domicilium virtutum : Florem humani generis : Aciem sanctitatis : Angelum terrestrem, vitae puritate : Comitem individuam Filii sui : Evam novam : ut plura alia laudum praeconia, quibus ipse excellenti ingenio, summaque animi contentione, et singulari ac prope incredibili devotione, Deiparam attollit et praedicit, brevitati consulens, omittam.

Excellentiae, honorisque Deipare Virginis, aduersus haereticorum blasphemias, acerrimus exstitit defensor : sibique ad easdem blasphemias profligandas, vocem, et latera, et impetum, et ardorem Spiritus ministrari vehementer cupiebat. Unde Lutherum, luteum plane hominem, qui nihil, nisi in luto, et coeno voluntari, desiderabat : quia hic in sermone quem habuit aliquando in Natali die B. Virginis Matris Dei, in istam vocem blasphemio atque impuro ore proruperat : Omnes Christiani aequae magni sumus, sicut Mater Dei, et aequae sancti sicut ipsa, zelo Dei plenus, his dictis perstrinxit : « O lingnam praecidendam ! o blasphemiam inanditam ! Dignare me, laudare te, Virgo sacra, da mihi virtutem contra hostes tuos. Tunc Deiparae Virgini aequalis es, qui castitatem vovisti, et monachus monialem, hoc est, sacrilegus sacrilegam uxorem duxisti ? qui paupertatem voluntariam professus es, et templo atque altaria spoliasti ? qui obedientiae jugo collum subjecisti, et jugum postmodum excussisti, et sacra vincla disrupti, et majoribus tuis, et sanctis pontificibus, et Ecclesiae Matri, et Deo parenti obtemperare recusasti ? Tu, qui gloriam Deo, sanctis venerationem, templis ornatum, vim sacramentis, cultum debitum imaginibus sacris, canoniciis Libris auctoritatem, majoribus obedientiam, et multis millibus miserationum, et per te deceptorum hominum, vitam et salutem eternam eripiusti ? et quomodo tam excors, tam stultus es, ut tam aperte tecum ipse pugnes, ut cui te parem esse dicis, ejus diem festum celebres, et de laudibus ejus ad populum verba facias ? » Hac et plura alia contra Lutheri blasphemias, castissimae Virginis amator Bellarminus. Qui et pro Mariæ virginitate in partu et post partum, contra Bezam, et pro ejusdem divina maternitate contra Nestorium, et pro ejusdem Antiphona *Salve Regina*, contra Petrum pseudomartyrem, validissime et glorioissime decertavit.

Et quoniam ejus tempore non defuerunt, ex haereticis, qui Ecclesiam universam, et ipsum concilium Tridentinum accusarent, quod opinionem de immaculatae Virginis Conceptione (quam ipsi manifestum errorem esse credebant) non solum tolerare, sed etiam ut piam et probabilem recipere videretur ; neque defuerunt etiam, qui impudenter affirmarent, ab Ecclesia Romana defendi Conceptionem immaculatae Virginis Mariæ, tanquam

articulum fidei : Bellarminus pro Domina sua calamum arripiens, tria breviter, contra illos, evidentissime demonstravit. Primo non haberit adhuc apud catholicos pro re certa et explorata, ac fide catholica tenenda, B. Virginem sine peccato fuisse conceptam. Secundo, hanc ipsam opinionem non esse ullo modo haereticam, vel erroneam judicandam. Tertio, non esse etiam temerariam, sed piam admodum ac probabilem ; atque adeo contraria sententia longe probabiliorem. Et primum quidem satis aperte ostendit ex Pontificiis Sixti IV et Pii V Constitutionibus, et concilii Tridentini Decreto : quibus disertis verbis pronuntiatur, nondum esse questionem istam de Conceptione B. Virginis ab Ecclesia Romana et apostolica Sede definitam. Secundum perspicuum fecit, tum ex iisdem Constitutionibus et decreto, quibus excommunicationis pena statuitur in eos qui hanc haereticam vel erroneam damnare audent : tum etiam docendo, Virginem Deiparam ab originali peccato fuisse immunem, non repugnare expresso Dei verbo, neque Ecclesiae declarationi ; nullumque esse Scripturæ vel conciliorum locum, ubi disertis verbis legatur, B. V. Mariam in originali peccato fuisse conceptam. Tertium denique luculentiter evicit, afferendo probabiles, congruentesque rationes : primum ex Scripturis, deinde ex Patribus ; tum ex consensu Ecclesiae, postremo ex ratione, quibus non temere, sed pie et recte existimat, B. Virginem Mariam, singulari Dei privilegio, ab omni peccato fuisse immunem. Hec autem contra haereticos late, atque evidenter demonstrata, videre potest, qui cupit, in lib. iv *De Amissione Gratiae et Statu peccati*, a cap. 15 et deinceps.

Porro requisitus Bellarminus a Paulo V Pontifice Maximo, ut inter alia, sunum circa hoc sensum aperire vellet, videlicet, an esset definibilis questione de Conceptione B. Virginis ? post navatam lectioni atque orationi operam, dixit : Sententiam suam esse, posse definiri Conceptionem B. Virginis sine peccato originali, esse accipientiam ab omnibus fidelibus, ut piam et sanctam : ita ut nulli deinceps licet contrarium sentire, vel dicere, sine temeritate et scandalo et suspicione haeresis. Probabat hoc Bellarminus, ratione ducta a Scriptura et Patribus generatim ; nam Scripturæ loca, per se sumpta, non extant clara, et Patres inveniuntur variis. Sic igitur formabat rationem : « Scriptura clare testatur, B. Virginem esse veram Dei Matrem, Luca II : Ecce concipes et paries, etc. Patres multi dicunt beatissimam Virginem, quia Mater Dei est, convenire dignitatem et eminentiam sanctitatis et gratiae super omnem puram creaturam. Chrysostomus in Liturgia, et Theodoreetus in Cantica, dicunt, B. Virginem esse priorem et honoratiorem, quam Cherubini et Seraphini. S. Gregorius Papa in primum capitulum libri Regnum dicit, B. Virginem esse montem in vertice montium, quia

merita sua erexit super omnes sanctos, et super omnes angelos. S. Anselmus, in libro *De Concep-
tu virginali*, cap. 18 : Decuit, inquit, Virginem ea puritate nitere, qua major sub Deo nequit intelligi. S. Augustinus in libro *De Natura et gratia* cap. 36, dicit, Cum de peccatis agitur, se nolle de B. Virgine ullam habere quæstionem. Denique nullus negat, B. Virginis nullum privilegium negandum, modo sit possibile puræ creaturæ, et non sit contra privilegia Christi. Certum est autem, possibile esse puræ creaturæ habere gratiam in ipso primo instanti creationis; id enim contigit angelis, in quibus Deus fuit simul condens natu-ram, et largiens gratiam, ut dixit S. Augustinus lib. xii *De Civitate Dei*, cap. 1. Et idem dicitur communiter scholastici de Adam et Eva. Præterea, possibile est puræ creaturæ, carere omni peccato : tales sunt omnes angeli boni : ergo debuit hoc tribui Virgini Deiparæ, quæ est purior omnibus angelis, saltem quoad remotionem a culpa. Vera enim puritas dicit duo : remotionem a peccato, et approximationem Deo, qui est infinita puritas. Objectioni vero, quæ communiter fieri solet, scilicet, hoc esse contra Scripturam, in Epistola ad Romanos cap. v : *In quo omnes peccaverunt* : respondebat Bellarminus : beatam Virginem peccasse in Adam, quando erat in Iunibis Adæ, et ut loquitur sanctus Augustinus lib. i *De Baptismo parvulorum*, cap. 10, quando omnes in illo unus homo fuerunt, non vero quando exstitit in persona sua ; et quia peccavit in Adam, in se quoque peccatum habituram, nisi per gratiam præventa fuisse ; nec obstarere, non esse Christum Redemptorem omnium, si B. Virgo non habuit peccatum originale : quod est contra Paulum II Cor. v : *Christus pro omnibus mortuus est ; ergo omnes mortui sunt* : dici enim poterat, B. Virginem esse mortuum morte peccati, de jure, non de facto ; quia debuit mori, sed præservatam esse ex merito Christi, ac proinde liberatam esse nobiliore modo : quomodo illæ, qui damnatus est ad mortem, et antequam veniat ad patibulum, liberatur. Tales enim locutiones sunt in Scriptura, Gen. ii : *Quacunque hora comederis, morte morieris*, id est, de jure, non de facto. Psal. LIV : *Eruisti animam meam ex inferno inferiori*; ideo eruisti, quia fecisti, ut non caderem in infernum inferiorem. Et ad Rom. viii : *Corpus quidem propter peccatum mortuum est*, id est, morti obnoxium. Addebat Bellarminus aliam rationem a simili : « Nam instituendo Nativitatem, Præsen-tationem et Assumptionem celebrari, sine licentia sentiendi contrarium, definita sunt ista mysteria, et temerarius esset, qui negaret : ergo, inquietabat, potest definiri etiam Conceptio, tollendo licentiam concessam : nulla enim est ratio, cur potuerint illa definiri, et hoc non possit; nam de illis nullum habemus testimonium Scripturæ sacræ, nec per-petuam traditionem, nec testimonia Patrum, nisi aliqua pauca, et temporum posteriorum. » Et hoc

quidem fuit Bellarmini judicium de definibilitate *Conceptionis B. Virginis*, Paulus V Pontifici Maximo, in congregazione Sancte Inquisitionis, anno 1617, die ultima Augusti representatum; quod utinam, (ut universus sere orbis optat) suum tandem aliquando sortiatur effectum. Asserebat autem Bellarminus, sententiam, quæ tenet B. Virginem finisse sine originali peccato conceptam, non posse definiri esse hæreticam : « Quia ecclesia, sive Sedes apostolica definit contrarium. Sixtus enim IV, in Extravagante *Grave nimis*, etc., expresse definit eos qui dicunt hæreticum esse dicere, B. Virginem sine peccato originali esse conceptam, falsum dicere : et excommunicavit illos excommunicatione reservata summo Pontifici. » Nec item posse definiri, non esse tenendam ut piam, sed ab omnibus rejiciendam, ut temerariam et scandalosam, « quia hoc est dicere, quod Sedes apostolica erraverit in approbando Officio *Conceptionis*, et tota Ecclesia erraverit in eo recipiendo, quod certe falsissimum et erroneum est. »

Obtinuit Bellarminus in suæ cardinalitiae dignitatis titulū, ecclesiam S. Mariæ in Via ; hujusque ecclesiæ chorū et testudinem ad honorem B. Virginis, quam unice, post Deum, amabat, perfecit, atque undique opere plastico adornavit. Morti proximus Salutationem angelicam clare recitavit saepius, aliisque orationibus subinde interposuit suavissimum Mariæ Nomen, et per intervalla etiam illud : *Sancta Maria, Mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, nunc et in hora mortis nostræ, Amen*. Ad portum tandem aeternæ salutis feliciter pervenit, anno salutis 1621, ætatis 79, die 17 Septembris: et medium eorū Christo, alterum dimidium Mariæ, testamento legavit, ut refert Gaspar Tausch in sua *Sanctissima Matre Dolorosa*, lib. III.

§ VIII. — *De Roberto Nobilio.*

Robertus Nobilius, Politianus, S. R. E. cardinalis, Julii III Pont. Max. ex sorore nepos, qui ea puritate, qua primævae culpæ lava-crum egressus est, eadem pene ingressus creditur in celum ; Mariæ Deiparæ Virginis se cultorem studiosissimum, ab ipsa insania demonstravit; dum adhuc puerulus, sacratissimam ipsius Deiparæ Virginis imaginem, in domestico sacello sitam, qua genuum flexione, qua thuris oblatione, qua cereorum accensione, qua laudum cantis, qua florum ornamentis, aliisque similibus pietatis religionisque significationibus studuit honorare. In senatorium ordinem a patruo ascitus, tituloque antiquissimæ ecclesiæ Sanctæ Marie in Dominica insignitus, ob id præsertim gaudio perfusus est, quod ejus curæ, amantissimæ Dominae suæ ecclesia, finisset commendata. Aliiquid scripturus, iis, quæ scribenda essent, semper sacratissimum Mariæ nomen præfigebat. Compassionem et dolorem beatissimæ Virginis, quem ipsa in passione et morte Filii sui

perpessa est, tenerrime cum sui animi sensu, sepe dolentissimus meditabatur. Qualibet Sabbati die, sacratissimæ cœlorum Reginæ venerationi, ex Ecclesiæ institutione addicta, aulicos omnes, servosque a minimo usque ad maximum, secum in eadem mensa discubere volebat; quibus etiam Marianæ humilitatis imitator præcipius, humiliiter ministrando inserviebat. Scripsit in laudem beatissimæ Dei Matris orationem, in qua summ erga eamdem abunde declaravit affectum; orationisque initium est: « Nos maxima consolatione sustentant beate Virginis preces, quas pro hominum salute ad Filium fundit: ipsa enim est omnium hominum singulare perlungum, angelorum Regina, Christi Mater, etc. »

Cætera me fugiant. Aeternitati autem maturus evolavit in cœlum, angelicis moribus adolescens, et beatæ Virginis apprime studiosus, anno salutis 1559, aetatis 18, xv Kalend. Februarii.

§ IX. — *De Rodulpho de Chevrières.*

Rodulphus de Chevrières, Gallus, vir moribus consiliisque spectatissimus, quem Urbanus IV Pontifex Maximus, anno salutis 1261, amplissimo purpuratorum Patrum senatui aggregavit: in honorem Deiparæ Virginis Mariæ, quam toto vitæ suæ tempore speciali cultu veneratus est, ecclesiam metropolitanam Montis Regalis in Sicilia, a Guglielmo II Siciliæ rege ædificatam, consecravit, eamque in die dedicationis visitantibus unius anni et 40 dierum indulgentias concessit. Haec etiam ecclesiæ bona a Carolo Siciliæ rege, quem ut legatus apostolicus coronaverat, occupata restitui enavit, et multa alia religiosæ pietatis signa erga magnam Dei Matrem ostendit, quæ hactenus ad meæ cognitionis notitiam non venerunt. Christiano orbi eruptus est, anno a Virginis partu 1270, iv Idus Angusti.

§ X. — *De Rodulpho Pio.*

Rodulphus Pins, S. R. E. cardinalis Carpensis, ex pia, nobilissima et antiquissima familia natus;

ob vitæ innocentiam, animi magnitudinem, prudenter aliasque virtutes, neenon ob multis pro apostolica Sede susceptos labores, quacunque laude cumulandus; etiamsi Pii cognomen a majoribus non accepisset, singulari tamen, atque insigni sua in Deiparam Virginem pietate, illud sibi nullo negotio peperisset. Cum in Lauretanæ domus beatæ Virginis tutela cardinali Contareno successisset, templum illud angustæ Cellæ thesauro insigne, nemo eo impensis studuit expolire. Itaque tanti principis, ac patroni in Lauretano beatæ Virginis templo, adiectisque ædibus, ad hodiernum usque diem, multa et illustria monumenta conspicuntur. Inter quæ eminent sacellum, asservando, ministrandoque sanctissimo Christi corpori destinatum, quod egregiis picturis, opere marmorato inauratoque adornavit. Auctoritate Julii III Pontificis Maximi leges tulit, quibus cleri populique Laurentani mores composuit, ut sanctissimæ beatæ Virgini deservirent. Cum in domo Laurentana animadverteret minorum sacerdotum numerum, quam et assiduis advenarum ad beatam Virginem cursus, et loci sanctitas postularent, de collocandis illici Societatis Jesu Partibus, fundandoque ibidem collegio auctor fuit. Ejus dona Laurentanæ Virgini oblata sunt, Christi crucifixi effigies argenteæ justæ magnitudinis, cum Calvario Monte, ac simulacris beatæ Virginis, et sancti Joannis, ex argento expressis; bina itidem argentea candelabra cubitalia; et patena argentea bilobis pulcherrime facta. Ad hæc, avunculum eximium episcopale, ex veste Attalica, cuius præcipuum ornamentum erat aurea ingenti specie fibula, tribus cumulis margaritarum insignis, quali cardinales et episcopi uti solent. Textilis insuper pictura, Christi ortum referens, ex serico, auroque mira arte perfecta. Cætera, quæ purpuratus hic, vere pius, ostendit, amoris et pietatis suæ erga Deiparam Virginem specimina, adhuc me latent. Humanis rebus eruptus est, anno salutis 1564, aetatis 64, vi Nonas Maii.

CAPUT XVI.

De Scipione Burghesio, Scipione Cobellutio, Scipione Gonzaga, Silvio Antoniano, Simone Langham, Simone Talliavia, Stanislaus Hosio, Stephano Fossanova, et Stephano Palosio, S. R. E. cardinalibus.

§ I. — *De Scipione Burghesio.*

Scipio Burghesius, Romanus, Pauli V Pontificis Maximi (a quo cardinalitia purpura donatus) ex sorore nepos, magnarum virtutum princeps, ejus pietatis ac magnificientiæ monumenta, et præsentes et posteri, non sine admiratione, prædicabunt: augustissimæ cœlorum Reginæ, ingenui obsequii servitum, ab ipsa infantia mancipatus, inter alia addictissimæ voluntatis suæ in tantam Dominam specimina, ac in ipsam religiosi cultus debitæ observantiae testimonia, suis precibus adfuit apud avunculum Paulum V, ut promulgaret decretum

illud, de non affirmando, quod beata Virgo Domina nostra peccatum habuerit originale, sive in sermonibus, sive in aliis publicis actibus, propter scandalum, quod ex ejusmodi assertione recipit populus Christianus.

Nec solum apud avunculum suis precibus adfuit, ut præfatum promulgaret decretum, sed ab eodem avunculo instantissime petiit, ut mysterium præmissum Conceptionis Dominae nostræ declarare dignaretur, ad id, et suæ devotionis affectu, et subjectis, quas ad eum Hispaniarum rex Philippus III dedit, litteris provocatus.

Reverendo admodum in Christo Patri cardinali Burgesio, suo valde charo et dilecto amico, Philippus, Dei gratia rex Castellæ, Legionis, Aragonæ, etc. Reverende admodum in Christo Pater cardinalis, mi chare et valde dilecte amice. Episcopus Carthaginensis in istam proficisciunt curiam, ut oratoris mei extraordinarii fungatur munere, et instet apud sanctissimum Dominum, ut velit mysterium purissimæ Conceptionis Domini nostre aperire. Et licet ego de hoc ipso scribam suæ Beatitudini, idemque humiliiter, et ea quam rei gravitas exposcit, instantia flagite, cardinalique de Borgia commendem ut meo nomine, ille etiam omnia quæ expedierint, media adjiciat, ut tollatur scandala et incommoda quæ ex diversis his opinionibus oriuntur; et præcipue illa, quæ novissime constat evenisse ex decreto a sua Sanctitate promulgato; propterea quod minus efficax sit remedium quam sperabatur, et credibile sit, quod dum sua Beatitudo bene perceperit instas efficacesque rationes quæ offeruntur, et in promptu sunt, dignabitur nobis declarare hoc mysterium. Nihilominus volui, ut tibi etiam tua sit pars in causa tanti obscurii, et honoris Dei nostri, et gloriose ejusdem Genitricis: et te affectuosis deprecari, sicut et deprecor, ut suæ Beatitudinis animum ad hoc disponas ea cura et sollicitudine, qua ego te hoc facturum confido, et sicut ipsius rei qualitas exigit, ad bonum et quietem Christianæ reipublicæ. Omnia particularius intelliges per cardinalem Borgiam, et prædictum episcopum, quem honorabis et existimabis, quemadmodum per semetipsum et multas præclarasque animi doctes meretur, in quo mihi singulariter complacebis. Et sit, reverende admodum cardinalis, mihi valde dilecte amice, Dominus noster in tui continua tutela et protectione. Datum Madriti, 9 Septembris, anno 1618. Ego rx. Ex præcepto suæ majestatis, Antonius de Aróstegui Secretarius.

Idem Scipio frontem marmoream celebris templi Sanctæ Mariæ, quod in urbe a Victoria appellatur, cum postibus ex arbore Indica consecutis fabricavit: sacrosanctæ domini beatæ Virginis Lauretanæ (quam eximiis regiisque dum vixit, muneribus auxit) aqueductus perfecit: templum S. Mariæ super Minervam binis organis, miro artificio elaboratis, exornavit: apud montem Fortinum, Burgesianæ ditionis oppidum, ecclesiam et domum Franciscanorum Reformatorum, sub titulo sanctissimæ Dei Matris, a fundamentis extruxit: apud montem Compatrium, terram sub imperio subjectam, templum Assumptæ in cœlum Virgini dedicatum, magnificentissimis sumptibus erexit: in Exquilino beatæ Virginis sacello (præter plurima maxima que munera, quæ eidem contulit) quatuor sacerdotia, seu capellanias, in cultum beatæ Virginis instituit: nullamque, aut vix ullam prætermisit beatæ Virginis ecclesiam, nomine ac miraculis celebrem, quin illam dum viveret suo aliquo

dono beneficioque cumulaverit. Nec solum in vita, sed in morte etiam in Marianas ecclesias, munificentiam suam exercuit Scipio. Ultimis enim testamenti sui tabulis, ecclesiæ sanctissimæ Annuntiatæ catechumenorum, apud Comitum Turrem, legavit scuta 200; ecclesiæ Sanctæ Mariæ Montium, scuta 200; Ecclesiæ Sanctæ Mariæ super Minervam, scuta 200; Sanctissimæ Annuntiatæ, senta 200; ecclesiæ Sanctæ Mariæ Novæ, in Campo Boario, scuta 200; ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Anima, scuta 200; societati beatæ Virginis de Monte Carmelo apud Sanctum Chrysogonum, scuta 200; ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Campo Sancto, scuta 200; ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Suffragio, scuta 200; ecclesiæ Sanctæ Mariæ Majoris calicem aurenum cum patena; et denique domui beatæ Virginis Lauretanæ (cujus fuerat protector) senta decem millia.

Exstant vota ad sacratissimum Virginem Mariam, Dei Matrem, quæ religiosissime colitur Laureti, pro salute hujus eminentissimi principis, cum de mense Julii anni 1610 febri laboraret, a Jacobo Mascardo typis evulgata: exstatque simul gratiarum actio, eidem sanctissima Virgini Mariæ, pro salute eidem eminentissimo principi concessa.

Antequam morbo supremo decumberet, familiari, illum roganti, ut animi et corporis gratia in Tusculanum secederet, longe melius diversorum cogitare se respondit, Exquilibrium B. Virginis sacram.

Ex hæ lacrymarum valle ad terram viventium, et gaudentium feliciter evolavit, anno salutis 1633, die 2 Octobris.

§ II. — *De Scipione Cobellutio.*

Scipio Cobellutius, Viterbiensis, vir doctrina, prudentia et morum integritate insignis, quem, propriae virtutis intuitu, Paulus V Pontifex Maximus anno salutis 1616, ad cardinalitii gradus apicem evexit: beatissimam Virginem Genitricem Dei Mariam, toto pectore amans et colens, inter alia pietatis officia, quibus eximium suum erga illam studium apud posteros testatum reliquit, hand parum laboravit, ut numismata, inscripta de illibata Conceptione, libere eudi possent in urbe, et ut eis indulgentiae a summis pontificibus concessæ, sorteæ tectæ conservarentur atque illibatae. Nam cum anno 1619, die 19 Novembris, reverendissimus sacri palatii magister, omnibus metallorum incusoribus, vulgariter dictis, *Medagliari*, abstulisset quascunque apud eos invenisset imaginellas, communiter nuncupatas *Medallia*, quæ Conceptionis Virginis Mariæ imaginem, seu hieroglyphicum haberent, hac circumdata inscriptione: *Concepcta sine peccato originali*: et, generali publicato edicto, statuisset, ne aliqua imago appositis interis, vel sine illis, absque ejus expressa licentia, in posterum ulli generi metallorum incederetur, quod, licet sine conscientiæ reatu, dissimulare et

condonare potuisset; potuit tamen licet etiam facere; quia saepius lege lata cautum erat, ut nullus ex his ineussoribus ullam incuderet, vel celeret imaginem, effigiem, aut verba, in quovis metallo, non obtenta prius licentia, quam pro illis cedendis non obtinuerant). Hanc factam multam, et illa sublata toremata, dure ac moleste omnes fere pertulere, et praesertim acerbe sensit dux Alfonquerius, qui novus catholici regis orator tunc in urbem advenerat. Hic autem cum sanctissimum dominum Paulum V Pont. Maximum convenisset, et cum eo egisset ut libere illa emblemata seu medallia in posterum cederentur, cum nihil continerent a fide absonum, imo omnia ultimo suæ sanctitatis decreto summae consona: respondit sanctissimus Pater oratori, relatum sibi a magistro sacri palatii, hanc factam confiscationem, propter transgressas statutas leges, de prius præbenda licentia, ut hujusmodi cederentur: et quia propterea applicatas illis medallias, claris verbis sine macula testantibus Conceptionem, indulgentias, erant qui jaetabant, jam controversiam definitam; vel qui verebantur, aut objiciebant definitum iri. Cumque institisset orator, longe abesse a definitione indulgentiarum concessionem, vel applicationem; nullamque subesse (quæ sibi videtur) causam, propter quam Conceptionis numismata prohibenda iisque indulgentiae denegandæ essent: jussit sua beatitudo informari eminentissimum cardinalis nostrum Scipionem Cobellutum, hincque rem hanc discutiendam commisit. Porro eminentissimus hic cardinalis, pro peculiari studio, quo erga Deiparæ Virginis gloriam reique veritatem afficiebatur; cum auditis informationibus, animadverteret, nihil novum, vel inauditum, nihil religioni Christianæ contrarium, aut quod in fide erroris suspicionem generaret, in prohibitis et confiscatis medallias contineri, consideraretque imaginem purissimæ Conceptionis, in Ecclesia Catholica satis approbatam et longa annorum serie frequentatam; ponderaret etiam in inscriptione hac: *Concepta sine peccato originali* medallias superadmitta, nihil non religiosum et pium adverti, nec quidquam distinctum in ea exprimi, quod in Conceptionis imagine non præcessisset; praesertim cum major sit imago sermone, id est, plus et pluribus significet et repræsentet, quam verba, ut dicitur in 7 synodo, actione 4, quod divina Providentia factum est, propter idiotas homines, quibus plus imagines, quas vident, significant, quam verba, quæ nec legunt nec intelligunt, possunt exprimere; justissimo judicio judicavit, licentiam excudendi in medallias Conceptionis imaginem, eum illis verbis: *Concepta sine peccato originali*, non esse per magistrum sacri palatii denegandam. Nec obstare putavit inane commentum, pro hujusmodi licentia retardanda; videlicet, his medallias applicari posse indulgentias, quæ absolute a summo Pontifice concedebantur, per quas res expressis verbis de-

clarata definiretur; et sic affirmativa sententia secreto et latenter veniret explodenda: sciebat enim sapientissimus cardinalis, nullum catenam aliquando asservisse, vel leviter insinuasse, rem quampiam indulgentiis quantumcunque magnis commendatam, eo ipso esse definitam; minimeque ignorabat, concessionem indulgentiæ actum esse meræ spiritualis jurisdictionis, definitionem vero spectare solum ad potestatem clavis scientiæ, que penes solum summum Pontificem remanebat. Dicerat etiam, concessionem indulgentiæ ex se, vel ex suo officio, esse etiam apud episcopos, qui, ut eum sancto Thoma in iv, d. 20, q. 1 et 2, ait, Richardus, Paludanus et alii, de jure (sive humano, sive divino, modo non disputo) possunt indulgentias limitatas, juxta juris dispositionem, concedere: definitionem vero fidei, nec ex jure humano, vel divino, nec ex officio, vel delegatione privativi, per se, apud episcopos reperiri, cum hi nihil definire vel statuere de fide valent. Nec eum latebat solida doctrina Suarez, tomo IV, in iii part., disp. 55, sect. 6, indulgentiam ideo concedi imagini, vel simili rei sacræ, non ut credatur de fide, quod representat, sed ut illa imago in majori reverentia habeatur, et consequenter, ut devotio fidelium erga ipsum prototypum vehementius excitetur: satisque esse, quod hujusmodi imagines et res, ex se, seclusa indulgentia, sint veluti instrumenta quedam ad actum honestum et religiosum, ad hoc, ut earum nsui adiungantur indulgentiæ. Nonne Leo X, Fratribus Minoribus, Missam de Conceptione dicentibus, aliisque tam fratribus, quam monialibus eam audiens, indulgentiam plenariam, et ad instantiam oratoris regis catholici, ipsis Conceptionis imaginibus multas et magnas indulgentias elargitus est? Nonne Julius II, omnes fideles, in Castellæ regno constitutos, purissimæ Conceptionis imaginem, quam moniales, Deo se in honorem Conceptionis Virginis Mariæ devoteentes, gestant in Scapulario, in pectore ferentes multis indulgentiarum beneficiis cumulavit? Nonne Adrianus VI, confraternitatem Toletanam sanæ Conceptionis Mariæ regibus catholicis Ferdinando et Isabella fundatam, ab imperatore Carolo V renovatam, et a cardinali Ximenio in meliore formam redactam, variis indulgentiis decoravit? et ut alios Pontifices, brevitat consulens, omittam, nonne Gregorius XIII confraternitatem et sacellum, vel, ut vocant, capellam Conceptionis, sitam in conventu Jesu Ordinis Minoris, in civitate regum, regni Limensis in India, et alias, si quæ sunt in toto illo regne confraternitates Conceptionis, mulis indulgentiis, et præcipue in ipso die Conceptionis indulgentia plenaria, ditavit et illustravit? et tamen, ex his, atqne aliis indulgentiis, quas summi pontifices in reverentiam et honorem sanctæ Conceptionis Mariæ, suis diplomatis concesserunt, qnis dicere unquam præsumpsit, aut præsumit definitum esse,

Virginem non habuisse maculam originalem? Summus Pontifex in indulgentiarum concessione, potestate jurisdictionis, thesauros Ecclesie dispensans, ponam temporalement remittit, non abscondita mysteria sacræ Scripturæ clavi scientiæ aperit, et licet imaginibus Conceptionis, quæ ex se instrumenta sunt actus honesti et religiosi, bene applicet indulgentias, per quas vehementius excitentur fidèles erga ipsum mysterium, et imaginem in majori reverentia et veneratione habeant, non tam en controversiam ipsam, per hujusmodi applicationem, dirimit et definit. Hæc omnia animadvertis prudentissimus cardinalis, justum et æquum sibi videri pronuntiavit, ut tam indulgentiae, quam licentia concederentur; et licet ad obveniendum populi errori, et nimio adversariorum timori, ne forsitan, aut facile putaretur negativa sententia desiniri, aut affirmativa penitus explodi, consultum sibi videri dixerit, ut ad illam inscriptionem: *Maria concepta sine peccato originali*, adjungentur hæc verba, *Pie creditur*: attamen cum postea magis attente considerasset, nunquam Ecclesiam tali phrasu et stylo usam in celebratione mysterii conceptionis, nullatenus expedire judicavit bono et profectui opinionis, beatam Virginem originale peccatum contraxisse negantis, imagines Conceptionis excudi et indulgentias admitti cum illa declaracione et clausula, *pie creditur*, sed absolute et absque ulla restrictione, ut antea, excludendas et admittendas esse.

Cœlum petiit pientissimus cardinalis, hujus erga suam Dominam obsequii, aliorumque multorum, quæ eidem impenderat, prænua a divina bonitate percepturus, anno orbis redempti 1626, die 11 Augusti, cum paulo ante, quasi præsentiens mortalis vitæ finem, ut se ad cœli iter melius prepararet, ad Lauretanam B. Virginis domum, votivam peregrinationem religiose peregrisset.

§ III. — *De Scipione Gonzaga.*

Scipio Gonzaga, Mantuanus, ex patriarcha Hierosolymitano S. R. E. cardinalis a Sixto V Pontifice Maximo creatus, familie nobilitate, vite integritate, litterarum scientia, rerumque usu princeps spectatissimus, Deiparae Virgini impense devotus, inter alias devotionis sue in illam tesseras, cum titulum ecclesiæ S. Mariæ de Populo, de novo a Sixto V institutum, omnium primus obtinuerat, non solum incredibili gaudio perfusus est, sed totum suum sacrarium evacuans, sanctissimæ Virginis, que in eadem ecclesia religiose colitur, liberaliter erogavit. Mortalitatem omnium laude conclusit, sui apud omnes ordines incredibili reliquo desiderio anno salutis 1593, ætatis 50, die 11 Januarii.

§ IV. — *De Silvio Antoniano.*

Silvius Antonianus, Romanus, a Clemente VIII Pontifice Maximo in S. R. E. cardinalium numerum relatus, innocentiae et sanctimoniae exemplar, et qui purpuræ auctoritate non ad aliquem contem-

nendum, aut vexandum, sed ad probos juvandos, ornandos, et ad oppressos erigendos adhibuit: Deiparam Virginem præcipua quadam veneratione colens, cum per sudum liceret, præsertim Sabbato, in una ex ecclesiis beatæ Mariæ dicatis sacrum faciebat, addita eleemosyna, quod et in cæteris ecclesiis semper fecit. Ubi per hiemem sedendo frigus collegisset, a lectione surgens, inambulansque, tertiam Rosarii, cui semper devotus fuit, precabundus, partem percurrebat: et quotidie parvum beatæ Marie Virginis Officium recitabat. Quando aliquis suæ familie ægrotabat, eum ipse sepe invicens, blande appellabat, laborantem consolabatur, febris æstus et tormenta ut aquo animo toleraret, et ad beatissimæ Virginis Mariæ intercessionem confugeret, accurate monebat. Hieronymum Badesium materteræ nepotem perpulit, ut Sixti V sacellum ad Præsepe, in templo Sapientæ Mariæ Majoris, tribus libris complecteretur, quod opus heroicis versibus conscriptum, ab omnibus celebratum, edidit, eoque nomine a liberalissimo Pontifice, qui prolixe ingenia fovebat, centum aureos et redditus ecclesiasticos tulit. Cum beatissimæ Virginis Mariæ intercessione, Clementem VIII Pontificem Maximum, a gravissimo periculosisimo morbo convaluisse intellexisset, letitia exsiliens, Josepho Castalioneo, ut soteria scriberet, auctor fuit. Archiepiscopi Neapolitani morte, abbatiam Sanctæ Mariæ Montis Viridis Clemens Silvio administrandam dedit. Isque ubi a monachis Cassinensis finitimis, quos per litteras, de ejus ecclesiæ Mariæ cultu consuluerat, templum tecto, campana, saeris vestibus, instrumentoque omni, et foribus carere, oppletum summo, quod armentorum stabulum diu fuisset, certior factus est: illico mandavit, templum repurgari, restaurari, ornari, instruique, suo sumptu, quatuorque altaris paratus, totidemque sacerdotis planetas coloribus quaternis fieri, et in campanam aureos sexaginta erogari jussit. Amico autem suo gratiosissimo, qui tum rerum suarum rationem putare consueverat, acrius præproperam impensam reprehendenti, exspectandumque certe, dum ex agrorum locatione pecunia redigeretur, monenti, respondit, cunctationem prorsus omnem detestabilem esse, ubi de cultu domus Dei agitur. « Nonne, inquit, meministi hilarem datorem a Deo diligi? quin potius divina factum Providentia censemus, ut meæ commissa fidei hæc sit ecclesia, diutius neglecta, et in profanos usus contumeliose destituta: nimirum germani negotiatoris est, nihil repræsentare, nihil in rem quampiam, cuius ratio ignoretur, expendere. Sacerdotia nobis creduntur, non quo locupletemur, sed quo ecclesiasticorum bonorum procuratores et dispensatores simus, quæ partim Ecclesia, partim pauperes sibi vindicant. » Agi deinde cœptum a nonnullis de abbatiæ agris conducendis, quanti superioribus annis locari soliti essent; quingentis, scilicet, aureis annuis; quod cum minus monachis Cassinensis, qui soli fer-

tilitatem nossent, probaretur, Silvio persuaserunt, ut trium annorum cultura, agrorum fides exploraretur, ipsi studium et curam benigne polliciti; primi vero anni proventu, mille et quingentos aureos ad se pervenisse, ut accepit Silvius, familiarem suam, a quo vehementius objurgatus fuerat, accivit: «Vide, inquit, quam potens sit Deus, quamque cunctus repandat iis, quibus Dei cultus et honor est curae. Substantia cum bene erogatur, augetur.»

Ecclesie S. Mariae Majoris de urbe, pollubrum et nreolum argenteum cum planeta violacea, auro argentoque contexta, ultimis testamenti tabulis legavit.

Privatas adhuc, in templo Sanctae Mariæ in Vallicella sacellum construxit, beatæ Virginis partui sacrum; quod cardinalis ampliavit, variis levigatisque marmoribus picturisque exornavit, rebus omnibus, quæ ad altaris cultum sacrosanctique mysterii celebrationem spectant, splendide comparatis. In infirmitate, et morti proximus, ut in omni vita sua semper fecit, beatissimam Virginem Mariam Dei Matrem suppliciter invocare non cessabat. Assumptionis Deiparæ festo, viatico sacratissimi corporis Christi accepto, extremaque sancta uentione delibutus, et a sanctissimo Papa, cui amantissimo, benedictione donatus, postridie migravit ad Dominum, anno salutis 1603. Corpus sacra pompa ad ædem Virginis Deiparæ in Vallicella delatum, in sacello, quod ipse construxerat, inhumatum est.

§ V. — *De Simone de Langham.*

Simon de Langham, Anglus, ordinis D. Benedicti, ex archiepiscopo Cantuariensi, ac totius Angliae primate S. R. E. cardinalis ab Urbano V Pontifice Maximo creatus, vir qui in tota vita sua, omnibus, quæ gessit muneribus, non minus providus atque sagax quam beneficus et liberalis fuit: ut suum erga Deiparam Virginem cordiale amorem devotionemque apud posteros contestaretur, ad Druentiam fluvium ecclesiam Sanctæ Mariæ de Bono passu pro Carthusianis Patribus fundavit. Aeternæ vite adytum moriendo penetravit, anno salutis 1570, xi Kalendas Augusti, sepultusque est in Marianæ ecclesia, a se erecta.

§ VI. — *De Simone Talliavia.*

Simon Talliavia, de Aragonia, Siculus, Caroli Terræ novæ ducis filius, quem Gregorius XIII, Pontifex Maximus, magnis ejus virtutibus et Caroli parentis meritorum plenitudine ductus, purpura inter S. R. E. diaconos cardinales decorandum censuit; inter alia pietatis suæ erga Deiparam Virginem officia, calicem aureum, opere, gemmis et margaritis insignem, crucem crystallinam, cum Christi effigie aurea, et quatuor candelabra argentea, pulcherrime facta, Lauretanæ Virgini donum obtulit. Idem in Lauretano beatæ Virginis templo sacellum unum e majoribus, picturis divi Thomæ Aquinatis præclare facta exprimentibus, gypso au-

roque adornandum curavit. Sed et ecclesie Sanctæ Mariæ Constantinopolitanæ in urbe quinque aureorum millia legavit, in eaque sacerdotium pro duobus sacerdotibus Siculis instituit.

Diem clausit extremum, anno orbis redempti 1604, ætatis 55, die 20 Maii.

§ VII. — *De Stanislao Hosio.*

Stanislaus Hosius, Polonus, S. R. E. cardinalis a Pio IV creatus, vir vitæ sanctitate, eruditiois præstantia, eloquentiae gloria, et præsertim (quod hinc facit) Marianæ pietatis prærogativa celeberrimus, eo ipso die, quo Gabriel archangelus læsisimum sanctissimæ Virgini nuntium attulit, futurum, ut conciperet et pareret Salvatorem, invocato Dei nomine, ex manibus archiepiscopi Strigoniensis insignia cardinalatus accepit. Plura ingenii sui eximia monumenta posteris reliquit, bis et trigesies, ipso vivente, variis locis excusa, et ex Latina in Gallicam, Germanicam, Polonicam, Scoticam, Anglicam, Armenicamque lingnam translata: quorum utilitas tam est omnium laudibus perulgata, ut quod olim de quodam S. Gregorii Thaumaturgi scripto creditum est, id multi de Hosii quoque nostri libris existimare non dubitaverint: nempe quod eos ipsa Mater Dei Virgo Maria scribenti dictaverit. Inter multa autem et præclara litterarum monumenta, posteriorum memoriae transmissa, edidit *Explicationem Salutationis angelicæ*, quam (si Deus favere non destiterit) in Bibliotheca purpurea Mariana, quam paro, integrati lectori repræsentabo. In ea, cum Ephrem Syro, Deiparam appellat, Spem Christianorum: cum Andrea Hierosolymano, divinam cum hominibus Reconciliationem: cum S. Irenæo, Evæ advocatam: cum S. Methodio episcopo et martyre, glorificatam et Deo dignam Sedem, animataam Arcam legislatoris nostri Dei, Cœlum vere comprehensibile ejus, qui loco non potest comprehendendi; Principium, Medium et Finem nostræ festivitatis; Margaritam regni pretiosam; Fontem uberrimum totius sanctitatis; Altare animatum panis vitæ; Thesaurum dilectionis Dei; cum aliis pluribus honoris titulis. Salutationem Angelicam nobis, præ aliis orationibus, debere esse commendatam, ex eo deducebat, quod illa non ab hominis ingenio profecta, verum de cœlo, per angeli præconium, in terras delata esset; et quod ita brevis esset et succincta, ut in ea ediscenda nihil esse posset negotii, et verborum in ea numerum sententiarum superaret libertas, ac denique quod quoties hac utimur Salutatione, felicis illius horæ statim admoneamur, quæ prima, post infelicem parentis nostri casum, humano generi læta cumprimis illuxit: qua Deus afflictionem populi sui miseratus, misso angelo, feminam sibi delegit, cuius ministerio, quam per feminam diabolus invexerat, mortem aboleret, eamque vita sempiterna comittaret.

Laudem, glorificationem, invocationemque Deiparæ Virginis, his verbis, ære auroque incidendis,

inculcabit : « Quidni gloriſſicmus, quidni magnificenſus eam, quam electam a ſæculo, quam ab Altissimo præcognitam, ſibique præparatam, quam longe ante patribus noſtris cœlitus promiſſam, quam typis mysticis adumbratam, quam prophetarum oraculis videmus eſſe prenuntiatam ? Hæc eſt enim illa, de qua, in iſpis, adhuc rudibus, mundi primordiis, Conditor ipſe priuum edidit vaticinum, olim fore mulierem, quæ calcaneo lethiferi ſerpenti caput protereret. Hæc eſt novi Adæ nova Eva, non noverca, quod illa vetus, quæ ſuos fœtus, prius etiam quam pareret, extinxit ; ſed Mater, neque Mater morientium, quod illa, ſed revivifcentium, quæ mysterio quodam ineffabili, quod nulla poſſit humana mens comprehendere, de cuius osſe genita fuerat, eum iſpa de ſua carne vicifim genuit ; nec ab alio ſecunda, quam quem peperit : ut inextricabili quodam ænigmate ſimul eadem fuerit et Filia et Sponsa et Mater. Quid autem nobis aliud illa virga ſacerdotalis adumbrabat, quæ ſine radice germinavit, quam hujus virgineam fecunditatem, quæ neque mortali manu conſita, neque terreno ſucco irrigata, et cœlitus concipiendo floruit, et ſine cruciatu pariendo vivifcum fructum edidit ? Jam et niveni illud Gedeonis vellus, quod in areæ ſiccæ medio maduit, cuius alius præfigurabat ſimulacrum, niſi Mariæ ? quæ procul quidem a carnis contagio ſemota, verum cœleſti rore ter compluta, Trinitatis opificio, Deum pura concepit, pura enixa eſt, pura post editum partu permansit ? cuius obtineat imaginem niſi Mariæ, divini vatis inſignis illa porta, non ad aquilonem, unde panditur omne malum, ſed ad exortum ſpectans, unde Sol oritur novus, et novator omnium ? cuius integratatiſ clauſtra princeps pacis non modo non violavit, vel ingrediens, vel egrediens, verum etiam conſecravit ? Hanc denotabat ſignum illud magnum, quod in cœlo ſcribit appariſſe Joannes : ſuit enim revera Maria, amicta lumine tanquam veſtimento ; ſuit induta iuſtitiae Solem, eum de quo ſcribit Apoſtolus : *Induimini Dominum Iesum Christum* : in illo manebat et ipſe in ea ; veſtivit illum, et veſtita eſt ab illo ; veſtivit illum ſubtantia ſuæ carnis, et veſtita vicifim eſt ab eo gloria majestatis ejus ; veſtivit nube Solem, et ipsa veſtita eſt Sole. Myſticus quoque Moysi rubus flagrare viſus, præguantem hujus virginitatem portendebat, quæ ſola mortalium nomen eſt pueraræ promerita, cum uxoris officium nunquam præſtitifſet. Hanc præludebat et mulier illa prophetica, quæ novo quodam et inaudito miraculo zona ſui corporis illibata, virum circumdedit, citra virilem operam. Siquidem Jesus Christus ante luciferum genitus, ex hac ſumpsit carnis initium, et quem cœli cœlorum non capiunt, is intra Virginis hujus viſcera claudi dignatus eſt. Mons etiam ille magnus, qnem vidit Daniel, unde ſine manibus exciſus eſt lapis, lapis angularis ille qui fecit utraque unum, cuius niſi

Mariæ typum gerebat ? quam præ ceteris Isaiaſ quoque, nunc de radice Jesse Virgam orituram, nunc evidentius Virginem paritoram eſſe prædi- xit ? quam et Salomon requirere viſus eſt, cum diceret : *Mulierem fortem quis inveniet ?* Quam ergo ſic, et oracula prophetarum præcinniſſe, et myſticæ Synagogæ typicas imagines delineasse, et facundos Ecclesiæ doctores ſuis poſtea virtutibus exornasse, ſuisque coloribus depinxisse videmus, quidni laudes illius decantemus ? quidni, quoties uſus venerit, ſupplies opem illius imploremus ? Sic ille.

Hæreticis obſtrepentibus, dicentibusque, B. Virginem non eſſe ab hominibus invocandam, cum unus nobis ſufficeret Christus, repondebat cum uno ex ejusdem B. Virginis amatoribus, nempe Bernardo : « Sufficere poterat Christus, ſiquidem omnis ſufficientia noſtra ex Deo eſt, nobis bonum non erat hominem eſſe ſolum, congruum magis, ut aderet reparationi noſtre ſexus uterque, quoniam corruptioni neuter defuſiſſet. Fidelis plane et potens mediator Domini et hominum, homo Christus Jesus ; ſed divinam in eo homines reverentur majestatem ; Deus autem noſter ignis consumens ; quidni vereatur peccator accedere, ne quemadmodum fluit cera a facie ignis, ſic pereat ipſe a facie Dei ? Opus eſt igitur mediatore ad mediatorem iſtum, nec alius nobis utilior quam Maria. Crudelis nimirum Eva, per quam ſerpens antiquus pofiilerum etiam ipsi viro virus infudit ; ſed fidelis Maria quæ ſalutis antidotum et viris et mulieribus propinavit : illa ministra fuit ſeductionis, hæc propitiatiōnis : illa ſuggeſſit prævaricationem, hæc injecit redēptionem. » Sic ille ex Bernardo, ſubdebatque : « Si quis diuos colit, Christum laudat in sanctis : qui sanctos invocat, Christi per sanctos auxilium invocat : qui sanctos imitatur, Christum imitatur in sanctis : qui sanctos adorat, Dei dona in sanctis adorat : quanto magis idem quiske facere credendus eſt, in ea laudanda, colenda, invocanda, adoranda, ex cuius utero proceſſiſ is, per quem sancti ſunt, quotquot sancti ſunt ? Affectus in Matrem, pietas eſt in Filium : quandoquidem in Matre Filium, et Matrem ob Filium veſeretur, ut omnis honor Matri preſtitus in iſum redundet Filium. » Hactenus ille.

Mariam, gratia plenam ab angelo dictam asſe- rebat, quod ſola eſſet, de qua propter honorem Domini, nullam prorsus, cum de peccatis agitur, haberi quæſitionem, non modo Auguſtinus, verum etiam universa voluit Ecclesia ; quod vel inde ſciri poſſit, ad vineendum ex omni parte pecca- tum plus ei gratiæ collatum eſſe, quia concipere et parere meruit, quem conſtat nullum habuisse peccatum. Etenim, hac una Virgine excepta, ſi sanctos alios omnes et sanctas congregare licen- ſet, cum hic viverent, et interrogare, num fuerint abſque peccato, quanlibet fuerit in iſo cor-

pore excellentia sanctitatis, incunetanter una voce enunciati clamassent : *Si dixerimus, quod peccatum non habeamus, ipsi nos seducimus, et veritas in nobis non est* (*I Joan. 1, 8*). Nec humilius id, quam verius respondissent. Plenior itaque gratia fuit Maria, quam omnes alii, eum sola sit, quam omni peccato fuisse vacuam persuasum habemus. Scriptum est autem de Christo quoque, quod sit plenus gratia et veritate ; verum ab hac plenitudine tanto longius absuit Maria, quam absuerunt a Mariæ plenitudine sancti reliqui. Si igitur doctissimus pientissimusque hic cardinalis persuasum habuit solam Mariam post Christum, et per Christum, omni peccato fuisse vacuam, ergo etiam ab originali credidit esse immunem, alioquin non omni peccato vacuam persuasum habuisset.

Paucis ante mortem annis, ex quadam occasione consisteri, ac Deo gratias agere auditus fuit : quod intemeratae Virginis Mariae precibus factum esset, ut integritatem corporis sui conservaret, nec ullam unquam mulierem cognovisset. Peregrinos et mendicos, piam illam et veterem Polonorum cantilenam de intemerata Virgine Maria, *Boga Rodzica* nuncupatam, canentes, magna cum animi sui voluptate et dulcissimis lacrymis audiebat. Ut regnum, a constitutione mundi a Deo electis paratum, consequi posset, B. Mariæ Virginis precibus humiliiter aljuvari petebat.

Pridie festi S. Mariae ad Nives, cum jam tempus resolutionis suæ instare intelligeret, ante horam noctis septimam cœpit Matutinas Horas de S. Maria Virgine ad Nives, cum maxima vocis laterumque contentionе, cumque lacrymis et suspiriis devotissime recitare. Ubi vero ad præclarum illum D. Ambrosii et Augustini hymnum ventum est, nequidquam suis renitentibus, languentia et effeta membra in terram voluit prostertere et genibus flexis totam illam gratiarum actionem devotissime persolvere. Post horam noctis septimam sanctissimæ Eucharistiae, ac sacrae extremæ unctionis sacramentis rercatus, Primam, Tertiam et Sextam de beata Virgine devo!issime attentissimeque recitavit. Subinde Virginis gloriae et intemeratae Dei Genitricis Mariæ intercessionem implorans, ut sibi viam ad perpetuas nives, et sempiterni temporis refrigerium, orationibus suis patefaceret. Cum autem ad Nonam ventum esset : Sufficit, inquit, jam non dicemus Nonam, nisi fortasse cum angelis in cœlo. Jussit deinde Dominicæ Passionis historiam legi, in qua cum ad illa verba ventum esset, ubi Dominus emisisse spiritum legitur, alta voce ita ut ab omnibus exaudiretur, angelicam Salutationem articulatim distinetque recitavit. Et postquam prorsus omnia, quæ pro animæ commendatione præcipit Ecclesia, lecta perfectaque fuisse, illo ipso beatæ Virginis Mariæ festo, quod in

Nonas Augusti incidit, hora nona, qua spiritum suum Dominus in cruce emisisse legitur, plenus dierum et gratiæ, plenus omni sapientia et intellectu, in senectute bona, quietissime et placidissime obdormivit in Domino, anno a salutifero Virginis partu 1579, ætatis 76. Sepultus est, nona Augusti, ita ut volebat, in ecclesia sua titulari S. Mariæ Transiberim ; in quo olim loco fons olei effluxisse, in Nativitate Salvatoris nostri, memoratur ; ad dexteram partem altaris majoris, sub imagine Assumptionis glorioissimæ Virginis Mariæ, mosaico opere olim facta.

§ VIII.—*De Stephano Fossanova.*

Stephanus de Fossanova, Romanus, ex abate Cisterciensi S. R. E. cardinalis tit. Sancti Angeli ab Innocentio III Pontifice Maximo creatus : inter multiplicata obsequia, quibus clementissimæ cœlorum Reginæ congruum semper studuit exhibere famulatum, anno Domini 1219, die 24 Februarii, sacratissimam illam ac dulcissimam Virginis Matris imaginem, a sancto Luca evangelista delineatam, ac divinitus postea depictam, que nunc in ecclesia Sancti Sixti, apud moniales Dominicanas religiose asservatur, dum hæc, Honorii III jussu, a sancto Dominico ordinis Prædicatorum patriarcha, e Transiberina regione ad prædictam Sancti Sixti ecclasiam transferretur, partito cum Nicolao Albanensi episcopo labore, nudis pedibus incedens, propriis humeris reverentissime deportavit. Unus fuit ex fundatoribus pulcherrimi ac vastissimi templi abbatiae S. Galgani ordinis Cisterciensis in agro Senensi, in honorem B. Mariæ Assumptæ et S. Galgani confessoris excitati : et non longe ab hoc templo, eo in loco ubi S. Galganus obiit, nobile sacellum sub invocatione S. Mariæ Rotundæ aedificavit, in cuius sacelli sacrario visitur adhuc pietate hujus cardinalis imago Deiparam Virginem sanctum Galganum suppliciter adorans. Ex hac lacrymarum valle ad securiorem vitam migravit, anno Redemptionis humanae 1227, sepultus in basilica Sanctæ Mariæ Majoris.

§ IX.—*De Stephano Palosio.*

Stephanus Palosius, Normannus, Romanus, ex canonico Sanctæ Mariæ Majoris, et Urbani cleri cameralio, episcopus Tudertinus, ac deinde S. R. E. cardinalis ab Urbano VI Pontifice Max. creatus, quem populus Romanus, quod vir gravis, prudens, et reipublicæ amantissimus esset, maxime coluit : inter alia suæ erga beatissimam Virginem devotionis specimina, ecclesiam Sanctæ Mariæ Majoris (cuius fuit archipresbyter) medietatem Casalis Sancti Pastoris, positi extra Portam Nomentanam, dono dedit. Cætera me fugiunt. Obiit Romæ anno 1598, 5 Kalendas Maii, sepultus in basilica Sanctæ Mariæ Majoris.

CAPUT XVII.

De Thoma de Capua, Thoma Jorsio, et Thoma de Vio Cajetano, S. R. E. cardinalibus.

§ I. — *De Thoma de Capua.*

Thomas de Capua, Campanus, S. R. E. cardinalis ab Innocentio III Pontifice Maximo creatus: vir pietate, doctrina, prudentia, morum probitate, et pontificiis legationibus egregie gestis præstantissimus, erga sanctissimam Dei Genitricem maxime devotus, inter alia obsequiorum genera, quibus suum in tantam Matrem studium atque amorem comprobavit, edidit in ejusdem sanctissimæ Dei Genitricis commendationem, Antiphonam, incipientem: *Virgo Parenz, gaude, etc.* Ad immortalitatis gaudia pertransivit, anno salutis 1245, 11 Kalend. Septembri.

§ II. — *De Thoma Jorsio.*

Thomas Jorsius, (aliis Joyce) Anglus, ordinis Prædicatorum, S. R. E. cardinalis a Clemente V Pont. Max. creatus, vir integritate et doctrina clarus, ac omnibus virtutibus ornatissimus: inter alia Marianæ devotionis, in corde suo ardentis, experimenta, edidit: *De Conceptione beatæ Virginis tractatum unum, et sermones de festis ejusdem beatæ Virginis per annum.* Mortuus est apud Allobrogos, dum legatione fungeretur apud Henricum VII imperatorem, anno post natum de intemperata Virgine Salvatorem 1311.

§ III. — *De Thoma de Vio Cajetano.*

Thomas de Vio Cajetanus, ordinis Prædicatorum, vir scientiarum omnium eminentia celeberrimus, a Leone X Pont. Max. purpuratorum Patrum numero ascriptus, et proprio et sui ordinis nomine, Deiparæ Virginis devotissimus, publice coram aliis verba facturus, pro felici successu, precibus et votis semper ad eamdem Deiparæ Virginem supplex ibat. Unde in oratione 1, de vi cultus divini et orationis efficacia, coram Alexandro VI Pont. Max. habita, dixit: « Verum quia ignorantibus quid agere debeamus, hoc superest refugii, ut oculos nostros ad Patrem lumen dirigamus, ejus opem quo uberioris impetrerimus, Reginam cœli una, precor, aдеamus: Ave Maria, etc. » Et in oratione secunda de unione Verbi cum natura humana, coram eodem: « Statui de unione Verbi cum natura hominis aliquid disserrere, ut tanto loco dignum quidpiam afferrem. Attamen primum Mariæ numen, ut præsens nobis adsit, humiliiter imploremus, dicentes: Ave Maria. » Et in oratione tertia de causa et origine mali, coram eodem summo Pontifice: « Operæ pretium esse arbitror quam brevissime discutere prius, unde malum in universo sit; verum tamen nostro ut aspireret instituto, Mariam summi boni parentem aдеamus: Ave Maria. » Et in oratione quarta de immortalitate animarum, coram Julio II Pont. Max. habita: « Verum quo tam arduum negotium dignius tractemus, divæ Mariæ numen implore-

mus: Ave Maria. » Etiu oratione quinta, de corporum cruciatu, coram eodem: « Divæ itaque Marie tribunal solita prece veneremur: Ave Maria. » Denique in oratione sexta, de Ecclesiæ et synodorum differentia, coram eodem summo Pontifice Julio II: « Sed quoniā nihil est, quod homo de semetipso, sine auxilio opeque divina possit polliceri, ad gloriosam ipsam Virginem, Dei Matrem, primum convertam orationem meam: Ave Maria. » Inter alia studii sui erga cœlorum Reginam inclytam studia, edidit Cajetanus; in quæstiones S. Thomæ Aquinatis, de Sanctificatione, Virginitate, Desponsatione, Annuntiatione, Conceptione et Partu B. Virginis doctissima commentaria: neconon, commentaria eruditissima super *Missus est angelus*, canticum *Magisificat*, et alia quæ sancti evangelistæ scripserunt de B. Virgine. Confessus etiam est, et non negavit (quidquid pro majori oppositæ sententiæ probabilitate literarum monumentis consignaverit) sententiam quæ tenet B. Virginem ab originali peccato fuisse præservatam, probabili et tutam esse, et cum veritate sacrae Scripturæ reliquisque necessario creditis a Christi fidelibus sustineri posse; dum in opusculo, *De Conceptione ad Leonem X*, cap. 2 et 5, in haec verba scripsit: « De parte autem altera, credente scilicet, beatam Virginem præservatam a peccato originali, licet quidam scripserint, quod contrariatur sacrae Scripturæ et determinationi Ecclesiæ, quidam autem quod non: mihi tamen theologorum minimo distinguendum videtur circa sensum hujus opinionis; nam potest dupliger intelligi: primo, ut B. Virgo sit præservata totaliter a peccato originali, ita quod fuerit exempta ab omnibus ad dictum peccatum spectantibus. Secundo, ut beata Virgo sit præservata a sola macula peccati originalis per infusionem gratiæ personalis. Est autem inter istos duos sensus major distantia quam inter cœlum et terram. Nam cum anima aliquis hominis, qui generatur, incurrit originale peccatum, non solum macula originalis contrahitur, sed in primo instanti, in quo anima rationalis creando infunditur, et infundendo creaturæ prius secundum naturæ ordinem caro, seu materia, cui anima infunditur est infecta, utpote genita ex commissione utriusque parentis; et propterea anima, quæ infunditur carni illi, contrahit maculam in scipsa originalis peccati, quia infunditur carni infectæ; neque solam maculam ex carnis infectione contrahit persona in utero geniti, sed multa alia, scilicet, reatum clausæ cœli januæ, sonitem peccati, et pœnam mortis temporalis: ita quod infecta caro, cui infunditur anima, est, in qua fundatur ratio non potentiae contrahendi originale peccatum,

sed ratio contracti in propria persona debiti, quod contrahatur in anima rationali sua, peccatum originale, et secundum maculam et secundum reatum peccatum spiritualis et temporalis: imo est talis carnis infectio, peccati originalis initium; inexistentia in persona, quæ tunc simul concipiatur et concepta est. Quocirca positio dicens B. Virginem præservatam totaliter a peccato originali, dicit ipsam non contraxisse carnem suam infectam, ac per hoc non solum sine macula peccati conceptam, et reatibus et somite, sed etiam sine debito in propria persona habendi hæc. Positio vero dicens B. Virginem præservatam solum a macula peccati originalis, et iis quæ a macula sunt inseparabilia (ut est reatus æternæ poenæ damni), non negat B. Virginem carnem habuisse infectam, ac per hoc in propria persona debitum contraeundi maculam originalis peccati, et quoad maculam, et quoad reatus omnes, et somitem, sed præservante Dei gratia non redundavit in animam illius macula peccati originalis, licet redundaverit et fomes, ligatus tamen per gratiam, et reatus clausæ januæ vitæ æternæ, et mortis temporalis, quia hæc poena, scilicet mortis, erat naturæ, ex parte carnis, illa, scilicet clausæ januae, erat naturæ ex parte temporis, quia scilicet Christus adhuc non aperuerat per suam mortem januas paradisi, clausas per originale peccatum; et similiter fomes ex parte carnis se tenet. Inter has igitur opiniones, hæc milii videtur, quoad fidem, differentia, quod positio dicens, B. Virginem esse præservatam a peccato originali, et reatibus, etc., est contraria fidei catholicae, quoniam repugnat his, quæ in sacra Scriptura et aliis documentis fidei certis et necessariis continentur. Oportet namque de B. Virgine firmiter credere, quod Christus est mortuus pro ipsa, et quod ipsa est mortua morte peccati; quoniam in sacra Scriptura habetur ista conditionalis: *Si Christus est mortuus pro omnibus, omnes mortui sunt*, ut patet II Cor. v. Constat enim, quod omnis conditionalis vera est necessaria, et quod a destructione consequentis ad destructionem antecedentis valet argumentum; formata ergo ratione clare apparebit Scripturam esse falsam, et fidem nostram, procedendo sic: *Si Christus mortuus est pro omnibus, omnes mortui sunt*; sed per istam positionem, non omnes mortui sunt, quia B. Virgo non est mortua morte peccati, ergo Christus non est mortuus pro omnibus; quod est manifesta hæresis. Nec potest hic locus glossari, quod omnes distribuat generaliter, et quod patitur exceptionem, et similia; quoniam constat, quod in hanc positionem illud signum, Omnes, distribuit pro omnibus, sine ulla exceptione: quoniam haereticum constat esse dicentem, Christum non esse mortuum pro omnibus, sine ulla exceptione. Nec etiam potest negari, quod de morte peccati sit sermo in consequenti: unde Augustinus in vi, contra

Julianum, tractans hæc verba Apostoli, concludendo dicit hæc verba: *Consequens ergo esse voluit ut omnes intelligantur mortui, si pro omnibus mortuus est*. Quia ergo non in corpore, restat ut in peccato mortuos esse omnes, pro quibus mortuus est Christus, nemo neget, nemo dubitet, nisi qui se negat, aut dubitat esse Christianum. Hæc ille. Unde cum opinio illa neget, B. Virginem mortuam morte peccati; ac per hoc, Christum non mortuum esse pro ipsa, sustineri judicio meo non potest. Et ne longius protrahatur hoc, oportet summarie ante oculos habere, quod istæ quinque positiones sunt omnino consistendæ, scilicet: Christus mortuus est pro B. Virgine: B. Virgo est aliquo modo mortua morte peccati: B. Virgo est reconciliata Deo per Christum: B. Virgo est redempta per mortem Christi: B. Virgo etiam post sanctificationem sui, non nisi per Christi mortem aditum habuit paradisi aperatum. Quibus adduntur aliae, aut per se notæ (scilicet quod omnis reconciliatus fuit inimicus; et quod B. Virgo mortua est morte temporali), aut determinatae per Ecclesiam, scilicet: Omnis homo redemptus a Christo fuit jure captivus; et, Mors est poena peccati originalis: et aliae propositiones certæ et indubitate, quæ aut nullo modo, aut vix possunt salvari ab hujusmodi opinione, si tamen opinio nominanda est, cum videatur manifestus error in fide. Unde Sextus IV in Extravagante: *Grave nimis*, de hac positione non se impedivit, sed solum de præservatione B. Virginis a macula peccati originalis, ut expresse patet legenti illam. Damnanda ergo videtur specialiter positio, quæ assereret, B. Virginem totaliter præservatam a peccato originali, ut scilicet nihil ejus incurrit, quanquam neminem adhuc sciāt hoc tenuisse. In secundo autem sensu intellecta opinio de præservatione B. Virginis, scilicet, quod præservata est a macula peccati originalis, et non ab infectione carnis, ac per hoc, nec a debito, in propria persona, illius maculæ, nec a somite et poenis, non est contraria sacrae Scripturæ, nec determinationi Ecclesiæ, nec aliquibus necessario creditis: quoniam B. Virgo, præservata ex speciali præventione gratiæ a macula originalis peccati, et habens cætera, quæ diximus, nou est extra latitudinem mortuorum, inimicorum, indigentium remissione peccatorum, captivorum, habentium carnem peccati, obnoxiorum morti et clausuræ cœli: et consequenter non est extra latitudinem eorum, pro quibus Christus mortuus est, reconciliatorum, redemptorum, liberatorum, mundatorum, introductorum denique per Christi mortem in vitam æternam animæ et corporis. Et in promptu ratio est, quia ex eo, quod habuit carnem infectam, cum somite ligato, et reatibus, egebat futuro remedio, per incarnationem et mortem Jesu Christi exhibendo: et ex eo quod in propria persona habuit debitum

contrahendi maculam originalis peccati, imo initium, unde redundare in animam suam debebat originalis peccati macula, gratia illa, quæ præveniendo sanctificavit eam, ligando etiam somitem, habuit rationem gratiæ mundativæ, reconciliativæ, redemptivæ, etc.

¶ Liberans namque animam a macula non actualiter habita, sed ex propria carne tunc debita, et in eadem carne tunc initiata, non est extra latitudinem liberantium a peccato, mundantium a sorde, redundantium a captivitate. Neque enim uno modo tantum quodlibet horum dicitur, sed latitudinem habet. Dicitur namque captivus non solum qui totaliter in captivitatem est redactus, sed qui cœpit in sui aliqua parte duci in captivitatem, et obnoxius est captivitatii. Et similiter dicitur mors peccati non solum ipsa actualis mors, sed debitum initium in propria persona habendi illam. Et similiter dicitur a peccato originali mundatus, non solum qui a contracta actuali macula mundatus est, sed qui a macula quidem in debito, et initio in propria persona fundata, et reliquis tot quasi partibus peccati originalis actualiter contraets mundatus est; et sic de aliis. Nec putet quisquam de mea hac phantasia me proferre, sed videat D. Thomam in part. II, q. 81, art. 3 (ubi inter alia tractat etiam illud, ad Rom. v: *Per unum hominem peccatum transit in omnes, et per peccatum mors*) sustinentem, quod per mortem sufficit intelligere debitum, seu reatum, in propria persona, mortis: quamvis nunquam actualiter aliquis moreretur. Ex quo habetur, quod cum Apostolus duo simul dicat: scilicet, quod in omnes pervenit peccatum et mors: sicut secundum, scilicet mors, sufficienter salvatur, exponendo mortem, vel in actu, vel in debito in propria persona; ita et primum, scilicet peccatum, salvatur, exponendo peccatum in actu, vel in debito in propria persona. Dixi autem toties in propria persona, quoniam si debitum, aut initium peccati originalis non ponitur proprium illius, qui concepit, sed commune; jam non salvaretur, quod illa persona esset mortua, redempta, reconciliata, etc. Salvatur quoque manifeste in hac positione singularis prærogativa Jesu Christi, quod solus conceptus est sanctus, et non in carne peccati, sed in similitudine carnis peccati: non solum ea ratione, quia ipse ex vi, seu natura suæ conceptionis, quæ nativitas in utero vocatur, sanctus nascetur; sed etiam, quia B. Virgo concepta est cum carne infecta, sed cum anima sancta, ex gratia impedita redundantiam infectam carnis in maculam animæ. Salvantur et omnes universales propositiones in Scripturæ et Ecclesiæ determinationibus, ut facile puto apparere exercitatis ingenii, ex dictis. Nec obstat dictis si objiciatur, quod reatus et fomes dicti consequuntur infectam carnem, mediante macula in

anima, ac per hoc si macula non est subsecuta, nec ista sunt secuta; imo videtur, quod sine maculae incurso injuste anima rea remaneat, cum poenæ istæ, proprie culpæ originalis, tamen sint poenæ; hoc, inquam, non obstat, quia mediatio maculae licet sit ordinaria, non tamen est sic necessaria, ut impedita macula, oporteat impediat esse consecutionem aliorum; sufficit enim, quod omnium harum communis radix, scilicet infecta caro, sit in instanti illo, quo anima infunditur infectæ carni. Nec est injustum, quod habenti culpam in proprio debito, et initio, actualis culpæ incursus impediatur, et reatus poenarum naturæ remaneant, quoniam extra propriam culpam originalem omnino non est, qui in proprio debito, et initio illam habet. Et quoniam in hoc sensu prædicatur hodie B. Virgo præservata a peccato originali, ab his qui dicunt ipsam sine originali peccato conceptam (ita quod per peccatum originale intelligunt maculam peccati originalis, ut patet ex prædicta Bulla, seu Extravagante Sixti IV, edita in favorem hujus opinionis, de præservatione a macula originalis peccati; et ex studio Scoti in in Sent., dist. 3, q. 1, ad hoc tendentis, ut a culpa, offensa inimicitiaque animam B. Virginis in Conceptione præservaret, et qua pueri, nunc per baptismum, et olim per circumcisionem liberi sunt effecti), idcirco cum de duabus opinionibus de Conceptione B. Virginis erit reliquus sermo, an mundata, an præservata fuerit ab originali peccato, de ipsa macula originalis peccati intelligendus est. Quocirca coercendæ sunt prædicatorum linguae, scriptorumque manus in hac quæstione. » Haec (et quidem prius Basilice) Cajetanus. Quare autem hanc de immaculata Virginis Conceptione sententiam, sic a se allatam explicatamque, pro ardentí suo in Deiparam Virginem affectu, libentissimi mentis suæ ulnis non exceperit Cajetanus, in opusculo prænotato: *Fides Cajetana*, in controversia Conceptionis beatissimæ Virginis Marie, ad libram veritatis appensa, etc., quod editioni paratum jam habeo; candide pleneque lectori meo, si Deus dederit, manifestabo.

Cum aliquando, per schedulam sibi transmissam, intellexisset Cajetanus, magistrum quemdam in theologia, in commendationem sanctissimi Joseph, et in laudem ejus, dum sermonem ad populum haberet, inter alia dixisse, quod hæc propositio erat vera: Ex sanguinibus Joseph fuit formatum corpus Christi, ex sanguinibus scilicet propriis B. Virginis, sed Joseph sancto per contractum matrimonii datis: flagrantissimo suo erga Deiparæ Virginis honorem zelo actus, dictum istud, ut falsum, suis scriptis, ex eo confutavit, quod sanguis beatæ Virginis non sit datum beato Joseph; et quod sanguis non dicatur alicujus simpliciter, nisi sit ipsius ut pars, quæ scilicet est, aut fuit pars ejus, et non ex eo quod est alicujus possessive, ut

ager, aut servus. Confutavit etiam novum errorem suis diebus exortum, dicentem: Christum conceptum ex sanguine B. Virginis purissimo, non quoconque, sed in corde existente, ita quod ex tribus guttis sanguinis circa cor beatæ Virginis conceptus esset Christus: ostendens errorem hunc repugnare non solum dictis sanctorum Patrum, sed Scripturæ sacræ, ex voce angeli dicentis: *Ecce concipies in utero, non, in corde.*

Supplicantibus quibusdam, indulgentiamque petentibus; in festo Spasmi B. Mariæ et ejus Octavis (quod celebrabatur a Dominicis in Passionem usque ad Dominicam Palmarum inclusive), impositum fuit Cajetano, ut ipse consuleret, si id quod dicebatur de spasio esset canonicum. Cajetanus vero, præcepto sibi facto confessim obtemperans, *De Spasmo beatissimæ Virginis Mariæ* tractatum pulcherrimum composuit, in eoque inter alia probavit, neque litteræ Evangelii, neque rationi consonum esse, beatam Virginem in Passionem Filii passam esse spasnum proprio dictum, ut sumitur a physicis. Rationi quidem, quia cum spasmus proprio dictus sit morbus contrahens nervos, non conveniebat, ipsum asserere in beata Virgine, quæ per omnia, quantum fas est, Filio similis, non debebat (sicut Filius non elanguit) alio morbo languescere. Litteræ vero Evangelii, quia, cum Joannis xix dicitur quod beata Virgo stabat juxta crucem, si spasmum, id est, nervorum diram contractionem, in itinere, quando Salvator sub cruce cecidit, passa fuisset, quomodo tam cito liberata ad crucem venisset, et juxta hanc, non sedens, sed stans, ab evangelista prædicari potuisse? Quamvis enim dolor ingens spasmum causare valeat, non tamen necessario causat, ut patet in Salvatore nostro, cuius dolor fuit maximus absque spasio. Nec solum spasmum, proprio dictum, a beata Virgine ablegavit Cajetanus, sed etiam spasmum vulgariter dictum, quo quis præ doloris magnitudine syncopen, seu extasis patiens, cadit. Cum enim beata Virgo fuerit gratia plena, Luc. i, oportebat corporales defectus de ea negare, qui plenitudinem perfectionemque gratiae impediunt: constat autem quod dolor, extra se personam faciens, exercitium rationis impedit pro tunc, et tunc erat tempus maxime actualiter secundum rationem, considerandi Passionem Christi: igitur hujusmodi dolor gratiæ perfectionem, secundum actualem considerationem

rationis, turbasset, quod est valde inconveniens. Non fuit igitur hujusmodi casus in B. Virginie. Confirmabat hoc Cajetanus, quia gratius erat Deo, quod beata Virgo compateretur ei secundum rationem, quam secundum partem sensitivam; quia illa pars est nobilior, et proprie meritoria, et per se grata. Oportuit ergo ut dolor beatæ Virginis ita esset summus, quod tamen tota pars sensitiva regularetur et subderetur rationi ejus vigilanti. Stante autem rationis exercitio ac dominio actuali super partem inferiorem, non accidit dolor extra se faciens personam et casum. Hinc inferebat Cajetanus, quod cum spasio nomen, nec proprie, propter dignitatem corporis, neque vulgariter sumptum, propter dignitatem animæ, de beata Virgine verificaretur, non erat de Spasmo, sed potius de Dolore ipsius B. Virginis festum celebrandum. Invehebatur autem, et merito, in garrulos quosdam prædicatores Passionis Christi, qui femineos clamores et motus beatæ Virgini, in ejusdem Passionis dolore, attribuebant; atque ab omnibus intelligi optabat, B. Virginem contemplationi admirative tunc vacasse, conferendo divina, prius visa, et sibi certa, humanis, quæ tunc videbant; summa insimis, et e contra; et consequenter, affectum cogitationibus consonum, secundum retam rationem habentem, ut condoleret, ut compateretur, cum tam excelsum, tam vilibus subjectum, ex charitate propria, pro mundi salute, prospiceret.

Sed nimis operosum esset singula Marianæ pietatis specimina, quæ Cajetanus, dum in hoc mundo viveret, ostendit, hoc loco percensere; tantum, pro coronide, attexam, quod cum ipse circa festum Assumptionis beatæ Virginis, ingravescente morbo, diem resolutionis suæ instare cerneret, eo potissimum die, quo beata Virgo in cœlum ascendit, quasi cum ipsa Virgine cœlum ascensurus, exspirare cupiebat, dicebatque: « Utinam mihi hoc potissimum tempore ad illam cœlestem vitam, posita hac putri mortalis corporis mole, liceat migrare. » Felicem vero animam Deo Optimo Maximo, a quo profecta erat, libentissime restituit Cajetanus, anno salutiferæ redemptionis 1534, ætatis 65, 4 Idus Augusti, suumque corpus, ob humilitatem ac virginei templi reverentiam, non intra, sed extra ecclesiam Deiparæ Virginis, quæ in urbe super Minervam appellatur, sine ulla funebri pompa, humili tumulo sepelendum, ultimis testamenti tabulis ordinavit.

CAPUT XVIII

*De Vincentio Justiniano, Vincentio Laureo, Vitalia Furno, atque Willermo Enckenwoertio,
S. R. E. cardinalibus.*

§ I. — *De Vincentio Justiniano.*

Vincentius Justinianus, Januensis, ex magistro generali ordinis Prædicatorum S. R. E. cardinalis

a Pio V Pontifice Maximo creatus, vir splendore generis, ac eximiæ pietatis, doctrinæ, prudentiæ, aliarumque virtutum prærogativa per illustris;

Deiparae Virginis amantissimus, inter alia, quæ sui in illam amoris posteris reliquit testimonia, Romæ in templo Sanctæ Mariæ super Minervam egregium sacellum ædificavit, et magnam monasterii eidem Mariano templo juncti partem, nempe bibliothecam insignem, et vicinas amplas aedes, in quibus hodie Inquisitionis congregatio celebratur, exstruxit. Cætera, quibus vir tantus amorem studiumque suum erga Deiparam voluit esse testatum, ad meæ hactenus cognitionis notitiam non venerunt. Mortalitatis exuvias depositit, Romæ, anno 1582, atatis 63, die 28 Octobris, in præfato Sanctæ Mariæ super Minervam templo tumulatus.

§ II. — *De Vincentio Laureo.*

Vincentius Laureus, civis Tropiensis, Calaber, ex episcopo Montis Regalis in Sibalpiis, S. R. E. cardinalis, tituli S. Marie in Via, a Gregorio X^{II} Pontifice Maximo creatus, vir virtutibus et multiplici scientiarum notitia florentissimus : inter alias Marianæ pietatis ac clientelæ tesseras, plurimum oblectabatur cultu imaginis Deiparae Virginis collacrymantis, quam Albertus Duterus, celeberrimus pictor, olim adeo affabre tantoque artificio pinxerat, ut et veras lacrymas profundere et insipientium animos ad ipsam in celis regnantem Virginem traducere videretur. Hanc autem imaginem, cum Romano collegio Societatis Jesu, una cum biblioteca, non mediocri impensa congesta, ultimis testamenti tabulis legasset Laureus ; Clemens VIII, qui tunc summo totius Christianæ reipublicæ commodo Christi vices in terris gerebat, sibi ab ejusdem collegii Patribus concedi postulavit. Mortali ueste exutus est Laureus, anno salutis 1592, xvii Kal. Januarii, natus anno 1525, quinto Kalend. Aprilis.

§ III. — *De Vitali a Furno.*

Vitalis a Furno (quem Willotus, Possevinus et alii, Joannem Vitalem a Furno appellant) Gallus, Vasatensis, Vasco, sive Aquitanus, ordinis Minorum, theologus suo tempore præstantissimus, fama ac sanctitate clarus, ob idque S. R. E. cardinalis a Clemente V summo Pontifice creatus : inter alia præclara eximiæ suæ erga sanctissimam Dei Genitricem Virginem Mariam pietatis monumenta, scripsit de *Conceptione ejusdem sanctissime Dei Genitricis librum unum*, a Bernardino Bustensi in *Mariali*, Luca Waddingho in *Bibliotheca Franciscana*, aliisque memoratum ; in quo inter alia refert et testatur, se vidisse specialem quemdam librum *Retractionum D. Thomæ*, in quo in particulari retractabat opinionem quam docuerat de beatissimæ Virginis Conceptione. Denique Patrem benedicebat, quod Filium suum posuisset inter se ipsum et homines mediatorem, et Matrem Filii inter reum et Judicem mediatrixem : Virginem vero benedicebat, quia cum ipsa esset Mater Dei, vellet etiam esse Mater rei, ac natriusque Mater existens, eloquio suo pacem conciliaret, nec inter filios suos discordiam pateretur. Eamdem

quoque benedicebat, quod prohiberet gladium diuinæ severitatis a sanguine nostræ iniquitatis, et quod priorem misericordiam posteriore superasset ; asserens priorem misericordiam fuisse illam, quæ carnem propriam dedit Filio, ut fieret pretium nostræ redemptionis ; posteriorem vero, quando spiritus ejus transverberabatur gladio Passionis, cum moriebatur, et mori non poterat, et tamen mori cum Filio appetebat. Aiebat, beatam Virginem impetrare nobis veniam : temperare et revocare latam contra nos sententiam : excitare divinam elementiam : confundere hostis astutias : cor peccatoris movere ad pœnitentiam : et sicut rei fugint ad Ecclesiam, ut salventur, sic peccatores recurrere ad Mariam, ut a mortis sententia liberentur. Peccatorem, timentem judicari a Christo secundum forum iustitiae, hortabatur, appellare ad Christi Matrem secundum forum misericordiae : et memoria beatæ Virginis, cordi indecelibiliter impressam, remedium efficax contra omnes tentationes proponebat. Assimilans beatam Virginem cum monte Sinai, dicebat, illam montem (in quo lex non ad securitatem, sed ad pietatem pertinens data est) sumantem appellari, quia per ipsam in amorem Dei accendimur et inflammamur. Scripsit aliquando, suffragio beatæ Virginis, fluxum carnalis delectationis et affectionis in pudorem et carnis mortificationem converti : et sicut Judæi vivere non potuissent, nisi Esther pro ipsis Assuerum rogasset, sic non posse vivere peccatores, nisi pro ipsis Maria obsecreret Christum. Mariam appellabat Scalam Jacob, per quam viri angelici ascendunt in cœlum : Mare, per quod Christus venit in mundum, et veri Israëlitæ perveniunt ad portum : Ostium, per quod nobis patet introitus ad regnum : Aream, de qua natus est panis de cœlo descedens : Laminam auream, in qua Cælatoris, id est, Spiritus sancti opere insculptum est sanctum Domino Verbum humanatum : Domum aromatiæ arte mirifica a summo Artifice factam : Thronum aureum, in quo Rex ætherens consecratus est Pontifex : Arcum feederis, a peccatoribus ictum divinæ ultiionis et percussionis revocantem : Virginem vigilantem, quæ peccatores excitantur ad futuræ tribulationis considerationem ut convertantur et vivant : Nubeenlam a terra elevataam, et rore Spiritus sancti repletam, in qua Iris nostræ reconciliationis apparuit : Vitem benedictam et generosam, in terra promissionis plantatam, cuius una fuit Deitas humanata : Auroram eunctis virtutibus radiosam, quæ solem peperit, Dei Filium generando : Columnam nubis, nos in mundi hujus deserto dirigentem, a Deo in munimentum diabolice tentationis nobis datam : Vestigium hominis, ob perfectam eum Filio suo in natura, gratia et gloria conformitatem : Terram stabilitatem firmam, quia nunquam peccavit ; humilitatem infirmam, devotione mellifluam, pietate lactiferam, et (ne plura congeram) Hortum a Deo

excultum, per multa tribulationis et mortificatio-
nis genera, et omni genere arborum, id est, plan-
tatione virtutum consitum, ut esset Paradisus vo-
luptatis in quo poneretur secundus Adam.

Mortali vitæ valedieens, æternam vitam inve-
nit Vitalis, anno Christi 1317, die 16 Augusti, die
post Assumptionem dilectissimæ Dominæ suæ
beatissimæ Virginis Mariæ.

§ IV. — *De Willelmo Enckenwoertio.*

Willelmus, aliis Guillielmus, Enckenwoertius,
Belga, ex episcopo Dertusensi S. R. E. cardin-
alis ab Adriano VI creatus, vir in egenos
et in omnes homines beneficentissimus, eximii
sui in Virginem cultus sempiternum apud posteros
extare voluit monumentum, templum et hospitale
Teutonicorum beatae Mariæ de Anima in urbe.
Nam cum anno 1350, sedente Clemente VI, et im-
perante Carolo IV, ex causa Jubilæi, quidam
Teutonicæ nationis viri, qui prole carebant,

proprias ædes Hospitalitati peregrinorum, qui, e
provinciis imperio subjectis, Romam venirent, de-
stinassent, templumque, licet non valde amplum,
beatæ Mariæ Virgini, sub titulo de Anima, statuis-
sent, conditione apposita, ut inibi pro salute
animarum suarum apud Deum effunderentur a
suscipiendis hospitibus preces: Willelmus deinde
noster hoc templo, solo æquato, alterius capacioris
et angustioris formæ, ut nunc videmus, con-
struendi auctor fuit, cui inscriptio:

*Templum B. Mariæ de Anima Hospitalis
Teutonicorum M. D. XIV.*

Domum præterea, quam habitabat, neconon alias
adjacentes, e quibus quotannis non spernendus
redit census, hospitio et ecclesia testamento ad-
dixit, ac in ea post mortem humari voluit. Deces-
sit Romæ, anno 1354, ætatis 70, vir, si quis alius,
Mariani cultus rationibus provehendis intentus.

LAUS DEO AC DEIPARÆ VIRGINI MARIAE.

IV. CÆSARES MARIANI

SEU

DE CHRISTIANIS IMPERATORIBUS IN TER AUGUSTAM DEIPARAM VIRGINEM
MARIAM SINGULARI PIETATIS AC VENERATIONIS
CULTU PRÆCELLENTIBUS

LIBER UNUS

EX VETERUM RECENTIORUMQUE AUCTORUM MONUMENTIS EXTRACTUS

A P. HIPPOLYTO MARRACCIO.

« Orthodoxorum imperatorum sceptra, qui te, o
Deipara, supra omnem purpureum colorem, et
omne aurum, et margaritas, et pretiosos lapides,
coronans et induuntum, et inamissibile imperii
sui ornamentum habent, in pace et quiete regito.
Malefidas nationes barbaras, quæ te Deumque ex
te natum blasphemis lacerant, pedibus eorum sub-
sternito ac subjicio. Exercitu qui semper tuis
innititur patrocinis, hora congressus, esto adju-
trix. »

(Ex S. GERMANO patriarcha Constantinopolitanó, in orat. 1, *de Præsentatione B. Virginis.*)

*Augustissimæ cœli terræque Imperatrici Virginie Deiparæ Mariæ,
Ante cujus thronum cœlestis aulæ primatibus verendum, augustissimi ipsi Romanorum
Cæsares,
Qui principum orthodoxorum summitates, Christiani nominis columna, humanarum digni-
tatum apices, majestatum fastigia, orbis rectores, floresque humani generis appellantur et
sunt.
Suplices ac venerabundi diademata deponentes ac ex ipsius obsequio magis quam ipso, quo*

pollent, imperio gloriantes, familiari obsequio nudatum inclinant cervicem satisque ac nimium reputant in ima postremaque mancipiorum illius classe censeri,
Hoc de Christianis imperatoribus singulari in eam pietatis ac venerationis cultu præcellentes qualemque Opusculum, una cum seipso toto ex intimo corde, atque e penitissimis animi medullis, submississime offert et commendat addictissimorum servorum minimus Hippolytus MARRACCIUS.

LECTORI.

Cæsares Marianos, in Præfatione libri *De Pontificibus Maximis Marianis* olim promisso, et jamdudum ad coronidem perductos, en tandem aliquando, post varias impedimentorum remoras, Deipara favente, in lucem publicam, mi Lector, evulgo. Faxit Deus, ut erga augustissimam superum Imperatricem, summi Imperatoris Matrem Virginem Mariam amor (dum facem Cæsares præbent) incrementa in omnibus capiat, utque hi, qui per seipso studiose satis ad Marianæ pietatis arcem nituntur, Cæsareis hisce exemplis provocati, ad eandem pietatem ardentius inflammatur. Revocavi enim in hoc Operे Marianam Romanorum Cæsarum pietatem, ut nostra fiat, nobisque imitatione inhæreat. Nostraque erit verecundia, hæc præclara Cæsarum memoria, si miro suo exemplo, nostram illi non excitent socordiam. Verba habent suadelam, exempla violentiam, pulchreque de Indis dicebat Zeno (ut lib. II *Stromatum* refert Clemens Alexandrinus) se unum malle videre Indum qui torreatur, quam omnes de laboris perspicie probationes; plus enim exemplum, quam evidenter rhetoricorum ratio movet, cum loqui facile sit, præstare difficile. Cæsarea porro hæc Marianæ pietatis exempla, tanquam novis incussis stimulis, ad imitationem nos compellent, si ratione, animo, attentaque mentis consideratione, ea a nobis fuerint perpensa. Quamvis autem imperatores Christianos fere omnes Mariæ Deiparæ cultu ac veneratione præcellentibus fuisse non dubitem, eos tamen solum hic in medium producendos censui, quorum Marianam pietatem expresse celebrant historiographi, nolens de aliorum gestis, altissimo scriptorum silentio pressis, vel mihi adhuc ignotis, ad placitum divinare. Et licet de Christianorum Cæsarum in Deiparain Virginem pietate, plus sit quod sive ob scriptorum incuriam negligentiamque, sive ob desperita per bellorum rabiem, vastatasque incendiis urbes, vetustatis exemplaria, amissum deplorari, quam quod litteris conservatum, typorum beneficio, ad Marianorum cultorum commodum in publicam mundi lucem evulgari possit: omnia tamen, quamvis opido pauca (si immensum numerum suppites eorum, vel quæ me latent, vel quæ ex tragicis bellorum tumultibus, antiquis depopulationibus, deplorandum fecere naufragium) in hoc genere, de ipsis Cæsaribus reservata, monumenta libelli hujus angustiis, non sine labore fideliter comprehensa, ad posteriorum longiore recordationem, in publicam lucem sisto: ut post majorem Dei, ejusque sanctissimæ Genitricis gloriam, unice spectataam, iisdem Cæsaribus honori, ac venerationi, cæteris serviant ad exemplum. Si quid autem in hoc opere pro humana tenuitate deliqui, correctioni sanctæ Matris Ecclesiæ, ac eruditorum omnium judicio, libens, submitto, Deiparæ Virgini ex cordis intimo offerens, si quid in illo apparuerit laude dignum. Tu interim, salve, et vale, candide sincereque Lector; meque, tum vivum, tum mortuum (quod demississime exposco) beatissimæ Dei Matri, Virgini Mariæ, communii Patronæ, in tuis precibus amanter habeas commendationi.

CÆSARES MARIANI.

CAPUT PRIMUM.

§ I.—*De Alberto I, Austriaco imperatore.*

Albertus Austriacus, hujus nominis I, Occidentis imperator, qui cum duodecies collata acie pugnans, semper contra hostes victor exstitisset, a scriptoribus ob id Albertus Victor, seu Triumphator est jure merito cognominatus; inter cætera (quæ

ignoramus) devotionis suæ erga Deiparam Virginem documenta, monasterium Eremitæ Deiparæ Virginis in Helvetia cœlitus consecratum, in suam suorumque protectionem singularem assumpsit. In Gemnico Austriae pago monachorum Carthusianorum cœnobium omnino splendidissimum sub ti-

tulo Throni B. Mariæ Virginis ædificavit; et in Germania, in Constantiensi dioecesi, coenobium templumque familiæ Cisterciensis in valle spatiose atque cultissima, in ejusdem Deiparae Virginis honorem fundavit ac dotavit. Mortalitatis compede solutus est anno salutiferi partus 1508, die 1 Maii. Cujus insignem in Deiparam affectum nobilis juvenis Rhetorico-Academica Viennensis in suo *Litorum Campo*, seu *Albo Austriaco Mariano*, hoc elogio celebravit :

*Albertus I, Cæsar
Cæsaris filius*

Austriaco-Marianus.

Quid agis, calame?

*Liliis inscribis suo sanguine purpuratum,
Muricem lacti misces;*

Sed adhuc venialis hic error est :

Belle ornat purpura candorem innocentiae.

Vir prioris avi,

*Austriaco artificio candorem servavit in purpura,
Credidisse conchyli adnatum unionem :*

Exosus fucus

Unde et ignavum fucus pecus habuit insidiatores

Et cui succubuit dextra amula, ipse succubuit

Cognatus dexteræ an sinistræ ?

Certe sinistro casu.

Stare dignus more Austriaco post victorias.

Erras iterum, calame :

Stat qui Virginea fulcitur manu.

Romanum scias, vel metins Marianum.

Invocato auxilio Virginis gloriosissimæ

In gremio principis spirantis

Suum redditum spiritum.

Felix casus !

Nunquam statur in morte metius

Quam tali casu.

§ II.— *De Alberto II, Austriaco imperatore.*

Albertus Austriacus, hujus nominis II, Occidentis imperator, omnibus perfecti principis ornamenti clarus, tanto animi studio (ut æquum erat) in B. Virginem ferebatur ut sua majestate non indignum arbitraretur publice coram clero in choro Deiparae laudes occinere. Priusquam Romanæ coronæ caput subderet, illacrymatus est; non sunt viro semper indignæ lacrymæ : Xerxes deflevit suos. At Alberto causa inelior. *Quid prodest homini si universum mundum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur?* (Matth. xvi, 26.) Ut sensit, dixit. Audiit hoc non jam fortuna, sed Maria, in cuius manibus sortes suas reposuerat. Cellas igitur evocatum absolvit ab hac solitudine. Cellis reduci cœlos apernit Janua cœli, postquam eum instar Filii orare docuisset : Domine, ignosce illis, qui in hac mea morte rei sunt, et ego eisdem ignosco propter te. Tam artificio Austriaci rhetoris exordio, quo auditoris Dei mores expressit in suis, non potuit nisi optimus respondere vitæ epilogus. Vixit bene qui tam bene dixit. Diem clausit exterritum anno orbis redempti 1459, die 27 Octobris.

§ III.— *De Alexio Comneno imperatore.*

Alexius Comnenus, Orientis imperator, pro exilio suo erga augustissimam Deiparentem cultu, in prælio adversus Scythas, altera manu tenebat gladium, altera, vexilli loco, Deiparae Virginis humerale seu amiculum. Idem Basilium quendam

haeresiarcham, qui inter alios errores delirans dicebat suos omnes concipere Verbum Dei et parere, sicut B. Virgo peperit, non solum detexit, sed flammis etiam comburendum tradidit.

Idem in festis Nativitatis, Luminum et Palmorum (quod, ut ex Codino colligitur, omnibus imperatoribus Constantinopolitanis solemnne fuit) egrediens pro more stabat ante sanctissimam Deiparam Victricem, seu Victorie effectricem : finito autem matutino, ante eamdem imaginem, ubi etiam Virginis Odegetriæ, seu viae Duci erat imago, domum idem imperator reveriebatur.

Die 8 Septembri, in festo Nativitatis Deiparæ, abibat ad venerabile monasterium Libis. Die 21 Novembris, in Præsentatione Deiparae Virginis, quando templo ingressa est, abibat ad venerandum monasterium spectatae et admirandæ Virginis Deiparae. Die 2 Februarii, in festo Occursus seu Purificationis, recipiebat se imperator ad Blachernarum templum, comitantibus barangis, qui semper imperatorem equitantem comitabantur. Die 15 Augusti, in Dormitione sanctæ Deiparae, conferebat se ad S. Sophiam, et ibi pernoctabat. Die 2 Julii, qua colitur memoria depositæ venerandæ vestis Deiparae, proficiscebatur imperator ad Blachernum templum, atque in omnibus prædictis non solum ad Vesperas veniebat imperator, sed ad Liturgias.

Quatuor quotannis Vigiliæ in imperiali palatio peragebantur, videlicet magni Canoris, Virginis Acatistæ, Annuntiationis et magui festi. Et in hisce Vigiliis imperator eligebat suo arbitratu conclave, ut divinum Officium audiret. A prima Vigilia peregrinabatur quasi in palatio sanctissimæ Deiparae Odegetriæ imago, et ibi manebat usque ad magnam Dominicam Paschæ : cui imagini venienti occurrebat imperator ad ipsam pertam palatii anlæ. Secunda vero Paschatis abeuntem deducebat usque ad excelsos gradus, et facta ibi imperatorum commemoratione, imperator revertebatur. Abiit Alexius ad plures an. Christi Domini 1418, imperii 57.

§ IV.— *De Andronico Seniore imperatore.*

Andronicus Senior, Orientis imperator, cuius palatium non modo honestæ disciplinæ et omnis virtutis officinam, sed et eloquentiæ doctrinæque optimum gymnasium Nicéphorus Grégoras appellavit, multis sane eisque haud obscuris pietatis significationibus devotionem suam erga augustissimam Virginem declaravit. Nam cum Junior Andronicus, alter Absalon, Constantinopolim, qua erat ambitione, nocturnis incursionibus insidiosaque exercitu furenter occupasset, hunc avum suum clandestino hostium adventu, subitaque irruptione obstupefactum in maximos angores sollicitudinesque conjecit : inimicorum etenim repentino clamore tumultuque et lecto surrexit, ubi securus et incautus dormiebat. Cumque omnia circumspiciens, nihil humane opis ac defensionis inveniret, ad

Deiparæ illam ipsam imaginem, quæ pictore divo Luca, merito ac jure præcipuum quendam honorem deposcebat, confugiendum occurrentiumque putavit, ut vitæ desperatissimæ necisque præsentissimæ remedium inveniret. Ergo coram sancta prostratus imagine, Dei Matrem consideranter oravit ne se desereret extrema ab ipso nepote metuentem, qui imperandi cupiditate cæcatus, divina humanaque jura sclestissime violarat. Haec non irritis precibus senex honoratus petivit Androniens. Opem enim pro consueta sua misericordia Dei Mater illico tulit, nepotemque efferatum juvenem in eam mentem impulit, ut avum aras tenentem honorifice mansueteque tractaret, atque ei se lenem et facilem in illa victoriae ira præberet. Licet enim prospéro rerum eventu gestiret, bellique reliquias persequi in animum induxisset, tamen ut in regiam ingressus avum senem vidi orantem et Virginis præsidium implorantem, ita flexus animo est, ac loci religione commotus, ut eamdem Virginem et in primis sit veneratus, et avum comiter acceptum habitumque dimiserit. Interim, inquit, Nicephorus Gregoras in sua *Romanorum Historia* lib. m, magnus ad palatii fores tumultus auditur, Junioris imperatoris ingressum nuntians, et plausus armorum magnus; erant enim milites amplius 800, cum imperatore ingressi, simul etiam undique faustis acclamationibus Junior imperator salutabatur. Senior, tumultu et clamore audito, de lecto surrexit perturbatissimus, et omni ope destitutus ducum atque militum (palatium enim, cubiculi ministris adolescentibus exceptis, desertum prorsus erat), ad sacram imaginem Dei Genitricis Odegetriæ confugit, ante multos dies in palatium translatam, quæ ei firmo solatio erat. Hac igitur fretus, et humili prostratus, ardenter cum lacrymis obtestatur, ne periclitantem deserat, et sicariorum ensibus objiciat. Exaudivit preces ejus, et festinum tulit auxilium, quæ quidvis potest, castissima Dei Genitrix: nam dum ille in palatio Deiparam ad hunc modum deprecatur, Junior imperator foris omnibus ducibus et tribunis suis convocatis, graviter edicit ne avum imperatorem vel manu vel ullo contumelioso dicto violarent, nec quemquam prorsus omnium. Vix etiam a lacrymis temperans, palatum ingreditur, ac primum venerabili Dei Genitricis imagine, ut deceat, adorata, deinde avum illi inhærentem abductum salutavit, amplexus est, et blandis verbis recreavit. Sic ille. Huic præterea Seniori Andronico improvisa morte decedenti (gelidam avidissime liberat, et testaceis operam dederat, quibus fit aqua jucundior) Mariae Virginis quædam imago, quam solebat gestare, in sinuque habere, consolationi fuit, ejusque se patrocinio, instantे obitu, pie ac religiose commendavit. Cumque intempsa nox esset, nemoque sacerdos appareret, sacramentisque muniret, soliditudinis dolorem hac ipsa lenivit imagine, quam comedere non dubitavit, ac secum ferre quodammodo. Hoc enim milii

probabilius sit quam cum Gregora affirmare, Andronicum instante obitu, cum nullus sacerdos præsto esset, qui sacra impertiret, lacrymantem et in genua procumbentem, parvam illam Dei Matris effigiem sacrosanctæ Eucharistie loco in os inseruisse, etsi doctoris Petri Canisii interpretatio hujus facti non displicet. Nam cum videret, inquit (*De B. V. lib. v*), se temporis angustia prohiberi quominus sacrosanctæ Eucharistie viatico muniri posset, adhibita Virginis imagine testari voluit, se bene quidem sperare tum de Christi benignitate, tum de Matris ejus intercessione, quæ suis minirum precibus apud Deum compensaret quod ipse coactus et invitus sacramenti sumptione præstare non posset. ¶

Cum se moriturum ex quodam morbo, quo Deiparæ ope postea convaluit, existimaret, multis precibus Annam imperatricem magno Domestico commendavit, comprehensamque ejus dexteram dexterae imperatricis implicuit, et ante iconem Deiparæ hæc dixit: « Tibi hanc et Romanos omnes trado atque commando, tibi ex hoc curæ erunt. »

Cum ei nuntiatum esset pincernam quendam, quem in Turcam se in Asiam infundentem cum multo milite misisset, rebellare, et prope esse ut militibus imperator acclamaretur, vehementissime consternatus est, et ad numina conversus, omnem spem in sanctissima Dei Genitricem, et Servatorem Christo collocavit. Itaque a legionibus imperatoris victus est pincerna, quarum præfectus tertia post captivitatem die visum ei ademit. Pie obiit Andronicus anno salutis 1554.

§ V. — *De Andronico Juniore imperatore.*

Andronicus Junior, Orientis imperator, pace composita cum ayo Andronico Seniori, ingressus Deiparæ Odegetriæ templum, amplissimas Deo pacis auctori et sanctissimæ ejus Matri gratias egit. Ad bellum processurus, ante Deum Deique Matrem pro felici successu comprecabatur, et sacrificium laudis isdem sacrificabat. Idem Cizicum trajecit ut Deiparæ signum in templo apud Hirta-cium asservatum veneraretur. Cum Dydimothici morbo oppressus biduum sine sensu jacisset, dieque tertio, quasi ex alto somno experrectus, illins aquæ guttulas sibi affléri postulasset, quas Deipara consecrabit et salubres faciebat (erat Constantinopoli fons miraculorum cœrbitate notissimus), quæ cum ori ejus esset infusa, non modo relevatus morbo est, sed etiam omnino curatus. Confirmata autem valetudine Dydimothico Byzantium abiit, ut eastissimæ Deiparæ vitali fonti sanitates magis quam aquas emananti, quibus et ipse lethali illo morbo levatus esset, gratias ageret. Vita functus est anno nati Salvatoris 1541.

§ VI. — *De Arcadio imperatore.*

Arcadius Theodosii Magni filius, Orientis imperator, inter alia pictatis sue erga Deiparentem

testimonia, venerandam sanctissimam Dei Matris zonam Hierosolymis, quae ad eum usque diem ibi cum pretiosa veste a femina virgine servata erat, Constantinopolim delatam in splendido scrinio, quod sanctam appellavit Arculam, reposuit. Ita ex *Menæis Græcorum* Roderus in suo *Viridario sanctorum* parte prima. Quod confirmat Euthymius monachus in *Encomio ejusdem zonæ*, apud Laurent. Surium t. IV, *De Vitis sanctorum* sub die 31 Augusti, dum ibi inter alia hæc tradit: « Hodie proponatur, honoretur et adoretur zona, quæ divina virtute cœlos superat et resplendet plusquam radii solares, manetque integra et intacta plurimorum annorum curriculis, nongentorum, inquam, et amplius; nam, ut scriptum invenimus, admiranda et semper splendente area, in qua est pretiosa hæc zona recondita a tempore Arcadii, qui olim imperavit in fide recte sentiens, quique fuit filius magni illius et qui virtutibus resulsi Theodosii, hic fuit deposita tricesimo primo hujus mensis, salvaque, illæsa, et impolluta, ut videtis, permansit usque in hodiernum diem, nullo modo

soodata, aut offuscata, aut ejus colore ullo modo mutato, sed resplendens supra nivem, et tanquam modo ex coccino laborata, sic est proposita virtute sancti et vivifici et adorandi Spiritus. » Ex hac autem vita subreptus est Arcadius anno a Christo nato 408, ætatis 31.

§ VII. — *De Arnulpho imperatore.*

Arnulphus imperator, Carlonanni, Boiorum regis, filius, religiosissimi parentis vestigia securus, inter alia Marianæ pietatis specimina, Randis-dorffensem Sancti Pancratii ecclesiam a se constructam Oetingano beatissimam Virginis templo transcriptis, cum pleno rerum emolumenterumque omnium jure. Possessiones etiam, quas ad lacum Benacum in Italia habebat Oetinganum monasterium, quæque a Carolomanno eidem videntur attributæ, cum aliis in Germania, propter commoda vicinitatis commutavit. Diem supremum explevit Oetinge anno salutis 899, mense Novembris, aliis Decembris, ibidem in sacello divæ Virginis tumulo Carolomanni patris illatus.

CAPUT II.

§ I. — *De Balduino Belga imperatore.*

Baldinus Belga, Flandriæ comes et Hierosolymorum rex, qui, circa annum Domini 1204, primus ex Latinis creatus est Orientis imperator, inter alia pietatis sue erga Deiparentem testimonia, Cortraci sub Torneacensi episcopatu collegium canonorum cum templo divinissimam Virginis nomini dieato fundavit; et dotem pro quolibet canonico bis mille florenorum constituit. Idem Venetæ reipublicæ in Ptolemaide sacram Virginis ædem et forum concessit, pluribusque aliis privilegiis in Hierosolymitano regno dotavit. Cætera me fugiunt. Imperabat anno post Christi Nativitatem 1205.

§ II. — *De Basilio Macedone imperatore.*

Basilius, Macedo, hujus nominis I, Orientis imperator, quantopere sacram Virginem adamaret, multorum benevolentissimam Matris templorum partim quæ erant vetustate confecta, renovatione, aliorum ad ejusdem sacrae Virginis et Matris honorem mirabili fundatione monstravit. Ædem enim Deiparæ a Leone imperatore ad fontem portæ Constantinopolitanæ, quæ Aurea dicitur, ædificata, et priscam pulchritudinem amiserat, restauravit; aliamque cui Pega nomen, quæ motu terra exciderat, a fundamentis refecit, et stabilem et pulchriorem, quam prius fuerat, effecit; similiter et aliud Deiparæ sacellum, cui a Signite cognomentum erat, diro casu deformatum, a fundamentis exædificavit, et priore firmius reddidit.

Videns civilem et intimæ notæ plebeculum in platea quod Forum appellatur commorantem necessariis victui addictissimam, « quod nullum prope sacrarium haberet, animi sui curam obli-

scensem, per pulchrum templum et venerandum Dei Matri ipsa platea construxit, quo imbre ac hiemes vulgus arceret, salutisque suæ oblectamentum et præsidium haberet. Aliud item gloriissimam Deiparæ in Chalcopratii divinum templum maxime venerandæ sacræque urnæ, humile et lumine carens, utriunque absidibus, quæ lumen exciperent, erectis, teetoque in sublime elato, altitudine illustravit, et luminis splendoribus condecoravit. In apside celeberrima divinique templi quod a magna Dei Sapientia nomen sumpsit, Deiparæ imaginem absque semiuncia Matrem Filium ulnis gestantem effinxit, et apostolorum principes Petrum ac Paulum utriunque apposuit. » Sed et in nomen et memoriam semipaternam Deiparæ Virginis divinum pulcherrimumque templum extruxit in quo convenere ars et dixitæ, et fervens fides, et semper liberalissima munificentissimaque voluntas, et omnia ubiquevisunt pulcherrima, quæ convisenibus potius quam audientibus credibilia sunt. Duas præterea ædes oratorias in nome et gloriam Dei Matris religiose in Pegis construxit et in Marciani ambulationibus, inter imperatorios ambitus, duo pulcherrima et jucunditatis omnibus demulcentia oratoria Deiparæ posuit. In præmium autem Marianæ pietatis, ac benefactorum operum, tam terra quam mari sæpe devicit hostes, ut Europalatas, et alii veteres recensent auctores. In eo autem prælio magnopere est demonstrata divina potentia, quod gestum est ab ipso per Andreiam ducem, pius valde virum, adversus Saracenos Tarsi regnantes. Ad quem cum corum princeps litteras misisset superbiæ et maledictorum plenas, et hæc indicantes: « Tunc videbo an Ma-

riæ Filius, ejusque Parens tibi proderit, cum contra te cum meo exercitu progrediar; » quas litteras convitii plenas acceptas, ipsi imagini Dei Genitricis appendit, haec locutus : « Vide, o Mater Dei, tuque ipsius Filius et Deus, qualia exprobravit et superbe dixit contra tuum superstitem populum barbarus iste arrogans. » Quibus dictis, assumptis Romanis copiis contra Tarsum proficisciebatur et cum ad Podandum pervenisset, ibi cum hostibus congressus, multa cæde fundit et fugat barbarorum multitudinem, cum prius ibi eorum dominus occubisset, pauci vero vix se Tarsum incolues recipiunt. Sepultis autem suis, et hostibus in unum locum coactis, magna erecta ad posterorum memoriam columna, in patriam rediit cum spoliis. Debitum naturæ solvit anno orbis redempti 866, die 4 mensis Martii.

§ III. — *De Basilio Porphyrogenito imperatore.*

Basilius Porphyrogenitus, II hujus nominis, Orientis imperator, cum sanctissimæ Dei Genitricis, quam mirifice semper coluit, adjutorio contra Bulgarios insignem victoriam reportasset, solvendis Deiparæ votis Athenas usque perrexit, multisque pretiosis muneribus ædem sacram exornavit. Unde Michael Glycas (iv part. *Annal.*) de eo loquens ait : « Quin et Alchrideni ipsam, quo in oppido regia Bulgarorum erat, occupavit; indeque magnas opes, gemmas nimirum et uniones, aurique centenarios centum abstulit. Secundum hæc Athenas profectus, cum munera gratiarum actionis ergo Deiparæ vota reddidisset, ac illius templum multis iisque splendidis et magnificis donariis ornasset, Constantiopolim reversus, aureaque corona rediunctus quæ cristam et apicem in parte superiori habebat, per portas magnas ingressus triumphum egit. » Hæc ille.

Hujus Basillii Porphyrogeniti imperatoris jussu Menologium Græcorum conscriptum est; in cuius una parte (alia enim, vel quia abdita, vel quia desperita, adhuc desideratur) sex tantum menses, nempe Septembrem, Octobrem, Novembrem, Decembrem, Januarium et Februarium continentur, quan ad fidem membranacei codicis Vaticanæ a Petro Arcadio Corcyrensi, viro clarissimo, Latine versari, quam primum publici juris faciet vir doctissimus D. Ferdinandus Ughellus, abbas Cistere., hæc de Deipara habentur :

« Quinto Idus Septembbris commemoratio Joachimi et Annæ parentum Deiparæ. »

« In Judæorum templo erat vir quidam nomine Joachimus, justus et dives, qui festis diebus, duabus ex facultatibus suis factis partibus, alteram pauperibus erogabat, alteram vero Deo offerebat. Exceptus est aliquando probro, cum Deo, de more, festo die, munus offerret suum, a Judæo quodam negante fas esse ei qui nullo acceptus esset filio, una cum cæteris dona templo afferre. Attulit ea res tantam homini ægritudinem, ut vitato hominum conspectu et luce, procul domo solitarius vitam ageret, votisque ac precibus a

Deo pôblem peteret. Nec minus Anna uxor domi quotidie orabat. Misit autem Dominus angelum, qui utrumque bene sperare juberet, fore enim ut brevi admirande sobolis parentes essent, Deiparæ semper Virginis Mariæ, quæ salutem universo orbi esset allatura. Quæ res cùnidem quem oraculum prædicterat exitum habuit. »

« Quinto Idus Decembbris Conceptio S. Annæ Matris Genitricis Dei.

« Dominus et Deus noster cum animæ tui sibi templum domumque sanctam præparare vellet, misit angelum suum ad Joachim et Annam justos, qui se ex eis Matrem sibi destinasse prænuntiaret, et infecunda et sterilis Annæ Conceptio Virginis secunditati fidem postea faceret. Conecepit igitur Anna Mariam, et peperit, non, ut quidam dicunt, septimestrem, aut sine viri opere, sed angelica quidem prædictione, exactis tamen novem mensibus, atque adeo ex viri coniunctione. Solus enim Dominus noster et Deus Jesus Christus sine ulla commistione ac sentine, modo quodam illi soli noto, nobis autem ineffabili et inexplicabili, ex Virgine sancta natus est; cumque perfectus esset Deus, omnia sibi, quæ ad carnis economiam pertinent, perfecte assumpsit, prout humanam natum ab initio condidit atque effinxit. »

« Sexto Idus Septembbris, Nativitas beatissimæ Reginæ nostræ Deiparæ semper Virginis Mariae.

« Cum omnium opifex Deus cœlum et hanc universi faciem creasset, postremo hominem effinxit, qui illum solum cognosceret, coleret, seseque ad illius unius voluntatem plane conformaret. Invictus diabolus Adam, primumque per uxorem Eavam deceptu impulit ut Conditoris sui violaret imperium. Auctor etiam fuit reliquis mortalibus, ut neglecto Dei cultu, vulgo vanissimæ idolorum superstitioni sese addicerent. Deus autem misertus figmenti sui, legem dedit et prophetas. Verum cum hæc nihil efficerent, decrevit mittere Filium suum et Verbum, quod, assumpta hominis effigie, hominem, quem diabolus in suam potestatem redegerat, in libertatem vindicaret. Eam igitur ob causam dispositum ut naseretur quæ generaret Filium incarnatum, Maria, inquam, nulla notata labe, nulla aspersa lacryma, ex sanctis parentibus Joachimo et Anna, quorum precibus tam singularem ventris fructum concessit Deus. Quonobrem dico huic festo inditum nomen est Nativitas, quem nos statum anniversarium celebrantes, maximas Deo nostro gratias agamus. »

« Undecimo Kalend. Decembbris, Præsentatio Dei Genitricis, cum in Sancta sanctorum introducta fuit.

« Secundus, post admirabilem illum Annæ sanctæ partum, quo nobilissimam Dei Genitricem semper Virginem Mariam peperit, jam exibat annus, cum Joachim vir uxori auctor esse cœpit ut de voto dicata Deo filia in templum duceretur. Cui Anua : Tertium prius expletat annum, ne forte

parentum desiderio quod pro ætate ferre non possit, non dirigatur in conspectu Domini. Maria igitur annos tres nata, cum magno puellarum comitatu, quæ accensas facies præferrent, ducebatur in templum. Adhibita autem fuit a patre eo consilio hæc pompa, ne ad ea, quæ retro sunt, converteretur puerilla, sed totam se templi ministerio manciparet. Exceptam igitur Mariam Zachariæ, precatusque ut illius nomen augeret Dominus, in altaris gradu collocavit, ubi angelico ad duodecimum annum sustentata ministerio, a pontificibus Josepho despontata fuit. »

« Octavo Kal. Januarii Commem. Immaculatæ Nativitatis Domini nostri Jesu Christi ex beata Virgine. »

« Deus benignissimus misertus humani generis quod gravi dæmonis tyrannide premebat, misit Gabrielem angelum qui hæc Mariæ diceret: *Ave, gratia plena, Dominus tecum.* Statimque purissimo ejus utero conceptus est Dominus noster et Deus. Exactisque a Conceptione novem mensibus editum est a Caesare Angusto ut quidquid gentium Romano pareret imperio censeretur. Profectus ergo est etiam cum Maria custos illius Joseph Bethleem, ut in sua censeretur tribu. Ibique instantे partus tempore, cum nullus ibi ob affluentem undique multitudinem esset in diversorio locus, angustam subiit specum, atque inoffenso utero peperit Dominum nostrum Jesum Christum, quem rerum universitatis Conditorem fasciis involutum, in irrationalium præsopio collocavit, ut nostra nos irrationalitate liberaret. »

« Kalend. Januarii, Commem. sanctæ Circumcisionis Domini nostri Jesu Christi. »

« Dominus ac Deus noster, cui omne cor patet, futurorumque præscius, ut fidem faceret iis hæreticis, qui cum non humanum, sed phantasticum quoddam corpus sumpsisse contenderent, atque etiam ut omnem cavillandi occasionem Judeis adimeret, si paululum ab eorum institutis ac legibus deflexisset, voluit ab octavo ortus die ab immaculata Matre simul et Virgine in templum deferri et circumcidi. Nominatusque Jesus, quod illi omen, priusquam incorrupto Virginis utero conceiperetur, ab angelo fuerat impositum, reversus est domum, ubi humanitus educatus, progressum in dies in sapientia, ætate et gratia faciebat. »

« Quarto Nonas Februarii, Commem. Occursus Simeonis senis excipientis Dominum nostri Iesum Christum. »

« Dominus noster Jesus Christus œconomicè secundum carnem, quam revera assumpserat, fidem saeturus, ut cætera omnia, quæ lege sancta erant, præstitit, ita illud Judæorum institutum servare voluit, quorum moris fuit, ut quadragessimo a puerperio die, mensem, cui bene precaretur sacerdos, et par turturn aut duos pullos columbarum Domino sisterent. More igitur et instituto gentilicio agens Dominus noster Jesus Christus, a Maria Matre Deique Genitrici et Josepho opinione tantum patre, delatus in templum, exceptus est a Simeone justo, qui hisce Deo verbis gratias egit: *Nunc dimittis servum tuum, Domine, secundum verbum tuum in pace* (*Luc. ii, 29*). Anna etiam prophetis, quæ tam sancto cœtri intererat, dato Christo Servatori testimonio, Deo laudem tribuit, qui populum suum respexit. Hujus igitur congressus memoriæ hie dies festus dicatus est. »

« Septimo Kal. Januarii, Commem. fugæ Dei Genitricis in Ægyptum. »

« Duabus de causis Dei Genitrix in Ægyptum fugere cum infante et Joseph jubetur, cum ut impleretur quod dictum est a propheta: *Ex Ægypto vocavi filium meum* (*Matth. ii, 15*); tum vero etiam ut impianum quorundam hæreticorum opinionem redargueret affirmandum phantastice natum esse Christum. Nam si ab infantia occisus esset, nullus certe saluti nostræ relietus fuisset locus: sin neque gladio, neque alio supplicii genere extinguui potuisse, ut administrationem dispensationemque obiret, multi existimassent phantastice natum, neque revera carnem assumpsisse humanam, quando nulla etiam adducta causa, ausi tamen sunt infelices hæretici dicere eum non hominis naturam, sed imaginem induisse. Quibus de eausis fugam arripuit in Ægyptum; atque etiam ut corruentibus Ægyptiorum idolis declararet, si cruci fuerit affixus, atque a mortuis resurrexerit, salutem universo orbi attulisse. »

Hæc de Deipara in Græcorum Menologio Basilius Porphyrogeniti imperatoris jussu, ut diximus, conscripto. Qui porro Basilius extremum vitæ spiritum exhalavit anno Christiano 1026.

CAPUT III.

§ I.—*De Carolo Calvo imperatore.*

Carolus Calvus, Romanorum imperator, hujus nominis II, Caroli Magni pronepos, Germaniæ et Galliæ rex, inter alia pietatis suæ erga Deiparentem monumenta, sacrum beatæ Marie indusium, quod illud idem esse fertur, quo induta erat dum Dei Filium concipit, dono dedit ecclesiæ Carno-

tensi. Idem monasterium beatæ Virginis ad Schaldim a beato Adelberto et beatæ regina conjugé fundatum, et a Normannis vastatum, insigni magnificencia, additis plurimis redditibus instauravit. Idem prope Coloniam monasterium nostræ Dominæ, quod nunc sanctorum Cornelii et Cypriani dicitur, recens imperium adeptus, construxit; in cuius

templi sacrario sanetissimæ Deiparæ Virginis pellum pene integrum depositum, ubi etiamnum multa religione servatur et ostenditur, ut in suo Martyrologio Gallicano, 31 Aug., testatur Andreas du Saussay. Obiit anno 858, 14 Octobris.

§ II.—*De Carolo Crasso imperatore.*

Carolus Crassus imperator, qui imperare cœpit anno 881, ad suum erga beatam Virginem Mariam pietatis devotionisque studium astriendum, anno salutis 885, Oetingano ejusdem beatæ Virginis Mariæ sacello donavit complures villas, vinearumque Rantosdorfensium et Tabshemensium partem, ut in sua *Historia Oetingana* refert Jacobus Irsing. Cætera ad meæ hactenus cognitionis notitiam non venerunt. Vivere desiit hic Carolus anno 888.

§ III.—*De Carolo Magno imperatore.*

B. Carolus (ut talis enim ab antiquo etiamnum collitur in variis Ecclesiis Belgii, Germanie, Francie) a rerum gestarum magnitudine cognomento Magnus, Francorum rex, et imperii Occidentalis imperator a Leone III, Summo Pontifice, nominatus; ut in re bellica felicissimus, in gubernanda republica sapientissimus, ita in cultu B. Virginis religiosissimus fuit. Vix unquam visus in prælio vel in publico est quin aurei velleris loco iconulam Deiparæ ex collo circumferret. Anno 778 Saracenis Navaria in, Deiparæ haud dubio ductu, vi eripuit, et anno 795, Hungaros iisdem auspiciis Marianis debellavit. Ex novem cathedralibus ecclesiis quas fundavit, et viginti ac quatuor monasteriis quæ in Germania unde prope Moguntiam oriundus erat, erexit, quibus singulis singulas ex auro litteras ducentorum pondo ad ordinem ritu alphabetico, et tempus fundationis signandum attribuit, earumdem ecclesiærum et monasteriorum magna pars honori Deiparæ Virginis, cuius perstudiosus erat, et quam præ omnibus invocari vehementer cupiebat, dedicata invenitur. Excellunt inter hæc ecclesia Paderbornensis, quæ patronam apud Deum habet ipsam B. V. Mariam, quam quoque multis reliquiis exornavit; ecclesia Verdensis supra fluvium Aleram in honorem Matris Salvatoris mundi, cui præses voluit S. Swibertum, miraculis clarum; ecclesia Hildesemensis in honorem B. V. Mariæ fundata, quain eius filius Ludovicus complevit; ecclesia Hamburgensis itidem in honorem Matris Jesu Mariæ, cui primum pastorem dedit S. Heridagum; et præser-tim basilica Aquisgranensis, rotundo schemate constructa, auro, argento, columnis marmoreis Roma et Ravenna advectis, cancellis denique a portis ex aere solidis ornata, et quod majus est, ingenti sacrarum reliquiarum thesauro signanter vero beatissimæ Virginis Mariæ indusio, quod ab imperatoribus Constantinopolitanis dono accepterat, ab eo ditata, de qua idem ipse in diplomate fundationis: « Sed et ibidem (ad Aquas Grani nimirum) monasterium S. Matris Domini nostri Jesu Christi omni labore ac sumptu, quo potui, ædificavi, lapidibus ex marmore pretioso adornavi,

quod Domino adjuvante et cooperante, sic formam suscepit, ut nullum ipsi queat æquiparari. »

¶ Præterea a domino Leone Romano Pontifice hujus templi consecrationem et dedicationem fieri impetravi, præ nimia devotione quam erga idem opus habui. Decebat enim ut idem templum, quod cunctis monasticis ædificiis in regno nostro, forma et structura præesse videtur, in honorem sanctæ Dei Genitricis regali studio a nobis fundatum, dignitate consecrationis præcelleret, sicut ipsa Virgo super omnes choros sanctorum præcellens exaltata est. Illic vero domino apostolico, et omnibus prædictis nobilibus, et egregiis personis congregatis, merui ab omnibus obtinere, præ nimia devotione, quam erga ipsum locum et Matrem Domini nostri Jesu Christi habebam, ut in templo eodem sedes regia locaretur, et locus regalis, et caput Gallie trans Alpes haberetur, » etc.

Dicta est autem in hoc diplomate et a majoribus Aquisgranensis ecclesia Monasterium S. Marie, eo quod viginti clerici a S. Carolo Magno instituti, regulariter et canonice in ea vixerint, sub obedientia in communione intra claustrum, simul manducantes et dormientes, juxta statuta concilii Moguntiensis cap. 9, sub eodem Carolo celebrati; sed hoc suave jugum, tam Moguntini, quam plerique alii postea excusserunt, et ex regularibus clericis facti sunt proprietarii canonici: qui enim hodie canonici sacerulares dicuntur, olim fuerunt clerici claustrales, seu regulares, ideoque ipsorum ecclesiæ non collegia, sed monasteria vocabantur.

Porro de Aquisgranensi illa Mariana basilica, in qua prædictus Carolus sepeliri voluit, et sepultus est, ita scribit Canisius: « Duravit in nostram ætatem usque (et etiamnum hodie post ætatem illius durat) frequens piorum ad eam sacram ædem peregrinatio, ut permulti remotis locis, ac ex media etiam Pannonia religionis ergo peterent Aquisgranum, illicque suam erga Deiparam obseruantiam pia liberalitate et liberali pietate publice testarentur. » (Lib. v. cap. 25.) Tradit Petrus Cratopolius in libro *De sanctis Germanie*, sanctos Manulphum et Gundolphum, episcopos Tungenses, e monumentis surrexisse, et Leoni III, Pont. Max., suis adjutorio ut ecclesia B. V. Marie in Aquisgrano consecraretur, et inde ad requiem suam denuo concessisse; prædictæ autem ecclesiæ consecrationem factam esse in præsentia 563 episcoporum, quot dies sunt in anno. Sed et in Westphalia a fundamentis in Deiparæ honorem monasterium ædificavit, et ad insignem raramque amplitudinem erexit Carolus, quod postea miraculis adeo resplenduit, ut ad illud plurimi confluentes, urbem celeberrimam in loco Mimmingrodæ dicto condiderint, ac ex monasterio Carolino deinceps illam appellarent. In civitate Veronensi cathedralis basilica beatissimæ Mariæ Virginis Assumptæ dedicata est, illustris et vetustate mirabilis, pluribus ditata sancctorum reliquiis, numerosoque clero, qui divinum

cum dignitate persolvit pensum, ornata. Haec olim Dianaë Ephesinæ templum fuisse quidam scribunt, quod postea Carolinum Magnum, post subactam Veronam, vetustate deformatum vel restituisse vel exædificasse narrant anno 778, ita ut ille conditor ejusdem existimetur. Sigambræ etiam et Campidonæ in gloriam Deiparæ tempora erexit, ut fere innumera, quæ alibi ad ipsius honorem ædificanda vel reficienda curavit, brevitati consulens omittam. Idem Carolus Magnus imaginem sanctissimæ Virginis a D. Luca depictam ab Helena Augusta Hierosolymis Constantinopolim translatam a Nicephoro imperatore Constantinopolitano acceptam, quæ nunc in Polonia apud Claramontem servatur, religione et miraculis celeberrima, Leoni, Russæ principi, dono dedit. Idem quoque ne sine Virginis iconè sepulturæ daretur, mandato cavit morti proximus. Illic idem imperator Capuam veniens, hospitatus dicitur in ecclesia S. Mariæ Suricorum, in Capua veteri, hoc cognomine dicta a vico Suricorum appellato, ubi sita erat, indeque circumiacens locus appellatus Sedes imperatoris, ut refert Camillus Peregrineus in *Historia principum Longobardorum* edita Neapoli anno 1645.

Anno octingentesimo tertio Oetingam accessisse ad B. Virginis sacellum visitandum illudque muneribus locupletasse traditur.

Porro Carolus hic quievit in pace an. 814, ætatis 70, 28 Januarii, cum imperasset 14 annis.

§ IV. — De Carolo IV imperatore.

Cordatissimus princeps Carolus IV imperator, cum adhuc esset Moraviae princeps, a patre Joanne, rege Bohemiæ, in Germaniam reddituro Parmæ relatus, templum ibi Deiparæ Virginis nomini hac occasione posuit. Ostensem illi divinitus in somnis est Guigonem, Delphinum Viennensem, ad divinum tribunal raptum, atroci suppicio ob adulteria puniunt, unde Carolus, ut cœlestis moniti memor esset, ac ne infelici alterius exemplo lasciviret, templum B. Virginis posuit in Parmensi agro, et in loco, in quo per nocturnam quietem ea species observata erat, atque ad celebrandum in eo divinum cultum vectigalibus locupletavit.

Pro eximio animi studio quo in Deiparam serebatur, cum imperium administraret, inter alia, quæ suis Bohemis veræ pietatis exempla reliquit, non pauca collegia canonicorum et monasteria fundavit Pragæ, imo etiam extra Bohemiam in Italia in honorem sanctissimæ Virginis collegiatam erexit, magnificeque dotavit, quam sua ætate in villa Terentii Parmensis agri exstisset scribit Æneas Silvius lib. *De Bohemorum origine*.

Alberto a Kolobrath capitaneo regni Bohemiæ Maria Deipara Virgo filo serico super terram nive coopertam expanso monasterii exstruendi situm, iv Nonas Januarii anno 1374, cœlitus demonstraverat. Huic autem in honore ejusdem B. Virginis monasterium exstruere supplicantis auctoritatem Carolus IV, imperator et rex Bohemiæ, ac bona stabilia ab

Alberto addicta monasterio, pietate ingenua et liberalitate regia ab extorsionibus et gravaminibus quibuscumque ordinariis et extraordinariis exemit.

Idem fundationem monasterii B. M. Virginis ad Gratiam, diœcesis Pragensis, in regno Bohemiæ, in loco dicto Schaltiz, a Theodorico episcopo Mindoensi factam, suo diplomate approbat et confirmavit.

Hic idem imperator cum ad honorem B. Virginis Annuntiatæ de Florentia (cujus beneficio non solum ex infirmitate convaluerat, verum etiam ex ærumnoso quodam hærentis animi, et prope amentis mœrore liberatus fuerat) ecclesiam cum coenobio Pragæ a fundamentis erexit pro fratribus Servit. ejusdem B. Virginis, sanctum eorumdem Servorum beatissimæ Virginis habitum cum regina uxore suscepit, quem loco cilicii (id plerique proceres et nobiles matronæ usu habere solent) super nudas carnes, quoisque vixit, summa cum pietate gestavit.

Vita functus est anno 1379, die 24 Februarii, postquam imperasset 52 annis.

§ V. — De Carolo V imperatore.

Carolus V, pius et felix, ex Austrica familia, Romanorum imperator, pro magna sua erga augustissimam Virginem religione, saepè ad ædem B. Virginis Halleensem religionis causa ventitare solitus, donis eam auxit. Statuam argenteam viri armati genibus nixi, manibus in cœlum sublati supplice habitu dedit dicavitque. Item scyphum grandem inauratum operis antiqui. Item militari forma chlamyde, villoso serico, auro intextam, insignibus imperii et gentis Austræ decoratam: quid in ea, nisi suam Divæ militiae et victorias aut consecrans aut referens acceptas? Cives autem ab insolito in hunc principem affectu donum hoc super alia honestant, et quotannis supplicatione solemnî prima Dominica Septembbris ea chlamyde statuam Virginis ornatam templo efferrunt. Efferunt, inquam; nam mox via procedentes mos habet saepiusque vestes statuæ Marianæ mutare, et pia aliorum etiam dona admovere; sed primum, ut dixi, locum chlamys Cæsarea tenet.

Cum anno 1555 terrena spernens, cœlestia suspirans, Belgicas provincias filio suo Philippo solemniter Bruxellæ resignasset, atque anno insequentí Hispaniam ex Belgio peteret, Deo ibidem in coenobio S. Justi, Eremitarum Hieronymianorum vacaturus: Philippum amplexus, postremis verbis religionem catholicam commendavit, atque una cuim illa, imo in illa ipsa cultum ac venerationem eximiâm sanctissimæ Deiparæ, quam a Lutheranis et Calvinistis sciebat maximam pati persecutionem, qui eamdem nihil digniorem suis sacrilegis concubinis aestimabant. Quam sedulo autem paternæ huic monitioni Philippus obaudiverit, testantur gravissima eaque continua bella maximis impendiis ab eodem pro religione catholica in Belgio conservanda, et hæresi extirpanda, per annos plurimos suscepta, ut vel ob illa solum gloriosum

illud regis Catholici cognomentum sit promeritus. Marianum etiam affectum abunde suis Brabantis ostendit, quando prima ordinis sui Aurei Velleris comitia non alibi quam in basilica Mariana Ar-tuerpiensi celebrare voluit, Deiparae auxilium pro-recens suscepto regimine, vel hoc pacto sibi depre-catus, utpote cui ordo ille sacer est. Sed et basiliæ ejusdem tholum maximum tribus donatis fenestris vitreis ad honorem sanctissimæ Trinitatis exornavit : æmulatus in hoc Mariano obsequio pa-trem suum Carolum, qui astante Christierne, Danorum rege, amplissimi ad persolvendas Deo laudes chori primo lapide posito, fundamenta feli-citer jecit anno Christiano 1521.

Cum Mosa, Burgensis episcopus Palatinus, gravi detineretur infirmitate, ad eum Carolus amantissimas scripsit litteras, quibus ut suam salutem divæ Virgini Deiparæ, quæ Toleti pietate maxima colitur, commendaret, hortabatur.

Ædem B. Virginis Lauretanam miro cum devotio-nis affectu invisit, et in loco ubi ipsa B. Virgo con-cepta, educata, ab angelo salutata Salvatorem sæ-culorum verbo concepit, devote oravit.

Erga ecclesiam B. Virginis Montis Regalis a Gu-lielmo II, Siciliæ rege, fundatam, quanta fuerit pie-tate inclinatus, ex ipsius litteris ad Siciliæ proreges datis, quarum meminit Lellus in *Hist. Montis Re-gatis* ad an. 1522 et 1535, haud potest difficile agnosciri.

Imaginem B. Virginis Montis Serrati toto orbe celeberrimam, diversis temporibus, quinque sua præsentia veneratus est, eique semper pretiosa dona obtulit, et privilegia ab Hispaniæ regibus concessa confirmavit.

Dum an. 1530 et 1532 fuit Mantua, sëpe ad templum S. Mariæ Gratiarum ab urbe Mantuana quinque milliaribus distans profectus est, ut ibidem thaumaturgam B. Virginis imaginem veneraretur.

Sæpe Christum Dominum humiliter deprecaba-tur, ut ob preces gloriose Virginis Mariæ Matris sue, sua sibi omnia peccata dimittere, in ultima vitae hora ab infernali hoste defendere, ac tandem ad æternam gloriam perducere dignaretur.

Hic idem Carolus imperator albo confraternitatis Septem Dolorum beatissimæ Virginis nomen suum consecravit, eamdemque confraternitatem haud parum promovit, dum Joanni Condembergio au-tor fuit, ut ortum, progressum et miracula hujus confraternitatis conscriberet, quemadmodum ex subjectis litteris appareat.

Dilecto et fideli secretario nostro magistro Joanni de Condemberge, Decano in Abbenbrouch, nec non Reymersualensi, ac S. Salvatoris, Brugensi pastori,

Dilecte et fidelis. Dudum superstite adhuc inclytæ recordationis Philippo, rege Castellæ, do-mino et parente nostro colendissimo, ijsso adhuc in ephebis agente, Virgini sacer cœsus sive frater-nitas vulgo dicta divæ et intemeratae Virginis de-

Septem-Doloribus in ecclesiis tuis Abbembrocensi, Reymersualensi et Salvatoris Brugensi initium habuit, quoque labore et cura tam a summo Pon-tifice, quam a plerisque antistitibus et episcopis con-firmata fuit, eodem genitore nostro auctore & in contubernium illud ascripto. Quæ fraternitas jam ubique gentium plurimat et augescit, clarens innumeris signis atque miraculis. Cum itaque nos, nostrique fratres et sorores, nihil a vestigiis pa-ternis et avita religione degenerantes, auctorita-tem nostram eidem confraternitati adjicere cupia-mus, et in ea nostrum dare nomen, et ut nostri, et præcipue genitoris nostri in dicto contuberno, et in animis contubernialium seu confratrum ejus-dem perpetuo vivat, sitque posteritati perpetuum monumentum, te summopere hortamur, ut quæcunque de eadem apud te sunt, queque in ea ab initio sui ortus in hunc usque diem acciderunt, quantaque Deus omnipotens ob merita suæ sacra-tissimæ Genitricis in ipsa operatus est, ad per-pe-tuam rei memoriam, et in sempiternam gloriam pietatis præfati nostri parentis, ad nostram ibi-dem protectionem et conservationem in cor-pus ac volumen unum redigere studeas, teque laboris haudquaquam pœnitentia; cujus tempore primum a nobis quidem, ab immortali vero Deo pro-cul dubio uberrimum et incomparabile receptu-rus es stipendum. Vale. Ex Bruxella, » etc.

Miraculosæ imagini beatissimæ Virginis de Gratia in urbe Valentiæ, non solum privilegium Henrici II, Castellæ regis, in ejus favorem factum confirmavit, sed tria millia morapitinorum in annos singulos Carolus hic imperator adjecit.

Inter cætera argentea Deiparæ Virgi Finariensi oblata donaria, lychnum ostentant tercentorum scutorum pretio stantem, quem Carolus V impe-rator obtulit, qui anno salutis 1525 præsens ibi adfuit miraculis. Claram imaginem adoraturus, multas arcas honori Deiparæ dedicavit, inter quas illa celebris Mariæ Burgi Belgici; Toleti regiam et gravissimam fundavit confraternitate ab Adriano VI Pont. Max. approbatam, in obsequium et laudem Immaculatæ Conceptionis beatissimæ Vir-ginis Mariæ, in qua ipse œconomus et primus confrater inscribi voluit. Cujus devotionem in Vir-ginem imitati totius regni proceres, se ejusdem sodalitii legibus subjecerunt, in quibus multoties profitebatur expresse se omnia et illa magna, quæ exhibebantur, obsequia Deo obtulisse in honorem Immaculatæ Conceptionis sue Genitricis. Atque hanc sodalitatem per cunetas Hispaniæ civitates propagari præcepit piissimus imperator. Exstat Injus invictissimi principis celebre edictum ubi multa supremus imperator pro sancta atque illi-bata Deiparæ Virginis conceptione, ejusque regia confiatria profert. Celebre hoc edictum egregiamque ejus expositionem apud Petrum de Oieda, Soc. Jesu theologum, cap. 9 sui tractatus reperi-letor. Super sua arma bellica imaginem Conce-

ptionis beatissimæ Virginis deferebat Carolus, ut ex Gil. Gonzales de Avila refert in suo Memoriali ad regem catholicum Philippum IV, S. Gonzales de Castilla, Soc. Jesu theologus, amicus mens. Factus Virginis libertus, ipsa heresi laudatricee, mortalis vitae cursum absolvit anno 1553, etatis 68, imperii 40, die 21 Septembris.

§ VI. — *De Conrado II imperatore.*

Conradus, Franciæ Orientalis dux, et II nomine, atque electione per principes Germanos denuntiatus Romanorum imperator, inter alia devotionis suæ erga Deiparæ Virginem monumenta, ecclesiæ cathedraliæ quam in Dei Matris honorem magnificientia imperatoria dignissimam apud Spirenses Henricus II Cæsar inchoaverat, neque mortis interventu perfecerat, perfecit atque dedit.

Præcedentium regum et imperatorum vestigia seclusus, nihil prius habuit quam ut suæ adversus Deiparam Virginem, locumque quem elegit ipsa, eremum videlicet in Helvetia, animum et affectum aliqua benevolentia et liberalitate omnibus patefaceret; haud absque Giselæ conjugis insigni patriter pietate, et in eamdem eremum, reliquarum reginarum et augustarum exemplo, propensione, accidente ad id Aribonii Moguntiacensis eximii præsulis voto et petitione, non paucas in Sequanis Steimbrunnæ sitas possessiones ejusdem eremi Deiparæ monasterio donavit, et ejus rei hoc testimonium extare voluit.

In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis, Conradus, divina favente clementia, rex. Si venerabilia sanctorum loca aliquibus bonis nostris ditare ac sublimare studuerimus, profecto animæ nostræ remedium, regnoque nostro stabilitatem inde promoveri confidimus. Quapropter noverint omnes Christi nostrique fideles, qualiter nos interventu ac petitione dilectissimæ conjugis nostræ Giselæ reginæ, et Aribonis, Moguntine sedis venerabilis archiepiscopi, ad monasterium monachorum Meginrades Cellæ in honorem S. Mariae Dei Genitricis constructum, mansos 12, sitos in loco Steinebruno, in pago Suntgove, in comitatu Ottounis, cum omnibus ad eosdem mansos pertinentibus, cum mancipliis utriusque sexus, cum areis, ædificiis, agris, campis, terris cultis et incultis, vineis, pratis, pascuis, silvis, venationibus, aquis, aquarumve decursibus, pisectionibus, molendinis, viis et inviis, exitibus et redditibus, quæsitis et inquirendis, seu cum omni utilitate, quæ ullo modo inde provenire poterit, donamus atque de nostro jure in usum fratrum ibidem Deo servientium omnino transfundimus, ea videlicet ratione, ut prædicti monasterii abbas Wirunt, sibique posthinc succedentes, liberam habeant potestatem quidquid sibi placuerit ad utilitatem monasterii et monachorum faciendi, quatenus illos magis delebet, pro nostra et conjugis nostræ vita devotius supplicare. Et ut hæc nostræ traditionis auctoritas

stabilis et inconvulsa omni permaneat ævo, hanc paginam inde conscriptam manu propria roborentes, sigilli nostri impressione jussimus insigui. Actum Spiræ, anno 1025. »

Idem omnia ejusdem monasterii eremii Deiparæ Matris in Helvetia, privilegia, bona et jura confirmavit et illustravit, ut patet ex ejus diplomate dato Turegum anno Domini 1027, cuius copiam affert Christophorus Hartmannus in Annalibus eremii Deiparæ Matris in Helvetia, pag. 120.

Decessit anno salutis 1039, imperii sui 15.

§ VII. — *De Constante imperatore.*

Constans, ab aliis Constantius, vel Constantinus nuncupatus, Heraclii imperatoris nepos, quisquis ille fuerit, attamen circa annum Domini 663 Romanum veniens, Vitaliano I pontifice, ad basilicam S. Mariae Majoris properavit, eamque beneficentiae sue munieribus auxit. Obiit Syracusis anno orbis redempti 668.

§ VIII. — *De Constantino Duca imperatore.*

Constantinus cognomento Dueas, hujus nominis X, Græcorum seu Orientis imperator ab Isaacio Comneno creatus, cum Uzicas Scytharum gentem cum sexcentis millibus bellicosorum virorum imperium Romanum pervadentem, legatione missa munieribus placare non potuisset, necessitate coactus contra eos bellare, cum centum quinquaginta millibus solis ad prælium se præparans, orationibus interim ad Deum ejusque sanctissimam Matrem fusis, indictis jejuniis, et supplicationibus adhibitis, pugnante Deo eosdem in fugam vertit. Quapropter Deo et Dei Genitrici, quibus victoriam referebat acceptam, sacrificio cum gratiarum actione peracto recta Constantinopolim se concessens, urbem admirationis et stuporis plenam, votaque Deo pro accepta salute persolventem inventit, omnibus quod factum erat divinum miraculum censemibus. Ex hac vita migravit Constantinus anno Christi 1067, imperii sui anno 8.

§ IX. — *De Constantino Magno.*

Heros longe clarissimus Constantinus Magnus imperator, hujus nominis I, Mariani cultus amator et propagator insignis, postquam devictis Romani imperii usurpatoribus, libertatem Romæ et Christianis invicta liberalique manu concederat, urbe Romana S. Silvestro Papæ, a quo baptizatus fuit, donata, olim Byzantinam, nunc Constantinopolitanam civitatem a se reparatam et auctam, convocatis ad dedicationem multis episcopis, in cruento Missa sacrificio, precibus, votisque (ut ait Nicephorus, lib. VIII, cap. 25) B. V. Mariae Dei Genitrici solemní cum pompa dedicavit. Unde et Theodoreus eam urbem Mariæ appellat, atque ab aliis passim Civitas Domini nominata reperitur. Hæc porro civitas quamdiu Deiparæ cultui fuit dedicata, tamdiu inexpugnabilis exstitit, Dei Genitricis præsidio, quæ eam sæpe a Persis, Hunnis, Avaribus, aliisque barbaris miraculose defendit. Quamdiu Deiparam coluit, tamdiu Romani Pontificis,

Christi Vicarii, et totius Ecclesie catholice auctoritatem agnoscens, viris doctis et sanctis ita flouruit, ut tot concilia generalia in ea celebrata sint. At ubi iniqüitas Iconoclastarum et furor schismatistarum avitum cultum Deiparæ exterminavit, tota illa nominis et imperii gloria, et Luna toties triumphatrix a vexillis Byzantinis ad labara Mahometica devicta et triumphata transivit. Ab eo tempore, quo haec civitas devotionem erga Virginem postposuit, Deiparæ patrocinio indigna a communione sanctæ Sedis apostolice separata, nullum concilium, nullum virum sanctum miraculis clarum, paucissimos homines doctos habuit; ac tandem prædæ hostili toties patuit, et finaliter a Turcis anno Domini 1452 capta est, quorum gravissimum jugum usque in praesentem diem perferre cogitur. Idem Constantinus imperator multis in provinceis celeberrimas ad honorem B. Virginis summis impensis construxit ecclesias. Meminit sanctus Gregorius Turonensis de ea sanctissimæ Genitricis Mariæ, ab eodem in Gallia, in Arvernensi territorio excitata, in cuius erectione ejusmodi insigne miraculum accidisse testatur. « Maria vero, inquit, gloriosa Genitrix Christi, ut ante partum, ita virgo creditur et post partum, quæ, ut supra diximus, angelicis chorus canentibus in paradisum, Domino precedente, translata est, cuius basilica ab imperatore Constantino admirabili opere fabricata renidet, ad quam adductæ columnæ, cum præ magnitudine levare non possent, eo quod esset circuitus earum sexdecim pedum, ac diebus singulis casso labore fatigarentur, apparuit artifici sacra Virgo per visum dicens: Noli molestus esse; ego enim tibi ostendam qualiter haec queant elevari columnæ. Et ostendit ei quæ aptarentur machinæ, qualiter suspenderentur throcæ, atque funes extenderentur, illud addens: Coniunge tecum tres pueros de scholis, quorum hoc adjutorio explore possis. Quod cum ille vigilans, quæ præcepta fuerant coaptasset, vocatis tribus pueris a scholis, exiit summa velocitate columnas. Præstitum est populis spectare miraculum admirandum, ut quod multitudo virorum fortium levare nequiverat, tres pueruli absque virtute perfecti corporis sublevarent. » (*De gloria Mart.* lib. II, cap. 9.)

Romæ in ea Capitolii parte, in qua paulo ante Christi ortum Augusto Cæsari e cœlo Virgo Deipara Infantem gremio sustinens apparuerat, idem Constantinus templum postea ædificavit in memoria Dei Genitricis Mariæ, cui nomen Ara cœli.

Neapoli, ut constans est fama, duo Deiparæ tempora erexit, alterum S. Maria in Porta Nova, ab uno ex nobilium sedili ei proximo sic dictum, quod prius Græcis, qui suo idiomate ibi aliquandiu divina Officia celebrarunt, ab ornamenti, appellatum est Cosmedin; alterum est S. Maria Rotunda, ad aliud nobilium sedile, quod Nidi vulgo appellant templum, figura rotundum; quod ob marmorea ethnicæ superstitionis monumenta (al-

terum scilicet, in quo hostiae iactabantur, eorum cruento alicubi infectum; alterum quod vel tripus, vel vas erat, in quo ignis Vestæ custodiebatur: nunc aqua Istralis ad templi januam in eo servatur), olim Vestæ delubrum a nonnullis rerum antiquarum peritis existimatur. Sacrum illud antrum, in quo B. V. Maria Denū hominem incorrupte peperit, ab Helena matre eximiis monumbris exornatum, ipse etiam Constantinus ornamenti regalibus honoravit.

Idem, ut habetur in Itinerario quodam Persico, quod libris Haytonis Armeni attexitur, in urbe Media amplissima, ad mare Caspium sita (quam nunc Camarit vocant) perhonorificum Deiparæ templum condidit.

Sacra B. Virginis imago, quæ nunc in Polonia apud Clarum Montem Censtochovæ conspicitur, in capella palatii cum aliis reliquis a Constantino Magno deposita fuit. Ubi in veneratione apud Græcos imperatores ad tempora usque Caroli Magni perduravit.

In Guadagnoli mente (qui sub dominio est comitum Romanorum, Poli Ducum) exstat ecclesia S. Mariæ de Vultesuilla, seu, ut alii nuncupant, de Mentorella, quam hic idem Constantinus ædificavit, et sanctus Silvester Papa consecravit.

Cum sanctus Elpidius, primus Toletanus præsul, a sancto Jacobo constitutus, Toleti in Hispania templum sanctissimæ Virgini in terris adhuc superstiti dedicasset, et funditus pene postea Dacianus subvertisset, hic idem piissimus Constantinus Magnus suis impensis reædificavit anno 312.

Oretanum templum in Hispania in honorem B. Virginis ab Oretanis exstructum ad fluvium Sabalonem hic idem imperator instauravit.

Tantam vero in Deiparam pietatem (ut in Litaniis Lauretanis disc. 374, inquit Justinus Miechoviæ) satis abunde remuneravit Deus; nam ejus imperium tantis opibus, tanta benevolentia populum, tot clarissimis victoriis ac triumphis nobilitavit, ut post eum secundus imperator tam felix vix fuisse legatur.

Vivendi finem fecit, æternum victurus, eximius Deiparæ cultor Constantinus, anno Christi 337, anno imperii 51.

§ X. — *De Constantino Monomacho imperatore.*

Constantinus Monomachus, imperator, inter alias, quæ me latent, Marianæ pietatis significaciones, templum et monasterium S. Mariæ de Niamoni in insula Chio hac occasione fundavit. Anno orbis reparati vicesimo supra millesimum, tres solitudinis Provati montis cultores, religiosi viri, Ioannes, Josephus et Niceta, septem circiter milibus passuum ab urbe Chio, sanetitatis opinione florabant. His aliquando per nocturnas vigilias cum silvam e regione hospitalis speluncæ lucidissimis ignibus quasi conflagrantem videre contigisset, proprius visendi studio accedere ausis mirabile monstrum ostenditur: antiquæ enim myrti truncus

illie innoxie, Mosaici in modum rubi, flamarum magna vi circumlambi, quas accuratius dum introspicunt, effigiem Deiparæ Virginis tabella depictam in medio pendere demirantur. Demissis ad terram corporibus adorant, mox et in speluncam suam transferre non dubitant, openi inde tutelamque maximam sibi pollicentes. At imago eadem ter translata, ter mirum sane in modum ad suam myrtum reversa est. Quanobrem non obscure Deiparæ Virginis consilio intellecto, inde eam dimovere non amplius audent. Casulam tandem eidem ædificant pro tempore, coque saepissime ad officia pietatis præstanda se conferunt. Aliquot post annis contigit ut Constantinus noster Monomachus, vir generosus ac nobilis, pro rerum humanarum vicissitudine Constantinopoli pulsus, atque in Chii insulam relegatus exsularet: ad quem tres illi viri pro dignitate consulandum, in Chii civitatem profecti, ubi indignius fortunam suam ferentem intellexere, consolari cum aggressi, illud pro certissimo promisere fore ut quam primum in pristinos honores ac dignitates restitueretur. Quam consolationis partem diu dñbitavit ille admittere, cui turbidissimis rebus nulla penitus redditus spes relinquebatur. Illis tamen, ita ut prædixerant, fore constantius affirmantibus, et Constantinopolim brevi non solum revocandum, sed maximo etiam cum honore ac triumphali more redditurum pollicentibus, fidem tandem adhibuit aliquam Constantinus, receptique se non sane immemorem eorum futurn, si quando ea quæ aiebant non vana evenissent. Nihil sibi opus esse ad pauperem vitam degendam retulerunt viri: illud tamen ab eo imperii ad fastigium erecto præstari se maxime optare ut Deiparæ imagini, de qua modo dixi, templum construeret. Annuit Monomachus; piñusque rogatus dedit annulum digito statim detractum. Haud ita multo post Zoë imperatrix, mortuo viro, secundas nuptias initura, ad Monomachum classe plurimarum navium, nobilissimaque palatinorum hominum manu missa, honestissime Constantinopolim reduci jussit, quem nimis império conjugioque suo dignissimum judicaret. Quanobrem et ille nuntio lætissimus discessit, et tres illi solitudinis cultores innumeris Deo Optimo Maximo gratiis relatis, cupidissime Mariani templi ædificationem exspectabant quam primum juberi. Componendis tandem imperii rebus Monomachus dum operam impendit, totus annus dilabitur, nec ulla interea de re pacta mandata. Proinde religiosis viris non abs re visum Constantinopolim simul proficisci, ut memoriam promissi muneris, occupationum multitudine obrutam, Monomacho vel pignoris ostensione refricarent. Quo facto, atque ab imperatore ipso mandatis de ea re artificibusque acceptis ad crenum suam revertuntur. Statimque ædificatio templi ac religiosæ domus cœpta est, ea amplitudine ac magnificèntia quæ imperatoris piissimi liberalitatem opulentiamque

deceret, quæque plurium annorum spatio perfici potuerit.

Obiit Monomachus anno salutiferæ Incarnationis 1054, duodecimo ab imperio suscepto, absoluta jam templi Mariæ religiosique domicili stræctura, quæ vivens luculentissimis redditibus ac domiñis, tum ad sacræ Deiparæ cultum, tum ad religiosorum hominum ibi commorantium victum ditavit; prædiaque non in ipsa tantum insula, sed et in aliis Ægei Maris assignavat, quorum plurium monachis qui sub regula S. Basilii ibidem commorantur possessio nondum periiit. Ad hæc privilegiis multis atque immunitatibus ad nostra usque tempora perdurantibus decoravit.

¶ XI. — *De Constantino Palæologo.*

Constantinus Pakeologus imperator, cum urbem Orientalis imperii sedem ac domicilium amisisset, amissamque sub Mariæ auspiciis felicissimo eventu recuperasset, ubi primum Constantinopolim, constitutis rebus recuperatisque, pervenit, coram divæ Matris imagine illa, cujus pictura sancto Lucæ tribuitur, gratias primum egit et pre lætitia collacrymatus est, mox illam eamdem religiosa gloriosaque pompa circumlatam pedes ipse prosequitur: eam enim in sui effigie pius et gratus imperator triumphare voluit, cui victoriæ acceptam referebat. Idem in obsidione imperantis urbis Constantinopolitanæ, inter luculenta, magnifica, et ad animos militum commovendos aptissima ad fortiter contra mahometricam belluam pugnandum, ob hanc præsertim rationem adhortatus est, quia Constantinopolis urbium regina et imperii domicilium Mariam Deiparam sibi tutelarem delegit, et a Constantino Magno eidem dicata est. » Adveniens igitur hostis, fratres, nos obsedit, et ore aperto hiat quotidie dum tempus aptum inveniat ad deglutendum nos et urbem hanc, quam ter beatissimus et Magnus Constantinus imperator ille excitavit, omniumque castissimæ et supra quam dici posse purissimæ Dominæ nostræ Deiparæ ac semper virginis Mariæ consecravit eique donavit, ut Domina auxiliatrix et protectrix patriæ nostræ Christianorumque perfugium foret, spes et gaudium Graecorum omnium, gloriatio omnium per Orientem habitantium, et illam olim longe lateque prædicatam et illustrem et ut rosam agri florentem delere nititur. » Sic ille inter alia, ut in suo Chron. lib. iii, c. 14, refert Georg. Phrauna Protovestiarus. Gloriose occubuit anno orbis redempti 1453.

¶ XII. — *De Constantino Pogonato.*

Constantinus IV, Orientis imperator, cognomento Pogonatus, beatissimæ Virgini ejusque omnimodæ puritati addictus, non solum anno Domini 680, una cum universa et generali sexta sancta Synodo, act. xi, approbavit epistolam synodicam S. Sophronii Hierosolymitani patriarchæ, in qua eadem omnimoda puritas expressa habetur; sed in edicto etiam a se publicato in eadem synodo, act. 18, ut suam in Deiparam aptius ma-

nifestaret devotionem, hæc inseruit clara verba de divina æterni Verbi incarnatione : « Credo per spontaneam se exinanisse humilitatem et in vulva illibatae Virginis Deique Genitricis Mariæ habitasse, et animam et corpus per Spiritum, et ex sancta et immaculata carne ejus in propria subsistentia carnem sumpsisse nobis consubstantiam. » Ille idem Constantinus, Deiparæ auxilio suos juvante, ingentem Saracenorum classem septem jam annos sibi infestam a suis taudem finibus expulit ac devicit, ut in suo *Historiarum Compendio*, p. 560, tradidit Georgius Cedrenus. In vivis esse desiit anno redēptionis nostræ 686.

§ XIII. — *De Constantino VII imperatore.*

Constantini VII imperatoris, et matris Irene tempore, sub annum 780, in longis Thracie muris quidam fodens invenit arcam lapideam, in eaque virnm jacentem cum inscriptione hac aureæ incisa laminae :

Christus nascetur ex Virgine Maria; credo in eum. Sub Constantino et Irene imperatoribus, o Sol, iterum me videbis.

Quisquis ille fuit, qui hæc de Christo et ejus Matre præcīnuit, profecto luxit in tenebris, et in illorum numerum referri potest quos divus Paulus *juxta fidem* defunctos esse affirmat, *non acceptis reprobationibus, sed a longe eas aspicientes et salutantes* (*Hebr. ii, 13*). Cæterum Constantinus, hoc nomine VII, et ejus præclara mater Irene hanc laminam ex auro solido in mortui hominis pectore inventam in maximo pretio habuerunt. Fuit ea dies Byzantinis maxime lata, siquidem nemo dubitavit quin illud hominis esset antiqui, et Christi adventum præcurrentis. Imperabat hic Constantinus anno orbis redempti 790.

§ XIV. — *De Constantino VIII imperatore.*

Constantinus, hujus nominis VIII, Orientis imperator, Leonis VI cognomento Philosophi, seu Sapientis, filius, qui et Constantinus Porphyrogenitus appellatus est, erga sanctissimam Dei Matrem Virginem Mariam pius, religiosus ac liberalis, nunquam, cum supplicationes fierent, ad sacrum ipsius templum in Blachernis situm accedebat manus, sed magnifica dona, qualia imperatorem Deiparæ amantem decebant, semper afferebat, ut ex Europalate, Baronio, aliisque auctoribus colligitur. Hunc inter melodias Græcorum non immērito enumeravit Leo Allatius in Opere *De libris Eccl. Græc.*, dissert. 4, cum inter alia quæ pio ac eruditio calamo composituit, in Græcorum Proleptica circa finem, hujus Constantini exstant undecim Exapostilaria, totidemque in laudem B. Virginis Theotocia. Quæ porro Theotocia, quia rara sunt, et quia adhuc inedita, a P. Ludovico Maracci, fratre meo, e Greco in Latinum translata, ad tanti Cæsaris in Deiparam studium luculentius exprimendum, libentissime exscribo.

Constantini imperatoris, Leonis filii, Theotocia ex ejusdem Exapostilaris

[Theotocin I.]

Cum discipulis gaudebas, Virgo Deipara, cum Christum vidisses e sepulcro, post tres dies, sicut dixerat, resurgentem : quibus discipulis apparet docens eos, ac manifestans eis præstantiora mysteria, præcipiens eis ut baptizarent in Patre, et Filio, et Spiritu ; ut nos ipsius resurrectionem crederemus, et te, o Puella, glorificaremus.

[Theot. II.]

Angelus quidem ante Conceptionem tuam, Christe, salutem attulit Virginis. Angelus vero lapidem sepulcri tui revolvit : ille quidem ineffabilis lætitiae symbola pro tristitia annuntians ; iste vero pro morte te vitæ auctorem prædicens et magnificans, ac verbis manifestans resurrectionem mulieribus et sacris ministris.

[Theot. III.]

O Sol, qui hodie e sepulcro, tanquam sponsus e thalamo, exortus es, infernum despoliens, mortemque ad nihilum redigens : per intercessiones illius quæ te peperit, emite nobis lucem, lux illuminans corda et animas ; lux faciens ambulare universos in semitis præceptorum tuorum, et in viis pacis.

[Theot. IV.]

Cum dixisses Arete, tristitiam primorum parentum, Domine, committasti, adducens pro ea lætitiam resurrectionis tuæ in mundum. Hujus igitur lacrimæ, o vitæ largitor, quæ corda illuminat, lacrimæ miserationum tuarum emitte, per eam quæ peperit te, ut clamemus tibi, Amator hominum, Deus Homo, gloria resurrectioni tuæ !

[Theot. V.]

Immensem misericordiam tuam laudo, Factor meus, quia temetipsum exinanisti, ut ferres et salvares naturam hominum vitiatam ac perditam ; et cum Deus esses, sustinisti fieri similis mei ex purissima Dei filia, et descendere usque ad infernum, volens me salvare intercessionibus illius, quæ te peperit, Domine misericordissime.

[Theot. VI.]

Factor creaturarum et rerum omnium Deus humanam carnem suscepit ex immaculatis sanguinibus tuis, sanctissima Virgo, ac meam naturam penitus corruptam renovavit, relinquens te post partum, sicut invenerat ante partum ; unde fideliter te omnes celebramus, clamantes : Salve, Domina mundi.

[Theot. VII.]

Magna et admiranda propter me operatus es, Christe mi, qui multus es in misericordia : ex Virgine enim puella natus es ineffabiliter ; et cruentem suscepisti ; mortemque sustinisti ; in gloria resurrexisti ; et naturam nostram a morte liberasti : gloria sit, Christe, gloriæ tuæ ; gloria sit virtuti tuae.

[Theot. VIII.]

Uuum Trinitatis ineffabiliter, Puella, peperisti,

duplicem natura, et duplicem operatione, unum vero persona. Hunc igitur semper deprecare pro iis qui cum fide te adorant, ut ab omnibus hostiis insidiis liberentur; omnes enim nunc ad te confugimus, Domina Deipara.

[Theot. IX.]

Cum Filium tuum vidisses post tres dies e sepulcro resurgentem, Dei sponsa sanctissima Virgo, omnem animi angustiam depositisti, qua, utpote mater, affecta fueras, cum illum patientem aspexeras, et gaudio plena, cum illius discipulis, laudum munera illi offerebas. Propterea salva eos, qui nunc te prædicant Deiparam.

[Theot. X.]

Dominum qui post diem tertiam e sepulcro surexit, Virgo, deprecare pro illis qui te laudant, te affectu beatificant: omnes enim habemus te refugium salutare, et mediaticem ad illum: sors enim tua et famuli tui sunnus nos, o Deipara; et ad tuam defensionem omnes respicimus.

[Theot. XI.]

O tremendum mysterium! o stupendum miraculum! Per mortem mors omnino exterminata est. Quis ergo non laudabit, et quis non adorabit resurrectionem tuam, o Verbum, et Deiparam quæ te secundum carnem castissime peperit? Cujus intercessionibus libera omnes a gehenna.

Constantinus in Oratione de non manufacta Christi Dei nostri imagine, missa ad Abagarum, et ex Edessa ad Constantinopolim translata, quæ Oratio exstat apud Surium t. IV, *De Vitis Sanctorum*, sub die 16 Aug., meminit monasterii sanctissimæ Deiparae quod vocabatur Eusebii, in loco qui dicebatur Optimatum: neenon venerabilis templi semper Virginis et Dei Matris Mariæ, quod est in Blachernis, in quibus prædicta Christi Domini imago per honorifice fuit excepta. Vita functus est anno a Virginali partu 960, ætatis 54, die 9 Novembris.

CAPUT IV.

§ I. — *De Emmanuele Comneno imperatore.*

Emmanuel (aliis Manuel) Comnenus, Orientis imperator, inter cætera devotionis suæ erga Deiparam argumenta, in festis B. Marie Virginis Nativitatis, Præsentationis, Conceptionis, Annuntiationis, Purificationis, Assumptionis, jus dicere prohibuit, omnemque aditum ad tribunalia illis diebus exclusum esse voluit. Dies Natalis inviolatae Dominae Deique Genitricis (inquit ille in sua *Constitutione de Feriis*), qui celebratur ad diem 6 Idus Septemb., feriatus est. Consimiliter Novembris dies 21, quod tum Dei Genitricis introitus in templum celebretur: Decembris dies 9, in quo S. Conceptio sanctissimæ Matris Dei nostri celebratur: Februarii dies 25, propterea quod obvia in Servatori sit, itum: Martii dies 25, propter allatum Deiparae lætum illum nuntium: Augusti dies 15, propter glorioissimam sanctæ Deiparae migrationem, ita ut hisce diebus omnis ad tribunal aditus præclusus, sit nec ullus eorum, qui ius dicunt, quidquam ad jurisdictionem pertinens peragat. Julii et die 2 propter depositionem pretiosæ vestis Deiparae, atque die Aug. 31 propter depositionem pretiosi cinguli labis expertis Deiparae vacationem ex parte tribunal habere jussit. Idem, pro victoria contra Pannionos obtenta, Deo gratias agens, Constantinopolim imaginem Dei Genitricis Virginis Mariæ in curru splendidissime et magnificenter ornato positam, quem quatuor equi nive candidiores trahebant, triumphare fecit. Quem porro triumphum libro v suorum Annalium his verbis describit Nicetas Chroniates: «Pannionis superatis, imperator tanta victoria lætnus et exsultans, Deo gratiis actis, statim rei bene gestæ nuntios in urbem mittit, ac post dies aliquot, et ipse Con-

stantinopolim ingressus, triumphum ducit ab Orientali porta, quæ ad arcem patet, eumque ob insigne et incruentam victoriam, quam splendissime et magnificentissime adornat. Expansæ sunt omnes purpureæ et auratæ vestes, et cives alii aliunde ad pompam illam confluentes instar torrentis ex monte decurrentis, fora, ædes, templo, officinas, et loca omnia urbis amplissimæ deseruerunt. Sunt et captivi in triumpho ducti; platea illa utrinque suggesta habuit ad binas et ternas contignationes educta: tecta quoque omnia spectatoribus referta fuerunt; imperatorem quadrigæ argenteæ auratæ cum equis nive candidioribus præcedebant, quibus imposita erat imago adjutricis et insuperabilis commilitonis Matris Dei. Neque vero axis magnum sonuit, quia non videbat acrem deam Minervam, quæ falso virgo dicitur, sed veram Virginem, quæ Verbum inexplicabili ratione per verbum peperit. Tum currum imperatoris propinquai atque amici senatus viri magistratibus et dignitatibus insignes pone sequebantur. Deinde ipse imperator prodiit equo feroci insidens, vir inelytus et maximus, ornamenti illustribus insignis, comitate Comite Stephano triumphi auctore, qui ob victoriam et rem bene gestam celebratur; magnum templum ingressus Deoque coram omni populo laudato, in palatiū pergit, laxataque nimia bellorum contentione ludis equestribus recreatur. » Hinc usque Nicetas. Mortis autem sarcina exutus est Emmanuel anno Virginis partu 1180, pridie Nonas Octobris.

§ II. — *De Emmanuele Palæologo.*

Emmanuel (aliis Manuel) Palæologus, II lugis nominis, Orientis imperator, Deiparae Virginis

quam fuerit addictus, satis superque docet insignis oratio in summe venerandam tantæ Matris Dormitionem ab ipso conscripta: quæ quidem, quia inedita, multisque adhuc obscura, ex Vaticana Bibliotheca deprompta, ac per eruditum, omnique virtutum genere illustrem virum Joan. Matthæum Cariophilum Ioniensem episcopum de Greco in Latinum sermonem translatam, integra hoc loco in eruditorum gratiam apponetur.

Oratio in summe venerandam Sacratissimæ nostræ Dei Materis Dormitionem.

Dei Mater (bonum quippe arbitror, et valde pulchrum, te potiori titulo, qui unus satis sit ad explicandam gloriam tuam, statim initio appellare), faveto iis, quæ in honorem tum dicenda sunt, et finem huius orationi impone convenientem proposito, ut, dum admiranda tuæ dormitionis mysteria celebrare aggredior, non procul a scopo aberrem. Nam certe illum attingere hominibus est impossibile.

Accedimus igitur bona spe fulti, laborum supra vires susceptorum te adjutrice implorata. Non est novum aut dissentaneum a Dei Matre, iuri potius perquam decens et convenientis, migrationem ex hac vita, quam et futuram natura horret, et præsentem ferre præ dolore non potest, tibi contra fuisse materiam gaudii ejusdam ac voluptatis. Oportebat eniū illam tuis moribus ac vita consonam esse, ipsique tuo partui omnis admirationis pleno, ut quidquid in te unquam fuit stupendum esset. Hac de causa, ut apertius loquar, separatio animæ a corpore, quani vocare mortem nostri moris est, et ad ejus vel nudum nomen turhamur, merito tibi celebritas plena hilaritatis et oblectamenti exstitit occasio terrenis sublimior. Siquidem usque adeo tibi cedunt omnes, vel illi etiam qui summam consecuti sunt laudem, ob ea, de quibus præclare gestit commendari generosus animus, ut sane distantia excellentiæ reperiri non queat. Ergo illud etiam, quod maxime novum est, cæteris profecto aliis ne venire quidem in mentem debet, nimirum morientes gaudere; tibi vero uni obvenisse fatentur omnes, qui sapiunt, purissime cœlis excellentiori Deum enixa. Quod recte affirmatum esse, suo loco demonstrabitur, occasione diei præsentis, quo tu in cœlum e terra migrasti, quod viventi etiam convenientis plane fuisset locus æque ac vitam cum Filio, ac Rege simul degere, simulque regnare. Haec igitur celebritas longos sermones postulat, tum ad extollendam gloriosam tuam dormitionem, tum ad reliqua omnia, quæ in te sunt vehementi admiratione digna. Verumtamen nos omnis sis plurimis, ut quæ a multis et eximiis viris invenienter enarrata sunt, materiam exsequamur initio sumptam, nec res gestas attingentes narrando, nec immorantes laudando.

Te enim, Immaculata, ubi Dei Matrem appellaverimus, omnia comprehendimus quæcumque ad necendas laudes spectant. Nam eum multis usque amplissimis abundas titulis, qui Dei te Matrem

dixit, laudationi imposuit coronalem. Hæc enim revera est summa encomiorum, quæcumque non modo lingua hominum, sed ipsum quoque de te proferat angelorum. Quid enim ad laudem tantum valet, quantum asserere ipsam te Divinitatis flammati suscepisse utero, et purissimæ illius lucis supra omnes creaturas compotem factam, nullum tamen inde detrimentum passam? Quid tandem fuerit, quod longe inferius non sit? Quare appellatione hac quasi generali quodam titulo, cum animi studium et voluntatem satis declaraverimus, specialibus non abutendum arbitramur: hoc enim plane esset existimantis, perveniri saltem posse prope id, quod condecet, cum nec fieri possit, nec a mentis sanæ viro sperari, perinde ac si quis ad restinguendam vehementissimam sitim, qua maxime premeretur, persuaderet sibi, posse facilime aquam omnem exhaustire potabilem, et proinde integrum Euphrates et Tigres aggredieretur ehibere. Nam nec ille mentis compos haberetur a sapientibus, nec ipsi si vehementissimo erga te insatiens animi studio compulsi laborem subiremus, qui ad finem perduei non potest, conati videlicet hymnum tuis meritis respondentem offerre. Nam siue vescordis esset arbitrari lucidiores fieri radios multarum ope lucernarum, aut immensum hoc pelagus unius gutta: adiunctione augeri, similiter et conari laudibus te, Virgo, extollere vas donorum omnium divinorum plenum, tantaque sublimatam dignitate, ut eam vel singere nulla mens possit: siquidem incircumscripsum, nullis contentum spatiis, inaccessibilem ipsi etiam naturæ spirituali, postquam circumscripto tuo utero voluit circumseribi, circumscripsum efficere potuisti, et spatio contentum, et accessibilem tibi secundum hypostasim. Captus enim est (ut ita dicam) animæ tuae pulchritudine, qui non subjacet affectibus animi, et conclusus spatio est in te, qui nullis includitur terminis, teneque suorum donorum fecit thesaurn, et promam condam. Hoc te mysterium, ut quæ nullis arctatum terminis utero suscepisti, et Cherubim fecit honorabilem, et Seraphim gloriosorem, vel comparatione ipsa haud facili. Nam quantum inter gloriam tuam, summumque angelorum ordinem interstit, solus noverit Deus, captum vero humanum fugit omnino, adeo superior es universa natura spirituum. Taceo enim genus nostrum mortale, cum Deo sis proxima, nihilque intermedium sinas inter te tunisque Filium, quod demonstratione illa indigere non arbitror. Nam si tu non cum Filio es (qui enim aliter?) ille vero cum Patre, et Paraclyto, liquet esse tibi locum apud illos, quo nullus sit dignior; quare et ineffabili illorum glorie tantam habes vicinitatem, quantum nec maximus cœlestium mentium ordo. Hanc porro assecuta es, o immaculata, propter voluntatis tuae propositum, quæ etiam ostendit naturam suapte sponte perhabeilem ad revera bonum. Naturam enim esse angelis superiorem illi soli convenit, qui universum

produxit e nihilo. Tu vero cum illis de nobilitate naturæ nequaquam certaveris, memor ejus, quod a tuo proavo dictum est de Salvatore nostro, cum solam in eo mortalem partem consideraret: *Misnisti eum paulo minus ab angelis* (*Hebr. ii, 7*), quorum ab initio natura condita fuit immortalis. Cæterum quod attinet ad gloriam et splendorem, quem habes in Deo, suminimumque in te miraculum, licet modestissima sis, illis nequaquam cesseris: nam si quis tibi conserre velit substantias corporis expertes, inveniet (ut Paulus inquit) eas esse administratorios spiritus, qui ad ministerium mittuntur, propter eos, qui hereditatem capient salutis: te autem, o Virgo, primitiarum, et reconciliationis vim obtinentem apud eum, qui primitiae et reconciliationis est apud suum Patrem humano infensum generi, ob injuriam prævaricationis. Ut enim ipse, quia Filius, apud Genitorem propitiatio, tu pariter apud ipsum utpote Genitrix. Quanto igitur præstantius hoc est illorum officio, tanto tu illis. Quapropter optimo consilio mentem ac linguam contineare decrevi, quæ ad nectendas laudes prosilire carent, et sicut ad hoc nibi inculenter, qui a principio usque adhuc egregias tibi contexuerunt encimiorum coronas. Taceo angelorum ordines, qui mihi videntur præclarissimos tibi hymnos tacitis concinere vocibus, stupendisque praeconiis, quæ mortalium mens capere non queat. Inferiorum mentionem faciam. Quinam vero illi? Prophetæ, apostolorum cœtus, pontificum catervæ, oratorum sophistarumque ipsorum in re theologica celebrissimorum, et in omni doctrinæ genere eximiorum tam nostræ, quam extraneæ; et si venuste dicendum est aliquid, confessores sue vitæ curriculo, martyres per ea, quæ passi sunt, voces ex ore illorum profectæ adhuc lac redolentes clamabant *Hosanna*: ipse inter natos mulierum major, qui salibus Conditoris celebravit, adhuc positus in matris utero, cum officio linguae nli non posset, et summatum quisquis Filio tuo quidpiam obtulit, dum illi gloriam tribueret, te quoque gloriæ participem declarabat, quando, quidem ad parentes etiam referenda sunt quæ nati habent.

Certe multos et egregios in dicendi facultate videmus quotquot in tuarum laudum pelagus sese dederunt, qui, et optima dicendorum inventione, et luculentia narratione, summoque ordine, et admirabili ornatu, tot tantaque concesserunt, quæ vel a mente inveniri poterant immuni peccato obscurante, vel enarrari a lingua cunctarum perpetria disciplinarum climata.

Sed horum universorum quamvis tanta polleant vi dicendi, adeo sunt inferiora tuo merito, tantum ut distent, quantum a te, quæ laudaris, qui laudes offerunt, licet etiam collectis omnium perfectionibus una quis absolutissimam conficeret orationem. Adeo nihil invenire est tuis laudibus offerendum; quod possit prope accedere ad id quod te condescendet. Namque animæ tuae fulgor supra solares ra-

dios, et fere nullum habens finem, sive landem, sive plausum, sive encomium, atque ut uno verbo dicam, quidquid ad coherestandam adhibemus plenam gratis animam, longo superat intervallo, et laborem omnem ostendit inanem. Ad tantum ergo celsitudinis magnitudinisque erectæ, quid nos afferre poterimus, quod sit non indignum? Vitam enim prima inter homines innocentissimam egisti, mentemque habuisti omni prorsus culpa vacnam, et corpus illi consentaneum, tantaque Spiritus radiatione, gloria, et splendore ornata fuisti, ut vel ipsas superaveris Deo pretiosissimas creaturas, idque, ut dictum est, longissimo intervallo. Ad quid ego moror, remque totam uno verbo non complector? Vas facta es aptum suscipiendo consubstantiali Patri coæterni illi Verbo, quod ex Patre quidem sine tempore, ex te vero in tempore, et ex utroque prodiit sine ulla læsione. Itaque nec Deo opus erunt nostra encomia. Quinam, et unde? Nec tibi ejus Matri, et illi quidem eo quia naturam habet supereminere, quod aliquando, cadius etiam rebus, et quæ apud nos sunt, tribuere consuevimus. Cum Dei natura infinites infinita omnem mentem omni stupore repletat, et omne bonorum genus tanta excellat affluentia, quantum animo comprehendere non licet; nam illa nullo finitur termino, nec enim potest, sicut et seipsam negare. Cujus enim terminus est interminabilitas, et quod manifeste scitur, est esse occultum, qua ratione quis possit ejus definire substantiam? Rerum vero in te admirandarum, o Virgo, causa est voluntatis propositum. Nam ex rectitudine ventis, et probitate morum fit, ut superes vim encimiorum, non quod flos naturæ et honor, ac decus, et cætera id genus omnia et jure quidem optimo, namque ob naturæ excellentiam habenda Conditori gratia, ob animi vero propositum landandus qui sic voluit. Omittam igitur laudationem meliori sane consilio: videntur enim mihi dicturi omnes, optime laudes a me elaboratas, quod animus fuerit ne attingere fere laudes, licet ut a scopo parum deflesterem, vehementissimus tui amor efficerit. Nec mirum, cum et inanimata ipsa sponte sua moveantur in tuas laudes. Sed, o cœtus Dei, et festivitatis amans, nam secundo a primo pendet, et hoc præsefert illud, ad vos deinceps conversi solvemus debitum vobis, et Virgini. Dixi autem *meliori consilio* de industria, ne fortasse videamur in progressu sermonis velle rursus encomia nectere, cum illa non adhibere amplius decreverimus. Hoc porro evenire omnibus necesse est, qui aliquem de illa sermonem habere voluerint. Alterum enim e duobus erit omnino, aut nihil dicere de Virgine, aut si dicas laudare. Nulla enim ratione fieri potest, ut loquaris de illa et laus non sit, quod loqueris, quandoquidem et ipsa et quidquid spectat ad ipsam, celebratissimam habent gloriam. Quare dignus plane venia sum, si incipit primo consilio sermonem prosequendo, quæ

dicam, insertas habebunt ipsius landes, etsi nihil dici potest, quod dignam contineat landationem; non enim permittit hoc magnitudo gratiae, qua pollet. Quis enim dignis illam laudibus celebret, quae cœli absidibus excelsior, radiis purior, res est omnium pretiosissima Deo? Nec si utrinque generis quisquis angelorum, inquam, et hominum decem ora, decem linguis haberet, aut eadem deies millies multiplicata. Et hyperbolice quidem hujus ansam locutionis mihi dedit Homerus. Arbitror tamen, quod sum dicturus, majorem esse hyperbolam, non tamen a veritate alienum; nam si universa angelorum multitudo, et universum hominum genus in unam omnino coirent rem, et proinde unum os et unam omnes linguam haberent, ac totum hoc animal compactum resolvetur in unam Stentoris vocem, sive etiam illa sine proportione clamosiorem, et haec illis darent ad peragendum Dei Matri hymnum, fieri non posse puto, illa dignum, aut digno proximum: satius ergo est praeterire silentio, quam velle sermone longo illam celebrare, que tam illustribus factis gloriosa, tam admirandis, ac supra ordinem naturae eluxit, perinde ac si quis ope scalarum vellet cœlum descendere. Et haec quidem hactenus. Quod restat, ut ostendam, unam ex omnibus Dei Matrem obiisse gaudentem, ut exordiendo diximus, hoc certe succedit, ipsa supra vires nostras; faveente laboribus, cuius auxilio freti illos suscepimus. Hoc autem ut probetur, non opus esse arbitrari ambagibus et labyrinthis; sed vestra causa isthac dicemus: Dei Matri, quæ ipsummet gaudium, hoc est Verbum sine tempore contubernale semper habebat, quid morienti posset acerbi contingere, aut qua vi res ulla omnino gaudium ejus perpetuum et sine intermissione potuisset infringere? Profecto enim illa relinquebat abeundo, quibus non erat alligata vivendo, imo vero quibus tristabatur, dum pro conditione naturae iis uti cogeretur. Migrationem ergo exoptabat. Quam ergo diem votis omnibus perpetuo cupiebat, qua ratione advenientem libentissime non exceperisset, per quam siebat, ut semper cum Filio victura esset, cum Filio eodemque Deo ac Conditore? Cedo, persuademus? arbitror. Quid enim? haec annon concludant necessario? annon veritatis sint consona? illi toto vitae tempore nihil contigit, de quo esset dolendum, cur ergo doluisse advenisse, quo venturo vehementer luctabatur? quorum enim jucunda est exspectatio, jucundissima est prorsus presentia. Quod vero est perspicue jucundissimum, probare quod non sit molestem, omnino est supervacuum. Una res beatam

us animam viventis pupugit, non fuisse cum Salvatore simul carne passam et mortuam, ex quo siebat, ut vita ipsi longior non permittens quam primum ire ad illum, haberetur intolerabilis multo magis, quam nobis mors; ita igitur affectam ne dolore vacuam migrasse liquet; nisi quis dicat illud fuisse dolori, quod nec Filius detrectavit,

nimirum summe unitorum disjunctionem, animæ dico et corporis; hoc autem cum natura necessarium sit, dolorem affert non diurnum: non enim adeo præterit, quam absens et futurum terret; fere enim es fugit instans et quodammodo sensum latet momento eveniens, et antequam fiat præsens avolat: licet affirmare, volentibus tempore non mensurari, adeo velox est. Quid etiam humana omnia iusta quodammodo sunt, nec reperi est voluptatem ulla in re sine tristitia, et contra, ut sapiens quidam ex antiquis dixit: Non est in quocumque reperi vitam sine tristitia. Dixisset vero et oppositum, si opus fuisset: Non est in quocumque reperi vitam voluptatis expertem. Quid si prævaleat quod vincit, omnino necesse est inferius, et debilius statim plane cedat fortiori atque majori. Cum haec ita sint, quidni dicendum dolorem tunc ab illa vehementi lætitia, qua Dei Mater perfundebatur vita excessens, fuisse absorptum? Nam si que a Filio reposita sibi erant in cœlo post vitam hanc fruenda, habens perpetuo summam voluptatem percipiebat: cur præferendum non esset omnibus quod fecit, ut re ipsa frui licet illis per omne ævum? Hoc unum illi erat cordi, e rebus humanis hinc discedere, quod cum ab initio innatum desiderium esset per totam vitam vere, ac germanæ sublimisque philosophiæ sensu indesinenter irrigatum vigebat, utpote quod fruenda spiritualia se ipsis tradebat, non obumbrante amplius intuentem animum corporea mole. Adeo cor eius hoc desiderio tabescet, ut aboliri non posset; ortum porro illud eo tempore quo Natus ejus ad Patrem ascenderat, cœlestem illam animam nunquam deseruit. Hoc etiam fuit pons ad immortalem vitam et incorruptionem illi, quæ fuit pons liberatis a corruptione. Haec fuit scala ad Filium scalæ ascendentium cum salute ad eum, qui cœlum habet sedem, et quem Virgo peperit, et qui cum animo semper versabatur, quod et ipse nunquam non agebat, nam post ejus etiam ascensionem ad Patris sinum, unde venerat ad nos, Matris spiritus ab eo nunquam distabat, si enim ubi thesaurus, ibi et cor, ut illius est sententia, qui Virginis est thesaurus, et pretiosior cunctis thesauris, qua ratione non esset illi conjunctus Parentis spiritus, quæ illum supra capacitatem mentis peperit, sicut et spiritus ejus cum illa, ut nec tempore disjungatur, nec ulla vi casus abstrahatur? Et si ubi ipse, illuc erit et minister, quomodo non necessaria Mater? Cæterum relicta fuit in terra, et cum suis non est abrepta visceribus, cum ascenderet per nubes, ne subducentibus sese repente ambobus discipulorum oculis, illi manerent semimortui. Nuper enim compactis, et imperfectis, quod perficiens Spiritus nondum in eos advenisset, si utroque orbati fuissent, ob rei novitatem vita illis acerbissima visa esset, et fortasse sine solatio manentes etiam omnino desperassent; at illa discessum Filii ægerrime passa, ut putatis, ita illum tamen tulit

sicut et illusiones, et crucem, et mortem ejus. Considerenter enim affirmaremque ac quidvis aliud non minus animam ejus quam Filii pertulisse dolores, quando divinum illud corpus a nefariis illis et sanguinariis sivebatur vulneribus; et jure quidem, cum ob cæteras omnes causas, tum ob illam; nam sicut eo mundi principem a principatu exturbante gaudebat, ita et paciente patiebatur jure ut Mater omnium nati amantissima, sicut et virginum florentissima. Pertulit igitur charissimi corporalem disjunctionem ad tempus, non sine lacrymis: gaudebat tamen una cum illo revertente in cœlum, et cum illo vivebat spiritu conjunctissima, utpote Mater, sicut et ille cum ipsa; quin etiam simul ac nata fuit, dixerim quoque simulatque concepta B. Virgo, sua illam gratia implebat, qui sibi futuram præstituerat Matrem, imo vero cum illa erat ipse, antequam esset nata; factum quippe et compactum est illi corpus temporibus suis, ut loquitur Paulus, de sanguinibus Iuuenientiæ, nunquam tamen non fuit illi conjunctus, statim atque in sterilis matris utero cœpit esse. Cur enim aliter sit sentendum? nam si exinium Joannem scimus in utero plenum sancto Spiritu fuisse, cur idem de purissima Virgine non sit merito affirmandum? Hoc sibi vult illud Gabrielis, *Dominus tecum*: quod ipse docet distinguendo tempus in hunc modum: nam volens Conceptionis modum intemeratæ Virginis declarare interroganti, tempore usus est non præsenti, sed futuro, et sanctum quidem Spiritum superventurum in ipsam, Altissimi vero virtutem obumbraturam, ipsi prædicebat: salutando autem Virginem aiebat, *Ave*, et gratia plenam appellans, et benedictam in mulieribus, prædicans, tanquam super alias bonam ex iis, quæ ipsi inerant tandem pangens; non enim gratia plenam quasi futuram, sed ut existentem quod erat, appellavit, et benedictam salutavit, quasi diceret: *Cum gratia sis plena, o Virgo, Dominus tecum*; quia vero illum habes in anima, *benedicta es in mulieribus*. Et haec quidem ita se habent: quæ vero sequuntur ad futura spectant, et subsecuta sunt consensum prius præbente illibata Virgine gratissimum Deo munus et quo nullum potius offerri poterat; quid enim illi æquetur, quo Deus indiguit, ut eo interetur, quasi fundamento, et basi mysterii, per quod renovata omnia multoque melius instaurata, quam olim essent? quæ perspicuum est ita esse, quoniam simul ac ipsa sese sponte obtulit, et prompto animo fieri optavit, quod Deo placitum erat, *Ecce, inquiens, ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum*, beneplacito Patris cooperante Spiritu, consubstantialis illis, coæternus, et contemporaneus, Deus Verbum conceptum in utero Virginis non expertæ nuptias, induit hanc nostram substantiam sine sorde prodicens, quæ cum assumpta natura, duas non confundens naturas creantem, et creatam, unum quod exstitit, secundum hypostasim deificans quod assumpsit, perque illud salvans universam massam

velut in fermento. O magnitudinem puritatis in Dei Matre, ob quam Creator ejus delignatus non est, in ventre, quem condiderat, formari! O generosum sensum in puella adeo tenera! O animum in muliebri corpore immutabilem! Quid enim sincerius, purius, generosius anima salutationem hanc arbitrata non fraudulentam, sed credente fieri posse materiali ventre suscipi totum fulgor divinitatis, eodemque tempore Verbum sine temporis principio in sinu Patris principio carentis existere atque in hujus temporali utero gestari? Horum, ut mea fert opinio, causa est assignanda Dei Genitricis conscientia, quæ tantum animalium addebat; fieri enim non poterat, ea puritatem non servante, et accreditenti non præbente animositatem, magnum hoc opus, et generosum ab ea præstari quare et verba ipsa, quibus usa est perspicue ostendunt, ipsam se non indignam tanto judicasse beneficio, ut Mater, inquam, ejus fieret qui stupendum hoc opus patrabat. Non, non sit Manuæ, non Danieli, quanquam de visione eorum quid sentiendum nescio, si accurate consideretur, aut quo tandem modo ad illos accesserit qui apparuit. Certe non obscurum est, ipsi atque illis nouæque apparuisse habitum et splendorem angelicum, sicuti et colloquium cum B. Virgine non ejusdem erat honoris, cuius et sermones habiti cum illis; siquidem, is dixit, Periimus, Deum vidimus, alterum vero fecit defecit animus, penetrante nimirum timore drepente in sensus intimos, et nisi ab utroque recessisset citius visum illud insolitus, fortasse vitam interque citissime terminasset. Nam et omnes in universum quotquot visionibus dignati sunt, eadem passi sunt, quæ et isti; at Virgo turbata primo in sermone, inquit: non enim ut illi ob aspectum angeli, idque ut ne videretur, quanta res esset salutatio, ignorare; mox sese obtulit Opifici fide sincerissima plenam, ut materialis venter exciperet ignem immateriale. Quantum vero hoc est, quod non Deus agat quæ supra naturam et rationem sunt, magna res est, nam et rerum naturam et rationem ipse condidit. At Virginem se confidenter obtulisse talem ministram et verbis Gabrielis habuisse fidem, res est plane omnium maxima. Ostendit igitur se ipsam Deo gratissimam Virgo, dum quod utrique naturarum posse contingere difficile credi est, ipsa de se credit ac de Deo, creaturis excelsiore, cum tamen creatura esset et ipsa. Itaque cum multa et magna sint, quæ Dei Matrem illam fecerunt, nullum est huic oblationi præferendum: quod inde liquet; nam neque archangelus ascendit, nec Deus descendit ut præfixum ante sæcula mysterium ad finem pro salute omnium perduceret, nisi postquam admiranda illa verba ex ejus ore prolata sunt, et jure quidem optimo: oportebat enim purissimam Virginem, cuius et anima et corpus omni labore carebant, quæ una ab omni æternitate inter homines sublimior exstitit, veteri maledicto, et humano generi coævo, ut quæ

nata erat vas plenum benedictionis, de qua prima parens exciderat et quam ipsi Gabriel a summo Deo nuntiaverat esse omniaco qualem diximus. Quidni enim eam, que sui partus novitate salutis sui generis ministra fuit, cum plane præsumtum esset ante productum hunc mundum, antequam essent angelici ordines, hoc tempore impleri? Conveniebat etiam, arbitror, Patrem quoque Filii perpetuae Virginis incarnationem sui ac Matris Unigeniti suo comprobante beneplacito, ipsum præterea qui incarnationem obivit Verbum genitoris puris editum de visceribus, neenon sanctissimum et perfectionis largitorem Spiritum, beatam videlicet Trinitatem, conscientia etiam Virgine assensumque præbente mysterium perfidere lenitatis, et justitiae plenum, ut et libertas arbitrii locum haberet, et nulla prorsus intercederet violentia, ex quo nec serpens antiquus assuetus calumniis posset hoc insimulare, ac veluti notam quandam impingere benignitat, et justitiae Dei, quod operata esset mysterium citra consensum immaculatae Virginis; clamaret enim, convenire Deo nemini benefacere nolenti, nec dona per vim conferre; esse enim prorsus haec illi inimica et odiosa. Verum dixerit forte quispiam vir scitus alterius haec esse festivitatis. Respondemus: Alterius quidem, o amice, non tamen alienæ, sed maximæ huic affinis, nam connexæ sunt inter se invicem, et altera pendet ab altera cuiusdam instar catenæ revera aureæ: quippe quæ pariter celebrantur ad gloriam gloriosæ. Non ergo ut indomiti equi faciunt, divagata est oratio, quo non debebat, sed illuc tendit, quo dirigitur: nam etsi visa est digredi, tamen in illis erat, per quæ inferebatur, quod volebamus, et hoc ita esse ostendam. Quid igitur ex his concluditur? Illum, quem beata Virgo sine viro peperit, coniunctum illi semper fuisse intime. Et quid inde? Quod ipsissimum gaudium, Filium, inquam, semper inhabitantem in se habens suum cum gaudio spiritum manibus ejus commendavit. Et si haec ita se habent, id quod omnes puto affirmaturos, dignissimus venia, quod simile quid nobis contigerit, atque illi, qui forte in pratum cuiusvis generis floribus ornatum profectus, dum vellet unum legere, ab alio illectus illum decerpit, viens nimurum ab ejus pulchritudine et fragrantia. Scio daturos veniam aequos auditores, si parum digressi sumus a materia præsentis celebritatis, et iis dicendis, quæ ad unam ipsam pertinent. Itaque revertamur ad nostra, et cum jam probaverimus consentaneum et conveniens fuisse, mortem Virgini nullum attulisse dolorem, hoc idem etiam, si placet, necessarium ostendamus.

Cum enim verum gaudium Dei Matri esset coniunctum, quo malo posset illam afficere dolor vocatam a Filio ad vitam immortalem illo migrationis modo? nam et ipsa revera ipsissimum erat gaudium; non modo quia e cunctis mulieribus sola effugit damnationem ob peccatum et partum in dolori-

bus, sed quia Mater etiam exstitit ipsissimi gaudii. Dolor ergo omnis absuit. Quod si omnino placet, esto dolor accesserit, sed statim etiam recessit, vix, ut ita dicam, sua præsentia sensum præbens. Quoniam ergo dolore vacua erat Virgo, perspicuum est, sincerissimam adfuisse latitiam. Certus autem sum, omnes mihi assentiri rationibus, quibus verum demonstravimus, persuasos, nihil purissimæ Virginis optabilius fuisse, quam ex hac vita decedere; adeo grata erat illi mors, qua nos tristamur et jucide quidem optimo. Nam quia nulla erat alia via qua posset abire ad Filium, nisi hinc demigrando, cum Filii consuetudinem exoptaret, quantum verbis exprimere nemo queat, necessario illud quoque exoptahat, per quod assequi poterat, quod ut summus finis optatissimum erat; hoc autem nemo miratur; non enim quasi finem optabat sejungi animam a corpore. Quorum? hoc enim fuisse aberrare a veritate: illa vero ab omni peccato semper fuit immunis: sed cupiebat, ardebat, exoptabat mortem, quasi vehiculum quoddam, aut navigium, quo transvehi posset ad immortale regnum, et vitam, Filium ac Deum, ad quem omnia desideria tendunt, ultra quem non licet progredi aut quidquam velle: non enim potest esse satietas Dei, et bonorum illorum, ut in hac vita contingit necessario, in qua res fluxas amamus, et non fluxis præserimus: sit enim, ut cum rebus fluentibus desiderium quoque animi vacillet, cum præsentim illud cito capiatur satietate. Nulla igitur res poterat solari ejus animam summo desiderio astuantem, nisi ex hac vita decessio. Quid si B. Paulus cupiebat dissolvi, et esse cum Christo? cui etiam David ac Simeon preces fundendo congruentia loenti videntur: ille dum ait: *Educ de custodia animam meam*; et, *Quando veniam et apparebo ante faciem Dei?* (*Psal. cxli, 8*); hic autem cum dixit: *Nunc dimittis servum tuum* (*Luc. ii, 29*); quibus utique vocibus usi fuissent, arbitror, si opus fuisse, illi etiam qui suum pro Christo effuderent sanguinem, et dolores intolerandos sustinuerent: et illi pariter, qui in spiritualia certamina descendenterent, confessorum coetus, et omnino quibus uti scopus propositum est, quod est optimum, et solum illud spectant. Si igitur haec ita se habent, auditores, qua ratione Dei Mater dicens non sit longe maximo affectu in hoc laudabili desiderio plusquam alii fuisse? Certe in illis etiam vehementissimus fuit iste affectus; nec aliud optabant quam, si quid præcipuum erat, conficerentque suapte natura ad hoc, ut essent cum Christo. Verum illis Virgo tanto excellentius optavit, quantum discriminis est inter ipsam et illos: tum ratione sanctitatis et virtutum officiis, quantamcumque quis animo præfixerit hujus rei mensuram, tum ratione conjunctionis cum Deo, cum is satus ipsius extiterit; qua quidem in re nullam est invenire mensuram. Cum igitur tanto desiderio flagraret migrationis e terra in celum, ubi tempus advenit, quod optabat perpetuo, quidni gauderet et latare

tur? Quod si vel optimo temperamento naturæ præditis dum morte solvuntur, aliquod molestiae vestigium brevissimo tempore subest, non est mirandum: homo enim Virgo erat, et oportebat illam naturæ congruentem esse, non adversariam illi videri, quod suisset et secum pugnare. Naturæ igitur debitum divina Virgo penitus non aversata, cum si aliter factum esset, res absurditate noui careret, secuta plane est rerum naturam et aliquantulum, uti jam diximus, molestiam cepit. Nec tamen ex hoc videor meis ipsis sermonibus adversari, quasi contraria affirmantibus, non enim possunt velle impossibilia. Sed exordium sermonis mei, et quedam addita postnodum exordio corona, luculentia mihi defensio sunt. Etenim probari non poterat, immaculatam Virginem omni dolore cœruisse, sed pro naturæ legibus momento temporis communis hujus mortis perceperisse dolorem, verum tanta affluentem lætitia ut prorsus ab ea mœror omnis effugerit, cessit enim se fortiori. Ita et ejus Filius, assumpta nostræ carnis massa, noluit iis carere, quæ carnis sunt propria, sine quibus homo in suis naturalibus esse perfecte non potest: tristatus est, dolore affectus, non solum in cruce et Passione, sed etiam quando Lazarus mortuus est, lege nostræ nature lacrymas emisit ex oculis: ex itinere defatigatus est, ciboque indiguit, et somno ac potu, ac summatum iis, quibus fluxa nostra continetur vita, quæque in se corpus non recipit, nisi prius ex eorum indigentia concolecat. Adeo fuit nostri amans Salvator; non enim carnis et sanguinis particeps factus contentus fuit, et collatis in omnes beneficiis, non ulterius progredi, sed quasi fieri non posset, salvari hominem, ipso non paciente, Passionem et mortem optavit, tam exuberanti affectu ut non possit exprimi; et testatur illud: *Baptismo habeo baptizari, et quomodo coarctor usque dum perficiatur* (*Luc. xii, 50*). Quare et contristatus est, doloresque expertus in cruce. Cæterum doloris tempus brevissimum, ut merito ne dici quidem fortasse tempus possit; sed gaudii tempus dolori succedentis et ineffabile est et interminabile. Quod si haec de Salvatore dicta vera sunt, annon erit minus piæ mentis de Matre ejus diversa sentire? Decebat sane Dei Filii Matrem Filio et manibus ejus cum lætitia commendare spiritum, sicut ipse in manus Patris. Quin illud etiam decebat Matri plusquam cæteris omnibus in quavis humana re convenire eum Filio. Etsi natus ejus pro gaudio sibi proposito, ut Paulus ait, ego vero dixerim pro gaudio tunc præsente, sustinuit crucem, confusione contempta (*Hebr. xii, 2*), et omni dolore amato, ut paulo ante ostensum est; par certe erit et æquum, imo etiam plusquam par erit Matrem quoque ejus morientem pro spe proposita, quæ plane dubia non erat, nullum fere dolorem sensisse. Haec porro esse rationi consona, nec abhorre a sensu pietatem colere volentium, ostensum esse arbitror ex dictis. Verum ut humorantes pergratum faciamus iis qui

libenter audiunt, haec insuper addimus. Atque utnam quæ dicenda sunt non ut inania excipientur, sed primo quidem ad utilitatem vestram, qua mihi nihil antiquius, cum iis vehementer ego delecter, per quæ vos possitis esse felices. Deinde sint etiam opto non injucunda ut spero; quandoquidem et illam cui offeruntur haec loco munera, licet ab ejus dignitate plurimum distent, et rerum nostrorum nihil prorsus indigeat, at libenter tamen accepturam scio quod a benevolo famulo offeratur. Puto autem confitendum esse nos a scopo non aberraturos, favente Dei Genitrice, per quam imbecillis difficillima facillima sunt. Dico igitur tria esse proper quæ omnes mortem pertimescent. Primum quidem, quod non est valde manifestum conscientiae quid futurum sit in altera vita quando universum genus nostrum surget a Deo judicandum, nisi eni divinitus fuerit revelatum. Secundum quod discessio fiat ab omni genere voluptatis, et cognitione, et amicis, et antiqua consuetudine, et hujusmodi. Tertium commune hoc, quod anima separatur a corpore, ex quo fit, ut compactum ex elementis corpus corrumpatur, quod naturaliter omnia fugiunt. Cum ergo tria haec sint quæ supponimus, quibus concludendum est quod volo, exordiendum a medio statui. Sane iis qui tenentur vitæ desiderio propter præsentia tantum, qui haec etiam quasi finem ultimum sectantur, intoleranda est merito mors, ut quæ illos a consortio rerum sibi pretiosarum sejungat, quibus veluti pueris, et generoso aucto nolentibus uti, sed facta haec et umbratica præferentibus veritati et stabilitati mors jure terribilium est, et detestanda magis quam cæteris. Ut enim affecti sumus ad præsentia, ita et separantem ab illis mortem toleramus. Nam si viriliter proclivitati ad infima resistamus, levior nobis videtur mors spe bona plenis. Quod si ad posteriora segnes fuerimus, illam non mediocriter exhorrescimus. Porro iis qui turpius indigniusque aguntur ab affectibus, quam mancipia, naturaliter ratione subjectis mors et est, et videtur longe gravior ac molestior; ita ut, quanquam res dictu mira est, cum multo majori adinxu voluptatem spectamus, quodque videtur celeberrimum, rationem non sequentes ducem, siamus tunc, ut ita dicam, magis mortales quam sumus. Cum vero honestum ac bonum spectamus fiat quodanmodo in nobis mortalitas: Tantum pollet in nobis arbitrii vis. Satis dictum arbitror de morte, licet propositum nobis non esset de ea philosophari, quomodo, et quanobrem, et quibus magis, et quibus minus, quibus etiam intoleranda sit, ac terribilium valde molestum. Cæterum reddendæ rationis anteactæ vitæ timor, quod primo loco diximus, et judicii dies, et horrendum tribunal, et satellites regi et judicii astantes qui statim quod ille cogitaverit executione mandent, et insopitus ille vermis, et tenebrosus ignis, et ad haec incertitudo sententiae. *Quis enim cognovit sensum Domini?* (*I Cor. ii, 16*), et *Cogitationes*, inquit.

mortalium timideæ. Hæc et similia universos plane terrent, et pavorem incutient animis non eorum tantum qui rerum præsentium illecebris delinuntur, qui nec vivere vellent, ni sibi liceat indulgere genio, sed virtuti quoque deditorum, qui concepientiam et iram rationis freno regere volunt. Subit enim omnibus et horrorem injicit, non tamen pari modulo. Siquidem ad cuiusque vitam hæc variantur. Itaque et eos qui sancte vixerint, et qui secus, incertitudinis formido adoritur, ad justitiam respicientes humanam, quia non justificabitur, inquit, *in conspectu tuo omnis vivens* (*Psal. cxlii, 2*). Si enim B. Paulus, cœlum ille contingens animus, vas electionis, nihil sibi quidem conscientius est, sed non in hoc justificatus est, ut ille ipse ait, quis, quæso, alius, si sapiat, de anima sua confidat, quando Salvator sedebit ad judicandum æquissimus et nullius deceptionis capax, rationem exigens ab unoquoque, non eorum tantum quæ egit et dixit, et cogitavit, sed etiam quæ agere, et dicere, et cogitare debebat? O qualiter tunc mei similes tremore pavescerent, quibus nulla cura fuit haec observare, nec libuit (utinam haud ita esset) ad Creatoris voluntatem se accommodare? Qui judex, cum sederit, non habebit opus accusatoribus, non libellis, non testibus, sed gesta a nobis melius ipse novit, quam ipsi nos. Hac igitur causarum serie ob quas horribilior nobis et seipsa videtur mors, omnino superior erat gloriosissima Creatoris Mater. Nam neque incerta judicii sententia, per quam sane pandentur tenebrarum præsentis vanitatis occulta, poterat ejus cogitationes turbare, neque ex hac vita migratio. Etjure quidem optimo: summam quippe illi constantiam ac fiduciam præbebat consuetus ab ineunte ætate ascensus ad Deum et proveniens inde gratia, sive deificatio. Quare non erat formidanda ferenda tunc sententia qua damnantur qui contumeliosi sunt in legem Filii ejus, nec ægre ferenda decessio ob eadearum rerum perditionem. Beata enim Virgo adhuc etiam vivens pro nihilo ducebatur et inane habebat quod tenendo non tenetur, et elabitur, dum manuprehensum est; tales vero sunt res hujus sæculi, ut abstineret atque ab eis omnino refugeret, nisi quantum necessitas cogeret, ne interiret corpus, si negarentur illi per quæ sustentatur: quod et nova et antiqua pariter lege vetitum est, et apud plures etiam barbarorum nationes. Itaque omnibus quæ sensum illiciunt et decipiunt aspectu suo, ac inani hac gloria tenebras animæ effundunt, superior erat. Quidquid enim non erat animæ fructus, alienonia virtatis, aut non faciebat ad profectum spirituale, nullius plane momenti saceratissimæ Virginis, et alienum habebatur ac ludierum et puerile solatum, umbra, somnum, fumus, et si quod his levius dicat quispiam. Et propterea Virgo hæc gloriosissima, dum esset in vita, tantum abhorrebat ab iis per quæ nos vincimur, quantum mortui vita olim defuncti. Quomodo ergo moleste

ferret decessum ab iis quorum nullo tenebatur affectu? aut eur angeretur ab eis quibus, cum posset, non oblectabatur, sed valere dicebat, voluptates, et falsi nomini gloriam, et quod hominem hominibus videtur reddere sublimiore, cum ex Iuto eodem et massa compactus sit? Diceret illi theologorum supremus post theologum tonitru filium Gregoras Nazianzenus, et blandimenta consuetudinis etiam ex re nostra, et haberit a nobis in pretio, qui amamus et admiramur, quidquid deorsum fertur, et serpit instar colubri: at quibus studiis est spiritualia querere et sublimia, caput quæ erigunt sursum, illud ad inferiora fletere exosum est. Dolet igitur repentibus humi rerum eadearum amissio. Qui etenim futura non negligebant, quomodo præsentia spernerent? At eni terrenorum cura postponebatur, certe abjungi etiam ab illis nulla erat sollicitudo.

Quare tristitia nolis et terricula suapte natura accidunt, et quodammodo utrinque appetimur, tum præsentium amissione, ut diximus, tum pavore futurorum, ut jam ostendimus: quorum neutrō beata Virgo petita est. Oportebat enim migrationem quoque ejus esse naturæ superiorem, et nostræ non assimilem: cum in ea quidquid fuit natura sublimius fuerit. Ita plane. Cæterum dolorem illum, qui profunde animam attingit in morte (quod tertium et postremum est) eadem habere non dignata est beata Virgo eum universo mortalium genere; licet non æque ac cæteri fuerit illum experta. At quid ego abutor æqualitatis nomine, ubi nulla mensura, nulla prorsus fieri potest comparatio? tanto enim intervallo distant a nobis quæ spectant ad Virginem, quanto amplius est brilla cœlum. Non ergo illam mors, etsi omnes homines cum dolore tollit, alio modo sustulit, quam quo diximus, nimurum sicut Filium; et ad hoc tantum, ut homo esse dignosceretur. Sed de his satis, quod attinet ad separationem animæ et corporis beatissimæ Virginis; nam cœlesti ejus animæ superna ac divina pervaganti omni tempore mors jueunda potius (ut principio sermonis dixi), quam molesta proœul dulcio censetur, ut quam illuc transmittebat, quo abiit eupiebat, ad suum Filium, ad ejus Patrem, ad Paracletum Spiritum, sacrosanctam ipsam Trinitatem apud quam est vera lux inaccessibilis, indeſciens voluptas sine satietate, corona immarcesibilis, vita æterna, beatitas, ubi plene licet illi participem esse regni et honoris Filii excellentiori modo, utpote Matris, quam potiri possint, qui virtutis nomine primas omnium ferunt. Quid illos dico, quandoquidem et mentes incorporeas sua gloria longe superavit? Eo porro magnitudinis erecta est, ut supra diximus, imo vero ut nullus explicare valet sermo, non solum quia peperit salutem et redemptionem et sanctificationem animarum et corporum nostrorum, sed quia etiam puritate supra modum et inenarrabili erga Deum affectu animam et corpus talia redidit.

ut suum uterum exhibuerit locum universa impletis, et nullo circumscripti loco. Arbitror enim immensam animæ ejus pulchritudinem e virtute provenientem non fuisse posteriorem causam, cur ex ea Deus carnem assumeret. Quinimo ipse, qui incarnatus est, voluntatem ejus ducendi vitam Deo placentem, mandatisque ejus inherenterem anteposuit muneri gestandi illum in ventre et lactandi überibus. Nam cum illa propter hæc beata exclamaretur, ipse, Quinimo, inquit, beata est, quia verbum Dei audit, et illud custodit: ex quo planum omnibus fecit, utrum ex duobus præferendum sit, et beatius jure habendum, partus videlicet, au virtus. Nemo enim adeo desipuerit, ut cum purissima Virgo beata ob partum affirmaretur, alium existimet beatiorem a Salvatore dictum propter mores. Verum probata mulieris voce, agnitione, benevolentia et probitate per verba illa, Quinimo, dictum ejus sapientissimæ comprobavit; deinde sequenti sermone quasi Matrem cum Matre conferens, verbis illis usus est quæ dignum erat ab uno ejus ore proferri. Dum enim docebat illum mulierem, omnes in sublimiore evehebat sensum. Arbitror autem, si opus esset clarioribus verbis explanare sententiam, ita illum dixisse, qui homo fieri voluit: O mulier, quæ beatam prædictas, vere beatam oportebat Matrem esse mihi illam, cuius anima incredibili pulchritudine esset ornata, et qualem nulla unquam habuere tempora. Itaque prævio in ipsa summo candore ob eximiam animi integritatem, sublimitatemque ac modestiam, subsecutum est, ut mea fieret Mater, factumque est, ut ad lucem, quæ ejus animam inhabitabat, me lucem insuper acquereret omnium lumen creatrem. Amant enim omnia, quæ affinitate conjuncta sunt, accedere ad affinia. Ita sane. Cum vero exigisset necessitas, ut impossibilis et immortalis passibilem et mortalem assumeret carnem, ut (si explicandum mihi est non magis sermonibus Trinitatis hac de re consilium antiquum, verum et maximum) suscepta Passione, et morte, et quadam corporis gustata corruptione, omnes homines si vellent, a passionibus et morte et corruptione liberaret: non enim erat afferenda vis, sed voluntibus conferenda salus: dedit potestatem (inquit) præcipuo dilectus illi amore iis qui credunt in eum, filios Dei fieri. Quare Trinitati quidem tum ob consilium istud pro nobis illi coæternum: neque enim habet principium temporis Dei consilium, sed ab omni æternitate commune est tribus consubstantialibus personis, quæ proprietatibus distinguuntur: tum quia illud suo tempore impletum, agendæ sunt gratiae; beatissimæ autem Virginis, tum ob virtutis officia, tum ob inde provenientem vitæ commendationem, propter quam Dei Mater est facta. Sed jam tempus arbitror contrahendi desiderium, ne simul cum immorandi aviditate protrahatur non deficiens oratio. Eveniret enim nobis dum satisfacere illi conamur, quod et pueris

qui suam in muro umbram nituntur apprehendere. Quapropter suspensi prioribus animi sensibus ad portum silentii sermonem nostrum deducere jam anniteatur, nec audiemus amplius animi motus suadentes, ut encomiorum Virginis satietas nos capiat. Deponendum igitur illud desiderium, quod nullum afferre solatum potest, et studium assidue auget. Gaudemus affatim, o cœtus, Deo, addo, etiam mihi charissime, et gratulemur Dei Matri ad Filium cum lætitia commeanti. Tragici et lugubris nihil admittatur, nec ullius vultus præseferat tristitiae vestigium, sed omnia puram exprimant lætitiam, hilaritatem, jucunditatem, et ingens gaudium. Oportet enim benevolos famulos cum Domina gaudere, ut etiam simul tristari, si tristaretur. Quidni enim jure optimo exsiliendum sit, et exsultandum, hilarique vultu, et tripudiis canendum abeundi Virgini, una cum angelis et martyribus, et confessorum choris? Quandoqñ dem quod cæteris omnibus intolerabile fecit natura, hoc vehementissimi materes gaudii et oblectamenti supra modum (ut exordiendo dicebamus) gloriosissimæ Virgini exstitit; extincta (ut ita dicam) flamma diuturni desiderii, migrationis (inquam) ex hac vita. Cupiebat enim dissolvi et esse cum Christo, magis quam Paulus, qui hoc dixit, si conferre licet. Si quidem illi mors prestitit, ut oculis animæ desideratum sibi videret immortalibus immortalem longe quidem felicius, quam dum ulnis gestaret illum, et lacte nutritum. Non tantum igitur gratulemur gaudenti Virginis innarrabile gaudium, sed illud quoque addamus. In cœlum ipsa eunte simul et nos ascendamus alacriter quotquot ardente ejus desiderio flagramus, et fieri hoc poterit, si purgata mente et ratione ad lucem ejus contemplativæ animæ vi, quantam fas est, prope accedamus. Quod si taliter affecti erimus, rejectis tenebris, puri cum pura perpetuo erimus, perque ipsam cum ejus Filio ac Patre et Spiritu sancto, Trinitate beatissima; fas quippe non est impuro et non purgato purum attingere. Porro tenebrosa rejiciemus et sordida, ludicra erimus et puri, si, ut compendio dicam, declinantes ab omni malo (ut inquit David) fecerimus omne bonum, ut per hæc velut instrumenta, et in præsenti vita favorem ejus et gratiam mereamur, et cœlestium siamus bonorum compotes maternis precibus Virginis potentissimæ apud Filium, quem decet omnis gloria, honor et adoratio cum ingenito ejus Patre, ac sanctissimo bono et vivifico Spiritu nunc et semper et in sæculorum. Amen.

Hic idem pientissimus imperator Emmanuel Palaologus, ob vehementissimum suum in Deiparam amorem, præter orationem modo allatam, composuit etiam, ut alibi in Mariana Bibliotheca recensuimus, in eamdem Deiparam Virginem Mariam canonem deprecatorium, qui Graece Ms. exstabat apud eruditissimum virum Leonem Allatum, at-

que a P. Ludovico Marraccio fratre meo Latinitate donatus, est ut sequitur.

Emmanuelis Palæologi imperatoris canon deprecatorius in sanctissimam Dominam Deiparam pro præsentibus periculis.

Ode I.

Omnis ordo atque ætas fidelium, ad Matrem Dei, omnium moderatoris voces tollamus, populum tuum libera a calamitatibus, tuæque civitati vietriam adversus hostes concede.

Vides, Virgo, Chaganum^qalium hostem graviter prementem hæreditatem tuam: ut eum, qui hunc ipsum progennit, ita istum et illius assecelas funditus ele.

Quam multis molestis ac duris populus tuus, o omnino inculpabilis, afflictus est, et nisi velociter ipsa precibus tuis succurras, pessumibunt omnia gravissima jactura.

O Virgo, quæ cœli terræque, et omnium quæ in eis sunt Conditorem omnisque carnis moderatorem secundum carnem peperisti, apud ipsum pro nobis fiducialiter intercede.

O Virgo, qua Deum ineffabiliter peperisti, Advocata agens apud eum pro iis, quorum gratia, ipse commiseratione motus, mortal is factus est, votum assequeris. Ideo nec moreris.

Ode II.

Quoniam multis calamitatibus, ut nunquam antea, omnes, o augusta Puella, premimur populus tuus; tu nunc studiose ante finem præveniens a malis nos eripe.

Sola Dei misericordia per tuas intercessiones, o Virgo, confidere nobis datur, etenim vita in malis versatur, ut famuli fideles spes nostras assequamur, o omni laude dignissima.

Ta, o purissima, Portus nobis es et Propugnaculum, in te spes nostras pie collocantibus: nunc igitur talis appare, gravissima jactatis tempestate.

Præses, et regnum forte, et munimentum apares tu, Deipara, omnibus ad te accurrentibus cito after opem.

Ode III.

Natura nostra primæva prævaricatione vulnerata est. Nihilominus Deus ille, cui tu, Puella, Mater es, multa misericorditer passus et crucifixus jam antea ipsam a corruptione et inferno liberavit. Eadem ergo nunc supplica, ut liberet ab hostibus te fideliter laudantes.

Ode IV.

Sexcentis erroribus lassati in altum caput sublevare omnino non possumus. Tu ergo, o purissima, Deo ferventer supplica pro nobis.

Cœtus te laudantium, o mundissima, ad tuum templum fideliter accurrentes, atque ingruentum calamitatum propulsionem exposcentes, spes suas assequuntur.

Impossible est, o immaculata, præsidium tuum invocantes, irrito yoto frustratos reverti. Quamob-

rem ante te procidentes, te fideles rogamus, ut ab hostibus nostris redimamur.

Plurimis gratiis tuis antea potiti, o Deipara, Ave tibi acclamamus teque obsecramus, o gloriosissima, ut adversus hostes te inhonorantes, tuis victoriæ largiaris.

Ode V.

Spiritus quidem carni male, caro autem passionibus, heu mihi, turpiter subjecta est, o purissima: quamobrem nos in malorum multorum discrimine constitutos libera, Dei Mater, intercessionibus tuis.

Corpus peccatis plenum est, anima vero malis gaudet: sermo, cor, mens ad pejora inclinat, et nunc in rebus calamitosis versamur, tu vero, o Virgo, ab his libera servos tuos.

Præveniat nos, o bona Domina, consueta Filii tui omniumque Dominatoris misericordia, que incelestæ omnia nobis instantia depellat, et libera nos ab erroribus, intercessionibus tuis.

Res graves multisfariam nunc nobis impendent. Has tu cito, o Puella, dissipa in morem fumi, venti vehementis impetum nullo modo sustinere valentis.

Ode VI.

Vitæ commotio, o Virgo, animam turbat, turbationes usqueaque inferunt difficilia nobis hoc tempore, haec quantocius precibus tuis propulsa. Rerum nōlestarum fluctus navim illam demergere minantur, cujus tu, Dei Mater, manu tua gubernacula moderaris, hos igitur sterne, et tranquillitatem precibus tuis concede.

Multis lacrymis opus est, o Virgo, nobis qui Christi præcepta aspernati sumus, propter quod cum rebus sinistris luctamur, ab his nos redime ad optimam vitæ rationem traducens.

Si tuos, o sanctissima, nunc ab hostibus liberaveris, nihil erit novi; magis autem erit tua vetus consuetudo, o vertex bonitatis; ab his itaque ut liberemur celeriter largire.

Ode VII.

Unum quoddam præceptum transgressus est, vñ nobis, o Domina, primus pater Adam, et facti sñi pœnam statim dedit Deo. Cum vero ad iram multoties Deum commoverimus, quantas pœnas dare oportet! Sed liberes tu nos.

Nee propheta, nec princeps, nec dux auxiliari nobis hodie potest, nec nullus est, qui cohíheat res adversas, omnes enī Deo sunt obnoxii criminis. O quam graves pœnas exspectare æquum est, nisi tu, o purissima, præripias!

Mystice nos baptismi et servis malis Dei pueros effecit, peccatum tamen fiduciam nos habere non sinit. Propterea, o sanctissima, calamitatum multitudine circumdatos intercessionibus tuis libera.

Nequaquam præcepta Dei, omnium Principis, servavimus, o purissima; undique igitur contra nos hoc adversitatum flammarum vehementem excitat.

Sed tuis ad Filium tuum precibus illam extin- A majoribus nostris statuere dedisti. Hactenus pien-
guas.

Ode VIII.

Salvatorem mundi peperisti, o Domina, bonum ac beneficium te gloriificantibus. Hanc ergo jam nanu exora, ut ab hostibus liberet tuos, dum multi exstant fideles.

Filius tuus, o Virgo, liberavit tres pueros ab igne voracissimo, omnia quippe potest. Hujus ejusdem manu libera nos omnes, o Sponsa Dei, a gentis immanissimæ furore.

Deus per plurimam misericordiam incarnatus est ex te, o Puella universos salvare volens. Hunc vero, o purissima, erroribus nostris propitium reddere posse, confidentiam habes : accelera igitur, o Dei Mater.

Ille quem genuisti, magis gaudet donare gratiam quam ii, quibus ipsa datur, gaudeant accipere. Proinde tu apud illum pro nobis legatione fungens universa expediias. Perge itaque, o Dei para.

Ode IX.

Deum, o Virgo, secundum carnem genuisti, qui etiam pro nobis voluntarie passus est. Cum sustinuisset autem mortem, mortis vinculis eos absoluit qui erant in inferno. Huic igitur supplica ut ii qui te laudant, a rebus sinistris valeant exsolvi.

Hominum genus Deo peccavit, et usque nunc procedunt, o intemeratissima, sed non sunt hominem errores hujusmodi, quos Dei sanguis eorum gratia effusus mundare non posset. Ideo nunc ipsum pro nobis, o Domina, exora.

Ilostis tyranni antiqui potentiam disperdas, o purissima, velut mollem et enervem intercessionibus tuis, atque illius fastum in altum sublatum dejicias, o Virgo, tuosque servos cum rebus gravibus innumeris luctantes velociter invise.

Eos qui nos hoc tempore terrent, o purissima, tu trepidos ac timidos in fugam conjice et horum prosperum cursum ipsa rescea. Da autem populo tuo, ut statuere possit ex ipsis tropæa, ut olim

A majoribus nostris statuere dedisti. Hactenus pien-
tissimus Emmanuel Palæologus.

Anno Christi MCCCCXXII et anno 52 imperii hujus Emmanuelis Palæologi, et Joannis illius filii, Amurat-Beis fortissimorum militum cum exercitu in urbem Constantinopolitanam irrupit, quam et expugnasset utique, nisi immaculatissima Domini Mater conservasset. Et testimonia nobis de hoc suppetunt testium omni exceptione majorum : testimonia enim quæ habentur ab hostibus, dum id asserunt, fide digniora sunt : cum vero hostes atque adversarii hoc testimonio suo constabiliverint, multo verissimum est hoc sanctissimæ Virginis miraculum. Namque Mersaita, et patriarcha Turcarum affirmabat propositam tunc illis suis civitatem ad prædum, quemadmodum viri docti Persæ æstate Mahometi calculaverant, invenerant que hoc anno, mense, dieque hora urbem a nobis debellandam esse : et futurum id erat omnino astrorum vi et astronomorum artificio : sed mulierem illam violaceis vestibus amictam per castrum obambulantem, et super propugnacula intrepide, dum pugna iniebatur, vim astrorum obtudisse, et astrologorum artificia, quamvis illa non a terra neque ex hominibus, sed e cœlo, et invisibili potestate vim obtinebat. Similiter exercitus universi Turcarum jurejurando Mersaitæ dictum confirmabant, et omnibus narrabant pugnæ hora, dum cum audacia et impetu, qui coerceri non poterat, ad muros castri pervenerant, ut ascenderent, Græcosque fugarent, urbemque caperent, vidisse mulierem violaceis vestibus induitam deambulantem super propugnacula exterioris castri : qua visa, statim tenebris, procælla, timore ac tremore correptos omnes in fugam se, et non ad bellum dedisse, et vi influxuque illius mulieris formidinem sibi inmissam et urbem liberatam.

Hæc autem peracta sunt anno nongentesimo trigesimo supra sex millesimum, mensis Augusti 24, feria 2, hora diei septima.

Vivebat adhuc Palæologus anno Christianæ salutis 1422.

CAPUT V

§ I. — *De Federico I, imperatore.*

Federicus Occidentis imperator hujus nominis I, ex Sueviæ ducibus per Germanos electus, ut in re bellica felix, et in gubernanda republica sapiens, ita in amore beatæ Virginis pius et in ejus cultu propagando religiosus admodum fuit. Turcas enim, Deiparæ hostes, qui ei præcipuum Matris Dei honorem adimunt, haud semel in bello miraculose devicit ; et privilegia omnia a Carolo Magno concessa ecclesiæ S. Mariæ Aquisgrani, ejusque civibus (quæ quidem permagna sunt) diplomate suo confirmavit et auxit. Edidit etiam diploma in favorem monasterii S. Mariæ Grandis Fontis, necnon monasterii S. Mariæ infra urbem Bisuntinam,

ut videre est apud Bibliothecam Cluniacensem Martini Martier, pag. 1414

E vita migravit anno salutiferæ reparationis 1190, 11 Junii, cum imperasset triginta septem annis.

§ II. — *De Federico II, imperatore.*

Federicus Occidentis imperator, hujus nominis II, vir rei bellicæ gloria omni ævo memorabilis, nullo unquam labore fatigatus, nullis casibus victus, inter alia Marianæ devotionis illustria specimina, privilegia omnia a Carolo Magno concessa ecclesiæ Sanctæ Mariæ Aquisgrani, ejusque civibus, item aucta a Federico I, diplomate suo firmavit.

Idem ecclesia S. Mariae Montis Regalis apud Panormum, quam Gulichmus II Siciliæ suus consanguineus a fundamentis reixerat, multa privilegia atque indulta impertitus est, quæ apud Aloysium Lellum in ejusdem ecclesie Historia videri possunt.

Idem cum omnia sacra vasa a templo S. Mariae de Admirante Panormi insigni, ad sumptus belli sustentandos, abstulisset, pro eorum restitutione Scupellum oppidulum eidem templo dedit, ut monstrant ejus tabulae Panormi expeditæ die 15 Aug. anni 1220.

Diem clausit extremum anno 1250, imperii sui tricesimo tertio.

§ III. — De Federico III, imperatore.

Federicus Occidentis imperator Austriaens, qui fuit hoc nomine III, cognomento Pacificus, pro singulari pietatis affectu, quo in Deiparam Virginem ferebatur, sublatæ in cœlum Virginis ferias religiosissime venerari consuevit. Nam pridie ejus diei quem diem festum, atque hilarem triumpho divinæ Matris Ecclesia dicavit, a cibo et vino (pane duntaxat et aqua contentus) temperabat: et qui sibi parcus et austerus, Christo liberalis fuit, multa quippe monasteria fundavit annuisque fructibus stabilita reliquit.

Ex dato Neustadt 1450, omnibus ad beatam Virginem eellensem peregrinantibus salvum conductum donavit, bonaque et homines ibidem coramorantes in suam tutelam suscepit. Ad ejus insuper intercessionem indulgentiis in devotionis incrementum ecclesia ejusdem beatæ Virginis Cellensis a Nicolao Papa V facta est locupletior. Sacram ædem beatæ Virginis Lauretanam devote invisit.

Templa quoque honori Deiparæ consecravit, quod nobis sacra ædes Patrum Cistereiensium, magnificis sumptibus ædificata Neostadii in Austria, contestatur, quemadmodum et altera Græcis metropoli Styriæ longe magnificentioribus expensis exstructa.

Idem Societatis Rosarii confirmationem ab Alexandro episcopo Foroliviensi et in Germania legato a latere consecutus est.

Decessit anno Domini 1493, postquam imperasset quinquaginta tribus annis.

§ IV. — De Ferdinandō I, imperatore.

Ferdinandus Austriacus, optimus et omnibus modis catholicus princeps, Caroli V Romanorum imperatoris frater, rex Bohemiæ, Ungariae ac idem Romanorum post Carolum fratrem imperator augustissimus, cuius ad omnem posteritatem perennis et celeberrima transibit memoria, inter alia pietatis suæ erga Deiparentem monumenta, cum adhuc esset Romanorum rex, insigne donum Virginis Lauretanæ misit, argenteam scilicet beatæ Virginis effigiem sesquipedalem pondo librarium 31, cuius genibus advoluta erat Anna Bohemiæ regina ex argento. In basi titulus duplex: alter a fronte:

Sereniss. ac Potentiss. Romanorum, Ungariæ, Bohemiæ Rex, Archidux Austriae, etc.

SUMMA AUREA DE B. V. MARIA. X.

Ferdinandus

Hanc argenteam effigiem D. Virginis offerendam Transmisit anno 1552, mense Maio.

Alter porro titulus a tergo :

Ferdinandus Romanorum, Ungariæ, Bohemicæ Rex, Archidux Austriae, etc., ex voto Salutis, in memoriam dulcissimæ conjugis Amæ, hanc ipsius argenteam effigiem Mariæ Virginis dedicavit, consecravitque.

Edidit de imagine beatissimæ Virginis Mariæ in numismate Ungarie necessario apponenda decreta duo: primum quidem Posonii anno a Virginali partu 1550; secundum vero ibidem anno 1557, ut videre est in decretis regum incliti regni Ungarie Viennæ Austriae excusis anno 1628. Obiit anno Domini 1564, imperii sui sexto, mense Julio, ipsis feriis D. Jacobi apostoli. De quo ita in *Campo Litorum* sive *Albo Austriaco Mariano* edito Viennæ 1649 :

*Aquila et signa in campum extuli!, quæ interponeret
Solem inter et lunam.
Nova oppositione perculta luna, eclipsim passa est.*

Quid mirum?

*Prima lux Ferdinandi in signo Virginis
Quæ didicit lunam calcare.*

Primus

*Evocavit in Austriam Jesu Socios, novam militiam,
Eodem secum Christo duce in hæresim præliatuos,*

Quos cognoverat in Tridentino concilio

Immaculatæ Conceptæ Virginis

Propugnatores.

Huic quam devotus vixerit, testatur

Argentea statua

Quæ illi Lauros decerpit

Laureti.

§ V. — De Ferdinandō II, imperatore.

Ferdinandus Austriacus hujus nominis II, Romanorum imperator semper augustus, alter nostri temporis Constantinus, quem parem sanctimonia, pietate, integritate, clementia, superior ulla ætas non vidit; incredibili semper, dum vita superstes fuit, erga gloriosissimam cœlorum Reginam Mariam Deiparam devotione enituit. Illi præcipuum non modo cultum, sed amorem etiam impendit; ut patronam cliens reverebatur, ut filius amabat matrem. Quotidianum ei certum precium pensum persolvit, dum vixit. Orationem matutinam (cui mane statim a lecto surgens antequam cubiculo egredetur horam integrum tribuebat) Salutatione angelica expansis in cruce manibus septies recitata concludebat. Duobus sacerdotibus successive ad aras operantibus quotidie aderat pietate summa, et secundo sacro absoluto, Lauretanæ beatæ Virginis Litanias sacerdote præiente recitabat, nisi ea ipsa die vellet adesse eautoribus musico illas concentu modulantibus, quod post decantatas Vespertas diebus Dominicis, festisque omnibus ac Sabbatis usurpabat. Præter recitationem Coronæ beatæ Virginis ejusdemque Officii, orationem ad beatam Virginem persolvebat pro bona morte, ad quam quotidie, nec secus ac si tunc foret sibi moriendum, comparabat. Vel ipsa nocte

intempesta cum evigilaret, in hujusmodi voces erumperat :

*Maria, Mater gratiæ,
Mater misericordiæ,
Tu nos ab hoste protege,
Et hora mortis suscipe:
Monstra te esse Matrem,*

et id genus plurimas. In rebus omnibus exiguis, mediocribus, maximis, ad Virginem Matrem unicum habuit perfugium. Quidquid pii fecit ab egressu lecti mane usque ad noctem Virgini dicatum voluit. Quinquagesies minimum annis singulis, et exomologesim facere, et synaxim sumere cum fuerit solitus, id usurpabat vel maxime in solemnioribus Deiparæ quam in Patronam elegerat, festis : diebus vero qui Virginis Matris festa præcurrunt, non modo sibi, sed aulæ toti abstinentiam indixit. Quandocumque vel sua confessurus peccata, formulam Ecclesiæ consuetam præmittebat, vel etiam alias recitabat, et Deo confitebatur, post Deum adjungebat beatissimæ et semper immaculatæ Virgini.

Duodeunis patre orbatus initiatur Styriæ dux et Carinthiæ antiquo more in pannoso opilionis habitu. Purpuratos inter proceres, ordinumque vexilla ducitur ad Pratum, in cuius medio sedes e rudi lapide ventis obnoxia atque corrupta. Ille alapara a rustico accipit, aquam e petaso libat, gladium quaquaversum librat in patientiæ, sobrietatis, fortitudinis argumentum. Aequitatis et catholicæ religionis defensionem jurat, et ad vicinum Deiparæ templum cum pompa progressus, trabea ibi, cæterisque dignitatis insignibus coram Diva imagine ornatur, et quasi per illam principatu donatus, tum primum princeps et haberi et esse incipit. Cum Cæsareæ adhuc Majestatis expers Græcii degret, de Lauretanæ Marianæ basilicæ ædificatione menitus a Gulielmo duce Bavariæ, ejusdem insti-
etu cæsam e silva materiam Lauretanæ Virginis donavit. Haec in onerariam imposita et Adriatico mari commissa, Lauretum incolumis, beata Virgine favente, pervenit. In ea magna vis erat ingentium trabium asserumque tribus aureorum milibus aestimata.

Laureti etiam, quo annos natus non plus vixi, maxima devotione accesserat, Deiparam in supremam bellorum exercitumque suorum ducem adlegit, et coram Virgine Matre Deo vovit vel cum vite discribime abacturum se e Styria, Carinthia, Carniola, sectas, sectarumque magistros; idemque tertio supra quadragesimum anno Hungariæ Bohemiaque jam rex et Cæsar, se in Bohemiæ, illique regno adjungetis provinciis, acturum, Cellis (ubi in Styriæ et Austriae finibus præcipua religione Virgo colitur) sancte constanterque vovit. Hocque dum vixit, effectui tradere semper summo conatu studuit, paratus pro fide catholica sanguinem fundere, paratus omnia perdere, odio haberi, persecutions atque adversa omnia sustinere. Anno 1618, die 4 mensis Julii, Mariana Hungariæ corona redimitus, is

suit erga Virginem Matrem, ut voverit, se omnem operam positurum, ut felicissima olim sub beatæ Virginis ope Hungaria in florem iterum pristinum quasi postliminio reverteretur. Quemadmodum exstat in libro cui titulus est: *Maria, Mater Agonizantium, Præx. II, die Nativitatis Deiparæ sacro in regnum Romanorum coronatus fuit, et lux illa, quæ Deiparæ mortales quandam prima obtulit auras, Ferdinandus coronam dedit, ut resert Jacobus Damianus De Bello Germanico lib. III.*

Bis propria manu in Albo congregationis beatæ Mariæ Virginis Assumptæ, quæ in domo est professæ Societatis Jesu Viennæ nomen suum inscripsit, semelque rex hisce verbis :

Anno Domini 1618, die 7 Novembris Ferdinandus Ungariae Bohemiaque rex, archidux Austriae, sodalis beatissimæ Dei Genitricis Virginis Mariæ scriptis, sub cuius præsidium se semper commendat.

Iherumque imperator hisce verbis :

M. DC. XXIV, Ferdinandus II, confrater Sodalitatis B. M. Virginis, sub cuius præsidium se quam devotissime commendat.

Sed nulla est in utraque Austria, nulla in Hungariæ Bohemiæque regnis, nulla in Styria, Carinthia, Carniola beatissimæ Virginis pia sodalitas, in cuius album nomen suum non retulerit, imo in cuius album ejus exemplo, augusta conjux, rex, regina, ac liberi ceteri sua quoque nomina non inscripserint. Petiere hoc ipsum in remotissimis provinciis posita sodalitia, et inter cetera Insulense apud Flandros, et impetravit facillime : nihil enim magis optabat Cæsar piissimus, quam ut ubique inter Mariæ servos nominaretur. Porro de Ferdinandus II, imperatore, augustissimum suum nomen in Codicem beatæ Virginis Cancellatae referendum Insulam transmittente loquitur Jo. Vincartius, qui inter cetera scripsit : « Nemo omnium alia mente transmissa Insulam Flandrorum augustissima nomina existimet, quam ut Cancellatae Virginis sodalitas a Margarita Balduini Constantinopolitani imperatoris filia ante annos circiter 400 cœpta, Cæsareis postliminio decoribus renovaretur. Secuti statim Cæsarem Augusta, Ferdinandus III, Bohemiæ et Hungariæ rex apostolicus, Maria Austriaca regina, Philippi IV, Hispaniarum regis, itidemque Ferdinandi cardinalis Austriae soror, Leopoldus Uvichlelmus archidux Austriae, totiusque Germaniæ primas, Maria Anna serenissimi Maximiliani Bavariæ ducis atque electoris juan conjux, denique Cæcilia Renata imperatoris liberi. » Sic Vincartius. Qui etiam qua majestate augustissima hæc imperatoris Ferdinandi II, Cæsareæque familiæ nomina in membranis politissimis pictoria arte auroque illusis descripta, quave celebritate ac pompa a canonice Insulensis excepta, et in beatæ Virginis Cancellatae tabulas relata fuerint, elegantissima oratione demonstrat, hoc a sodalito Cancellato Cæsareis nominibus positum perennaturum orbi exhibens monumentum :

*Ad Gloriam
Maximæ cœlorum terrarumque Imperatricis
Mariæ
Ferdinandus II, sacratissimus imperator,
Ferdinandus III, Hungariae et Bohemiæ
Apostolicus rex,
Cum conjugibus augustissimaque familia,
Imperatrice regina,
Archiduce filio Cœsarisi,
Eiusdemque Serenissimis filiabus
Veneranda orbi sua nomina atque symbola
Libro
Congregationis B. Virginis
A Cancillis
Inserenda propriis manibus inscripsere
Pietatis ergo.
Viennæ Austriae in curia imperiali
VI Nonas Maias, Anni M. DCXXXV.*

Ad loca pia, et præcipuo in cœlites cultu celebriora, libenter peregrinatus est Ferdinandus, præsertim junior : ad nulla tamen libertius, quam ad Virginis templo. Vix unquam aliquid gravioris momenti sensit imminere, quin concepto vel peregrinationis vel donarii voto, Virginis opem implorarit et obtinuerit. Dixit aliquando nihil se unquam a beata Virgine petivisse quod non impetravit. Ratisbonæ 1636, cum in comitiis degeret, peregrinationem Cellas vovit, et cum eo Augusta, si Ferdinando III Romanorum regum ab electoribus deferretur. Ibidem donarium Bogenbergensi Virginis templo, si Adamus comes Suavitzembergius, Brandenburgici electoris princeps legatus, idemque catholicae fidei cultor (vir prudens, et cordatus, qui ut revalerer reipublicæ multum intererat) sanitati restituaretur. Secuto eventu voti utriusque reus, secundum illico exsolvit, de primo pridie obitus Augustam allocutus : « Meminerimus, inquit, magnæ Matri reddere, quod vovimus : utrique nostrum Cellas ire si minus licet, alterum certe ire necesse est; » ut et factum ab Eleonora imperatrice absoluto luctus primo anno, quo statuam purissimo auro constatam, quæ Ferdinandum II genua flectentem, et junctis manibus Deiparam supplicantem referebat, in eodem templo Cellensi obtulit, cum hac statuæ basi incisa inscriptione : « Voti hujus beatæ Virgini Cellensi Ratisbonam iturus se reum fecit anno 1636, quo item ex votis suis ibidem coronari in Romanorum regem vidit filium Ferdinandum III oblatum anno 1658. »

Anno salutis 1650, comitiis imperii Ratisbonæ finitis, cum Eleonoræ imperatrice, conjugi, liberisque supplex ad Oettinganam divam Virginem profectus est, et ciborum (sic Ecclesia craterem Eucharisticum appellat) aureum, capax, in coctili emblemate picturatum, quadringentis adamantibus distinctum gazæ Marianæ intulit.

Integros 20 annos bellis petitus, armorum suorum summam præfecturam semper Virgini commisit. Hujus imaginem regio vexillo, meliori omne quam Aquilam, jussit militi præferri. Hanc non modo verbo familiarique sermone, sed datis ad duces litteris mandatisque Generalissimam nuncupavit. Non seeus ab exercitu voluit coli, quam

armorum Moderatricem : in eos qui minus reverenter habuerunt, egit ut in transfigas, et non solum divina sed militari etiam lege reos. Delatum est ex Italia a Casariano milite Virginis templum direptum fuisse ac expilatum. Illico sua manu Italico idiomate ad supremum tribunum litteras dedit 2 Novembris 1629, quas Latine redditas subjicio : « Dilecte comes, per occasionem mercatorum scripsi tibi hodie mane, id quod intelleximus de excessibus et facinoribus commissis, uti dicitur, a meo milite adversus imaginem benedictæ Virginis. Chare comes, nosti quot gratias et victorias acceperim de manu Dei per intercessionem sanctissimæ ejus Matris Generalissimæ meæ. Quod si vero milites mei non absisterent ab hisce suis sceleribus, timendum est mutari posse gratiam in punitionem. Mando tibi igitur quæcum primum serio, ut super hac re diligentissimam inquisitionem institutas, et santes severissimo exemplo castiges, quovis respectu seposito, prout facturum non dubito eum ministrum qui gratiam domini sui desiderat. » Haec tenus piissimus Cœsar.

Sancti Benedicti monachis e Monte Serrato ab Hispania in Austriam profectis, optatum in suburbio Viennensi locum ecclesiae in Virginis Dei Genitricis memoriam construendæ, monasterioque erigendo concesserat Ferdinandus. Trilunus præsidiaric urbis militi præfector, incommodum ratus eo loci molem tantam erigi, multa opponebat : accedere ad propugnacula civitatis plusquam expeditum, posse hostibus munimento cedere, si Viennam contingat obsideri ; removenda haec esse ab arcibns, non admovenda. Cognovit tribuni queerelas Cœsar, et illico : « Deus bone, inquit, quid causatur tribunus ? at ego nullum tuendæ civitatis propugnaculum aptius novi quam Virginis templum ; malo Virginem in proximo coli, quam in orbe militem esse ; securiorem mihi tutelam ab eo pollicor, quam ab hec. Dicatur tribuno me in sententia persistere ; eo loci, quo dixi, velle templum construi : nihil esse quod a Virginis templo timeatur, plurimum autem quod speretur. »

Actum est Decembri mense 1656, Ratisbonæ, ut Laurentio de Hoffkirchen baroni Austriaco rebelli, qui plures annos contra Ferdinandum hostibus militaverat, Cœsar Ferdinandi clementia locum faceret ad veniam. Erant multa quæ dissuaderent, unum fuit quod Cœarem in petita impulit. Dictum est Virginis imaginem Boleslavie in Bohemia celebri populorum accusu coli solitam, in Hoffkirchen potestate esse : illam recuperari posse, pristinoque honori restitui, si ille in gratiam recipiatur : ut haec piissimus Cœsar audivit, mandavit Nonis Decemb. Litteras patentes expediri quibus Laurentio baroni de Hoffkirchen clementer veniam concedebatur, haec expressa conditione et pacto : si is Domine nostræ Virginis beatiss. imaginem, uti pollicabantur, qui pro illo agebant, secum referret. Sub felicissimis Deiparae Virginis, quam

exercitum suorum ac ducum Ducem nominabat auspicis, tam feliciter toties pugnavit, ut vel ideo hostis ei nunquam defuisse videatur, ne deesset materia triumphorum. Stetit ille semper invictus, Diva clientem suum et causam tuente, tametsi in nullius unquam principis eversionem, aut majore molimine, aut diurniore pertinacia, aut a pluribus consipratum sit et pugnatum.

Cum audisset Alsaciæ tabernas per imminentem Dei Genitricis imaginem in portæ fastigio ab Mansfeldii inimici insidiis liberatas, ipsamque imaginem tormentorum et scloporum globis impeditam nihil tamen proinde læsam, Deiparam in regni Bohemi custodem elegit, atque ex templis Hussitarum statuas Georgii Podibradii regis Hussitarum dejici et Marianas substitui jussit. Hinc Jacobus Damianus Belli Germanici lib. iv, pag. 93 et 96, cecinit :

Inde ratus terrore pari reserare tabernas Alsaciæ, positam rigidis in collibus urbem Agmina distendit circum, clavesque jubenti Quippe serant, mittunt nitratas aggere ab alto Indigenæ glandes, atque illum mœnibus arcent. Quippe metum ob sessis adimit de culmine turris Et portæ incumbens diva Genitricis imago Avertitque globos, quos undique digerit hostis Spe nimium facili cassus, frendensque repulsa. Tetricem hanc tabulam Leopoldus episcopus urbem Extulit supra, servandaque mœnia princeps Credidit. Illa fidem prestat; simul omnia demens Huc veritatem tormenta nothus, volat omnis in nuam Plumbea Christiparam grando, crepitantibus addit Carnina dira pilis, blasphemaque seconit miles. Vulneris illa expors, sola omnes rejicit ictus, Viciniisque sinit saxis vestigia tantum. Attigit hoc postquam Fernandi Cæsaris aures Prodigium : O regni, dixit, mihi, Diva, Bohemi Jam custos eris, hac mihi dani exempla tabernæ Nec differre licet, quando sic exigis, inde Diva non sum, et per te Pilsena, Taborque rebellis Accipiunt nostros, omnisque Bohemia jussus. Instandum est operi. Sic fatus, feria puris Verba nota foliis Cæsar, decretaque mandat Lichsttinio, qui iura Pragæ suprema serebat. Paruit exempla Carolus, cunctasque per urbes Quas Hussi furor, et Ziskæ felicia dudum Pralia compulerant, veteres excindere ritus Signa Podibradii sterni jubet, atque Marie Victrices statuas vano pro rege reponi.

Apud milites ducesque catholicos is est creditus Ferdinandus, cuius apud Deiparam precibus plus posset tribui ad victoriam consequendam, quam maximorum exercituum armis et viribus. Malle se dixit e primis dueibus quispiam, ut Ferdinandus supplex semel ad Virginis ædem accederet, ibique Litanias recitaret, quam ut selectorum militum duodecim millia ad se subsidio mitteret : plus se ab ejus precibus, quam ab horum viribus sperare. Dux Tilins Ferdinandæ vim precis expertus, dictabat, a globulis, ad quorū singulos Angelicam (e Catholicorum more) Salutationem ille recitaret, quam a globis, qui e militum tormentis, sclopisve in hostem mitterentur, plus se opis victoriaeque spem habere.

Quadam vice, ab ingenti Bohemorum, Ungarorum, aliorumque hæreticorum exercitu, Vienæ circumcinctus, se omni humano auxilio destitutum vi-

dens, cum a quodam viro religioso rogaretur, quannam spem evadendi haberet, cum etiam ipsos cives, imo et suos domesticos, ac cubicularios vitæ suæ insidiantes haberet, respondit : Ego potentissimam bellatricem Generalissimam meam habeo beatam Virginem Mariam sub ejus patrocinio, etsi tot hostibus cinctus, securus maneo. Nec frustra Ferdinandus spem suam in beata Virgine collocavit, ejus ope atque auxilio insignes mirandasque victorias de quibusvis suis hostibus reportavit, et mille pericula quæ ei tum hæretici, tum perversi catholici parabant, illasne evasit : ut luce clarius apparuit in obsidione Viennensi perducem hæreticum Bethleemum Gabor acriter tentata, atque in coniurationibus contra eum, et totam familiali Austriae per Vallensteinum ac alios machinatis, adeo ut vel ex inimicorum ore haec Mariae Cæsaris pietas, simulque Cæsarea Mariæ protectio commendarentur.

Anno 1620, Maximilianus Bavariæ dux, junctis copiis cum Busquojo Cæsarei exercitus duce prope Pragam, Fridericum electorem palatinum penitus profligavit, eo ipso loco, quo ante annum status Bohemici accersito Federico ad regnum capessendum occurserant. Contigit haec victoria in octava festi Omnitum Sanctorum, in quam incidebat 22 Dominica post Pentecosten, qua in Evangelio legitur : Redde Cæsari, quæ sunt Cæsaris, et quæ sunt Dei Deo. (Luc. xx, 25.) Tributa vero est victoria Patrocinio sanctissimæ Virginis, cuius imaginem inter rudera domus, cui nomen Straconiz, unius catholici Bohemi repartam P. Dominicus a Jesu Mariae Virginis pietate et zelo Carmelita Discalceatus, qui Bayaro duci a Pontifice Romanoensem benedictum attulerat, certamque victoriam promittebat, in ipso pugnae ardore militibus ostendebat, addens animos ad vindicandum impiatatem, cuius in uno imaginis oculo suffosso extabat monumentum. Postea haec imago ab imperatore Ferdinandino II missa fuit Romam, ubi solemni pompa, totius cleri Romani, sac. coll. cardinalium, ipsomet Summo Pontifice Gregorio XV præsentem, reposita fuit in ecclesia religiosorum dicti ordinis Carmelitani, quæ primum exstructa anno 1606, nomen habuit a S. Paulo in extrema parte montis Quirinalis, jamque dicitur de Victoria ab ipsa imagine, quæ Virginis de Victoria appellatur. Imo et imperator ipse nobilissimum in eodem ipso prælii loco templum extruxit, cui nomen etiam Virginis de Victoria. A quali victoria? enjus memoriam nullo unquam apud catholicos in Germania celebit oblivio; nam, ut taceam, quemadmodum ait Spondanus in Annalibus, e vestigio pene totam Bohemiam ad obsequium imperatoris redactam, Austriam coercitam, Moraviam pacatam, Silesiam repressam, Hungariam recuperatam, religio catholica ex captivitate in libertatem asserta est et profusa, protestantium retusa audacia.

Post memorabilem istam victoriam, quam sub

Praga, prælata ante exercitum Deiparae imagine, de rebellibus Bohemis et Ungaris reportavit Ferdinandus, convenerunt duo milites, unus religione catholicus, et gente nobilis, alter dux belli Vittembergicus qui rebellium Bohemorum castra sequebatur. Tunc catholicus: Quæso, inquit, strenue domine, fas milii quærere qui tandem fieri potuerit, ut omnis animus vester in pedes conciderit? annon vobis ac catholicis copiosus exercitus? annon vobis locus multo æquior quam catholicis? annon penes vos Moravi equitatus robur? annon vos tormentorum bellicorum numero superiores? annon fessum Catholicum agmen vos jam disposita per quietem acie excepistis? Annon vobis urbs erga tergo munimentum, vicinum palatium Stella nomine propugnaculum? Unde ergo catholicis victoria, et vobis fuga? Tunc Vittembergicus: Nec nos nostras, nec hostium vires ignoravimus: quis utrinque numerus esset legionum, scivimus, et ita equitatum equitatui, turmas turmis, legionem legioni opposuimus, prout licuit. Certe hic ducum nec industria potest accusari, nec prudentia. Arma nobis cum hoste paria fuere, locus opportunior; sed cum jam in aciem prodiissenus et pugnae felix initium dedissemus: ecce nobis ex adverso castra sternerunt, gens incognita, et nunquam visa se opposuit legio, de qua nihil nobis unquam innotuit, se ostendit. Hic ea omnium animos invasit consternatio, ut nemo nisi fugam cœperit circumspicere. Nec est quod quis adeo nobis vitio vertat: ipsi equi, quibus insidebamus, stabant et tremebant, mox partes nostræ labare, deinde multum declinare, ac tandem ruere, demum omnes apertissime fuggere, et sane plures nostri in fuga cœsi quam pugna. Et quæ hæc fuit invisa legio, quæ acies illa incognita? quæ nova castra nisi angelorum? Certe nullus militum e formidanda illa, et fulminatrice legione stipendum nec ab imperatore nec a ducibus exegit: beata Virgo clienti suo Ferdinandi imperatori exercitum illum angelorum hostibus tam tremendum de cœlo misit, quo suæ fiduciae in Deum, et devotionis erga Deiparentem præmium recuperet. Historiam narrat Joannes Bellus in *Laurea Austriaca*, et post eum Hieremias Drexelius in *Horologio*, hora noctis quinta. De hoc etiam bello et Victoria exstat liber Autherti Miræi, et Constantii Peregrini, qui bello interfuit, estque R. P. Henricus Fitzsimon Soc. Jesu, qui ita se nominat, quia constanter peregrinatur.

Porro beneficiorum a Deipara acceptorum memor Ferdinandus non solum omnes suorum exercituum celeberrimas victorias summæ totius universi Imperatrici, tanquam omnium copiarum suarum Generalissimæ attribuebat, sed hostium vexilla pene innumera ex victoriis conquisita, velut tropæa ipsi statuere erat solitus, ut videre est Viennæ in sacra domo Lauretana, pietate sua conjugisque augustæ Eleonoræ constructa et Romæ in templo S. Mariæ de Victoria, in basilica S. Petri, et in

ecclesia Nationis Germanicæ S. Mariæ de Anima, ubi legitur hæc inscriptio:

*Virgo Parens, cuius ductu Ferdinandus ab nostro
Rettulit insignem Nordlinga teste triumphum:
Hæc tibi castrorum Matri pro munere victor
Signa inimica sacrat, tanti monumenta favoris.*

Gloriosissimæ cœlorum Reginae Mariæ, per quam reges reguant, per quam principes imperant, imperium omnino acceptum referebat. Noverat enim anno 1619 Deiparam Joanni Suicardo archiepiscopo Moguntino electori ita præsentem dixisse: Constanter age, Suicarde, uoli timere, eligi Ferdinandum. Cum etenim in dieta Francofurtensi princeps hic nunquam satis laudatus suppliciter oraret Deiparam, ut imperium Ferdinandi II impetraret, sed inter tot exortas, tum a Palatino, tum ab aliis hæreticis difficultates vix speraret fore ut ex animi sententia negotium succederet; ecce tibi gloria Imperatrix augustissima specie se statim offert, et electorem blonde allocuta, affirmat Ferdinandum II fore imperatorem: electus est. Tanta immaculatam Deiparae Virginis Conceptionem pietate colnit, ut ex Urbanii VIII, Pontificis Opt. Maximi, induito eam in omnibus suis regnis et provinciis hæreditariis tanquam festum etiam in foro fieri fecerit celebrari; prout etiam processioni annua, quam ejusdem immaculatæ Conceptionis archiconfraternitas Viennæ in templo S. Hieronymi solemnissime et pomposissime, Deiparae Gratiarum imaginem circumferendo, Dominica v post Pascha peragit, sua Cæsarea Majestas semper devotissime adesse solebat. Anno 1634, cum Viennæ in domo professa Soc. Jesu erecta esset congregatio Immaculatæ Conceptionis beatissimæ Virginis Mariæ, nihil antiquius optimus imperator habuit, quam ut et ipse, et ejus augusta conjux, ac omnes liberi, novelli hujus sodalitii fundamenta, in ejus album nominibus propria inanu exaratis, coherestarent. Anno 1636, scriptis ad imperii principes catholicos litteris hortatus est, ut ubique Conceptæ Virginis immaculatæ festivitas præcipua quadam veneratio coleretur, et suus hæreticorum ac rebellium vietrici honor vindicaretur.

Ardenter cum Romano Pontifice egit, ut Virginem sine originali macula fuisse conceptam pronuntiaret, litteris ad Urbanum VIII Pontificem Maximum ea de re datis tenoris sequentis:

Beatissime Pater,

« Ut a priua juventute nostra singularem devotionis cultum erga potentissimam cœli terræque Reginam, Virginem Deiparam, in intimis animi nostri penetralibus, temporis successu magis magisque effervescere sensimus, ita in rebus plerunque dubiis et periculosis, quando omnia in exitium ruitura videbantur, et armatus rebellium furor humana pene consilia transeenderat, quotiescumque ad patrocinium illius, qua decebat fiducia, confugimus, subitam cœlestibus opem, Numinis

praesentiam, et insperata frequenter sonata suus experti. Spectat igitur ad grati animi testificatiōnem, ut imperialis sollicitudo concurrat, imo reliquorum regum et principum studia antevertat, si quae offeratur occasio, ad honorem et gloriam illius in terris dilatandam, cuius magnitudinem vix ipsa cœlorum immensitas capit.

• Sanctitati vestre constat, de intemerata Concepcionē beatissimæ Virginis quæstiones ab annis pene treecentis inter theologos agitatæ quemadmodum in rixas et animorum dissensiones, in scandala, et religionis catholice ludibrium abiverint : neque Summorum quidem Pontificum sapienti judicio adhibita moderatio, et privilegia in favorem illibatae Conceptionis ante sesquisæculum concessa, neque anniversaria festivitas in Ecclesia recepta, rituque solemnii peragi solita altercandi libidinem, prout varia sunt hominum ingenia, inhibere potuerit. Supersunt etiamnum monimenta optimorum conatu, quibus Sanctitatis vestræ prædecessores, in hoc ipso particulari, erga purissimum Spiritus sancti tabernaculum, mentem et affectionem suam declararunt, et sic decisionem, cui velut divinæ, universa merito Ecclesia acquiescat, ad perpetuandam felicissimi pontificatus memoriam Sanctitatis vestræ oraculo reservasse videantur. Quam proinde non perfunctorie, sed per amorem Virginis castissimæ Di Genitricis, Patronæ nostræ singulairis, quanto possumus affectu regamus, ut pro auctoritate sibi divinites concessa sanciat atque determinet, ab originali etiam culpa omnino fuisse immunem, quam purissimam nœvi omnis expertem, Matrem divinæ gratiæ, et super omnes choros cœlitum exaltatam veneramur. Ita futorum haul dubie ut disputationum argutie, et contentionum fervor, atque cum omnium applausu immaculatae Conceptionis celebrimma festivitas, Summi Pontificis jussu, imperatoris rogatu, ea dehiuc solemnitate peragatur, ne cui fidelium ulla vel dubitandi, vel altercandi occasio superesse possit. Nostram peculiarem devotionem hoc beneficio magnopere angebit Beatitudo vestra, cui felicissimum et hujus et plurimum subsequentium annorum decursum obsequente animi affectu precamur. Dat. in civitate nostra Viennæ, die 45 mens. Januar. anno Dom. 1624.

Sanctitatis vestræ, etc.,

FERDINANDUS, etc. »

Hoc idem officii a Ferdinando filio cum ipso Conceptæ Virginis die, anno 1625, Ungariæ rex inaugurator esset, factum esse, ut postea dicemus, magnopere gavisus est.

Viennæ insigne templum et collegium Societas Jesu in honorem beatæ Virginis extruxit ac dotavit.

Sacerdotia domui beatæ Virginis Lauretanæ dono dedit calicem aureum librarum trium miro

artificio elaboratum, ac triginta sex adamantibus aliisque gemmis pretiosis inoculatum.

Miraculose Dei Genitricis imagini in Benedictinorum cœnobio oppidi Cellensis in Styria, olim a Ludovico Bohemiæ rege subtus terram inventæ, a deo devotus erat, ut quanplurimis donis eam exornare nunquam omitteret. Sæpiusque inter alios principes et zulicos exclamavit : O utinam invenirem plures, qui alchimiam facerent! Et rogatus, quare hoc optaret; Ut, inquit, plura dona possem offere divæ Virgini et ecclesiis. Obtulit etiam imaginis S. Mariæ de Victoria urbis, cuius ope insignem contra haereticos victoriam reportaverat, coronam imperiale librarum novem ex solido auro compactam, cum duobus magnarum unionum circulis, aliisque summi valoris gemmis, ut alia brevitatibus studio omittam.

Obiit Vianæ vere Marianus imperator anno orbis redempti 1637, ætatis 59, die 15 Februarii, postquam 18 aunis imperasset, in adversis fortiter et in prosperis humiliter. De quo jure merito a nobilissima juventute Rhetorico-Academica Vienensi scriptum :

Ferdinandus II
Cæsar Marianus.

Quid hic moliris, calame?

Rudis Apelles tam nobilem vis delineare Alexandrum?

Perge tamen.

Maximum Christiani orbis miraculum,
Virtutum omnium Compendium,
Catholice Atlas religionis,
Haereseos Vindex :

In quam fulminatrices aquilas misit, aut potius signa

Mariana

Auspice Generalissima sua

Maria :

Unde in Ferdinandi bellis

Semper fuit

Castrorum acies ordinata.

Pro fide contra fidei hostes copiis

Legitime certantibus

Cum illis annos Imperii victoriis computarent

In campis Mariano prælia signo.

Hujus sodalitiis

Prope innumeris Augustum nomen dextera,

Qua sceptra gestabat, inscripsit.

Marianæ protec'or sodalitatis.

Huic aras et templa posuit.

Urbium monumenta.

Nullum tuendæ civitati propugnaculum aptius noru

Quam Virginis templum.

Memor ab illis se genitus,

A quibus in solo Occidente supra 70 templorum milia

Divitissima pietate erecta.

Immaculatae Conceptionis

Principum assertor et præpugnator Princeps.

Maculas suas fateri solitus

Beatissimæ et semper Immaculatae

Virgini.

Sæpe Mariani voti reus

Nunquam felicius, quam ad vesperam viæ.

Peregrinus ad Cellas Virgineas ire voluit :

Si fasces filio deferret Imperii :

Delulit.

Vox aveta Virgo

Cæsari toti suo cœlum pro Cellis aperuit.

*Reum voti citavit ad tribuual :
Sed non potuit Cæsar causa cadere,
Qui tam ardenter causam egit
Mariæ sine macula conceptu.
Inter mille titulos Ferdinando II debitos
Unus esto instar omniaum,
Immaculatae Conceptionis Propugnator.*

§ VI. — *De Ferdinandō III, imperatore.*

Ferdinandus Austriacus hujus nominis III, Romanorum imperator semper Augustus, beatissimæ Virginis auspicis imperium ex voto Ferdinandi II Deiparæ Cellensi anno 1636 nuncupato consecutus est, ut supra in eodem Ferdinandi II memoravimus. Ob eximiam suam in Deiparam pietatem anno 1625 ipso Conceptæ Virginis die Ungarie rex inaugurari voluit. Qua etiam die missis ad Urbanum VIII litteris postulavit, exemplo piissimi parentis Ferdinandi II qui id quoque desideravit, ut Virgo absque peccati originalis macula concepta sanctæ Sedis apostolicæ publico decreto prouinciaretur. Vix imperiali chlamyde induitus est, cum illico duas coronas aureas imperiales adamantibus aliisque inestimabilis pretii gemmis refertas Deiparæ miraculosæ in oppido Cellensi obtulit, annuamque processionem natæ Virginis festo cum tota aula Cæsarea in dicto oppido celebrandam instituit: cui singulis annis ipse imperator a Vienna usque quatuor dierum spatio interesse solet. Ejusdem etiam ecclesiam novis jactis fundamentis mirum in modum amplificavit, et tot muneribus, statuis argenteis et aliis ornamentiis condecoratam auxit et auget, ut alterum Lauretum, si non superare, saltem adæquare videatur.

Exstat Viennæ Austriae in templo S. Hieronymi Deiparæ Virginis mysteriosa imago mira beneficia supplicibus evidenter impertiens, ad quam augustinissimus imperator Ferdinandus III suam Cæsaream prolem Dei altissimi immaculatae Matri duos tubos argenteos in modum cereorum opere preclaro fabrefactos offerendo, cum maxima devotione et fiducia fecit commendari. In eodem templo S. Hieronymi a Patribus Franciscanis Strictioris Observantiæ instituta est confraternitas sub titulo Immaculatae Conceptionis Deiparæ Virginis Mariæ, cuius in Albo hic idem pientissimus imperator, qui Cæsaris parentis non minus in virtutes quam in imperium et regna successit, glorioissimum nomen suum, una cum laudatissimo symbolo, Pietate et Justitia, Cæsarea sua manu inserere voluit. Sed clientum Deiparæ numero non Viennæ solum, aliisque per Germaniam sodalitiis adjungi contentus fuit, sed anno salutis 1640, in purificatæ Virginis pervigilio in Parthenicae sodalitatis Lovaniensis in Belgio tabulas quas sibi mitti jussit, nomen suum ipse retulit, adiecto simbolo illo suo: Pietate et Justitia. Et profecto pietatem Cæsaris videbit hic omnis posteritas iisdem quibus augustum illud nomen, litteris satis expressam; quot enim apices a sceptrifera illa manu cernet exaratos, totidem se notas venerationis

credet intueri, quibus Parthenias congregations Cæsar est prosecutus. Sed quid ego Cæsaris pietatem verbis conor admirare? ipsum juvat audire Ferdinandum, ne qui assequi optimi imperatoris sensus teneritatem non possumus, ab iis tamen, qui eam non intelligunt, quique Virginem minus aut amant, aut aestimant, ei blandiri censemur. Cum igitur Parthenie sodalitatis Album ei fuisset, ut jusserset, oblatum, in quod referri solent, qui se Divæ in clientes, et servos perpetuos consecrant, quique eam amare ut Matrem, observare ut Reginam et Dominam colere ut cœli terraue Modicratricem profitentur, his verbis ipse se voluit inscribere:

*Illi⁹ ego Cœtus sub invocatione tua congregati,
Augustissima Maria,
Me libens et merito unum profiteor;
Tibi ego me, meosque Conjugem ac Liberos,
Tibi Romanorum Imperium, cui me Deus praefecit,
Tibi Regna a majoribus accepta,
Tibi tutelarque tua Populum, et Exercitus meos
Tibi tuoque Filio militantes
Committo:
Tu me in tuum admittre
Qui Filio tuo, qui Tibi, qui utriusque honori
Vivo, regno, pugno:
Tuus igitur ego ero,
Maria.
Tui erunt quicunque mei.
Tua erunt, ditiones et regna mea et Imperium,
Tui populi, et exercitus,
Tu eos protege, tu eis viue,
Tu in eis regna et imperia,
Ita voreo
M. DC. XL.
Tuus Pietate et Justitia.*

FERDINANDUS.

Neque vero majestate sua quidquam indignum se committere arbitratur, cum illam ad sodalium cœtus et nomina dimittit, cum in Mariæ tutela esse, cum ei servire perpetuo magna voluntate gestiat. Nunquam pietas minuit majestatem, quam vel sola potest augere, vel plurimum illustrare.

Hic idem Ferdinandus pro ardentissima sua in Deiparam Virginem veneratione, anno salutis 1647, in amplissimo urbis Viennensis foro columnam excitavit ingentem (suæ monumentum pietatis æternumque imperii monumentum) cui conceptæ sine labe Virginis simulacrum luna, sole, sideribus circumvallatum, magna totius ejusdem urbis lætitia ac exsultatione imposuit. Deiparam insuper sine macula conceptam per quam principes imperant, in peculiarem Austriae Patronam singulati pietate suscepit, vovitque ac promisit ejusdem Immaculatae Conceptionis festum in eadem Austria quotannis solemniter, etiam quoad forum, prævio more Ecclesiæ consueto jejunio, in ejusdem festi pervigilio celebrandum. Qua de re illustrissimum simulque pientissimum comitem Gulielmum Slavatam in Opusculo vere aureo, quod sub hoc titulo: *Maria Virgo immaculata concepta, publico voto Ferdinandi III Romani imperatoris in Austriae Patronam electa, anno 1648*, Viennæ Austriae

typis Cosmerovianis evulgavit, præstat andire loquentem :

« Quo tempore (inquit ille) Vandalicus turbo jam universam prope Germaniam secundo Marte pervagatus, Bohemiæ sese, ac hæreditariis angustissimæ Austriae familiæ provinciis violentior infundebat, sacratissimus juxta ac pientissimus imperator Ferdinandus III, ut labantibus imperii fideique rebus fulerum subjiceret, laboriosi pariter ac sumptuosi operis columnam erexit : futuram posteris sæculis, non minus Austriacæ pietatis monumentum, quam statutum (ut sperare licet) furori Balthico colossum terminalem. Moles est, si materiam spectes, solido excisa lapide, et perferendis in ævum sine offensione cœli injuriis perquam idonea. Basi circumducti per artem quaterna in latera, æqualibus a semet spatiis discedentia, coronant cancelli, et modico ab eodem intervallo divisi angustam in circuitu viam aperiunt. Basi, qua parte coeuntibus lateribus in angulos acuitur, quaterna insistunt, vel herorum vel angelorum simulacula, qui caput galea, umbone pectus, levam clypeo, ac ense dexteram armati, ictum singuli in subjectum pedibus monstrum deliberant; ac primus quidem, qui Orientem prospicit, in draconem vires omnes insumere videtur, cui ingeniosum lemma ex sacris ascriptum de pelta emicat : *Ipsa conteret.* (Gen. iii, 15.) Alter, qui frontem Occidenti porrigit, pari armorum nisu in edomitum leonem intentus, epigraphen præsert : *Conculcabis.* (Psal. xc, 13.) Tertius, qui vultu ad Meridiem couverso aspidem calcat, et ferenti similis contruditat, inscriptionem de clypeo ostendit : *Ambulabis super.* (*Ibid.*) Postremus, qui in Aquilonarem plagam, et vultu, et armis minatur in basilicen desæviens, hoc proculeatam belluam lemmatem alloquitur : *Non pro te lex.* (*Esther xv, 13.*) Media in proceram altitudinem assurgit columna et prope paris cum ædibus altitudinis supremo vertice portat ingentis magnitudinis statuam, quæ sine macula conceptam Deiparentem Virginem, tam antiqui serpentis caput victore calcaneo protrentem, quam velut e sublimi specula in suorum salutem exhibantem representat. Stabat jam in amplissimo, ac urbis capaci foro ante ædes sacras domus professæ Patrum Societatis Jesu solidata moles. Sed dubiæ adhuc eam inspectantim nutabant cogitationes, quam tandem in partem pientissimi Cæsaris sese consumeret deliberatio, donec incisa basi epigraphæ, omnem sustulit dubitationem. Ea vero fuit augustissimo ipso imperatore dictante in hæ verba concepta, et artificioso chronographicò clausa :

*Deo Optim. Max.
Supremo Cœli, Terraque Imperatori
Per quem reges regnant.
Virgini Deiparæ
Immaculatae coceptæ
Per quam Principes imperant :
In peculiarem Dominam*

*Austriæ Patronam
Singulæ Pietate
Susceptæ,
Se, liberos,
Populos, Exereitus,
Provincias
Omniaque denique
Concedit, donat, consecrat.
Et in perpetuam rei memoriam
Statuam hanc
Ex voto ponit*

FERDINANDUS III, AUGUSTUS.

« Tunc scilicet patuit Austriacæ pietatis consilia in Immaculatam Virginis Conceptionem publico ac peculiari cultu et honore prosequendam vel studio et amore propugnandam conspirasse; sed ne in re nova quidem, et hactenus a sæculis inaudita, fragile quidquam et quod ætatem non ferret, statueretur, placuit coactis in concilium Austriae ordinibus, provinciali ac urbico senatui religiosorum, superioribus, episcopo et clero ea quæ publicum contingerent, et nisi conspirantibus capitibus ægre perennarent, in deliberationis argumentum proponere. Ea vero fuerunt : venisse sibi in mentem diu amatam, ac privato semper honore cultam Immaculatam Virginis Conceptionem, in publicam etiam venerationem promovere: hanc erectam a se statuam quam etiam solemni ecclesiastico ritu a Pontifice velit dedicatam. Velint proinde jubeantque diem Decembris Octavam immaculatæ Conceptioni sacram, non solum festo ritu a statibus ac universo populo celebrari, quod jampridem gloriosissimæ memorie augustissimus parens Ferdinandus II decrevisset; sed pridiano etiam jejunio anteveniri, ac omnium voto Austriae Patronam dici. Neque difficile fuit extorquere ab iis consensu, quibus exemplum princeps est imperium : proni iverunt omnes in sententiam in quam præivit primus imperator.

Dicitur ergo dedicationi dies 18 Maii anni M. DCXLVII, qui ubi illuxit, universam prope civitatem ad pietatis obsequia excitavit. Convenerunt enim sub horam octavam matutinam cunctatissima panegyri sacratissimi Cæsaris non tam imperio, quam exemplo provocati, serenissimi archiduces filii : Ferdinandus IV, tunc Bohemia, ac mense post Ungarie rex, solemnibus comitiis inaugurus; serenissima Maria Anna, nunc potentissimo Hispaniarum regi regina sponsata, tres sedis apostolicæ, catholici regis ac reipublicæ Venetæ legati, aula Cæsaria ac regia, reginæque gynæceum, ac omnis summi mediique nominis nobilitas, religiosi ordines, omnis hominum conditio, ordo, status ac sexus ad sacras ædes rever. Patrum Discalceatorum S. Augustini, aulae Cæsareae conterminas : quas cum confluentium multitudo fecisset angustiores, effusus in plateas populus innumerus, vias ipsas, et fora meantibus coarctabat, gaudebatque vel sic in pietatis partem venire. Exinde ergo per instratas æquali ponte vias, non minus modesto ad pietatem comparato, quam augusta majestate verendo

ordine processum est ad templum reverendorum Patrum Societatis Jesu professorum in summo foro situm, ubi ad quietem composito subeuntium strepitu R. P. Joannes Gans e Societate Jesu, sacrae theologiae doctor, et sacræ Cæsareæ majestati a conscientia, ad stipatissimam concionem, qua pollet summa, et per principes cathedras jam a plurimis annis, maximo cum plausu approbata dicensi facultate, ea facundiæ libertate de laudibus Immaculatæ Concepæ Virginis, præsentique ejus in rebus calamitosissimis patrocinio dixit, quam vehemens animorum motus, ac certa omnino in auditorum pectoribus impetranda per ejusdem auxilium tranquillitatis spes insequeretur. D'ctionem exceptit sacra ad summas aras Liturgia; faciente ad Cæsareos symphoniacorum choros illustrissimo ac reverendissimo principe Philippo Friderico, episcopo Viennensi. Jamque ad eam partem deductum erat sacrificium, qua pacis osculum presenti principi per subdiaconum in privatum oratorium deferri consuevit, cum angustissimus ipse imperator, dissimulata majestate, toto oris corporisque habitu ad pietatem, æque ac demissionem composito, in publicum egressus, ad cancellos summæ aræ, ad quam solemnis pompa agebatur constitut, seseque humi in genua demisse provolvit, donec oblata hostia per sacrificantem antistitem absumeretur. Tum vero posito gladio in manus illustrissimi comitis Joannis Rodulphi a Puchaim, intimi sui consiliarii ac supremi camerarii, intra ipsos cancellos progressus obvium habuit conscientiæ suæ arbitrum jam præfatum R. P. Joannem Gans, una cum ministrante clero, qui impositam Evangeliorum libro voti formulam teneret. Immolans autem pontifex ad prostratum Cæsarem conversus, latenter in Eucharistia Deum, cui votum ediceretur, proponebat. Tum voce, quæ a circumstanti populo facile exaudiretur, votum auspicatus Cæsar :

« Omnipotens (inquit) sempiterne Deus, per quem reges reguant, in ejus manu sunt omnium potestates et omnium jura regnum : Ego Ferdinandus eoram divina tua majestate humiliiter prostratus, meo successorumque meorum nomine, immaculatam Filii tui Matrem semper Virginem Mariam, hodie in peculiarem Dominam et Patronam hujus archidiocesis invoco et assumo ; insuper voveo ac promitto ejusdem Immaculatæ Conceptionis festum, quod cadit in diem 8 Decembris, solemniter, etiam quoad forum, in hac provincia quotannis, prævio more Ecclesie consueto jejunio, in ejusdem pervigilio celebrandum. Te deprecor, supreme cœli terraque Imperator, qui quod Matri tuae impenditur tibi impensum reputas, votum hoc meum quod suggerere clementer dignatus es, benigno favore prosequere, atque ad protegendum me, domum meam, populosque mihi subjectos dexteram tuae majestatis extende. Amen.

« Die 18 Maii 1647 in ecclesia domus professæ Societatis Jesu ante aram summam in manu pri-

cipis et episcopi Viennensis Philippi Friderici de familia Braineriorum.

Finierat, et dictus rev. Pater Cæsareæ majestati a secretis conscientiæ conscriptam voti formulam ad seræ posteritatis memoriam in domo professæ conservandam receperat ; cum de pontificis manu sacratissimam Synaxim accepit imperator, et cancellis iterum, junctis ante pectus manibus egressus, eo corporis situ ac reverentia hospitem Deum adoravit, qui etiam circumstantes peculiari religiosis ac pietatis sensu afflaret. Exactum jam erat sacrificium, sed needum pietatis officia terminata. Placuit enim Augusto post adoratum Deum, secunda religionis obsequia in ejus immaculatae conceptionis Matrem conferre. Assumpta ergo in pietatis consortium utraque serenissima prole, Hungariae Bohemiæque rege Ferdinando, ac Hispaniarum regis sponsa Maria Anna, comitante pontifice ac clero universo, de angustis ecclesiæ parietibus in fori patulum, ad erectum sine macula conceptæ Virginis tropæum sese penetrat imperator. Effunduntur simul religiosi ordines omnes, ac undantis populi nimbus ; surgentcmque medio in foro molem spectatissima obsidione coronant. Accedit vicinior statuae sacerorum pontifex, et conceptis eamdem verbis ac solito ritu, Dei, Immaculatæque Virginis Matris honori consecrat, dedicatque. Inscensus est symphoniacorum omnium et tota urbe collectorum, et in plures, qua vocem qua instrumentorum, ac etiam tubarum campestrium, ac tympanorum choros divisorum plausus, qui cum Lauretanam elogiorum seriem augustissimæ Matri decantarent, calidam in circum prostrato populo devotionem, certumque præsidii fiduciam excitarunt. Ascenderat jam nuntius suo, quam pietatis fervore caldior dies in meridianam stationem, cum dimissa matutina imperatoris, vespertinam cœpit imperatrix Eleonora solemnitatem meditari. Jussit enim vero post solis occasum, ita forum omne illustrari, ut nulla circumpateret fenestra, quæ non geminato luminari prætexta augustæ familæ insignia irradiaret : cancellos deinde qui colossus ambiant, totidem resplendere lampadibus, quot ipsi columnellis assurgunt : ac denum pensilibus lucernis in vastæ magnitudinis coronam, aut plenam iridem eleganter ductis, statuam ipsam redimiri. Valuit ea quidem res ad amœnum oculorum spectaculum, ad quod plebs omnis, omnisque civitas effunderetur ; sed vel maxime ad incendenda nova pietatis officia, ad quæ merito angustissimus ipse Ferdinandus III, Augusta Eleonora, rex Bohemiæ Ferdinandus, ac Hispaniarum sponsa regina Maria Anna obductis iam cœlo tenebris majestatis suæ lucem conferrent. Tenuit ea pompa in alteram noctis horam ; neque prius spectatorem dimisit, quam post imploratum melico concentu per angustos Virginis titulos cœli præsidium, imperita pontificis manu ac voce benedictio populum signasset. Sic terminatus est dies ille, perpetua apud posteros luce radiaturus, quo

augustissimus Ferdinandus immaculatae conceptæ Virginis imaginem populorum devotioni proposuit ipse securitate posteritati pietatis exemplar propounderat. At vero ne uno die nata denasceretur sequentibus veneratio, placuit sacratissimo Cæsari de pietatis consulto imperare, ut occidentis hebdomadæ vesper, hoc est Sabbati crepusculum, decantato Lauretanæ Virginis encomiorum syllabo, et dictis per sacerdotem de beatæ Virginis Immaculata Conceptione, pro imperatore et pro pace orationibus, celebaretur. Atque ut jussum promoveret liberalitate, statuit æterna fundatione sexcentos annuos Rhenenses, ex quibus ducenti quadrageni musices directori, ac duodenis vocibus in stipendum cederent; ali decem supra ducentos in melica instrumenta, et organum impenderentur: quinquageni curatis, ac fascigeris ad aram statuæ astutis persoiverentur, cunctis denique emeretur majoris campanæ pulsus, quo populus ex D. Stephani turri ad dictam solemnitatem evocetur.

Hoc itaque in perpetuum rite sancteque stabilito, sub vespertinam Sabbati crepusculum, post datum diuturniorem e dicta turri D. Stephani maximi campani aris pulsum, magna semper plebis, ciuium, mediae summaeque nobilitatis multitudo in forum congregatur, et dum Lauretanis salutatur Immaculata Virgo elogiis, in genua procidua, suas, publicæque rei necessitates deprecatur. Accedunt et pervigilia, festique omnes augustissimæ Virginis dies, quibus sanctius terminandis eadem semper celebritate convenitur. Auspicium his datum est ipso visitantis Elisabetham Virginis, qui primus tunc adveniebat, festo die, quando pientissimo Augustæ Eleonoræ voto ac desiderio, omnes totius urbis sodalitates partita devotione, ita sibi octavam totam, una cum pervigilio pie obeundam dimiserunt, ut aliquot diebus, una vel plures, magno funarium illustres splendore, et ad antistitis comitatum numeroso clero candidatae per confertissimam ad geniculantium multitudinem propinquiores sese inferrent statuæ, et Virginis affusæ simulacro, pro sacratissimi imperatoris incolumitate, qui tunc bellicis vicinior erat periculis, protectricem suam deparentur. Ac primum quidem Vesperum per vigilii sortita est venerabilis congregatio Defunctorum ex æde D. Augustini ad forum delata, cuius illustrissimam cæteroquin pompam augustæ imperatricis Eleonoræ præsentia fecit augustiorem. Ipse visitantis Virginis dies cessit Parthenico cœtu sub titulo Immaculatae Conceptionis B. Virginis ad S. Hieronymum congregato, cuius solemnitates auxerunt regiæ majestates Ferdinandi IV, et Mariæ Annæ, sponsæ. Tertius inde dies datus est sodalitati Corporis Christi, qua ex nobilioribus Hispanis ad S. Michaelem sub directione rever. Patrum Barnabitarum conflata est. Quartum sibi vindicavit excellentissimus ac reverendissimus antistes Viennensis cum SS. Sacramenti sodalibus in basilica S. Stephani congregatis. Quintum solemnem fecerunt

congregatio S. Crucis ex templo rever. Patrum Franciscanorum Conventualium, et S. Sebastiani ex æde rever. Patrum Benedictinorum ad Scotos adducta. Sextum magna celebitate coluit sodalitas SS. Rosarii, quæ ab ipsis rever. Patribus ordinis S. Dominici, quorum directione ea excolitur deducta, sine macula conceptæ Virginis supplex fuit. Septimum quoque augustæ Eleonoræ præsentia radiavit, ut augustiorem redderet apparatum sex congregationum in domo professa Patrum Societas Jesu institutarum, quæ ex proceribus Austriacis, civibus Viennensibus, opificebus Germanis, tyronibus mechanicarum artium, ac Italis coactuerunt. Octavus dies obvenit S. Barbaræ sodalibus in Cæsareo convictorum collegio congregatis. Postremum denique unitæ tres collegii academicæ congregaciones sub titulis Purificatae, sine macula conceptæ, ac gloriose in cœlos assumptæ Virginis, sibi festive obeundum assumpserunt.

¶ Hæc est augustissimi Cæsaris Ferdinandi III, vullo antecessorum provocata exemplo in te pietas, hæc nobilium ciuium plebisque Viennensis æternum, ut augeramur, duratura devotio, o terræ optima cœlique maxima Imperatrix, Maria. De immaculata tua conceptione nulla apud nos esse poterit controversia, in cuius confirmationem stant saxe colossi. Litem indixerit Ferdinando Cæsari, qui te non dixerit immaculatam. Qui ne degeneres simus sub tanto capite subditi, dicimus millenis vocibus uno animo: Ave, immaculate concepta Virgo Maria. Tu vero Virgo Mater semper immaculata, quæ tuo simulacro in columna extolleris, respice de sublimi in prostratam tuis honoribus Austriam: circumspice proprius propriusque semper in nostra funera succedentes bellorum insultus, et ubi deficiunt humanæ vires, una pro nobis decerta, castrorum acies ordinata. Tu quoque magna Matris major Fili, Deus fortis, bellator Deus, Deus exercituum, defende, quæsumus, B. Maria semper virgine sine macula concepta intercedente, augustissimam ab omni adversitate familiam, et toto corde tibi prostratam, ab hostiis propitijs tuere clementer insidiis. » Hactenus Selvata.

De eodem argumento exstat R. P. ac viri cl. Caroli Francisci De Luca, Soc. Jesu, elegantissimum carmen elegiacum, quod sub hoc titulo: *Immaculatae Virginis immaculata conceptio in columna dedicata*, prodidit Pragæ cum licentia eminentissimi Ernesti cardinalis ab Harach, archiep. Pragensis, typis academicis, anno 1648, ad quod destino lectorem.

Hic idem pientissimus imperator Ferdinandus III, ad propagandum, quem cœperat, Virginis sine macula conceptæ honorem, novum adinvenit in augustissimam Deiparentem religiosi cultus argumentum. Nam sua nondum pietate satur, versare consilia cœpit, an eundem quoque in Universitatem suam Austriaco-Viennensem secure posset derivare. Sed in eam facile partem universa consumpta est deliberatio, in quam pietas inclinabat. Accede-

bat pietati pondus ab exemplis aliarum celebrum per orbem Christianum Universitatum, Coloniensis et Moguntinæ (ap. Surium *De rebus memor.* an. 1061), Parisiensis (ap. Gordoni et Canisiu, lib. 1, *De Deipara*, cap. 7), Salmantice, Toletanæ, Complutensis, Cæsaraugustanæ, Herdensis, Tarraconensis, Barcinonensis, Hispanensis, Valentiniæ et aliarum per Hispanias academiarum (ap. Barbosam ad sess. S. concilii Trid. in Remiss., et Baltassar. Porren. in cap. 28) quæ adamantino jam olim sancito statuissent neminem ad capessenda academicæ honoris insignia admittere, qui non prius dicto sacramento polliceretur, ex singulari in Virginem affectu, ejusdem immaculatam conceptionem asserere, et pro virili propagnare; sed acrius mentem incitabat tum propensior semper in hanc immaculatæ conceptionis partem Ecclesiæ sensus, quantumvis haec tenet in eo sententiarum litigio determinatum sit nihil, tum facultatis suæ, ac supremi in universitatem dominii legitima potestas, qua probabiles quæcumque, et ab Ecclesia nou rejectas opiniones, nou minus suæ Universitati tuendas propagandasque præcipere valeat; quam supra religiom capit, vel ad docendas angelici Doctoris, vel ad defendendas Scoti, aut ejusdemque alterius magistri sententias suos obligare potuerunt. Demum ad faciliorem consultationis terminum deduxit ratio, quæ suadebat decere in ea potissimum orbe, in qua et semetipsum Aug. imperator ad Immaculatæ Conceptionis cultum ac venerationem voto, et proceres, populumque suum jejuniis præcepto astrinxisset, inconcussam omnino de eadem Immaculata Conceptione vigore sententiam: ne dum inter sapientes plena est docendi libertas, populus quoque scindatur in partes, et inchoatae numeri religionis in Virginem calor extingnatur. Pronum enim est frigescere venerationem, quam non sustinet firmata personæ cultæ excellentia. His ergo permotis argumentis pientissimus imperator hujusmodi decretum ad Universitatis rectorem et academicum consistorium expedit:

« Decretum Cæsaris.

« Quæ nostra sit in Virginem sine originali macula conceptam devoti animi inelinatione, ex eo ab unde intelligere potuistis, quod impetrato prope hinc a biennio omnium ordinum consensi, eamdem nos in archiducatus nostri, et secptrorum, coronarumque tutelarem Patronam publico voto elegerimus, ejusque Immaculatæ Conceptionis festum die 8 Decembris quotannis prævio jejunio celebrandum suscepimus, ac ejusdem honori erectam in summo foro statuam solemniter dedicaverimus. Quoniam vero etiam propagari in dies, et videmus cum gudio, et avemus quam maxime ejusdem Immaculatæ Conceptionis cultum ac religionem, ne quam forte opinionum diversitas et sententiarum lites apud imperitum vulgus pariant confusionem, aut voluntatum animorumque scissionem, ideo expedire judicavimus ab Universitate

nostra, quam sane probæque doctrinæ parentem agnoscunt omnes, perennatum statutum erigi, quod ad magistratus academicæ instaurationem quotannis dicto sacramento innovetur, ut nemo in Austriae hanc Universitatem nostram, sive ad cuiuscunq; officii administrationem, sive ad honoris gradum in quacunq; facultate suscipiendum admittatur, sive in alia Universitate promotus in nostram assumatur, nisi prius edito juramento pollicetur se, donec aliter a Sede apostolica determinatum fuerit, publice ac privatim velle pœtenere et asserere gloriosam Dei Genitricem Virginem Mariam absque originalis peccati macula fuisse conceptam, cunctaque opinionem non modo in publicis conciobus, lectionibus, conclusionibus, aliisque actibus publicis defendere ac propagnare, sed etiam neque privatum dicto, vel scripto, vel quovis discursu in adversum quidquam tractare, quod alias summorum Pontificum constitutionibus cantum, et a pluribus universitatibus actitatum non ignoratis. Quare mandamus tibi, rector, et toti academicæ consistorio, ut ejusmodi statutum erigatis quantoceius, facultatibus ac nationibus intimatis, et eum omnibus facultatum decanis, procuratoribus nationum, omnibusque doctoribus, magistris, licentiatis, bachelariis, et Universitatis membris ac subditis, ad proximam Virginis ab archangelo salutatæ celebritatem, juramentum in forma Universitatis solemniter deponatis, idque revolutis annis sub magistratus academicæ renovationem, præiusquam primum consistorium celebretur, renovetis. Præcipimus insuper ipso Deiparae sine macula conceptæ festo a theologica Facultate ejusdem honori publicam in basilica S. Stephani orationem ad academicos de more haberi, eodemque sub Vesperum die, Virginis Lauretanæ encomia, in summo urbis foro decantari, ad quæ suo spectabilis habitu Universitatis rectorem, decanos et nationum procuratores comparere iubemus. Non intendimus tamen hoc nostro sancto Ordini Sancti Dominici quidquam præjudicare aut derogare, confidimus tamen ejusmodi ab illis subjecta Universitati, et facultatibus præsentanda, quæ in præsenti causa id præstent, quod in aliis per Christianum orbem universitatibus, simile statutum habentibus, ordo ille, perinde constitutionibus suis ac pontificis illæsis, præstare potest. Non dubitamus fore omnino ut rector, consistorium ac tota Universitas nostra hereditarii sui principis ac domini, successorisque legitimi pitorum fundatorum voluntati obsequiose conformem; qua re nostram quoque gratiam ac favorem sibi indubitate devineant. Viennæ 19 Januarii 1649. »

Pientissimi autem Cæsaris obsequiosa natibus Universitas celeberrima Viennensis statutum de intaminata beatæ Virginis Conceptione a se impostorum asserendā, unanimi omnium votorum consensu, conclusit die 11 mensis Maii anni 1649.

quod plane decretum aeternaturo marmori incindendum, ut plurim non sine jucunditate subjiciatur obtutibus, opera pretium duxi hoc loco describere :

« Festum beatissimae Virginis Mariæ absque peccati originalis macula conceptæ, tanquam singularis Patronæ, ut alia Universitatis festa majora post precedentis diei jejuniū, deinceps quotannis publica chori et fori solemnitate ab omnibus membris academicis in templo S. Stephani celebretur, et finito sacro a Facultate theologica in honorem hujus tituli Latina oratio habeatur. Eodem die absolutis Vesperis rector et decani consueto habitu ornati subsequentibus academicis ad beatæ Virginis columnam a sac. Cæsar. Majestate ante templum domus professæ Soc. Jesu, in foro erectam, procedant, ibique flexis genibus Litanis Lauretanis intersint. Nemo imposterum ad gradum bachelareatus, magisterii vel doctoratus aut alibi promotus in aliquam facultatem recipiatur, nec ad professoram vel concessum consistorii admittatur, nisi prius ad manus RR. domini cancellariai academici præstiterit sequentis formulæ juramentum :

« Ego N. spondeo, voveo ac juro me, juxta summorum Pontificum Pauli V et Gregorii XV Constitutiones, publice ac privatim velle pie tenere et asserere beatissimam Virginem Mariam Dei Genitricem absque originalis peccati macula conceptam esse, donec aliter a Sede apostolica definitum fuerit. Sic me Deus adjuvet, et haec sancta Dei Evangelia. »

« In præsentatione doctorandorum post emissam fidei professionem idem juramentum juxta formulam hic præscriptam subnectatur.

« Hoc ipsum juramentum Dominica infra Octavam Corporis Christi R. dominus cancellarius academicus in templo domus professæ Soc. Jesu præsente sac. Cæsar. Majestate inter cantati saecu solemnia, post dictum a se Symbolum, ipse primus flexis genibus ante altare Deo præstet, postmodum ad ejusdem considentis manus, rector suo ac totius Universitatis, similiter decani facultatum, academicæ toga, et epomide ornati, suo, et suorum collegiorum nomine id ipsum rite præsent. Tandem die ac loco designandis reliqui doctores omnes et singuli, sive facultati quam profiscentur incorporati sint, sive extra facultatem collegia Universitatis matricula comprehendantur, coram ipso domino cancellario emittant. Cæterum cum sac. Cæsar. Majestas clementissime Ordini S. Dominici nihil præjudicare aut derogare velit per summum decretum hujus rei causa emanatum, confidat tamen, ut sese etiam iidem Patres benevole obtulerunt, ejusmodi ab illis subjecta Universitat, et facultatibus præsentanda, quæ omne id in hac causa præstituri sint, quod in aliis catholicis universitatibus simile statutum habentibus, ordo illorum secundum suas Constitutiones et decreta

Pontificum præstat, censuerunt facultates eosdem Patres nullo vigore præsentis decreti juramento in hac causa obligandos esse, rogandamque suam Cæsar. Majestatem, ut hoc Universitatis judicium et statutum clementissime dignetur approbare.

« Quæ omnia ut in viridi posthac observantia perennet, quotannis post instaurationem novi magistratus academici, antequam primum consistorium celebretur, rector electus, festo aliquo sibi commodo in æde sacra D. Stephani præfatum juramentum, nomine totius Universitatis, in manus cancellarii ejusdem Universitatis, inter Missarum solemnia, post *Credo* decantatum, uti prima vice factum, præsentibus omnibus decanis et facultatum doctoribus innovabit. » Hactenus universitatis decretum. Quod ut magis sortiretur in posteras ætates firmamentum Posonii die 17 Maii anni 1649 summo cum gestientis animi gusto confirmavit Ferdinandi III, de quo agimus, sacra Cæsarea Majestas' decreto tenoris sequentis :

Decretum Ferdinandi III imperatoris, quo statutum de Immaculata B. Virginis Conceptione ab Universitate Viennensi imposterum asserenda confirmatur.

« Nos Ferdinandus III, divina favente clemencia, electus Romanorum imperator semper augustus, etc., tenore præsentium notum facimus quibus expedit universis, comparuisse coram nobis honorabilem devotum nobis dilectum P. Zachariam Trinkelium, domus professæ Soc. Jesu Viennæ præpositum, theologæ doctorem, et pro tempore ejusdem facultatis decanum, utpote ab Universitate nostra Viennensi, ad nos ablegatum, et litteris credentialibus sufficienter ab eadem provisum, qui demisse nobis exposuit qualiter ejusdem Universitatis rector et consistorium, post omnium facultatum informationes et vota, tam scripto quam viva voce prolata, tandem unanimi sententiâ conspiratione, juxtabenignissimum nostrum placitum et mandatum die 19 Januarii currentis anni 1649 Viennæ emanatum, peculiare statutum considerint perpetuis deinceps temporibus validum atque observandum de Immaculata Virginis Conceptione ab eadem Universitate imposterum asserenda : humillime nobis proinde supplicans ut statutum hujusmodi, ad majus robur et firmitatem, seræque posteritatis memoriam auctoritate nostra Cæsarea atque archiducali benignissime confirmare ac ratificare dignaremur. Cum igitur statutum hoc nobis volentibus a prænominata Universitate Viennensi ita factum et conditum sit, ex quo nos specialem beatissimæ Virginis Mariæ in multis et magnis regnorum et imperii nostri difficultatibus opem et patrocinium eidem Virgini Deiparæ immaculate conceptæ in peculiarem Austræ Patronam assumptæ, nos, liberos, populos, exercitus, provincias, et omnia denique singulari pietatis affectu et cultu dedicavimus, donavimus et consecravimus, atque in perpetuam ejus rei me-

moriam in orbe nostra Vienna conspicuam ante templum domus professe Soc. Jesu, in publico ibidem foro columnam ereximus, et immaculatae conceptae Virginis imaginem in supremo ejus columnæ vertice collocatam, populorum devotioni proposuimus, neconon solemnī voto nos, nobisque subjectos populos, ac præcipue quidem Austriacæ provincie ordines, atque omnes ejus ac civitatis nostræ Viennensis incolas atque inhabitatores universos, accedente ac præhabito corumdem libero consensu obligavimus, præmisso ecclesiastico de more jejunio, ejusdem Immaculatae Conceptionis diem octavam Decembris quotannis publice ac solemniter, etiam quoad forum, festum agere; ut hæc ipsa pietas in subditorum nostrorum animis solidiores radices ageret, et omnis etiam quæ ex diversarum opinionum et sententiarum maxime inter viros doctos, a quorum sensu reliqui pendere solent, propugnatione et publicatione, sive ea in ecclesiasticis cathedris, sive in publicis scholis, sive etiam in privatis sermonibus et scriptis fiat, facile exoriri potest perturbatio, dissensio, jurgia et quæ inde consequitur Dei offensio, in terris nostris hæreditariis tollerentur: ideo animo bene deliberato, maturo accedente consilio, deque certa nostra scientia, antedictum statutum ab Universitate nostra Viennensi confessum benignissime approbamus, ratificamus atque confirmamus, volentes ac etiam auctoritate nostra Cæsarea et archiducali firmiter statuentes et jubentes ut statutum istud perpetuis amodo et in futurum temporibus, suum robur et firmitatem obtineat, atque ab omnibus pie, sincere, candide et inviolabiliter observetur: harum vigore litterarum manu propria subscriptarum, et sigillo nostro Cæsareo communitarum. Datae in arce nostra regia Posonii, die 17 Maii 1649. — FERDINANDUS, m. p. »

Erga eamdem etiam puram sanctamque augustinissimæ Virginis Conceptionem quam pie fuerit animatus perspicue omnino deprhendi potest ex ipsius litteris plane Cæsareis, quas cum audisset, decretum quoddam in ejusdem omnino puræ sanctæque Conceptionis præjudicium, in vulgus sparsum, scripsit ad serenissimum principem Philippum IV, Catholicum Hispaniarum regem; sunt autem hujusmodi:

« Serenissime princeps, consobrine, gener, ac frater charissime,

« Ad nos relatum est quemadmodum sub finem pontificatus quondam Urbani VIII, decretum quoddam, quo in posterum in typo titulum Immaculatae Conceptionis addere non liceat, fuerit conceptum. Noa dubitamus quidem quin Serenitati vestræ jam antehac de re abunde constet, eamque pro eo, quo erga Deiparam fertur cultu ac veneratione, non minus ac nos ægre modesteque ferat: quin etiam vehementer miretur, hanc disceptationem tun sunimorum Pontificum auctoritate et decretis determinatam nunc denuo post tot

annorum intervallum in dubium vocari; si quis dem centum et amplius effluxerint anni quod Sextus IV, Pont. Max. fideles Officio propriè et Missæ sacrificio ad Immaculatam Conceptionem pecuniaribus indulgentiis invitavit; adeoque etiam deinde a sancta Sede contra sentientibus silentium impositum fuerit, ut neque in pulpitis ac cathedris, ac neque in privatis colloquiis contra Immaculatam Conceptionem loqui queant; ac postea quoque a Gregorio XV, 24 Maii anni 1522, edictum sit ut omnes in Missa et Officio divino, tam publice quam privatim, non alio quam Conceptionis nomine uterentur. Tametsi igitur nobis exploratum sit Serenitatem vestram cum suapte indole ac pietate incitatam, tum augustæ dominæ nostræ, nominatim vero ejusdem quondam domini genitoris, ac prædecessoris socii nostri charissimi laudatissimo exemplo extimulatam, in eam curam vel ultro toto pectore incumbere, quo B. Virginij Matri debitus, ac velut acquisitus honor, non modo non imminuat, sed magis magisque illustretur augeaturque; quippe quæ minime omnium ignorare possit hoc dieti colendissimi domini socii nostri suisse elogium: quod si omnino necessarium putaret se Romæ adesse, et ad pedes Suæ Sanctitatis provolvi, ad hoc, ut pro sanctissimæ Virginis originali justitia extrema ferretur sententia, et causa ista per Spiritus assistentiam definitur, ipse quam primum fieri posset, aliis quibuscumque rebus posthabitatis, et omnibus superatis difficultatibus Romam contendere, et Suæ Sanctitati sistere se vellet: pro nostra tamen parte facere nolnimus quin Serenitatem vestram hujus velut officii utriusque nostrum communis amantè [commonesaccremus, proque minutiæ fiduciae consuetudine requireremus, ut apud Sanctitatem Suam opportuna sua officia conjungere, atque id pro viribus per oratorem suum Romæ residentem curare velit, quo supradictum sub Urbano VIII decretum Sedes apostolica moderetur, ac in effectum deduci minime patiatur: minime dubii quin, quemadmodum ad Deum ipsum pertinet ut sanctissima Matri debitus honor sartus tectus conservetur, ita quanto serventius eumdem defendantum suscepimus, is quoque causam nostram eo potentius vindicabit et tuebitur. Quod reliquum est, Serenitati vestræ affectum consobrini, generi ac fratrī amantissimi offerimus. Datae in arce nostra Licensi, 1 die Sept. 1648. »

Sed et Pragæ, in foro veteris civitatis, sui erga Immaculatam beatæ Virginis Conceptionem affectus aliud æternaturum exstare voluit monumentum pientissimus Cæsar, dum ibidem, ut in Viennensi foro, columnam cum Deiparae Virginis statua, ejusdem Immaculatae Conceptionis honori erigi curavit, hac addicta epigraphe:

*Virgini Genitrici
Sine originis labe*

*Conceptæ,
Propugnatæ et liberalæ urbis ergo
Cæsar,
Pius et justus,
Hanc statuam
posuit.*

Hic idem augustissimus simulque religiosissimus imperator Ferdinandus II, spiritu virgineo plenus, ingeniosa pietate composuit Officium quodam, aureis sane litteris exarandum, cunctorumque eneomii celebrandum, in Deipara Virginis commendationem, pro felici morte obtinenda, et hostibus superandis, sub nomine magui magnæ agonizantium Matris amatoris, excusum Viennæ Austriae, typis Cosmerovianis, anno salutis 1644, una cum libello prænotato : *Maria, Mater agonizantium.*

Anno 1650, pro ardentí suo in Deiparam affectu, Oetinganum sacellum Marianum supplex invisit, ac gaza Marianæ intulit crucem argenteam, sex pedes altam, scitissime factam. Ad Romani deinde imperii fastigium evectus, discum aureum, imblemate incocili, pyropisque per marginem in macandros eleganter errantibus exornatum, cum urecis pariter aureis donavit.

Anno 1652, diem 8 Septembri multis titulis celebrem, utpote beatæ Virginis Nativitati sacram et etiam Ferdinando IV regi Hungariae et Bohemiae natalem, ignibus triumphalibus, et plurimum electorum, qui Pragæ aderant, præsentia honoratam, speciali cultu prosecutus est Ferdinandus. Sed quomodo? Ivit cum Eleonora Augusta et Ferdinando filio rege ad Montisserratense Beatæ Virginis monasterium : audivit concionem eximiam quam rever. D. Joannes Caramuel Lobbkowitz, tunc illius monasterii abbas, nunc ex regni Bohemiae officiali generali episcopus Misiensis, vir eruditissimus et doctissimus, ad populum cum planu habuit; sacro pontificali, et Horis divinis intersuit; mansit in cœnobio meridie; convixit in refectorio; abstinuit a carnibus, piscibus et cibis monasterii contentus, licet Nativitatis festum eo anno incidisset in diem Dominicam, tantumque diem non comeditionibus, ut multi, sed jejuniis et orationibus Austriae more solemnem reddidit.

Exemplo augustissimi parentis sui Ferdinandi II, Deiparam Virginem suam belli Imperatricem non semel nominavit. Templum in Ehebetten divæ Virginis ad Ratisbonam destructum renovavit, et singulis diebus in eo sacrum fundavit. Posonii quoque ad aram divæ Virginis, necnon Laureti sacrum quotidianum celebrandum assignata dote constituit, divæ Virginis Montisserrati cognomine monasterium ædificavit. Omnibus festis divæ Virginis confitetur et communicat. Pridie festorum divæ Virginis, si non sint jejunia, servat cum tota aula abstinentiam a carnibus. Quotidie Coronam divæ Virginis orat, et ab alio aliquo pro se orari ordinavit. Litanias Lauretanæ quas ad statuam divæ Virginis in Viennensi foro erectam, cantan-

das singulis Sabbatis decrevit, ipse frequenter sua musica et præsentia honorat.

At tanti principis splendidissima Marianæ religionis argumenta quibus suos in augustissimam cœli Reginam amoris sensus a eunis ipsis insgnissime declaravit, et continuo in præsenz vivissime declarare non cessat, feliciores scriptorum calami posteritatis memoræ consignabunt.

§ VII.—*De Ferdinandō IV Austriaco.*

Ferdinandus IV Austriacus, Romanorum, Hungariorum et Bohemiæ rex, Ferdinandi III imperatoris (de quo nunc egimus) filius primogenitus, futurus et ipse imperator (quia ad hoc jam electus) si patri vita superstes fuisset, natus est e Maria, Philippi IV, Hispaniæ regis Catholici sorore, Viennæ Austriae, voti feliciter compote, ac voti rea, quod ediderat, si feliciter nasceretur. Nascenti prima in hac luce dies fuit dies illa quæ nascenti Dei Matri anniversario cultu consecrata est, Viennæ ex tune, hoc etiam capite, ac deinceps quotannis Augustæ celebris : ut proinde Ferdinandus IV, jam inde ab usque primis vitæ annosunque suorum originibus in ære Virginis Matris futurus censeretur ; quippe Mariæ augustæ filius, augustissimæ Virginis Mariæ die natali natus, eidemque Ferdinando II avo piissimo amantissime dedicatus.

Ab infantia in tenerrimo et augustissimo divini Eucharistiae sacramento, ac Dei Matris cultu ita educatus, ut in sacello privato una cum sorore sua, moderna Hispaniarum regina, sacro quotidie intercesset, Lauretanæ beatæ Virginis Litanias una cum sacerdote, qui sacrum celebraverat, recitaret.

Habebat certas præstitutas preces, quam fideli penso persolverbat Virgini Matri ; adjecto quoque festis Dominicisque diebus ejusdem, pro sodalium legibus, ex more, officio. Familiaris illi ejusdem Rosarii et libelli usus.

Quam accurate quamque perseveranter se in persolvendo Mariano quotidie penso habuerit, inde liquido constat quod etiam parvulus flexis humi genibus vesperi voce clara orare consueverit, neque pacate indormire potuerit, nisi prius e suis diligenter interrogatis audisset, eum consueto precum penso sati omnia fecisse.

Albo Marianarum sodalitatum plurimum se inscripsit ; fuitque ex illa per celebri Partheniorum pactione unus, qui Litanias Lauretanæ cum oratione de sancto Josepho, pro felici morte quotidie recitant, singuli pro omnibus sociis pactionis. Eapropter, præter statas alias preces, Litanias pro felici morte quotidie recitabant ; earum ingens pretium præmiumque in agone, ut dicemus, expertus.

Neque otiosum esse voluit suum nomen in albo sodalium. Eapropter examen conscientiae, quod Marianis Partheniis in quotidiano usu est, quotidie tam enixe accurateque faciebat, ut ab ea, quatenus serio rei sue incumbere advertebatur, fla-

grantia remittere non nihil juberetur, ne immo-
dice quid ageret, seque attereret.

Cum se ad festa beatæ Virginis percolenda, vel
alias per confessionem exparet, atque ad conscientiam
dispiciendam ante confessionem quartam
fere horæ partem sufficie didicisset: ne quid
minus ficeret, arenaria clepsydra metiebatur tem-
pus, et illud sacræ ad exomologesim apparationi
dabat.

E more sodalium, in sodalium aliasque in pur-
gatorio animas propensissimus, cum alias, tum
haud ita multo ante mortem, pro illis in Missæ
sacrificia millies celebranda stipendum assigna-
vit.

Beatæ Virginis imagines erant illi invitamenta
suspiriorum ac tenerrimæ pietatis. Sæpe in con-
clavi repertus orans de genibus. Familiares illi eæ
quas jaculatorias vocamus preces, quas ille viso
templo quopiam, vel conspecta Christi beatæ Dei-
paræ imagine, nec raro in conciliorum consessu
et tacitus cœbrius usurpabat.

Publica reverentia signa erga beatam Virginem
libens dabat, cum se ferret occasio. Coram au-
gusta Immaculatae Deiparæ statua in foro domus
professæ Societatis Jesu Viennæ sèpius humi-
positis genibus Reginam cœli supplex consulutabat,
Sabbato et alias.

Festum Conceptionis beatæ Virginis semper et
ubique immaculatæ, quod cadit in diem octavum
Decembbris, prævio jejuno, in ejusdem pævigilio
celebrabat; votique ac jurisperandi religione se
obstrinxit ad sectandam et propugnandam senten-
tiam liberantem Virginem Deiparam a peccato
originali.

Quidquid agentem deprehenderet Marianus ille
ad beatam Virginem ter quotidie, mane, meridie,
vesperi consulutandam pulsus, omissis omnibus,
hoc agebat ut Virginem salutaret; id quod jam
de illo constabat, nec erat qui obturbaret.

Miram erga beatæ Virginis festa reverentiam
combiberat jam inde a natali suo die, tanquam in
beatæ Virginis nascentis festo natus, ad ejusdem
festu omnia religiosissime percolenda. Nullum cœi
Reginæ festum prætermisit sine cœlesti Eucharis-
tiæ convivio. In quo sacramento modestissima
reverentia honorando, præclarum sui dabant spe-
ctaculum solemni corporis Christi supplicatione.
Ratisbonæ vero, cum forte in sacerdotem incidis-
set qui angelorum Panem ad ægrum deferebat,
e curru in platea desiliit in genua venerabundus;
hæreticis divinam in Eucharistia majestatem su-
spicientibus, coram qua humana majestas ita sese
dimitteret.

Ut una erga Eucharistie sacramentum, et Dei
Matrem amoris plurimum reverentiaque condi-
sceret, ac se ad cœleste illud epulum apparet
adeundum per opem supremæ Virginis præpararet,
huic anno 1644, ipso nascentis Deiparæ die pri-
mum accubuit novus hospes atque conviva, archi-

triclini prefectura in hoc epulo Virgini Matri com-
missa; utpote quæ hujus leges convivii scite
plane pernorit, sciatque nos illi apte instruere.

De beata Virgine legere, colloqui, ac etiam
scribere delectatus, angustos Deiparæ titulos, ma-
gnificeaque elogia, quæ majestatis illius gloriam,
et maternæ pietatis teneritatem perquisitus expli-
cant, pio labore ingenioque undeque selegit,
ac digessit, annotavitque pro thesauro cordis ita
in calatum redundantis. Quem argumentosæ,
regiæ, Marianæ apicula laborem e flore vario in
mel reconditum, ut plures gustarent, elogia illa
anno 1635 typis data sunt ad publicum incitamen-
tum cotemque exacuendæ virtutis.

Anno 1646, die B. Virginis Marie ad Nives, rex
Bohemie coronatus. Rex rubicundus a regia pu-
pura, candidus a Nibibus Marianis, eoque put-
chrior.

Sed etiam tune novo auctoramento est Virgini
auctoratus, quando anno 1647, in Mariæ Hunga-
riae regni regem Apostolicum (ut est vetus ejus
regis vocabulum) est electus: et ipso die sanctissimæ
Trinitatis coronatus, ut esset rex ejus gentis,
quæ olim Mariæ familia elogio pulcherrimo di-
cebatur, et erat; sed erat! Quibus coronis accessit
nupera in Romanorum regem electio et coronatio.
Quot regnis, tot titulis Reginae cœlorum obstrictus.
Cum Bohemia Suevico, Hungaria Transylvanicu-
mo, utraque hæretico bello arderet, ubi ea regna peri-
elitari audivit: Modo, inquit, non perdamus regnum
cœlorum.

Illi etiam inter Mariam Ferdinandi IV decora-
re posuerim, quod cum P. Bernardus Geyer nunc
Soc. Jesu per Austriam præpositus provincialis (qui
illi jam inde ab usque teneris a confessionibus
erat) Ferdinandum ægrotum jam sui impotem re-
perisset, implorata B. Virginis Lauretanæ ope,
Ferdinandus beneficio accensi cerei Lauretani plane
sibi sit restitutus; ita ut sibi probe compos genera-
realem de vita universa exomologesiu instituerit
accurate atque distinete. A confessione, ut indul-
gentias lucraretur, ter sanctissima Jesu et Maria
nomina flagranter cum sensu pronuntiavit, tum de-
mum absolutione accepta, cum confessario suetam
illam precandi formam recitans: *Passio D. N.
Jesu Christi, et merita B. Mariæ semper Virginis, etc.*
illa vix ad finem perducta prece a sensibus iterum
alienus, paulo post placidissime in Domino obfor-
nit.

Exspiravit vero teneram et usquequaque candi-
dam suam animam integerrimus rex Ferdinandus
IV, in Octava B. Virginis Visitantis, Viennæ Austriae
in eodem conclavi in quo ante annos unum et
virgini natus fuerat, die ejusdem Virginis nascen-
tis.

Anno 1554, 2 Julii, qui dies est B. Deiparæ Vi-
sitantis, suprema ægritudine tentatus est, ut Ma-
riæ visitatio custodiret spiritum egressurum: *Visi-
tatio tua custodiret spiritum meum.*

Asseverant qui agro adsuere illum affirmate dixisse (an tunc sibi omnino constiterit, necne, incertum habeo) se sacrosanctam hostiam intueri. Adesse quoque beatissimam Christi Matrem bene precantis gestu, atque ab hac se benedici.

Ecce quomodo in Ferdinando IV primis respondent ultima. Lauretana Virgo ab infantia culta nunc illi morienti cereo suo adfert lucidum intervallum, ut accensa candela Mariana se dispiciat et expiet, veluti purificationis diem celebraturus. Enalte imbibita jam inde a teneris erga SS. Eucharistiam et Dei Matrem religio quale offert levamen- tum morienti; et in umbra illi ostendit fore ut

maternis Reginæ benedictionibus impleatur, dic- eturo Jesu: Cui tu benedixeris, sit ille benedictus. Ita Ferdinandi IV, Romanorum, Bohemiæ, Hungariæ regis vita fuit ut circulus aureus, enjus centrum erat Deus, circumferentia vero tenera, solida, virginea quædam pietas erga Dei Matrem, quæ Dei thronus est, sive Agni, coram quo throno cum viginti quatuor senioribus regibus prostratus Ferdinandus IV, rex junior, coronas suas, Romanam, Hungaricam, Bohemicam capite inclinato depositus, et unani, quæ Reginæ cœli filiorum est, accepit.

CAPUT VI.

§ I. — *De sancto Henrico II imperatore.*

Henricus Occidentis imperator hujus nominis II, aliis I, ex Bavariæ ducibus, cui morum ipsa perfectio Sancti cognomen dedit, tantus B. M. Virginis cultor exstitit, ut connubio sociatus cum Cunegunda, virginitatis florem integrum atque inviolatum Mariæ Virginis ope conservaverit:

Conjuge virginea virgo permansit et ille.

In mediis itineribus, quæ multa et longa confecit, si quando in urbem aliquam esset ingressus, noctem primam illa in æde precando consumebat, quam B. Virginis dicatam reperisset.

Hanc eandem immaculatam Virginem calice immensæ magnitudinis honoravit. Quod vero templum in ejusdem Dei Matris honorem magnificentia imperatoria dignissimum apud Spirenses Henricus inchoaverat, neque mortis interventu perfecerat, Conradus Cæsar absolvit. Porro monasterium Aliae Virginis inscriptum et sacram in Argentinensi ditione situm, quod vetustas prope consumperat, ita refecit ac reposuit Henricus, ut magis novum fecisse, quam vetus reparasse diceretur. Ecclesiam S. Mariae Virginis ad Veterem Capellam in Bavaria olim a Theodone Bavariæ principe constructam in collegio canonicorum extulit, ampliavit et plumbo texit. Basileæ primarium templum Deiparæ erexit, curavitque sede pontificia ornari. Ob preces conjugis Cunegundæ ecclesiæ S. Mariæ Ordinis S. Augustini sanctimonialium Passarii dedit partem silvæ Nortwal in comitatu Adalteronis. Ad imitationem Constantini Magni, civitatem Bambergam recens a se constructam a Pontifice Benedicto VIII, anno 1019, in honorem Dei Genitricis Mariæ dedicari voluit, ut ex Glabro scripsit Baronius, in *Annales ad eundem annum*. Glabri verba de eodem Henrico loquentis hæc sunt: In terra Theodisca a novo civitatem edificavit, vocabulo Babemburg, quam Benedictus Papa in honorem Dei Genitricis consecravit. Anno 1007, 21 Octobris, ecclesiæ B. Mariæ Cameracensis comitatuum Caineracensem donavit. Magnam præbuit occasionem per sororem Giselam Stephano Hungarorum regi desponsatam,

ut is abjecto cum universo regno idolorum cultu, sacris nostris initiaretur, ac Deiparam imprimis coleret, quam sane incredibili studio baptizatus prosequi cœpit, et sanctus ipse sanctum filium suum Emericum in hoc pio instituto reliquit hæredem. Ille idem pientissimus ac innocentissimus imperator Henricus monasterio et ecclesiæ eremii SS. Dei Genitricis in Helvetia privilegia omnia a suis prædecessoribus concessa confirmavit, datis tribus amplis, egregiis eidem monasterio et ecclesiæ merito semper profuturis diplomatis, quorum tenorem integrum afferit in prædicti eremii *Annales Christophorus Hartmannus*. Utrem reliquissimam feminam ejusdem virginalis propositi sociam habuit atque participem.

Cumque ob devotam immortali Domino continentiam, spe prolixi se sponte privassent, Deum sibi et posteritatis auctorem honorum suorum hæredem assumpserunt. Ex quo factum est ut ecclesias Henricus, si Godfrido Viterbiensi, qui Conradi regis nobilis scriba fuit, amanuensique præclarus, habenda fides est, prope mille fundaverit. Et quamvis tempora construendi et anniversariis pecuniis locupletandi, et quasi sponsas dotandi finem nullum Henricus faceret, totusque in eo esset ut Dei cultum religionemque proveheret, talem setamen in imperio administrando præstitit, ut de solis armis egisse videatur. Itaque Germanici fines imperii quam longissime protulit, Bohemiam subdidit, Burgundiam in ditionem recepit, cunctam Germaniam, totam Galliam, universaque Italiam in officio continuit, et harum trium bellicosarum nationum pacem fecit esse diuturnam. Qnam autem regum pietas ad prosperam regni fortunam valeat, exemplo (sit hic idem Henricus, quem religionis studiosissimum beneficentissimumque fautorum Deus immortalis tam multis tamque insignibus triumphis decoravit; Virginisque cultor singularis, inque cœlitum relatus numerum illud Salomonis usurpat: *Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa.* (*Sap. vii. 11.*)

Fertur de hoc Henrico, inquit Nauclerus, quod

semper primam noctem ingrediens urbem solitus fuerit in ecclesia S. Mariæ Majoris manere. Contigit autem semel, quod dum solitarius oraret, visus sit sibi Christus pontificalibus induitus procedere Missam celebraturus, quem sequebatur sanctus Laurentius, et loeo subdiaconi sanctus Vincentius, post hos Virgo Dei Genitrix cum multitudine virginum et angelorum, debine Joannes Baptista cum patriarchis et prophetis; post hos Petrus et Joannes cum ceteris apostolis et evangelistis, et sanctus Stephanus cum martyribus, sanctus Martinus cum confessoribus. Angeli incepérunt introitum: *Suscepimus, Deus, misericordiam tuam*, et dum cantaretur: *Justitia plena est dextera tua, omnes Christum et B. Virginem imitantes, extenderunt digitos in Henricum*, tanquam id elogium ei optime congruerit. Post Evangelium indicibili jubilo angelus librum deosculatum a Christo præsentavit B. Mariæ, et post eam omnibus per ordinem deosculandum. Demum B. Virgo illi angelo innuit ut etiam librum Henrico ad oseculandum porrigeret, dicens: Præbe ei pacis osculum, cuius mihi virginitas placet; et cum præ nimio gaudio raptus nesciret ad plenum intendere, angelus ipse in nervo tangens dixit: Hoc tibi erit signum dilectionis Dei propter castitatem et justitiam; et exinde usque ad mortem, ut alter Jacob, claudicabat, ex quo eventu vocatus est Henricus Claudius. Haec Nauclerus. Hic idem piissimus imperator se suumque imperium summæ cælorum Imperatrici propensissima voluntate subjecit atque addixit, ut in suo *Mundo Mariano*, p. 1, testatur Laurentius Chrysogonus. Aliquos B. Virginis crines seu capillos amplissimum quandam B. Virginis sacrum in Groylandia monasterium asservavit, quos crines hic idem Henricus imperator ab Hugone Francorum rege Christianissimo aurea in pyxide acceptos illi cœnobio regia munificientia donarat. Ad superos profectus est anno 1024, 14 Julii, imperii 24.

§ II. — *De Henrico III, imperatore.*

Henricus hujus nominis III, Occidentis imperator, ex Saxoniæ ducibus, a Clemente II Pontifice Optimo Maximo Romæ coronatus, inter alia Marianæ pietatis orbi exhibita documenta, Deiparæ Virginis, ob primam de Hungariæ victoriam Hamburgi Sustriæ, in ipsis finibus Hungariæ ædem dicavit, et præpositura titulo canonicorum Regulæ nuncupavit. Idem cathedralem ecclesiam Goslarii in Saxonia in honorem Deiparæ Virginis erexit, eamque per Leonem Pontificem IX, una cum 72 cardinalibus et episcopis personaliter præsentibus consecrari fecit. Idem ecclesiae Marianæ Heemetum insignem dedit crux, e solidi auro factam, et pretiosissimis gemmis ac margaritis illustratam, talique inscriptione ornata:

*Contulerat Sanctæ felix haec dona Mariæ,
Semper ut æternæ capessat munera vita
Henrich Conradi natus de stirpe monarchi,
Ex Gisela genitus multum satis ipse benignus.*

SUMMA AUREA DE B. V. MARIA. X

Hic idem Henricus III imperator privilegia et jura omnia monasterii et ecclesiæ Heremi Deiparæ Virginis in Helvetia, Cæsarea auctoritate rata jussit, Spiræ expedito diplomate anno Dom. Incarnationis 1040, ii Non. Feb. Cujus diplomatis tenorem integrum in gratiam et honorem, memoriamque sempiternam tanti et tam benevolentis imperatoris afferit in Annalibus ejusdem Heremi Deiparæ Virginis Christophorus Hartmannus ordinis S. Benedicti monachus. Devixit anno salutis Redemtionis 1057.

§ III. — *De Henrico IV, imperatore.*

Henricus hujus nominis IV, Occidentis imperator, Henrici III imperatoris filius, a Gregorio papa VII coronatus, inter alia sui erga Deiparæ cultus pietatisque specimina, ecclesiam cathedralem Antuerpiensem ipsius Deiparæ nomini dedicatam reditibus anxit, donisque locupletavit. Sumptus etiam tribuit fabricæ templi S. Mariæ Ultrajectensis, quod Conradus Ultrajectensis episcopus aedificavit. Privilegiis quoque et gratiis auxit monasterium Heremi Deiparæ Virginis in Helvetia, ut patet ex ejus diplomate dato Basileæ anno salutis 1064, vii Kal. Martii. Valedixit mortali vitæ anno postquam Virgo peperit 1106.

§ IV. — *De Henrico V, imperatore.*

Henricus hujus nominis V, Romanorum imperator Augustus, inter alia pietatis suæ erga augustinianam Dei Matrem specimina, monasterio et ecclesiæ Heremi Deiparæ Matris in Helvetia privilegia omnia antecessorum suorum sua Cesarea auctoritate confirmavit, expedito diplomate Argentiniæ anno Dominicæ Incarnationis 1011, vii Non. Octobris; cuius diplomatis integrum exemplar afferit Christophorus Hartmannus in ejusdem Heremi Annalibus, dum agit de Gerone abbe X. Decessit hic Henricus anno salutis 1126, xv Kal. Junii.

§ V. — *De Henrico VI, imperatore.*

Henricus VI, Occidentis imperator, cuius testamentum pium admodum et laudabile appellat tom. XII Annalium ecclesiast. cardinalis Baronis, inter alias sui erga Deiparæ affectus palam exhibitas declarationes, ecclesiæ Marianæ Hemmenrodensi (de qua ven. abbas Clævallensis S. Bernardus aliquando dixit: *Hic vere claustrum est B. Mariæ Virginis*) ecclesiam de Altruppe in diocesi Spirensi, cum omni jure libere tenendam et quiete possidendam, tam in pratis, quam in silvis, et in aquis prius contulit, deinde vero cum jure patronatus eidem Hemmenrodensi ecclesiæ ex providentia consilii sui confirmavit, ut patet ex diplomate ejusdem Henrici dato apud Augustam anno Dom. Incarnationis 1191, cuius tenorem afferit Nicolaus Heesius in *Manipulo Hemmenrodensi*, p. 42.

Idem Panormitanum Siciliæ xenodochium Theutonicis sub Deiparæ auspiciis præparavit. In Messanensi templo maximo in honorem Deiparæ

Virginis erecto, Feruliti oppidum in Calabria religiose obtulit, ut constat ex ejus diplomate dato Messanæ anno 1197, quod ad tanti principis erga Magnam Dei Matrem affectum luculentius exprimendum, integrum libet hoc loco subiecere :

« Henricus VI, divina favente clementia, Romanorum imperator semper Augustus, et rex Siciliæ. Inter cætera quæ imperatoriaæ dignitatis nostræ occupationibus occurunt, discretionis nostræ deliberatio ad ea dehet mentis et animæ apponere diligentiam, quæ honorein Dei respiciunt et ecclesiistarum promotionem, earum præcipue quæ in honorem B. Virg. Mariæ cognoscuntur constructæ, quo laus æterna nobis accedit, et præsentis imperii gubernacula favente Domino gloriosius suscipiunt incrementa. Qua sane consideratione attentes qualiter ecclesia Messanæ in honorem B. Virginis constructa multo tempore consecrationis munere caruisset, ne ampliori tempore maneret desolata, sed divini obsequiij jugiter ibi ministeria celebrarentur, ipsam solemniter consecrari ordinavimus; et in dotem consecrationis ejus, de consueta benignitate nostra, in honoreni Dei et B. Virginis obtulimus ei et donavimus Casale Feruliti, cum omnibus tenimentis et pertinentiis suis, et hæc ipsi præsenti scripto in perpetuum confirmamus, etc. Datum in civitate Messanæ anno Dom. incarnationis 1197, die 25 Sept. »

Decessit anno salutiferi partus 1198, ex Bellarmino in Chronol. part. II.

§ VI. — *De Henrico VII, imperatore.*

Henricus hujus nominis VII, Occidentis imperator, vir non minus armis quam religione præclarus, B. Virginem haud vulgari honore prosecutus, festo illo die apparente quo in cœlum Dei Mater ascendit, imperatoriis negotiis intermissis, rebus duntaxat cœlestibus operam dabat, animamque divinorum arcanorum cogitatione pasebat; tantumque ex pietate erga Deiparam Virginem in devotione profecit, eoque sanctitatis ascendit, ut quotidie sacerosanctam Eucharistiam, qua animi vita sustinetur, susciperet. Ad feliciorē vitam piissime migravit anno salutis 1315, imperii sui 5, in festo Assumptionis Deiparae. Gratum enim habuit benigna Domina annum servi sui tributum, et prouundi diadematè vestivit stola immortalitatis, et secum assumpsit in gloriam.

§ VII. — *De Heraclio, imperatore.*

Heraclius imperator, laudatissimus ac in bello felicissimus princeps, nunquam iniabit præmium antequam B. Virginem supplicationibus sibi demereri studisset : eique post devictos hostes aurea arma suspendebat. Ut mirum non sit, si Dei Genitricis auxilio ac protectione munitus, tot tanique insignes de iniicieis victorias reportaverit. Anno Dom. 610, cum propter ignaviam Phocæ imperatoris crudelitatemque in suos, Persæ cunctas Asiæ regiones usque ad Chaledonem cepissent, neque ille reipublicæ ruentí opem ferret, Heraclius in Chos-

roen movit. Animadvertis autem Heraclius Chosroen humanis viribus vinci amplius non posse, ad Virginem supplex confugit, eam totius expeditionis presidem elegit et dici voluit, eidem (ut Constantinus Manasses in Annalibus testatur) Byzantinam urbem cum filio populoque commisit, acceptaque ejusdem B. Virginis Mariæ imagine a Stephano metropolita Cyziceno, ipsum vicit ; imaginem autem Deiparæ quam secum tulit Heraclius, suis non manu factam testis est Theophanes ex Georgio Pisida, et Matthæus Westmonasteriensis anno gratiae 620, ubi sic habet : « Heraclius imperator, collecta armorum multitudine adversus Cosdroam movit iter, ferens secum sacram Dei Genitricis iconem, quæ apud Byzantium est, non hominis manu, sed divino miraculo pictam ; et paulo post Heraclius iconis Dei Genitricis fultus auxilio omnes adversarios suos in bello peremit, aut turpiter in fugam coagit. » Sic ille. Idem anno salutis 627, 12 Decemb., die Sabbati, Dei Genitricis ope, de Persis triumphavit incruenta fere Victoria ex parte sua, decem de suis tantummodo desideratis, potiusque est opinis spoliis, nimirum auratis armis Razatis, ducis Persarum, quod totum Dei Genitrici, quam in auxilium totius belli asciverat imperator, tributum est. Sed militante belli duce Theodoro ejus fratre, miraculosam de iisdem Persis retulit victoriam : Deo enim per intercessionem beatæ Virginis opitulante, pugna commissa, grando mira magnitudinis contra Barbaros e cœlo cecidit, eorumque plurimos percussit. Itaque in fugam vertuntur Persæ, qui nihilominus postea novis aucti copiis, Constantinopolim per decem dies obsident, sed frustra. Deiparæ enim quam plebs Constantinopolitanæ impense colebat ab ipsis Constantini Magni temporibus, opem adfuisse, etiam ex hostium confessione constat : dum Persæ viderunt prima luce mulierem illustrem eunuchis comitatam porta Blachernarum exirentem (erat namque in Blachernis templum Deiparæ a Constantinopolitanis frequentari solitum) quam cum Heracli opinarentur esse uxorem, et ad suum regem ire ob mariti absentiam, petendæ pacis causa, transiit ei concesserunt, subsequente ex urbe hominum turbam ipsi adorituri. Ut vero fossæ ambitum egressam non ire ad regem viderunt, insecuri sunt eam usque ad locum, cui Veteris Saxi nomen est, ubi cum eam fere essent assecuti ipsa cum suis repente ex oculis eorum evanuit. Persæ autem tumultu concitati inter se congressi, ad vesperam usque mutuas strages ediderunt. Itaque dux eorum cum paucis domum redit; at in Euxino mar oborta tempestas ita eos afflixit, ut paucissimi evaserint.

Propter hæc autem tam admiranda a castissim a Dei Genitrice sub Heraclio imperatore opera patrata, celebrabatur quotannis Constantinopoli dies festus, Acathistus nuncupatus, quo Dei amantissimus populus Constantinopolitanus totam noctem absque ulla intermissione hymnum pro gratiarum actione

Deiparenti decantabat, tanquam illi, quæ pro omnium salute excubias egisset, et cœlesti sua virtute tam insigne tropæum contra hostes erexit. Acathistum vero nominavit, quod tune populus et cleris universus eodem ardore idem ficerent, nemine cessante, nemine a divinis laudibus conquiescente. Unde in *Rituali Græcorum* libro (apud Greiserum lib. iii Commentariorum in cap. 42 Codini) legitur: « Acathistos, quasi carens sessione dictus est, quod totus populus tota nocte stando hymnum Deiparæ concinuerit, quodque cum in omnibus aliis ædibus ex more sedere liceat, in istis divinæ Matris erecti omnes stantes auscultamus. Precibus pugnatrieis et invictæ Matris tue, Christe Deus, ab omnibus nos libera calamitatibus, et miserere nobis, tanquam solus clemens et humanus. » Sic ibi.

Atque in Bibliotheca Bavaria exstat de die Aca-thistico oratio hœc titulo: « Narratio utilis ex ve-

teri historia collecta, et in memoriam revocans inexpectatum illud miraculum factum quando Persæ et Barbari regiam hanc civitatem obsederunt, qui perierunt, divinam ultiorem experti, ci-vitas vero illæsa permanens intercessione Deiparæ, quotannis ex illo tempore hymnum gratiarum agendârum causa concinit, diem illum Acathiston, quasi sessionis expertem nominans. »

Sane Heraclius Deiparæ adeo studiosum se profitebatur ut, teste Paulo Diacono lib. xviii, dum in Africa imperator appellatus esset, Constantinopolim se contulerit cum navibus castellatis, habentibus intra se arculas et imagines Dei Matris, quemadmodum pixides. Ex hac vita ad immortalem transiit anno 641, imperii sui 31. De quo merito dictum, teste Victorelio (p. ii, cap. 23):

Veni ego, vidi ego, vicisti tu, maxima Virgo.

Tu nostri semper pectoris ægis eras.

CAPUT VII.

§ I. — *De Joanne Cantacuzeno imperatore.*

Joannes Cantacuzenus, Constantinopolitanus imperator, inter alia incensæ suæ erga Deiparam voluntatis palam prodita testimonia, cum Didymotichi imperatorium ornatum publice caperet, imperiale tiaram ante immaculatæ Virginis, Dei Matris, imaginem humi positam manu sua tollens ipse capiti suo imposuit. Idem cum Constantinopoli ab Isidoro patriarcha denuo imperatoriis insignibus exornandus esset, in templo Dei Genitricis in Blachernis exornari voluit; in quo pariter templo Irenem conjugem Augustam pro consuetudine coronavit. Deiparæ Hodegetriæ imaginem in Constantinopolitana urbe celeberrimam supplex venerabatur: ad cuius templum debita ejusdem adoratione, ac de præstata victoria gratiarum actione functurus aliquando petivit, et super qua (ut ius-jurandum sibi esset) universis audientibus, aliquando juravit se nec meditatum esse, nec fecisse quidquam qualcunque contra imperatricem et filios.

Scripsit de rebus ab Andronico Palæologo ju-niore, imperatore Constantinopolitano, nec non a se gestis libros iv, in quibus non semel honorificentissimam appellationem inseruit sacrosanctæ Virginis Dei Matris, cui post Deum augustissime venerandæ, et misericoribus religiosissime implorande Græcia usque ad extreum quasi habilitum suum, donec nimirum superbissimo Turcarum dominatu oppressa est, deditissima fuit, præsertim nova illa Roma et Regina urbium Constantinopolis, ubi Joannes prædictos libros litterarum monumentis ad posteritatem consignavit.

Ideum Mariani cultus, quem Christiani Mariæ tribuunt, se adversus Mahometanos egregium defensorem exhibuit, ostendens Mariam Dei creaturam et ancillam, sed reliquis mortalibus præpo-

nendam, et angelis honore præstantiorem, eamdem nobis advocatam et adjutricem, effectricemque miraculorum; solum Deum a catholicis adorari, Mariam infra Deum invocari. Ejus verba, quæ Mahometanam redundunt maledicentiam, simulque Mariæ causam et dignitatem nefarie oppugnatam egregie vindicant, in lib. iii, *De Deipara*, cap. 19, ascribit Canisius, et Blosius in Appendix *Collyrii hæreticorum*. Sunt autem hujusmodi: « Sanctam Mariam semper Virginem creaturam Dei esse dicimus, Deique ancillam: credimus autem et confitemur quod ei similis, nec natus sit, nec sit na-sciturus ex viro et muliere homo aliquis usque ad consummationem sæculi; et secundum humanam quidem naturam angelis eam inferiorem esse judicamus tanquam hominem; honore vero et sanctimonia angelos omnes incomparabiliter superare asserimus, eo quod Filium et Verbum Dei secundum carnem peperit. Omnes etiam illam advocatam et auxiliatricem agnoscimus, quæ indesinenter pro peccatoribus orat atque intercedit, edit et operatur miracula maxima stupendaque. Hanc autem adoramus et colimus non ut Deum, sed ut Matrem Filii Dei secundum carnem. » Sic ille.

Imperabat anno a partu Mariano 1545.

§ II. — *De Joanne Comneno imperatore.*

Joannes Comnenus, Orientis imperator, tanto-pere Deiparam coluit ut nunquam sine ejus imagine ad bella proficeretur. Cuius insignem victoriæ contra Scythas opera beatæ Virginis an. 1122 ab ipso obtentam his verbis in sua *Historia* de-scribit Nicetas Choniates: « Cum Romanorum phalanges urgentibus hostibus et audacius se inferentibus laborarent, imaginem Dei Genitricis cum gemitu et miserabilibus gestibus intuens, lacrymas bellieis sudoribus calidiores fundebat. Neque id frustra. Statim enim cœlesti robore armatus Scy-

thicam aciem profligat, quemadmodum olim Moy-ses extensione manuum Amalechitas turmas dis-sipavit. Assumptis igitur armigeris, qui clypeis oblongis et prominentibus galeis, instar muri in-expugnabilis, munitiuntur, cum Scythis congre-ditur, qui cum dissoluta illa curruum serie ad manus venirent, in turpem versi fugam, a Romanis ala-eriter persequentibus magno numero cæduntur Hamaxobii illi, castrisque direptis innumerabiles capiuntur. » Et infra : « Ilac de Scythis parta vi-toria, et illustri edito facinore, Joannes Deo et beatæ Virgini vota persolvit, diemque festum Pa-zinacorum appellatum, in rei gestæ monumentum et grati animi testimonium celebravit, et ad posteros celebrandum transmisit. »

Aliam etiam, non multo post, contra Hunnos et Persas memorabilem victorianam ope pariter sanctissimæ Dei Genitricis Mariæ obtinuit. Cui ut unice victrici religiosum paravit triumphum, ab eodem Niceta descriptum : « Byzantium rever-sus triumphum indicit, et currum argento inter-punctum compingi jubet, opus admirabile, et gemmis atieubi non pretiosissimis ornatum. Cum dies supplicationis adasset, omnis generis tapetes auro et purpura intertexti vicos exornabant, nec deerant Christi et sanctorum effigies in eis ad vi-vum expressæ. Erant et tabulata utrinque propter spectatores structa, digna admiratione ; fuit autem hic locus urbis sic instructus qui ab Orientali porta usque ad magnum palatium pertinet. Quadrigæ a quatuor equis nive candidioribus trahe-bantur : imperator vero non concendit, sed Dei Genitricis imaginem in eo collocavit, ob quam lætitia exsultabat, et animo pene linquebatur, cui victorias ut collegæ imperii acceptas ferebat. Ha-benas viris potentissimis moderandas, et cognatis suis currum curandum dedit, ipse crucem manu gestans, pedes antecessit, atque in conspectu omnis populi ob successus gratiis Deo actis in palati-um abiit. » Iluc usque Nicetas. Differt autem hic triumphus a festo Pazinacorum, sicut differt etiam Victoria : quæ non eodem anno cum præcedenti victoria contigit, quia festum erat anniversarium, ut expresse intellexit Canisius lib. v, *De beata Maria cap. 28*, et post eum Joannes Bonifacius in *Historia Virginali lib. III, cap. 45*. Triumphus vero semel tantum factus est.

Emigravit ex hac calamitosa vita Comnenus anno salutiferi partus 1143.

§ III.—*De Joanne Duca imperatore.*

Joannes Ducas, Orientis imperator, Theodori Lascaris imperatoris gener, vir magno ingenio animique constantia et morum gravitate insignis, inter alia plura quibus amorem suum erga augu-stissimam cœli Reginam evidenter declaravit, Ma-gnesiae Deiparae Virginis nomine templum elegan-tissimum (quod Sosandra dicitur) maximis sum-ptibus, amplitudine et varietate structuræ insigne,

ædificavit, in quo et post obitum sepeliri voluit. Decessit anno partus virginici 1255.

§ IV.—*De Joanne Xemisca imperatore.*

Joannes Xemisca, Orientis imperator, ope beatae Virginis, in quam mira fuit devotione propensus, de infinitis pene Barbaris adversus Romanos simul fœdere junctis ingenti gloria triumphavit. Eo et-tenim contra Rossos dimicante, cum dubia anceps-que victoria in neutrā partem inclinaret, tan-dem aliquando cœlitus adjuti imperatorii milites victores exsisterunt. Nam hostium ora subito coorta tempestas subinde verberabat, et in equo visus est quidam Romanos defendens, Barbarosque pro-fligans. Agebantur illo ipso die Theodori, et ducis et martyris inelyti, feriæ a Christianis, cujus opera mandante Virgine illa est parta victoria, id ita Byzantina quadam religiosa muliere prædicante, quæ pridie illius diei, quo pugna est cum Scythis Rossisque commissa, in somnio Virginem vidit venientem magno cœlitum comitatu, et ita cum martyre Theodoro loquentem : Miles optime, meus Joannes idemque tuus periculo prælio gravique premitur : tuum est laboranti ferre suppetias. Hoc ille admonitu cum certantibus Constantinopolitanis auxilio suisset, hostibus attritis, clarissimam Xemisca victoriam reportavit. Ut autem gratus imperator gratias pro navata opera martyri redde-ret, ornatissimum Theodoro templum vetere diruto collocavit, urbemque Euchaniam, ubi ejus sepul-crum venerabatur, Theodoropolim appellavit. Bello Rossero, qua diximus felicitate, confecto, By-zantium Xemisca reversus, insigni triumpho et populo excipitur acclamante. Patriarcha cum clero obviavat venit ; senatus et populus coronas obtule-runt ; currum insuper triumphalem apparaverunt, quem equi albi quatuor impellebant. Coronas imperator accepit, ne suorum obsequium asper-nari videretur : unico tamen duntaxat equo triun-phavit ; currum spoliis ornavit oneravitque regum illorum quos bello devicisset, Virginisque Deiparae simulaçrum superimposuit : currum equo vectus, ut diximus, anteivit, triumphandique gloriam vi-ctrici Mariæ Virgini nostræque cœlesti Bellonæ beneficii memor gratusque concessit.

Diem clausit extremum anno salutis 975.

§ V.—*De Isaacio Angelo imperatore.*

Isaacius Angelus, Orientis imperator, Dei Ge-nitricem tanta veneratione coluit, ut ad ejus imagines animo pene linqueretur, ideoque plurimas auro et geminis ornatas in iis fanis adorandi causa dedicavit, ubi frequentissimus erat piorum hominum concursus.

Cum a Brana tyranno exagitaretur, Dei Genitricis imaginem ex Hodegio monasterio transtulit in moenia urbis, ubi bellum et aggressus hostium timebatur ; atque ita D. Virginis ope ab immi-nenti exitio liberatur, et victoriam consequitur. In gravi quandam periculo constitutus, Dei Genitricis imaginem ex sinu prolatam cerebro ample-

ctens, partim supplex orabat, ut imminens periculum effugere licet.

Vita sanctus est anno 1194.

§ VI. — *De Justiniano, imperatore.*

Justinianus I, imperator, quem sanctus Gregorius Papa piae memoriae imperatorem appellavit, quemque Romana synodus sub Agathone Pontifice praे omnibus æmulatorum vera et apostolicae fidei prædicavit, in Maria colenda tam sedulus fuit ut maxima et venustissima ei domicilia fabricarit.

Anno enim sui imperii tertio (ut inquit Procopius) apud Absagos populos, habitantes ad montem Caucasum, templum Deiparae erexit, sacerdotesque illie constituit, a quibus populi illi Christianam religionem addiscerent. Anno item sui imperii quarto templum Hierosolymis eidem Dei Genitri locavit, cui nullum plane aliud æquiparari potest, magnarumque pecuniarum reditu honoravit. Sed ut idem tradit Procopius, alind ipsimet Dei Genitrici semper Virgini Mariæ in Hiericho ædificavit templum; insuperque in Sinai monte, in quo degabant monachi vita sanctissimi, ad radicem ejus nobilem erexit ecclesiam Deiparae itidem Mariæ nomine nuncupatam. Scribunt etiam non pauci magnum Deiparae templum a Justiniano in Pega esse conditum: multasque præterea Carthagine, postquam singulari Dei beneficio et Deiparae opitulatio-ne Africa potitus est, ab eodem in landem ejusdem secunde Virginis immeusi operis basilicas appara-tas. In primis autem grati animi signum illud rependit (inquit de Justiniano loquens in suis *Annales Baronius*) cum ob gratiarum actionem, veluti triumphales quosdam fornices, et eius ful-tus præsidio et intercessione ad Deum vicerat, ipsi Dei Genitrici semperque Virgini Mariæ Carthaginem nobiles ædificavit ecclesias. Quodammodo enim visi sunt mutuis officiis atque etiam beneficiis cer-tasse Dei Genitrix atque Justinianus. Cum enim hic adversus improbos Nestorianos ejus defendisset summum omnium titulum dignitatis, quo vere Dei Mater appellaretur; ab ipsa datum est ei ut impe-rio potiretur; et cum ipse complures erexisset ecclesias, ab ea repensum est ut quam facile uni-versam Africam subjungaret; qui rursum ob accepta a Deo tam ingentia munera pluribus ipsam basilicis honoravit, quas Carthagine exstrundendas curavit. Hæc Baronius. Varias tulit contra hære-ticos leges, præsertim contra impios Nestorianos, asserentes beatam Virginem non Dei, sed hominis tantum Matrem, neconon mente captos Eutychianos, veram ex sacra Virgine et Deipara Maria incarnationem, hoc est, nostram salutem pernegas; et quamdiu sanus esse voluit, pietatis sue fructum tulit uberrimum, victorque sæpius contra nationes barbaras evasit.

Troparium seu Cantilena in landem Christi ejusque sanctissimæ Matris composuit Justinianus, eamque ecclesie inter psallendum usurpandam tradidit, in hæc verba: Unigenitus Filius et Ver-

bum Dei, qui cum immortalis essem, dignatus es propter salutem nostram incarnari ex sancta Dei Genitrici et semper Virgine Maria, et immutabili ratione homo factus, et crucifixus, Christe Deus, morte mortem proculeasti, et qui unus es sancte Trinitatis, et glorificaris cum Patre et Spiritu, salva nos.

Sunum quoque piuum in Deiparam animum his ver-bis in codice scriptis orbi prodidit: « Hoc etiam deprecantes exoramus sanctæ et gloriose semper Virginis et Dei Genitricis Mariae precibus, ut quidquid minus est reipublicæ nostræ per nos ultimes servos, restitut in suo nomine Deus, et di-gnos nos faciat servitum ejus adimplere. » Sic ille de divini auxili imploratione locutus, precibus B. Virginis, quam solitus invocare esset, ejus quo-que opitulatione plura a Deo beneficia consequi me-ruit.

Hic idem imperator Justinianus, anno salutis 544, Festum Purificationis Deiparae Virg. Mariae die 2 Februarii instituisse perhibetur a multis, occasione pestis que plurimos quotidie alienabat Constantinopoli. Nam cum plaga invaleaseret, nec ullum remedium posset reperiri, revelationem est cuidam sancto viro ut iv Nonas Februarii; Purifi-catio beatae Virginis Mariæ celebraretur, et sic lues omnis cessaret, ut reipsa contigit. Ita Sigibertus in Chronico ad annum Domini 542. Paulus Diaconus Aquileiensis lib. xvi *Historia Romanorum Miscellæ;* Durandus in *Rationali divin. Officio-rum*, lib. vii, cap. 7; Nicophorus Callistus, lib. xvii *Hist. eccles.*, cap. 28; aliqui permulti. Sed cum evidentissimis argumentis evincatur festum Purificationis vetustius esse quam ut Justinianum Cesarem possit habere auctorem, dicendum est non alia ratione festum hujusmodi a Justiniano insti-tutum, nisi quia cum ante ipsum his et illis locis celehraretur, re cum episcopis communicata, præ-ceperit ipse ut solemni festo per totum Romanum imperium ab omni populo, in quo adhuc multi gentiles erant, feriaretur, abstinentio ab operibus servilibus. Vide si placet Canisium lib. v *De Dei-para*, cap. 24; et Colvenerium in Ka'end. Ma-riano die 2 Febr., ut alias, brevitati consulens, omissam.

Idem Justinianus imperator, ab iis quibus officia largiebatur, juramentum per sanctissimum Mariæ nomen exigebat. Testor (versio est Holoandri) ego jurejurando omnipotentem Deum, et unigeni-tum Filium ejus Dominum nostrum Jesum Chri-stum, et sanctum Spiritum, neconon sanctam et gloriosem Dei Genitricem et perpetuam Virginem Mariam, quod sacratissimis et pientissimis dominis nostris Justiniano, et Theodore conjugi, occasione concessi mihi ab illorum pietate officii, puram conscientiam et genuinum præstiturns sum servi-tum.

De hoc eodem imperatore Justiniano tradunt hi-storyci, cum mensam illam Hierosolymis accepisset,

super qua Christus Dominus in monte Sion cum discipulis supremam cœnam celebrarat, auro, argento ac gemmis eamdem magnificientia regia liberaliter exornasse, atque in templo S. Sophiæ servandam posuisse, expressis in medio ejus sanctissimis nominibus Jesu et Mariæ. Nihil siquidem religiosissimus princeps noverat dignius, quod in sacram mensam magis deceret quam par illud sanctissimorum nominum Jesu et Mariæ. Hanc etiam (ut in suo *Historiarum Compendio*, p. 517, refert Georgius Cedrenus) in orbem ejusdem mensæ posuit inscriptionem :

Tua de tuis offerimus servi tui, Christe, Justinianus et Theodora; ea tu propitiis accipe, Fili Dei, Verbum, qui nostri causa carnem assumpsisti, et cruci affixus fuisti, ac nos in recta tui fide conserva, et quam nobis commisisti rempublicam, eam ad tuam gloriam ange et tuere, intercedente sancta Deipara Virgine Maria.

Mortalitatis vinculis solutus est anno salutis 566, imperii 58.

§ VII. — *De Justino II imperatore.*

Justinus Iunior, Justiniani filius, Romanorum imperator hujus nominis II, vir pietatis studiosissimus, in edicto quod de fide Christiana et concordia ejusdem ad Christianos ditionis sue misit, præclarum beatæ Virgini testimonium dedit in hac verba : « Confitemur ipsum unigenitum Filium Dei, Deum Verbum ante sæcula quidem et absque tempore ex Patre genitum non factum, in extremis autem diebus propter nos et propter nostram salutem descendisse de cœlis, et incarnatum ex

Spiritu sancto, Domina nostra sancta gloria Dei Genitrix, et semper virginis Maria, et ex ipsa natum esse. » Sic ille.

Idem cum vastari a Persis andiret imperium, ad conciliandum sibi Dei numen, divæ præpotentis Domini nostri veræ naturalique Parenti templum apposuit admirandum, et synagogam quæ erat Constantinopol, Judæis erectam, ac rite expiatam Dei nostri sanctissimæ Genitricis esse fecit ecclesiam. Cumque ad meriendum vicinus mente desiparet, ac prorsus deliraret, resque imperii in summum essent adductæ discrimen, misericordiæ Mater judicii ac sensus integritatem sanitatemque restituit. Ergo Tiberium II religione ac virtute præstantem maximo cum recipublicæ bono imperii successorem nominavit, et cum eo paterne locutus, quid faceret, quid contra fuderet, sapienter salutariterque præcepit. Et cum Justinus hic, principio bonus, sese contaminasset in fine, pecuniarumque avidissimus multos bonis et fortunis eversos perdidisset; vetuit ne se avaritia saevitiaque pravis adulatorum consiliis adductus, sequeretur. Illud etiam Tiberium his verbis admonuit : Ne sis superbus, et non peccabis. Lieuit auxiliante quoque Deipara peccata confiteri et quidquid deliquisset audienti aperire presbytero. Ita unius fabrica templi catholico et se quamvis sero corrigenti Justinus felicissima fuit.

Vitæ diem clausit extrellum anno vivificati generis humani 582, cum imperasset 16 annis et mensibus 9.

CAPUT VIII.

§ I. — *De Leone imperatore.*

Leo hujus nominis I, Orientis imperator, cognomento Magnus, vir tenerrimæ atque ardentissimæ in Deiparam Virginem charitatem, templum eidem Deiparæ (inquit Nicephorus) in loco, qui Fontis nomen habet, erexit, ubi densæ et ingentes cypressi, pratum etiam teneris refertum floribus, quasi quidam paradisus amoenus et pulcher, fons insuper pellucida et potabili aqua tacite scatens, et ut semel dicam, quæcunque sacrum templum decerent, omnia erant. Abest ab urbe (scilicet Constantiopolitana) regio hæc stadio uno; dotes quæ terra habere potest, omnes obtinet, antiquitus Matris Dei conserata. Optimum ibi est cœlum, locus ipse variis consitus arboribus, platanorum preventu plurimo, et cypressorum proceritate perquam amoenus fuit, herbam protulit mollem et copiosam, diversi generis flosculos prætentem, toris commodam, nec minus pasenis utilem. Fons ubertim et pellucide profluens cum loco ipsi gratiam ingentem et amoenitatem præbuit, tum pulchrum eum et copiosum reddidit. Divina præterea gratia aquæ ipsi indita ad miraculorum edendorum proventum efficacem eam præstítit. Intercess-

sit tempus longum, et cœnum paulatim undæ agustum fontem obruit, initiumque quo unda profluere obstruxit. Etiam densitas aditu ad fontem obstrueto, cum diurnitas insuper temporis accessisset, oblivione locum obduxit; ita ut limus uliginosus esset, et humore tantum tenui dignosceretur. Verum enimvero Leo iste, cum nondum divino nutu imperiali dignitate exornatus, privatus degret, et circa eum locum alicubi deambularet, in hominem cœnum tota via errantem incidit, et vicem ejus miseratus (erat enim vir bonus, misericors et in rebus omnibus consideratus et providus) manu eum duxit, oculi ei vicem præstans, gressumque ejus per loca plana dirigens, si quid in itinere spinarum aut duri esset, quod incedentem offendere posset, removit. Atque ille quidem hunc ducebat, hic autem sequebatur, et jam itinere aliquanto confecto prope cœnosum hunc locum venerant, cæcusque ille siti plurimum confiebatur, et quin concideret parum aberat, ita humor omnis in eo, æstu vehementissimo exaruerat.

Itaque Leoni valde instituit, ab eoque crebrius contendit ut siti ejus mederetur, et viæ laborem

in umbra quapiam aliquantulum recrearet. Erat hoe inenarrabilis cognitionis et sapientiae Dei, quæ mirifice omnia instituit. Ille igitur misericordia erga pauperem motus densam silvam omnem perlustravit, et si quis aquæ humor ibi scateret serutatus est. Ut vero post fatigationem multam, infecta re, ad illum rediit, et anxie admodum queritaretur quod misero illi in tali casu nihil solatii conferre posset, vocem incredibilem præter opinionem ex alto ad se delatam audiit, quæ dicebat: Non ita anxietate te macerari oportet, Leo; ecce aqua prope est. Proinde nova haec voce consternatus, denuo undam inquirere institit, sed et ipse cæcus prorsus fuit: eirenum enim eam versabatur, minime tamen eam videbat, quod et silvae densæ opacitas ei obstaret, et cœnum profundius illum inde remeveret. Quapropter partim indignans, quod quem manu duxerat cæcus ærumnam eam pateretur, partim vocem eam in animo fixam considerans, et aquam rursus investigans, denuo eam ipsam exaudiit suave quiddam et facetum cœlitus sonante vocem: nam et de nomine eum compellavit, et imperiale dignitatem primo quoque ei temporé adventuram certo denuntiavit, ita inquiens: Leo imperator, densum hunc et umbrosum locum ingressus, turbidam aquam hauri, eaque sitim hominis ægri refice, et hunc cœnosum manibus cape, quo cæci oculos inungas. Quæ vero sum, dudum hunc obtinens locum, eoque me oblectans, mox scies. Tu fac ut ædem hic mihi sacram construas, in qua identidem verser et suaviter deambulem, in qua etiam precantibus omnibus, loemque hunc cum ardore et fide certa adeuntibus optata præstem omnia. Neque quidquam est prorsus quod nihil aduersetur, et non continuo potestati mæcæ cessurum sit, etiam si dæmon sit, aut morbus, qui omnem superet medicinæ curam, aut aliud quidquam, quod factura non sim, dummodo rite pieque sit petitum.

Verbis ejus Leo parens, cœnum et undam ad cæcum parum id jam curantem, ut in quo spiritus prope extinctus esset, attulit, et oculos ejus luto, non secus ac Servator illius a nativitate cæci, linivit; deinde etiam aquam præbuit oculos attractanti. Ecce autem majestas et magnificentia tua, o Dei Genitrix, se exhibet, et misero illi aqua turbida et lutum Siloe fit; confessim enim visum recipit, et diurnas abjecte tenebras, oculis præter spem omnem solem, sed potius cœnum et lutum inspiciens; sicut namque sol primum, qui visui lucem primus dat, ab eo conspicitur, sic tum lutum quod lumen illi subministrarat primum ab eo est conspectum: qua in re illud etiam admirandum fuit, nam quod oculis valentibus maxime adversatur, id tum, natura et vi sua deposita, salutare est factum. Leo postea pro eo, atque Dei Genitrix prædixerat, ad imperiale sublatum fastigium, statim pro tanto illius in se beneficio ei gratiam rependit, et loco eo repurgato, et fontis vena altissime investigata

et restituta, quidquid erat cœni et terræ aggestæ ejicieendum euravit, et fonte ipso circuimque structura solida probœ munito, delubrum Dei Matris construxit, et edificium ipsum supra fontem statuit, atque id Fontem nominavit. Opus si videoas insigne præstantius certe quam ut verbis explicari queat. Hæc Nicéphorus. Huic splendore proximum accessit templum quod in honorem ejusdem sanctissimæ Virginis ab eodem Leone excitatum est in Blachernis, ut in ipso ipsius saeras exuvias collocaret, vestem nimirum Hierosolymis tunc allatam, quam innumera miracula decorarunt. Hanc porro vestem (præfatus inquit Nicéphorus) Mæter Dei ad Fitim migrans, mulieri Hebraæ cælibi seu viduæ reliquit, quæ etiam usque ad illud ipsum tempus incorrupta permanxit, et multa miracula edidit. Postquam autem Candidus et Galbius, germani fratres, patricia dignitate prædicti Hierosolymam profecti omnia ibi loca perlustrarunt, et exosculati sunt, atque inde etiam in Galilææ partes venerunt, et thesaurum hunc apud Judæam quandam asservatum repererunt, consilium ejus auferendi ceperunt, et Hierosolymorum urbe peragrata, et sancto quoque loco salutato, ex Palæstina discessuri, arcam eadem longitudine et latitudine, qua illa erat, in qua divina Dei Matris vestis reposita erat, fieri curarunt, eamque vacuam solito ornamento coopertam per fraudem in loco suo deposuerunt, alteram autem illam eum sacrosaneta ueste repperunt, et eum ea quam ecclerrime Constantinopolim recurrerunt, in suburbana regione, cui Blacherne nomen erat, oculare divinum thesaurum volentes. Quandoquidem vero rem tentare, quæ fieri nequiret, visi sunt ingratiss, etiam ad imperatorem retulere, atque ille incredibili elatus voluntate, rotundo in eo loco, ubi asservabatur, constructo templo, cum magna veneratione sacram arcam in eo collocavit, ubi nunc quoque veneranda illa uestis integra servatur, veluti invictum, perpetuum urbis præsidium, quæ varios repellit mōbos, et miraculis, quæ in ea fiunt, naturam et vim temporis superat.

Pulcheria quidem celebris imperatrix ingens sub Marciano Dei Matri condidit templum, ubi sepulcrales fascias reposuit: Leo autem Magnus aliud construxit, in quo magnifice uestem illam consecravit. Hactenus ille.

Diximus supra cap. 4, cum de Arcadii imperatore erga augustissimam Deiparentem pietate disserreremus, venerandam sanctissimæ Dei Matris zonam Hierosolymis Constantinopolim delatam ab eodem Arcadio imperatore in splendido scrinio, quod sanctam appellavit Arculam, fuisse collocatam: Leo autem, de quo nunc agimus, imperator post annos decem supra quadringentos, sanctam hanc hierothecam, propter conjugem suam Zoen (quæ divinitus didicerat futurum, ut si sacra zona sibi applicaretur, sanitatem recuperaret) ab impuro dæmonc vehementer agitatam, aperuit: repertum-

que sacrum cingulum, perinde ac si modo confectum esset, radiabat, signatum aurea bulla adjuncta codicillo, qui singillatum annum, indictionem et diem exprimebat quo sanctum hoc cingulum Constantinopolim erat deportatum, manibusque ipsius imperatoris in Lipsanothecea obsignatum, quod Leo imperator exosculatus, per patriarcham præsidentis manus super imperatricem exten dit, sanitatemque restituit.

Meliori vita potius est Leo anno salutis per Christum reparatae 474, mense Januario.

§ II.— *De Leone VI imperatore.*

Leo, hujus nominis VI, Orientis imperator, Basili imperatoris filius, cui ob rerum divinarum humanarumque scientiam Philosophi seu Sapientis cognovit, hand temere tributum est: ut Mariam pietatem, sollicite a se cultam, longe lateque toto orbe proveheret, scripsit Graece de Conceptione, Nativitate, Præsentatione, Annuntiatione, Partu, Purificatione et Assumptione sanctissimæ Virginis orationes disertissimas, doctissimas pientissimasque, quibus se ejusdem sanctissimæ Virginis amatorum fervidum, oratoremque exercitium luculentissime declaravit. Quis enim facile explicare queat verbis qualia in iis ac quanta angelorum Regnum præconia laudum reddat? « Ave, inquit, Arca, in qua Dominus, cum segmentum mannum suarum per te a lapsu reparasset, requiescens in sanam surrexit requie. Ave, Mons pinguis, cuius pinguedinem videns naturæ Cultor et Sator, ex te omnium bonorum abundantiam nobis produxit. Ave, elegan tissimum Scripturæ divini Verbi Volumen, cuius beneficio cum gravissimo servitutis jugo prememur, libertas nunquam auferenda nobis est comparata. Ave, Virga, ex qua cum tanquam vitalis flos effloruisset, mox maledictio interitus effectrix interiit. Ave, Forceps, quæ carbonem tolerari nesciun complexa es, quo a peccati sordibus, cum labia attingit, expurgatur. Ave, Mensa, quæ panem illum novo et naturæ inaudito modo consecutum gestas, quo sustentati qui ob cultum et satum spinarum fame peribamus, ex tanto discrimine evasimus. Ave, Porta, quæ soli Regi ad salutem nostram procurandam ingressuro præparata es et destinata, claustris venerandæ virginitatis tuæ immotis. Ave, Palatium, ex quo humili habitu progressus Rex erectam contra nos mortis potentiam sustulit, durissimamque ipsius et molestissimam tyrannidem in quietem commutavit. Ave, quæ tanquam liliu in medio confusissimi et perturbatissimi passionum humanæ naturæ campi effloruisti, et propter hoc Rex, ex sua celsitudine, sine ejusdem detimento descendens cum terrigenis habitavit, constructa sibi ex suaveolentia sua domo. Ave, quæ cœlestem margaritam nobis reclusisti, quæ ab avita egestate nostra liberati sumus. Ave, per quam ad melioris mundi reparationem, humano genere undis obruto, semen salutis conservatum est. Ave, Virga, quæ assumpta secundus Moyses, vel potius antiquo illo

antiquior, et Dominus submergit persecutores, servat vero eos, quos labor lutu et laterum attriverat. Ave, Paradise, cujus fructum edentes insitam nobis et interitus effectricem rubiginem abjecimus, et ad floridam seniique expertem formam traducti sumus. Salve, Rube, per quem cœleste mysterium est manifestatum, quia cum divinitatis ille ignis, qui sustineri et comprimi nequit, humanam materiam comprehendisset, luminis quidem communio nem immittit, at neque comburit, et assumit natu ram divinitatis flamma circumdata. Salve, Lucerna, ex qua Splendor Patris elucescens, cum mundum genitor in templum dedicasset, enidem suæ cognitionis lumine collustravit. Salve, Vortex, ex quo torrens vitae exortus, eos qui jamjam siti rerum ad saltem pertinentium morituri erant, non solum vitali potu in vitam restituit, sed et omnes sordes quas ex via inter passiones contraxerant, abluit. Salve, Nubes, ex qua Institiæ sol existens infidelitatis caliginem in omnes terræ fines diffusam disjectit, sublato divinæ cognitionis lumine iis quibus oculi ad divinum lumen hauriendum non cœciuntur. Hanc appellabat Cœlum cœlo honoratus, Causam communis instauratiōnis, fœderis et sanctimoniae Arcam, honestissimum Thalamum, divinissimum Thronum, omnis virginitatis Imaginem, peccatorum Resugium et Præsidium, Candelabrum perpetuo lumine collistratum, Tegumentum, Persugium et Anchoram, quæ totum mundum continet et servat, divinum glorie Dei Templum, Sponsam regis aeterni, Tabulas nostræ libertatis, Manifestationem magni mysterii, Oeconomiam Dei ad homines attemporationis, Matrem Patris omnium, Correctionem errati Evæ, Hilaritatem ineffabilem, Halitaculum gloriæ, Virginem aeternam, Gaudium commune generis nostri, Propitiatorium sacratissimum, Locum implentis omnia, Domum sedentis super Cherubim, Radicem Dei progerminatricem, Lætitiam humani generis, Originem Iuceri, Gloriationem salutis nostraræ, et facilius arbitrabatur cœli sidera oratione complecti, quam Virginea gloriæ magnitudinem metiri.

Aiebat Deiparam de terris ad celos transvectam, scalam factam esse mortalibus, qua ad celos scandant, ipsamque quamvis a nobis in Assumptione discesserit, beneficentiam suam non absutuisse, sed ab alto patrocini sui alis nos sovere.

Aiebat ibi malis manendi nullam relinqui facultatem, ubi Maria præsens est; neque tristia et adversa loci aliquid reperire, ubi ejus splendor effulget; nihil commodum reperiri quod Maria volente non suppetat; nullas esse adversariorum vires, quæ eadem opitulante non propulsentur.

Aiebat angelorum choris dulce esse Marianas laudes concinere, potiusque angelos nihil habere quam Regis Matrem benedicere, eidemque inseruire, gnos ministerium ipsi præstitum ad Filii honorem redundare. Vice munerum et oblationum, quas Mariæ ex animo offerebat, ab ipsa

postulabat, non vitæ longitudinem (non enim adeo eam amabat, neque insatiabili desiderio hujus amaræ navigationis, et quam conjunctam habet agitationis tenebatur), sed si ita decretum, ut ex hac vita subduceretur, largiretur, ut peccatorum pondere levaretur: quod si diutins in carne manendum esset, concederet ut fructuose gregem pasceret, simulque secum pasceret, duceret et educeret, ne in illo operum omnium acerrato examine propter subditos damnationis sententia adversus se ferretur. Nihil suum, sed linguam, orationem et regnum, et si quod aliud, id omne heate Virginis curæ et benevolentiae munus ducebat. Et ut servaretur insidiis rapacium ferarum superior, nutririaturque in vivis pascuis pietatis, et cum opus esset hinc migrare, in salutaribus atriis quietem nancisceretur, ubi timor nullus, nullæ turbæ aut sollicitudo insidiarum, sed plena requies, et tranquillitas et exsultatio, eamdem beatam Virginem intensissime deprecabatur. Leonis certe hujus orationes ipsas integras, in quibus iste suæ erga augustissimam Virginem ardentissimæ pietatis vestigia hand leviter impressa reliquit, neconon fragmenta Mariana, ex ipsius operibus collecta, in quibus idem singularem suam erga magnam Dei Matrem religiosissimi animi propensionem satis luculente demonstravit, hoc loco asserre nullo pacto omittit, nisi in ipsius Leonis *Mariali* quod sub auspiciis pietatis et justitiae gloriosissimi principis Ferdinandi III, Austriaci, Romanorum imperatoris semper Augusti, anno 1651, typis Manelphi Romæ edidi, ea jam omnia, etiam additis notis, in Marianorum cultorum gratiam utilitatemque produxissem.

Porro Cæsarum pientissimus et litteratissimus Leo ex laborioso mortalique imperio ad tranquillum regnum immortalemque triumphum feliciter emigravit, circa annum salutiferæ redemptiois 911, die 11 Junii, sive, ut alibi legitur, Maii.

§ III. — *De Lothario II imperatore.*

Lotharius hujus nominis II, Occidentis imperator, inter alia pietatis suæ erga Deiparam argumenta, donationem decimæ quam Henricus IV, Romanorum imperator, dederat ecclesie cathedrali S. Mariae Antuerpiensi ratam habuit. Obiit anno Domini 1158, 19 sui imperii anno.

§ IV.—*De Lothario III imperatore.*

Lotharius hujus nominis III, Romanorum imperator Augustus, inter alia pietatis suæ erga Deiparam Virginem documenta, monasterii Heremii Deipare Virginis in Helvetia non solum privilegia antiqua confirmavit, sed etiam ejusdem monasterii advocatis leges, quibus tenerentur, instituit magno rei publicæ privatæque bono. Repentino morbo extinctus est anno salutis 1157, pridie Kalend. Octobris, justitia, pietate, fortitudineq; nulli veterum secundus.

§ V.—*De Ludovico I imperatore.*

Ludovicus, cognomento Pius, hujus nominis I,

Occidentis imperator, Caroli Magni filius, sed multo etiam magis paternæ pietatis hæres, venerandam Dei Genitricis imaginem tanti fecit, ut eam ad pectus, quoenam iret, religiosissime circumferret, in venationibus ad arborem collocazi jnberet, ut eam e regione positam inter venandum crebro videret, a tergo relietam subinde respectaret, ad eamdem preceaturus saepè recurreret. «Omni in loco, omnique in via (inquit de eo loquens in sua *Maria Augusta Ferreolus Locrinus*) iugi imaginis Marie consortio nunquam separatur, adeo ut per horrida silvarum, per aspera montium, per lubrica vallium et plana camporum animi gratia feram viantem insequens, sisteret subinde ferrum, et genibus humi reclivibus coram imagine sacra pronus, se in vota precesque conjiceret. » Idem divina monitus visione, ad arboris truncum novi templi fundamenta jecit, opusque illud sanctissimæ Virginis nuncupavit. Accidit enim ut in venatione, orare cupiens, beatæ Virginis imaginem, quam ejus sacellanus deferre consueverat, arbori jnsserit affigi, sed absoluta oratione, eorum subito conseedit. Sacellanus immemor icuncule quoad postridic iterum regi proponenda fuit, reddit citius ad locum in quo reliquerat, resigere conatur, nec valet. Cujus miraculi certior factus Ludovicus, et in somnis a Deo monitus ut eodem loco templum Deipare construeret, paruit, et Hildesheim est vocatum. Hic idem Ludovicus, qui Pii cognomen est assecutus, in Wormatiensi suburbio monasterium condidit, et Deipare Virginis, quam incredibiliter adamabat, sinceris affectibus oblatum Matræ Matris cœnobium appellavit. Idem Tornacensem beatæ Virginis ecclesiam liberaliter dotavit. In viuis esse desiit anno Domini 841, imperii 27.

De quo quidam dicunt, ope et auxilio beatæ Virginis rediisse ad regnum et imperium, cum a propriis filiis in monasterium detrusus fuisset.

§ VI. — *De Ludovico III imperatore.*

Ludovicus, Romanorum imperator, hujus nominis III, Arnulphi imperatoris filius, paternæ pietatis æmulus, inter alia pietatis suæ erga augustissimam Dei Genitricem monumenta, circa annum Domini 901, quo imperabat, Oetinganæ Deipare Virginis sacello ac monasterio insigne prædium donavit, atque in diplomate Oetinganam ædem locum sacrosanctum appellavit. Nec alia de eo haec tenus innotuerunt.

§ VII. — *De Ludovico IV imperatore.*

Ludovicus, hujus nominis IV, Occidentis imperator, ex ducibus Bavariæ, Marie Virgini Deipare usque a deo deditus fuisse traditur, ut ejus palchram, quæ adhuc exstat, effigiem ex Italia in Bavariam suis ipse manibus deportarit, et in monasterio Etalensi, quod in Assumptæ Virginis laudem mediis in silvis forma rotunda construxit ac pro Benedictinis dotavit, ut maximum amoris et pietatis suæ monumentum pie ac religiose collocarit. Saerae autem hujus imaginis historiam neconon prefati celebris

Etalensis monasterii fundationem his verbis orbi prodidit Wolfgangus Herman Ottingensis : « Anno a Nativitate D. N. Jesu Christi 1514, defuncto Henrico VII hujus nominis imperatore, principes electores sacri R. imperii Frankfordie unanimi voto Ludovicum IV, comitem Palatium Rheni, utriusque Bavariae ducem in regem Romanorum elegerunt. Inde die sacra Epiphaniæ Domini anni 1515 regia corona insignitus, et adstatim in imperatorem electus fuit. Subsequenter vero anno regiminis 15, magno procerum suorum comitatu, pro imperiali diadema nanciscendo Romanum profectus, sed a Friderico, archiduce Austriae, impeditus, ab Joanne XIII hujus nominis Romanorum Pontifice, illud consecutari nequivit. Unde dictus imperator Ludovicus magna complexus perturbatione, considerans auxius et sollicitus quoniam pacto optatum diadema assequi, et ad patriam cum gloria remeare posset, tandem orationi intendens quasque devotissimas ad beatam Virginem Mariam preces fudit, ut a piissimo suo Filio Domino et Redemptore nostro gratiam sibi impeararet. Completa itaque oratione per imperatorem, apparuit sihi clavis Januus venerandæ senectutis monachus nigro habitu, confortans eum, cuius et si monitis obtemperaret, a sua tristitia liberaretur. A cuius quidem imperator non parum turbabatur aspectu, tristique sub pectore voluntans illius dicta sibi, tandem respirans imperator ait illi : Si modo quæ petis justa sunt vota, et Deo ejusque castissimæ Genitrici non repugnamia, paritum tibi polliceor. Rogans itaque imperator quidnam hoc esset, in quo sibi gratificare posset, dixit ei monachus : Quod peto nec Deo nec ejus gloriose Genitrici adversabitur, imo beneplacitum erit eis; subjungens : Tu postquam reversus fueris in regionem tuam, in honorem Assumptionis beatæ Marie Virginis monasterium ædificabis, illudque religiosis Fratribus de ordine Benedictino plantabis : locus vero illius in tua regionis finibus erit, Amsprang appellatus. Quæ itaque verba imperator exakte observabat et annotabat. Post hæc itaque dixit iterum monachus : Crastina die veniet tibi vassallus quidam locuples a te infestari petens, et quodquod petieris et pluris dabit tibi, quo fieri ut imperiale diadema consequi, et ad patriam feliciter redire, ac monasterium tibi revelatum ædificare poteris. Quibus itaque collatis hinc inde monachus se imperatori manifestavit et declaravit quia sit angelus a Deo missus, utque roga persiceret hortabatur. Quod se quidem imperator summo studio facturum promittebat. Hinc monachus quandam B. Mariæ Virginis imaginem albi coloris ex manica sua corripuit, et in signum præmissorum imperatori illam tradidit. Imperator itaque non sine multa admiratione et desiderio imaginem accepit, quam saepè ac sèpius intuebatur et amplectebatur, convocans præterea omnes saos aulicos, referens eis omnia et singula gesta

hinc inde, et ostendens eis imaginem traditam : quibus postmodum sic Romæ divulgatis imperator (ut quamvis Romanus Pontifex sibi diversari videretur) a Romanis tamen utriusque status magno honore susceptus et prosecutus fuit. Conduxerunt itaque eum ceteratim non sine magna solemnitate et processione in Lateranensem ecclesiam, in qua imperator cum uxore sua Margaretha, Flandriæ marchionissa, 17 mensis Januarii anno Christi 1528 a cardinali Stephano de Columna imperiale diadema suscepit. Quibus peractis supervenerunt principes Italiæ, qui de tendis se investiri petierunt, et magna pretia et munera imperatori obtulerunt. Anno itaque post D. N. Nativitatem 1529, imperator reversus est in Germaniam, et dum apopinquaret provinciæ suæ, venit ad forum Barsten Kerch appellatum, et ibi de loco Amsprang diligenter inquirebat. Mox venator quidam magister Henricus Wend appellatus, in Ober-Ammergaw habitans, dictum sibi locum indicabat, et imperatorem eo deducebat, et illuc perventi locum desertum ac nemus densum et umbrosum videbant. Dum ergo sic in equitatu procederent, et ad abiectum magnam venirent, mox Cæsaris equus anterioribus pedibus ter ad terram prostrabatur, nec longius ire poterat. Quo facto imperator eo commotus auspicio, cogitans hunc esse locum monasterium ædificandi, ut ex revelatione monachi acceperat, et ab equo descendens abiectum illam succidere et radicibus exstirpare jussit. Sieque in eo opere corpus hominis mortui olim a latronibus interfici integrum et incorruptum reperierunt. Imperator inde nemus omnem desiccari mandavit, et circa eum locum pro venatoribus domum (ut eo commodius feras et animalia silvestria, quæ ibi circumiecta morabantur, arceri et propelli possent) exstrui præcepit; operariosque omnes privilegio immunitatis atque libertatis condonabat. Sic ergo cœptum est monasterium ædificari, et in suffodiendo fundamento plura mortuorum corpora inventa sunt, quoniam et enim locum plerumque latrones et prædones antea occupaverant. Cæsar itaque 28 mensis Aprilis, anno 1530, in monasterii fundamentum lapidem primum posuit, inde refectorii fundamenta jacta sunt, et inter fodendum octo mortuorum corpora reperta sunt. Exstructo postea muro septem cubitis, in terram corruit, ita quod fundamenta tum profundius poní necessarium fuit. Sieque fodiendo iterum inventa sunt corpora novem, quod non sine levi arguimento muri disruptio designavit. Consummatis itaque omnibus ædificiis monasterii, appellatum est ab imperatore monasterium Eetal, eo quod vallis deserta et inhabitabilis fuerat, deditque imaginem divæ Virginis supradictam in idem monasterium, utque deinceps monasterium beatæ Mariæ Virginis in Eetal nuncuparetur, et quod beatæ Virgo Maria a più omnibus in eo loco frequentaretur et veneraretur, indiditque imperator nomen imagini Fan-

datrix, eo quod instituto hujusmodi causam præbuisset. Cujusmodi autem materiae dicta imago sit, mortalium nemo periculum facere seu experiri potest, quia perspicuum est, et de quanto plus aspiratur, et de tanto placabilius cernitur. » Hactenus Wolfgangus. Cui præterea monasterio annulum aureum a tribus regibus Deiparae Filio oblatum Ludovicus obtulit, suumque Rosarium, quo in dies solitas preces Virgini recitabat, consignavit.

Hic idem Ludovicus ante imperium, in imperio, post abrogatum imperium (jurene, an injuste, disputerent alii) cum omnes propemodum in exitium ejus conspirarent, semper illud usurpavit (quianquam nomen Cæsaris depositus) :

Spes in Matre sitas Virgine Cæsar habet.

Ipsam respiciens tanquam mediis Palinurus in undis, ingeminabat: *Ad hanc Cynosuram. Unde in*

tabula depictus Ludovicus, dextera sigillum Deiparae diadematè coronatae gestans, etiamnum nobis occinit :

*Ni Virgo Cynosura foret, tu sero natanti
Porrigeres facilem, cæca patrona, manum.
Nunc nemo tibi vota facit; fortuna salusque
Nostræ Virgo Parens unica gentis erit.*

Quem affectum in vitæ sine potissimum deprompsit, quando omnium, præterquam pietatis immemor, post Deum clementiae Patrem, Deiparam ut misericordiæ Matrem invocavit. Hic vivere desuit anno salutiferæ redemptiōnis 1547, die 11 Octobris, Mo- uachii in æde Mariana, quam ipse exerat, et quæ nunc amplissima est totius Bavariae basileiarum, conditus, superimposito regi splendoris tumulo, quo serenissimus Maximilianus, elector Bavarus, deditissimum Mariau cultui imperatore honorare voluit.

CAPUT IX.

§ I. — *De Marciano imperatore.*

Marcianus, seu Martianus, Orientis imperator religiosissimus, in beatæ Virginis obsequia mire propensus, cum Pulcheria conjugè Augusta singula quæ corpus ejusdem beatæ Virginis attigerant, aut usui fuerant, monumenta unde quaque terrarum avidissime conquisivit, ut Constantinopolim translata, imperantis urbis custodia essent et præsidium. Quapropter cum a Juvenali, Hierosolymorum archiepiscopo, sanctissimæ Virginis tumulum seu loculum cum fasciis sepulralibus accepisset, in templo cui Blachernæ nomeu est, quod Verbi Matri incredibili pulchritudine, et onnis generis materia ornatum construxerat, proxime ad sacram divinamque mensam piis consecravit ac depositus manib[us]. Idem amore in beatam Virginem libera voluntate consensit ut Pulcheria conjux virginitatem, quam ab ineunte ætate sponderat, illibatam ad obitum usque conservaret. Ardore etiam in eamdem incitatus, adversus Eutychianos Deiparae Virginis hostes sanctionem edidit, quia illos pœnis omnibus subjicit, quæ superiorum imperatorum legibus adversus alios hæreticos constitutæ fuerant. Contra Eutychianos quoque aliasque hæreticos a sancto Leone I Pontifice expetiū concilium generale Chalcedonense, quod Chalcedone interventu 630 episcoporum habitum est. Hic enim Eutyches beatæ Virginis valde injurius erat, cum Christi carnem non de sacro Virginis corpore assumptam, sed de cœlo deductam fuisse deblateraret, mentireturque impudenter Christum non de sacro Virginis utero vere natum esse, sed per eundem Virginis uterum tanquam solis radios penetrasse, ut constat ex sancto Vigilio, episcopo Trideutino, qui contra eundem Eutychium scripsit.

Vita pie functus est Marcianus anno orbis per Christum salvati 457, imperii 6, die 26 Januarii.

§ II. — *De Matthæo Cantacuzeno imperatore.*

Matthæus Cantacuzenus, Constantinopolitanus imperator, in templo Deiparae Virginis in Blachernis a Philotheo patriarcha coronatus, ab ineunte ætate ad Deiparentis cultum apprime inclinavit : quæ itidem optimæ erga eum matris officiis funeta est ; quippe cor ejus ita ad tribulationes aptavit, ut eas non æquo modo animo, sed libenti emeteretur. Solitudinem ante omnes curas chariorem fecit ; maternoque sinu susceptum quiete vitæ adeo amore succedit, ut pluris diem quiete ductum, quam sæcula procelloso sæcularium æstu faceret. Tum sepius offici sui partes Deiparae liberatrici recensens, quod olim Themistocles, insonabat : Periisse, nisi periisse. Exinde internos sensus contestans, multum temporis cum ea absunebat, eique vigiliæ, lucubrationes ac monumenta sua dicabat. Eo quoque pertinuit cantorum Canticæ eruditissimo stylo enucleare, quo non minus suam erga illam pietatem, quam felicem facilemque in scribendo indolem ostendit. Quæ autem super ipsa cantorum Canticæ (versionem Græcam LXX Interpretum sicutus) de Maria Deipara Virginie religiosissime ac sapientissime explicavit, quia ex interpretatione doctissimi viri P. Vincentii Riccardi, clerici regularis, prodierunt Romæ ex typographia Stephani Paulini anno a virginiali partu 1624, hic referre supersedeo. In iis porro appellatur Deipara : Ager qui spicam vitæ germinavit ; Arca Dei vera ; Arx tutæ, undique munitione vallata atque præsidio munita, nullis omnino hostiis insidiis patens ; Aurora ad ejus splendorem peccati recesserunt tenebræ ; Beneplacitum Dei, in quo Deo et Patri complacuit nostri generis operari salutem ; Causa sacrae pacis et salutis totius orbis ; Collis thuris, Dei nimis immolati ; Columba Dei in oculis nil habens iniurias, sed omnia pura et decore composita ;

Conciliatrix pacis; Cumulus tritici vallatus liliis, id est, undique divinis munita dogmatibus doctrinæisque Christi qui carnem ex ipsa sumpsit; Currus unigeniti Verbi Dei; Delicium dignum, quod Deo et Patri sit cordi; Domicilium Dei electum; Domus Dei quam septem columnæ, videlicet Spiritus sancti dona firme undique constrictam erigunt; Electa Deo ante mundi constitutionem; Equa pacifici Regis Christi, super quam pacificus Rex Christus ascendit; Filia Salomonis et Aminadab; Flos, ex quo fructus natus est vitæ; Fons scaturiens aquam immortalitatis, ob virginitatem signatus; Genitrix Salvatoris; Gutta fideles omnes fragrantia replens; Hierusalem revera cœlestis, super quam propnacula Ecclesiæ opifex Christus adiieavit; Hortus conclusus qui Christum veluti vitæ pomum germinavit; Hospitium unigeniti Filii Dei; Lectus in quo requievit paciens Rex Christus; Lignum in medio spinarum, quæ sola in medio earum, quæ in tristitia sunt filiarum Adam, gaudium et lætitiam ex Dei nuntio est consecuta; Luna, in qua Sol justitiae posuit tabernaculum suum; communicans ei divinum suum atque inexplicabile lumen; Lux perfecta et præter modum exuberans, sicut est in suo corpore sol; Mater Verbi illibata; Mons Dei ex quo angularis ille lapis excisus est Christus; Murus in altitudinem usque cœli erectus, et ad ipsum plane cœli culmen se extendens; Officina divinæ dispensationis; Operatrix unica conceptionis Filii Dei; Pecus Dei signatum; Porta clausa, quam per Gabrielem vox unigeniti Filii Dei pulsavit; Puella Dei ex radice David genita; Puerpera Dei purissima; Ramus qui ex radice omni gratia resertus ascendit; Recubitus Christi; Regina omnium; Reseratrix paradisi; Sella non lignea sed carnea, in qua cœlorum Rex Jesus requievit; Signaculum cordis Dei; Soror unigeniti Filii Dei; Sponsa quæ a Deo generationem habuit, et tota Dei effecta est atque divina; Sion nostra nova; Tabernaculum Verbi; Templum Dei purissimum; Terra bona quæ vitæ spicam protulit; Turris nullis unquam exposita insidiis, atque ab omni prorsus subdola versuti illius fraude aliena; et ne plura congerendo tædio sim, Vehiculum Christi de peccato regnantis; Vinea vera, quæ botrum nobis protulit Christum; Virga solida quæ ex tribu Judæ germinavit, et Virgo illibata, pulchra, immaculata, veneranda, beata, inculpata, castissima, purissima, atque ex omni parte labis expersa. Clarebat Matthæus sanctissimæ Dei Genitricis lumentissimus encomiastes anno post natum de Virgine Salvatorem 4550.

§ III. — De Mauritio imperatore.

Mauritius, Romanorum imperator, Tiberii II successor, qui sub Gregorio Papa I imperabat anno Domini 590, inter alia pietatis suæ erga beatam Virginem specimina, edictum cœulgavit quo sacro-sanctæ Dei Genitricis Assumptionem 15 Augusti

mensis die celebrari præcepit, teste Nicephoro lib. xvii *Hist. eccles.*, cap. 28; Genebrardo in *Chronicis*, atque aliis. Asserit autem et recte Baronius in suis ad *Martyrologium Romanum* Notis sub die 15 Augusti, Assumptionis Deiparae Virginis solemnitatem ab Ecclesia antea institutam, a Mauritio imperatore solum in Oriente sanctione edita promulgatam.

Quod enim jamdudum Ecclesiæ decretis sanctum fuerat, nec bene ubique observatum, Mauritius lege civili edixit ut in toto Romano imperio (in quo adhuc multi erant infideles) omnes ab operibus servilibus abstinerent, ut in suo Kalendario Mariano die 15 Aug., num. 55, notat Colvenierius.

Idem Mauritius in memoriam Dei Genitricis, quam haud parum venerabatur, Litaniam instituit, laudesque illi decantari jussit, teste Canisio lib. v *De Deipara*, cap. 24.

Tradit etiam Nicæphorus lib. xviii *Hist. eccles.*, cap. 9, ubi agit de prodigiis quibusdam imperium Romanum Mauritio portentibus, quod in multam noctem rem divinam Mauritio faciente, atque incensum offerente in basilica sacri Dei Genitricis templi, quod a Justiniano apud Antiochenos nomen habet: velum quo sacrosancta mensa contegitur igne comprehenso exarsit, ita ut in stuporem et consternationem conjectus Mauritius, ad eam rem expavesceret. Gregorius autem urbis ejus hierarcha, qui ibi præsens astabat, divinum quoddam id esse, atque res novas et sublimes denuntiare dixit. Cum vero in Oriente aliquando Mauritius esset, Christus ei evidenter et manifesto apparuit, et ab eo ut contumelias sibi illatas vindicaret, petiit; quæ sane certa de imperio ejus divinatio fuit: a quo namque Christus vindictam, præterquam ab imperatore atque eo tantopere in illum pio exigendam efflagitaret? Cum vero vigesimum jam in imperio Mauritius princeps ageret annum, nonnulli ex plebe rebus novis sollicitati seditionem adversus eum moverunt, eumdemque saxis petentes conviciais insuper prosciderunt. Ibi tum ille ægre periculo vitato, in Dei Genitricis templum, quod Blachernas populus nominare consuevit, salvus confugit. Insuper idem imperator in eadem S. Mariæ Majoris de Urbe sibi consugiendum putavit, cum Isaacium exarcham vite suæ hostiliter insidiantium cerneret: quemadmodum Paulus Diaconus et Joannes Nauclerus, atque ex eis Canisius memoria prodiderunt.

Obit 17 sui imperii anno, Christi 602.

§ IV. — De Maximiliano I imperatore.

Maximilianus, Austriacus imperator, eo nomine I, virtutibus et animi magnitudine, itemque benignitate cum optimis comparandus, pietatem eximie ostendit habuitque in beatam Virginem, quod abunde testantur sacra ejus donaria, quæ hodieque in Marianâ Hallensi basilica cernuntur.

Calix in primis cum patena inauratus, cui in-

sculpta Austriae gentis insignia, superaddito pileo archiducali, ex quo liquet sub initia et adhuc archiducem dedisse. Ejusdem est D. Maximiliani statua argentea bipedalis, quæ mitram ducalem capite, crucem una manu, altera gladium gestat, et ab eo dependentes argenteas duas claves. Fama tenet (et clavium argumento astruas) Bruxellenses ante alias Belgii provincias tunc Maximiliano septemdecim provinciarum principi velut obedientiæ tesseram salutarem dependisse, qua simul in Deiparæ cultum accenderentur. Et quid ni ipsum Maximilianum testem Marianæ devotionis demus? Conspicitur etiam nunc genibus nixus in sacelli dextro latere tabulato paululum altiore loricatus et cætero cultu militari. Pone eum Albertus dux Saxonie geniculatur itidem armatus, qui bellis tunc Belgicis fidam fortisque operam Maximiliano præbuit, et filio ejus Philippo. Est et tertius velut per submissionem paulum ab illis remotior, genu pariter flexo, quem ex gentibus Meluniae esse apparet, ac fortasse Robertum Melunium illius ævi rebus consiliisque mistum. Sed et insuper ab eodem imperatore Maximiliano arbor est, sive frutex rosæ ex auro puro cum plusculis ramis floribusque, item bipedalis, quam saeratam a se Pontifex Maximiliano donum misit (solet namque Pontifex Dominica *Lætare*, sive iv in Quadragesima, rosam auream benedictione solemnii sacrare, eamque alicui principi de Ecclesia bene merito doare, unde et Dominica *in Rosa* dicitur), ipse porro Diuae Hallensi misit. An non velut omen, aut votum, ut sua ope vellel Belgicas ditiones sub novo imperio Austriae familiæ iterum revirescere et pace suaviter florere. Qui Maximilianus sæpe auxiliarem Deiparam sensit; palam enim in Atrebatiū urbe a Franciis avellenda, et suo principi restituenda, tenebatur occupatus, ejusque civium optimi, quod viribus non poterant, astu patrandum suscipiunt; sed trepidi et anxi ut inter plures nre emanaret, aut in eventu falleret, animos ad Deum et ad Diuam vertunt, voventque huic si aspiraret, nudis pedibus Hallensem ejus ædem invisiere, oblaturosque e ferro et cera tabulas, rei gestæ monumentum. Amplius egenis pecunie certam summam pro Virginis honore elargituros, et denique aqua et pane vitam toleraturos, donec vota ista persolvissent: factum et hoc, et illud est. Cives et urbs principi suo reddita (a quo haud dubie hanc pietatem didicerant) et vota nostræ Diuae maxima pietate fuerunt exhibita. Confraternitati Septem Dolorum beatæ Virginis Mariæ, a Philippo I, Hispaniæ rege, filio suo, institutæ proprium nomen libentissime inscripsit, atque in Marianæ pietate subditis omnibus, dum vixit, exemplo præluxit. Obiit anno 1519, 11 Januarii, cum imperasset 26 annis, et sanctissimæ Dei Genitrici frequentissime simul ac devotissime plurimum sese moriens commendavit, ut in illius oratione funebri inquit Jo. Faber.

§ V. — *De Maximiliano II imperatore.*

Maximilianus Junior imperator, Ferdinandi I Caesaris maximus natu filius, imperatorie plane humanitatis et clementiae princeps, inter alia pietatis suæ erga Deiparentem testimonia publicavit decretum de imagine sanctissimæ Virginis Mariæ in numismate Hungarico imprimenda, ut ab antiquo usitatum est in Hungaria. Ille dum anno 1555 in Hispaniam proficeretur, cum maxima sui spiritus consolatione sacratissimum templum S. Mariæ Gratiarum, quod quinque fere milliaribus a Mantuana urbe distat, invisit; atque in eo almæ Dei Matris imaginem, miraeulis et populorum concursu celeberrimam non semel veneratus est. Defunctus sæculo, Christo vixit, Idibus Octobris anno datæ salutis 1576, ætatis 49.

§ VI. — *De Michaelie Europolate, imperatore.*

Michael Europalates, Orientis imperator, a patriarcha Nicephoro imperatorio diadematè coronatus, inter piissimos atque orthodoxos Ecclesiae principes merito censendus, affectus sui erga Deiparam haud obscura ostendit indicia dum in Iconoclastarum ipsius imaginum hostium audacia compescenda laboravit. Quendam vero falsum eremitam, qui icona sanctissimæ Dei Genitricis deposituerat, lingua recisa multavit, ut ex Theophane tom. IX *Annal. eccles.* refert cardinalis Baronius.

Imperabat anno salutis nostræ 812.

§ VII. — *De Michaelie Palæologo, imperatore.*

Michael Palæologus, Orientis imperator, cum urbem Constantinopolitanam amissam beatæ Virginis ope recuperasset, coram imagine beatæ Virginis Mariæ a sancto Luca depicta primum gratias dixit, illamque religiose præferri voluit, ac deinde pedes ipse comitatus atque stipatus in urbem processit. Rem gestam describit Nicephorus Gregorius lib. iv *Hist. Romanæ*, his verbis: « Post dies complures imperator Constantinopolim intrat, non prius tamen quam sacrosanctæ Deiparæ, quasi viæ monstrartricis (Hodegetriam vocant), imago per portam quam Arream dicunt ingressa esset, ubi cum illi (id est Deiparæ) gratiae hymnis actæ frissent, tum demum pedes præcedente sacrosancta imagine est ingressus. » Sic ille. Quibus profecto gestis clare significavit se beatæ Virginis opera urbem recuperasse. Et quoniam in libro *Pentecostariorum Graecæ ms. monasterii Cryptæ Ferratae* exstat canon in S. Pascha, enjus Theotocia, ut initiales litteræ, Michael Anax, præferunt, sunt Michaelis imperatoris (quæ quidem Theotocia R. Pater D. Romanus Vassallus, Basiliani ordinis abbas et provincialis meritissimus ex predicto *Pentecostario* fideliter exscripsit, ac P. Ludovicus Marraccius, frater meus, in Latinum sermonem transtulit).

Emigravit ex hujus vita carcere Michael Palæologus anno Verbi incarnati 1294, imperii 55.

CAPUT X.

§ I. — *De Othono I imperatore.*

Otho hujus nominis I, Occidentis imperator, ope beatæ Virginis Dei Genitricis Mariæ, in cuius cultum eximia pietate ferebatur, anno salutis 955, insignem contra Hungaros, seu Hunnos victoriam reportavit. Idem eremitorium beatæ Virginis in Helvetia (ita enim vocant Deiparæ sacellum a S. Meinrado mediis in silvis ferarumque receptaculis inchoatum) ita honoribus et possessionibus largissimis ampliavit ut ejus præcipuus fundator et conditor habitus et celebratus sit. Quod porro eremitorium innumeris fere declamatum miraculis, nuper flaminis horrendis omnia alia absumentibus, integrum Deiparæ protectione servatum est.

Idem quoque imperator Otho pro amore intermeratae semper Virginis Mariæ ejusdem ecclesiæ immunitates renovavit et auxit.

In Parentina Istriæ civitate cathedralis ecclesia Deiparæ Virginem dedicata est; quam ex divino instinetu hic idem Otho imperator curavit exædificandam circa annum nostræ salutis 958. Cum enim per Adriaticum mare in Italianu cursum instituisset, sed oborta sævissima tempestate spem omnium salutis abjecisset, ferunt trepidanti Deiparam Virginem sese obtulisse, præcepisseque ut ubi primum incolumis deveheretur, ibi in sui nominis honorem templum censu dotatum adficeret, ubi rubentia lilia animadvertisset erumpere. Cum dicto minacique tumore fluctuum visum evanuit, secundisque velis Parentinum tenuit portum, indicavere rubri coloris lilia locum, templumque Virgini excitavit, dotavitque maximis privilegiis, juribusque firmavit. Caeterum cum Joannem XII Papam exorasset ut in admirandi facti memoriam sempiternam ipse per se ecclesiam illam consecrare dignaretur, excusationem incommodi itineris a Pontifice tulit, ita tamen ut in sui locum patriarcham substitueret Aquilensem, qui augustioris honoris ergo stipatus Poleusi, Tergestino, Petineusi, Novensi, Concordiensi, Brixiano, Feltrensi, Vicentino, Tervisienensi, Veronensi, Putavino, Adamoque Parentino, id munus rite cumque dignitate obiret. Factum celebre produnt ejusdem ecclesiæ privilegia, ejusdemque Papæ Joannis diploma. Mortis imperio subjectus est Otho iste anno orbis redempti 973.

§ II. — *De Othono II imperatore.*

Otho hujus nominis II, Occidentis imperator, cultum suum erga Deiparam inter alia testatum fecit confirmando, dum Ravennæ moraretur, abbatiæ S. Mariæ cui CereSEO titulus est, jura omnia ac prærogativas quæ firmaverant superiores Caesares, atque etiam Arardo comes et Lambertus eidem abbatiæ Marianæ dono dederant. In quibus præcipue numerantur castrum Taibanum, Carbonaria major et minor, et in Cæsenate agro complura, quæ omnia tabulis augustalibus ipsius

Othonis describuntur. Exstant autem hæ tabulae in Bibliotheca sacrarum virginum D. Andreæ, dat. 18 Kal. Februarii anno Incarn. Dominica 981, inductione 9, regni 20, imperii 14, Ravennæ. Idem ad postulationem Andreæ abbatis, abbatiam S. Mariæ in Palatiolo, ejusque bona ac jura omnia in suam accepit clientelam. Idem Otho II imperator pro amore et affectu erga monasterium Heremi Deiparæ in Helvetia, anno 973, de voluntate et jussu parentis sui Othonis I, ejusdem monasterii privilegia amplissima sua auctoritate et diplomate confirmavit; et ubi primum solus imperii potitus est ut suum erga idem monasterium Heremi Deiparæ amorem et studium patesceret, eadem privilegia rursus confirmavit, paternasque donationes novo diplomate approbavit, anno 973 ingrediente. Sed ne patri Othoni I largitione et propensa voluntate erga monasterium jam dictum concedere videtur, anno 980, Beroviam, et Vangense sacellum, Lateriam, Bocariam, Cinctanique terræ Rhetiæ et alia ejus circuitus et comitatus loca in præfati Marianæ monasterii usum convertit, ipsique augusto diplomate munificentissime largitus est. Decessit Romæ anno 983.

III. — *De Othono III imperatore.*

Otho hujus nominis III, Occidentis imperator, rerum gestarum claritudine Mirabilia mundi vocatus, et pro altero Salomone virtutis et scientiæ laude habitus, inter alia pietatis suæ erga sanctissimam Virginem testimonia, castellum S. Mariæ, ducatus Cameracensis, in oppidum erexit. Idem ob amorem et reverentiam sanctæ Dei Genitricis Mariæ, Rothardi episcopi precibus inclinatus, immunitates Marianæ ecclesiæ Cameracensis ab antecedentibus imperatoribus concessas suis litteris confirmavit, forestam sive silvam eidem ecclesiæ Cameracensi attribuens ob remedium animæ suæ, et ejusdem sanctæ Dei Genitricis amorem. Sed et basilicam S. Mariæ Aquisgranensem in diœcesi Leodieensi a Carolo Magno imperatore constructam, atque a Normannis destrictam instauravit, ut suo libro de Canonorum Collogiis per Germaniam refert Albertus Miræus.

Leodiensi ecclesiæ Sanctæ Marie non solum bona et privilegia ab aliis imperatoribus concessa suis diplomaticis confirmavit; sed eidem ecclesiæ nova ipse bona et privilegia addidit, ut patet ex Joanne Chapeville, de Gestis Præs. Leod. tom. I.

Idem Otho III imperator non obscuris suum erga monasterium Heremi Deiparæ Virginis in Helvetia amorem et affectum indicis patefecit, dum patris O. honis II, et avi Othonis I, privilegia, immunitates et donationes eidem monasterio factas, sua auctoritate et munificentia certa pariter et rata esse voluit, diplomaticisque sancivit; et dum sollicitante nullo, suapte pietate et affectione illi multa apud Rhetus, autjam potius in Vindelicia (Algoviam

nunc vocant, pro Alpingovia, quatenus se in Alpes erigit porrigitque loca concessit, expedito hujus rei diplomate anno Dom. Incar. 998.

Exstant in tabolario seu archivio Romano, ut in fine Historiae Ravennatum refert Hieronymus Rubeus, sub nomine hujus Othonis III imperato-

ris, privilegium de monasterie S. Marie in Aula regia, et confirmatio donationis monasterii S. Marie de Bangaritia in ditione Ravennate.

Ex hac mortalitate discessit anno salutiferae Nativitatis 1002, sepultus Aquisgrani, ante altare S. Mariæ in choro.

CAPUT XI.

§ I. — *De Rodulpho I imperatore.*

Rodulphus hujus nominis I, ex Hapsburgensi comite Romanorum imperator, inter alia pietatis suæ erga Deiparam documenta, monasterium beatæ Virginis, cui nomen Maris Stella, in dioecesi Constantiensi apud Helvetios, amore fovit, gratis auxit, bonis locupletavit. Idem palustri ac insalubri loco, qui a frequenti morte Morientium Campus vocabatur, Mariæ templum erexit quod Vitæ nomen meruit a Maria, cui multi salutein, vitam multi debere profisi sunt exemplo Austriaco, Mariæ inter flamas illæsæ de genu, supplices. Porro pietatem eucharisticam et Marianam Rudolphi juventus rhetorico-academica Viennensis, in *Campo Liliorum*, sive Albo Austriaco-Mariano, edito Viena 1649, in hæc verba scriptis :

*Rudolphus I Caesar
Eucharistico-Marianus Austriacus,
imo scribi nomine non potest,
Tot auctor titulorum, quo augetur posteriorum
sanguis.
Nec simplex tantum meretur encomium,
Qui Filio pariter, et Matri devotus vixit.
Filiales Virgini deputavit honores, Virgineos Filio :
illum
Secutus per avia, vitam reperit ;
istam
Suscitata in Morientium Campo æde Virginea
Viventium sensit Matrem.
Hæc pestilentis afflatum aeris diffavit.
Peregrinis deinceps accessus eo patuit, unde prius
Domestici arcebantur.
Quo pietatis igne Rudolphus arserit
Maria testatum fecit.
Ad iconem suam flammas admisit,
sed innocias.
Violari non potest elementuri flamma, quod igne
soli datum est
Pietatis Marianæ.
Credidit Cæsar
Pius idem et primus
Non bene adorari Deum in hostia
Nisi honoretur etiam in Matre.
Sumpsit quippe de Matre Deus, quod sumimus
in hostia.
Et qui nunc latet in orbe eucharistico,
idem latuit olim in Virgine.
Hinc orbis Domina, Domus Austriaca,
Per tot ducta viros
Agnosce, posteritas, Mariam unam esse
Per quam reges regnant et principes imperant
Austriuci.*

Decessit Rodulphus anno Christi 1291, pridie Kal. Octobris.

§ II. — *De Romano IV imperatore.*

Romanus hujus nominis IV, Orientis imperator, Argyrus seu Argyropolis nuncupatus, ejus insignis in Deiparam pietas a veridicis piisque pariter rerum Christianarum scriptoribus eximie commendatur, inter reliqua devotionis suæ in augustissimam Virginem testimonia in erigendis ornandisque Deiparæ consecratis altaribus et templis totus fuit.

Virgini Deiparæ, ut Constantinus Manasses in *Annalibus* testatur, delubrum magnificentissimum exstruxit, quod spectatissime Templum nuncupabant.

Domum etiam Triacontaphylli emptam in monasterium convertit a Deipara denominatum, nullis parcens sumptibus. Exornavit quoque capita columnarum Marianæ templi Blachernensis auro atque argento. Cumque aram ejusdem templi resicare vellet, veterem imaginem suspensam invenit, eamque renovari jussit. Videns etiam muri incrustationem argento tectam jussit adimi et novam fieri.

Hic idem pientissimus imperator Romanus cum antiquam Dei Genitricis imaginem, quæ erat in Blachernis, occultatam tempore Constantini Copronymi iconomachi represisset, ad cultum pristinum venerationemque revocavit.

Unde de eo loquens Baronius in *Annalibus* ad annum Christi 1037, scriptis : « Hoc anno Romanus imperator totus in erigendis et exornandis ecclesiis antiquam Dei Genitricis imaginem, quæ erat in Blachernis, occultatam tempore Constantini Copronymi iconomachi reperit, quam et ad cultum pristinum revocavit. Hæc Europalata, et ex ipso Cedrenus. Cedreni autem verba res gestas dicti Romani imperatoris describentis hæc sunt : Tectorio opere amoto, inventa est imago in tabella coloribus depicta Deiparæ Christum ad pectus applicatum tenentis, quæ a Copronymo in istum usque diem per annos 500 duraverat integra. » Sic ibi. Inde contigit ejus ope et auxilio ut Romanus publico imperii munere laudabiliter perfunctus, omnium laudes, applausus et congratulationes in optimâ sua administratione recipere meruerit. A regione mortalitatis excessit anno post partum Virginis 1034, imperii 5, die 11 Aprilis.

CAPUT XII.

§ I. — *De Sigismundo imperatore.*

Sigismundus hujus nominis I, Occidentis impera-

tor, vir doctus et doctorum patronus, beatæ Virginis Dei Servatoris Parenti colendæ admodum pro-

pensus, inter alia obsequii sui in illam illustria documenta, sub dato Posonii, et alteri OEuponti confirmavit omnia jura monasterii beatae Virginis Cellensis, et peregrinantes ad ecclesiam ejusdem beatae Virginis Cellensis in suam protectionem suscepit. Decretum edidit, majus appellatum, quo omnes regni sui judices ordinarios per gloriosam Virginem Mariam jurare coegerit, quod omnibus et singulis coram eis litigantibus absque cuiusvis personae, divitis scilicet et pauperis acceptatione, omnibusque prece, præmio, favore et odio postpositis et remotis, prout scilicet secundum Deum et ejus justitiam faciendum cognoverint, justum et verum judicium et justitiam facturi essent. Neque

enim Sigismundus judices suos tam sacrorum hostes fore credebat, tamque impios atque fœdifices, ut quæ per gloriosam Virginem Mariam jurati promisissent in animum inducerent violare.

Anno 1453, cum Mantuanam pervenisset, ut erat Deiparae Virginis devotissimus, templum S. Mariae Gratiarum, quod a Mantuana urbe quinque fere milliaribus distat, et ob immunita quæ ibi angustissima cœlorum Regina mortalibus confert beneficia gratiarum, est fama et populorum concurso celeberrimum, visitare non omisit. Vitam hanc corruptibilem cum immortalis commutavit anno 1440, in festo Conceptionis Mariae Virginis, ætatis suæ 70, imperii anno 27.

CAPUT XIII.

§ I. — *De Theodoro Lascaro imperatore.*

Theodorus Lascarus, qui et Cyrus, Theodorus Duca Lascarus, Graecorum in Oriente imperator, de eujus vita et rebus gestis plura Gregoras, Cuspinianus, Volateranus, et alii; devotionis suæ erga sanctissimam Deiparam argumentum reliquit canonem deprecatorium, qui ex perantiquo codice cl. viri Leonis Allatii excerptus, a P. Ludovico Marraccio, fratre meo, Latinitate donatus est, ex quo quædam tantum extracta sunt:

« Salve, Propitiatorium animarum, Virgo Mater, quæ gaudium peperisti; salve, Regina; salve, Templum Christi; salve, Augustissima, salve, Tutela animarum simul et Firmamentum.

« Salve, beatæ vitæ Primitiæ; salve, maledictionis abatrix Domina; salve, Deo Desponsata; salve, Christi Dei Nubes lucidissima; salve, Virgo divina, quæ passionum pelagum divisisti.

« Salve, Laetatrix vitæ; salve, Verbi Mater, Dei Sponsa; salve, Stabilitas scientiarum; salve, angelorum Glorificatio; salve, Dei Mater; alve, Lucifera resurgens.

« Salve, quæ Christi caput fuisti; salve, pristini lapsus Relevatio; salve, Invicta; salve, Patrona mundi; salve, Immaculata; salve, regni Christi Dei Familiaritas.

« Largire mili lacrymarum fontes, cordialem, o Deipara, humilitatem, vitam ir reprehensibilem et conversationem puram, o mundissima, ut glorificem dicitias bonitatis tue. »

§ II. — *De Theodosio Juniore imperatore.*

Theodosius II, Orientis imperator, cuius insignem pietatem immensamque religionem commendat Baronius, tom. V *Annal.* ad an. Christi 425, ut erat Mariani cultus mirificus cultor, synagoga Judæorum in templi formam redacta, et pulchritudine atque amplitudine exornata Constantinopoli imperii sede, insignem Dei Matris ecclesiam construxit, ubi minoribus aliis adjectis ædificiis venerandam Dei Matris zonam in ipso sanctioris mensæ tumulo reposuit, et ex eo tempore ea Dei Matris ædes Sacri Tumuli nomen est consecuta. Huius

opera et auxilio sacrosancta synodus Ephesina (auctoritate Coelestini Pontificis indicta) congregata fuit. In ea damnatus Nestorius, præsul Constantinopolitanus, quod negaret sanctissimam Virginem Mariam vocari debere Deiparam. Idem sanctione edita damnavit libros impii Nestorii, eumque mandavit deportari in Oasini. Hujus imperatoris epistola ad divum Augustinum, Hipponensem episcopum, pro Deipara Virgine contra Nestorianum, exstat in Templo eremitano saeculorum ac beatorum ordinis Augustinianni, parte prima, ex Bibliotheca monasterii S. Justinæ de Padua excerpta fideliter ac descripta. Hujus epistole meminunt Liberatus in suo *Breviario*, ut in praefato eremitano templo p. 86, R. P. Ambrosius Staibanus Tarentinus, Augustinianus, S. theologiæ baccalaureus, testatur. In ea autem religiosissimus imperator post relata nuper exortam, heresim Nestorii, Mariam Virginem vere Deiparam impiissime pernegantis, ad concilium Ephesinum invitat Augustinum, ut ejus præsentia ac patrocinio felicius de impietate pietas, de falsitate veritas triumpharet. Divus tamen Augustinus a Theodosio invitatus prius ad cœlitum concilium adiit, quam litteras acciperet, ut in sua *Aula sancta*, cap. 47, inquit Raderus. Hic idem religiosissimus imperator Theodosius validissimo Eugenii tyranni exercitu et viribus in prædam objectus ad imaginem Deiparae magis orando quam feriendo pugnavit ac vicit, ut ex Eutropio, lib. xxi *Rerum Romanarum*, in suo *Regum Palladio*, diaatriba 5, scribit Joannes du Rozier.

Corpus depositum anno salutis 450, imperii 45, iv Kal. Augusti.

§ III. — *De Theophilo imperatore.*

Theophilus, Orientis imperator, Michaelis Baldi imperatoris filius, licet alioquin malus, tamen (ut in suis *Annalibus* sive *Historiarum Compendio* scribit Georgius Cedrenus) justitiam coleens, et, ut putabat, erga sanctissimam Dei Matrem pietatem, singulis septimanis per viam publicam satellitibus stipatus, ad Blacherneuse ejusdem Deiparae fanum equitabat, interque equitandum omnibus maxime

injuris affectis vacabat, ut ii suas querelas propone possent, neque ab sotibus et pœnam metuentibus impedirentur.

Nec solum ad Deiparæ templum Blachernense singulis septimanis per vi feriam pro more procedebat, sed etiam ipsummet perquam venerabile templum sanctissimæ Deiparæ, quod in Blachernis extra urbis muros positum ab incursantibus Barbaris diripiebatur, intra mœnum septa clausit. Cum sacrarum imaginum hostis acerrimus contra easdem etiam persecutionem instaurasset, extremo morbo laborans, cum ex immodeo dolore ae mœstia animi qua tenebatur, paululum obdormisset, vidit in somnis sanctissimam Deiparæ in ulnis gestantem Jesum puerum, ac terribili angelorum lucidissimorum satellitio circumseptam graviter sibi exprobantum propter sacras ac venerandas imagines, ac continue cum ira verberantium. His vero ad longum satis tempus ita se habentibus, a somno excitatus Theophilus, atque hoc illueque caput nulla reque inovens exclamare cœpit: Hei! mibi misero, vapulo propter imagines, propter imagines cædor. Paulo post pensilem e collo Theostisti præfecti Coniglio osculatus imaginem, debitum naturæ solvit anno salutis nostræ 842, imperii sui anno 12. Quem defunctum, precibus Theodoræ conjugis ac sanctorum salutem consecutum scribit nonnemo.

CAPUT XIV.

De Zenone imperatore.

Zeno, Orientis imperator, qualis fuerit, affectum tamen suum erga Deiparentem haud obscure de-

claravit, dum Cyzici in Hellesponto permagnitum templum, quod olim oraculi jussu constructum fuerat, et Cybele deorum matre dicatum, eliminatis atque prostitutis simulacris, sanctissimæ Dei Matri Mariae nomine dedicavit. Hic cum viduæ enjusdam filiam virginem ad libidinem suam exsatiandam subripuisset, vidua illa, summo dolore affecta, non cessabat vindictam petere a beata Virgine (cui valde erat addieta) contra imperatorem, orans eam et deprecans, ac cum lacrymis dicens: Vindica me de Zenone imperatore. Cum ergo multis diebus hoc fecisset, apparuit ei tandem per visum sancta Dei Genitrix dicens: Crede mihi, mulier, ultiōrem tuam saepè facere volui; sed manus ejus prohibet me. Erat enim valde misericors et eleemosynas faciens.

(Accepimus (verba sunt Michaelis Glycæ, *Annal.* p. 4) Zenonem imperatorem virgini cuidam vitium obtulisse; cuius mater iniquo casum hunc animo ferens, continentibus perpetuae illæ Deiparæque Virgini precibus supplicaverit, ut facinus istuc impunitum non relinquaret. Tandem ab ea divinam quamdam vocem hujusmodi verba profarentem auditam esse: Cupimus nos quidem injuriam tibi factam ulcisci, mulier, vernis Zenonis dextera nos id facere nequaquam sinit.) Sic idem imperator Zeno scripsit ad Alexandrinos Iloniticam Constitutionem a Nicephoro Callixto, lib. xvi, cap. 42, *Historiæ ecclesiastice* relatam, in qua Mariam, ut Virginem sanctam et Dei Genitricem deprædicavit. Valedixit mortali vitæ anno Domini 490.

ORDO RERUM

QUE IN HOC TOMO CONTINENTUR.

POLYANTHEA MARIANA. (*Continatio.*) 9

Liber XII.—Nomina et elogia Deiparæ Virginis Mariæ incipientia a littera N. 9

Liber XIII.—Nomina et elogia Mariæ incipientia a littera O. 58

Liber XIV.—Nomina et elogia Virginis Deiparæ incipientia a litt. P. 65

Liber XV.—Nomina et elogia Virginis Mariæ incipientia a litt. R. 174

Liber XVI.—Nomina et elogia Deiparæ Virginis incipientia a litt. S. 254

Liber XVII.—Nomina et elogia Mariæ incipientia a littera T. 530

Liber XVIII.—Nomina et elogia Virginis Deiparæ incipientia a littera U. V. Z. 443

SECTIO QUINTA.

FAMILIA MARIANA.

I.—Pontifices Maximi Marianæ, Liber unus.

Dedicatio operis.

Præfatio ad lectorem.

CAPUT PRIMUM.—De S. Petro.

Cap. II.—De Callisto I.

Cap. III.—De S. Dionysio I.

Cap. IV.—De S. Silvestro I.

Cap. V.—De S. Liborio I.

Cap. VI.—De S. Damaso I.

Cap. VII.—De Innocentio I.

Cap. VIII.—De Coelestino I.

Cap. IX—De Sixto III.

Cap. X.—De S. Leone I.

Cap. XI.—De S. Hilario. 620

Cap. XII.—De S. Gelasio I. 621

Cap. XIII.—De Symmacho I. 621

Cap. XIV.—De Joanne I. 621

Cap. XV.—De Joanne II. 621

Cap. XVI.—De S. Joanne III. 622

Cap. XVII.—De S. Gregorio I. 622

Cap. XVIII.—De Bonifacio IV. 623

Cap. XIX.—De S. Martino I. 626

Cap. XX.—De Eugenio I. 626

Cap. XXI.—De S. Agathone I. 627

Cap. XXII.—De S. Benedicto II. 627

Cap. XXIII.—De Sergio I. 627

Cap. XXIV.—De Joanne VII. 627

Cap. XXV.—De Gregorio II. 628

Cap. XXVI.—De Grêgorio III. 628

Cap. XXVII.—De Stephano III. 629

Cap. XXVIII.—De Paulo I. 629

Cap. XXIX.—De Adriano I. 630

- Cap. XXX. — De Leone III. 651
 Cap. XXXI. — De Paschali I. 654
 Cap. XXXII. — De Gregorio IV. 658
 Cap. XXXIII. — De Sergio II. 640
 Cap. XXXIV. — De Leone IV. 640
 Cap. XXXV. — De Benedicto III. 642
 Cap. XXXVI. — De Nicolao I. 643
 Cap. XXXVII. — De Adriano II. 643
 Cap. XXXVIII. — De Stephano VI. 644
 Cap. XXXIX. — De Gregorio V. 644
 Cap. XL. — De Gregorio VII. 644
 Cap. XLI. — De Urbano II. 646
 Cap. XLII. — De Paschali II. 648
 Cap. XLIII. — De Gelasio II. 648
 Cap. XLIV. — De Callixto II. 649
 Cap. XLV. — De Innocentio II. 649
 Cap. XLVI. — De Eugenio III. 650
 Cap. XLVII. — De Adriano IV. 650
 Cap. XLVIII. — De Alexandro III. 650
 Cap. XLIX. — De Clemente III. 651
 Cap. L. — De Coelestino III. 652
 Cap. LI. — De Innocentio III. 652
 Cap. LII. — De Honorio III. 653
 Cap. LIII. — De Gregorio IX. 671
 Cap. LIV. — De Innocentio IV. 671
 Cap. LV. — De Alexandro IV. 673
 Cap. LVI. — De Urbano IV. 673
 Cap. LVII. — De Nicolao IV. 673
 Cap. LVIII. — De Coelestino V. 674
 Cap. LIX. — De Bonifacio VIII. 675
 Cap. LX. — De Clemente V. 676
 Cap. LXI. — De Joanne XXII. 677
 Cap. LXII. — De Benedicto XII. 679
 Cap. LXIII. — De Clemente VI. 679
 Cap. LXIV. — De Urbano V. 680
 Cap. LXV. — De Gregorio XI. 680
 Cap. LXVI. — De Urbano VI. 681
 Cap. LXVII. — De Bonifacio IX. 683
 Cap. LXVIII. — De Innocentio VII. 683
 Cap. LXIX. — De Alexandro V. 688
 Cap. LXX. — De Martino V. 689
 Cap. LXXI. — De Eugenio IV. 690
 Cap. LXXII. — De Nicolao V. 690
 Cap. LXXIII. — De Callixto III. 691
 Cap. LXXIV. — De Pio II. 692
 Cap. LXXV. — De Paulo II. 693
 Cap. LXXVI. — De Sixto IV. 697
 Cap. LXXVII. — De Innocentio VIII. 701
 Cap. LXXVIII. — De Alexandro VI. 702
 Cap. LXXIX. — De Julio II. 703
 Cap. LXXX. — De Leone X. 707
 Cap. LXXXI. — De Adriano VI. 711
 Cap. LXXXII. — De Clemente VII. 712
 Cap. LXXXIII. — De Paulo III. 718
 Cap. LXXXIV. — De Julio III. 721
 Cap. LXXXV. — De Marcello II. 725
 Cap. LXXXVI. — De Paulo IV. 724
 Cap. LXXXVII. — De Pio IV. 726
 Cap. LXXXVIII. — De S. Pio V. 726
 Cap. LXXXIX. — De Gregor. XIII. 730
 Cap. XC. — De Sixto V. 735
 Cap. XCI. — De Urbano VII. 737
 Cap. XCII. — De Clemente VIII. 738
 Cap. XCIII. — De Paulo V. 740
 Cap. XCIV. — De Gregorio XV. 747
 Cap. XCV. — De Urbano VIII. 753

II. — Antistites Marianis, Liber unus.

- Dedicatio operis. 763
 Praefatio ad lectorem. 766

CAPUT PRIMUM.

- § 1. — De Ableberto, Camerac. 769
 2. — De Acacio Melitenensi. 769
 3. — De Achelmo Cantuar. 769
 4. — De Adalberto Pragensi. 769
 5. — De Adalgoto Curensi. 770
 6. — De Adelberone Basil. 770
 7. — De Adelboldo Traject. 770
 8. — De Adelgiso Novariensi. 770
 9. — De Adolpho Mogunt. 771
 10. — De Adulpho Leodiensi. 771
 11. — De Agathodoro Tarragon. 771
 12. — De Agnello Ravennat. 771
 13. — De Agricola Avenion. 771
 14. — De Alberone Verdun. 772
 15. — De Alberto Hierosolym. 772

16. — De Alberto Magno Ratissp. 772
 17. — De Aldobrandino Nicos. 775
 18. — De Alefrido Hildesheym. 776
 19. — De Alexandro Alexand. 776
 20. — De Alexandro Foroliy. 776
 21. — De Alexandro Lucensi. 776
 22. — De Alexandro Plocensi. 777
 23. — De Alexandro Tersact. 777
 24. — De Alexandro, S. Domin. 780
 25. — De Alexandro Ticinensi. 780
 26. — De Aloysio Veronensi. 780
 27. — De Alphano Salernitan. 781
 28. — De Alphonso Abulensi. 781
 29. — De Alphonso Bonon. 782
 30. — De Alphonso Toletano. 782
 31. — De Althelmo Schireburn. 782
 32. — De Altamanno Patav. 783
 33. — De Amato Nuscensi. 783
 34. — De Amato Senonensi. 783
 35. — De Ambrosio Companso. 783
 36. — De Ambrosio Lamocensi. 784
 37. — De Ambrosio Mediolan. 784
 38. — De Ambrosio Calaritano. 788
 39. — De Amedeo Lausann. 788
 40. — De Amizone Taurinensi. 788
 41. — De Amone Tullensti. 789
 42. — De Amphilius Icon. 789
 43. — De Amphiliol. Sydensi. 790
 44. — De Anastasio Antioch. 790
 45. — De Anastasio Interamn. 791
 46. — De Anatolio CP. 791
 47. — De Andrea Cretensi. 792
 48. — De Andrea Fesulano. 794
 49. — De Andrea Traiectensi. 796
 50. — De Andrea Vladislav. 796
 51. — De Andrea Orgellensi. 796
 52. — De Andrea Asculano. 796
 53. — De Aufrido Ultraject. 797
 54. — De Angelo Boineensi. 797
 55. — De Angelo Cebebens. 797
 56. — De Angelo Tagastensi. 797
 57. — De Angelo Tudertino. 798
 58. — De Angelo Pacensi. 798
 59. — De Angilberto Mediolan. 798
 60. — De Antone Colonensi. 798
 61. — De Anselmo Cantuar. 800
 62. — De Anselmo Moguntino. 803
 63. — De Antipatiro Bostreno. 803
 64. — De Antonino Florentino. 805
 65. — De Antonio Acerensi. 807
 66. — De Antonio Asturie. 807
 67. — De Antonio Carthag. 807
 68. — De Antonio Gaudensi. 807
 69. — De Antonio Acerensi. 808
 70. — De Antonio Barensi. 808
 71. — De Antonio Granateni. 808
 72. — De Antonio Grassensi. 810
 73. — De Apollinari Laodic. 810
 74. — De Archangelo Tribun. 810
 75. — De Ardingho Florentino. 810
 76. — De Arnesto Colomensi. 810
 77. — De Arnoldo Trevirensi. 812
 78. — De Arnoldo Acherton. 812
 79. — De Arnoldo Pacensi. 812
 80. — De Arnulpho Suession. 812
 81. — De Aspreno Neapolit. 813
 82. — De Athanasio Alexaund. 813
 83. — De Attico CP. 813
 84. — De Audoeno Rhotomag. 815
 85. — De Audomaro Morinensi. 815
 86. — De Aufrido Traiectensi. 815
 87. — De Augustino Hippo. 816
 88. — De Augustino Isolan. 816
 89. — De Augustino Nebensi. 816
 90. — De Augustino Convers. 816
 91. — De Augustino Isolanensi. 818
 92. — De Avito Claromontano. 818

CAPUT II.

- § 1. — De Bacchyo Messanensi. 818
 2. — De Baldwino Cantuar. 819
 3. — De Baptista Penuensi. 819
 4. — De Baptista Rhegiensi. 819
 5. — De Bartholo Benevent. 819
 6. — De Bartholomeo CP. 820
 7. — De Bartholomae Laudun. 820
 8. — De Bartholomae Coron. 820
 9. — De Basilio Cæsariensi. 820

10. — De Basilio Seleuciensi. 820
 11. — De Bennone Metensi. 821
 12. — De Berardo Barenzi. 821
 13. — De Bernardino Nazar. 821
 14. — De Bernardo Anglon. 822
 15. — De Bernardo Calenensi. 822
 16. — De Bernardo Mont. Alb. 822
 17. — De Bernardo Toletano. 822
 18. — De Bernardo Tolosano. 823
 19. — De Bisantio Barenzi. 823
 20. — De Blasius Tribunensi. 823
 21. — De Bodone Tullensti. 823
 22. — De Bogumilo Gnesnensi. 824
 23. — De Bonifacio Ferentino. 824
 24. — De Bonifacio I ausanensi. 824
 25. — De Bonifacio Moguntino. 825
 26. — De Bonito Arverno. 825
 27. — De Brinolphi Scarenssi. 826
 28. — De Britio Martulensi. 827
 29. — De Brunone Heribpol. 827
 30. — De Brunone Hildesiano. 827
 31. — De Bronone Signensi. 827
 32. — De Burchardo Constant. 828
 33. — De Burchardo Heribpol. 828

CAPUT III.

- § 1. — De Caecilio Iliberitano. 828
 2. — De Cesario Arelatensi. 829
 3. — De Carolo Montis Reg. 829
 4. — De Carolo Toruacensi. 829
 5. — De Chiliano Heribpol. 829
 6. — De Chrispolitus Vecton. 829
 7. — De Christophero Cæsar. 829
 8. — De Caecilio Seduio Oretano. 830
 9. — De Conrado Assisiensi. 830
 10. — De Conrado Constant. 830
 11. — De Conrado Frisingensi. 832
 12. — De Conrado Traiectensi. 832
 13. — De Constantino Const. 832
 14. — De Corbiniano Frising. 832
 15. — De Cornelio Bizontio. 833
 16. — De Cornelio Gandavensi. 833
 17. — De Cosma Majumano. 833
 18. — De Cosmo Cellensi. 835
 19. — De Cunero Leovardiensi. 834
 20. — De Cyriano Carthagin. 834
 21. — De Cyrillo Alexandre. 835
 22. — De Cyrillo CP. 837
 23. — De Cyrillo Hierosolym. 838
 24. — De Cyro Smyrnensi. 838

CAPUT IV.

- § 1. — De Dagiberto Novar. 839
 2. — De Davide Menevensi. 839
 3. — De Davide Benevent. 840
 4. — De Decio Aleriensi. 840
 5. — De Deodato Nivernensi. 841
 6. — De Desiderio Morinensi. 841
 7. — De Desiderio Placent. 841
 8. — De Didaco Bracharensi. 841
 9. — De Didaco Cassanensi. 842
 10. — De Didaco Hydruntino. 842
 11. — De Didaco Nicæno. 842
 12. — De Didaco Toletano. 842
 13. — De Dionysio Alexand. 842
 14. — De Dionysio Brugensi. 843
 15. — De Dionysio Parisensi. 843
 16. — De Didolone Camerac. 846
 17. — De Dominicu Torcellano. 847
 18. — De Donnolo Cænonian. 847
 19. — De Donodei Senensi. 848
 20. — De Dulcito Agannensi. 848
 21. — De Dunstano Cantuar. 848
 22. — De Durando Aniciensi. 849

CAPUT V.

- § 1. — De Eadmero, S. Andreæ. 849
 2. — De Eberhardo Salisburg. 849
 3. — De Ecclesio Ravennat. 849
 4. — De Edmundo Ardac. 851
 5. — De Edmundo Cantuar. 852
 6. — De Egino Constantiensi. 853
 7. — De Egwino Wigornensi. 853
 8. — De Eleocadio Raven. 853
 9. — De Eleutherio Tornac. 853
 10. — De Eleuther. Mont. Mar. 853

11. — De Elia Aniciensi. 836
 12. — De Eligio Noviomensi. 836
 13. — De Elpidio Toletano. 836
 14. — De Emmanuele Segov. 837
 15. — De Engelberto Colon. 837
 16. — De Engranno Camerac. 837
 17. — De Ennodio Ticinensi. 838
 18. — De Epiphanio Salaminae. 838
 19. — De Erlulpho Verdensi. 861
 20. — De Ernesto Pragensi. 861
 21. — De Eskilo Lundunensi. 861
 22. — De Ethelwoldo Vinton. 864
 23. — De Euchario Heribopol. 864
 24. — De Eucherio Lugdun. 864
 25. — De Everio Catanensi. 863
 26. — De Eugenio Toletano. 863
 27. — De Evodio Aniciensi. 863
 28. — De Evodio Antiocheno. 866
 29. — De Eusebio Vercellensi. 867
 30. — De Eusebio Emiseno. 867
 31. — De Eustachio Regensi. 867
 32. — De Eutychio CP. 867
 33. — De Exuperio Bajocensi. 868
 34. — De Exuperio Tolosano. 868

CAPUT VI.

- § 1. — De Fabricio Plebano. 869
 2. — De Fausto Regensi. 869
 3. — De Felice Trevirensi. 869
 4. — De Feliciano Fulginate. 869
 5. — De Ferdinandino Algarb. 869
 6. — De Ferdinandino Colon. 869
 7. — De Fernando Limensi. 872
 8. — De Ferriko Remensi. 873
 9. — De Firmino Ambianensi. 873
 10. — De Florentio Tuamensi. 873
 11. — De Francisco Antuerp. 873
 12. — De Francisco Astensi. 874
 13. — De Francisco Atrebat. 874
 14. — De Francisco Bobiens. 874
 15. — De Francisco Burgensi. 874
 16. — De Francisco Camerac. 874
 17. — De Francisco Fusulno. 875
 18. — De Francisco Geben. 875
 19. — De Francisco Mantuan. 875
 20. — De Francisco Monopol. 876
 21. — De Francisco Osnabrig. 877
 22. — De Francisco Segoviensi. 878
 23. — De Francisco Abulensi. 879
 24. — De Francisco Algarensi. 879
 25. — De Friderico Aquileiens. 879
 26. — De Friderico Coloniensi. 880
 27. — De Friderico Nebron. 880
 28. — De Friderico Viennensi. 880
 29. — De Frigidiano Lucensi. 881
 30. — De Frithw. Cand. Casae. 881
 31. — De Frontone Petragor. 881
 32. — De Fructuoso Tarracon. 881
 33. — De Fulberto Camerac. 882
 34. — De Fulberto Carnotensi. 882
 35. — De Fulgentio Ruspensi. 882

CAPUT VII.

- § 1. — De Gabriele Clodiensi. 883
 2. — De Gabriele Mediolan. 883
 3. — De Gabriele Rhemensi. 884
 4. — De Gangetic Trevirensi. 884
 5. — De Gaspare Algarensi. 884
 6. — De Gaudentio Brixieni. 885
 7. — De Gavino Abredonio. 885
 8. — De Gebeardo Salisburg. 886
 9. — De Gichardio Constant. 886
 10. — De Genesis Arvernorum. 886
 11. — De Gennadio CP. 887
 12. — De Genulpho Cadurcensi. 887
 13. — De Georgio Aniciensi. 887
 14. — De Georgio Antibariensi. 888
 15. — De Georgio Nazareno. 888
 16. — De Georgio Nicomed. 889
 17. — De Gerardo Antiocheno. 890
 18. — De Gerardo Cameracensi. 891
 19. — De Gerardo Cannadiensi. 891
 20. — De Gerardo Hildesheim. 893
 21. — De Germano CP. 893
 22. — De Germano Moraviensi. 896
 23. — De Gerome Coloniensi. 896
 24. — De Gilberto Pietavensi. 896
 25. — De Gilberto Aquensi. 896

26. — De Godebaldo Ultraject. 896
 27. — De Godefrido Spirensi. 897
 28. — De Godehardo Hildesh. 897
 29. — De Godescalco Atrebat. 898
 30. — De Gonzalo Limensi. 898
 31. — De Goswino Hieropol. 898
 32. — De Gregorio Corinthio. 898
 33. — De Gregorio Nazianzeno. 898
 34. — De Gregorio Neocesar. 899
 35. — De Gregorio Nyssene. 903
 36. — De Gregorio Tauronen. 904
 37. — De Gregorio Terrac. 904
 38. — De Gregorio Thessalon. 904
 39. — De Gregorio Turonensi. 904
 40. — De Griphone Maronit. 905
 41. — De Gualterio Panormit. 906
 42. — De Gualtero Pietavensi. 906
 43. — De Guiardo Cameracensi. 906
 44. — De Guidone Aretino. 907
 45. — De Guidone Cerveensi. 908
 46. — De Guidone Elmensi. 908
 47. — De Gulielmo Atrebat. 908
 48. — De Gulielmo Gandavensi. 909
 49. — De Gulielmo Lodoveni. 909
 50. — De Gulielmo Lugdunensi. 909
 51. — De Gulielmo Vinton. 909
 52. — De Gulielmo Parisensi. 909
 53. — De Gundisalvo Tolosano. 910

CAPUT VIII.

- § 1. — De Hardinio Noviomensi. 910
 2. — De Hartmanno Brixieni. 911
 3. — De Haymone Alberstat. 911
 4. — De Helia Aquileiens. 911
 5. — De Hemmingo Aboensi. 911
 6. — De Henrico Brunsvic. 912
 7. — De Henrico Caesarensi. 912
 8. — De Henrico Constant. 912
 9. — De Henrico Placentino. 912
 10. — De Henrico Ruremund. 912
 11. — De Hererherto Coloniensi. 912
 12. — De Heriberto Aystetens. 913
 13. — De Hermagora Aquil. 913
 14. — De Hermanno Coloniensi. 913
 15. — De Hermanno Mimigern. 914
 16. — De Hermanno Monaster. 914
 17. — De Hernando Granatensi. 914
 18. — De Hesychio Hierosolym. 914
 19. — De Hieronymo Albensi. 916
 20. — De Hieron Montergal. 916
 21. — De Hieronymo Papiensi. 916
 22. — De Hieronymo Salerno. 916
 23. — De Hieronymo Vladislav. 916
 24. — De Hierotheo Segoviensi. 917
 25. — De Hilario Arclatensi. 918
 26. — De Hildeberto Turonensi. 918
 27. — De Hilidolpho Trevirensi. 919
 28. — De Hildwardo Tenerem. 919
 29. — De Hippolyto Portuensi. 919
 30. — De Hugolin CP. 920
 31. — De Hugone Ammacano. 920
 32. — De Hugone Lincoiniensi. 920
 33. — De Humberto Sebastensi. 921
 34. — De Hunfrido Morinensi. 921

CAPUT IX.

- § 1. — De Jacobo Audomarensi. 921
 2. — De Jacobo Christopol. 921
 3. — De Jacobo Hispanensi. 922
 4. — De Jacobo Januensi. 923
 5. — De Jacobo Laquedonensi. 922
 6. — De Jacobo Lainsannensi. 924
 7. — De Jacobo Mechliniensi. 924
 8. — De Jacobo Nisibensi. 925
 9. — De Jacobo Plocensi. 926
 10. — De Jacobo Amouensi. 927
 11. — De Ignatio Antiocheno. 927
 12. — De Ildephonso Toletano. 930
 13. — De Ingulphano Camerac. 936
 14. — De Injurioso Turonensi. 937
 15. — De Joanne Acernensi. 937
 16. — De Joanne Athiopie. 937
 17. — De Joanne Antiocheno. 938
 18. — De Joanne Antuerpiensi. 938
 19. — De Joanne Aquiscintino. 938
 20. — De Joanne Atrebatensi. 938
 21. — De Joanne Bambergensi. 938
 22. — De Joanne Bellicus. 939

CAPUT X.

- § 1. — De Laevin Machlin. 960
 2. — De Lamberto Atrebat. 960
 3. — De Lamberto Constant. 964
 4. — De Landulpho Taurin. 964
 5. — De Laurentio Dublin. 964
 6. — De Laurentio Gnesensi. 966
 7. — De Laurentio Veneto. 967
 8. — De Lazar Massiliensi. 968
 9. — De Leandro Hispanensi. 968
 10. — De Ledrado Lugdunensi. 968
 11. — De Leontio Burdigal. 968
 12. — De Leontio Neapol. Cyp. 969
 13. — De Lixica Toletano. 969
 14. — De Luca Vladislavensi. 969
 15. — De Lucifero Senensi. 970
 16. — De Ludovico Acernensi. 970
 17. — De Ludovico Mantuano. 970
 18. — De Ludovico Tolosano. 970
 19. — De Ludovico Tornacensi. 972
 20. — De Luitholpho August. 972
 21. — De Lupo Cesaraugust. 972

CAPUT XI.

- § 1. — De Machario Antioch. 973
 2. — De Machario Epidaur. 973
 3. — De Machario Philadelp. 973

4. — De Magno Heraclensi. 973
 5. — De Mainard. Comaclensi. 973
 6. — De Malachia Dunensi. 973
 7. — De Marciiano Syracus. 974
 8. — De Marciiano Constantini. 974
 9. — De Marco Cæsaraugust. 974
 10. — De Marco Fulginate. 973
 11. — De Marco Truxilensi. 973
 12. — De Mario Salernitano. 973
 13. — De Marquardo. 976
 14. — De Marsilio, S. Sebast. 976
 15. — De Martino Algierensi. 976
 16. — De Martino Barcinon. 976
 17. — De Martino Enesnensi. 977
 18. — De Martino Siguntino. 977
 19. — De Martino Turonensi. 977
 20. — De Martino Vercelleusi. 978
 21. — De Materno Tungrensi. 978
 22. — De Mathano Saucton. 981
 23. — De Matthæo Ephesino. 981
 24. — De Matthæo Aberdon. 981
 25. — De Matthia Gesnensi. 981
 26. — De Matthia Spirensi. 982
 27. — De Matthia Vladislav. 983
 28. — De Maurilio Andegav. 983
 29. — De Maurilio Rothomag. 983
 30. — De Mauritio Cenomanu. 984
 31. — De Mauritio Massalub. 983
 32. — De Mauritio Parisensi. 983
 33. — De Mauro Cæsenate. 986
 34. — De Maximiliano Tornac. 986
 35. — De Maximo Gradensi. 986
 36. — De Maximiano Ravenn. 987
 37. — De Maximo Regensi. 987
 38. — De Maximo Taurinensi. 987
 39. — De Meinwerco Paderb. 988
 40. — De Melchiorre Parag. 989
 41. — De Melchiorre Rossensi. 990
 42. — De Mellone Rhomagensi.
 43. — De Memmio Catalau. 990
 44. — De Methodio Tyrensi. 990
 45. — De Metrophane Smyrn. 992
 46. — De Michaelae Merspurg. 992
 47. — De Michaelae Salubreis. 992
 48. — De Milone Aurelianensi. 993
 50. — De Milone Morinensi. 994
 51. — De Modesto Hierosol. 994
 52. — De Monupho Trajectensi. 994

CAPUT. XII.

- § 1. — De Neapolione Perusino. 994
 2. — De Nicasio Remensi. 994
 3. — De Nicephoro Croton. 994
 4. — De Nicolao Barensi. 995
 6. — De Nicolao Dyrach. 995
 7. — De Nicolao Lexoviensi. 995
 8. — De Nicolao Massiliensi. 995
 9. — De Nicolao Myrensi. 995
 10. — De Nicolao Polipiianensi. 997
 11. — De Nicolao Recinetensi. 997
 12. — De Nicolao Vladislav. 998
 13. — De Nicolao Waterford. 998
 14. — De Nivelone Suession. 999
 15. — De Norberto Magdeb. 999
 16. — De Notgero Leodiensi. 999
 17. — De Notherio Veronensi. 1000
 18. — De Nithardo Bamberg. 1000

CAPUT. XIII.

- § 1. — De Octavio Panormit. 1000
 2. — De Odone Bajocensi. 1000
 5. — De Odone Cameracensi. 1001
 4. — De Omphorio Florent. 1001
 5. — De Oobaldo Trajectensi. 1001
 6. — De Oswaldo Wigorn. 1001
 7. — De Othwino Hildenesch. 1002
 8. — De Ottone Bambergensi.
 1002

CAPUT. XIV.

- § 1. — De Paride Salisburg. 1003
 2. — De Paschali Burgensi. 1004
 3. — De Paulino Lucensi. 1005
 4. — De Paulo Atrebateni. 1005
 5. — De Paulo Brixieni. 1006
 6. — De Paulo Burgensi. 1006

7. — De Paulo Derthonensi. 1006
 8. — De Paulo Emisseno. 1006
 9. — De Paulo Vladislaviensi. 1006
 10. — De Peregrino Antiss. 1007
 11. — De Petro Alexandrino. 1007
 12. — De Petro Antiocheno. 1007
 13. — De Petro Arequipensi. 1008
 14. — De Petro Cæsaraugust. 1008
 15. — De Petro Carnotensi. 1008
 16. — De Petro Cauriensi. 1008
 17. — De Petro CP. 1009
 18. — De Petro alio CP. 1009
 19. — De Petro Equilino. 1012
 20. — De Petro Hierosolym. 1012
 21. — De Petro Hispanensi. 1012
 22. — De Petro Iprensi. 1013
 23. — De Petro Neapolitano. 1013
 24. — De Petro Novicensi. 1013
 25. — De Petro Pamplon. 1013
 26. — De Petro Parisensi. 1013
 27. — De Petro Pocensi. 1013
 28. — De Petro Ravennatensi. 1014
 29. — De Petro Senogallieus. 1014
 30. — De Petro Tarentasiensi. 1014
 31. — De Petro Vigevanensi. 1015
 32. — De Petro Upsalensi. 1015
 33. — De Petro Cajetano. 1016
 34. — De Petro alio Hierosol. 1016
 35. — De Petro Siguntino. 1016
 26. — De Petronio Bonon. 1016
 37. — De Philippo Bamberg. 1017
 38. — De Philippo Neapolit. 1017
 39. — De Philippo Treviriensi. 1017
 40. — De Philippo Jaceensi. 1019
 41. — De Philotheo CP. 1020
 42. — De Photio CP. 1020
 43. — De Piatone Tornacensi. 1021
 44. — De Pio Hispaleusi. 1021
 45. — De Pirmino Meldensi. 1021
 46. — De Placido Alexanensi. 1021
 47. — De Polycarpo Smyrn. 1022
 48. — De Pomponio Neopol. 1022
 49. — De Poppone Aquil. 1022
 50. — De Potentiano Senon. 1022
 51. — De Poitino Lugdun. 1023
 52. — De Procto CP. 1023
 53. — De Prosdocismo Patav. 1024
 54. — De Pulchronio Virdun. 1026

CAPUT. XV.

1. — De Rabano Moguntin. 1027
 2. — De Rachone Arverno. 1027
 3. — De Rachone Aduensi. 1027
 4. — De Raphaële Ragusao. 1028
 5. — De Raynaldo Barense. 1028
 6. — De Ratbodo Tornacensi. 1029
 7. — De Ratbodo Trajectensi. 1029
 8. — De Raymundo Tiracon. 1050
 9. — De Regino Constant. 1050
 10. — De Remigio Dorcest. 1050
 11. — De Remigio Remensi. 1051
 12. — De Richardo Armacano. 1051
 13. — De Richardo Cicest. 1051
 14. — De Richardo Dunelm. 1051
 15. — De Richardo Remensi. 1052
 16. — De Roberto Aquinase. 1052
 17. — De Roberto Lincoln. 1052
 18. — De Roberto Wellensi. 1052
 19. — De Roderico Toletano. 1052
 20. — De Rodolpho Hallberst. 1052
 21. — De Rogerio Bituricensi. 1053
 22. — De Romano Rothomag. 1053
 23. — De Romualdo Barense. 1053
 24. — De Romualdo Monopol. 1053
 25. — De Romualdo Selern. 1054
 26. — De Romulo Fesulano. 1054
 27. — De Rosimano Polinian. 1055
 28. — De Roothardo Camerac. 1055
 29. — De Rudolpho Vratislav. 1055
 30. — De Rupertio Vaughon. 1055
 31. — De Ruthio Scoto. 1056
 32. — De Rutilio Lauretano. 1056

CAPUT. XVI.

- § 1. — De Sampson Remensi. 1057
 2. — De Sanctio Salmantic. 1057
 .. — De Sanctio Toletano. 1057
 4. — De Saviniano Senon. 1058

5. — De Scipione Casalensi. 1059
 6. — De Scrutario Anicensi. 1059
 7. — De Sebastiano Mogunt. 1040
 8. — De Sebastiano Nixia. 1010
 9. — De Sergio Damasceno. 1040
 10. — De Servatio Traect. 1010
 11. — De Sever. Septemped. 1011
 12. — De Severo Alexandrino. 1041
 13. — De Sicardo Cremonesi. 1042
 14. — De Siffredo Carpenter. 1042
 15. — De Sigefrido Mogunt. 1012
 16. — De Sigefrido Spirensi. 1043
 17. — De Sigewino Colon. 1043
 18. — De Sigone Claramont. 1043
 19. — De Simone Eliensi. 1043
 20. — De Simperto August. 1013
 21. — De Simplicio Couvers. 1043
 22. — De Sophronio Hieros. 1044
 23. — De Spiridione Trimit. 1044
 24. — De Stanislae Plocensi. 1043
 25. — De Stephano Camevac. 1043
 26. — De Stephano Capuano. 1045
 27. — De Stephano Leodic. 1043
 28. — De Stephano Turon. 1046
 29. — De Stephano Cephalud. 1016
 30. — De Suenone Danorum. 1046
 31. — De Sulpietto Bituricensi. 1047
 32. — De Swithero Werd. 1017
 33. — De Symmacho Capuano. 1047

CAPUT XVII.

- § 1. — De Tamone Verdensi. 1047
 2. — De Tarasio CP. 1047
 3. — De Theobaldo Assisiat. 1047
 4. — De Theodoreto Cyri. 1048
 5. — De Theodor Citizeni. 1049
 6. — De Theodorico Colon. 1049
 7. — De Theodorico Colon. 1050
 8. — De Theodorico Magdeb. 1051
 9. — De Theodorico Metensi. 1051
 10. — De Theodorico Trevir. 1052
 11. — De Theod. Anas'asiop. 1052
 12. — De Theodoro Cesaraug. 1054
 13. — De Theodoro Cariensi. 1054
 14. — De Theodosio Syracus. 1054
 15. — De Theodozo Ancyran. 1054
 16. — De Theoduino Leod. 1055
 17. — De Theolepto Philad. 1055
 18. — De Theophane Nicano. 1056
 19. — De Theophane Taurom. 1057
 20. — De Theophylacto Bulg. 1057
 21. — De Thoma Cautuar. 1057
 22. — De Thoma Imolensi. 1060
 23. — De Thoma Parlamensi. 1060
 24. — De Thoma Senensi. 1061
 25. — De Thoma Valentino. 1061
 26. — De Thoma Vicecomp. 1062
 27. — De Thoma Cameracensi. 1065
 28. — De Thoma Hierosolym. 1065
 29. — De Thoma Veneto. 1066
 30. — De Timotheo Ephesino. 1066
 31. — De Timotheo Strongul. 1066
 32. — De Tito Bostreno. 1066
 33. — De Toribio Limensi. 1067
 34. — De Tridicio Paduano. 1069
 35. — De Trophimo. 1069

CAPUT XVIII.

- § 1. — De Valerio Algarensi. 1069
 2. — De Valerio Lucensi. 1069
 3. — De Vasco Eborensi. 1069
 4. — De Udalrico Augustano. 1070
 5. — De Udone Magdeburg. 1071
 6. — De Vedasto Airehat. 1072
 7. — De Venantio Pictav. 1072
 8. — De Verano Cavellic. 1072
 9. — De Victore Bononiensi. 1073
 10. — De Vidone Aquensi. 1073
 11. — De Vigilio Antissiodor. 1073
 12. — De Vigilio Tridentino. 1074
 13. — De Vitiano Eugubino. 1074
 14. — De Vincentio Bellavoc. 1074
 15. — De Vincentio Gravin. 1074
 16. — De Vindiciano Atreb. 1074
 17. — De Virome Scoto. 1074
 18. — De Vitaliano Capuano. 1075
 19. — De Uricle Moguntino. 1075

20. — De Walfredo Eborac. 1075
 21. — De Weruhario Argent. 1076
 22. — De Wilboldo Camerac. 1076
 23. — De Wilfrido Hangustad. 1076
 24. — De Willigiso Moguntino. 1076
10. — De Conrado Egmonis de Urach. 1148
 11. — De Constant. Sarnano. 1148
 12. — De Cynthio Guidonis de Papa. 1150

CAPUT XIX.

- § 1. — De Zaccaria Chrisopol. 1076
 2. — De Zaccaria Gard. 1076
 3. — De Zaysono August. 1076
 4. — De S. Zenone Veron. 1077
- III. — *Purpura Mariana, liber unus.*

Dedicatio operis. 1078
 Praefatio ad lectorem. 1079

CAPUT PRIMUM.

- § 1. — De Achille de Grassi. 1081
 2. — De Adam Eston. 1083
 3. — De Egidio Alzernotio. 1083
 4. — De Egidio Columna. 1083
 5. — De Agapito Columna. 1083
 6. — De Alano Coetivo. 1086
 7. — De Alberico Cassinensi. 1086
 8. — De Alberto Austriaco. 1087
 9. — De Alessandro Estensi. 1089
 10. — De Alessandro Farnes. 1090
 11. — De Alessandro Oliva. 1094
 12. — De Alessandro Peretto. 1093
 13. — De Alessandro Riario. 1096
 14. — De Alessandro Sforza. 1097
 15. — De Alessandro Ursino. 1097
 16. — De Aloysio Estensi. 1097
 17. — De Alfonso Richel. 1098
 18. — De Andrea Austriaco. 1099
 19. — De Anfr. Matth Palun. 1099
 20. — De Andrea Signino. 1099
 21. — De Ansclimo Mantuano. 1100
 22. — De Antonio Barberino. 1100
 23. — De Antonio Cajalano. 1101
 24. — De Antonio Caraffa. 1101
 25. — De Antonio Casino. 1102
 26. — De Ant. Jac. Venerio. 102
 27. — De Anton. Maria Gallo. 1102
 28. — De Ant. Maria Salvato. 1103
 29. — De Antonio de Monte. 1104
 30. — De Antonio Sanctacr. 1105
 31. — De Antonio Saulio. 1106
 32. — De Arator N. 1106
 33. — De Armando Richelieu. 1107
 34. — De Arnaldo Vetz. 1109
 35. — De Ascanio Columna. 1109
 36. — De Augustino Cusano. 1109
 37. — De August. Galamino. 1110
 38. — De Augustino Oregio. 1110
 39. — De Augustino Valerio. 1111
 40. — De Auxia de Podio. 1111

CAPUT II.

- § 1. — De Bartholomeo Cesio. 1111
 2. — De Benedicto Justiniano. 1113
 3. — De Benedicto Ubaldo. 1113
 4. — De Bern. de Ambasia. 1114
 5. — De Bernardo Dativio. 1114
 6. — De Bern. Maciejowski. 1114
 7. — De Bernardo Sandoval. 1113
 8. — De Bernardo Ubertio. 1115
 9. — De Bertrando de Monte Faventio. 1116
 10. — De Bertrando a Turre. 1116
 11. — De Bessarione Trapez. 1119
 12. — De Bonav. Baduari. 1119
 13. — De S. Bonav. Fidanza. 1120

CAPUT III.

- § 1. — De Cæsare Baronio. 1151
 2. — De Cæsare Montio. 1157
 3. — De S. Carolo Borrom. 1158
 4. — De Carolo I a Lothar. 1146
 5. — De Carolo II a Lothar. 1146
 6. — De Carolo III a Lothar. 1146
 7. — De Carolo a S. Spirito. 1147
 8. — De Christop Madruccio. 1147
 9. — De Clem. Moleniano. 1147

10. — De Decio Caraffa. 1150
 11. — De Dominico Gymnasio. 1150
 12. — De Dominico Pinello. 1161
 13. — De Domin. de Ruvere. 1161
 14. — De Dominico Tusco. 1161

CAPUT IV.

- § 1. — De Eizario de Subrano. 1161
 2. — De Evangel. Pallotta. 1161
1. — De Federico Borrom. 1161
 2. — De Federico Cossio. 1170
 3. — De Felice Centino. 1171
 4. — De Ferdin. Austriaco. 1172
 5. — De Ferdin. Gonzaga. 1177
 6. — De Ferdin. Medicco. 1177
 7. — De Ferrico de Clun. 1178
 8. — De Fr. a Detrichstein. 1178
 9. — De Francisco Alidosio. 1179
 10. — De Francisco Boncompagno. 1179
 11. — De Francisco Gioiosa. 1179
 12. — De Francisco Gonzaga. 1180
 13. — De Francisco Lando. 1181
 14. — De Fr. Maria de Monte. 1181
 15. — De Francisco Pacieco. 1181
 16. — De Franc. Quignonio. 1182
 17. — De Fr. Rochefoucaldo. 1182
 18. — De Francisco Toledo. 1183
 19. — De Franc. Vendiamino. 1187
 20. — De Francisco Zabarella. 1188
 21. — De Francisco Ximeno. 1188
 22. — De Fulvio Corneo. 1192

CAPUT VI.

1. — De Gabriele Paleotto. 1192
 2. — De Gabriele Tressio. 1195
 3. — De Gaspare Borgia. 1194
 4. — De Gaspare Contareno. 1196
 5. — De Georgio Costa. 1196
 6. — De Georgio Radzivil. 1197
 7. — De Goffredo Vindocin. 1197
 8. — De Gregorio Cortesio. 1201
 9. — De Gualla de Bicheris. 1203
 10. — De Guldone Ascanio Sforza. 1203
 11. — De Guidone de Pore. 1205
 12. — De Giulermo de Agrifol. 1205
 13. — De Giulermo Alano. 1205
 14. — De Giulermo Estoutev. 1206
 15. — De Giulermo Syrelto. 1206

CAPUT VII.

- § 1. — De Haymerico Burgundo. 1207
 2. — De Henrico Caetano. 1207
 3. — De Henrico de Card. 1207
 4. — De Henrico Lusitano. 1208
 5. — De Henrico Minutulo. 1208
 6. — De Hieronymo Pamph. 1209
 7. — De Hieron. Rusticuc. 1210
 8. — De Hieron. de Ruvere. 1210
 9. — De Hieronymo Serip. 1211
 10. — De S. Hieron. Siridon. 1212
 11. — De Hieronymo Vidono. 1219
 12. — De Hieronymo Xaverio. 1220
 13. — De Hippolyto Estensi. 1220
 14. — De Horatio Justiniano. 1220
 15. — De Hug de S. Charo. 1221
 16. — De Hugone Verdala. 1236
 17. — De Hugone de S. Vict. 1226

CAPUT VIII.

- § 1. — De Jacobo Columna. 1251
 2. — De Jacobo de Vitriaco. 1251
 3. — De Joanne Castellaro. 1254
 4. — De Joanne Columna. 1254
 5. — De Joanne Diaconio. 1254
 6. — De Joanne Dominici. 1255
 7. — De Joanne Fischerio. 1255
 8. — De Joanne Franciogio. 1257
 9. — De J. Franc. a Balneo. 1258

CAPUT IX.

10. — De J. Fr. Gambara. 1258
 11. — De Joanne Gazzia Milluo. 1258
 12. — De J. de la Grolaye. 1240
 13. — De Joanne Hailgrinio. 1240
 14. — De Joanne Morono. 1243
 15. — De Joanne Ozcko. 1244
 16. — De Joanne Salvato. 1244
 17. — De Joanne Siliceo. 1244
 18. — De J. Turrecremata. 1245
 19. — De J. Vinc. Gonzaga. 127
 20. — De Joannettino Doria. 1248
 21. — De Jordano de Caccano. 1249
 22. — De Jordano Ursino. 1249
 23. — De Jul. Ant. Sanctorio. 1249
 24. — De Julio de Ruvere. 1250

CAPUT XIII.

- § 1. — De Latino Frangipane. 1251
 2. — De Latino Ursino. 1254
 3. — De Laurentio Cibo. 1254
 4. — De B. Lud. Alemando. 1254
 5. — De Ludovico Barry. 1257
 6. — De Ludovico Borbonio. 1257
 7. — De Ludov. Ludoviso. 1258
 8. — De Ludov. Madruccio. 1268
 9. — De Ludovico de Torres. 1268

CAPUT XI.

- § 1. — De Marcello Lantes. 1299
 2. — De Marco Sittico ab Al-
temps. 1269
 3. — De Marco Virgerio. 1270
 4. — De Mariano Perbened. 1282
 5. — De Matthæo Remensi. 1290
 6. — De Michaelo Bone. 1281

CAPUT XII.

- § 1. — De Nicolao Albergato. 1282
 2. — De Nicolao Capoccio. 1283
 3. — De Nicolao de Cusa. 1283
 4. — De Nicolao Gaetano. 1287
 5. — De Nicolao de Romanis. 1288
 6. — De Nic. de Tudeschis. 1288

CAPUT XIII.

- § 1. — De Octavio Aquaviva. 1299
 2. — De Odardo Farnesio. 1289
 3. — De Odone de Chateau-Roux. 1283
 4. — De Oliverio Caraffa. 1290
 5. — De Ottone Trusches. 1290

CAPUT XIV.


- § 1. — De Pandulp. Ostiensi. 1291
 2. — De Paulo d'Em. Sondrat. 1291
 3. — De Paulo de Areto. 1292
 4. — De Petre Aldobrandino. 1294
 5. — De Petre de Aliaco. 1293
 6. — De Petre de Abusson. 1296
 7. — De Petre Aureolo. 1297
 8. — De Petre Berullio. 1298
 9. — De Petre Camporeo. 1307
 10. — De Petre Capoccio. 1309
 11. — De Petre Capuano. 1308
 12. — De Petre Columna. 1309
 13. — De S. Petre Damiano. 1310
 14. — De Petre Deza. 1318
 15. — De Petr. Don. Cessio. 1319
 16. — De Petre de Fuxo. 1320
 17. — De P. Gonz. de Mendoza. 1320
 18. — De Petre de Luxemb. 1321
 19. — De Pet. Maria Burgh. 1322
 20. — De P. Paulo Crescentio. 1322
 21. — De Petre Pazmany. 1323
 22. — De Petre Valerio. 1327
 23. — De Philippo Bavaro. 1328
 24. — De Ph. Boncompagno. 1328
 25. — De Phil. a Ferraria. 1329
 26. — De Phil. Vastavillano. 1329
 27. — De Pompeio Aragonio. 1330
 28. — De Pompeio Columna. 1330


CAPUT XV.

- § 1. — De Raphaele Riario. 1531
 2. — De S. Rayn. Nonnato. 1531
 3. — De Rayn. Peraudo. 1534
 4. — De Raynerio Capoccio. 1535

5. — De Reginaldo Polo.	1356	2. — De Basilio Macedone.	1373	2. — De Joanne Commeno.	1451
6. — De Riccardo Petrono.	1357	3. — De Basilio Porphyrog.	1377	3. — De Joanne Duca.	1455
7. — De Roberto Bellarm.	1357	CAPUT III.		4. — De Joanne Xemisca	1456
8. — De Roberto Nobilio.	1312	1. — De Carolo Calvo.	1379	5. — De Isaacio Angelo.	1456
9. — De Rodulpho de Chevr.	1343	2. — De Carolo Crasso.	1381	6. — De Justiniano.	1457
10. — De Rodulpho Pio.	1343	3. — De Carolo Magno.	1381	7. — De Justino II.	1459
CAPUT XVI.					
§ 1. — De Scipione Burgh.	1346	4. — De Carolo IV.	1383	CAPUT VIII.	
2. — De Scipione Cobellutio.	1346	5. — De Carolo V.	1384	1. — De Leone.	1459
3. — De Scipione Gonzaga.	1349	6. — De Conrado II.	1387	2. — De Leone VI.	1463
4. — De Silvio Antoniaño.	1349	7. — De Constante.	1388	3. — De Lothario II.	1463
5. — De Simone de Langh.	1351	8. — De Constantino Duca.	1388	4. — De Lothario III.	1463
6. — De Simone Talliavia.	1351	9. — De Constantino Magno.	1388	5. — De Ludovico I.	1463
7. — De Stanislao Hosio.	1352	10. — De Const. Monomach.	1390	6. — De Ludovico III.	1466
8. — De Stephano Fossanova.	1356	11. — De Const. Paleologo.	1392	7. — De Ludovico IV.	1466
9. — De Stephano Palosio.	1356	12. — De Const. Pogonato.	1392	CAPUT IX.	
CAPUT XVII.					
§ 1. — De Thoma de Capua.	1357	13. — De Constantino VII.	1393	1. — De Marciano.	1469
2. — De Thoma Jorsio.	1357	14. — De Constantino VIII.	1393	2. — De Matth. Cantacuzeno.	1470
3. — De Thoma de Vio Cajet.	1357	CAPUT IV.		3. — De Mauritio.	1471
CAPUT XVIII.					
§ 1. — De Vinc. Justiniano.	1363	1. — De Eman. Commeno.	1395	4. — De Maximiliano I.	1472
2. — De Vincentio Laureo.	1363	2. — De Emm. Paleologo.	1396	5. — De Maximiliano II.	1474
3. — De Vitali a Furno.	1363	CAPUT V.		6. — De Mich. Curoplate.	1474
4. — De Willemo Enckenw.	1367	1. — De Federico I.	1413	7. — De Mich. Paleologo.	1474
IV. — <i>Cæsares Mariani, liber unus.</i> 1367		2. — De Federico II.	1416	CAPUT X.	
Dedicatio operis.	1367	3. — De Federico III.	1417	1. — De Othon.	1473
Lectori præfatio.	1369	4. — De Ferdinando I.	1417	2. — De Othon II.	1475
CAPUT PRIMUM.		5. — De Ferdinando II.	1418	3. — De Othon III.	1476
§ 1. — De Alberto I, Austr.	1369	6. — De Ferdinando III.	1429	CAPUT XI.	
2. — De Alberto II, Austr.	1371	7. — De Ferdinando IV.	1444	1. — De Rodulpho.	1477
3. — De Alexio Commeno.	1371	CAPUT VI.		2. — De Romano IV.	1478
4. — De Andronico Seniore.	1472	1. — De S. Henrico II.	1447	CAPUT XII.	
5. — De Andronico Juniore.	1374	2. — De Henrico III.	1449	De Sigismundo.	1478
6. — De Arcadio.	1374	3. — De Henrico IV.	1450	CAPUT XIII.	
7. — De Arnulpho.	1375	4. — De Henrico V.	1450	1. — De Teodoro Lascaro.	1479
CAPUT II.		5. — De Henrico VI.	1450	2. — De Theodosio Juniore.	1479
§ 1. — De Balduino Belga.	1375	6. — De Henrico VII.	1451	3. — De Theophilo.	1480
CAPUT VII.		7. — De Heraclio.	1451	CAPUT XIV.	
§ 1. — De Joan. Cantacuzeno.	1383	CAPUT VIII.		De Zenone.	1481

FINIS TOMI DECIMI.





CH-B34305

GETTY RESEARCH INSTITUTE



3 3125 01197 0510

